4 I — 8
a 2-6.
k
6
16
50

de el collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada

# BIBLIA

R/66681

## ſacra ex Santis Pagnini tralatione, ſed ad Hebraicæ linguæ amuſſim nouiſsimè ita recognita, & ſcholiis illuſtrata, ut planè noua editio uideri poſsit.

*Acceßit præterea Liber interpretationum Hebraicorum, Arabicorum, Græcorumq; nominum, quæ in ſacris literis reperiuntur, ordine alphabetico digeſtus, eodem authore.*




LVGDVNI,
Apud HVGONEM à Porta.
M. D. XLII.

Cum priuilegio ad annos ſex.

Corregi esta Biblia conforme a la nueva censura de la S.to Gen.l Inq.n en Gran.a a 24 de nov.e de 1613
Augustin de ...

Vista y corregida en sig.a 8 de abril 1585
Dr. Diego Perez

Esta expurgado conforme al Expurgatorio del año de 1707.
Manuel ...

# Michaël Villanouanus lectori S.

DOCVIT NOS SAPIENS ILLE Ieſus filius Sirac in procœmio libri ſui, quem Eccleſiaſticum uocant, Hebraica uerba deficere, ſiue obtorpeſcere, quum in aliam linguā fuerint trāslata. Probè diiudicans, uiuam illā ſpiritus energiā, dictionum emphaſes, cōcurſus, antitheſes, alluſiones, & reliqua eiuſmodi, non poſſe in uerſionibus noſtris ad unguem ſeruari. Vnde meritò, & olim, & nunc Bibliorum interpretationi plerique deſudantes, rem integram ſunt nunquam aſſequuti. Quum præſertim hiſtoricum, & literalem ſenſum, qui certum eſt futuræ rei monumentum, ij qui Hebræorum res geſtas ignorant, facilè contemnant. Vnde & myſticos ſenſus fruſtra illi, & ridiculè paſſim uenantur. Ob quam rem te ſemel, & iterum uelim rogatum, Chriſtiane lector, ut primùm Hebraica diſcas, deinde hiſtoriæ diligenter incumbas, antequam prophetarum lectionem aggrediaris. Singuli enim prophetæ ſuam iuxta literam ſequebantur hiſtoriam, quæ & futura præfigurabat, & in qua Chriſti myſteria ſecundum ſpiritum concludebantur. Nam omnia in figura contingebant illis, ut ait Paulus, & teſtimonium Ieſu Chriſti, ut ait Iohannes, eſt ſpiritus prophetiæ, quanquam alius iuxta literam fuerit tunc prophetarum ſenſus, ut rei geſtæ ferebat hiſtoria. Quòd ſi ſenſum illum eſſe uerè literalem quis neget, eò quòd uis literæ non ſemper uerè congruat: id ego dicenti lubens concedam. Illud tamen perpendendum, Hebraicam linguam eſſe totam hyperbolis plenam, & maiora alia ibi contineri myſteria. Perpendendum item quòd ſi literalis ille ſenſus non dicatur, aliqualis tamen erat futuræ ueritatis obumbratio, ut in umbra Dauidis reluceat ueritas ſoli Chriſto conueniens. Ab eius enim hiſtoriis deſumptæ in pſalmis ſunt prædicendi de Chriſto occaſiones. Imò hac ratione dicitur ille fuiſſe Chriſti typus. De Salomone etiam in umbra dictum eſt, Ero illi in patrem: & de Iſraëlitico populo dictum eſt: Ex Aegypto uocaui filium meum: cum tamen ſoli Chriſto id uerè conueniat: ut & literalem propheticum ſenſum eſſe de Chriſto dicamus. Adde, quòd liber hic dicitur ſcriptus intus, & extra, & duplicem eſſe conſtat ſcripturæ faciem, inſtar gladij utrinq; ſcindentis. Fœcunda eſt ſcripturæ uis, & ſub uetuſtate occidentis literæ nouitatem ita continet uiuificantis ſpiritus, ut collecto inde uno ſenſu, alium ſit nephas omittere: eo magis, quia hiſtoricus ille alium ultro patefacit. Vnde & nos literalem illum ueterem, ſeu hiſtoricum paſſim neglectum ſenſum, conati ſemper ſumus ſcholiis eruere, ut eius typo myſticus, imò uerus, innoteſceret: utq; illum, qui ſcopus eſt omnium, IESVM CHRISTVM, ſub illis umbris, & figuris obuelatum, quem ob id non uident cæci Iudæi, nos omnes reuelata facie Deum noſtrum clarè uideamus. In qua re, ſicut & in ipſa Pagnini noſtri uerſione, non parum eſt nobis poſt omnia eius annotamenta deſudatum. Annotamenta, inquam, quæ ille nobis quàm plurima reliquit. Nec ſolum annotamenta, ſed & exemplar ipſum locis innumeris propria manu caſtigatum. Ex quibus omnibus affirmare auſim, & integras magis nunc eſſe ſententias, & Hebraicæ ueritati propinquiores. Eccleſiæ tamen, & Hebraicè peritorum ſit de hac re iudicium: alij enim id iudicare nequeunt.

Quicquid uerò commodi hinc lector retuleris, primùm Deo,
OPT. MAX. deinde HVGONI
à Porta Lugdunenſi ciui, gratias agito,
cuius opera & impenſis hæc
in lucem prodeunt.
Vale.

# Ioannes Nicolaus Victorius

*OMNIBVS SACRArum literarum candidatis . S.*

CVM OMNIBVS, QVI RENASCENTIbus paſſim optimarum artium diſciplinis pro uiribus adiumenti aliquid afferre conantur, immortalis gratia debeatur, tum iis præſertim, qui, aut in caſtigandis, aut uertendis ueterum ſcriptorum monumentis non oſcitanter incumbunt. Atque utinam feliciſſima huius ſeculi ingenia in re tam frugifera mallent publicæ utilitati conſulere, quàm, inſulſiſſimos quotidie libellos in lucem emittendo, oleum ſimul, & operam perdere. Sed neſcio quo modo tenet plerosq; hodie tam inſanabile ſcribendi κακόηθες, ut ανίπτοις, quod aiunt, ποσίν, & uix Muſis à limine ſalutatis, ſuas quotidie nugas orbi legendas, non dubitent obtrudere: ueriti, opinor, ne ſui piperi deſint cuculli. Neque tamen tam iniquus alieni laboris ſum æſtimator, ut eruditiſſimos noſtri ſeculi ſcriptores merita laude uelim defraudare, quod certè ab ingenij noſtri cãdore quã lõgiſſimè abeſt: hoc unum queror, nõ infimæ alioqui ſpei iuuẽtutem, triuialibus iſtis diſciplinis ad ſummam uixdũ cutem tinctam, iuuenili quadam temeritate ad ſcribendum proſilire. Multa enim legerit, multa concoxerit, multarum deniq;, imo omnium penè ſcientiarum κυκλοπαίδειαν abſoluerit oportet, qui emunctiſſimo hoc noſtro ſeculo publicum orbis iudicium non reformidet. Quare, quum magna prudentiæ pars ſit, ſuæ quemque tenuitatis conſcium nihil ſupra uires affectare, non poſſum equidem non mirari tam multos quotidie, tanto oneri impares, nullo delectu, uelut œſtro quodam percitos, ad ſcribendum impelli, qui ſi illud ſecum perpenderent, quoties aliquid prelo committunt, toties ſe exiſtimationis, famæq; ſubire diſcrimen, nihil profecto, niſi ingenio elaboratum, induſtriáque abſolutum in publicum emitterent, Nunc, quum nimis immatura gloriæ ſiti, nondum enatis alis, per omnium ora uolitare geſtiunt, omnibus ſeſe ridiculos præbent. Hæc tamen, quoniam tam repente mutari non poſſunt, utcunq; poterant tolerari: Illud uerò tragica deploratione dignum uideri debet, dum in his nugis ætatem terimus, ueterum præſtantiſſimos quoſque neglectos iacere, & quos Gothorum rabies penitus extinguere non potuit, negligentia eorum, qui tantæ calamitati ſuccurrere poſſẽt, exitium pertimeſcere. Quod cum in cæteris omnibus diſciplinis deplorandum ſit, tum in ſacris imprimis literis & indignum debet uideri, & calamitoſum. Ab aliis enim diſciplinis omnibus uitæ dumtaxat ornamenta, ab his futuræ uitæ uiaticum, & præſentiſſimum animæ morbis petimus remedium. Huc itaque æquum erat diuinæ ſcripturæ myſtas indefeſſo labore incumbere, ut eæ imprimis ex Græcis & Hebræis fontibus natiuo ſuo reſtituantur nitori. Qua quidem in re, quum plærique alij ſtrenuè deſudarint, nemo tamen doctorum omnium iudicio aut melius, aut felicius, quàm Vnicus ille noſtri ſeculi Phœnix Santes Pagninus, uir mehercule & linguarum uarietate, & multiplici rerum cognitione uenerandus: de cuius ſingulari ingenio quid attinet huc multa congerere, quum præclariſſima per totum orbem eius circunferantur monumenta, ex quibus, ueluti lineis quibuſdam, Apellem liceat agnoſcere, & leonem, quod dici ſolet, ex unguibus æſtimare? Atque utinam noſtri hodie Bibliopolæ ita erga ſanctiſſima hæc ſtudia ſint affecti, ut doctiſſimas tanti uiri annotationes, quæ etiam nunc apud hæredem aſſeruantur, in publicam omnium utilitatem uelint excudere. Neque enim illi priuatim operam luderent, & publicè omnes rei Theologicę candidatos immenſo ſibi beneficio deuincirent. Quod, aut à nemine, aut certè à Bibliopola huius ætatis integerrimo, Hugone à Porta debemus expectare, ut quemadmodum nunc utriuſque Inſtrumenti hiſtoria ipſius beneficio fruimur, ita & hunc annotationum Colophonem, ne cui tantæ pars laudis decidatur, eidem feramus acceptum. Interim hanc Bibliorum interpretationem, Chriſtiane lector, ipſius auſpiciis prodeuntem obuiis ulnis amplectere, non ita pridem, fateor, Coloniæ excuſam, ſed poſtliminio ab ipſo authore, neſcio quid iam imminente fato ſuauius modulante, ita recognitam, ita annotationibus locupletatam, ut nunc non tam reſtituta quàm primùm edita uideri poſſit. Vale.

LVGDVNI, Ex officina Gaſparis Trechſel, Anno à Chriſto nato, Milleſimo Quingẽteſimo Quadrageſimo ſecundo.

* *
*

# Santis Pagnini Lucenſis ſacræ *THEOLOGIÆ DOCTORIS*, CONcionatoriſque apoſtolici, in ſuam utriuſq; Inſtrumenti editionem Prologus.

PAVLVS ILLE VAS ELECTIONIS, quum alias, tum in epiſtola ad Timotheum, ſacras, arcanasq; literas magnis effert præconijs, ꝙ deum optimũ maximum habeant authorem, ꝙ nihil æquè, ac ſacræ literæ, ad bene, beateq; uiuẽdum conducat: ꝙ uniuerſos refellat errores, ꝙ perfectos ſuos reddat auditores, & ad omne opus bonum paratos ac inſtructos. Attu, inquit, perſiſtito in his, quæ didiciſti, & quæ tibi cõcredita ſunt, ſciens à quo didiceris, & ꝙ à puero ſacras literas noueris, quæ te poſſunt eruditum reddere ad ſalutẽ per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſuah. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, & ad correctionẽ, & ad inſtitutionẽ, quę eſt in iuſtitia, ut integer ſit dei homo, ad omne opus bonũ apparatus. Porrò quid emolumẽti, quid ue utilitatis habeat diuerſa doctrina in altera ad eũdem epiſtola, his cõſequitur, & explicat uerbis. Si quis diuerſam ſequitur doctrinã, & nõ accedit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſuah Chriſti, & ei quæ ſecundũ pietatem eſt doctrinæ, is inflatus eſt, nihil ſciẽs, ſed inſaniens circa quęſtiones, ac diſputationũ pugnas, ex quibus naſcitur inuidia, contentio, maledicẽtia, ſuſpitiones malæ, ſuperuacaneæ cõflictationes hominuũ mẽte corruptorum, & quibus adẽpta eſt ueritas, qui exiſtimant quæſtũ eſſe pietatẽ. Hæc Pauli uerba ſi toto pectore, totisq; animis, noſtri expẽderent penſitarẽtq; theologi, ac ſermonis diuini pręcones, humanarũq; literarũ profeſſores, qui ſacras negligũt literas, agnoſcerẽt ſuam ſapiẽtiam nõ è ſupernis deſcendere, ſed terrenã, animalem, ac dæmoniacã eſſe. Nam quæ è ſupernis eſt ſapiẽtia, primũ quidẽ (ut diuus prodidit Iacobus) caſta eſt, deinde pacifica, modeſta, tractabilis, plena miſericordia, & fructibus bonis abſq; diiudicatione, ſine ſimulatione, agnoſcerẽt faſtidita dei pura, ſimplici, germanaq; ſapientia, inanibus, ſophiſticisq; nõ eſſe uacãdum quæſtiũculis, nec in tot argutiis, cõgreſſibus diſputationibus inextricabilibus ætãtẽ eſſe cõterendam, contẽptis iis, quæ operepretiũ eſt diſcere, docereq;. Quippe nimiũ altercãdo ueritas amittit̃, circa ueritatẽ aberratur. Collatio inter dei ſeruos eſſe debet, non altercatio. Sunt enim ineruditæ quæſtiones, quas reiicere, & aſpernari monet Apoſtolus: Stultas, inquit, & ineruditas quæſtiones reſpue, ſciẽs eas parere pugnas. Et rurſus: Hæc admone cõteſtans corã domino, ne uerborum pugnas ſequãtur, ad nullam utitilitatẽ, ad ſubuerſionẽ audientium. Cęterũ prophanas uocum inanitates prætermittito. Ad maiorẽ enim proficiũt impietatem creſcẽtibus uidelicet in dies ambitioſis cõtentionibus. Quippe quo magis admittũtur, hoc magis ſerpũt atq; ſuccreſcũt, Et tamẽ hiſce ſtudijs, quæ humana prodidit induſtria, ardẽti animo mortales incũbunt, pro his digladiantur, ſingula in his diſquirũt, excutiunt, rimãtur, iterũ atq; iterũ relegunt, exoſculãtur, amplectuntur. Attollit ſtudiis ſuũ quiſq; authorẽ, & emori citius exoptat, q̃ authoris ſui patrociniũ deſerat. Platonicos, Pythagoricos, Academicos, Stoicos, Cynicos, Peripateticos, Auerroiſtas, Tomiſtas, Scotiſtas ſe eſſe iactant, illorũq; dogmata penitus habẽt cognita, memoriter tenẽt, de inſtãtibus, de relationibus, de quidditatibus, ac formalitatibus diſputãt, Hęc ſolum ſtudia, erudita, ſubtilia, ac ſeraphica arbitrãtur. At ſacrę literæ unicũ habent authorẽ, doctoremq; deum patrẽ, qui nec falli, nec fallere poteſt. (Sunt enim diuinitus inſpiratæ,) & unicum eius, ac conſtãtialem filiũ, qui eius eſt ſapiẽtia (quẽ ille præcipit, ut audiamus: Hic eſt, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite,) & unicum paracletum ſpiritum

ritum



ritum ſanctum, qui ſuggerit omnia, cuius unctio docet nos omnia, quæ ad ueram cõducunt felicitatem. Non enim, inquit apoſtolorum princeps, doctas, aut arte cõpoſitas fabulas ſecuti, notam uobis fecimus domini noſtri Ieſuah Chriſti potentiã, & aduentum, ſed qui oculis noſtris aſpeximus illius maieſtatem. Acceperat enim à deo patre honorẽ, & gloriam, uoce ad ipſum delata huiuſmodi à magnifica gloria. Hic eſt ille filius meus dilectus, in quo mihi complacitũ eſt. Et hãc uocem nos audiuimus è cœlo delatam, cũ eſſemus unà cũ illo in mõte ſancto, Et habemus firmiorẽ propheticũ ſermonem, cui dũ attẽditis, ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco rectè facitis, donec dies illuceſcat, & lucifer exoriatur in cordibus ueſtris, ſi illud prius noueritis, ꝙ omnis prophetica ſcriptura nõ ſit priuatæ interpretationis. Nõ enim uolũtate humana allata eſt olim prophetia, ſed à ſpiritu ſancto impulſi, locuti ſunt ſancti dei homines. Tantũ ergo ſacræ præſtãt literę, iis quæ humano proueniũt ingenio, quantũ deus præſtat homini, filius dei filio hominis, ſpiritus dei ſpiritui hominis. Hæc una, ſolaq; arcana ſcriptura ſemper uera, in cunctis uera, nullos in ſe cõtinet errores. Recti ſunt ſermones eius, non eſt in eis prauũ quid, neq; peruerſum, quod eius author deus ipſe ſit prima, puraq; ac ſyncera ueritas, & eius filius, ſpiritusq; ſanctus, una, eademq; ſit ueritas, cæteræ omnes diſciplinæ, & uniuerſæ ſciẽtiæ, multis reſperſæ ſunt erroribus, ꝙ earũ authores hoĩes extiterint. At oĩs homo mẽdax. Mirãda canũt, ſed non credẽda poëte, qui nõ modò mores inficiũt hoĩm. (Nã corrumpũt bonos mores colloquia mala) uerũ etiã fidẽ euertũt, diuosq;, deosq; ſuis infamãt carminibus, & in exẽplum ſuorũ trahunt facinorũ, ut ſtupra, q̃ illi ferũtur admiſiſſe, lubẽtiſſimè ſequant̃, ac imitẽtur. Et quãquam illis forſan nõ credũt, igniculos tantũ, incẽtiuaq; ſuarũ capiunt libidinũ. At multa, inquiunt, uera canũt poëtæ: ſed uera nullis falſitatibus permixta quis nõ præferenda cẽſet? Et quum hominis cogitatio à puero prona ſit ad malũ, dubio procul, quæ falſa ſunt, humanus ſequitur corruptus affectus. Inſpice iuuenum mores, qui poëtarũ fabulis toto incũbunt pectore, unà cũ ſuis authoribꝰ, uidebis illos repletos omni iniuſtitia, ſcortatiõe, uerſutia, auaritia, malitia, plenos inuidia, cõtentione, dolo, malis prẹditos moribus, ſuſurrones, obtrectatores, deriſores, cõtumelioſos, elatos, excogitatores malorũ, parẽtibus immorigeros, pactorũ haudquaq; tenaces, alienos à charitatis affectu, neſcios fœderis, immiſericordes. At cõtrà qui arcanas, ſacrasq; liiteras toto pectore, totis cõplectũtur, & proſequũtur animis, plenos bonitate, lenitate, benignitate, pace, gaudio, manſuetudine, temperantia, fide, charitate. Scortatio uerò, & omnis immunditia, aut auaritia, ne nominatur quidẽ inter eos. Alij rhetorũ ἐπιχειρήματα καὶ ἐπιφωνήματα ſimplici, & efficaciori, relicta ueritate, omni proſequuntur ſtudio, quãquam in ſua lingua hoc eſt Hebraica (quãtum ad uetus attinet inſtrumẽtum) nõ caret eloquentia, & mira, ac decora uarietate, p̃ſertim Iiob hymnorũ, hoc eſt, pſalmorũ libri, ac Ieſahiah. Rhetorũ eſt ſuadere ac diſſuadere, hoc eſt, ad aliq̃d eligendũ, aut dicẽdum, agendúm ue exhortari, aut ne quid eligatur, aut dicat̃, agatúr ue dehortari. Suaſor, opus eſt oſtẽdat, hæc ad q̃ exhortat̃, iuſta, legitima, utilia, honeſta, iucũda, & perfacilia factu eſſe, ut puta deũ colere, honorare parẽtes, amicis benefacere, beneficiis gratiam referre, ut cætera omittamus, quæ promiſſionem habent uitæ quæ nunc eſt & futuræ incommodorũ omnium, malorũq; euitatio, & ea ex quibus ſplẽdor, & illuſtris honos, in eos, q̃ illa geſſerint, emanaturus eſt, quę gaudio afficiũt, & id genus, ad quę oĩa efficaciſſimè arcanę hortãtur literæ. Alij eã, quæ circa mores eſt facultatem, ſacris audent prẹferre literis, ꝙ per eam uerã ſe putent felicitatẽ poſſe cõſequi, quam tamen conſequi non ualent, niſi finem, ad quem omnia, quæ agunt, referre oportet, agnoſcant, niſi quibus rebus ad eũ perueniatur, teneant. At de felicitate maxima fuit inter philoſophos contẽtio, & de uirtute cõtrouerſia. Sed arcanæ literæ citra omnẽ cõtrouerſiam, quis ſit finis humanę uitę, quibus rebus paretur, edocẽt. Habetis, inquiunt, fructum noſtrum in ſanctificatione, finem uerò uitam æternam. Et ſi uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Quid autem ſit uita æterna, paucis conſequuntur, & exprimũt uerbis. Hæc eſt, inquiunt, uita æterna, ut cognoſcãt te ſolum uerum deum, & quem miſiſti Ieſuah Chriſtum. Hoc ignorauit Eudoxus, hoc neſciuit Ariſtippus, Epicurus, atque Democritus. Hoc haudquaquam nouit Plato, aut ſciuit Ariſtoteles, à quo tamen totius

uitæ ratio, pendet, quo ignorato, uel ut in tenebris cœcutientes, non tam per callem aliquem proſpectum, quàm per oblatam ſemitam fortuitò ambulamus. Sacræ præterea literæ, quæ ad mores ſpectãt omnium, ut parabolarum liber, & Eccleſiaſtici, ac Paulinæ epiſtolæ, & cæteræ id genus apoſtolicæ doctrinæ, ſyncera ueritate, profundiſſimis ſententiis, ac mira facilitate omnibus præſtant libris, qui de moribus à quibuſcũq; conſcripti ſunt philoſophis. Nec extrariis duntaxat, uerũetiam intraneis quibuſcũq; morbi ſaluberrima cõferunt pharmaca, ac remedia, quæ ne nouit quidem uniuerſa philoſophorum turba. Quis mẽtis compos uel breuiſſima illa in monte deprõpta dominica uerba, quibus non modo finis, uerũetiam quibus uiis nanciſci ualeat, oſtẽditur, dictis omniũ non præferat philoſophorum? Inania & uana, & ex frigido deprõpta cerebro, inanes, uaniq; homines locuti ſunt, quæ cor ad deum diligẽdum non inflãmant, quæ cordis non purificant oculum, nec ſanctimoniam præbent, ſine quibus deus cõſpici nequaquam poteſt. At cõtra ſacræ literæ ueluti lucerna ſunt pedibus noſtris, ne offendamus ad lapidem, & lumen ſunt ſemitis noſtris, ne per tenebroſas impiorũ uias, ueluti cœcutientes, ambulemus. Ignita ſunt earum eloquia, ceu lãpades ignis, atq; flammarum. Ignitum, inquit Pſaltes, eloquium tuum, & ſeruus tuus dilexit illud. Audite quæſo, & ipſum quoq; omnium deum per Irmeiah prophetã, dicentẽ: Halocoh deuari ca es, neum adonai uchepatthis iephoſes ſalah. Nõne uerbum meũ eſt ueluti ignis, & tanq; malleus cõterens petram? Veluti palea ſunt phloſophorum uerba. At dei uerbum, ut purum triticum, cibus eſt hominum, illa iumẽtorum. Et quid paleis ad triticũ, ait dominus. Porcorum ſunt ſiliquæ, rhetorum ac philoſophorum uerba, dei uerò uerba ſunt ut puriſſima ſiligo, ut uniones precioſiſſimi. Vt ſcoriæ ſunt illorum uerba: ut purum, caſtum, ſeptiesq; purgatum aurum, diuina ſunt eloquia. Illa non protegunt, ſed inermes reddunt homines, ac omni ſpe permanẽtis uitæ ſuos exuũt ſequaces. At dei uerba ut ſcutũ ſunt omnibus ſperantibus in eis, & ueluti gladius quo noſter extruditur hoſtis. Illa mẽtes auertũt à deo, qui eſt omnium principiũ ac finis, in quo ſolo uera cõſiſtit hominũ felicitas, & ſummum bonũ. Sed dei uerba animos etiam impiiſſimos ad deũ conuertũt, & inſipientes breui efficiũt ſapiẽtiſſimos. Illa è cœnoſis hauriũtur riuulis, ac lacubus, hæc puriſſimo ſcaturiũt fonte diuini pectoris. Illa q; à uaniſſimis emanarint hominibus, uanitatis ſunt folia, hæc à ſumma ueritate profecta, folia ſunt ad ſanitatẽ gentiũ. Illa mẽtibus hominũ ſunt infrugifera, imò plurimũ officiunt, hęc, ueluti bonum ſemẽ in terram bonã ſatum, fructũ reddunt trigecuplum, ac cẽtecuplum. Cõplura de rerum natura, de rerũ principiis diſſerũt philoſophi, ſed nulla prorſus ratione fixa, ſtabilia, immobiliaq;. Quidã indiuidua, expertiaq; corpora partium, & moles, atq; meatus, rerum earum omnium quæ conſpiciũtur continere naturã aſſerunt, & ortus, occaſusq;, cõcurſionibus, ſemotionibusq; corpuſculorũ eorum partibus uacãtium fieri ualidiorem cõnexionem durationis cauſam eſſe. Nonne araneorũ ſtamina ij texuerũt, qui per tenues adeo cauſas, exiguaq; principia, cœli terræq;, ac maris primordia cõſtare prodiderũt? Ii ſine gubernatione ulla prorſus, adminiſtrãtiõeq; hoc uniuerſum eſſe, ferriq; caſu, fortunaq; putarũt, deum negãtes. At arcanæ, ſacræq; literæ, ne in talia incidamus abſurda, ne mũdum principio carere arbitremur, ne mũdum ab æterno unà cum deo fuiſſe putemus, in primis cõtinuò uerbis deum rerũ omnium opificẽ, creatoremq; hoc exordio citra omnẽ cõtrouerſiam fixa, ſtabili, ac immobili ſentẽtia inſinuãt. In principio (inquiũt) creauit deus cœlũ, & terrã. Sed quis hanc ſcripſit cõmentationẽ? Nẽpe Moſeh. Hic eſt Moſeh, quẽ Parhonis filia in filiũ adoptauit, regioq; more præceptoribus adhibitis educauit ac erudiuit, qui ſummo amore iuſtitiã proſecutus ad necem uſq; ob improbitatis odiũ, malos, uitioſosq; puniuit, qui ab iis expulſus, in quos ipſe bñficia cõtulit, ad Æthiopiã profectus, quadraginta annos contẽplationi ſe dedit, qui tyrãnidis aſpernatus faſtum, ærũnas populi dei, calamitatesq; ſubire maluit, quàm breui tempore peccãdo uoluptate potiri, qui natus annos octoginta deum uidit, quoad homo uidere poteſt, imò uerò, ut cæterorum cõtigit nemini, teſte deo. Si quis, inquit, fuerit inter uos propheta dñi in uiſione uidebor ei, uel ꝑ ſomniũ eum alloquar. At non talis eſt ſeruus meus Moſeh, qui in tota domo mea fideliſſimus eſt. Ore ad os ipſum alloquar. Is igĩ qui deũ uidit



dit facie ad faciem, ſacrarum primus eſt enarrator ſcripturarum. Hic quæ ab ipſo deo præcepta ſunt, nobis diſſeruit quinq; uoluminibus Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio, in quibus dei prædicat omnipotentiã in rerũ creatione, diuinã exprimit iuſtitiã in impiorum perditiõe, cõfuſas refert ob ſuperbiã linguas, patriarcharũq; texit hiſtorias, uſq; ad Ægypti introitum. Decem refert plagis cæſam Ægyptum, quòd Hebræos (iubẽte deo) noluerit emittere, decẽ quoq; diuina enarrat præcepta, quibus homo uerã nanciſcitur felicitatem. Sacrificiorum deſcribit ritus, ac ſacerdotum ueſtes, quę cœleſtia ſpirãt ſacramẽta. Numeri arithmetici, manſiones filiorum Iſraël, cœleſtibus referta ſunt ſacramentis. Deuteronomium euangelicam præfigurat ac præ ſe fert legem, deum iubẽs ut diligamus toto corde, toto animo, totis uiribus, quod maximũ omniũ eſt mãdatorum. Hunc ſequitur Iehoſuah, qui typum domini geſtis, ac nomine gerẽs, Iarden cum filiis trãſiit Iſraël, nõ citra magnum miraculum, hoſtiũ ſubuertit regna, ſolem cœlo firmauit, uictori populo terram diuiſit, dei clementiam ac protectionẽ mirabilem inſinuauit. Sed iam librorũ miſſos faciamus authores, imo reuera dei miniſtros, dei ſummi ſcribas. Audiamus autẽ ueritatis uerba, nõ ab humana ſapiẽtia, ſed à ſpiritus ſancti uera doctrina prolata, quę nõ ab auditoribus laudem, atq; plauſum expetũt, ſed eorum qui docẽtur ſalutem affectãt, quę è cordibus noſtris omnes amouẽt errores. In his perfecta reperitur theologia, uaticinia uenturi Chriſti, futuri iudicij terror, reſurrectionis ſpes, gloriæ promiſſio, iuſtitiæ ſeueritas, prudẽtiæ documenta, fortitudinis robur, modeſtiæ decus, atq; ornamẽtum, pœnitentiæ modus, patientiæ remedia, & quicquid demum poſſis excogitare. Beati qui hæc dei ſcrutãtur teſtimonia. Da deus optime, ut nõ nihil emolumẽti ex tuis capiã literis. Non enim deſidero uulgaria iſta ac paſſim obuia, uidelicet opes, multam auri uim, utq; uiris imperem, atq; multa poſſideã mancipia, ueſtes ſplendidas ac delicatas, tum argẽtum & ebur, breuiter ſi quid eſt præterea rerum precioſarum: non potãdo quàm maximè hilareſcere, opiparè cœnare, uociferari ſæpius ὥστε πίωμεν. Ergo bibamus, ludere, certare teſſeris, ſuffragiis creare reges, famulos in cõuiuium adhibere, laſciuo corporis motu ſaltitare, nõ modulatius alio canere in cõuiuio, non demum ſenex repuerascere. Atqui iſtis nihil mihi eſt opus, Deus optime, maximè ad benè beateq; uiuendũ. Quippe impiis ac ſceleſtis hominibus ſunt cõmunia. Porrò quid potiſſimũ cupio, quid abs te poſtulo? Nempe, ut te agnoſcam, agnitum diligam, amẽ, colam, amato demum fruar. Quod, ut aſſequar, opus eſt ſacris literis. At non omnes ἐπακοῦσαι τῶν σῶ λόγων ἄξιοι. Hæ ſint mei luſus, meæ uoluptates, meæ oblectationes, meæ cantiones, ut cum pſalmographo dicere ualeam, ſimiroth haiuli chucchecha bebeth megurai. i. Cãtiones fuerũt mihi præcepta tua in domo (aut loco) peregrinationum mearũ. Et rurſus: uethorathca ſahaſuhai. i. Et lex tua ludi mei. Et Irmeiah uaihi deuarcali Ieſaſon. i. Et fuit uerbũ tuũ mihi in gaudiũ. Illis fluminũ inſtar fluat ſuaue uinũ, fons mellis, lactisq;, mihi dei eloquia, dei iudicia, dei uerba ſunt methuchim middehas, uenofeth ſupim. i. dulciora melle, & fauo fauorũ. Exquirãt curioſi quę, quãta ſit, & quã ob cauſam diſſecetur, dimidiataq; fiat, curq; utrinq; gibboſa cornutáue uideaĩ luna, mihi ſat eſt lunæ, ſtellarũq; omniũ conditorẽ totis cõplecti animis, qui numerat multitudinem ſtellarũ, & omnibus eis nomina uocat. Præſtãtiſſimos illi ſibi deligãt philophos, ſublimiloquos, & cœleſtiũ rerũ peritos uiros ut perdiſcãt principia, neſcio quę ac fines, tũ inſecabilia, inania, ſyluas, ideas, atq; id genus alia eis quotidie offundãt, mihi ſat eſt unũ noſſe principiũ, ac finem uerũ deum, qui eſt alpha & ω principium & finis, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. At qui forẽſibus implicãtur cauſis, qui publica gerũt negotia, q uaria ſequuntur artificia, qui uxores, liberos, ac familias habẽt, nõ eſt, inquiunt, noſtrum ſacras legere literas, ſed monachorũ, qui nullis penè curis diſtrahũtur, qui uitã continẽter agunt, qui mundo dixerũt uale, qui ueluti in portu ſedẽtes, rebus uehemẽter tutis fruũtur, qui procul ſedẽt à cõflictu, ij profectò quieta trãquillitate, omni ſecuritate, ſacris in literis, & uerſari poſſunt, & philoſophari. At nos innumeris diſtrahimur curis, ac uelut in medio mari fluctuãtes, multis uelimus, nolimusq; peccatis innodamur, & obſtringimur, & ut perpetuo ſtantes in acie, frequentes accipimus plagas, uxores nos prouocãt, filij contriſtant, inſidiãtur hoſtes, inuident

amici,uicini inſectãtur,paupertas nos moleſtat,domeſticorum amiſsio luctum adfert,proſperitas inflat,aduerſitas deiicit,ac diſcruciat,decora facies,& corporis nitor,per oculos rapit,uerbum obſcœnũ in aures ingreſſum rationẽ perturbat,arte modulata cantio labefacit animi conſtantiã,odor aſpirans à mulierculis cõprehendit,& captiuos abducit. Vndiq; tela in nos uolitãt,undiq; oppugnamur,in medio laqueorum incedimus,itaq; illorum eſt ſacras euoluere literas. Imo reuera magis ueſtrum,q̃ illorum eſt literas euoluere ſacras,qui negotiorum undis iactati præſidio egetis ſcripturarũ,& illarũ ſolatio,qui in huius mũdi ſalo perpetuò fluctuatis,& illarũ remediis,qui frequẽtius uulnera,accipitis & plagas. Nam qui ſani ſunt pharmaco non egẽt,ſed qui malè habẽt. Et qui innumeris oppugnãtur telis,indeſinẽter à diuinis ſcripturis armaturã ſumere operę precium habẽt. Qui uulnera quotidie accipiũt,& medelam accipere neceſſe eſt. Alioqui quæ ſpes ſalutis? Porrò fieri non poteſt,ut quiſquam ſalutem aſſequatur,ni perpetuò ſacris uerſetur in literis,nec eminus uenientia diaboli ſpicula quiſpiã depellere poterit,ni ſedulò literas perlegerit ſacras,per quas & uis omnis diabolica propellitur. Ipſe etiam per ſe librorũ aſpectus(Chryſoſtomo teſte) ſegniores nos reddet ad peccãdum. Siue enim quippiã auſi fuerimus eorum quę prohibita ſunt,noſq; ipſos reddiderimus pollutos,reuerſi domũ,conſpectiſq; libris,acrius nos condẽnat cõſciẽtia,reddimurq; cõtatiores ad eadẽ repetẽda rurſum,ſiue in ſanctimonia perſtiterimus,ex libris reddimur tutiores,firmioreſq;. Nam ſimulatq; tetigit aliquis euangelium,mox cõpoſuit ſuam ipſius mentem,& à rebus mũdanis abduxit: Idq; ex ipſo ſolo aſpectu. Quòd ſi acceſſerit diligẽs lectio,nõ aliter,q̃ in ſacris adytis,rebus diuinis uacãs anima ſic repurgatur,meliorq; redditur,deo cum ipſa per illas ſcripturas colloquẽte. Quid igitur,inquiũt,ſi non intelligamus ea,quæ continẽtur libris? Maximè quidẽ,etiam ſi non intelligas illic recõdita,tamen ex ipſa lectione multa naſcitur ſanctimonia quanquam fieri non poteſt,ut omnia: ex æquo ignores,propterea ſiquidẽ ſpiritus gratia diſpenſauit,quo publicani,piſcatores,tabernaculorũ opifices,paſtores,Apoſtoli idiotę,illiterati per hos libros ſalui fierẽt,ne quis idiotarum ad hãc confugere poſſit excuſationẽ,ut omnibus facilia cõſpectu eſſent ea quæ dicũtur,ut & opifex,& famulus,& uidua mulier,& omnium hominũ indoctiſsimus,ex audita lectione aliquid lucri,utilitatiſq; reportaret. Nõ enim ad inanẽ gloriam,ut Ethnici,ſed ad audiẽtium ſalutem hæc omnia cõpoſuerunt,quos ab initio deus dignatus eſt gratia ſpiritus. Siquidem hi qui ſunt à Chriſto alieni philoſophi,dicendi artifices,Rhetores,ac librorum cõſcriptores,nõ,quod in commune cõducit,quærẽtes: ſed illud ſpectantes,ut ipſi ſint in admiratione,etiã ſi quid utile dixerint,hoc quoq; quẽadmodum in caligine quadã ſapiẽtiæ,conſueta illis occultauit obſcuritas. Apoſtoli uerò ac prophetæ omnia cõtrà fecerũt,manifeſta claraq;,quę prodiderũt,expoſuerũt omnibus,ueluti cõmunes orbis doctores,ut per ſe quiſq; diſcere poſſit ea quæ dicuntur e ſola lectione,& hoc antè pronũtians propheta,ait: Erũt omnes docti à deo,& nõ dicet quiſquam proximo ſuo,noſce deum,quoniã omnes noſcent me à minimo ipſorum,uſq; ad maximum eorum. Et Paulus inquit,Et ego fratres ueni ad uos non per excellentiam ſermonis,aut ſapientiæ nuntiãs uobis myſterium dei. Et iterum: ſermo meus,& prędicatio,non in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ uerbis,ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtute. Et rurſum: Loquimur enim ſapientiam,inquit,non ſeculi huius,neq; principum huius ſeculi,qui corrumpuntur. Cui enim nõ ſunt manifeſta,quæcunq; in euangelio ſcripta ſunt? Quis autem audiẽs beatos eſſe mites,beatos miſericordes,beatos mundos corde,cæteraq; huiuſmodi,deſiderabit præceptorem,ut aliquid eorum diſcat,quæ dicuntur? Qninetiam ſigna,miracula,hiſtoriæ,nõne cuiuis nota,manifeſtaq; ſunt? Prætextus iſte eſt,& cauſatio,pigritiæq; uelamẽtum. Non intelligis quæ inſunt,quomodo poſſis aliquãdo intelligere,quæ ne leuiter quidẽ inſpicere uelis? Sume librũ in manus,lege hiſtoriam omnẽ,& quæ nota ſunt memoria tenens,ea quæ obſcura ſunt,parumq; manifeſta,frequẽter percurre. Quòd ſi nõ poteris aſſiduitate lectionis inuenire,quod dicimus,accede ad ſapientiorẽ,uade ad doctiorem,cõmunica cũ his ea quæ ſcripta ſunt,declara uehemẽs ſtudium. Et ſi uiderit te deus tantã animi prõptitudinem adhibere,non deſpiciet tuam uigilantiam ac ſollicitudinẽ. Verũetiam ſi nullus homo te do-

cuerit,



cuerit,quod quæris,ipſe ſine dubio reſerabit. Memento Eunuchi reginæ Aethiopum,qui quum eſſet homo barbarus,innumeriſq; diſtẽtus ſollicitudinibus,& undiquaq; circũſeptus negotiis,nec intelligeret quæ legebat,legebat tamen in curru ſedens. Quòd ſi in uia tantam præſtitit diligentiam,cogita qualis fuerit domi uerſans. Si tẽpore profectionis nõ ſuſtinuit abſq; lectione manere,multòminus domi ſedẽs. Si nihil intelligens legebat,nec deſtitit à lectione,multòminus poſtq̃ didicerat. Nouit propenſum illius animum deus,ſtudiumq; amplexus eſt,miſit illi doctorẽ ilico. Verùm nõ adeſt Philippus,ſed ſpiritus qui mouerat Philippum,adeſt. Neglexerimus noſtram ſalutẽ dilecti,hæc omnia ſcripta ſunt propter nos ad correctionem noſtri. Magna aduerſus peccatum munitio eſt ſcripturarum lectio,magnum præcipitium,profundum barathrum,ſcripturarum ignoratio,magna ſalutis perditio,nihil ſcire ex diuinis legibus. Ea res & hæreſes peperit,ea uitã corruptam inuexit. Hoc ſurſum deorſum miſcuit omnia. Nam fieri non poteſt,ut quis ſine fructu diſcedat,qui aſsiduè,attẽteq; ſcripturarũ lectione fruatur. Itaq; ne negligamus nobis parare libros,ne circa uitalia uulnus accipiamus,nec aurum defodiamus. Sed nobis ipſis recõdamus theſauros librorũ ſpiritualium. Aurum quidem quum maximè creſcit,tum maximè inſidiatur poſſidẽtibus,libri uerò repoſiti,multam adferũt habẽtibus utilitatem. Hæc os aureũ meritò appellatus,tertia de Lazaro cõcione. Et in quarta de eodem concione ita loquitur. Verùm quoniã ipſe(nẽpe diues) audiens ſcripturas contẽpſerat,deriſerat,fabulas eſſe quę dicebãtur,crediderat,erga hęc ſicut ipſe erat affectus,ita habebat opinionẽ & de fratribus ſuis. Illi,inquit,ſic opinãtur,ꝙ ſi qs ex mortuis redierit,non diſsidẽt illi,neq; deridebunt,ſed potius auſcultabunt iis,quæ dicentur. Quid igitur Abraham? Si Moſen,& prophetas non audierũt,nec ſi quis ex mortuis reſurrexerit,credẽt. Idq; uerum eſſe declararũt Iehudæi,qui quoniã Moſen & prophetas nõ audierant,neq; quum mortuos uidiſſent excitatos,crediderunt. Verũ nunc quidẽ Lazarum occidere conabãtur,nũc rurſus in apoſtolos impetũ faciebãt,quãuis multi iam ex mortuis ſurrexerant,quo tẽpore crux prædicabatur. Vt uerò & aliunde cognoſcas ꝙ grauior ſit ſcripturarum ac prophetarũ doctrina,q̃ ſi quid à mortuis reſuſcitati renũtient,illud cõſidera,ꝙ quiſquis mortuus eſt,ſeruus eſt. Quæ uerò ſcripturę loquũtur,locutus eſt dominus,ꝑinde etiam ſi mortuus reuiuiſcat,etiam ſi angelus è cœlo deſcẽdat,maximè omnium credendum eſt ſcripturis. Nam angelorũ herus mortuorum pariter ac uiuẽtium dominus,ipſe eas condidit. Et alia in Homilia. Scripturarũ lectio,cœlorum eſt reſeratio: prophetarũ ora,dei ſunt os. Tale uerò os nihil dixerit obiter. Ne igitur nos obiter,& aliud agẽtes audiamus. Etenim ſi hi qui fodiũt metalla,ne minima quidem fruſtula prætereũt,uerùm ubi nacti fuerint aliquã uenam auream,meatus omnes exactè circũſpiciunt,multò magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod uenantur. Etenim cũ & metalla ſint terra,& aurum nihil aliud ſit q̃ terra,ipſa quoq; naturæ cõmunio,ſimilitudoq; celat aſpectum eorum quæ quærũtur. Attamen ne ſic quidem deſiſtunt illi,ſed omnem adhibent diligentiam,quantũuis ſimulatq; uiderint,ſciãt ꝙ uerè ſit terra,quòd uerè ſit aurum. In ſcripturis autem non eadem eſt ratio. Non enim proponitur aurum terræ cõmixtum. Sed purum eſt aurum. Eloquia,inquit,dei pura,argentum igni exploratum,probatum terræ. Siquidem ſcripturæ non ſunt metalla,quæ indigeãt operariis. Sed theſaurũ præbẽt paratum iis,qui quærũt opes in ipſis recõditas. Satis eſt enim introſpexiſſe,ut omni expleti fructu diſcedatis. Satis eſt tantùm aperuiſſe,ut ilico uideas gẽmatum ſplendorem. Hæc autem mihi nõ temerè dicta ſunt,neq; fortuitò produxi ſermonem,ſed ob id,quòd ſunt homines quidã opifices,qui poſteaq̃ ſacros libros in manus ſumpſerint,deinde reppererint uel annorum numerum poſitum,uel nominum recenſionem,ilico prætercurrũt,& incuſantibus reſpondẽt,nomina tãtùm ſunt,neq; quicq̃ habẽt utilitatis. Quid ais? Deus loquitur,& tu audes dicere,nulla eſt dictorum utilitas? Etenim ſi ad nudã ſcripturã aſpexeris tantùm,dic mihi nõne reſiſtes cum ſtudio repoſitaſq; ſcrutaberis opes? Sed quid loquor de temporibus,& nominibus,tituliſq;? Diſce quãtùm ualet unius tantũ literulæ adiectio,ac deſine tota contẽnere nomina. Patriarcha noſter Abraham,hic prius dictus eſt Abram,poſt hæc uerò nomine commutato dictus eſt

Abra-

Abraham pater eſt omnium gentium: & unicum elementum adiectum tantum principatum uindicauit iuſto. Verùm de nominibus alio tempore diſſeram. Quantus autē fructus, ſi cognoſcatur, rurſum quantum damnum, ſi ignoretur, aperiēdum eſt. Ac primùm quidem id à rebus tēporariis demonſtrabo. Teſtamenta, tabulæq́ de nuptiis, de debitis, deq́ reliquis contractibus, niſi in frontiſpicio conſulum annos habeant præſcriptos, nullam ex ſeſe uim habent. Sic in frōtiſpicio literarum addūt conſulū nomina, ut omnibus, quæ ſubiiciūtur, præluceāt, quæ ſi ſuſtuleris, lumen ſuſtuleris, propterea omne dati, acceptiq́ negotium, ſiue cum amicis, ſiue inimicis, ſiue cum famulis, ſiue cum procuratoribus, & œconomis agatur, hac eget cautione, & ubiq́ menſes, annos, ac dies ſubſcribimus. Quòd ſi tantum ualeat ea res in negotiis temporalibus, in ſpiritualibus multò amplius profuerit. Siquidē hoc declarat prophetias, eſſe prophetias, Neq́ enim aliud quicquam eſt prophetia, quàm rerum uenturarum enarratio. Proinde qui neſcit tempora eorum, quæ dicta ſunt, quæúe euenerunt, quî poterit homini contentioſo demonſtrare prophetiæ certitudinem? Hinc nobis & aduerſus gentes certamina, contētionesq́, quum noſtra demonſtramus antiquiora, quàm quæ apud illos habentur. Hinc nobis aduerſus Iehudęos infelices multis opus eſt demonſtrationibus ad euincendam ueritatem. Aduerſus Iehudæos, inquam, miſeros, qui ob temporum ignorantiam in grauiſſimum errorem prolapſi ſunt. Nam ſi audiſſent patriarcham dicentem. Non deficiet princeps ex Iehuda, & dux de femoribus eius, donec uenerit cui repoſitum eſt. Sicq́ obſeruaſſent exacta diligentia aduentus dominici tempora, non incidiſſe ntin Antichriſtum à Chriſto dilapſi, & quemadmodum in agris termini, columnæq́ non ſinunt arua confundi, ſic tempora non ſinunt confundi res geſtas. Hæc diuus ille Chryſoſtomus. Quum igitur arcanæ literæ cæteris præſtent dignitate, ueritate, utilitate multiplici, toto illas pectore complectamur, exoſculemur, &, ſi opus fuerit, pro illis digladiemur, moriamur perpetuò uicturi. Siquidem norunt illę ſuos amatores perpetua uita donare. At iam receptui canentes uerba ipſa audiamus, perlegamúſque.

*



# Liber GENESIS, Hebraicè BERESITH, id eſt, IN PRINCIPIO: *Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.*

* *

¶Verbo dei creantur ac benedicuntur cœlum, terra, lux, firmamentum, ſol, luna, beſtiæ, reptilia, piſces, homo, & cætera.

CAPVT I.

A IN[a] PRINCIPIO crea=
a Imprimis uit Deus cœlum & terram. Et terra
erat ſolitudo & inanitas. & tenebræ
b Vētus uehemēs agitationem faciebat ſup faciē aquarum erant in ſuperficie abyſsi, & [b] ſpiritus
dei flabat in ſuperficie aquarū. Et di
xit deus: Sit lux. Et fuit lux. Et uidit
c pulchra deus lucē, quod eſſet [c] bona, & diui=
Heb. 11.a. ſit deus lucem à tenebris. Et uocauit deus lucem diē, & te=
I. nebras uocauit noctem. Et fuit ueſpera, & fuit mane [d] dies
d dici primi vnus. Et dixit deus: Sit [e] firmamētum in medio aquarum,
e extenſio B & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū, & di=
Pſal. 135.a. uiſit aquas, quæ erant ſub firmamento, ab aquis quæ erat
Iere. 10.b. ſuper firmamentū. Et fuit ita. Et vocauit deus firmamentū
II. cœlum. Et fuit ueſpera, & fuit mane, dies ſecundus. Et dixit
deus: Congregent aquæ, quæ ſunt ſub cœlo, in locū unum,
vt conſpiciatur arida. Et fuit ita. Et vocauit deus aridam
Pſa. 135.b. & 88.b. terram, & congregationem aquarum appellauit maria.
f pulchrum Et vidit deus quod eſſet [f] bonum. Et dixit deus: Ger=
minet terra germen, herbam ſeminificantem ſemen, arbo=
rem fructiferā faciētem fructum in ſpecie ſua, in qua ſemen
eius ſit ſuper terrā. Et fuit ita. Et protulit terra germen, her
bam ſeminificantem ſemen in ſpecie ſua, & arborem facien
tem fructum, in qua ſemen eius fuit in ſpecie ſua. Et uidit
III. deus quòd eſſet bonum. Et fuit ueſpera, & fuit mane dies
tertius. Et dixit deus: Sint luminaria in firmamento cœli,
vt diuidant diem à nocte, & ſint in ſigna, & tempora, &
Pſal. 135.b. dies, & annos: & ſint [g] in luminaria in firmamēto cœli,
g ueluti faces vt illuminent terram. Et fuit ita. Et fecit deus duo lumina=
C ria magna, luminare maius ad dominium diei, & luminare
minus ad dominium noctis: & ſtellas. Et poſuit eas deus in
firmamento cœli, ut illuminarēt terrā. Et vt præeſſent diei,
ac nocti, & diuiderēt lucem à tenebris. Et uidit deus quòd
IIII. eſſet bonum. Et fuit veſpera, & fuit mane dies quartus. Et
h auē uolātūram dixit deus: Reptificent aquę reptile animæ viuentis, & [h] vo
latile volet ſuper terram in ſuperficie firmamenti cœli. Et
creauit deus cetos magnos, & omnem animam viuentem
repentem, quā repere fecerunt aquæ in ſpecie ſua, & omne
volatile alatum ſecūdum ſpeciem ſuam. Et uidit deus quòd
eſſet bonum. Et benedixit eis dicendo: Creſcite & multipli=
cate vos, & replete aquas in maribus, & volatile multipli=
V. cet ſe in terra. Et fuit veſpera, & fuit mane dies quintus. Et
dixit deus: Producat terra animam uiuentem ſecundū ſpe=
i aīal herbiuorum, ciem ſuā, [i] iumētum, & reptile, & [k] beſtias terræ ſecundum
D ſpeciem ſuam. Et fuit ita. Et fecit deus beſtias terræ ſecundū
k feras carniuoras ſpeciem ſuam, & iumentū ſecundum ſpeciem ſuam, & o=
mne reptile terræ, ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit deus
Hominis creatio. quòd eſſet bonum. Et dixit deus: Faciamus hominem ad
Matth. 19.a. imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram, &
Eccl. 17.a. pręſit piſcibus maris, & volatili cœli, & iumento; & omni
J. 8.c. & 9.a. terræ, & omni reptili reptanti ſuper terram. Et creauit de=
us hominem ad imaginem ſuam. Ad imaginem dei crea=
uit illum, maſculum, & fœminam creauit eos. Et benedixit
eis de9, & dixit ad eos deus: [l] Creſcite & multiplicate vos,
l fructificate & replete terram, & ſubiicite eam, & dominamini piſcibus
maris, & volatili cœli, & omni beſtiæ reptanti ſuper terrā
Et dixit deus: Ecce dedi vobis omnem herbam ſeminificā=
tē ſemē quæ eſt in ſuperficie omnis terræ. Et omnis arbor,
in qua eſt fructus arboris ſeminificans ſemen, vobis erit ad
veſcendum: & omni beſtiæ terræ, & omni volatili cœli, &
omni reptanti ſuper terram, in quo eſt anima viuēs, omne
olus herbæ ad veſcendum. Et fuit ita. Et uidit deus omne Eccl. 39.c. Mar. 7.d.
quod fecerat, & ecce bonum valde. Et fuit veſpera, & fuit VI.
mane dies ſextus.

¶Repetitio prioris capitis, ſabbathum, quatuor flumina paradiſi, creatio Chauuah, inſtitutio ſancti matrimonij.

CAP. II.

A ET perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis exercitus eorū. VII.
Et perfecit deus die ſeptimo opus ſuū quod fecerat, & Exod. 20.b.
[a] requieuit die ſeptimo ab om̄i opere ſuo quod fecerat. Et Heb. 4.b. a ceſſauit
benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in illo b ceſſauerat
[b] requieuerat ab omni ope ſuo, quod creauerat deus, [c] vt fa c ad faciendum.i.ut nos
ceret. Iſtæ ſunt generatiōes cœli, & terræ. quādo creati ſunt, faciam9, operemur, & generemus.
in die qua fecit dominus deus terrā, & cœlū et omne virgul
tum agri, antequā [d] eſſet in terra, & oēm herbam agri, an= d fieret
tequā oriretur: quia nō pluere fecerat dn̄s deus ſuper terrā,
& homo non erat, qui coleret terram. Vapor autem aſcen=
debat, & [e] irrigabat vniuerſam ſuperficiē terræ. Et forma= e irrorabat
B uit dn̄s deus hominē [f] è puluere terræ, & inſpirauit in [g] fa f puluerē e terra
ciē eius ſpiraculū vitæ, & fuit homo in animā viuentem. Et g nares
plantauerat dominus deus hortum in Heden [h] ab oriente, h a principio
& poſuit ibi hominem, quem formauerat. Et germinare fe
cit dominus deus è terra omnē arborē concupiſcibilē viſu
& bonam ad veſcendum, & arborem vitæ in medio horti,
& arborem ſcientiæ boni, & mali. Et fluuius egrediebatur
ex Heden, ad irrigandum hortum, & inde diuiditur, & eſt
in quatuor capita. Nomen vnius Piſon, ipſe circuit totam
terram Chauilah, vbi eſt aurum. Et aurū terræ illius bonū.
Ibi eſt bdelium, & lapis onychinus. Et nomen ſecundi flu=
uij Ghichon. Ipſe circuit omnem terram AEthiopiæ. Et no
men fluuij tertij Chiddechel. Ipſe vadit ad orientem Aſſur.
C Et flumen quartū eſt Perath. Et tulit dominus deus homi= Eccleſi. 24.c.
nem, & poſuit eum in horto Heden, vt coleret eum, & cu=
ſtodiret eum. Et præcepit dominus deus homini, dicendo:
Ex omni ligno horti comedēdo comedes. At de ligno ſciē=
tiæ, boni, & mali, nō comedes, quia in die quo comederis
ex eo, moriendo morieris. Et dixit dominus deus: Non eſt
bonum eſſe hominem ſolum, faciam ei adiutorium, quod
ſit coram eo. Et formauit dominus deus è terra omnē be=
ſtiam agri, & omne volatile cœli, & adduxit ad ipſum ho=
minem, vt videret quid vocaret illud. Et omne quod voca
D uit homo animæ viuētis, eſt nomen eius. Et vocauit homo
nomina omni animali & volatili cœli, & omni beſtiæ agri.
Homini uero nō inuenit adiutoriū, quod eſſet corā eo. Et
cadere fecit dn̄s deus ſoporem ſuper hominē, & dormiuit.
Et tulit vnam è coſtis eius, & clauſit carnem pro ea. Et ædifi 1. Cor. 11. b.
cauit dominus deus coſtam, quā tulerat de homine in mu= Matt. 19. a. Mar. 10. a.
lierem, & adduxit eam ad hominem. Et dixit homo: Hac vi Ephe. 5. g.
ce os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, & vocabit' Vi= 1. Cor. 6. d.
riſſa, quia ex viro ſumpta eſt iſta. Idcirco relinquet vnuſ=
quiſque patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxo=

ri ſuæ,& erunt caro vna.Et erant ambo nudi,homo & v-
xor eius,& non pudebat eos.

¶Serpens ſeducit hominē,maledicitur homo,promittitur ſemen,qui
eſt Chriſtus. CAP. III.

A SErpens autem erat callidior omni beſtia agri,quam fe
cerat dominus deus.Et dixit ad mulierē:[a] vere dixit de
us,non comedetis ex omni arbore horti?Et dixit mulier ad
ſerpentem:De fructu arboris horti veſcimur.At de fructu
arboris quæ eſt in medio horti,dixit deus:Non comedetis
ex ea,neque cōtingetis eam,ne forte moriamini. Et dixit ſer
pens ad mulierem: Non moriendo moriemini. Scit enim
deus,quòd in die qua comedetis ex ea,aperientur oculi ve
ſtri,& eritis ſicut dij,ſcientes bonum & malum.Et uidit mu
lier,quòd bona eſſet arbor ad ueſcendum,& deſyderabilis
B eſſet oculis,& concupiſcibilis arbor ad intelligendum,&
tulit de fructu ipſius,& comedit,deditque etiam viro ſuo
[b]ſecum,& comedit.Et aperti ſunt oculi amborum ipſorū,
& cognouerunt quòd nudi eſſent,& cōſuerunt folia ficus,
& fecerunt ſibi cingulos. Audieruntq́; vocem domini dei
[c] ambulantis per hortum[d] ad auram diei,& abſcondit ſe
homo,& uxor eiꝰ à facie domini dei,in medio arboris hor
ti.Vocauitque dominus deus hominem,& dixit ei:Vbi es
tu?Et ait:Vocem tuam audiui in horto,& timui,quia nu-
dus eram,& abſcōdi me.Et dixit:Quis indicauit tibi,quòd
nudus eſſes?Nōnne ex arbore quam præcepi tibi,ut non
comederes,comediſti?Et ait homo: Mulier quam dediſti,
C ut eſſet mecum,ipſa dedit mihi de arbore,& comedi.Dixit
que dominus deus ad mulierem:Cur hoc feciſti?Et ait mu
lier:Serpens errare fecit me,& comedi.Et dixit dominus
ad ſerpentē:Quia feciſti hoc,maledictus eris præ omni ani-
mali,& præ omni beſtia agri.Super ventrem tuum gradie
ris,& puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ.Et ini
micitias ponam inter te,& inter mulierem,& inter ſemen
tuum,& ſemen eius:ipſum conteret te in capite,& tu con-
teres eum in calcaneo.Ad mulierē dixit:Multiplicādo mul
tiplicabo dolorem tuum,& conceptum tuum:cum dolo
re paries filios,& ad virum tuum erit deſyderium tuum.
Et ipſe dominabitur tibi.Homini uerò ait:Quia paruiſti uo-
ci vxoris tuæ,& comediſti ex arbore,de qua præcepi tibi
D dicens,non comedes ex ea,maledicta terra propter te.In la
bore comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ.Et ſpinā & tri
bulum germinabit tibi,& comedes herbam agri.In ſudo-
re vultus tui veſceris pane,donec reuertaris in terram,quia
ex ea ſumptus es.Nam puluis es & in puluerem reuerteris.
Et vocauit homo nomen vxoris ſuæ Chauuah,quia ipſa e-
rat mater omnium viuentium.Fecitque dominus deus ho
mini & vxori eius,tunicas pelliceas,& induere fecit eos.Di
xitque dominus deus.Ecce homo fuit ferme vnus ex nobis
ſciendo bonum,& malum.& nunc,ne forte mittat manum
ſuam,& ſumat etiam de arbore vitæ,& comedat,& viuat
in ſeculum .Et emiſit eū dominus deus de horto Heden,
ad colendum terram,ex qua ſumptus fuerat.Et eiecit homi
nem & collocauit ab oriente horti Heden Cherubim,& a-
ciem gladij verſatilis,ad cuſtodiendum viam arboris uitæ.

a pfecto q dixit:admirātis & interrogãtis.
1.Corin.11.a.
Eccleſi.25.d.
b q erat ſecum
c trāſeuntem
d i. ſub ueſperā,quo tēpore ſe uentus attollere ſolet

¶Occiditur pius Hebel,fugit impius Cain. CAP. IIII.

A ET homo ipſe cognouit Chauuah vxorē ſuā,& conce
pit,& peperit Cain.& dixit:Acquiſiui virum à domi
no.Et addidit,vt pareret fratrem eius Hebel. Et erat Hebel
paſtor pecudum,& Cain colebat terram.Et fuit,in fine die
rum adduxit Cain de fructu terræ oblationem domino.
Et Hebel etiam ipſe adduxit de primogenitis pecudum ſua
rum,& [a] de adipe earum.Et reſpexit dominus ad Hebel,&
ad oblationem eius.Et ad Cain,& ad oblationem eius non
aſpexit.Et iratus eſt Cain valde,& concidit vultus eius. Et
B dixit dominus ad Cain.Vt quid eſt ira tibi?Et vt quid con
cidit vultus tuus?Nōnne ſi benefeceris,[b] venia erit? Et ſi
non benefeceris,ad oſtium peccatū cubat? Et[c] in te erit ap-
petitus eius,& tu dominaberis ei. Et [d] dixit Cain ad Hebel
fratrem ſuum.Et fuit,cum eſſent in agro,ſurrexit Cain con
tra Hebel fratrem ſuum,& occidit eum. Et dixit dominus
ad Cain:Vbi eſt Hebel frater tuus?Et ait:Non noui.Nun-
quid cuſtos fratris mei ſum ego?Et dixit:Quid feciſti?Vox
ſanguinis fratris tui clamat ad me è terra.Et nunc maledi-
ctus eris ſuper terram,quæ aperuit os ſuum,vt ſuſciperet
ſanguinem fratris tui è manu tua.Quādo coles terram nō
addet vt det fructum ſuum tibi. Vagus,& profugus eris
in terra.Et dixit Cain ad dominum. [e] Maior eſt punitio
C mea quàm vt feram.Ecce eieciſti me hodie à ſuperficie ter-
ræ,& à facie tua abſcōdam me,& ero uagus,& [f] profugus
in terra.Et erit.Omīs qui inuenerit me,occidet me.Et dixit
ei dominus.Propterea omnis qui occiderit Cain,ſeptem-
pliciter vindicabitur.Et poſuit dominus ſignum in Cain,
ne percuteret eum omnis qui inueniſſet eum.Et egreſſus eſt
Cain à facie domini,& habitauit [g] in terra Nod,ad orien-
tem Heden.Et cognouit Cain vxorem ſuam,& concepit,
& peperit Chanoch.Et ædificauit ciuitatem,& uocauit no
mē ciuitatis,nomine filij ſui Chanoch.Et natus eſt ipſi Cha
noch Hirad:Et Hirad genuit Mechuiael:Et Mechuiael genu
it Metuſael:Et Methuſael genuit Lemech.Et accepit ſibi Le
mech duas vxores.nomen vnius Hadach,& nomen ſecun-
dæ Sillah.Et genuit Hadach Iabal.Ipſe fuit pater inhabitan
D tis tentorium,& pecudis.Et nomen fratris eius Iubal. Ipſe
fuit pater omnis tenentis cytharam & organum. Et Sillah
etiam ipſe peperit Tubal Cain malleatorē acuentem omne
opificiū æreum & ferreum,& ſoror Tubal Cain fuit Na-
hamah.& dixit Lemech vxoribus ſuis Adah,& Sillah: Au
dite vocem meam vxores Lemech. Auſcultate eloquium
meum:Si virum occidero [h] in vulnere meo,& puerum in
liuore meo.Si ſeptempliciter vindicabitur Cain,& Lemech,
ſeptuageſies ſepties. Et cognouit Adā vxorem ſuam,et pe
perit filium,& vocauit nomen eius Seth,Quia poſuit mihi
deus ſemen alterum pro Hebel. Quia occidit eum Ca-
in.Et ipſi Seth etiam natus eſt filius,& vocauit nomen eius
Enos. [h] Tunc cœptum eſt inuocari nomen domini.

a id eſt,de optimis: qd' nō fecit Cain
b exaltaberis
c apud te erit illecebra eius.i. peccati
d retulit
Sapien. 10.a. Matth.23.c. 1.Iohan.3.b. Iudæ.a.d.
e maior eſt iniqtas mea,q̃ ut exalter
f tremēs,trepidans.
g .i.in terra tremoris.i.trepidans
h .i.quia fero uxor. obiurgabatur enī ab uxoribus de armorum uſu.
h tunc polluī cœpit inuocatio nominis domini

¶Genealogia Adæ uſq; ad Noach. CAP. V.

A I[a]Ste eſt liber generationum Adam,in die qua creauit
deus hominem.Ad ſimilitudinem dei fecit illum. Ma-
ſculum & fœminam creauit eos,& benedixit eis,& vocauit
nomē eorū Adā in die qua creati ſunt.Et vixit Adā trigin-
ta,& centū annos,& genuit ad ſimilitudinē ſuā,ad imaginē
ſuā & vocauit nomē eius Seth.Et fuerunt dies Adā, poſt-
quam genuit Seth,octingenti anni,& genuit filios,& filias.
Et fuerunt omnes dies Adam quibus vixit nongenti anni,
& triginta anni,& mortuus eſt.Et vixit Seth quinque an-
nos,& centum annos,& genuit Enos.Et vixit Seth poſtq̃
B genuit Enos,ſeptem annos,& octingentos annos,& genu-
it filios,& filias.Et fuerunt omnes dies Seth duodecim an-
ni,& nongenti anni,& mortuus eſt. Et uixit Enos nonagin
ta annos,& genuit Chenan.Et vixit Enos poſtquam genu-
it Chenan,quindecim annos,& octingentos annos,& ge-
nuit filios & filias.Et fuerunt omnes dies Enos quinque an
ni & nongenti anni,& mortuus eſt.Et vixit Chenan ſeptu
aginta annos,& genuit Mahalalel.Et vixit Chenan poſtquā
genuit Mahalalel,quadraginta annos,& octingentos an-
nos,& genuit filios & filias.Et fuerunt omnes dies Chenā,
decem anni & nongenti anni,& mortuus eſt.Et vixit Ma-
halalel quinque annos et ſexaginta annos,et genuit Iered.
Et vixit Mahalalel,poſtquam genuit Iered,triginta annos et
C octingentos annos,& genuit filios & filias.Et fuerunt oēs
dies Mahalalel quinque & nonaginta anni,& octingenti an
ni,& mortuus eſt.Et vixit Iered duos & ſexaginta annos,&
cētum annos & genuit Chanoch.Et vixit Iered poſtquam
genuit

a hæc eſt enumeratio ē.1.d. Sap.2.d.1.Para.1.a.



genuit Chanoch,octingentos annos,& genuit filios & fi-
lias.Et fuerunt omnes dies Iered duo & ſexaginta anni,&
nongenti anni,& mortuus eſt.Et vixit Chanoch quinque
& ſexaginta annos,& genuit Methuſelach. Et ambulauit
Chanoch cum deo,poſtquam genuit Methuſelach trecen-
tos annos,& genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies
D Chanoch quinque & ſexaginta anni,& trecenti anni. Et
ambulauit Chanoch cum deo,& non fuit,quia tulit eum
deus. Et vixit Methuſelach ſeptem & octoginta annos,&
centum annos,& genuit Lemech. Et vixit Methuſelach
poſtquam genuit Lemech,duos & octoginta annos,& ſe
ptingentos annos,& genuit filios & filias. Et fuerunt o-
mnes dies Methuſelach nouē & ſexaginta anni,& nongen-
ti anni,& mortuus eſt.Et vixit Lemech duos & octingen-
tos annos,& centum annos,& genuit filium.Et vocauit no
men eius Noach,dicendo:Iſte conſolabitur nos ab opere
noſtro,& à dolore manuum noſtrarum de terra cui male-
dixit dominus. Et vixit Lemech poſtquam genuit ipſe No
ach,quinque & nonaginta annos,& quingentos annos,
& genuit filios & filias.Et fuerunt omnes dies Lemech,ſe-
ptē & ſeptuaginta anni,& ſeptingenti anni,& mortuus eſt.

Eccleſi.44.c. Hebræ.11.a.

¶Cauſa diluuij.forma arcæ. CAP. VI.

A ET erat Noach vir quingentorum annorum,& genu-
it Noach Sem,Cham & Iepheth.Et fuit,cum cœpiſ-
ſent homines multiplicari in ſuperficie terræ,& filiæ natæ
eſſent eis:viderunt filij principum,filias hominum,quod
pulchræ eſſent,& acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas
elegerant. Et dixit dominus:Non [a] erit vt in vagina ſpiri-
tus meus in homine in ſeculum,eo quòd ſit etiam caro.Et
erunt dies eius centum & viginti anni.Gigantes fuerunt in
terra in diebus ipſis.Et etiam poſtquam ingreſſi ſunt filij
principum,ad filias hominum,genuerunt eis.Iſti ſunt potē
tes,qui à ſeculo fuerunt viri nominati. Et vidit dominus,
quòd multa eſſet malitia hominum in terra,& quòd o-
mnis imaginatio cogitationū cordis eorum,tantummo-
B do eſſet malum omni die:& pœnituit dominum,quòd
feciſſet homines in terra,& doluit in corde ſuo.Et dixit do
minus:Delebo homines,quos creaui à ſuperficie terræ,
ab hominibus vſque ad iumentum,vſque ad reptile,&
vſque ad volatile cœli:quia pœnitet me,quòd fecerim ea.
Et Noach inuenit gratiam in oculis domini. Iſtæ ſunt ge
nerationes Noach: Noach vir iuſtus,perfectus fuit in ge
nerationibus ſuis. Cum deo ambulauit Noach. Et genuit
Noach tres filios,Sem,Cham & Iepheth.Et corrupta eſt
terra coram deo. Et repleta eſt terra [b] iniquitate.Et vidit
deus terram,& ecce corrupta erat,quia corruperat o-
mnis caro viam ſuam ſuper terrā.Et dixit deus ad Noach,
Finis omnis carnis venit coram me,quia repleta eſt terra
C iniquitate à facie eorum,& ecce ego diſperdo eos [c] cum
terra. Fac tibi arcam è lignis [d] Gopher. Manſiunculas tā
quā nidos facies in arca,& [e] bituminabis eam intrinſecus,&
extrinſecus bitumine.Et hæc menſura,qua facies eam.Tre-
centorum cubitorum erit longitudo arcæ,quinquaginta
cubitorum latitudo eius,& triginta cubitorum altitudo
eius. Feneſtram facies arcæ,& ad cubitum conſummabis
eam ſuperne:& oſtium arcæ in latere eius pones.Inferiora,
& ſecunda,& tertia facies. Et ego ecce,ego adduco dilu-
uium aquarum ſuper terram,vt diſperdam omnem car-
nem,in qua eſt ſpiritus vitæ ſub cœlo. Omne quod eſt
D in terra morietur. Et ſtatuam pactum meum tecum,&
ingredieris arcam tu & filij tui,& vxor tua,& vxores filio-
rum tuorum tecum.Et ex omni viuente,ex omni carne,bi-
na ex omnibus introduces in arcam,vt viuant tecum:Ma
ſculus & fœmina erunt.Ex volatili ſecundum ſpeciem ſu-
am,& ex omni iumento ſecundum ſpeciem ſuam.Ex omni
reptili terræ ſecundum ſpeciem ſuam,bina ex omnibus in-
gredientur ad te,vt viuant. Et tu cape tibi ex omni eſca,
quæ comeditur,& congregabis tibi,& erit tibi,& eis in e-
ſcam. Et fecit Noach,ſecundum omnia quæ præcepit ei
deus,ſic fecit.

a certabit
Eccle.44.c.
b rapinis,oppreſſione
c de terra
d Cedri
e picabis eā pice

¶Ingreſſio Noach in arcam.inundatio diluuij. CAP. VII.

A ET dixit dominus ad Noach:Ingredere tu,& omnis
domus tua arcam,quia te vidi iuſtum coram me in
generatione iſta. Ex omni animali mundo capies tibi ſe-
ptem,ſeptem,virum & vxorem eius. Ex animali autē,quod
non mundum eſt,bina,virum & vxorem eius. etiam ex vo
latili cœli ſeptem,ſeptem,maſculum & fœminam,vt viui-
ficēt ſemē in ſuperficie oīs terræ. Quia poſt dies adhuc ſe-
ptē,ego pluo ſup terrā quadragita dies & q̃dragita noctes,
& delebo [a] omnem ſubſtantiam quam feci,à ſuperficie ter-
ræ.Et fecit Noach ſecundum omnia quæ præcepit ei do-
minus. Et Noach erat vir ſexcentorum annorum,& dilu-
B uium fuit.Aquæ erant ſuper terram. Et ingreſſus eſt No-
ach,& filij eius & Vxor eius,& vxores filiorū eius ſecum in
arcā propter aquas diluuij.Ex iumento mundo,& ex iu-
mento quod non erat mundum,& ex volatili,& ex omni
quod reptat ſuper terram,bina,bina ingreſſa ſunt ad No-
ach in arcam,maſculus & fœmina,quemadmodum præce
pit deus Noach. Et fuit poſt ſeptem dies,aquæ diluuij fue-
runt ſuper teram. Anno ſexcenteſimo annorum vitæ No
ach,menſe ſecundo,ſeptimadecima die menſis,die hac. ru-
pti ſunt omnes fontes voraginis magnæ,& feneſtræ cœli a-
pertæ ſunt.Et fuit pluuia ſuper terram quadragita dies &
C quadraginta noctes. In ipſomet die ingreſſus eſt Noach &
Sem & Cham & Iepheth filij Noach & vxor Noach &
tres vxores filiorum eius ſecum in arcam. Ipſi & omnis be
ſtia. ſecundum ſpeciem ſuam,& omne iumentum ſecun-
dum ſpeciem ſuam,& omne reptile,quod reptat ſuper ter-
ram ſecundum ſpeciem ſuam,& omne volatile ſecundum
ſpeciem ſuam,omnis auis,omne alatum. Ingreſſa ſunt ad
Noach in arcam bina,bina,ex omni carne in qua erat ſpi-
ritus vitæ. Et ingreſſā ſunt maſculus & fœmina,ex omni
D carne ingreſſa ſunt,quemadmodum præcepit ei deus.Et
clauſit dominus ſuper eum.Et fuit diluuium quadragin-
ta dies ſuper terram,& multiplicatæ ſunt aquæ,& eleuaue
runt arcam,& eleuata eſt ſuper terram.Et roborauerunt ſe
aquæ,& multiplicatæ ſunt valde ſuper terram,& ambula-
uit arca in ſuperficie aquarum. Et aquæ roborauerunt ſe
validiſſime ſuper terram,& operti ſunt omnes montes ex-
celſi,qui erant ſub toto cœlo. Quindecim cubitis ſuperne
roborauerunt ſe aquæ & operti ſunt montes. Et mortua
eſt omnis caro,quæ reptat ſuper terram.tam de volatili
quàm de iumento,& beſtia,& omni reptili quod reptat
ſuper terram,& omni homine. Omnia,in quorum facie
erat anhelitus ſpiritus vitæ,ex omnibus quæ erant in ſic-
co,mortua ſunt. Et deleuit [b] omnem ſubſtantiam,quæ
erat in ſuperficie terræ,ab homine vſque ad iumentum,vſ-
que ad reptile,& uſque ad volatile cœli,& deleta ſunt è ter
ra,& remanſit tantum Noach,& qui cum eo erant in ar-
ca. Et roborauerunt ſe aquæ ſuper terram quinquaginta
& centum dies.

a oīe quod ſe erigit
Matt. 24.d. Lucæ.17.f. 1.Petri.3.d.
Sapien.10.a Eccleſi.39.c.
b oīe quod ſe erigebat

¶Ceſſatio diluuij. egreſſio Noach ex arca. CAP. VIII.

A ET recordatus eſt deus Noach,& omnis beſtiæ,&
omnis iumenti,quæ erant cum eo in arca,& tranſ-
ire fecit deus ventum ſuper terram,& quieuerunt aquæ.
Et clauſerunt ſe fontes voraginis,& feneſtræ cœli,& prohi-
bita eſt pluuia de cœlo. Et reuerſæ ſunt aquæ,quæ erant
ſuper terram,eundo,& redeundo,& defecerunt aquæ[c] in

c poſt fuerunt

fine quinquaginta, & centum dierum. Et requieuit arca
a Armeniæ menſe ſeptimo, ſeptima die menſis ſuper montem [a] Ara-
rath. Et aquæ ibant & deficiebant vſque ad menſem deci-
b prima c poſt finem mum. In decimo, in [b] vna menſis, viſa ſunt cacumina mon
tium. Et fuit, [c] in fine quadraginta dierum, aperuit No-
d i. & rediit ach feneſtram arcæ, quam fecerat. Et emiſit coruum, & e-
greſſus eſt, egrediendo, [d] & redeundo, donec ſiccarentur
aquæ, quæ erant ſuper terram. Et emiſit columbam à ſe,
vt videret, an alleuiatæ eſſent aquæ, quæ erant in ſuperficie
terræ. Et non inuenit columba requiem plantæ pedis ſui,
& reuerſa eſt ad eum in arcam, quia aquæ erant in ſuperfi-
cie omnis terræ. Et miſit manum ſuam, & accepit eam, &
C introduxit eam ad ſe in arcam. Et expectauit adhuc ſeptem
dies alios, & addidit, vt emitteret columbam ex arca. Et ve
nit ad eum columba tempore veſpertino, & ecce folium
oliuæ raptum erat in ore eius. Et cognouit Noach quod
alleuiatæ eſſent aquæ, quæ erant ſuper terram. Et expecta-
uit adhuc ſeptem dies alios, & emiſit columbam, & non
addidit, vt reuerteretur ad eum amplius. Et fuit in vno &
ſexcenteſimo anno, in primo, in vna menſis, ſiccauerunt ſe
aquæ, quæ erant ſuper terram, & remouit Noach operi-
mentum arcæ. Et vidit & ecce ſiccatæ erant ſuperficies ter-
ræ. Et menſe ſecundo, ſeptima & vigeſima die menſis, aru-
it terra. Et locutus eſt deus ad Noach dicendo: Egredere
ex arca, tu, & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorũ tuorum
tecum. Omnem beſtiam, quæ eſt tecum, ex omni carne,
tam de volatili, quàm de iumento, & omni reptili, quod
reptat ſuper terram, educ tecum, & repant in terram, & cre
Sup. 1. d. ſ. 9. a ſcant, & multiplicentur ſuper terram. & egreſſus eſt No-
D ach, & filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius ſecum.
Omnis beſtia, omne reptile, & omne volatile, omne quod
mouetur ſuper terram ſecundum familias eorum, egreſſa
ſunt ex arca. Et ædificauit Noach altare domino, & tulit ex
omni iumento mundo, & ex omni volatili mundo, & ob-
tulit holocauſta in altari. Et odoratus eſt dominus odo-
rem quietis. Et dixit dominus in corde ſuo: Non addam,
8. 6. a. vt maledicam vltra terræ propter hominem, quia cogita-
e cunctis diebus terræ. i. q. diu erit terra. tio cordis hominis mala eſt à pueritia ſua, & non addam
ultra, vt perdam omne viuens quemadmodum feci. Ad-
huc [e] omnes dies terræ, ſementis, & meſſis, & frigus, & æſt9
& æſtas, & hyems, & dies, & nox non ceſſabunt.

¶ Benedictio Noach, confirmatio coniugij, conceſſio ciborum, ius gladij, pactum dei cum Noach, ebrietas Noach.

CAP. IX.

A ET benedixit deus Noach, & filiis eius, & dixit ad eos:
f fructificate [f] Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. Et timor
veſter, & pauor veſter erit ſuper omnem beſtiam terræ, &
ſuper omne volatile cœli, cum omnibus, quæ mouere fa-
ciet terra, & omnibus piſcibus maris, quæ omnia manui ve
ſtræ tradita ſunt. Omne greſſibile, quod eſt viuens, vobis
erit in eſcam. Sicut virentem herbam dedi vobis omnia.
Veruntamen carnem cum anima eius, quæ eſt ſanguis eius,
non comedetis. Et profecto ſanguinem veſtrum, anima-
rum veſtrarum, requiram, de manu omnis beſtiæ requiram
Matth. 26. e. illum, & de manu hominis, & de manu viri fratris eius, re-
Apoc. 13. c. Supr. 1. d. 8. d. quiram animam hominis. Qui effuderit ſanguinem homi-
B nis per hominem, ſanguis eius effundetur, quia ad imagi-
g gignite ſeu diſcurrite nem dei fecit hominem. Et vos creſcite & multiplicamini,
[g] generamini in terra, & multiplicamini in ea. Et dixit deus
ad Noach & ad filios eius ſecum, dicendo: Et ego, ecce ego
ſtatuo pactum meum vobiſcum, & cũ ſemine veſtro poſt
vos, & cum omni anima viuente, quæ eſt vobiſcum, tam
in volatili, quàm in animali, & omni beſtia terræ vobiſcum
ex omnibus quæ egreſſa ſunt ex arca, & omni beſtia terræ.
Et ſtatui pactum meum vobiſcum, & non excidetur omis

caro vltra ab aquis diluuij, & non erit vltra diluuium, vt di
ſperdat terram. Et dixit deus: Hoc eſt ſignum fœderis, quod Iſaiæ. 54. c.
ego do inter me, & vos, & omnem animam viuentem quæ
eſt vobiſcum in generationes ſeculi. Arcum meum [a] ponam
in nube, & erit in ſignum fœderis inter me, & terram. Et e- a poſui. fuerat iam antea iris, ſed nondũ ſignũ.
rit, cum obnubilauero nubem ſuper terram, apparebit ar- Eccleſi. 43. b
cus in nube. Et recordabor fœderis mei, quod eſt inter me
C & vos, & omnem animam viuentem cum omni carne: &
non erit vltra aqua ad diluuium, vt diſperdat omnem car-
nem. Et erit arcus in nube, & uidebo illum, vt recorder pa-
cti perpetui inter deum, & omnem animam viuẽtem cum
omni carne, quæ eſt ſuper terram. Et dixit deus ad Noach:
Hoc eſt ſignum fœderis, quod ſtatui inter me, & omnem
carnem, quæ eſt ſuper terram. Et fuerunt filij Noach qui e-
greſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iepheth. Et Cham eſt pa-
ter Chenahan. Tres iſti filij Noach. Et ab iſtis diſperſa eſt o-
mnis terra. Et incepit Noach colere terram, & plantauit vi
neam. Et bibit de vino, & inebriatus eſt, & diſcooperuit ſe
in medio tabernaculi ſui. Et vidit Cham, pater Chenahan,
D turpitudinem patris ſui, & nunciauit duobus fratribus ſu-
is in platea. Et tulerunt Sem, & Iepheth veſtimẽtum, & po-
ſuerunt ſuper humerum ambo ipſi, & euntes auerſa facie,
operuerunt turpitudinem patris ſui. Et facies eorum erant
auerſæ, & turpitudinem patris ſui non viderunt. Et exper-
gefactus eſt Noach à vino, & cognouit quòd fecit ſibi fili-
us ſuus minor. Et dixit: Maledictus Chenahan, ſeruus ſeruo
rum erit fratribus ſuis. Et dixit: Benedictus dominus deus
Sem, & ſit Chenahan ſeruus eis. [b] Dilatet deus Iepheth, &
habitet in tabernaculis Sem: & ſit Chenahan ſeruus eis. Et b Blãdus ſit deus ipſi Iepheth.
vixit Noach poſt diluuium trecentos annos. Et quinqua-
ginta annos. Et fuerunt omnes dies Noach nongenti anni
& quinquaginta anni, & mortuus eſt.

¶ Genealogia filiorum Noach. CAP. X.

A ET iſtæ ſunt generatiões filiorum Noach, Sem, Cham
& Iepheth. Et nati ſunt eis filij poſt diluuium Filij Ie-
pheth, Ghomer & Maghog & Madai & Iauan & Tubal,
& Meſech, & Tiras. Et filij Ghomer, Aſchenaz & Riphath
& Togharmah. Et filij Iauan, Eliſah & Tharſis, Chitthim 1. Parali. 1. a.
& Dodanim. Ab iſtis ſeparatæ ſunt inſulæ gentium ſecun-
dum terras ſuas, ſingulæ ſecundum linguam ſuam, ſecun-
dum familias ſuas in gentibus ſuis. Et filij Cham, Chus &
B Miſraim & Puth & Chenahan. Et filij Chus, Seba, Chaui-
lah & Sabthah & Rahamah & Sabthecah. Et filij Raha-
mah, Seba & Dedan. Et Chus genuit Nimrod. Ipſe cœpit
eſſe potens in terra. ipſe fuit potens venatione coram do-
mino. Idcirco dicitur: Sicut Nimrod potens venatione co-
ram domino. Et fuit principium regni eius Babel & Erech
& Achad & Chalneh in terra Sinhar. E terra ipſa egreſſus
eſt Aſſur, & ædificauit Nineueh & Rechoboth ciuitates,
C & Chalach, Et Reſen inter Nineueh & inter Chalach. Ipſa
eſt ciuitas magna. Et Miſraim genuit Ludim & Hanamim
& Behabim & Naphthuchim & Patruſim & Chaſluchim.
Vnde egreſſi ſunt Peliſtim & Chapthorim. Et Chenahan
genuit Sidon primogenitum ſuum & Cheth. Et Iebuſi &
Emori & Ghirchaſi. Et Chiuui & Harchi & Sini. Et Aruadi
& Semari & Chamathi. Et poſtea ſparſæ ſunt familiæ Che-
nahanæi. Et fuit terminus Chenahanæi à Sidon ingredien-
te te Gherar uſque ad Hazzah, donec ingrediaris Sedom et
Hamorah. Admah & Seboim uſque ad Laſah. Iſti filij Chã
per familias ſuas, per linguas ſuas, in terris ſuis, in gentibus
D ſuis. [c] Et ipſi Sem natus. Etiã ipſe fuit pater omniũ filiorum c Proles quoque fuit ipſi Sem qui pater fuit omnium filiorũ trans flumẽ, & frater Iaphet maior.
Heber, frater Iepheth maior. Filij Sem, Helam & Aſſur, &
Arpachſad & Lud & Aram. Et filij Aram, Hus & Chul &
Ghether & Mas. Et Arpachſad genuit Selach, & Selach ge-
nuit Heber. Et ipſi Heber nati ſunt duo filij, nomen vnius
Pelegh.



Pelegh. Quia in diebus eius diuiſa eſt terra, & nomen fratris
eius Iochthan. Et Iochthan genuit Almodad & Seleph &
Chaſarmaueth & Iarach. Et Hadoram & Vzal & Dichlah
& Hobal & Abimael, & Seba. Et Ophir & Chauilath & Io
bab. Omnes iſti filij Iochthan. Et fuit habitatio eorũ à Me-
ſah, donec ingrediaris Sephar montẽ orientis. Iſti filij Sem
per familias ſuas, per linguas ſuas, in terris ſuis, in gentibus
ſuis. Iſtæ familiæ filiorum Noach per generationes ſuas, in
gentibus ſuis. Et ab iſtis diuiſæ ſunt gentes in terra poſt di-
luuium.

¶ ÆDificatio Babel, confuſio linguarum, genealogia Sem filij Noach, uſque ad Abram. CAP. XI.

A ET erat omnis terra labij vnius, & verborum eorun-
dem. Et fuit, cum proficiſcerentur ipſi ab oriente inue
nerunt planiciem in terra Sinhar, & habitauerunt ibi. Et di
xerunt quiſque ad proximum ſuum: Agite, lateriſicemus la-
teres, & comburamus ad combuſtionem. Et fuit eis later
pro lapide, & lutum fuit eis pro cemento. Et dixerunt: Agi
te, ædificemus nobis ciuitatem, & turrim, & caput eius in
cœlum, & faciamus nobis nomen, ne forte diſpergamur in
ſuperficie omnis terræ. Et deſcendit dominus, vt videret ci
uitatem, & turrim, quam ædificabant filij hominum. Et di-
B xit dominus: Ecce populus vnus, & labium vnũ eſt omni-
bus ipſis. Et hoc eſt incipere eorum, vt faciant. Et nunc non
prohibebitur ab eis, quod cogitauerunt, vt facerent. Agi-
te, deſcendamus, & [a] confundamus ibi labium eorum, vt nõ
a cõfundat audiant vnuſquiſque labium proximi ſui. Et diſperſit domi
nus eos inde ſuper faciem omnis terræ, & ceſſauerunt ædi-
ficare ciuitatem. Propterea vocauit nomen eius Babel, quia
ibi confudit dominus labium omnis terræ, & inde diſper-
ſit eos ſuper faciem omnis terræ. Iſtæ generationes: Sem fili
us centum annorum genuit Arpachſad duob9 annis poſt
diluuium. Et vixit Sem poſtquam genuit Arpachſad, quin
gentos annos, & genuit filios & filias. Et Arpachſad vixit
C quinque & triginta annos, et genuit Selach. Et vixit Arpach-
ſad poſtquam genuit Selach tres annos & quadringẽtos annos, et
genuit filios & filias. Et Selach vixit triginta annos, & genu
it Heber. Et vixit Selach poſtquam genuit Heber tres an-
nos, & quadringentos annos, & genuit filios & filias. Et vi-
xit Heber quatuor & triginta annos, & genuit Pelegh. Et
vixit Heber poſtquã genuit Pelagh triginta annos, & qua
1. Para. 1. b. dringentos annos, & genuit filios & filias. Et vixit Pelegh
triginta annos, & genuit Rehu. Et vixit Pelegh poſtquam
genuit Rehu nouem annos, & ducentos anns, & genuit fi-
lios & filias. Et vixit Rehu duos & triginta annos, & genu-
it Serugh. Et vixit Rehu poſtquam genuit Serugh ſeptem
annos, & ducentos annos, & genuit filios & filias. Et vixit
Serugh triginta annos, & genuit Nachor. Et vixit Serugh
poſtquam genuit Nachor ducentos annos, & genuit filios,
& filias. Et vixit Nachor nouem & viginti annos & genuit
Terach. Et vixit Nachor poſtquam genuit ipſe Terach no-
D uem & decem annos, & genuit filios & filias. Et vixit Te-
1. Par. 1. b. rach ſeptuaginta annos, & genuit Abram, Nachor, & Ha-
Ioſue. 24. a. ran. Et iſtæ ſunt generationes Terach: Terach genuit Abrã
Nachor, & Haran. Et Haran genuit Loth. Et mortuus eſt
Haran coram Terach patre ſuo in terra natiuitatis ſuæ in
Vr Chaſdim. Et acceperunt Abram, & Nachor vxores.
Nomen vxoris Abram Sarai, & nomen vxoris Nachor
Milchah filia Haran patris Milchah, & patris Iſcach. Et fuit
Sarai ſterilis. Non erat ei natus. Et tulit Terach Abram, fili-
um ſuum, & Loth filium Haran, filium filij ſui, & Sarai nu-
b igne Chaldæorum rum ſuam, vxorem Abram filij ſui. Et egreſſi ſunt cum eis
Io. 24. a. Ne. 9. b. Iudith 5. a. de [b] Vr Chaſdim vt pergerent in terram Chenahan: & ve-
nerunt vſque ad Charan, & habitauerunt ibi. Et fuerunt
dies Terach quinque anni, & ducenti anni, & mortuus eſt
Terach in Charan.

¶ Obedientia Abræ, promiſſio facta ei. Item, fugit Abram famem, uenit in AEgyptum, rapitur eius uxor.

CAP. XII.

A ET dixit dominus ad Abram: Vade tibi è terra tua, &
è cognatione tua, & è domo patris tui, ad terram
quam videre faciam te. Et faciam te in gentem magnam, &
benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eſto be-
nedictio. Et benedicam benedicentibus tibi: & maledicen- Actuum. 7. a.
tibus tibi, maledicam. Et benedicent e in te omnes familiæ
terræ. Et abiit Abram quemadmodum locutus eſt ad eum Gallat. 3. b.
dominus. & perrexit ſecum Loth. Et Abram erat filius
quinque annorum, & ſeptuaginta annorum, quando egreſ
B ſus eſt de Charan. Et cepit Abram Sarai vxorem ſuam, &
Loth filium fratris ſui & omnem ſubſtantiã ſuã, quam ac- Hebræ. 11. b.
quiſierant, & animas quas fecerunt in Charan, & egreſſi
ſunt, vt pergerent in terram Chenahan, & venerunt ad ter-
ram Chenahan. Et tranſiuit Abram in terram vſque ad lo-
cum Sechem, vſque ad [a] quercum Moreh. Et Chenahanæ- a quercetũ
us tunc erat in terra. Et viſus eſt dominus Abræ, & dixit: Infra. 12. a. 6.
Semini tuo dabo terram hanc. Et ædificauit ibi altare do- 13. d. 15. d. 1. b
mino, qui apparuerat ſibi. Et tranſtulit ſe inde ad montem a Deu. 34.
ab oriente ipſi Bethel. Et tetendit tabernaculum ſuum: Be-
thel erat ab occidente, & Hai ab oriente. Et ædificauit ibi al
C tare domino, & inuocauit nomen domini. Et profectus eſt
Abram [b] eũdo, & proficiſcendo ad meridiem. Et fuit fames b ſenſim, pedetentim
in terra. Et deſcendit Abram in AEgyptum, vt peregrina-
retur ibi, quia grauis fames erat in terra. Et fuit, quando ap
propinquauit, vt ingrederetur AEgyptum, dixit ad Sarai
vxorem ſuam: Ecce nunc cognoui, quòd mulier pulchra a-
ſpectu es. Et erit, cum viderint te AEgyptij, dicent, vxor e-
ius eſt: & occident me, & te viuere facient. Dic nunc: Soror Infra. 20. a.
mea es, vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea
propter te. Et fuit, cum ingrederetur Abram AEgyptum,
viderunt AEgyptij mulierem, quòd pulchra eſſet valde. Et
D viderunt eam principes Parhoh, & laudauerunt eam Pa-
rhoni. Et ducta eſt mulier in domum Parhoh. Et ipſi A-
bram benefecit propter eam. Et fuerunt ei pecudes, & bo-
ues, & aſini, & ſerui, & ancillæ, & aſinæ, & cameli. Et percuſ
ſit dominus Parhoh percuſſionibus magnis & domum
ei9 cauſa Sarai vxoris Abram. Et vocauit Parhoh Abram,
& dixit: Cur hoc feciſti mihi? vt quid non indicaſti mihi quod
vxor tua eſſet? Vt quid dixiſti, ſoror mea eſt? Et tuli eam mi
hi in vxorem. Et nunc ecce vxor tua, cape, & vade. Et præ-
cepit ſuper eum Parhoh viris, & dimiſerunt eum, & vxo-
rem eius, & omnia quæ erant ei.

¶ Abram diuidit terram cum fratre ſuo Loth, accipit ſecundam promiſſionem. CAP. XIII.

A ET aſcendit Abram ex AEgypto, ipſe & vxor eius, &
omnia quæ erant ei, & Loth cum eo ad meridiem Et
Abram diues erat valde in pecudibus, in argento, & auro.
Et perrexit per profectiones ſuas à meridie uſque ad Be-
thel, vſque ad locum, vbi fuerat tabernaculum eius in prin
cipio, inter Bethel, & Hai. Ad locum altaris, quod fecerat
ibi in principio, & inuocauerat ibi Abram nomen domi- Supra. 12. a.
ni. Et etiam ipſi Loth ambulanti cum Abram erant pecu-
B des, & boues & tabernacula. Et non ferebat eos terra, vt ha
bitarent pariter, quia erat ſubſtantia eorum multa, & non
poterant habitare pariter. Et fuit contentio inter paſtores Infra. 36. a.
pecudum Abram, & paſtores pecudum Loth. Et Chena-
hanæus, & Perizæus tunc habitabant in terra. Et dixit A-
bram ad Loth: Ne nunc ſit contentio inter me & te, & inter
paſtores meos, & paſtores tuos, quia viri fratres ſumus.
Nunquid non omnis terra eſt coram te? Separa te nunc à
me. Si ieris ad ſiniſtram, dexteram tenebo: & ſi ad dexteram
ieris, ſiniſtram tenebo. Et leuauit Loth oculos ſuos, & vi-
dit omnem planitiem Iarden, quòd tota eſſet irrigua, an-
tequam diſperderet dominus Sedom, & Hamorah, ſicuti
hortus domini, ſicut terra AEgypti, ingrediente te in So-
C har. Et elegit ſibi Loth omnem planitiem Iarden, & profe-

a iij.

ctus eſt Loth ab oriente, & ſeparauerunt ſe alter ab altero.
Abram habitauit in terra Chenahan, & Loth habitauit in
D vrbibus planiciei, & tetendit tabernaculum Sedom vſque.
Et viri Sedom erãt mali, & peccatores dño valde. Et domi
nus dixit ad Abram, poſtquam ſeparauit ſe Loth ab eo:
Leua nunc oculos tuos, & vide à loco, vbi es, ad aquilo-
nem, meridiem, orientem, & occidentem. Quia omnem ter
ram, quam tu vides, tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſecu-
lum. Et ponam ſemen tuum ſicut puluerem terræ, quia ſi
poterit quiſquam numerare puluerem terræ, etiam ſemen
tuum numerabit. Surge, ambula per terram in longitudi-
nem eius, & in latitudinem eius, quia tibi dabo eam. Et te-
tendit tabernaculum Abram & venit, et habitauit in [a] quer
a quercetis cubus Mamre, quæ ſunt in Chebron, & ædificauit ibi alta-
re domino.

¶Commiſſo inter quinque reges, Sedom, Hamorah, Admah, Seboim, Belah & quatuor reges Chedor lahomer, Tidhal, Amraphel & Arioch bello, in ualle Siddim capitur Loth cũ omni ſubſtantia. Quo liberato per Abram, offert Malchiſedech ipſi Abram munera CAP. XIIII.

A ET fuit in diebus Amraphel regis Sinhar. Arioch rex
b Ghoim, cuius regnũ erat ad Ghilgad circa Iordanem. Elaſar Chedorlahomer rex Helam, & Tidhal rex [b] gẽ
tium, fecerunt bellum cum Berah rege Sedom, & Birſah
rege Hamorah, Sinab rege Admah, & Semeber rege Se-
Ioſue.12. boim, & rege Belah, ipſa eſt Sohar. omnes iſti coniuncti
c agrorum ſunt in valle [c] Siddim: Ipſa eſt vallis maris ſalis. Duodecim
annos ſeruierunt Chedorlahomer, & XIII. anno defece-
runt. Et XIIII. anno venit Chedorlahomer, & reges qui
erant cum eo: Et percuſſerunt Rephaim in Aſtheroth Char
naim, & Zuzim in Ham, & Emim in Saueh Chiriathaim.
Et Chori in montanis Sehir vſque ad planiciem Paran, quę
eſt iuxta deſertum. Et reuerſi ſunt, & venerunt ad Hen miſ
path Ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem agrum Ama-
lechitæ, & etiam Emoræum habitantem in Chaſeſon Tha-
mar. Et egreſſus eſt rex Sedom, & rex Hamorah, & rex Ad
mah, & rex Seboim, & rex Belah: Ipſa eſt Sohar, & ordina-
uerunt cum eis bellum in valle Siddim, cum Chedorlaho-
mer rege Helam, & Tidhal rege gentium, & Amraphel re-
ge Sinhar, & Arioch rege Elaſar, quatuor reges cum quin-
que. Et vallis Siddim plena erat puteis cementi. Et fuge-
d ſe in illos cõiecerunt. ſ. ut delireſcerent runt rex Sedom & Hamorah, & [d] ceciderunt ibi, & reſidui
in montem fugerunt. Et ceperunt omnem ſubſtantiam Se-
dom & Hamorah, & omnem eſcam eorum, & abierunt.
Et ceperunt Loth, & ſubſtantiã eius, filiũ fratris Abram, &
abierunt. Et ipſe habitabat in Sedom. Et venit quidam,
qui euaſerat, & nũciauit Abram Hebræo, & ipſe habitabat
in [e] quercubus Mamre Emori fratris Eſchol, fratris Haner,
e quercetis & ipſi erãt fœderati cum Abram. Et audiuit Abram quòd
C captiuus ductus eſſet frater ſuus, & armauit pueros ſuos,
pueros domus ſuæ, octo, & decem & trecentos, & perſe-
cutus eſt vſque ad Dan. Et diuiſit ſe ſuper eos nocte ipſe, &
ſerui eius, & percuſſit eos, & perſecutus eſt eos vſque ad
Chouah, quæ eſt à leua Dammeſech. Et reduxit omnẽ ſub-
ſtantiam, & etiam Loth fratrem ſuum, & ſubſtantiam eius
reduxit. Et etiam mulieres & populum. Et egreſſus eſt rex
Sedom in occurſum eius, poſtquam reuerſus eſt ipſe à cæ-
dendo Chedorlahomer, & reges qui erant ſecum, ad vallẽ
Saueh. Ipſa eſt vallis regis. Et Malchiſedech rex Salẽ protu-
lit panem & vinum. Et ipſe erat ſacerdos deo altiſſimo. Et
benedixit ei, & dixit: Benedictus Abram deo altiſſimo poſ-
D ſeſſori cœli, & terræ. Et benedictus de⁹ altiſſimus, qui tradi
dit hoſtes tuos in manu tua. & dedit ei decimam de omni-
Hebræ. 7.a bus. Et dixit rex Sedom ad Abrã: Da mihi animas, & ſub-
ſtantiam tolle tibi. Et dixit Abram ad regem Sedom: Leua
ui manum meam ad dominum deum altiſſimum, poſſeſ-
ſorem cœli & terræ: ſi à filo vſque ad corrigiam calceamen
ti, accepero ex omnibus, quæ ſunt tibi, ne dicas: Ego dita-
ui Abram. Præter ea tantum, quæ comederunt pueri, &
partem virorum, qui perrexerunt mecum Anher, Eſchol,
& Mamre. Ipſi accipiant partem ſuam.

¶Promiſſio terræ facta Abræ, fides eiuſdem, uaticinium ſeruitutis, & liberationis AEgyptiacæ. CAP. XV.

POſt hæc fuit verbum domini ad Abram in viſione,
dicendo: Ne timeas Abram. Ego ſcutum ero tibi,
A merces tua multa valde. Et dixit Abram: Domine deus,
quid dabis mihi? Et ego vado abſque liberis, et [a] fili⁹ guber a filius relictionis, cui omnia relinquo
nator domus meæ iſte Dammeſech Elihezer. Et dixit A-
bram: Ecce mihi non dediſti ſemen. Et ecce filius domus
meæ hæreditat me. Et ecce verbum domini ad eum dicen- Am. 4. c.
do: Non hæreditabit te iſte, ſed qui egredietur de viſcerib⁹
tuis, ipſe hæreditabit te. Et eduxit eum foras, & dixit: Suſpi-
ce nunc cœlum, & numera ſtellas, ſi poteris numerare eas.
B Et dixit ei: Sic erit nomen tuum. Et credidit domino, & re- Roma. 4. a.
putauit illud ſibi ad iuſtitiam. Et dixit ad eum: Ego domi- Gala. 3. a.
nus, qui eduxi te de Vr Chaſdim, vt darem tibi terram iſtã, Iacobi. 2. d. Supra. 11. d.
vt hæredites eam. Et dixit: domine de⁹ in quo cognoſcam,
quòd hæreditabo eam? Et dixit ad eum: Tolle mihi vitu-
lam [b] triennem, & capram triennem, & arietem [c] triennem, b triplicatã, i. tres uitulas
& turturem: & pullum columbarum. Et tulit ſibi omnia i-
ſta, & diuiſit ea per medium, & poſuit ſingulas diuiſionis c triplicatũ.
eius partes, alteram contra alteram, ſed aues non diuiſit. Et
deſcenderunt aues ſuper cadauera, & abigebat eas Abram.
C Et fuit ſole occumbente, ſopor cecidit ſuper Abram. Et ec-
ce [d] terror tenebroſus magnus cadens ſuper eum. Et dixit
ad Abram: Cognoſcendo cognoſces, quòd peregrinum e-
rit ſemen tuum in terra non ſua. Et ſeruire facient eos, & af- d horror tenebrarũ magnarum
fligent eos quadringẽtos annos. Et etiam gentem cui ſerui-
ent: iudico ego. Et poſtea egredientur cum ſubſtantia ma-
gna. Et tu ingredieris ad patres tuos in pace. Sepelieris Acto. 7. a.
in canitie bona. Et generatione quarta reuertent huc, quia Exod. 12. f.
non eſt perfecta punitio Emoræi vſque adhuc. Et fuit, ſo-
D le occumbente, caligo erat, Et ecce furnus fumans, & lam- ſ. 12. b. & 13.
pas ignis, quæ tranſibat inter diuiſiones ipſas. In die ipſo pe d. ſ. 26. a.
pigit dominus cum Abram fœdus, dicendo: Semini tuo Deute. 34. b.
dabo terram hanc, à flumine AEgypti vſque ad flumẽ ma-
gnum, flumen [e] Perath, Chenæũ & Chenizæum & Chad- e Euphratẽ
monæum. Et Chitthæum & Perizæum & Raphaim. Et
Emoræum & Chenahenæũ & Chirghaſcæum & Iebuſæũ.

¶Haghar concepit, fugit Sarai, conſolatur ab angelo, parit Iſmael. CAP. XVI.

ET Sarai vxor Abram non pepererat ei. Et ei erat an-
A cilla AEgyptia, & nomen eius Haghar. Et dixit Sa-
rai ad Abram: Ecce nunc concluſit me dominus, ne pare-
rem. Ingredere [f] nunc ad ancillam meam, ſi forte filios ſu- f quæſo
ſcipiam ex ea. Et paruit Abram voci Sarai. Et tulit Sarai v-
xor Abram, Haghar AEgyptiam ancillam ſuam in fine de-
cem annorũ, quibus habitauit Abram in terra Chenahan,
& dedit eam Abram viro ſuo in vxorem. Et ingreſſus eſt
ad Haghar & concepit. Et vidit quòd concepiſſet, & de-
ſpectui fuit domina eius in oculis ſuis. Et dixit Sarai ad A-
B bram: Punitio mea ſuper te. Ego dedi ancillam meam in ſi-
nu tuo. Et vidit quòd concepit, & deſpectui ſum in ocu-
lis eius. Iudicet dominus inter me, & te. Et dixit Abram ad
Sarai: Ecce ancilla tua in manu tua, fac ei quod bonum eſt
in oculis tuis. Et afflixit eam Sarai, & fugit à facie eius. Et in-
uenit eam angelus domini iuxta fontem aquæ in deſerto,
iuxta fontem in via Sur. Et dixit: Aghar ancilla Sarai, vbi?
vnde venis? & quo vadis? Et dixit: A facie Sarai dominæ
meæ ego fugio. Et dixit ei angelus domini: Reuertere ad do
C minam tuam, & humilia te ſub manibus eius. Et dixit ei an-
gelus domini: Multiplicando multiplicabo ſemen tuum,
& non numerabitur præ multitudine. Et dixit ei angelus
domini: Ecce es prægnans, & paries filium, & vocabis no-
mẽ eius Iſmahel, quia audiuit dominus afflictionem tuam.
Et ipſe erit

a tanquam onager inter homines. Et ipſe erit [a] ſylueſtris homo. Manus eius in omnes, & ma-
nus omnium in eum. Et coram omnibus fratribus ſuis ha-
bitabit. Et uocauit nomẽ domini, qui loquebatur ſibi: Tu
D deus [b] vides me, quia dixit: Nônne etiã hic vidi [c] quæ ſunt
b uiſiõis meę c poſtꝗ uidit me? poſt videntem me? Idcirco vocauit puteum, puteum viuẽ
tis, videntis me. Ecce eſt inter Cades & Bered. Et peperit
Haghar Abram filium. Et vocauit Abram nomen filij ſui,
quem peperit Haghar, Iſmahel. Et Abram filius erat octo-
ginta annorum, & ſex annorum, quãdo peperit Haghar Iſ-
mael ipſi Abram.

¶Promiſſio facta Abrahæ quarta, præcipitur circunciſio, promittitur Iſchac. CAP. XVII.

A ET erat Abram [d] filius nonaginta annorum & nouem
d uir Galat. 4. c. annorum. Et viſus eſt dominus Abram, dixitꝗ; ad
eum: Ego deus omnipotens, ambula coram me, & eſto per
e ponam fectus. Et [e] dabo pactum meum inter me & te, & multipli-
cabo te vehementiſſime. Et proſtrauit ſe Abram ſuper fa-
ciem ſuam. Et locutus eſt ſecum deus, dicendo: Ego ecce pa
ctum meum tecum, & eris in patrẽ multitudinis gentium.
Et non vocabitur vltra nomen tuum Abram: ſed erit no-
Eccle. 44. c. men tuum Abraham ꝗa patrem multitudinis gentium po-
Roman. 9. c. ſui te. Et multiplicabo te vehementiſſime, & ponam te in
gentes, & reges ex te egredientur, & ſtatuam pactum meũ
inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationes
ſuas, in pactum perpetuum, vt ſim tibi in deum, & ſemi-
B ni tuo poſt te. Et dabo tibi, & ſemini tuo poſt te, terram pe
regrinationum tuarum omnem terram Chenahan in poſ-
ſeſſionem perpetuam, & ero eis in deum. Et dixit deus ad
Abraham. Et tu pactum meum cuſtodies, tu & ſemen tu-
Acto. 7. a. ro. 5. b. Luc. 2. c. um poſt te in generationes ſuas. Hoc pactum meum, quod
cuſtodietis inter me & vos, & inter ſemen tuum poſt te, vt
circuncidatur in vobis omnis maſculus. Et circũcidetis car
nem præputij veſtri, & erit in ſignum pacti inter me & vos
Et filius octo dierum circuncidetur in vobis: omnis maſcu
lus in generationes veſtras, natus, domus, & emptus argen
to ab omni filio alienigenæ, qui non eſt de ſemine tuo. Cir-
cuncidẽdo circuncidetur natus dom⁹ tuæ, & emptus argẽ
to tuo, & erit pactũ meũ in carne vrã in pactũ perpetuũ. Et
pręputiatus maſculus, ꝗ non circunciderit carnẽ præputij
ſui, exterminabitur anima ipſa de populis ſuis quia pactum
meum irritum fecit. Et dixit deus ad Abraham: Sarai vxo
f. i. Sarae, ꝗ & erit in nationes. ꝗris tuæ non vocabis nomẽ Sarai, ſed Sarah eſt nomen ei⁹.
Et benedicam ei, [f] & etiam dabo ex ea tibi filium, & benedi-
cam ei, [g] & erit in gentes. Reges populorum ex ea erunt. Et
proſtrauit ſe Abraham ſuper faciem ſuam, & riſit, dixitque
in corde ſuo: Nunquid filio centũ annorum naſcetur pro-
les? Et an Sarah filia nonaginta annorum pariet? Et dixit
C Abraham ad deum: Vtinam Iſmahel viuat coram te. Et di
xit deus: Vere Sarah vxor tua pariet tibi filium, & vocabis
nomen eius Iſchac. Et ſtatuam pactum meum ſecum in pa-
ſ. 18. b. et. 21. a g ſuper ctum perpetum & ſemini eius poſt eum. Et [g] pro Iſmahel
audiui te. Ecce benedixi ei, & creſcere faciam eum, & mul
tiplicare faciam eum vehementiſſime. Duodecim principes
generabit, & ponam eum in gentem magnam. Et pactum
meum ſtatuam cum Iſchac, quem pariet tibi Sarah in tem-
pore hoc anno altero. Et finiuit loqui cum eo, & aſcendit
de⁹ ſupra Abraham. Et tulit Abraham Iſmahel filium ſuũ,
& omnes natos domus ſuæ, & omnem acquiſitum argen-
D to ſuo. Omnis maſculi in viris, domus ſuæ circuncidit car-
nem præputij eorum in corpore diei ipſius, quando locu
tus eſt cum eo deus. Et Abraham erat filius nonoginta &
nouem annorũ, quando circũciſa fuit caro pręputij ipſius.
Et Iſmahel filius eius, erat filius tredecim annorum, quan-
do circunciſus eſt ipſe in carne præputij ſui. In corpore diei
ipſius circunciſus eſt Abraham, & Iſmahel filius eius. Et om
nes viri domus eius, & emptus argento à filio alienigenæ
circunciſi ſunt cum ipſo.

¶Apparent Abrahæ tres angeli, promittitur Iſchac, ridet Sarah, prædicitur interitus Sodomorum. CAP. XVIII.

A ET viſus eſt illi dominus in [a] quercubus Mamre. Et ipſe
ſedebat in oſtio tabernaculi, cum incaleſceret dies Et a quercetis
eleuauit oculos ſuos, & vidit. Et ecce tres viri ſtabant iuxta
eum. Et vidit, & cucurrit in occurſum eorũ ab oſtio taber-
naculi, & incuruauit ſe ſuper terram. Et dixit: Domine mi,
ſi nunc inueni gratiam in oculis tuis, ne nunc tranſeas à ſer-
uo tuo. Tolletur nunc parũ aquæ, & leuate pedes veſtros,
& innitimini ſub arbore. Et capiam buccellam panis, &
fulcite cor veſtrum, poſtea tranſibitis, quia idcirco tranſiſtis
ad ſeruum veſtrum. Et dixerũt: Sic facias quemadmodum
locutus es. Et feſtinauit Abraham ad tabernaculũ ad Sarah
& dixit: Feſtina, tria ſata farinæ ſimilæ conſperge & fac ſub-
cinericios panes. Et ad boues cucurrit Abraham, & tulit fi
lium bouis tenerum, & bonum, & dedit puero, et feſtinauit
vt pararet eum. Et tulit butyrũ, & lac, & filiũ bouis, quẽ pa
rauerat, & poſuit ante eos, & ipſe ſtabat iuxta eos ſub arbo
re, & comederunt. Et dixerunt ad eum: Vbi eſt Sarah vxor
B tua? Et dixit: Ecce in tabernaculo. Et dixit: Reuertendo reuer
tar ad te [b] ſecundum tempus vitæ, Et ecce filius erit Sarah b iuxta tẽpus animantis. i. poſt nouem menſes.
vxori tuę. Et Sarah audiebat in oſtio tabernaculi, quod erat
poſt eũ. Et Abraham & Sarah ſenes progreſſi erant in dies.
Deſieratꝗ; eſſe ipſi Sarah conſuetudo, vt mulierum. Et riſit ſ. 21. a. ro. 9. b
Sarah inter ſeſe, dicendo: Poſtquam ſenui, erit mihi volu-
ptas? Et dominus meus ſenuit. Et dixit domin⁹ ad Abrahã:
Vt quid dixit Sarah dicendo: Num etiam verè pariam, &
ego ſenui? Nũnquid abſcondetur à domino quicquã? Ad [c]
tempus reuertar ad te ſecundum tempus vitæ, & ipſi Sarah c præſcriptũ tempus
erit filius. Et negauit Sarah dicendo: Non riſi. quia timuit.
Et dixit: Nequaquam, quia riſiſti. Et ſurrexerunt inde viri, et
reſpexerunt contra faciem Sedom. Et Abraham ibat cum
C eis, vt deduceret eos, Et dominus dixit: Nũnquid celo
ego Abraham, quod ego facio? Et Abraham, eſſendo erit
in gentem magnam, & fortem, & benedicent ſibi in eo oẽs
gentes terræ. Quia noui eum, Propterea præcipiet filijs ſuis,
& domui ſuæ poſt ſe, & cuſtodiẽt viam domini, vt faciant
iuſtitiam, & iudicium, vt venire faciat dominus ſuper Abra
ham quod locut⁹ eſt ſuper eum. Et dixit dominus: Clamor
Sedom & Hamorah quidem multiplicatus eſt, vt & pecca
tum eorum, quia aggrauatũ eſt valde. Deſcendam nunc, &
videbo, an ſecundum clamorem, qui venit ad me, fecerint
conſummationem, & ſi non ſciam. Et verterunt ſe inde viri,
& perrexerunt in Sedom. Et Abraham adhuc ipſe ſtabat co
ram dño. Et acceſſit Abraham, & dixit: Nũnquid ẽt diſper
des iuſtum cum impio? Si forte fuerint quinquaginta iu-
ſti intra ciuitatem, nunquid etiam diſperdes, & non parces
loco propter quinquaginta iuſtos, qui ſunt intra eam?
Abſit tibi vt facias ſecundum rem hanc, vt mori facias
iuſtum cum impio, & ſit iuſtus ſicut impius. Abſit tibi. Nũ-
quid iudex omnis terræ, non faciet iudicium Et dixit dñs: Si
inuenero in Sedom quinquaginta iuſtos intra ciuitatem,
parcam toti loco propter eos. Et reſpondit Abraham, &
D dixit: Ecce ego [d] cœpi loqui ad dominum meum, & ſum d auſus ſum
puluis & cinis. Si forſitan defuerint de quinquaginta iuſtis
quinque, nunquid diſperdes propter quinque totam ciui
tatem? & dixit: Non diſperdam, ſi inuenero ibi quadragin
ta & quinque. Et addidit adhuc vt loqueretur ad eum, &
dixit: Si forte inuenti fuerint ibi quadraginta? Et dixit: Non
faciam propter quadraginta. Et dixit: Ne nunc ſit ira domi
no meo, & loquar: Si forte inuenti fuerint ibi triginta? Et di
xit: Non faciam, ſi inuenero ibi triginta. Et dixit: Ecce nunc
[e] cœpi loqui ad dominum meũ: Si forſitan inuenti fuerint e auſus ſum
ibi viginti? Et dixit: Non diſperdam propter viginti. Et di-

xit: Ne nunc ſit ira domino meo;, & loquar: veruntamen
ſemel, Si forſitan inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non
diſperdam propter decem. Et perrexit dominus, quando
finiuit loqui ad Abraham, & Abraham reuerſus eſt ad
locum ſuum.

¶ Loth hoſpicio ſuſcipit angelos, Sedomorum libido, eorum interitus, fuga Loth, uxoris ſuæ metamorphoſis, eius ebrietas & crimẽ inceſtus cum filiabus.

## CAP. XIX.

A ET venerunt duo angeli in Sedom veſperi, & Loth
ſedebat in porta Sedom. Et vidit Loth, & ſurrexit
in occurſum eorum, & incuruauit ſe in faciem ſuper ter-
ram, & dixit: Ecce nunc domini mei [a] declinate nunc ad
domum ſerui veſtri, & pernoctate, & lauate pedes veſtros,
& mane ſurgetis, & pergetis in viam veſtram. Et dixerunt:
Nequaquam, ſed in platea pernoctabimus. Et vim fecit
eis valde, & declinauerunt ad eum, & venerunt ad domum
eius, & fecit eis conuiuium, & infermentata coxit, & co-
mederunt. Antequam dormirent, viri ciuitatis Sedom
girauerunt iuxta domum à puero vſque ad ſenem omnis
populus ab [b] extremo. Et vocauerunt Loth, & dixerunt
ei: Vbi ſunt viri qui venerunt ad te nocte? Educ eos ad
B nos, & cognoſcemus eos. Et egreſſus eſt ad eos Loth ad o-
ſtium, & oſtium clauſit poſt ſe. Et dixit: Ne nunc fratres mei
malefaciatis. Ecce mihi ſunt duæ filiæ, quæ non cognoue
runt virum, educam nunc eas ad vos, & facite eis, ſicut
bonum eſt in oculis veſtris: tantum viris iſtis ne faciatis
quicquam, eò quòd venerunt in vmbra tigni mei. Et dixe-
runt: vade vltrà, & dixerunt: Vnus venit ad peregrinãdum
& iudicauit iudicando? Nunc magis malefaciemus tibi, q̃
ipſis. Et vim fecerunt in virum ipſum Loth valde. Et appro
pinquauerunt, vt frangerent oſtium. Et miſerunt viri ma-
num ſuam, et introduxerunt Loth ad ſe in domum, & oſtiũ
clauſerunt. Et viros qui erant ad oſtium domus, percuſſe-
C runt cæcitatibus, à minimo vſque ad maximum, & labora
uerũt, vt inuenirent oſtium. Et dixerũt viri ad Loth: Adhuc
eſt aliq̃s tibi hîc? Generũ, & filios tuos, et filias tuas et omnia
quæ ſunt tibi in ciuitate, educ de loco: quia diſperdimus lo
cum hunc, quia creuit clamor eorum coram domino: et mi
ſit nos dominus ad perdendum eum. Et egreſſus eſt Loth,
& locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperant filias eius, et
dixit: Surgite, egredimini de loco iſto, quia diſperdit domi-
nus ciuitatem. Et fuit, ſicut ludens in oculis generorum
ſuorum. Et cum aurora aſcendiſſet vim faciebãt angeli ipſi
D Loth dicẽdo: Surge, cape vxorẽ tuã, & duas filias tuas, quæ
inueniuntur, ne forte pereas in punitione ciuitatis. Et tarda
bat. Et apprehenderunt viri manum eius, & manum vxoris
eius, & manum duarũ filiarum eius, eò quòd parceret do-
minus ei. & eduxerunt eum, & poſuerunt eum extra vrbẽ.
Et fuit, cum eduxiſſet eos foras, dixit: Erue te in anima tua,
[c] ne reſpicias poſt te, & ne ſtes in omni planicie. Ad mon-
tem erue te, ne forte pereas. Et dixit Loth ad eos Ne nunc
domini mei. Ecce nunc inuenit ſeruus tuus gratiam in o-
culis tuis, et magnificaſti miſericordiam tuam, quam fe-
ciſti mecum, vt viuificares animam meam. Et ego non po
tero eruere me ad montem, ne forte hæreat mihi malum, &
moriar. Ecce nunc ciuitas iſta propinqua, vt fugiam illuc,
& eſt parua. Eruam me nunc illuc. Nunquid non parua eſt?
E Et viuet anima mea. Et dixit ad eum: Ecce ſuſcepi faciem
tuam, etiam in hoc vt non ſubuertam ciuitatem, vt locu
tus es. Feſtina erue te illuc, quia non potero facere quic-
quam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocauit nomen
ciuitatis Sôchar. Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Loth
ingreſſus eſt Sehar. Et dominus pluit ſuper Sôdom, &
ſuper Hamorah ſulphur, & ignem à domino è cœlis. Et ſub
F uertit ciuitates iſtas, & omnem planiciem, & omnes ha
bitatores vrbium, & germen terræ. Et reſpexit vxor eius
poſt eum, & effecta eſt ſtatua ſalis. & ſurrexit Abraham
manè ad locum, vbi ſteterat coram domino. Et reſpexit ſu
per faciem Sedom, & ſuper omnem faciem terræ planiciei,
et vidit, et ecce aſcẽdebat fumꝰ terrę, ſicut fumus fornacis.
Et fuit, cũ diſperderet deꝰ vrbes planiciei, recordatꝰ eſt deꝰ
Abraham, & emiſit Loth è medio ſubuerſionis, quando
ſubuertit ciuitates, in quarum vna habitabat Loth. Et aſcẽ
dit Loth de Sohar, & habitauit in monte, & duæ filiæ e-
G ius cum eo, quia timuit habitare in Sohar, & habitauit
in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius. Et dixit maior ad mino-
rem: Pater noſter ſenex eſt, & vir non eſt in terra, vt in-
grediatur ad nos ſecundum morem omnis terræ. Ve-
ni, potum demus patri noſtro vinum, & dormiamus cum
eo, & viuificemus de patre noſtro ſemen. Et potum dede-
runt patri ſuo vinum, nocte ipſa, & ingreſſa eſt maior
& dormiuit cum patre ſuo, & non cognouit quando dor-
miuit ipſa, nec quando ſurrexit ipſa. Et fuit in craſtino, di-
xit maior ad minorem: Ecce dormiui heri ſero cum pa-
tre meo, potum demus ei vinum, etiam nocte, & ingre-
dere, dormi cum eo, & viuificemus de patre noſtro ſemen
Et potum dederunt etiam nocte ipſa patri ſuo vinum.
Et ſurrexit minor, & dormiuit cum eo, & non cogno-
uit, quando dormiuit ipſa, nec quando ſurrexit ipſa. Et
conceperunt duę filiæ Loth, de patre ſuo. Et peperit ma-
ior filium, & vocauit nomen eius Moab. Ipſe eſt pater
Moab vſque ad diem hanc. Et minor etiam ipſa peperit
filium, & vocauit nomen eius Benhammi, Ipſe eſt pater
filiorum Hammon vſque ad diem hanc.

a diuertite

b ab extremis urbis partibus.

2. Petr. 2. b.

Sapien. 19. c.

Sap. 10. a.

c ne te poeniteat relictorũ bonorum, ut Lucæ. 9. g.

Eſaiæ. 13. d. Iere. 50. f. Eze. 16. f. Oſee. 11. c. Amos. 4. d. Lucæ. 17. f. Iudę 1. c. Sup. 18. a.

¶ Abraham peregrinatur, rapitur eius uxor per Abimelech regem Gherar, & ei redditur cum donis. Deus Abrahæ protector.

## CAP. XX.

A ET profectus eſt inde Abraham ad terram meridianã,
& habitauit inter Cades, & Sur, & peregrinatus eſt in
Gherar. Et dixit Abraham ſuper Sarah vxore ſua: Soror
mea eſt. Et miſit Abimelech rex Gherar, & accepit Sarah.
Et venit deus ad Abimelech in ſomnio noctis, & dixit ei:
Ecce es mortuus, propter vxorem quam accepiſti: et ipſa
maritata eſt marito. Et Abimelech non appropinqua-
B uerat ad eam, & dixit: Domine, nunquid gentem etiam
iuſtam occides? Nunquid non ipſe dixit mihi: ſoror mea
eſt, & ipſa etiam dixit: frater meus eſt? In perfectione cor-
dis mei, & in munditia manuum mearum feci hoc. Et di-
xit ad eum, deus in ſomnio: Etiam ego noui, quòd in
perfectione cordis tui feciſti hoc, & prohibui etiam ego
te, ne peccares mihi. Idcirco non permiſi tibi, vt tange-
res eam. Et nunc redde vxorem viro, quia propheta eſt,
& orabit pro te, & viues. Et ſi tu non redideris, ſcito quòd
moriendo morieris tu, & omne quod eſt tibi. Et ſurrexit
Abimelech mane, & vocauit omnes ſeruos ſuos, & locutus
C eſt omnia verba iſta in auribus eorum, & timuerunt vi-
ri valde. Et vocauit Abimelech Abraham, & dixit ei: Quid
feciſti nobis? Et quid peccaui tibi, quia induxiſti ſuper me,
& ſuper regnum meum, peccatum grande? Opera, quæ
non ſunt fienda, feciſti mecum. Et dixit Abimelech ad A-
braham: Quid vidiſti, quia feciſti rem hanc? Et dixit Abra
ham, quia dixi: Vere non eſt timor dei in loco iſto. Et occi-
dent me propter vxorem meam. Et etiam verè ſoror mea
eſt, filia patris mei: veruntamen non filia matris meæ, &
fuit mihi in vxorem. Et fuit, quando vagari fecit me deus de
domo patris mei, dixi ei: Hæc eſt miſericordia tua, quam
facies mecum. In omni loco, ad quem veniemus, dic de
me: frater meus eſt. Et cepit Abimelech pecudes, & boues,
& ſeruos, & ancillas, & dedit Abraham, & reſtituit ei Sarah
vxorẽ eiꝰ. Et dixit Abimelech: Ecce terra mea corã te, in loco
bono corã oc̃lis tuis habita. Et ad Sarah dixit: Ecce dedi mil
le argenteos

S. 12. c.



le argenteos fratri tuo [a]. Ecce eſt tibi operimentum oculo-
rum, omnibus qui ſunt tecum, & in omnibus erudiuit ſe. Et
orauit Abraham ad deum, & ſanauit deus Abimelech &
vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt. Quia clauden-
do clauſerat dominus ſuper omnem vuluam domus Abi-
melech propter Sarah vxorem Abraham.

a Ecce hoc tibi uelũ ad occultãdam pulchritudinẽ tuam, & apud eos q̃ tecũ ſunt, & apud reliq̃s oẽs (ne ſcilicet quem tẽtes) & caſtigaberis, ſeu eſto cauta, ne mẽtiaris eſſe fratrẽ qui maritus eſt.

¶ Naſcitur Iſchac, eiicitur Haghar ancilla cum puero Iſmaele, fœdus Abraham cum Abimelech.

## CAP. XXI.

A ET dominus viſitauit Sarah quemadmodum dixit. Et
fecit dominus ipſi Sarah, quẽadmodum locutus eſt,
& concepit & peperit Sarah ipſi Abraham filium in ſene-
ctute eius, in tempore quod locutus fuerat deus. Et vocauit
Abrahã nomen filij ſui, qui natꝰ eſt ſibi, quẽ pepit ſibi Sarah
Iſchac. Et circuncidit Abraham Iſchac filium ſuum, filium
octo dierum, quemadmodum præcepit ei deus. Et Abra-
ham vir erat centum annorum, quando natus eſt ei Iſchac
filius ſuus. Et dixit Sarah: Riſum fecit mihi deus. Omnis au-
diens corridebit mihi, & dixit [b]: Quis locutus eſt ad Abra-
ham lactare fecit filios Sarah, quia peperi filium in ſenectu-
te eius. Et creuit puer, & ablactatus eſt. Et fecit Abraham cõ
uiuium Aagnum, in die qua ablactatus eſt Iſchac. Et vidit
B Sarah filium Haghar Aegyptiæ, quem peperit ipſi Abra-
ham, [c] ludentem. Et dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc
& filium eius, quia non hæreditabit filius ancillæ huius, cũ
filio meo, cũ Iſchac. Et diſplicuit res valde in oculis Abrahã
propter filium ſuum. Et dixit deus ad Abrahã: Ne ſit diſpli
centia in oculis tuis ſuper puerum, & ſuper ancillam tuam:
In omnibus quæ dixerit tibi Sarah, audi vocem eius: quia
in Iſchac vocabitur tibi ſemen. Et etiam filium ancillę in gẽ
tem ponam, quia ſemen tuum eſt. Et diluculo ſurrexit Abra
ham, & tulit panem, & vtrem aquæ, & dedit Haghar, po-
ſuit ſuper humerum eius, & puerum, & dimiſit eam, &
perrexit, & errauit in deſerto Beerſebah. Et defecerũt aquæ
de vtre, & proiecit puerum ſubter vnam ex arboribus. Et
abiit, & ſedit è regione elongando ſe, quantum eſt iactꝰ ar-
cus, quia dixit: Non videbo quando morietur puer, & ſe-
dit è regione, & eleuauit vocem ſuam, & fleuit. Et audiuit
deus vocem pueri. Et clamauit angelus dei ad Haghar de
cœlis, & dixit ei: Quid tibi eſt Haghar? Ne timeas, quia audi
uit deus vocem pueri in loco vbi eſt. Surge tolle puerum,
& tene manu tua eum, quia in gentem magnam ponã eũ.
C Et aperuit deus oculos eius, & vidit puteum aquæ, & per-
rexit, & impleuit vtrem aqua, & potũ dedit puero. Et fuit
deus cum puero, & creuit, & habitauit in deſerto, & fuit ia
culator ſagittarius. Et habitauit in deſerto Paran, & acce-
pit ei mater eius vxorem de terra Aegypti. Et fuit in tem-
pore ipſo dixit Abimelech, & Pichol princeps exercitꝰ eius
ad Abraham, dicendo: Deus tecum eſt in omnibus quę tu
facis. Et nunc iura mihi per deum: Si mentitus fueris mihi,
& filio meo, & nepoti meo, ſecundum miſericordiã, quam
feci tecum, facies mecum, & cum terra, in qua peregrinatus
es. Et dixit Abraham: Ego iurabo. Et increpauit Abraham
ipſum Abimelech propter puteum aquæ, quam rapuerãt
ſerui Abimelech. Et dixit Abimelech: Non noui quis fece-
D rit hoc, & etiam tu non nunciaſti mihi, & etiã ego nõ audi-
ui præter hodie. Et accepit Abraham pecudes, & boues, &
dedit ipſi Abimelech, & percuſſerunt ambo fœdus. Et ſta-
tuit Abraham ſeptẽ agnas pecorum ſeorſum. Et dixit A-
bimelech ad Abraham: Quid ſunt ſeptem agnæ iſtæ, quas
ſtare feciſti ſeorſum? Et dixit: Quia ſeptẽ agnas capies è ma-
nu mea, vt ſit mihi in teſtimonium, quod fodi puteũ hunc.
Idcirco vocatus eſt locus ipſe [d] Beerſebah: Quia ibi iuraue
rant ambo. Et percuſſerunt fœdus in Beerſebah. Et ſurre-
xit Abimelech, & Pichol princeps exercitus eius, & reuerſi
ſunt in terram Peliſtim. Et plantauit nemus, in Beerſebah,
& inuocauit ibi nomen domini [a] dei ſeculi. Et habitauit A-
braham in terra Peliſtim dies multos.

S. 17. c. 18. b. gala. 4. c. he. 11. c.

Matt. 1. a.

S. 17. d.

b Quis dixit? q. d. ſi nõ homo, ſed deus ille fuit, qui hæc p̃dixit.

Galat. 4. d.

c hæc oĩa derridẽtem.

Romanõ. 9. b. Heb. 11. d.

S. 20. d.

d id eſt, puteus ſeptem, ſeu puteus iuramẽti: iuramentis enim erat ſeptenarius uenerabilis.

a dei æterni

¶ Tentatur fides Abrahæ, immolat filium, accipit rurſus promiſſionem.

## CAP. XXII.

A ET fuit, poſt hæc, deus tentauit Abraham, & dixit ad
eum: Abraham, & dixit: Ecce ego. Et dixit: Cape nunc
filium tuum, vnicum tuum, quem dilexiſti Iſchac, & vade
ad terram [b] Moriah, & offer eũ ibi in holocauſtũ ſuper v-
num è montibus quem dixero tibi. Et ſurrexit Abrahã ma
ne, & ſtrauit aſinum ſuum, & cepit duos pueros ſuos ſe-
cum & Iſchac filium ſuum, & ſcidit ligna holocauſti, & ſur-
rexit, & perrexit ad locum, quẽ dixit ei deus. Die tertia leua-
uit Abraham oculos ſuos, & vidit locum procul. Et dixit
Abraham ad pueros ſuos: Manete hic cum aſino, & ego,
B & puer p̃gemus vſque illuc, & adorabimus, & reuertemur
ad vos. Et accepit Abrahã ligna holocauſti, & poſuit ſup
Iſchac filium ſuum, & accepit in manu ſua ignem, et gladiũ,
& perrexerunt ambo pariter. Et dixit Iſchac ad Abraham
patrem ſuum, & dixit: Pater mi, & dixit: Ecce ego fili mi, &
dixit: Ecce ignis & ligna: & vbi pecus in holocauſtum? Et
dixit Abrahã: Deus proſpiciet ſibi pecus in holocauſtum
fili mi. Et perrexerunt ambo pariter: Et venerunt ad locum
quem dixerat ei deus. Et ædificauit ibi Abraham altare, &
ordinauit ligna, & ligauit Iſchac filium ſuum, & poſuit eũ
C ſuper altare ſuper ligna. Et miſit Abraham manum ſuam,
& accepit gladium, vt iugularet filiũ ſuum. Et clamauit ad
eum angelus domini de cœlo, & dixit: Abrahã, Abraham.
Et dixit: Ecce ego, & dixit: Ne extendas manum tuã in pue-
rum, & ne facias ei quicquã. Quia nunc cognoui, quòd ti-
mes deum, & non prohibuiſti filium tuum vnicum à me.
Et leuauit Abrahã oculos ſuos & vidit, & ecce aries poſt
ſe detentus in perplexitate ſpinarum cornibus ſuis. Et per-
rexit Abraham, & accepit arietem & obtulit eum in holo-
cauſtum, pro filio ſuo. Et vocauit Abraham nomen loci i-
pſius [c] dominus videbit. Idcirco dicitur hodie, in monte
dominus videbitur. Et clamauit angelus domini ad Abra-
ham ſecundo è cœlo, & dixit: Per me iuraui dixit dominus
D quia pro eo, quòd feciſti rem hanc, & non prohibuiſti filiũ
tuum vnicum tuum: quia benedicendo benedicam tibi, &
multiplicando multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli,
& ſicut harenam, quæ eſt iuxta littus maris, & hæreditabit
ſemen tuum portam inimicorum ſuorum. Et benedicent
ſibi in ſemine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obediuiſti
voci meæ. Et reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, & ſur-
rexerunt, & perrexerunt pariter in Beerſebah, & habitauit
Abraham in Beerſebah. Et fuit, poſt hæc nunciatum fuit i-
pſi Abraham dicendo: Ecce peperit Milchah etiam ipſa fi-
lios Nachor fratri tuo. Hus primogenitũ ſuũ, et Buz fratrẽ
eius, & Chemuel patrem Aram. Et Cheſed & Chazo & Pil
das, & Idlaph & Bethuel. Et Bethuel genuit Ribcah. Octo
iſtos peperit Milcah Nachor fratri Abraham. Et concubi-
na eius, & nomẽ eius Reumah, peperit etiam ipſa Thebach
& Ghacam & Tacas & Mahacah.

Iudith. 8. c. Heb. 11. d.

b i. myrrhæ dei. in quo loco fuit poſtea Salomõis templum.

Iacobi. 2. d.

c Iehouah ireh, id eſt, dominus proſpiciet: (repetit eũ uerbũ paulo ſupius dictũ.) Quod nomẽ dicitur hodie, &c.

Pſal. 104. a. luc. 1. g. eccl. 44. d. heb. 6. c. 1. mac. 2. f. luc. 1. c. act. 3. d. eccl. 44. d.

¶ Moritur Sarah, emit Abraham agrum ſepulturæ, a filiis Cheth.

## CAP. XXIII.

A ET fuit vita Sarah centum anni & viginti anni & ſe-
ptem anni, anni vitæ Sarah. Et mortua eſt Sarah in
Chiriatharbah. Ipſa eſt Chebron in terra Chenahan. Et
venit Abraham ad plangendum Sarah & ad lugendum
eam. Et ſurrexit Abraham à facie mortui ſui, & locutus eſt
ad filios Cheth, dicẽdo: Peregrinus & aduena ſum vobiſcũ.
Date mihi hæreditatem ſepulchri vobiſcum & ſepeliã mor-
tuum meum à facie mea. Et reſpõderũt filij Chet ad Abra-

a Magnino mus es.
ham,dicendo ei:Audi nos domine mi:[a] Princeps dei es in
medio noſtri.In electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum
B tuum.Nemo è nobis ſepulchrum ſuum prohibebit à te, ne
ſepelias mortuum tuum.Et ſurrexit Abraham,& incurua-
uit ſe populo terræ,filijs Cheth.Et locutus eſt cum eis,dicẽ-
do:Si eſt cum anima veſtra,vt ſepeliam mortuum meum à
facie mea,audite me,& intercedite pro me apud Hephron
filium Sochar,vt det mihi ſpeluncam duplicem,quæ eſt ei
in fine agri ſui.Argento pleno det eam mihi, in medio ve-
ſtri in hæreditatem ſepulchri.Et Hephron habitabat in me
dio filiorum Cheth.Et reſpondit Hephron Chittęus ad A-
braham in auribus filiorum Cheth, omnibus ingredienti-
C bus portam ciuitatis ſuæ,dicẽdo:Nõ domine mi,audi me:
Agrum dedi tibi,& ſpeluncam,quæ eſt in eo tibi dedi. In
oculis filiorum populi mei dedi eam tibi.Sepeli mortuum
tuum.Et incuruauit ſe Abraham coram omni populo ter-
ræ.Et locutus eſt ad Hephron in auribus populi terrę,dicẽ
do:Veruntamen,ſi tu vtinam audias me, dabo argentum
agri,cape à me,& ſepeliam mortuum meum ibi.Et reſpon
dit Hephron ad Abrahã,dicendo ei:Domine mi, audi me:
D qua[b] Terra dringentorum ſiclorum argenteorum eſt inter
b Terra ualẽs quadringentos ſiclos inter me & te qd eſt? q. d. exigua res eſt inter nos.
me & te,Quid eſt?Et mortuum tuum ſepeli.Et audiuit A-
braham ipſi Hephron,& appendit Abrahã ipſi Hephron
argentum,quod locutus fuerat in auribus filiorum Cheth,
quadringẽtos ſiclos argenteos tranſeuntes per mercatores.
Et confirmatus eſt ager Hephron,qui erat in ſpelunca du-
plici,qui erat coram Mamre ager,& ſpelunca, quæ erat in
eo,& omnis arbor,quæ erat in agro,quæ erat in omni ter-
mino eius per circuitum:ipſi Abraham in poſſeſſionem,in
oculis filiorum Cheth,& omnium ingredientium portam
ciuitatis eius.Et poſtea ſepeliuit Abraham Sarah vxorem
ſuam,in ſpelunca agri duplici,coram Mamre: hæc eſt Che-
bron in terra Chenahan.Et confirmatus eſt ager,& ſpelun-
ca,quæ erat in eo,ipſi Abraham in hæreditatem ſepulchri
à filijs Cheth.

¶ Mittitur ſeruus Abrahæ,ad quærendam uxorem filio eius Iſchac,reperit Ribcah,quæ tandem ducitur ad Iſchac,& fit eius uxor.

## CAP. XXIIII.

A ET Abraham ſenex venerat in dies,& dominus benedi
xit Abraham in omnibus.Et dixit Abrahã ad ſeruum
ſuũ ſenem domus ſuæ,qui dñabatur omnibus, quæ erant
ei:Pone nunc manum tuam ſub femore meo,& iurare fa-
ciam te per dominum meum cœli,& deum terræ,quòd nõ
capies vxorem filio meo,de filiabus Chenahanæi,in cuius
medio ego habito.Sed ad terram meam,& ad cognationẽ
meam perges,& capies vxorem filio meo Iſchac.Et dixit ad
eum ſeruus:Si forſitan noluerit mulier venire poſt me ad
terram hanc,nunquid reducendo reducam filium tuum ad
B terram , vnde egreſſus es?Et dixit ad eum Abraham: Caue
s.12.b.
tibi,ne forte reducas filium meum illuc.Dominus deus cœ-
li,qui tulit me è domo patris mei,& è terra cognatiõis meę,
& qui locutus eſt mihi,& qui iurauit mihi dicendo:Semini
tuo dabo terram hanc,ipſe mittet angelum ſuum ante te,
& capies vxorem filio meo inde.Et ſi noluerit mulier perge
re poſt te,mundus eris a iuramento meo iſto, dũtaxat filiũ
meum non reducas illuc,Et poſuit ſeruus manum ſuam ſub
femore Abraham domini ſui,& iurauit ei ſuper hoc.Et ce-
pit ſeruus X.camelos è camelis domini ſui,& perrexit,& de
omni bono domini ſui erat in manu eius.Et ſurrexit,& per
c Syriam fluuiorũ,id eſt, Meſopotamiam.
rexit in [c] Aram Naharaim,ad ciuitatem Nachor. Et genu
flectere fecit camelos extra ciuitatem ad puteum aquæ tem
pore veſpertino,tempore quo egrediuntur mulieres quæ
hauriũt.Et dixit:Domine deus domini mei Abrahã occur-
rere fac nunc coram me hodie,& fac miſericordiam cũ do-
mino meo Abraham.Ecce ego ſto iuxta fontẽ aquæ, & fi-
liæ virorum ciuitatis egrediuntur ad hauriendum aquam.
Et erit,puella ad quam dixero,inclina nunc hydriam tuã,
& bibam:& dixerit,bibe,& etiam camelis tuis potum da-
C bo,ipſam præparaſti ſeruo tuo Iſchac.Et per hoc ſciam ſi fe
ceris miſericordiã cũ domino meo.Et fuit , ipſe antequam
compleuiſſet loqui,ecce Ribcah egrediebatur, q̃ nata erat
Bethuel filio Milcah vxoris Nachor fratris Abraham. Et
hydria eius erat ſuper humerũ eius.Et puella erat pulchra
aſpectu valde,virgo,& vir non cognouerat eam,& deſcen
dit ad fontem,& impleuit hydriam ſuam,& aſcendit.Et cu
currit ſeruus in occurſum eius,& dixit:Potum da mihi nũc
parum aquæ de hydria tua.Et dixit:Bibe dñe mi.Et feſtina-
uit,& deſcendere fecit hydriam ſuam ſuper manum ſuam,
& potum dedit ei.Et compleuit potum dare ei , & dixit:
Etiam camelis tuis hauriam,donec cõpleuerint bibere.Et fe
ſtinauit,& effudit hydriam ſuam in canale, & cucurrit ad-
huc ad puteũ, vt hauriret, & hauſit omnibus camelis eius.
Et vir ſtupebat ſuper eã tacens,vt ſciret vtrum ſecundaſſet
dominus viam ſuam,an non.Et fuit cum compleuiſſent ca
meli bibere,tulit vir inaurem auream,ſemiſſis pondus eius,
& duas armillas pro manibus eius,decem aurei pondus ea-
rum.Et dixit:Filia,cuius es?Indica nunc mihi.Nunquid eſt
in domo patris tui locus nobis ad pernoctandum? Et di-
xit ad eum:Filia Bethuel ſum filij Milcah,quem peperit ipſi
Nachor. Et dixit ad eum. Etiam palea, & pabulum mul-
tum eſt nobiſcum,ac locus ad pernoctandum.Et inclinauit
ſe vir,& incuruauit ſe domino,& dixit :Benedictus domi-
nus deus dñi mei Abrahã,qui nõ dereliquit mĩam ſuam &
veritatẽ ſuã à dño meo.Peregrinantẽ duxit me dñs ad do-
mum fratrũ dñi mei.Et cucurrit puella,et nunciauit domui
D matris ſuæ,ſecundum verba hæc.Et ipſi Ribcah erat frater
& nomẽ eius Laban,& cucurrit Laban ad virum foras ad
fontem.Et fuit,cum vidiſſet inaurẽ,& armillas in manibus
ſororis ſuæ,& cum audiſſet ipſe verba Ribcah ſororis ſuæ,
dicendo:ſic locutus eſt ad me vir,venit ad virũ:& ecce ſta-
bat iuxta camelos iuxta fontem.Et dixit:Ingredere benedi-
cte domini,vt quid manes foris?Et ego paraui domum,&
locum camelis.Et venit vir,ad domum,& ſoluit camelos,
& dedit paleam,& pabulum camelis,& aquam ad lauandũ
pedes eiꝰ, & pedes virorũ,qui erant ſecũ.Et poſitum eſt co
ram eo,vt comederet,& dixit:Non comedã,donec loquar
verba mea.Et dixit:Loquere.Et dixit:Seruus Abrahã ſum;
& dominus benedixit domino meo valde,& magnificatus
eſt,& dedit ei pecudes,& boues,& argentum,& aurum,&
ſeruos,& ancillas,& camelos,& aſinos.Et peperit Sarah v-
xor domini mei filium domino meo poſt ſenectutẽ ſuam,
& dedit ei omnia,quæ ſunt ei.Et iurare fecit me dñs meus,
dicendo:Non capies vxorem filio meo de filiabus Chena-
hanæi,in cuiꝰ terra ego habito.Sed ad domum patris mei
perges,& ad familiam meam,& capies vxorem filio meo:
Et dixi domino meo:Forſitan non perget mulier poſt me.
Et dixit ad me:Dominus in cuius conſpectu ambulaui,mit
E tet angelum ſuum tecum,& ſecundabit viam tuam, & ca-
pies vxorem filio meo de familia mea, & de domo patris
mei. Tunc mundus eris à iuramento meo ,ſi veneris ad
familiam meam, & ſi non dederint tibi, eris mundus
à iuramento meo. Et veni hodie ad fontem , & dixi:
Domine deus domini mei Abraham , ſi tu nunc ſecun-
das viam meam, per quam ego ambulo.Ecce ego ſto
iuxta fontem aquæ , & erit puella , quæ egreditur ad
hauriendum , & dixero ei: da mihi potum nunc pa-
rum aquæ de hydria tua:& dixerit mihi , etiam tu bibe,&
etiam camelis tuis hauriam,ipſa eſt vxor quam prępara-
uit dominus filio domini mei.Ego antequam complerem
loqui in corde meo, ecce Ribcah egrediebatur,& hydria
eius erat ſuper humerum eius,& deſcendit in fontẽ,& hau-
ſit,& dixi ad eam:Da mihi potum nunc.Et feſtinauit,& de-
ſcẽdere fecit hydriã ſuã quæ erat ſuꝑ ſe,& dixit:Bibe,& etiã
camelis



F camelis tuis potum dabo.& bibi,& etiam camelis dedit po
tum.Et interrogaui eam & dixi:Filia cuius es?Et dixit:Filia
Bethuel filij Nachor,quem peperit ei Milcah. Et poſui in-
aurem ſuper nares eius,& armillas ſuper manus eius.Et in-
clinaui me,& incuruaui me domino,& benedixi domino
deo domini mei Abraham,qui duxit me per viam verita-
tis,vt caperem filiam fratris domini mei filio eius.Et nunc
ſi facitis miſericordiam,& veritatem cum domino meo,in
dicate mihi.Et ſi non,indicate mihi:& vertam me ad dexte
ram vel ad ſiniſtram.Et reſponderunt Laban & Bethuel;&
dixerunt:A domino egreſſa eſt res.Nõ poſſumus loqui ad
te malum,vel bonum.Ecce Ribcah coram te.Accipe,& va
de,& ſit vxor filio domini tui,quemadmodum locutus eſt
dominus.Et fuit quando audiuit ſeruus Abraham verba
eorum,incuruauit ſe ſuper terram domino.Et protulit ſer
uus vaſa argentea,& vaſa aurea,& veſtes,& dedit ipſi Rib-
cah,& pretioſa dedit fratri eius,& matri eius , & comede-
runt,& biberunt,ipſe & viri,qui erant cum eo,& pernocta
uerunt,& ſurrexerunt mane.Et dixit:Dimitte me & ibo ad
dominum meum.Et dixit frater eius:Maneat puella nobi-
ſcum per dies ſaltem decem , poſtea ibis . Et dixit ad eos:
Ne retardetis me. Et dominus ſecundauit viam meam.
Dimittite me, & ibo ad dominũ meum.Et dixerunt: Voce
mus puellam,& interrogemus os eius.Et vocauerunt Rib-
G cah,& dixerunt ad eam:Nunquid ibis cum viro iſto?Et di
xit:Ibo.Et dimiſerunt Ribcah ſororem ſuam, & nutricem
eius,& ſeruum Abraham.& viros eius.& benedixerũt Rib
cah,& dixerunt ei:Soror noſtra es.Sis in mille decẽ milliũ,
& hæreditet ſemen tuum portam odio habentium eum.
Et ſurrexerunt Ribcah,& puellæ eius,& aſcenderunt ſuper
camelos,& perrexerunt poſt virum. Et tulit ſeruus Rib-
cah,& abiit.Et Iſchac veniebat à veniendo de Beer lachai
roi(id eſt,de puteo viuentis,videntis me):Et ipſe manebat
s.16.d.
in terra meridiana.Egreſſuſq; erat Iſchac ad [a] orandum in
a meditandum
agro,dum declinaret veſpera,& eleuauit oculos ſuos,& vi
dit,& ecce cameli veniebãt.Et eleuauit Ribcah oculos ſuos,
& vidit Iſchac,& iactauit ſe de camelo.Dixerat enim ad ſer-
uum:Quis eſt vir iſte,qui ambulat per agrum in occurſum
noſtrum?Et dixit ſeruus:Ipſe eſt dominus meus.Et accepit
operimentum & operuit ſe.Et narrauit ſeruus Ipſi Iſchac
omnia quæ fecerat.Et introduxit eam Iſchac in tabernacu
lum Sarah matris ſuæ,& accepit Ribcah,& fuit ei in vxo-
rem,& dilexit eam;& conſolatus eſt ſe Iſchac poſt matrem
ſuam.

¶ Abraham mortua Sarah,ducit Cheturah.mors Abrahæ.Genealogia Iſmahelis.naſcuntur ex Ribcah Iahacob & Eſau.Eſau uendit primogenita.

## CAP. XXV.

A ET addidit Abraham,& accepit vxorem,& nomẽ eius
1.para.1.c.
Cheturah.Et peperit ei Zimram,& Iochſan , & Me-
dan,& Midian,& Iſbac,& Suah.Et Iocſan genuit Seba, &
Dedan.Et filij Dedan fuerũt Aſſurim,& Lethuſim, & Leũ-
mim.Et filij Midian,Hephah,& Hepher,& Chanoch:& A-
bidah,& Eldahah. Oẽs iſti filij Chethurah.Et dedit Abra-
ham omnia,quæ erant ſibiipſi Iſchac.Et filiis cõcubinarum,
quæ erant ipſi Abraham,dedit Abraham dona , & emiſit
eos ab Iſchac filio ſuo,adhuc ipſo viuente,ad orientem ,ad
terram orientalem.Et iſti ſunt dies annorum vitæ Abrahã
quos vixit:Centum annos,& ſeptuaginta annos,& quinq;
annos.Et obiit,et mortuus eſt Abraham in ſenectute bona
ſenex,& ſaturus,& congregatus eſt ad populos ſuos. Et ſe-
s.23.c.
pelierunt eum Iſchac,& Iſmahel filij eius in ſpelunca dupli-
ci in agro Hephron filij Sochar Chittæi,quæ eſt ante Ma-
mre:agro,quem emit Abraham à filiis Cheth.Ibi ſepultus
eſt Abraham,& Sarha vxor eius.Et fuit,poſtquã mortuus
eſt Abraham,benedixit deus Iſchac filio eius , & habitauit
Iſchac apud Beer lachai roi(id eſt puteum viuentis, viden-
tis me).Et iſtæ generationes Iſmahel filij Abraham,quẽ pe-
B perit Haghar Aegyptia ancilla Sarah ipſi Abraham.Et hęc
nomina filiorum Iſmahel per nomina ſua,per generationes
ſuas.Primogenitꝰ Iſmahel Nebaioth & Chedar & Adbeel 1.para.1.b.
& Mibſam, & Miſmah & Dumah & Maſſa,Chadar et The
ma,Iethur,Naphis & Chedmah.Iſti ſunt filij Iſmael & iſta
nomina eorum per villas ſuas & per palatia ſua,duodecim
principes per familias ſuas:Et iſti ſunt anni vitæ Iſmael,cen-
tum anni & triginta anni & ſeptem anni.Et obiit, & mor-
tuus eſt,& congregatus eſt ad populos ſuos. Et habitaue-
runt à Chauilah vſque ad Sur,quæ eſt ante Aegyptũ,ingre
diente te in Aſſur.Corã oĩbus fratribus ſuis mortuus eſt.Et
iſtę ſunt gñatiões Iſchac filij Abrahã.Abrahã genuit Iſchac.
C Et erat Iſchac quadragenarius,quando accepit Ribcah fi-
liam Bethuel Aramæi de Padan Aram,ſororem Laban A-
ramæi ſibi in vxorem.Et orauit Iſchac ad dominum pro
vxore ſua,quia ſterilis erat.Et complacuit ei dominus,et cõ
cepit Ribcah vxor eius.Et collidebant ſe filij in vtero eius,
& dixit:Si ita,vt quid ego[a]? Et iuit ad interrogãdum dñm a ſ. concepi ui ꝑlẽ. uel ſ uiuo
Et dixit dominus ad eam: Duæ gentes ſunt in vtero tuo,
& duo populi à viſceribus tuis ſeparabunt ſe. Et populus
populo robuſtior erit,& maior ſeruiet minori. Et impleti
ſunt dies eius vt pareret,& ecce gemini erant in vtero eius. Romanũ.9.
D Et egreſſus eſt prior rufus totus ipſe ſicut palliũ[b] piloſum. b piloſus. Heb.12.d.
Et vocauerunt nomen eius Eſau.Et poſtea egreſſus eſt fra-
ter eius,& manus eius tenebat calcaneum Eſau, & vocauit Oſee.12. Mat.1.
nomen eius Iahacob.Et Iſchac erat ſexagenarius,quãdo pe
perit eos.Et creuerunt pueri.Et fuit Eſau vir ſciens venatio
nem,vir agricola:& Iahacob erat vir perfectus manens in
tabernaculis.Et dilexit Iſchac Eſau,quia venatio erat in ore
eiꝰ:& Ribcah diligebat Iahacob.Et coxit Iahacob coctũ. et
venit Eſau ex agro,& erat laſſus. Et dixit Eſau ad Iahacob:
Fac me comedere nũc de rufo,rufo iſto,quia laſſus ſum.Id-
circo vocauit nomen eius Edom.Et dixit Iahacob: Vende
hoc tempore primogenituram tuam mihi.Et dixit Eſau:Ec
ce ego vado vt moriar,& vt quid mihi primogenitura?Et
dixit Iahacob:Iura mihi hoc tempore.Et iurauit ei.Et ven- Heb.12.d. Ab.1.r.a.
didit primogenituram ſuã ipſi Iahacob.Et Iahacob dedit
Eſau panem,& coctum lenticularum,& comedit,atque bi-
bit.Et ſurrexit & abiit,cõtempſitq; Eſau primogenituram.

¶ Peregrinatio Iſchac ad Abimelech,promiſſio diuina,obiurgatio Iſchac pro uxore,iurgium paſtorum pro fodiendis puteis,fœdus Iſchac cum Abimelech,bigamia Eſau.

## CAP. XXVI.

A ET fuit fames in terra præter famem priorem,quæ fue-
rat in diebus Abraham, & perrexit Iſchac ad Abime
lech regem Peliſtim in Gherar.Et viſus eſt ei dominus,& di
xit:Ne deſcendas in Aegyptum.Habita in terra, quam di-
cam tibi.Inhabita terram hanc,& ero tecum,et bñdicã tibi;
quia tibi & ſemini tuo dabo oẽs terras iſtas,& ſtatuam iu-
ramentum,quod iuraui ad Abraham patrem tuũ.Et mul-
tiplicare faciam ſemen tuũ,ſicut ſtellas cœli, & dabo ſemini
tuo oẽs terras iſtas.Et benedicentur in ſemine tuo oẽs gen-
tes terræ.Eo quòd obediuerit Abraham voci meæ, & cu-
ſtodierit cuſtodiam meam,præcepta mea,ſtatuta mea,& le
B ges meas.Et habitauit Iſchac in Gherar.Et interrogauerũt
viri loci de vxore eius.Et dixit:Soror mea eſt , quia timuit
dicere vxor mea eſt,ne forte occiderent me viri loci ꝓpter
Ribcah:quia pulchra aſpectu erat.Et fuit, cum prolongati
eſſent ei ibi dies,aſpexit Abimelech rex Peliſtim per feneſtrã
& vidit.Et ecce Iſchac ludebat cũ Ribcah vxore ſua.Et vo-
cauit Abimelech Iſchac,& dixit:Vere ecce vxor tua eſt. Et
quomodo dixiſti,ſoror mea eſt? Et dixit ad eũ Iſchac:Quia
dixi , ne forte moriar propter eam . Et dixit Abimelech:
C Quid hoc feciſti nobis?Paulũ abſuit,quin dormierit vnus
è populo cum vxore tua, & venire feciſſes ſuper nos
delictum . Et præcepit Abimelech omni populo , dicen-
do:Qui tetigerit virum hunc,& vxorẽ eius, moriẽdo mo-
rietur . Et ſeuit Iſchac in terra ipſa,& repperit in anno ipſo

a cẽtuplum [a] centum modios,& benedixit ei dominus. Et creuit vir, & perrexit pergendo, & creſcendo, donec creſceret valde. Et fuit ei poſſeſſio pecudum & poſſeſſio boum, & prouentus multus, & inuiderunt ei Peliſtim. Et omnes puteos, quos foderunt ſerui patris ſui, in diebus Abraham patris ſui, obturauerunt Peliſtim, & impleuerunt
D eos terra. Et dixit Abimelech ad Iſchac: Abi à nobis, quia fortior es nobis valde. Et abiit inde Iſchac, & manſit in valle Gherar, & habitauit ibi. Et reuerſus eſt Iſchac, & fodit puteos aquæ, quos foderant in diebus Abraham patris ſui, & obturauerant eos Peliſtim, mortuo Abraham. Et vocauit eos nominibus ſecundum nomina quibus vocauerat pater ſuus. Et foderunt ſerui Iſchac in valle, & inuenerunt ibi puteum aquæ viuæ. Et iurgati ſunt paſtores Gherar cum paſtoribus Iſchac, dicendo: Noſtra eſt aqua. Et vocauit nomen putei Heſech,
E quia iurgati ſunt cum eo. Et foderunt puteum alium, & iurgati ſunt etiam ſuper eo. Et vocauit nomen eius Sithnach. Et tranſtulit ſe inde, & fodit puteum alium, & non ſunt iurgati ſuper eo: & vocauit nomen eius Rechoboth. Et dxit: Quia nunc dilatare fecit dominus[b] nos & creuimus in terra. (b nobis, ſcilicet locum.) Et aſcendit inde in Beerſebach. Et viſus eſt ei dominus nocte ipſa, & dixit: Ego ſum deus Abraham patris tui. Ne timeas, quia tecum ſum, & benedicam tibi, & multiplicare faciam ſemen tuum propter Abraham ſeruum meum. Et ædificauit ibi altare, & inuocauit nomen domini, & tetendit ibi tabernacu-
F lum ſuum, & foderunt ibi ſerui Iſchac puteum. Et abimelech perrexit ad eũm ex Gherar, & Achuzath amicus eius, & Pichol princeps exercitus eius. Et dixit ad eos Iſchac: Cur veniſtis ad me, & vos odio habuiſtis me, & emiſiſtis me, ne eſſem vobiſcum? Et dixerunt: Videndo vidimus quòd fuit dominus tecum, & diximus: Sit nunc iuramentum inter nos, & te, & percutiemus fœdus tecum. Si feceris nobiſcum malum, quemadmodum non tetigimus te, & quemadmodum fecimus tecum duntaxat bonum, & dimiſimus te in pace. Tu nunc es bene-
G dictus domini. Et fecit eis conuiuium, & ederunt atque biberunt. Et ſurrexerunt mane, & iurauerunt alter alteri. Et deduxit eos Iſchac, & abierunt à ſe in pace. Et fuit, in die ipſa venerunt ſerui Iſchac & nunciauerunt ei cauſam putei, quem foderant, & dixerunt ei, Inuenimus: aquam. Et vocauit eum Sibeah. Idcirco nomen vrbis eſt Beerſebah vſque ad diem hanc. Et erat Eſau quadragenarius; & accepit vxorem Iehudith filiam Beeri Chittæi, & Boſmath filiam Elon Chittæi. Et irritabant ſpiritum Iſchac, & Ribcah.

¶ Iahacob per aſtutiam matris præripit benedictionẽ Eſau, triſtatur Iſchac, conſolatur Eſau.

## CAP. XXVII.

A ET fuit cum ſenuiſſet Iſchac, & caligaſſent oculi eius, vt non videret, vocauit Eſau filium ſuum maiorem, & dixit ad eum: Fili mi. Et dixit ad eum: Ecce adſum. Et dixit: Ecce nunc ſenui. Non noui diem, quo moriar. Et nunc cape quæſo inſtrumenta tua, pharetram tuam, & arcum tuum, & egredere in agrum, & venare mihi venationem. Et fac mihi cibos quemadmodum dilexi: & affer mihi & comedam, vt[c] benedicat tibi anima mea, antequam moriar. (c bñ precer tibi ex aĩo.) Et Ribcah audiebat, dum loqueretur Iſchac ad Eſau filium ſuum. Et perrexit Eſau in agrum, vt venaretur venationem, vt afferret. Et Ribcah dixit ad Iahacob filium ſuũ dicendo: Ecce audiui patrem tuum loquentem ad Eſau fratrem tuum, dicendo: Affer mihi venationem, & fac mihi cibos delectabiles & comedam, & benedicam tibi coram domino, antequam moriar: Et nunc fili mi obedi voci meæ,
B in eo quod præcipio tibi. Vade nunc ad pecudes, & cape mihi inde duos hœdos caprarum bonos, & faciam ex eis eſcas delectabiles patri tuo, quemadmodum dilexit: Et afferes patri tuo, & comedet, vt benedicat tibi antequam moriatur. Et dixit Iahacob ad Ribcah matrem ſuam: Ecce Eſau frater meus eſt vir piloſus & ego vir lenis. Si forte palpauerit me pater meus, ero in oculis eius tanquam[a] qui errare facit, (a ſeductor, impoſtor,) & venire faciam ſuper me maledictionem, & non benedictiõem. Et dixit ei mater ſua: Super me ſit maledictio tua fili mi. Veruntamen obedi voci meæ & vade, cape mihi. Et perrexit, & accepit, & attulit matri ſuæ. Et fecit mater eius cibos delectabiles quemadmodum dilexit pater eius. Et accepit Ribcah veſtes Eſau filij ſui maioris concupiſcibiles, quæ erant apud ſe in domo, et induit Iahacob filium ſuum minorem. Et pelles hœdorum caprarum induere fecit manus eius, & lenitatẽ colli eius. Et dedit cibos, & panẽ quos parauerat in manu Iahacob filij ſui. Et venit ad patrẽ ſuum
C & dixit: Pater mi. Et dixit: Ecce adſum. Quis es fili mihi. Et dixit Iahacob ad patrem ſuum: Ego ſum Eſau primogenitus tuus; Feci quemadmodum locutus es ad me. Surge nũc, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Et dixit Iſchac ad filium ſuum: Quid eſt hoc? Feſtinaſti, vt inueniendo inuenires fili mi. Et dixit: Quia occurrere fecit dominus deus tuus venationem coram me: Et dixit Iſchac ad Iahacob: Appropinqua nunc, & palpabo te fili mi vtrum ſis ipſe filius meus Eſau, an non. Et appropinquauit Iahacob Iſchac patri ſuo. & palpauit eũ, & dixit: Vox, uox Iahacob eſt: & manus, manus Eſau. Et nõ agnouit eum, qa erãt manus eius, ſicut manus Eſau frĩs ſui piloſæ. Et bñdixit ei. Et dixit: Tu es ipſe filius me⁹ Eſau? Et dixit: Sum. Et dixit: Appropinquare fac mihi, & comedã de venatiõe filij mei,
D vt bñdicat tibi aĩa mea. Et appropinquare fecit ei, et comedit. Et attulit ei vinũ, et bibit. Et dixit ad eũ Iſchac pater ei⁹: Appropinqua nũc, & oſculare me fili mi. Et appropinquauit, & oſculatus eſt eũ. Et odoratus eſt odorẽ veſtimentorũ eius, & benedixit ei, & dixit: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri, cui benedixit dominus. Et det tibi deus de rore cœli, & de pinguedinibus terræ, & multitudinem frumenti & vini noui. Seruiant tibi populi, & incuruent ſe tibi populi: eſto dominus fratribus tuis, & incuruent ſe tibi filij matris tuæ. Maledicentes tibi maledicti erunt, & benedicentes tibi benedicti. Et fuit quando compleuit Iſchac benedicere Iahacob, & fuit veruntamen egrediendo egreſſus erat Iahacob a facie Iſchac patris ſui: Eſau frater eius venit a venatione ſua. (Heb.11.d.) Et fecit etiam ipſe cibos delectabiles & attulit patri ſuo, & dixit patri ſuo: Surgat pater meus, & comedat de
E venatione filij ſui, vt benedicet mihi anima tua. Et dixit ei Iſchac pater eius: Quis es tu? Et dixit: Ego ſum filius tuus, primogenitus tuus Eſau: Et expauit Iſchac pauore magno vehementiſsime, & dixit: Quis eſt, & vbi eſt ille, qui venatus eſt venationem, & attulit mihi, & comedi ex omnibus antequâm venires, & benedixi ei, etiam benedictus erit? Cum audiſſet Eſau verba patris ſui, clamauit clamore magno, & amaritudine affectus eſt vehementiſſime. Et dixit patri ſuo: Benedic mihi, etiam ego filius tuus ſum pater mi. Et dixit: Venit frater tuus doloſe, & accepit benedictionem tuam. Et dixit: Vere vocatũ eſt nomen eius Iahacob, & ſupplantauit me iam duabus vicibus. (s.26.d.) Primogeniturã meã accepit, & ecce nunc accepit bñdictionẽ meã. Et dixit, Nõnne reſeruaſti mihi benedictionẽ? Et reſpondit Iſchac, & dixit ad Eſau: Ecce dominum poſui eum tibi, & omnes fratres eius dedi ei in ſeruos, & frumentum, & vinũ adiunxi ei: et tibi nunc
F quid faciã fili mi? Et dixit Eſau ad patrem ſuũ: Nõne benedictio vna eſt tibi pater mi? Benedic mihi. Etiam ego filius tuus pater mi. Et eleuauit Eſau vocem ſuam, & fleuit. Et reſpondit Iſchac pater eius, & dixit ad eum: Ecce de pinguedinibus terræ erit habitatio tua, & de rore cœli deſuper. In gladio tuo viues, & fratri tuo ſeruies. Et erit quando dominaberis, franges iugum eius â collo tuo. (Heb.11.d. & 12.c.) Et odio habuit Eſau Iahacob propter benedictionẽ, qua benedixit ei pater eius, & cogitauit Eſau in corde ſuo. Appropinquabunt dies luctus patris mei, & occidam Iahacob fratrem meum. (Abdiæ.1.c.) Et nunciata ſunt ipſi Ribcah verba Eſau filij
G ſui maioris, & miſit, & vocauit Iahacob filium ſuum minorem, & dixit ad eum: Ecce Eſau frater tuus conſolatur ſe ſuper te, vt occidat te. Et nunc fili mi, obedi voci meæ, & ſurge, fuge ad Laban fratrem meum in Charan, & habita cum eo dies aliquot, donec quieſcat furor fratris tui. Donec auertatur furor fratris tui a te, & obliuiſcatur eorum quæ feciſti ei. Et mittam, & accipiam te inde. Vt quid orbabor ambobus vobis die vna? Et dixit Ribcah ad Iſchac: Anguſtiis affecta ſum in vita mea propter filias Cheth. Si acceperit Iahacob vxorem de filiabus Cheth, ſicut iſtas de filiabus terræ, vt quid eſt mihi vita?

¶ Mittitur Iahacob in Padan Aram ad auũculum ſuum ꝓ uxore, uidet ſcalam, accipit promiſſionem.

## CAP. XXVIII.

A ET vocauit Iſchac Iahacob, & benedixit ei, & præcepit ei, & dixit ei: Non capies vxorem de filiabus Chenahan. Surge, vade in [a] Padan Aram ad domum Bethuel patris matris tuæ, (a Regionem Syriæ, ſiue Meſopotamiam) & cape tibi inde vxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. Et deus omnipotens benedicat tibi, & creſcere faciat te, & multiplicare faciat te, & ſis in cœtum populorum. Et det tibi benedictionem Abraham, tibi, & ſemini tuo tecum, vt hæreditate accipias terram peregrinationum tuarũ, quam dedit deus ipſi Abrahã. Et miſit Iſchac Iahacob, & perrexit in Padan Aram ad Laban filium Bethuel Aramæi fratris Ribcah, matris Iahacob, & Eſau. (Oſee.12.d.) Et vidit Eſau quòd benedixit Iſchac Iahacob, & miſit eum in Pa-
B dan Aram, vt caperet ſibi inde vxorem, quando benedixit ei, & præcepit ei dicendo: non accipies vxorem de filiabus Chenahan: & quòd obediuit Iahacob patri ſuo, & matri ſuæ, & iuit in Padan Aram. Et vidit Eſau quòd diſplicerent filiæ Chenahan in oculis Iſchac patris ſui. Et abiit Eſau ad Iſmahel, & accepit Machalath filiam Iſmahel filij Abraham ſororem Nebaioth ſuper vxores ſuas, ſibi in vxorem. Et egreſſus eſt Iahacob è Beerſebah, & perrexit in Charan: & deuenit in locum, in quo pernoctauit, quia occubuerat ſol, & tulit de lapidibus loci, & poſuit [b] ſub capite ſuo, & dormiuit in loco illo. (b pro ceruicali) Et ſomniauit. Et ecce ſcala erecta erat ſuper terram, & caput eius tangebat cœlum. Et ecce angeli
C dei aſcendebant, & deſcendebant per eam. Et ecce dominus ſtabat iuxta eam, & dixit: Ego dominus deus Abraham patris tui, & deus Iſchac. Terram ſuper quam tu dormis, tibi dabo, & ſemini tuo. Et erit ſemen tuum ſicut puluis terræ, & multiplicaberis ad occidentem, & ad orientem, & ad aquilonem, & ad meridiem & benedicent ſe in te omnes familiæ terrę, & in ſemine tuo. Et ecce ſum tecum, & cuſtodiã te quocunque perrexeris, et redire faciam te ad terram hãc, quia non derelinquam te, donec faciam, quod locutus ſum tibi. (deut.16.c. 19.b.) Et expergefactus eſt Iahacob à ſomno ſuo, & dixit: Vere eſt dominus in loco iſto, & ego neſciebam. Et timuit, & dixit: Quàm terribilis eſt locus iſte. Non eſt hic, niſi domus dei, & hic eſt porta cœli. Et ſurrexit Iahacob mane, & tulit
D lapidem, quem poſuerat ſub capite ſuo, & poſuit eum in ſtatuam, & effudit oleum ſuper ſummitatem eius. & vocauit nomen loci ipſius Bethel, & verè Luz erat nomẽ ciuitatis prius. Et vouit Iahacob votum dicendo: Si fuerit deus mecum, & cuſtodierit me in via iſta per quã ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad operiendum, & reuerſus fuero in pace ad domum patris mei, erit dominus mihi in deum, & lapis iſte quem poſui in ſtatuam, erit domus dei, & ex omnibus quæ dederis mihi decimando dabo decimas tibi.

¶ Venit Iahacob ad Laban, ſeruit ſeptem annis pro Rachel, Suppoꝛitur Leah, ducit utrãq;, concipit Leah.

## CAP. XXIX.

A ET leuauit Iahacob pedes ſuos, & perrexit ad terram filiorum Orientis. Et vidit & ecce puteus erat in agro, & ecce ibi tres greges pecudum qui cubant iuxta illum, qa è puteo ipſo potum dabant gregibus, & lapis magnus erat ſuper os putei. Et congregabant ſe illic omnes greges, & reuoluebant lapidem ab ore putei, & potum dabant pecudibus, & reſtituebant lapidem ſuper os putei in locum ſuum. Et dixit ad eos Iahacob: Fratres mei vnde eſtis? Et dixerunt De Charan ſumus. Et dixit ad eos: Nunquid noſtis Laban filium Nachor? Et dixerunt: Nouimus. Et dixit ad eos: Nunquid eſt ſanitas ei? Et dixerũt: Sanitas. Et ecce Rachel filia eius veniebat cum pecudibus. Et dixit: Ecce adhuc dies magnus. Non eſt tempus vt congregentur pecudes. Potum date pecudibus, & ite, paſcite. Et dixerunt: Non poſſumus, donec congregentur omnes greges, & reuoluant lapidem ab ore putei, & potum demus pecudibus. Adhuc eo loquente cũ
B eis, Rachel venit cum pecudibus, quæ erant patri ſuo, quia paſtor erat. Et fuit, quando vidit Iahacob Rachel filiam Laban fratris matris ſuæ, & pecudes Laban fratris matris ſuæ, acceſſit Iahacob & reuoluit lapidem ab ore putei, & potũ dedit pecudibus Laban fratris matris ſuæ. Et oſculatus eſt Iahacob Rachel, & eleuauit vocem ſuam, & fleuit, Et nũciauerat Iahacob ipſi Rachel, qꝫ frater patris ſui eſſet, & quod filius Ribcah eſſet, & cucurrit, & nunciauit patri ſuo. Et fuit cum audiſſet Laban auditionem Iahacob filij ſororis ſuæ, cucurrit in occurſum eius, & amplexatus eſt eum, & oſculatus eſt eum, & venire fecit eum ad domum ſuam, & narrauit ipſi Laban omnia hæc. Et dixit ei Laban: Profecto os meum, & caro mea es. Et habitauit cum eo menſem dierũ. Et dixit Laban ad Iahacob: Nũ quia frater meus es, ſeruies mihi gratis? Indica mihi, quæ ſit merces tua. Et Laban erant duæ filiæ, nomen maioris Leah, & nomen minoris Rachel.
C Et oculi Leah erant teneri, at Rachel erat pulchra forma, & pulchra aſpectu: Et dilexit Iahacob Rachel, et dixit: Seruiam tibi ſeptem annos pro Rachel filia tua minore. Et dixit Laban: melius eſt, vt dem eam tibi, qꝫ dem eam viro alteri. Mane mecum. Et ſeruiuit Iahacob pro Rachel ſeptem annos. Et fuerunt in oculis eius ſicut dies pauci, eo quòd diligeret eam. Et dixit Iahacob ad Laban: Da vxorem meam, quia cõpleti ſunt dies mei, & ingrediar ad eam. Et congregauit Laban omnes viros loci, & fecit conuiuium. Et fuit, veſperi accepit Leah filiam ſuam, & venire fecit eam ad eum, & ingreſſus eſt ad eam. Et dedit Laban ei Zilpah ancillã ſuam, Leah filiæ ſuæ ancillam. Et fuit mane, & ecce erat Leah, & dixit ad Laban: Quid hoc feciſti mihi? Nõnne pro Rachel ſeruiui ti-
D bi? Et vt quid decepiſti me? Et dixit Laban: Non fit ita in loco noſtro, vt detur minor ante maiorem. Comple hebdomadam huius, & dabimus tibi etiã hanc pro ſeruitute quã ſeruies mihi adhuc ſeptem annos alios. Et fecit Iahacob ſic, & compleuit hebdomadam illius, & dedit ei Rachel filiam ſuam in vxorem. Et dedit Laban Rachel filiæ ſuæ Bilhah ancillam ſuam, in ancillam. Et ingreſſus eſt etiam ad Rachel, & dilexit etiam Rachel magis quàm Leah, & ſeruiuit ei adhuc ſeptẽ annos alios. Et vidit dominus, quod exoſa eſſet Leah, & aperuit vuluam eius, & Rachel erat ſterilis. & concepit Leah, & peperit filium, & vocauit nomen eius Reuben, qa dixit: quia vidit dominus afflictionem meam. Nunc enim diliget me vir meus. Et concepit adhuc, & peperit filium & dixit: Quia audiuit dominus, quòd exoſa eſſem, dedit mihi etiam hunc, & vocauit nomen eius Simhon. Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit: Nunc vice hac copulabitur vir meus mihi, quia peperit ei tres filios Idcirco vocauit nomen eius Leui. Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit: Vice hac confitebor domino. Idcirco vocauit nomen eius Iehudah. Et deſiit parere. (Mat.1.a.)

¶Rachel & Leah ſteriles, dant marito ancillas. paciſcuntur pro
mandragoris Iahacob. decipit Laban conceptu pecorum.

## CAP. XXX.

A ET vidit Rachel, quòd non pareret ipſi Iahacob, &
inuidit Rachel ſorori ſuæ, & dixit Iahacob: Da mi-
hi filios: ſin minus, mortua ſum. Et iratus eſt furor Iaha-
cob in Rachel, & dixit: Nunquid pro deo ſum, qui pro
hibuit à te fructum ventris? Et dixit: Ecce ancilla mea
Bilhah, ingredere ad eã, & pariet ſuper genua mea, & erit
etiã mihi filius ex ea. Et dedit ei Bilhah, ancillã ſuã in vxorẽ.
Et ingreſſus eſt ad eã Iahacob. Et cõcepit Bilhah, & peperit
ipſi Iahacob filiũ. Et dixit Rachel: Iudicauit me deus, & etiã
audiuit uocem meam, & dedit mihi filium: Idcirco noca-
uit nomen eius Dan. Et concepit adhuc, & peperit Bilhah
ancilla Rachel, filium ſecundum ipſi Iahacob. Et dixit Ra-
chel: Luctationibus vehementibus luctata ſum cum ſoro-
re mea, etiam præualui. Et vocauit nomen eius Naphtha
li. Et vidit Leah, quòd deſiiſſet parere, et accepit Zilpah an-
cillam ſuam, & dedit eam Iahacob in vxorem. Et pepe-
rit Zilpah ancilla Leah ipſi Iahacob filium. Et dixit
a Exercit', ſcilicet filiorum — Leah: Venit [a] proſperitas. Et vocauit nomen eius Ghad.
Et peperit Zilpah ancilla Leah filium ſecundum ipſi Ia-
hacob. Et dixit Leah: Vt beata dicar, quia beatam me
dicent filiæ. Et vocauit nomen illius Aſer. Et perrexit
Ruben in diebus meſsis triticeæ, & repperit mandrago
B ras in agro, & attulit eas Leah matri ſuæ. Et dixit Ra-
chel ad Leah: Da mihi, quæſo, de mandragoris filij tui.
Et dixit ei: Num parum eſt, quòd acceperis virum meum
vt accipere velis etiam mandragoras filij mei? Et dixit
Rachel: Idcirco dormiat tecum nocte pro mandrago-
ris filij tui. Et venit Iahacob ex agro veſperi, & egreſſa
eſt Leah in occurſum eius, & dixit: Ad me ingredieris
quia mercando mercata ſum te mandragoris filij mei. Et
dormiuit cum ea nocte illa. Exaudiuit deus Leah, & con
cepit, & peperit ipſi Iahacob filium quintum. Et dixit
Leah: Dedit deus mercedem meam, quia dedi ancillam
meam viro meo. Et vocauit nomen eius Iſſachar. Et cõ
cepit adhuc Leah, & peperit filium ſextum ipſi Iaha-
cob: Et dixit Leah: Dotauit me deus dote bona. Vice
hac habitabit mecum vir meus: quia peperi ei ſex fi-
lios. Et vocauit nomen eius Zebulun. Et poſtea pepe-
rit filiam, & vocauit nomen eius Dinah. Et recordatus
C eſt deus Rachel, & exaudiuit eam deus, & aperuit vul-
uam illius. Et concepit, & peperit filium, & dixit: A-
mouit deus probrum meum. Et vocauit nomen eius
Ioſeph, dicendo: Addat dominus mihi filium alium. Et
fuit, cum peperiſſet Rachel Ioſeph, dixit Iahacob ad La
ban: Dimitte me, & ibo ad locum meum, & ad terram
meam. Da vxores meas, & liberos meos propter quos
ſeruiui tibi. Tu enim noſti ſeruitutem meam, quam ſer
uiui tibi. Et dixit ad eum Laban: Si quæſo inueni gra
b coniecl — tiam in oculis tuis, [b] expertus ſum, quòd benedixit mi-
hi dominus propter te. Et dixit: Nomina mercedẽ tuã
mihi, & dabo eam. Et dixit ad eum: Tu noſti qualiter
ſeruierim tibi, & quantum fuerit pecus tuum propter
me: quia puſillum quòd fuit tibi ante me, creuit in mul-
titudinem, & benedixit dominus tibi ad ingreſſum pe-
dis mei. Et nunc quando faciam etiam ego pro domo
mea? Et dixit: Quid dabo tibi? Et dixit Iahacob: Non da
bis mihi quicquam: ſi feceris mihi hoc, reuertar, paſcam,
& pecudes tuas cuſtodiam. Tranſibo per omnes pecu-
des tuas hodie, remouendo inde omne pecus punctis re-
c nigrum in quibus — ſperſum, & maculis latis, omne pecus [c] rufum in pecudi
D bus, & reſperſum maculis & punctis in capris: eritque
merces mea. Et teſtificabitur mihi iuſtitia mea in die cra-
ſtina, cum venerit ſuper mercedem meam coram te. O-
mne quod non erit punctis reſperſum, & maculis in ca-
pris, & [a] rufum in pecudibus, furto ablatum erit apud me. — a ſubnigrũ in ouibus
Et dixit Laban: Ecce vtinam ſit ſecundum uerbũ tuum.
Et remouere fecit in die illa hircos cinctos punctis & ma
culis, & omnes capras punctis & maculis reſperſas, o-
mne in quo erat candor, & omne [b] rufum in ouibus, & — b ſubnigrũ
dedit in manu filiorum ſuorum. Et poſuit viam trium
dierum inter ſe, & Iahacob. Et Iahacob paſcebat pecu-
des Laban reſiduas. Et tulit ſibi Iahacob virgam popul-
neam viridem, & amigdalinam, & caſtaneam, & decor
ticauit in eis cortices albos, denudans candorem qui erat
in virgis. Et ſtatuit virgas, quas decorticauit in canali-
bus, in potatoriis aquarum ad quæ veniebant pecudes,
vt biberent, è regione pecudum, & coirent, dum ve-
E nirent ad bibendum. Et coibant pecudes ad virgarum
aſpectum, & pariebant pecudes notis quibuſdam cinctas,
punctiſque & maculis reſperſas. Et oues diuidere fecit Ia-
hacob, & poſuit facies pecudum ad maculis reſperſum,
& [c] omne rufum in pecudibus erat Laban. Et poſuit ſi- — c ad omne nigrũ ouiũ Laban
bi greges ſeorſum, non poſuit eos iuxta pecudes Laban.
Et fuit, in omni coitu pecudum [d] primitiuarum, pone- — d robuſtiorum
bat Iahacob virgas in oculis pecudum in canalibus, vt
coirent in virgarum aſpectu. Et quando [e] ſerotina parie- — e debiliora
bant pecudes, non ponebat. Et erant ſerotina ipſius
Laban, & primitiua ipſius Iahacob. Et creuit vir vehe-
mentiſſime. Et fuerunt ei pecudes multæ, & ancillæ, et ſer-
ui, & cameli, & aſini.

¶Iahacob fugit Laban. Laban inſequit. Rachel furata patris
idola, callide abſcõdit ea. foedus inter Iahacob & Laban.

## CAP. XXXI

A ET audiuit verba filiorum Laban [f] dicentium: Tulit — f dicẽdo diccẽtiũ, id eſt, ſæpius
Iahacob omnia quæ erant patri noſtro, & de his quæ
erant patri noſtro, acquiſiuit omnem gloriam hanc. Et vidit
Iahacob faciem Laban, & ecce non erat ſecum, ſicut heri,
& nudiuſtertius. Et dixit dominus ad Iahacob: Reuerte-
re ad terram patrum tuorum, & ad cognationem tuam,
& ero tecum. Et miſit Iahacob, & vocauit Rachel, & Leah
in agrum ad pecudes ſuas. Et dixit ad eas: Video faciem
patris veſtri, quia non eſt erga me, ſicut heri, & nudiuſter-
tius, & deus patris mei fuit mecum. Et vos noſtis, quòd o-
mnibus viribus meis ſeruierim patri veſtro. Et pater ueſter
mentitus eſt mihi, & mutauit mercedem meam decem vi-
cibus. Et non permiſit ei deus, vt male faceret mihi. Si ita
dicebat, punctis reſperſa erunt merces tua, pariebant o-
mnes pecudes punctis reſperſa. Et ſi ita dicebat maculis
cincta erunt merces tua, pariebant omnes pecudes macu-
lis cincta: & abſtulit deus pecudes patris veſtri, & dedit
B mihi. Et fuit, in tempore, quo coeunt pecudes, leuaui
oculos meos, & vidi in ſomnio, & ecce hirci aſcende-
bant ſuper capras notis quibuſdam cinctas, punctiſque &
maculis reſperſas. Et dixit ad me angelus dei in ſomnio:
Iahacob. Et dixi: Ecce adſum. Et dixit: Leua nunc ocu
los tuos, & vide omnes hircos aſcendentes ſuper capras
notis quibuſdam cinctas, punctiſque & maculis reſperſas.
Vidi enim omnia quæ Laban facit tibi. Ego deus Be-
thel, vbi vnxiſti ſtatuam, vbi vouiſti mihi votum. Nunc
ſurge, egredere de terra hac, & reuertere ad terram cogna
tionis tuæ. Et reſpondit Rachel, & Leah, & dixerunt ei:
Nunquid adhuc eſt nobis pars, & hæreditas in domo pa-
tris noſtri? Nonne extraneæ reputatæ ſumus ab eo, quia
vendidit nos, & conſumpſit etiam conſumendo pecuniam
noſtram? Quia omnes diuitiæ quas abſtulit deus à patre
noſtro, nobis pertinebant, ac filiis noſtris: Et nunc, omnia
quæ dixit deus ad te, fac. Et ſurrexit Iahacob, & eleuauit
filios ſuos, & vxores ſuas ſuper camelos, & duxit omnes
pecudes ſuas, & omnem ſubſtantiam ſuam quam acqui-
ſierat, pecudes acquiſitionis ſuæ quas acquiſierat in Padan A-
ram, vt veniret ad Iſchac patrem ſuum in terrã Chenahan.
Et Laban perrexerat ad tondendum oues ſuas, & furata
eſt Rachel idola, quæ erant patri ſuo. Et furatus eſt Iahacob
cor Laban Aramæi, eo quòd non indicauit ei quòd fuge-
ret. Et fugit ipſe, & omnia quæ erant ei. Et ſurrexit, & tranſi
uit flumen, & poſuit faciem ſuam ad montem Ghilhad. Et
nũciatum fuit ipſi Laban die tertia, quod fugeret Iahacob.
Et tulit fratres ſuos ſecum, & ſecutus eſt eũ itinere ſeptẽ die
rum, & aſſecutus eſt eum in monte Ghilhad. Venerat autẽ
deus ad Laban Aramæum in ſomnio noctis, & dixerat ei:
Caue tibi, ne forte loquaris cum Iahacob à bono uſque ad
malum. Et aſſecutus eſt Laban ipſum Iahacob. Et Iahacob
fixerat tabernaculum ſuum in monte, & Laban fixit eum
fratribus ſuis in monte Ghilhad. Et dixit Laban ad Iaha-
D cob, Quid feciſti? Et furatus es cor meum, & duxiſti filias
meas, ſicut captiuas gladio. Vt quid abſcondiſti te, vt fuge-
res? Et furatus es me, & non indicaſti mihi, & dimiſiſſem te
cum lætitia, & canticis, cum tympano, & cythara. Et nõ di
miſiſti me, vt oſcularer filios meos, & filias meas? Nunc ſtul
te egiſti ita faciendo. Eſt fortitudo in manu mea ad facien-
dum uobiſcum malum: ſed deus patris ueſtri nocte præte-
rita dixit ad me dicendo: Caue tibi, ne loquaris cum Iaha-
cob à bono uſque ad malum. Et nũc eundo iuiſti. Si deſy-
derando deſyderabas ire ad domum patris tui, vt quid fu
ratus es deos meos? Et reſpondit Iahacob, & dixit ad La-
ban: Quia timui, ſi dixiſſem, ne forte raperes filias tuas à
me. Is cum quo inueneris deos tuos, non viuat coram fra-
tribus noſtris. Agnoſce ſi quid eſt mecum de tuo & cape ti
bi. Et neſciebat Iahacob, quod Rachel furata eſſet eos. Et ve
nit Laban in tabernaculum Iahacob, & in tabernaculum
Leah, & in tabernaculum ambarum ancillarum & non in-
E uenit. Et egreſſus eſt de tabernaculo Leah, & venit in taber
naculum Rachel. Et Rachel acceperat idola, & poſuerat ea
a. clitella — [a] in ſtratorio cameli, et ſedit ſup ea: & cõtrectauit Laban to
tum tabernaculum, & non inuenit. Et dixit ad patrem ſuũ:
Ne ſit ira in oculis domini mei, quod non poſſim ſurgere
à facie tua. Quia conſuetudo mulierum eſt mihi. Et ſcruta-
tus eſt, & non inuenit idola. Et ira fuit ipſi Iahacob, & iur-
gatus eſt cum Laban. Et reſpõdit Iahacob, & dixit ad La-
ban: Quæ eſt præuaricatio mea, quod peccatum meũ, quia
perſecutus es me? Quia cõtrectaſti omnia ſupellectilia mea,
quid inueniſti ex omnibus ſupellectilibus domus tuæ? Po-
ne hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & declarent
inter nos duos. Iam uiginti annos fui tecum, oues tuæ & ca
præ tuæ non abortitæ ſunt. Et arietes pecudum tuarũ non
comedi. Raptum non attuli tibi. Ego pœnas luebam pro
eo. De manu mea requirebas illud quod furto ſubripieba-
tur tam de die, quàm de nocte. Fuit, in die conſumebat me
æſtus, & gelu in nocte. Et recedebat ſomnus meus ab ocu-
lis meis. Iam uiginti annos in domo tua ſeruiui tibi, qua-
tuordecim annos ꝓ duabus filiab' tuis, et ſex annos ꝓ pe-
cudibus tuis, & mutaſti mercedem meam decem vicibus.
Niſi fuiſſet deus patris mei, deus Abrahã, & pauor Iſchac
fuiſſet pro me, quia nunc vacuum dimiſiſſes me. Afflictio-
nem meam, & laborem manuum mearum vidit deus, & in
crepauit te nocte præterita. Et reſpondit Laban, & dixit ad
Iahacob: Filiæ, filiæ meæ ſunt: & filij, filij mei ſunt: & pecu-
des, pecudes meæ ſunt. Et quicquid vides meum eſt. Et filia
bus meis quid faciam iſtis hodie, vel filiis earum quos pe-
pererunt? Et nunc veni percutiamus fœdus ego, & tu, &
erit in teſtimonium inter me, & te. Et tulit Iahacob lapidẽ,
& erexit illum in ſtatuam. Et dixit Iahacob fratribus ſuis:
Colligite lapides. Et tulerunt lapides, & fecerunt tumulum.
& comederunt ibi ſuper tumulũ. Et uocauit eũ Laban: Ieg
har Sahaduta. & Iahacob uocauit eũ Ghalhed. Et dixit La-
G ban: Cumulus iſte ſit teſtis inter me, & te hodie. Idcirco vo
cauit nomen eius Ghalhed (id eſt cumulum teſtimonij). Et
Miſpah, (id eſt, ſpeculam) quia dixit: Speculetur domin' in
ter me, & te: quia latemus alter alteri. Si afflixeris filias meas
& ſi acceperis vxores ſuper filias meas. Non eſt quiſquam
vobiſcum, Vide, deus eſt teſtis inter me, & te. Et dixit La-
ban ad Iahacob: Ecce cumulus iſte, & ecce ſtatua quam ieci
inter me & te. Teſtis cumulus iſte, & teſtis ſtatua quòd
ego non tranſibo ueniens ad te cumulum iſtum. & quòd
tu non tranſibis veniens ad me cumulum iſtum, & ſtatuam
iſtam ad malum. Deus Abraham, & deus Nachor iudicet
inter nos, deus patris eorum. Et iurauit Iahacob [b] per pa- — b ꝑ illũ quẽ timebat pr̃ ſuus Iſchac.
uorem patris ſui Iſchac. Et mactauit Iahacob victimam
in monte, & vocauit fratres ſuos, vt comederent panem.
Et comederunt panem, & pernoctauerunt in monte. Et ſur
rexit Laban mane, & oſculatus eſt filios ſuos ac filias ſuas,
benedixitque eis, & abiit. Et reuerſus eſt Laban ad locum
ſuum. Et Iahacob abiit in viam ſuam, & occurrerunt ei an-
geli dei. Et dixit Iahacob, quando vidit eos: Caſtra dei ſunt
hæc. Et vocauit nomen loci illius, Machanaiim.

¶Iahacob uidet angelos, mittit munera ad fratrem ſuũ Eſau;
luctat cũ angelo, appellat Iſrael.

## CAP. XXXII.

A ET miſit Iahacob nuncios ante ſe ad Eſau fratrem
ſuum ad terrã Sehir regionis Edom. Et præcepit eis
dicendo: Sic dicetis dño meo Eſau. Sic dixit ſeruus tuus Iha-
cob: cũ Labã habitaui, et cũ eo hucuſque morat' ſum. Et ſunt
mihi boues & aſini, pecudes, et ſerui, & ancillę, et miſi, vt nũ
ciarẽ dño meo, vt inuenirẽ gratiã in oculis tuis. Et reuerſi
B ſunt nũcij ad Iahacob dicẽdo: Venim' ad fratrẽ tuũ, ad E-
ſau, & etiam ꝑgit in occurſum tui, & quadringẽti viri ſunt
cum eo. Et timuit Iahacob ualde, & anguſtiis affectus eſt, &
diuiſit populum, qui erat ſecum, & pecudes, & boues, & ca
melos in duas turmas. Et dixit: Si uenerit Eſau ad turmam
vnam, & percuſſerit eam, turma quæ remanſerit euadet. Et
dixit Iahacob: Deus patris mei Abraham, & deus patris
mei Iſchac, domine, qui dixiſti ad me, reuertere ad terram
tuam, & cognationem tuã, & benefaciam tibi, Minor ſum
cunctis miſericordijs, & omni ueritate, quam feciſti cũ ſer-
uo tuo. Quia in baculo meo tranſiui Iarden hunc, & nunc
C habeo duas turmas. Erue me nunc de manu fratris mei, de
manu Eſau. Timeo enim eum, ne forte ueniat, et percutiat
me, matrémque cum filiis. tu dixiſti: Benefaciendo benefa-
ciam tibi, & ponam ſemen tuum, ſicut harenam maris,
quæ non numeratur præ multitudine. Et pernoctauit ibi
nocte ipſa. Et tulit ex iis quæ occurrebant ad manum ſuã,
munus mittendum ad Eſau fratrem ſuum: Capras CC. &
hircos XX. boues CC. & arietes XX. Camelos lactantes,
D & filios earum XXX. vaccas XL. & iuuencos X. aſinas
XX. & pullos X. Et dedit in manu ſeruorum ſuorum ſin-
gulos greges ſeorſum, dixitque ad ſeruos ſuos: Tranſite ante
me, & interſtitium ponetis inter gregem & gregem. Et prę
cepit primo, dicendo: Si occurrerit tibi Eſau frater meus,
& interrogauerit te, dicendo: cuius es, & quo pergis, &
cuius ſunt iſta ante te? Dices: ſerui tui Iahacob munus
eſt, miſſum ad dominum meum Eſau. Et ecce etiam
ipſe eſt poſt nos. Et præcepit etiam ſecundo, etiam ter-
E tio, etiam cunctis pergentibus poſt greges, dicendo: Se-
cundum verbum hoc loquemini ad Eſau, quando inuenie
tis eum. Et dicetis etiam: Ecce ſeruus tuus Iahacob eſt poſt
nos. Dixit enim: placabo faciem eius munere, quod vadit
ante me, & poſtea uidebo faciem eius: ſi forte ſuſcipiat fa-
ciem meam. Et tranſiuit munus ante eum, ipſe uerò perno
ctauit nocte ipſa cum turma. Et ſurrexit nocte ipſa, & acce-
pit duas vxores ſuas, & duas ancillas ſuas, & vndecim libe
F ros ſuos, & tranſiuit vadũ Iabboc. Et accepit eos, & trãſire
fecit eos torrentem, & tranſire fecit omnia, quæ erant ſibi.
Et remãſit ſolus Iahacob. Et luctatus eſt uir cum eo donec
aſcendit aurora. Et uidit, quòd non præualeret ei, & tetigit

a curuaturã, articulum
b luxatꝰ eſt articulꝰ coxę

[a] neruum femoris eius, & [b] mouit ſe neruus femoris Iahacob, luctante illo ſecum. Et dixit: Dimitte me, quia aſcendit aurora. Et dixit: Nõ dimittam te, niſi benedixeris mihi. Et dixit ad eum: Quod eſt nomen tuum? Et ait: Iahacob. Et dixit: Non Iahacob dicetur vltra nomen tuum, ſed Iſrael: quia princeps fuiſti cum [c] deo, & hominibus pręualebis. Et interrogauit Iahacob, & dixit: Indica nunc nomen tuũ. Et dixit: Vt quid interrogas de nomine meo? Et benedixit ei ibi. Et uocauit Iahacob nomen loci Peniel (id eſt, facies dei): quia uidi deũ facie ad faciem, & eualit anima mea. Et ortus eſt ei ſol, quando tranſiuit Peniel, & claudicabat ſup femur ſuum. Idcirco non comedunt filij Iſrael neruũ [d] contractionis, qui eſt in [e] neruo femoris vſque ad diem hanc, quia tetigit [f] neruũ femoris Iahacob, neruũ cõtractionis.

c angelo,
d luxatũ, reſolutum
e curuatura
f curuaturã femoris ĩ neruo illo læſo.

¶ Iahacob uadit obuius fratri ſuo Eſau, cõciliatur eidẽ, uenit in Succhoth, deinde in Sechem. CAP. XXXIII.

A ET leuauit Iahacob oculos ſuos, & vidit, & ecce Heſau veniebat, & cum eo erant CCCC. viri. Et diuiſit liberos cum Leah, & Rachel, & vtraque ancilla. Et poſuit ancillas, & liberos earum prius, & Leah, & liberos eius poſteriores, & Rachel & Ioſeph poſteriores. Et ipſe tranſiuit ante eos, & incuruauit ſe ſuper terram ſeptem uicibus, donec appropinquaret fratri ſuo. Et cucurrit Eſau in occurſum eius, & complexus eſt eum, & iactauit ſe ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum, & fleuerunt. Et leuauit oculos ſuos, & uidit vxores, & liberos, & dixit: Qui iſti tibi? Et dixit: Liberi ſunt, quos donauit deus ſeruo tuo. B Et appropinquauerunt ancillæ ipſæ, & liberi earum, & incuruauerũt ſe. Et appropinquauerunt, & Leah, & liberi eius, & incuruauerunt ſe. Et ſubinde appropinquauerunt Ioſeph, & Rachel, & incuruauerunt ſe. Et dixit: Quorſum omnis turma illa quam obuiam habui? Et ait: vt inuenirem gratiam in oculis domini mei. Et dixit Eſau: Eſt mihi multum frater mi. Sit tuum, quod tuum eſt. Et ait Iahacob: Ne quæſo, ſi nunc inueni gratiã in oculis tuis, capias munus meum C è manu mea: nam ita uidi faciem tuã, ac ſi viderem faciem angeli, & [g] complaceas mihi. Cape quæſo benedictionem meam, quæ allata eſt tibi: quia donauit mihi deus, & quia ſunt mihi omĩa. Et vim fecit ei, & accepit. Et dixit: Proficiſcamur & ambulemꝰ, & ambulabo ante te. Et dixit ad eum: Dñs meus ſcit, quòd pueri teneri ſunt, & pecudes, & boues [h] fœtæ ſunt mihi. Et ſi pulſauero eas die una, morientur omnes pecudes. Tranſeat quæſo dñs meus ante ſeruum ſuum, & ego ducam me pedetentim ad pedem gregis, qui eſt ante me, & pedem puerorum, donec ueniam ad dominum meum in Sehir. Et dixit Eſau: Stare faciam nunc tecũ D de populo, qui eſt mecum. Et dixit: vt quid hoc? Inueniam gratiam in oculis domini mei. Et reuerſus eſt in die ipſa Heſau per viam ſuam in Sehir. Et Iahacob profectꝰ eſt in Succhoth, & ædificauit ſibi domum, & gregi ſuo fecit tabernacula. Idcirco vocauit nomẽ loci Succoth. Et venit Iahacob [i] incolumis in ciuitatem Sechem, quæ erat in terra Chenahan, quando uenit ipſe de Padan Aram, & manſit ante vrbem. Et emit partem agri, in quo tetendit tabernaculum ſuum, de manu filiorum Chamor patris Sechem, centum [k] agnis. Et [l] ſtatuit ibi altare, & vocauit illud: El elohe Iſrael: (id eſt fortis deus Iſraelis.)

g cõplacui ſiſti, gratꝰ n ia hi fuiſti
h lactantes
i in Salem ciuitatẽ Sechẽ
k nummis
l erexit

¶ Raptus Dinah filiæ Iahacob ex Leah, raptorum, hoc eſt, Sechimitarum occiſio. CAP. XXXIIII.

A ET egreſſa eſt Dinah filia Leah, quam peperit ipſi Iahacob, vt videret filias terræ. Et vidit eam Sechem filius Chamor Chiuuæi principis terræ, & tulit eam, & concubuit cum ea, & [a] afflixit eam. Et hæſit anima eius Dinah filię Iahacob, & dilexit puellam. Et locutus eſt ad cor puellæ. Et dixit Sechem ad Chamor patrem ſuum, dicendo: Cape mihi natam hanc in vxorem. Et Iahacob audiuit quòd violauerit Dinah filiam ſuam. Et filij eius erant cum pecudibus eius in agro. Et ſiluit Iahacob, donec venirent ipſi. Et egreſſus eſt Chamor pater Sechem ad Iahacob, vt loqueretur cum eo. Et filij Iahacob venerunt de agro, quando audie- B runt, & dolore affecti ſunt viri, & irati ſunt valde, quia ignominiam fecit in Iſrael, vt coiret cum filia Iahacob, & ſic non fit. Et locutus eſt Chamor cum eis, dicendo: Sechem filij mei hæſit anima cum filia veſtra. Date quæſo eam illi in vxorem. Et connubia iungite nobiſcum, filias ueſtras date nobis, & filias noſtras accipietis vobis. Et nobiſcum habitabitis, & terra erit coram uobis: Habitate, & negotiamini in ea, & poſſeſſiones facite in ea. Et dixit Sechem ad patrem eius, & ad fratres eius: Inueniam gratiam in oculis veſtris, & quod dixeritis mihi, dabo. Augete mihi valde dotem, & donum, & dabo quemadmodum dixeritis mihi, & date mihi puellam in vxorem. Et reſponderunt filij Iahacob ad Sechem, & Chamor patrem eius in dolo, & locuti ſunt: quia violauerat Dinah ſororem ſuam. Et dixerunt ad eos: Non poſſumus facere hoc, vt demus ſororem noſtram, viro cui eſt præputium, quia abominatio eſt nobis. Veruntamẽ in hoc complacebimus vobis, ſi fueritis ſicut nos, vt circuncidatur in vobis omnis maſculus. Et dabimus filias noſtras vobis, & filias veſtras capiemus nobis, & habitabimus vobiſcum, & erimus in populum vnum. Et ſi non obedieritis nobis, vt circuncidamini, capiemus filiam noſtram, & recedemus. Et placuerunt verba eorum in oculis Chamor, & in oculis Sechem filij Chamor. Et non tardauit puer vt faceret rem, quia complacuerat ei in filia Iahacob, & ipſe erat honorabilior in tota domo patris ſui. Et venit Chamor, & Sechem filius eius ad portam ciuitatis ſuæ, & locuti ſunt ad uiros ciuitatis ſuæ dicendo: viri iſti pacifici ſunt nobiſcũ, & habitabunt in terra. & negotiabuntur in ea. Et terra ecce lata eſt locis ante eos. Filias eorum accipiemus nobis in vxores, & filias noſtras dabimus eis. Veruntamen in hoc cõ- C placebunt nobis viri, vt habitent nobiſcum, vt ſint populꝰ vnus. quãdo circunciſus erit in nobis omnis maſculus, quẽadmodum ipſi ſunt circunciſi. Greges eorum, & ſubſtantia eorum, & omnia iumenta eorum, nonne noſtra erunt? Veruntamen complaceamus eis, & habitabunt nobiſcum. Et obedierunt Chamor & Sechem filio eius, omnes egredientes per portam ciuitatis eius. Et circunciderunt ſe oĩs maſculus, omnes egredientes per portam ciuitatis eius. Et fuit in die tertia quando erant ipſi dolore affecti, acceperũt duo filij Iahacob Simhon & Leui fratres Dinah, quiſque gladium ſuum, & venerunt ad ciuitatem confidenter, & occiderunt omnem maſculum. Et Chamor & Sechem filiũ eius occiderunt acie gladij & tulerunt Dinah è domo Se- D chem, & egreſſi ſunt. Filij Iacob venerunt ad occiſos. & prędati ſunt urbem, quia uiolauerant ſororem ſuam. Pecudes eorum & boues eorum. & aſinos eorum, & quæ erant in vrbe, & quæ in agro acceperunt. Et omnem ſubſtantiam eorum, & omnes paruulos eorum, & vxores eorum captiuas duxerũt. & prædati ſunt omnia quæ erant in domo. Et dixit Iahacob ad Simhõ, & Leui: Turbaſtis me, vt fœtere faceretis me habitatoribꝰ terræ Chenahanæo, & Perizæo: & ego paucus numero ſum, & congregabunt ſe aduerſum me, & percutient me, & diſperdar ego, & domus mea. Et dixerunt: Nunquid vt meretricem faciet ſororẽ noſtram?

a uiolauit

¶ Iahacob iuſſu dei aſcendit in Bethel, infodit idola ſubter quercum, uenit Luzam, moritur Deborah, apparet ei dominus, benediciturꝫ iterum, appellatur Iſrael, Rachel moritur partu, Reuben conſcendit cubile patris, moritur Iſchac. CAP. XXXV.

A ET dixit deus ad Iahacob: Surge, aſcende in Bethel, & mane ibi. & fac ibi altare deo. qui viſus eſt tibi, dum fugeres à facie Eſau fratris tui. Et dixit Iahacob familię ſuæ & reliquis qui erãt ſecum: Remouete deos alienigenarum, qui ſunt in medio veſtri & mundate vos, & mutate veſtimenta veſtra. Et ſurgamus, & aſcendamus in Bethel, & faciam ibi



faciam ibi altare deo, qui exaudiuit in die anguſtiæ meæ, & fuit mecum in via, per quam ambulaui. Et dederũt ipſi Iahacob omnes deos alienigenarũ, qui erant in manu ſua, & inaures, quæ erant in auribus ſuis, & abſcondit eos Iahacob ſubter quercum, quæ erat apud Sechem. Et profecti ſunt. Et fuit terror dei ſuper vrbes, quæ erant in circuitibus eorum, & nõ B perſecuti ſunt filios Iahacob. Et venit Iahacob in Luzã, quæ in terra Chenahan, hæc eſt Bethel, ipſe & oĩs ppl's q̃ erat ſecũ. Et ædificauit ibi altare, & vocauit locũ Elbethel. Quia viſus fuit ſibi deus, dum fugeret à facie fratris ſui. Et mortua eſt Deborah nutrix Ribcah, et ſepulta eſt ſubter Bethel ſub quercu, & vocauit nomẽ eius Allon Bachuth (id eſt, quercus fletus.) Et viſus eſt deus Ipſi Iahacob adhuc, dum veniret ipſe de Padan Aram, & benedixit ei. Et dedit ei deus: Nomen tuũ eſt Iahacob, Nõ vocabitur nomen tuũ vltra Iahacob, ſed Iſrael erit nomen tuũ. Et vocauit nomẽ eius Iſrael. Et dixit ei deus: Ego ſum deus omnipotẽs, creſce, & multiplica te. Gens & cœtus gentiũ erit ex te, & reges è lũbis tuis egredictur. Et terram quam dedi Abraham & Iſchac tibi dabo, & ſemini tuo poſt te dabo terrã. Et aſcẽdit ab eo deus è loco in quo locutus eſt ſecũ. Et ſtatuit Iahacob titulũ in loco in quo locutus eſt ſecũ, titulũ lapideũ, & libauit ſuper illũ libamen, & effudit ſup illũ oleum. Et vocauit Iahacob nomẽ loci, in quo locutus eſt ſecũ C deus, Bethel. Et profecti ſunt de Bethel, & erat adhuc ferme miliare terræ ad veniendũ in Ephrath. Et peperit Rachel, & difficultatẽ paſſa eſt, dũ pareret, Et fuit, ea difficultatẽ patiente, dum pareret, dixit ei obſtetrix: Ne timeas, quia etiã iſte eſt tibi filius. Et fuit, egrediente anima eius, dum moreretur, vocauit nomẽ eiꝰ Benoni (id eſt, filius doloris mei). Et pater eius vocauit eũ Biniamin (id eſt, filius dexteræ). Et mortua eſt Rachel. Et ſepulta eſt in via Ephrah, hæc eſt Bethlechem. Et ſtatuit Iahacob titulũ ſuper ſepulchrũ eius. Hic eſt titulus ſepulchri Rachel vſq; ad diẽ hãc. Et ꝓfectus eſt Iſrael, & tetẽdit tabernaculũ ſuũ trans turrim Heder, id eſt, gregis. Et fuit, cũ habitaret Iſrael in terra ipa, perrexit Reuben, & cõcubuit cũ Bil- D hah cocubina patris ſui. Et audiuit Iſrael. Et fuerunt filij Iahacob XII. Filij Leah: primogenitꝰ Iahacob Reuben, & Simhon, & Leui, & Iehudah, & Iſſachar, & Zebulun. Filij Rachel, Ioſeph, & Biniamin. Et filij Bilhah ancillæ Rachel, Dan, & Naphtali. Et filij Zilpah ancillæ Leah, Ghad, & Aſer. Iſti ſunt filij Iahacob, qui nati ſunt ei in Padan Arã, Et venit Iahacob ad Iſchac patrẽ ſuum in Mamre ciuitate Arba, hæc eſt Chebron, in qua habitauit Abraham, & Iſchac. Et fuerunt dies Iſchac cẽtum anni & octoginta anni. Et obiit Iſchac, & mortuus eſt, & collectus eſt ad populos ſuos, ſenex, & ſatur dierũ. Et ſepelierunt eum Eſau, & Iahacob filij eius.

ſ.32.f.

Genealogia Eſau. CAP. XXXVI.

A ET iſtæ ſunt gñationes Eſau, hic eſt Edom. Eſau accepit vxores ſuas è filiabus Chenahan, Hadah filiã Elon Chittæi, & Aholibamah filiã Hanah filię Sibhon Chiuuæi. Et Boſmath filiam Iſmael ſororẽ Nebaioth. Et peperit Hadah ipſi Eſau Eliphaz, & Boſmath peperit Rehuel. Et Aholibamah peperit Iehus, & Iahalam, & Corach. Iſti filij Eſau, q̃ nati ſunt ei in terra Chenahan. Et accepit Eſau vxores ſuas, et filios ſuos & filias ſuas, & omnes animas domus ſuæ, & pecudes ſuas, & omnia animalia ſua, & omnem ſubſtantiã ſuã, quam acquiſierat in terra Chenahan, & iuit ad aliã terrã à facie Iahacob fratris ſui. Erat enim ſubſtãtia eorũ multa, vt nõ quirẽt habitare pariter. Et nõ poterat terra peregrinationũ eorũ ferre eos, ꝓpter pecudes eorũ. Et habitauit Eſau in mõte Sehir. Eſau eſt B Edom. Et iſte ſunt generationes Eſau patris Edom in monte Sehir. Iſta ſunt nomina filiorũ Eſau: Eliphaz filius Hadah vxoris Eſau, Rehuel filius Boſmah vxoris Eſau. Et fuerũt filij Eliphaz Teman, Omar, Sepho, & Ghahatham, & Chenaz. Et Timnah fuit cõcubina Eliphaz filio Eſau, & peperit ipſi Eliphaz Hamalech. Iſti filij Hadah vxoris Eſau. Et iſti ſunt filij Rehuel, Nachath, & Zerach, Sammah & Mizzah. Iſti ſunt filij Boſmath vxoris Eſau. Iſti fuerũt filij Aholibamah filiæ Hanah filiæ Sibhon vxoris Eſau. Et peperit ipſi Eſau Iehus, et Iahalam, & Corach. Iſti duces filiorũ Eſau: Filij Eliphaz primogeniti Eſau, dux Teman, dux Omar, dux Sepho, dux Chenaz. Dux Corach, dux Ghahatham, dux Amalech. Iſti ſunt duces Eliphaz in terra Edom. Iſti ſunt filij Hadah. Et iſti ſunt filij Rehuel filij Eſau. Dux Nachath, dux Zerach, dux Sammah, dux Mizzah. Iſti ſunt duces Rehuel in terra Edõ. Iſti ſunt filij Boſmath vxoris Eſau. Et iſti ſunt filij Aholibamah vxoris Eſau: Dux Iehus, dux Iahalam, dux Corach. Iſti ſunt duces Aholibamah filiæ Hanah vxoris Eſau. Iſti ſunt filij Eſau, & iſti duces eorum. Ipſe eſt Edõ. Iſti ſunt filij Sehir Chorei habitatores terræ, Lothan & Sobal & Sibhon & Hanah. Et Diſon & Eſer & Diſan. Iſti duces Choreorũ filio- C rum Sehir in terra Edom. Et fuerunt filij Lothan, Chori & Heman, & ſoror Lothan Timnah. Et iſti ſunt filij Sobal, Haluan & Manachath & Hebal, Sepho & Onan. Et iſti ſunt filij Sibhon, Aiah & Hanah. Hic eſt Hanah, qui inuenit mulos in deſerto, cum paſceret aſinos Sibhon patris ſui. Et iſti ſunt filij Hanah, Diſon & Aholibamah filia Hanah. Et iſti filij Diſon, Chemdan & Eſban & Ithran & Cheran. Iſti ſunt filij Eſer, Bilhan & Zahauan & Hacan. Iſti ſunt filij Diſon, Hus & Aran. Iſti ſunt duces Choreorum, dux Lothan, dux Sobal, dux Sibhõ, dux Hanah. Dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan. Iſti ſunt duces Choreorũ in ducibus eorũ in terra Sehir. Et iſti ſunt reges, q̃ regnauerũt in terra Edom, antequã regnaret rex ſuper filios Iſrael. Et regnauit in Edom Belah filius Behor, & nomẽ ciuitatis eius Dinhabah. Et mortuus eſt Belah, & regnauit pro eo Iobab filius Zerach de Boſrah. Et mortuus eſt Iobab, & regnauit pro eo Chuſam è terra auſtrali. Et mortuus eſt Chu- D ſam, & regnauit pro eo Hadad filius Bedad q̃ percuſſit Midian in agro Moab. Et nomen ciuitatis eius Hauith. Et mortuus eſt Hadad: & regnauit pro eo Samlah de Mareſchah. Et mortuus eſt Samlah, & regnauit pro eo Saul de Rhecoboth fluminis. Et mortuus eſt Saul, & regnauit pro eo Bahalcanan filius Hachbor. Et mortuus eſt Bahalchanan filius Hachbor, & regnauit pro eo Hadar, & nomẽ ciuitatis eius Pahu, & nomen vxoris eius Mehethabel filia Mathred filiæ Mezahab. Et iſta ſunt nomina ducũ Eſau, per familias ſuas, per loca ſua, ſecũdum nomina ſua. Dux Timnah, dux Haluath, dux Iethet. Dux Aholibamah, dux Alah, dux Pinon. Dux Chenax, dux Teman, dux Mibſar. Dux Magdiel, dux Hirã. Iſti ſunt duces Edom, per habitationes ſuas, in terra hæreditatis eorum. Ipſe eſt Eſau pater Edom.

1.para.1.c. (beside "…Et Boſmath filiam Iſmael…")
1.para.1.c. (beside "…Sehir. Iſta ſunt nomina filiorũ Eſau…")
1.para.1.c. (beside "…Iſti duces Choreorũ filio-…")

¶ Ioſeph accuſat fratres, uidet ſomnia, fratrum inuidia proiicitur in ciſternam, uenditur Midianitis, dolet pater. CAP. XXXVII.

A ET habitauit Iahacob in terra peregrinationum patris ſui in terra Chenahan. Iſtæ ſunt generationes Iahacob: Ioſeph filius VII. & X. annorũ paſcebat cũ fratribꝰ ſuis pecudes, & erat puer cũ filiis Bilhac, & cũ filiis Zilpah vxorũ patris ſui. Et retulit Ioſeph famã eorũ malã patri eorũ. Et Iſrael diligebat Ioſeph prę cunctis filiis ſuis, q̃a filius ſenectutis erat ſibi ei tunicã polymitam. Et viderunt fratres eius, q̃ eũ diligeret pater eorũ præ cũctis fratribus eius, & odio habebãt eũ, & nõ poterãt alloq̃ eũ pacifice. Et ſomniauit Ioſeph ſomniũ, & nunciauit fratribus ſuis, & addiderũt amplius, vt odio haberent eũ. Et dixit ad eos: Audite quæſo ſomniũ hoc, quod ſomniaui. Et ecce ligabamus manipulos in medio agri. Et ecce ſurrexit manipulus meus, & etiã ſtabat. Et ecce circũdabãt manipuli veſtri, & incuruabant ſe manipulo meo. Et dixerũt B ei fratres eius: Nũquid regnando regnabis ſuper nos, aut dominando dominaberis nobis? Et addiderũt adhuc, vt odio haberent eũ ꝓpter ſomniũ eius, & propter verba eius. Et ſomniauit adhuc ſomniũ alterũ, et narrauit illud fratribꝰ ſuis, et dixit: Ecce ſomniaui ſomniũ adhuc. Et ecce ſol & luna & XI. ſtellæ incuruabant ſe mihi. Et narrauit patri ſuo, & fratribus ſuis. Et increpauit eũ pater eius, & dixit ei: Quid eſt hoc ſo-

mniũ,quod ſomniaſti?Num veniendo veniemus ego & ma
ter tua & fratres tui,vt incuruemus nos tibi ſuper terrã?Et in
C uiderunt ei fratres eius,at pater eius obſeruabat rẽ.Et perre=
xerunt fratres eius vt paſcerent pecudes patris ſui in Sechem.
Et dixit Iſrael ad Ioſeph:Nõne fratres tui paſcũt in Sechem?
Veni & mittã te ad eos.Et dixit ei:Ecce adſum.Et ait ei: Va
de nunc,vide incolumitatẽ fratrum tuorum,& incolumitatẽ
pecorum,& refer mihi rem. Et miſit eũ ex valle Chebron,&
venit in Sechem.Et inuenit eum vir,& ecce errabat in agro.
Et interrogauit eũ vir dicẽdo:Quid quæris?Et dixit:Fratres
D meos quæro.Nuncia obſecro mihi vbi ipſi paſcant.Et dixit
vir:Profecti ſunt hinc.Audiui enĩ eos dicẽtes:Eamus in Do=
than.Et perrexit Ioſeph poſt fratres ſuos & inuenit eos in Do
than.Et viderũt eum â longinquo,& antequã appropinqua=
ret eis machinati ſunt contra eũ,vt interimerẽt eum.Et dice=
bat alter alteri:Ecce ſomniator ille venit.Et nunc venite & oc
cidamus illum,& proiiciamus eum in vnã è ciſternis,& dice=
mus:Beſtia mala deuorauit eũ,& videbimus quid fuerint ſo
mnia ei⁹?Et audiuit Reuben,& eripuit eum è manu eorum,
E et dixit:Ne eũ percutiamus in anima.Et dixit ad eos Reuben:
ne effundatis ſanguinẽ.Proiicite eum in ciſternã hanc,quę eſt
in deſerto,& manũ ne mittatis in eũ,vt erueret eum è manu
eorum,vt reuerti faceret eũ ad patrem ſuum.Et fuit,vt venit
Ioſeph ad fratres ſuos,expoliauerunt Ioſeph tunica ſua, tuni=
ca polymita,quæ erat ſuper eum.Et tulerũt eum,& proiece=
runt eum in ciſternam,& ciſterna erat vacua, non erat in ea
aqua.Et ſederunt vt comederent panem,& leuauerunt ocu=
los ſuos,& viderunt,& ecce turba Iſmahelitarum veniebat
de Ghilhad,& cameli eorũ portabãt aromata,& reſinam &
F ſtacten,ambulantes, vt deferrẽt in Aegyptum.Et dixit Iehu=
dah fratribus ſuis:Quæ vtilitas ſi occiderimus fratrẽ noſtrũ
& celauerimus ſanguinẽ eius?Venite & vẽdamus eum Iſmae
¶.10.c. pſal. 140.b. litis,& manus noſtra ne ſit in eum.Quia frater noſter,caro no
ſtra eſt.Et paruerunt ei fratres eius.Et tranſierunt viri Midia=
nitæ mercatores,& extraxerunt,& aſcendere fecerũt Ioſeph è
ciſterna.Et vendiderunt Ioſeph Iſmaelitis viginti argenteis,
& adduxerunt Ioſeph in Aegyptum.Et reuerſus eſt Reuben
ad ciſternam,& ecce non erat Ioſeph in ciſterna,& ſcidit veſti
menta ſua,& reuerſus eſt ad frates ſuos,& dixit:puer non eſt,
G & ego quo?Ego quo ibo?Et tulerũt tunicam Ioſeph,& iugu
lauerunt hircum caprarum, & tinxerunt tunicã in ſanguine.
Et miſerunt tunicam polymitã,& & deferre fecerunt ad pa=
trem ſuum,& dixerunt:Hanc inuenimus,agnoſce nunc vtrũ
tunica filij tui ſit,an non.Et agnouit eam,& dixit:Tunica filij
mei eſt.Beſtia mala deuorauit eũ.Rapiẽdo raptus eſt Ioſeph,
Et ſcidit Iahacob veſtimẽta ſua,& poſuit ſaccũ in lũbis ſuis,et
B luxit ſuper filio ſuo diebus multis.Et ſurrexerũt oẽs filij ei⁹ &
oẽs filiæ eius, vt cõſolarentur eum, & renuit conſolari,& di=
xit:Quia deſcendam ad filium meum lugens ad ſepulchrum.
Et fleuit eum pater eius. Et Midianitæ vendiderunt eum in
a eunucho Aegypto,Potiphar [a] principi Parhoh,principi laniorum.

¶Coniugium Iehudah,crimen,diuinaq; ultio filiorum ſuorum Her & Onan.Inceſtus cum nuru ſua Thamar.Conceptus & natiuitas Peres & Zerah.

CAP. XXXXIII.

A ET fuit,in tẽpore ipſo deſcendit Iehudah à fratribus ſuis,
& declinauit ad virum Hadullamitem,et nomẽ ei⁹ Chi
1.para.1.b. b mercatoris ralh.Et vidit ibi Iehudah filiã viri [b] Chenahanæi , & nomen
eius Suah,& accepit eã,& ingreſſus eſt ad eam. Et concepit,
& peperit filiũ,& vocauit nomen eius Her.Et cõcepit adhuc
& peperit filiũ,& vocauit nomen eius Onan.Et addidit ad=
huc,& peperit filium,& vocauit nomen eius Selah.Et erat in
Ghezib,quando peperit ipſa eum.Et accepit Iehudah vxorẽ
ipſi Her primogenito ſuo , & nomen eius Thamar.Et erat
Nume. 26.c. Her primogenitus Iehudah,malus in oculis domini,& inter=
c oſtende emit eum dominus.Et dixit Iehudah ad Onan:Ingredere ad
B vxorem fratris tui,& affinitatem [c] contrahe cum ea,& ſuſci=
d quod non uocaretur nomine ſuo. ta ſemen fratri tuo.Et cognouit Onan [d] quòd non ſuum fo=
ret ſemen,& erat quando ingrediebatur ad vxorem fratris
ſui,corrumpebat ſe ſuper terram ne poneret ſemẽ fratri ſuo.
Et diſplicuit in oculis domini,quod fecit,& mori fecit etiam
C eum.Et dixit Iehudah ad Thamar nurum ſuam:Mane vidua
in domo patris tui,donec creſcat Selah filius meus.Dixit enĩ
ne forte moriatur etiam ipſe,ſicut & fratres eius. Et perrexit
Thamar,& manſit in domo patris ſui . Et multiplicati ſunt
dies,& mortua eſt filia Suah vxor Iehudah. Et cõſolat⁹ eſt ſe
Iehudah,& aſcendit ad tonſores ouium ſuarum,ipſe & Chi=
rah amicus eius, Hadullamita in Timnath.Et nunciatũ fuit
ipſi Thamar,dicẽdo:Ecce ſocer tuus aſcendit in Timnath ad
tondendum oues ſuas.Et remouit veſtes viduitatis ſuæ à ſe,
& operuit ſe velamine,& celauit ſe,& manſit in oſtio [a] He= a duorũ fontium
naim,quod erat iuxta viam Timnath. Viderat enim q̃ cre=
uerat Selah,& ipſa nõ fuerat data ei in vxorem. Et vidit eam
D Iehudah,& putauit eam eſſe meretricem.Operuerat enim fa=
ciem ſuam,& declinauit ad eam è via,& dixit:Age quæſo,in=
grediar ad te.Non enim nouerat,quòd nurus ſua eſſet,& di
xit:Quid dabis mihi,ſi ingrediaris ad me?Et ait:Ego mittam
hœdum caprarũ de pecudibus,& dixit: Num dabis pignus
donec miſeris?Et dixit:Quod pignus,vt dem tibi?Et dixit:Si
gillũ tuum,& [b] thæniam tuam,& virgam tuã,quæ eſt in ma= b palliũ tuũ
nu tua.Et dedit ei,& ingreſſus eſt ad eam,& concepit ex eo.
Et ſurrexit & abiit,& remouit velamẽ ſuum à ſe,& induit ſe
veſtibus viduitatis ſuæ.Et miſit Iehudah hœdum caprarum
per manum amici ſui Hadullamitæ,vt caperet pign⁹ è manu
mulieris,& non inuenit eam.Et interrogauit viros loci,dicẽ=
do:Vbi eſt meretrix illa quæ manebat in Henaim iuxta viã?
Et dixerunt:Nõ fuit hic meretrix.Et reuerſus eſt ad Iehudah,
& dixit:Nõ inueni eam.Et etiam viri loci dixerunt:Non fuit
E hic meretrix.Et dixit Iehudah:Capiat ſibi: [c] ne forte ſimus in c i.nõ inueſtigabim⁹ ne uituperemur
contemptum.Ecce miſi hœdum hunc,& tu non inueniſti eã.
Et fuerunt circiter tres mẽſes,& nunciatum fuit ipſi Iehudah,
dicendo:Fornicata eſt Thamar nurus tua, & etiam ecce eſt
grauida de fornicationibus. Et dixit Iehudah: Educite eã, &
comburatur.Ipſa educebatur,& ipſa miſit ad ſocerum ſuum
dicendo:De viro cuius hæc ſunt,ſum grauida.Et dixit Agno
ſce quæſo cuius ſint ſigillum,& thæniæ,& virga iſta.Et agno
uit Iehudah,& dixit Iuſtior me eſt.Ideo enim hoc fecit , quia
non dedi eã Selah filio meo.Et non addidit adhuc,vt cogno=
ſceret eam.Et fuit in tẽpore quo parturiebat ipſa,ecce gemini
F erant in vtero eius.Et fuit,ea pariente dedit manũ & accepit
obſtetrix,& ligauit ad manũ eius coccinũ,dicendo:Iſte egreſ=
ſus eſt prius.Et fuit,cum retraheret manũ ſuam,ecce egreſſus
eſt frater eius, & dixit: [d] Cur diuiſiſti?Super te ſit diuiſio. Et d q̃ fortiter egiſti ſ apud te ſit fortitudo.
vocauit nomen eius Peres.i.fortitudo.Et poſtea egreſſus eſt
frater eius,ad cuius manum erat coccinũ, & vocauit nomen Matt.1.a.
eius Zerah. 1.paralip.2.a.

¶Ioſeph tentatur ab uxore Pothiphar,accuſatus conĳcitur in carcerem.

CAP. XXXIX.

A ET Ioſeph [e] factus eſt deſcendere in Aegyptum.Et emit e deductus eſt, demiſſus eſt
emit eum Pothiphar princeps Parhoh,Princeps lanio=
rum,vir Aegyptius è manu Iſmaelitarum:qui deſcendere fe=
cerant eum illuc.Et fuit dominus cum Ioſeph,& fuit vir pro=
ſperans,& fuit in domo domini ſui Aegyptij.Et vidit domi=
nus eius,quòd dominus eſſet cum eo,& omnia quæ ipſe facie
bat,dominus ſecundabat in manu eius.Et inuenit Ioſeph gra
tiam in oculis eius , & miniſtrabat ei.Et præpoſuit eum do=
mui ſuæ,& omnia quæ erant ei,dedit in manu eius.Et fuit ex
eo tẽpore quo præpoſuit domui ſuæ,& omnibus quæ erãt
ei,benedixit dominus domui Aegyptij propter Ioſeph. Et
fuit benedictio domini in omnibus quæ erãt ei in domo &
in agro.Et reliquit omnia,quæ erant ſibi,in manu Ioſeph, &
B [f] non cognouit ſecũ quicquã, niſi panẽ,quẽ ipſe comedebat. f non cognoſcebat ..., i.nihil curabat.
Et erat Ioſeph pulcher forma,& pulcher aſpectu.Et fuit,poſt
hæc leuauit vxor domini eius,oculos ſuos ſuper Ioſeph & di
xit:Concumbe mecũ, & renuit, & dixit ad vxorẽ dñi ſui:Ec=
ce dominus meus nõ cognouit mecum,quid eſſet in domo,
& omnia

a Nõ eſt hic maius ipſe maior me in domo hac, nec. proli. & omnia quæ erant ei,dedit in manu mea. [a] Non eſt maior
aliquis in domo hac me.Et non prohibuit à me quicquã,niſi
te,eò quòd tu ſis vxor eius.Et quomodo faciam malũ gran=
de hoc,vt peccem contra deum?Et fuit cũ loqueretur ipſa ad Io
ſeph dictim,& non pareret ei,vt cõcumberet ſecum, vt eſſet
cum ea.Et fuit,ſecundum diem hanc,ingreſſus eſt domum,vt
faceret opus ſuũ,& non erat quiſquam ex viris domus illic
in domo,& apprehendit eum per veſtimentum eius,dicẽdo
C Cõcumbe mecum.Et reliquit veſtimentum ſuũ in manu eius
& fugit.Et egreſſus eſt foras.Et fuit,cum vidiſſet ipſa quòd re
liquiſſet veſtimentum ſuum in manu ſua,& fugiſſet foras:vo
cauit viros domus ſuæ,& dixit ad eos, dicendo: Videte, ad=
duxit nobis virum Hebræum,vt illuderet nos . Ingreſſus eſt
ad me,vt concũberet mecum,& clamaui voce magna.Et fuit
cum audiſſet ipſe,quod eleuaſſem vocem meam , & clamaſ=
ſem,reliquit veſtimentum ſuum apud me,& fugit,& egreſſus
eſt foras.Et retinuit veſtimentum eius apud ſe,donec veniret
dominus eius ad domum ſuam.Et locuta eſt ad eum ſecun=
dum verba iſta,dicendo:Ingreſſus eſt ad me ſeru⁹ Hebræus,
D vt illuderet me.Et fuit,cum eleuaſſem vocem meam, & cla=
maſſem,reliquit veſtimẽtũ ſuũ apud me,& fugit foras.Et fuit
cum audiſſet dñs eius verba vxoris ſuæ quæ locuta eſt ad eũ,
dicendo:ſecundum hęc fecit mihi ſeruus tuus,iratus eſt furor
eius.tE accepit dominus ipſius Ioſeph eum,& poſuit in do=
mo carceris,in loco in quo vincti regis vinciuntur,& fuit ibi
Pſal.104.b. in domo carceris.Et fuit dominus cum Ioſeph,& inclinauit
ad eum miſericordiam,& dedit gratiam eius in oculis princi
pis dom⁹ carceris.Et dedit princeps dom⁹ carceris, in manu
Ioſeph omnes vinctos,qui erãt in domo carceris,& oĩa quæ
faciebãt ibi,faciebat.Neque princeps dom⁹ carceris videbat
quicquam ex iis quæ erant in manu eius,eo quod dominus
erat cum eo,& quod ipſe faciebat,dominus ſecundabat.

¶Somnium pincernæ & piſtoris,Ioſeph exponit.

CAP. XL.

A ET fuit,poſt hæc peccauerunt pincerna regis Aegypti,
& piſtor domino ſuo regi Aegypti. Et iratus eſt Pa=
rhoh contra vtrunq; principem ſuum,cõtra principẽ pincer
narum,& contra principẽ piſtorum.Et poſuit illos in cuſto=
dia domus principis laniorum in domo carceris,in loco in
quo Ioſeph vinctus erat.Et præpoſuit princeps laniorum Io
b aliquãdiu ſeph eis,& miniſtrabat eis.Et fuerunt [b] per annum in cuſto=
dia.Et ſomniauerunt ſomnium ambo ipſi , quiſque ſomniũ
ſuum nocte eadem.Quiſque ſecundum interpretationẽ ſo=
mnij ſui:Pincerna & piſtor,qui fuerãt regi Aegypti,qui erãt
vincti in domo carceris.Et venit ad eos Ioſeph mane , & vi=
dit eos,& ecce erant dolore affecti.Et interrogauit principes
Parhoh,qui erant ſecum in cuſtodia domus domini ſui dicẽ=
do:Cur facies veſtræ ſunt afflictę hodie?Et dixerunt ad eum:
Somnium ſomniauimus,& qui interpretur illud,non eſt. Et
dixit ad eos Ioſeph:Nõne dei ſunt interpretationes? Narrate
quæſo mihi.Et narrauit princeps pincernarum ſomniũ ſuũ
B Ioſeph,& dixit ei:Me ſomniante,ecce vitis erat coram me.Et
in vite erant tres rami:& erat, tanquam germinans aſcendit
flos eius.Maturauerunt botri eius vuas.Et calix Parhoh erat
in manu mea,& accipiebam vuas, & exprimebam eas in cali
cẽ Parhoh,& dabam calicem in manu Parhoh.Et dixit ei Io=
ſeph:Hæc eſt interpretatio eius.Tres rami,tres dies ſunt.In fi=
c recenſebit ne trium dierum [c] eleuabit Parhoh caput tuũ,& redire faciet
te ad locum tuum,& dabis calicem Parhoh in manu eius ſe=
cundum conſuetudinem priorẽ quando eras pincerna eius.
Sed memẽto mei tecum ,cũ bene fuerit tibi: & fac quæſo me=
C cum miſericordiã:& mentionẽ mei fac Parhoni, & educere
fac me è domo hac.Quia furto auferendo,furto ablatus ſum
è terra Hebræorum,& etiã hic nõ feci quicquã, vt ponerent
me in carcere.Et vidit princeps piſtorũ,q̃ bene interpretat⁹
eſſet,& dixit ad Ioſeph:Etiam me ſomniante,ecce tria caniſtra
alba ſuper caput meũ.Et in caniſtro ſuperiori erat ex omibus
cibis Parhoh opere piſtorio,& aues comedebant eos è ca=
niſtro,quod erat ſuper caput meũ.Et reſpondit Ioſeph,& di
xit:Hæc eſt interp̃tatio eius.Tria caniſtra,tres dies ſunt.In fi=
D ne triũ dierũ auferet Parhoh caput tuũ à te,& ſuſpendet te in
ligno,& comedẽt aues carnẽ tuã à te.Et fuit,in die tertia, die
qua natus fuerat Parhoh , fecit conuiuium omnibus ſeruis
ſuis,& [a] eleuauit caput principis pincernarũ,& caput princi= a recenſuit
pis piſtorum in medio ſeruorum ſuorũ.Et redire fecit prin-
cipem pincernarum ad propinationem ſuam,& dedit cali=
cem in manu Parhoh.Et principem piſtorum ſuſpendit,quẽ
admodum interpretatus fuerat ei Ioſeph.Et non eſt recorda
tus princeps pincernarum ipſius Ioſeph,& oblitus eſt eius.

¶Ioſeph exponit parhoh ſua ſomnia, Liberatur e carcere conſtituitur ſuper annonam, naſcuntur ei Menaſſeh & Ephraim.

CAP. XLI.

A ET fuit, [b] in fine duorũ annorũ dierũ,Parhoh ſomniauit, b poſt finẽ,
et ecce ſtabat iuxta flumen.Et ecce è flumine aſcendebãt
ſeptem vaccæ pulchræ aſpectu,& pingues carne,& paſcebãt
in [c] carecto.Et ecce ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt eas c prato
è flumine,turpes aſpectu,& tenues carnẽ,& ſtabant iuxta vac
cas,quæ erant iuxta ripam fluminis.Et comederũt vaccę tur
pes aſpectu,& tenues carne,ſeptẽ vaccas pulchras aſpectu,&
pingues.Et expergefactus eſt Parhoh.Et dormiuit,& ſomnia
uit ſecundo.Et ecce ſeptẽ ſpicæ aſcendebãt in culmo vno pin
gues,& pulchræ.Et ecce ſeptẽ ſpicæ tenues & arefactæ euro,
oriebantur poſt eas.Et deglutiuerunt ſpicæ tenues,ſeptẽ ſpi=
cas pingues,& plenas.Et expergefactus eſt Parhoh & ecce ſo
mniũ.Et fuit mane conſternatus eſt ſpiritus eius, & miſit, &
B vocauit omnes magos Aegypti,& oẽs ſapientes eius,& nar=
rauit Parhoh eis ſomniũ ſuũ,& nõ erat qui interpretaretur ex
eis ipſi Parhoh.Et locut⁹ eſt princeps pincernarũ ad Parhoh
dicendo:Peccatũ meũ ego memoro hodie.Parhoh iratus eſt
contra ſeruos ſuos,& poſuit me in cuſtodiã domus principis
laniorũ,me & principẽ piſtorum.Et ſomniauim⁹ ſomniũ no
cte eadem,ego,& ipſe:Singuli ſecũdũ interpretationẽ ſomnij
ſui ſomniauim⁹.Et ibi erat nobiſcũ puer Hebræus ſeru⁹ prin
cipis laniorũ,& narrauimus ei,& interpretatus eſt nobis ſo=
mnia noſtra,ſingulis ſecundũ ſomniũ ſuũ interpretatus eſt.Et
fuit,quẽadmodũ interpretatus eſt nobis,ſic fuit.Me redire fe
cit ad locũ meũ,& ipm ſuſpendit.Et miſit Parhoh & vocauit
Ioſeph,& currere fecerũt eũ è carcere.Et totondit,& mutauit
veſtes ſuas,& venit ad Parhoh.Et dixit Parhoh ad Ioſeph:
Sõnium ſomniaui,& qui interpretetur illud,nõ eſt.Et ego audi
C ui de te dicere q̃ audias ſomniũ ad interpretãdũ illud.Et re=
ſpondit Ioſeph ad Parhoh dicẽdo:Præter me deus reſpõde=
bit pacem Parhonis.Et locutus eſt Parhoh ad Ioſeph:Me ſo Pſal.140.b.
mniante ecce ſtabã iuxta ripã fluminis:Et ecce è flumine aſcen
debãt ſeptẽ vaccæ pingues carne,& pulchræ forma,& paſce
bãt in carecto.Et ecce ſeptẽ vaccæ aliæ aſcendebant poſt eas
tenues,turpes forma valde,& tenues carne.Non vidi,ſimiles
in tota terra Aegypti in turpitudine.Et comederunt vaccæ
tenues,& turpes ſeptẽ vaccas priores pingues.Et venerũt ad
interiora earum,& non eſt cognitũ,q̃ veniſſent ad interiora
earum:& aſpect⁹ earum turpis, quemadmodũ in principio,
& expergefactus ſum.Et vidi dum ſomniarẽ.Et ecce ſeptẽ ſpi
D cæ aſcẽdebant in culmo vno plenæ,& pulchræ.Et ecce ſeptẽ
ſpicæ paruæ & tenues percuſſæ euro,germinabant poſt eas.
Et deglutiuerunt ſpicæ tenues,ſeptẽ ſpicas pulchras . Et dixi
ad magos,& non fuit qui indicaret mihi. Et dixit Ioſeph ad
Parhoh:Somnium Parhoh idem eſt.Quæ deus facturus eſt
indicauit Parhoni.Septẽ vaccę pulchræ,ſeptem anni ſunt.Et
ſeptem ſpicæ pulchræ,ſeptem anni ſunt.Sõniũ idem eſt.Et ſe
ptẽ vaccæ tenues,& [d] turpes aſcẽdẽtes poſt eas,ſeptem anni d uacuæ
ſunt:& ſeptẽ ſpicæ tenues arefactę euro,erũt ſeptẽ anni famis.
Hoc eſt quod locutus ſum ad Parhoh: Quod deus facturus
E eſt,videre fecit Parhonem.Ecce ſeptem anni veniunt abundã
tiæ magnæ in omni terra Aegypti.Et ſurgent ſeptẽ anni fa=
mis poſt eos .Et erit in obliuione oĩs abũdantia in terra Ae=
gypti,& cõſumet fames terrã.Et nõ cognoſcetur abundãtia

in terra, ꝑpter famē ipſam: quę erit poſtea, q̄a grauis erit valde. Et propterea iteratū eſt ſomniū ipſi Parhōi duabus vicibus, q̄a firma eſt res à deo: & feſtinat deus facere eā. Et nūc ꝓuideat Parhoh virū prudentē, & ſapiētē, & ponat illū ſuper terrā Aegypti. Faciat Parhoh, & cōſtituat præfectos ſuꝑ terram, & quintā partē ſoluere iubeat terrā Aegypti in ſeptē annis abundātiæ. Et cōgregēt de tota eſca annorum bonorū venientium iſtorum, & cōgregēt frumētū ſub manu Parhoh, cibum in vrbibus, & ſeruent. Et ſit cibus in depoſito ꝓ terra, pro ſeptē annis famis, q̄ erūt in terra Aegypti, & nō ſuccidet terra ꝑpter famē. Et placuit ſermo in oculis Parhoh, & in F oculis oīm ſeruorū eius. Et dixit Parhoh ad ſeruos ſuos: Nunquid [a] inueniemus talē virum, in quo ſit ſpiritus dei? Et dixit Parhoh ad Ioſeph: Poſtquā cognoſcere fecit de⁹ te totū hoc nō eſt intelligēs, & ſapiēs ſicut tu. Tu eris ſuꝑ domū meam, & [b] ad ſermonē tuum armabit oīs populus meus, tantum ſolio maior ero te. Et dixit Parhoh ad Ioſeph: Vide, poſui te ſuꝑ omnē terram Aegypti. Et remouit Parhoh anulum ſuum è manu ſua, & poſuit illum in manu Ioſeph. Et induere fecit eū veſtibus byſſinis, & poſuit torquem auream in collo eius. Et equitare fecit eum in curru ſecundo qui erat ſibi. Et clamabāt ante eum Abrech (id eſt, [c] pater tener). Et conſtituit eum ſuper vniuerſam terram Aegypti. Et dixit Parhoh ad Ioſeph. Ego Parhoh, & præter te non leuabit quiſquam manum ſuā, & pedē ſuum in omni terra Aegypti. Et vocauit Parhoh nomē Ioſeph Saphnath Pahaneach (vir cui abſcōdita reuelata ſunt: Vel, abſcōditorū expoſitor) & dedit ei Aſnath filiam Pothiphar principis On in vxorē. Et egreſſus eſt Ioſeph ſuꝑ terrā Aegypti. Et Ioſeph erat vir triginta annorum, quando ſtetit coram Parhoh rege Aegypti. Et egreſſus eſt Ioſeph à facie Parhoh, & trāſiuit per oēm terrā Aegypti. Et cōgregauerūt habitatores terræ in ſeptē annis ſaturitatis frumēta in horrea. Et congregauit de tota eſca ſeptē annorū, qui fuerunt in terra Aegypti. Et poſuit cibū in vrbib⁹, cibum agri ciuitatis quæ erat in circuitu eius, poſuit in medio eius. Et congregauit Ioſeph frumētum, tāquā harenā maris multum valde, adeò, ꝙ ceſſauit numerari, q̄a nō erat numerus. Et ipſi Ioſeph G nati ſunt duo filij antequam veniret annus famis, quos peperit ei Aſnath filia Pothiphar principis On. Et vocauit Ioſeph nomen primogeniti Menaſſeh, Quia dixit, obliuiſci fecit me deus omnis laboris mei, & omnis domus patris mei. Et nomen ſecundi vocauit Ephraim, Quia dixit, creſcere fecit me deus in terra afflictionis meæ. Et finiti ſunt ſeptem anni ſaturitatis, quæ fuit in terra Aegypti. Et inceperūt ſeptem anni famis venire, quēadmodū dixit Ioſeph. Et fuit fames in omnib⁹ terris. & in omni terra Aegypti erat panis. Et eſuriit oīs terra Aegypti, & clamauit populus ad Parhoh pro pane. Et dixit Parhoh omnibus Aegyptiis: Ite ad Ioſeph. Quod dixerit vobis, facietis. Et fames erat in vniuerſa terra. Et aperuit Ioſeph omnia horrea, in quibus erant, & vendidit Aegyptiis. Et inualuit fames in terra Aegypti. Et omnes habitatores terrę venerūt in Aegyptum, vt emerent à Ioſeph, quia inualuerat fames in omni terra.

a inueti⁹ unquā eſt talis uir. Pſal. 10. b. 1. mac. 2. f. act. 7. b.
b os tuū oſculabitur
c flectamus genua
Pſalm. 80. a.
1. 96. c.

Fratres Ioſeph pro emendis frugibus in Aegyptum ueniunt, agnoſcuntur & tentantur ab eo. Simhon in carcerem cōiicitur, redeunt ad patrē petito Biniamin, ille renuit.

## CAP. XLII.

A ET vidit Iahacob, ꝙ eſſet alimētum in Aegypto. Et dixit Iahacob filiis ſuis: Vt quid voſipſos aſpicitis? Et dixit: Ecce audiui ꝙ eſt alimētum in Aegypto. Deſcēdite illuc, & emite nobis inde, & viuemus, & non moriemur. Et deſcenderūt fratres Ioſeph decē, vt emerent frumētū in Aegypto. Et Biniamin fratrem Ioſeph non miſit Iahacob cum fratribus ſuis, quia dixit, ne forte accidat ei mors. Et venerunt filij Iſrael, vt emerent in medio venientium. Erat enim fames in terra Chenahan. Et Ioſeph erat dominus ſuper terram. Ipſe vendere faciebat omni populo terræ. Et venerunt fratres Ioſeph. Et in B curuauerunt ſe ei in faciem ſuper terram. Et vidit Ioſeph fratres ſuos, & agnouit eos, & alienum ſe oſtendit eis. Et locutus eſt cum eis dura, & dixit eis: Vnde veniſtis? Et dixerunt de terra Chenahan ad emendum cibum. Et agnouit Ioſeph fratres ſuos, & ipſi non agnouerunt eum. Et recordatus eſt Ioſeph ſomniorum, quæ ſomniauerat de eis, & dixit eis: Exploratores eſtis, ad videndum [a] exinanitionem terræ veniſtis. Et dixerūt ei. Nequaquā dñe mi. Sed ſerui tui venerunt ad emendū cibū. Oēs nos filij eiuſdem viri ſumus. Veraces ſumus. Nō ſunt ſerui tui exploratores. Et dixit eis: Nequaq̄, ſed exinationē terræ veniſtis ad vidēdū. Et dixerūt: Duodecim ſerui tui, fratres ſu C mus filij viri eiuſdē in terra Chenahan. Et ecce minor eſt cum patre noſtro hodie, & vnus nō eſt. Et dixit eis Ioſeph: Hoc eſt quod locutus ſum ad vos, dicēdo: exploratores eſtis. In hoc probabimini per vitā Parhoh. Si egreſſi fueritis hinc, niſi cū venerit frater veſter minor huc. Mittite ex vobis vnum, & accipiat fratem veſtrum, & vos vincti eritis, & probabunt verba veſtra, an veritas ſit vobiſcum: Sim minus, per vitam Parhoh, exploratores eſtis. Et congregauit eos in cuſtodiam tribus diebus. Dixit eis Ioſeph die tertio: Hoc facite, & viuetis. Deum ego timeo. Si veraces eſtis frater veſter vnus ligetur in D domo cuſtodiæ veſtræ, & vos ite, adducite alimentum ad expellendum famem è domibus veſtris. Et fratrem veſtrū minorē adducetis ad me, & verificabuntur verba veſtra, & nō moriemini. Et fecerunt ita. Et dicebat alter alteri: Vere deliq̄mus contra fratrem noſtrum, quia vidimus anguſtiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Idcirco venit ſuper nos anguſtia hæc. Et reſpondit Reuben ad eos dicendo: Nōnne dixi vobis dicēdo: Ne peccetis in puerum, & nō audiſtis? Et etiam ſanguis eius ecce requiritur. Et ipſi ignorabāt, qd' audiret Ioſeph, q̄a interpres erat inter eos. Et vertit E ſe ab eis, & fleuit. Et reuerſus eſt ad eos, & locut⁹ eſt ad eos. Et accepit eis Simhon, & ligauit eū in ocl'is eorū. Et præcepit Ioſeph, & impleuerūt vaſa eorū frumēto, & vt reſtituerēt pecunias eorū, vniuſcuiuſq̄ in ſacco ſuo, & darēt eis eſcā pro via. Et fecit eis ſic. Et tulerunt alimentum ſuum ſuper aſinos ſuos, & abierunt inde. Et aperuit vnus ſaccum ſuū, vt daret pabulum aſino ſuo, in hoſpitio, & vidit pecuniā ſuam, & ecce erat in ore ſacci ſui. Et dixit fratrib⁹ ſuis. Reddita eſt pecunia mea. Et etiam ecce eſt in ſacco meo. Et euanuit cor eorum, & obſtupuerūt alter alteri dicendo: Quid hoc fecit deus nobis? Et venerunt ad Iahacob patrem ſuum in terram Chenahan, & annuaciauerunt ei omnia quæ acciderant eis, dicēdo: Locutus eſt vir dominus terræ nobiſcū dura, & dedit nos tanquā ex F ploratores terræ. Et diximus ad eum: Veraces ſumus. Nō ſumus exploratores. Duodecim ſumus fratres filij patris noſtri. Vnus non eſt, & minor hodie eſt cum patre noſtro, in terra Chenahan. Et dixit nobis vir dominus terræ. In hoc cognoſcam, ꝙ veraces eſtis. Fratrem veſtrum vnum dimittite mecum, & frumentum ad expellendum famem domorum veſtrarum capite, & ite. Et adducite fratrem veſtrum minimum ad me & cognoſcam, ꝙ non eſtis exploratores, ſed veraces. Fratrem veſtrum dabo vobis: & in terra negociabimini. Et G fuit, ipſis euacuantibus ſaccos ſuos, ecce vniuſcuiuſq̄ ligatura pecuniæ ſuæ, erat in ſacco ſuo. Et viderunt ligaturas pecuniarum ſuarum, ipſi & pater eorum, & timuerunt. Et dixit illis Iahacob pater eorum: Me orbaſtis: Ioſeph non eſt, & Simhon non eſt, & Biniamin capietis. Aduerſum me fuerunt omnia hæc. Et dixit Reuben ad patrem ſuum dicendo: Duos filios meos mori facias, niſi adduxero eum ad te. Da eū in manu mea, & ego reducam eum ad te. Et dixit: Non deſcendet filius meus vobiſcum, quia frater eius mortuus eſt, & ipſe tantummodo remanſit: & accidet ei mors in via, per quam ibitis. Et deſcendere facietis caniciem meam cum dolore ad ſepulchrum. Et fames grauis erat in terra.

a nuditatē, loca non munita.

Adductio Biniamin, redeunt fratres ad Ioſeph cum muneribus, educitur e carcere Simhon, flet ſeorſum Ioſeph, ſimul epulantur cum eo.

Et fuit,



## CAP. XLIII.

A ET fuit, cum finiſſent edere alimentum, quod attulerant ex Aegypto, dixit illis pater eorum: Reuertimini, emite nobis puſillum cibi. Et dixit ei Iehudah dicendo: Conteſtando conteſtatus eſt nobis vir, dicendo: Non videbitis faciem meam ſine fratre veſtro vobiſcum. Si miſeris fratrem noſtrū nobiſcum, deſcendemus, & ememus tibi cibum. Si verò non miſeris, nō deſcendemus. Vir enim dixit nobis: Non videbitis faciem meam ſine fratre veſtro vobiſcum. Et dixit Iſrael: Vt quid malefeciſtis mihi, vt nunciaretis viro: an adhuc frater eſſet vobis? Et dixerunt: Interrogādo interrogauit vir de B nobis, & cognatiōe noſtra, dicēdo: Num adhuc pater veſter viuit? Num eſt vobis frater? Et nunciauimus ei ſecundū verba iſta. Nunquid ſciendo ſciebamus, ꝙ diceret: deſcendere faciatis fratrem veſtrum? Et dixit Iehudah Iſraeli patri ſuo: Mitte puerum mecum, & ſurgemus & pergemus, & viuemus, & nō moriemur, etiam nos, etiam tu, etiam paruuli noſtri. Ego ſpondeo pro illo: De manu mea requiras eum, niſi adduxero eum ad te, & ſtatuero eum ante te, pœnæ obnoxius ero tibi omnibus diebus. Quia niſi tardauiſſemus nunc, reuerſi fuiſſemus iam bis. Et dixit illis Iſrael pater eorum: Si ita nunc, hoc facite. Tollite, de optimis frugibus terræ in vaſis veſtris, & de C ſcendere facite ad virum munus puſillum reſinæ, & puſillum mellis, aromata, & ſtacten, pineas, & amygdalas. Et pecuniam duplicem capite in manibus veſtris: & pecuniam reductam in ore ſaccorum veſtrorum, reducetis in manu veſtra, ſi forte error eſſet. Et fratrem veſtrum capite, & ſurgite, reuertimini ad virum. Et deus omnipotens det vobis miſericordias ante virum, & dimittat vobis fratrem veſtrū alium & Biniamin. Et ego quemadmodum orbatus ſum, orbatus ſum. Et ceperunt viri munus hoc, & duplicem pecuniā ceperunt in manu ſua, & Biniamin, & ſurrexerūt & deſcenderūt in Aegyptum, & ſteterūt corā Ioſeph: Et vidit Ioſeph cum eis Biniamin, & dixit ei, qui erat ſuper domū ſuā: Adhuc viros in domum, & macta victimam & præpara, quia mecum comedent viri in meridie. Et fecit vir quemadmodum dixit Ioſeph. Et venire fecit vir homines in domum Ioſeph, & timuerunt viri, quia D adducti erant in domum Ioſeph, & dixerunt. Propter pecuniam quæ reddita eſt in ſaccis noſtris in principio, ſumus adducti, vt vertat ſe contra nos, & iactet ſe ſuper nos, & capiat nos in ſeruos, & aſinos noſtros. Et acceſſerunt ad virum, qui erat ſuper domum Ioſeph: & locuti ſunt ad eum in oſtio domus. Et dixerunt: Quæſumus domine mi, deſcendēdo deſcendimus in principio ad emendum eſcam. Et fuit, Cum veniſſe E mus ad hoſpitium, & aperuiſſemus ſaccos noſtros, ecce pecunia vniuſcuiuſq̄ erat in ore ſacci ſui. Pecuniam noſtrā ſecundum pondus eius retulimus in manu noſtra. Et pecuniā aliā deſcendere fecimus in manu noſtra ad emendum eſcam. Nō ſcimus quis poſuerit pecuniā noſtram in ſaccis noſtris. Et dixit: Pax vobis. Ne timeatis. Deus veſter, & deus patris veſtri dedit vobis theſaurum in ſaccis veſtris. Pecunia veſtra venit ad me. Et adduxit ad eos Simhō. Et venire fecit vir homines in domum Ioſeph. Et dedit aquam, & lauerunt pedes ſuos, & dedit pabuū aſinis eorum. Et parauerunt mun⁹ donec veniret Ioſeph in meridie. Audierunt enim ꝙ ibi comeſturi eſ F ſent panem. Et venit Ioſeph ad domum, & attulerunt ei munus, quod erat in manu eorum in ipſa domo: & incuruauerunt ſe ei ſuper terram. Et interrogauit eos de ſanitate, & dixit: Num ſanus eſt pater veſter ſenex, quem dixeratis? Nū adhuc viuit? Et dixerunt: Sanitas eſt ſeruo tuo patri noſtro: adhuc viuit. Et ꝓciderunt & incuruauerūt ſe. Et leuauit oculos ſuos, & vidit Biniamin fratrē ſuū, filiū matris ſuę, & dixit: Nū iſte eſt frater veſter minor, quē dixeratis mihi. Et dixit, Deus miſereatur tui fili mi. Et feſtinauit Ioſeph, quia incaluerant miſerationes eius ſuꝑ fratrē ſuū, & quæſiuit, vt fleret. Et ingreſ G ſus eſt cubiculū, & fleuit ibi. Et lauit faciā ſuam, & egreſſus eſt, & vim fecit ſibi, et dixit: ponite panē. Et poſuerūt ei ſeorſum, & eis ſeorſum, & Aegyptiis, q̄ comedebāt ſecū ſeorſum. Nō eīm poterāt Aegyptij comedere cū Hæbræis panē, quia abominatio erat Aegyptiis. Et ſederunt ante eum, primogenitus ſecundum primogenituram ſuam, & paruus iuxta paruitatē ſuam. Et admirati ſunt viri vnuſquiſq̄ ad proximū ſuum. Et accepit partes à facie ſua, & multiplicauit partem Biniamin pluſquam partes omnium eorum, quinq̄ partes. Et biberūt & inebriauerunt ſe cum eo.

3. 42. d.
3. 42. a.

Ioſeph abſconſo & deprehenſo ſcypho in ſacco Biniamin, arguit fratres furti. Iehudah excuſans, ſe fecit obſidem pro Biniamin.

## CAP. XLIIII.

A ET præcepit [a] ei qui erat ſuꝑ domum ſuā, dicēdo: Imple ſaccos virorū eſca quātum potuerint ferre, & pone pecuniā vniuſcuiuſque in ore ſacci ſui. Et ſcyphū meum, ſcyphum argenteum pone in ore ſacci iunioris, & pecuniam [b] alimenti eius. Et fecit ſecundum verbum Ioſeph quod locutus fuerat. Mane illuxit, & viri dimiſſi ſunt, ipſi & aſini eorum. Ipſi egreſſi erant vrbem, non elongauerant ſe, & Ioſeph dixit ei q̄ erat ſuper domū ſuā: Surge, perſequere viros, & apprehēde eos, & dices ad eos: Vt quid reddidiſtis malū pro bono? Nōnne hic eſt in quo bibit dñs meus? Et ipſe [c] tētādo tētat in eo. Ma B le feciſtis, quod feciſtis. Et apprehendit eos, & locutus eſt ad eos verba iſta. Et dixerunt ad eum: Vt quid loquitur dominus meus ſecūdū verba iſta? [d] Abſit à ſeruis tuis, vt faciant ſecūdū verbū hoc. Ecce pecunia quā inuenimus in ore ſaccorū noſtrorum retulimus ad te è terra Chenahan. Et quomodo furati ſumus è domo domini tui argentum, vel aurum? Is cū quo inuentus fuerit è ſeruis tuis, moriatur, & etiā nos erimus dño meo ſerui. Et dixit: Etiā nunc ſecundū verba veſtra, ita ſit. Is cū quo inuentus fuerit, erit mihi ſeruus, & vos eritis in C nocētes. Et feſtinauerūt, & deſcēdere fecerunt vnuſquiſq̄ ſaccum ſuū ſuper terrā. Et aperuerunt ſinguli ſaccum ſuum. Et ſcrutatus eſt: à maiore incepit, & in minore finiuit. Et inuētus eſt ſcyphus in ſacco Biniamin. Et ſciderūt veſtimenta ſua, & onerauit vnuſquiſq̄ aſinum ſuum, & reuerſi ſunt in ciuitatē, Et venerunt Iehudah & fratres eius ad domū Ioſeph, & erat adhuc ipſe ibi: & proſtrauerūt ſe coram eo ſuꝑ terrā. Et dixit ad eos Ioſeph: Quod opus eſt hoc quod feciſtis? Nōnne noſtis, ꝙ [e] tētando tētat vir qui eſt ſicut ego? Et dixit Iehudah: Quid dicemus dño meo? Quid loquemur, & in quo iuſtificabimus nos? Deus inuenit iniquitatē ſeruorū ſuorū. Ecce ſum⁹ ſerui domini mei, etiā nos etiam ille in cuius manu inuentus D eſt ſcyphus. Et dixit: Abſit à me, vt faciam hoc. Vir in cuius manu inuentus eſt ſcyphus, ipſe erit mihi ſeru⁹. Et vos aſcēdite in pace ad patrē veſtrū. Et acceſſit ad eū Iehudah, & dixit: Quæſo dñe mi. Loquatur quæſo ſeruus tuus verbū in auribus domini mei: & ne iraſcatur furor tuus in ſeruū tuū, quia tu ſicut Parhoh, & Parhoh ſicut tu. Dñs meus interrogauit ſeruos ſuos, dicēdo: Nūnquid eſt nobis pater, vel frater. Et diximus dño meo: Eſt nobis pater ſenex, & puer ſenectutū paruus, & frater ei⁹ mortuus eſt. Et remāſit ipſe tm̄ matri ſuæ, & pater ei⁹ diligit eū. Et dixiſti ſeruis tuis: Deſcēdere facite eū ad E me, & ponā oculū meū ſuꝑ eū. Et diximus dño meo: Nō poteſt puer relinq̄re patrē ſuū, & ſi reliq̄rit patrē ſuū, morietur. Et dixiſti ſeruis tuis. Niſi deſcendat frater veſter minor vobiſcum, non addatis vt videatis faciē meā. Et fuit, quando aſcendimus ad ſeruū tuum patrē meū, & narrauimus ei verba dñi mei, dixit pater noſter: Reuertimini, emite nobis puſillū eſcę. F Et diximus: Nō poſſum⁹ deſcēdare. Si fuerit frater noſter minor nobiſcū, deſcēdemus: quia nō poſſumus videre faciē viri fratre noſtro minimo nō exiſtēte nobiſcū. Et dixit ſeruus tuus pater meus nobis: Vos noſtis, ꝙ duos pepit mihi vxor mea. Et egreſſus eſt vnus à me, & dixi: Profecto [f] rapiēdo raptus eſt: & nō vidi eū hactenus. Et capietis etiā hunc à facie mea & accidet ei mors, & deſcendere facietis caniciē meam in malo ad ſepulchrum. Et nunc, cum venero ad ſeruum tuum, patrē G meum: & puer non fuerit nobiſcum, & anima eius eſt ligata eſt cū aīa ipſius. Et erit, cū viderit ipſe ꝙ non ſit puer, morietur,

a Præpoſito domus
b emptiōis
c augurādo augurat propter eum.
d Prophanū & deteſtabile eſt ſeruis tuis,
e augurādo augurat. i. an neſciebatis me augurādi gnarū, q̄ furtum eſſem cognituruſ
3. 42. c.
Sap. 43. a.
3. 37. c.
f lacerando laceratus

& deſcẽdere faciẽt ſerui tui caniciẽ ſerui tui, patris noſtri cum
dolore ad ſepulchrũ. Seruus em̄ tuus ſpopõdit ꝓ puero, pa-
8.43.b. tri meo dicẽdo: Si nõ reduxero eũ ad te, obnoxius ero pœnę
patri meo oĩbus diebus. Et nũc maneat quæſo ſeruus tuus ꝓ
puero, ſeruus domino meo. Et puer aſcendat cum fratribus
ſuis. Quomodo enim aſcendã ad patrem meum, puero non
exiſtente mecum? Ne forte videam malum, quod inueniet pa
trem meum.

¶Ioſeph ſeſe fratribus agnoſcendum præbet, mittitque pro patre.

CAP. XLV.

A ET non potuit Ioſeph vim facere ſibi: ad oẽs, qui ſtabant
iuxta ipſum, clamauit: Educite omnem virum à me. Et
non ſtetit quiſquã ſecũ, qñ oſtendit ſe Ioſeph fratribus ſuis. Et
dedit vocẽ ſuam cum fletu. Et audierũt Aegyptij, & audiuit
Act.7.b. dominus Parhoh. Et dixit Ioſeph fratribus ſuis: Ego ſum Io-
ſeph. Num adhuc viuit pater meus? Et non potuerũt fratres
eius reſpondere ei: quia territi erãt à facie eius. Et dixit Ioſeph
fratribus ſuis: Accedite quæſo ad me. Et acceſſerunt. Et dixit:
Ego ſum Ioſeph frater veſter, me vẽdidiſtis in Aegyptũ. Nũc
B ne dolore afficiamini, & ne ſit ira in oculis veſtris, ꝙ vendide
7.50.c. ritis me huc: quia ꝑpter vitã, miſit me deus ante vos. Iam em̄
duo anni fuerunt famis in medio terræ, & adhuc quinque an
ni ſunt, in quibus non erit aratio & meſſis. Et miſit me deus
ante vos, vt ponã vobis reliquias in terra, & viuificem vos
euaſione magna. Et nunc nõ vos miſiſtis me huc, ſed deus, &
poſuit me in patrẽ ipſi Parhoh, & in dominum omni domui
C eius, & dominatorẽ in omni terra Aegypti. Feſtinate, & aſcẽ
dite ad patrem meum, & dicite ei: Sic dixit filius tuus Ioſeph.
Poſuit me deus in dominũ omni Aegypto: deſcende ad me,
ne ſtes. Et habitabis in terra Ghoſen, & eris propinquꝰ mihi,
tu, & filij tui, & filij filiorũ tuorum, & pecudes tuæ, & boues
tui, & omnia quæ ſunt tibi. Et alam te ibi, quia adhuc quinqꝫ
anni famis ſunt, ne forte paupertatẽ conficiaris tu, & domus
tua, & omne quod eſt tibi. Et ecce oculi veſtri vident, & ocu
a id eſt, ſine interprete. li fratris mei Biniamin, ꝙ [a] os meum loquitur ad vos. Et nũ
ciate patri meo omnem gloriam meam in Aegypto, & oĩa
D quæ vidiſtis. Et feſtinate, & deſcẽdere facite patrem meũ huc.
Et iactauit ſe ſuper collũ Biniamin fratris ſui, & fleuit: & Bin-
iamin fleuit ſuper collum eius. Et oſculatus eſt omnes fratres
ſuos, & fleuit ſup eos, & poſtea locuti ſunt fratres eius cũ eo.
Et vox audita eſt in domo Parhoh, dicendo: Venerũt fratres
Ioſeph. Et placuit in oculis Parhoh, & in oculis ſeruorũ eius.
E Et dixit Parhoh ad Ioſeph: Dic fratribus tuis: Hoc facite, [b] o-
b pũgite, ſi i mulate, ut uc locius eant. nerate iumenta veſtra, & ite. Ingredimini terram Chenahan,
& capite patrẽ veſtrum, & familias veſtras, & venite ad me:
& dabo vobis bonum terræ Aegypti: & comedetis pingue
dinẽ terræ. Et tu iuſſus es: hoc facite. Capite vobis de terra
Aegypti currus pro paruulis veſtris, & pro vxoribus veſtris
& accipite patrem veſtrum, & venite. Et oculꝰ veſter nõ par
F cat ſupellectilibus veſtris: [c] quia bonum omnis terræ Aegy-
c id eſt, eas ibi perituras audacter di mittite: pti veſtrum erit. Et fecerunt ſic filij Iſrael. Et dedit eis Ioſeph
currus iuxta ſermonem Paroh, & dedit eis eſcam pro iti-
nere. Omnibus ipſis dedit vnicuique mutatorias veſtes, & i-
pſi Biniamin dedit trecẽtos argẽteos, & quinqꝫ mutatorias
veſtes. Et patri ſuo miſit ſicut hoc, decem aſinos ferentes de
bono Aegypti, & decem aſinos ferentes frumentũ, & panẽ,
d cõiẽdatis & eſcam patri ſuo pro itinere. Et dimiſit fratres ſuos, & abie-
G runt. Et dixit ad eos: Ne [d] iraſcamini in via. Et aſcenderũt ex
Aegypto, & venerunt in terrã Chenahan, ad Iahacob patrẽ
ſuum. Et nunciauerũt ei dicẽdo: Adhuc Ioſeph viuit: & ipſe
dominatur in oĩ terra Aegypti. Et debilitatũ eſt cor eius: nõ
enim credebat eis. Et locuti ſunt ad eũ omnia verba Ioſeph,
quæ locutus fuerat ad eos. Et vidit currus quos miſit Ioſeph,
vt ferrent eum, & reuixit ſpiritus Iahacob patris eorum. Et
dixit Iſrael: Sufficit. Adhuc Ioſeph filius meus viuit: ibo, & vi
debo eum, antequam moriar.

¶Iahacob pergit ad Ioſeph in Aegyptum, Genealogia Iahacob,
Ioſeph occurrit patri.

CAP. XLVI.

A ET profectus eſt Iſrael, & omnia quæ erant ei, & venit in
Beerſebah, & ſacrificauit ſacrificia deo patris ſui Iſchac.
Et dixit deus ad Iſrael in viſiõibus noctis, & ait: Iahacob, Iaha
cob. Et dixit: Ecce adſum. Et dixit: Ego ſum [a] deus, deꝰ patris
tui. Ne timeas deſcendere in Aegyptũ, quia in gentẽ magnã
ponam te ibi. Ego deſcendã tecũ in Aegyptũ, & ego aſcende-
re faciã te, etiã aſcendendo: & Ioſeph ponet manum ſuam ſu-
per oculos tuos. Et ſurrexit Iahacob de Beerſebah. Et eleua-
uerunt filij Iſrael Iahacob patrem ſuum, & paruulos ſuos, &
vxores ſuas ſuper currus, quos miſit Parhoh ad ferendũ eum
Et ceperunt pecudes ſuas, & ſubſtãtiã ſuã, quam acquiſierant
in terra Chenahan, & venerunt in Aegyptum Iahacob, & o-
mne ſemen eius cũ eo. Filij eius, & filij filiorum eius cum eo.
Filiæ eius, & filiæ filiorum eius, & omne ſemen ſuum addu-
xit ſecum in Aegyptũ. Et hæc ſunt nomina filiorum Iſrael, q
ingreſſi ſunt in Aegyptum, Iahacob, & filij eiꝰ. Primogenitus
Iahacob Reuben, & filij Reuben Chanoch, & Pallu, & Cheſ-
ron, & Charmi. Et filij Simhon Iemuel, & Iamin, & Ohad, &
B Iachin, & Sochar, & Saul filius Chenahanitidis. Et filij Leui
Gherſon, & Chehath, & Merari. Et filij Iehudah, Her, & O-
nan, & Selah, & Peres, & Zerach. Et mortuꝰ eſt Her, & Onan
in terra Chenahan. Et fuerunt filij Peres Cheſron, et Chamũl,
Et filij Iſſachar, Tolah, & Puuah, & Iob, & Simron. Et filij Ze
bulun, Zered, & Elon, & Iachleel. Iſti ſunt filij Leah, quos pe-
perit ipſi Iahacob in Padan Aram, & Dinah filiã eius. Omes
animæ filiorum eius & filiarum eius fuerunt triginta & tres.
Et filij Ghad Siphion, & Chagghi, Suni, & Eſbon, Heri, & A-
rodi, & Areli. Et filij Aſer Imnah, & Iſuah, & Iſui, & Berihah,
& Serach ſoror eorum. Et filij Berihah Cheber, & Malchiel.
Iſti ſunt filij Zilphah, quam dedit Laban Leah filiæ ſuæ, & pe
perit iſtos ipſi Iahacob, ſedecim animas. Filij Rachel vxoris Ia
C hacob, Ioſeph, & Biniamin. Et nati ſunt ipſi Ioſeph in terra
Aegypti, quos peperit ei Aſnath filia Pothipherah principis
On, Menaſſeh, & Ephraim. Et filij Biniamin fuerunt Belah,
& Becher, & Aſbel, Gherah, & Nahaman Echi, & Ros Mup
pim, & Chuppim, & Arde. Iſti ſunt filij Rachel, qui nati ſunt
ipſi Iahacob, oẽs animæ quatuordecim. Et filij Dan Chuſim.
Et filij Naphthali, Iachſeel, & Ghuni, & Ieſer, & Sillem. Iſti
ſunt filij Bilhac, quã dedit Laban Rachel filiæ ſuæ, & peperit
iſtos ipſi Iahacob, omnes animæ ſeptẽ. Omnes animæ ꝗ vene
runt cum Iahacob in Aegyptum, quę egreſſæ ſunt de femore
eius præter vxores filij Iahacob, omnes animæ fuerunt ſexa-
ginta, & ſex filij Ioſeph, q nati ſunt ei in Aegypto, animę duæ.
Omnes aĩæ domus Iahacob, quę ingreſſæ ſunt Aegyptũ, fue-
runt ſeptuaginta. Et Iehudam miſit añ ſe ad Ioſeph [b] ad præ-
parandum ante ſe Ghoſen: & venerunt in terram Ghoſen. Et
ligauit Ioſeph currũ ſuũ, & aſcẽdit in occurſum Iſrael patris
ſui in Ghoſen. Et cõſpectꝰ eſt ei. Et iactauit ſe ad collũ eiꝰ & fle
uit ſup collũ eiꝰ [c] adhuc. Et dixit Iſrael ad Ioſeph: Moriar hac
D vice poſtquam vidi faciẽ tuã. Adhuc em̄ tu viuis. Et dixit Io-
ſeph fratribus ſuis, & domui patris ſui: Aſcendã, & nunciabo
Parhoh, & dicã ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erãt
in terra Chenahan, venerunt ad me. Et viri, paſtores pecudũ
ſunt, [d] quia viri gregarij ſunt, & pecudes eorum, & boues eo
rum, & omnia quæ erant ei, attulerunt. Et erit, cum vocaue-
rit vos Parhoh, & dixerit: quod eſt opus veſtrũ? Dicetis: Viri
gregarij fuerũt ſerui tui à pueritia noſtra, & ad hoc tẽpus, etiã
nos, etiã patres noſtri: vt habitetis in terra Ghoſen: quia abo-
minatio Aegyptiorũ eſt omnis paſtor pecudum [e].

a fortiſſimus deus

Act.7.b.

Exod.1.a nu. 26.a 1.Para. 5.a. exod.6.c. 1.Par.4.d.1. par.6.a.1.par. 2.a &.4.a. Pſal.38.a.1. para.7.a.

1.para.7.f.

8.41.f.

1.par.9.b. & 8.1.

b ut indicaret quid & ubi eſſet ipſis agendum

c ſemel et iterũ, ſeu aliquã diu.

d ſicut antea fuerũt. Excuſatio em̄ eſt apud eos qui id abominabantur.

e q.d. macẽat ea à quorũ oẽs (ſu ob ueneratione abſtinẽt Aegyptij.

¶Iahacob introducitur ad Parhoh, datur ei terra Ghoſen. Adiurat filium de ſepultura.

CAP. XLVII.

A ET venit Ioſeph, & nũciauit Parhoh, & dixit: Pater meus
& fratres mei, & pecudes eorum, & boues eorum, & o-
mnia quæ erant eis venerũt è terra Chenahan, & ecce ſunt in
terra



a abiectioribus, ne Parhoh illos ſibi retineret. terra Ghoſen. Et de [a] extremis fratribus ſuis cepit qnque vi-
ros, & ſtare fecit eos ante Parhoh. Et dixit Parhoh ad fratres
eiꝰ: Quæ ſunt opa veſtra? Et dixerũt ad Parhoh: Paſtores pe-
cudum ſunt ſerui tui, etiam nos, etiam patres noſtri. Et dixe-
runt ad Parhoh: Vt peregrinaremur in terra, venimus, quia
non eſt paſcuum pecudibus, quæ ſunt ſeruis tuis. Grauis em̄
fames eſt in terra Chenahan. Et nunc habitent quæſumꝰ ſer-
ui tui in terra Ghoſen. Et dixit Parhoh ad Ioſeph, dicẽdo: Pa
B ter tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti corã te
eſt, in optimo terræ habitare fac patrem tuum, & fratres tuos
Habitẽt in terra Ghoſen. Et ſi cognoueris, & ſint inter eos vi-
ri robuſti, pones eos principes pecudum ſuper his, quæ ſunt
mihi. Et adduxit Ioſeph Iahacob patrem ſuum, & ſtatuit eum
corã Parhoh, & ſalutauit Iahacob ipſum Paroh. Et dixit Pa-
rhoh ad Iahacob: Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? Et di-
xit Iahacob ad Parhoh: Dies annorum peregrinationũ mea-
rum, ſunt triginta & centum anni, parui & mali fuerunt dies
annorum vitæ meæ, & non attigerunt dies annorum vitæ
C patrum meorũ in diebus peregrinationũ ſuarũ. Et ſalutauit
Iahacob ipſum Parhoh, & egreſſus eſt à facie Parhoh. Et ha-
bitare fecit Ioſeph patrem ſuum, & fratres ſuos, & dedit eis
poſſeſſionem in terra Aegypti in optima terra, in terra Raha
meſes, quemadmodum præcepit Parhoh. Et aluit Ioſeph pa
trem ſuum, & fratres ſuos, & omnem domum patris ſui pa-
b eſca ne, quemadmodum alitur paruulus. Et [b] panis non erat in o-
mni terra. Grauis em̄ fames erat valde, & laborauit terra Ae-
gypti & terra Chenahan propter famem. Et collegit Ioſeph
omnem pecuniam, quæ inuenta eſt in terra Aegypti, & in ter
ra Chenahan pro alimento quod ipſi emebant. Et intulit Io-
ſeph pecuniã in domũ Parhoh. Et conſumpta eſt pecunia è
terra Aegypti, & è terra Chenahan, & venit omnis Aegyptꝰ
ad Ioſeph, dicendo: Da nobis panem. Et, vt quid moriemur
D coram te? Defecit em̄ pecunia. Et dixit Ioſeph: Date pecudes
veſtras, & dabo vobis pro pecudibus veſtris, ſi defecit pecu-
nia. Et attulerunt pecudes ſuas ad Ioſeph. Et dedit eis Ioſeph
panem pro equis, & pro grege pecudũ, & pro armẽto boũ,
& pro aſinis, & ſuſtentauit eos pane, pro omnibus gregibus
illorũ anno ipſo. Et finitus eſt annus ipſe, & venerunt ad eum
anno ſecundo, & dixerunt ei: Non abſcondemus à domino
meo, ꝙ finita eſt pecunia, & grex iumentorum domino meo.
Non remanſit coram domino meo præterquam corpus no
ſtrum, & terram noſtram. Vt quid moriemur in oculis tuis?
Etiam nos, etiam terram noſtram, eme nos, & terram noſtrã
pro pane, & viuemus nos, & terra noſtra, ſerui Parhoh, & da
E ſemen, & viuemus, & non moriemur, & terra non deſolabi-
tur. Et emit Ioſeph omnem terrã Aegypti pro Parhoh. Ven
b in ſignũ, ꝙ nihil eis ſuperesset proprij. diderunt enim Aegyptij vnuſquiſque agrum ſuũ, quia inua-
luerat ſuper eos fames, & fuit terra Parhoh. Et populum [b] trã
ſire fecit ad vrbes ab extremitate termini Aegypti vſque ad
extremitatẽ eius: Tãtummodo terram ſacerdotum nõ emit,
quia pars ſacerdotibus erat à Parhoh, & comedebãt partem
ſuam, quam dedit eis Parhoh. Idcirco nõ vendiderunt terrã
ſuam. Et dixit Ioſeph ad populum: Ecce emi vos hodie, & ter
ram veſtrã ipſi Parhoh. Ecce vobis ſemẽ, & ſeretis terram. Et
F erit, De frugibus dabitis quintam partẽ ipſi Parhoh, & qua-
tuor partes erunt vobis pro ſemine agri, & pro cibo veſtro,
& eorum qui ſunt in domibus veſtris, & ad comedendũ pro
paruulis veſtris. Et dixerunt: Viuificaſti nos, inueniamus gra
tiam in oculis domini mei, & erimus ſerui Parhoh. Et poſuit
illud Ioſeph in ſtatutũ vſque ad diem hanc ſup terrã Aegypti
ipſi Parhoh ꝓ quinta parte, dũtaxat terra ſacerdotũ nõ fuit
Parhoh. Et habitauit Iſrael in terra Aegypti, in terra Ghoſen.
c dedũ ſunt in ea Et [c] poſſeſſiones habuerunt in ea, & creuerunt, & multiplica-
G ti ſunt valde. Et vixit Iahacob in terra Aegypti, ſeptem & de-
cem annos: & fuerunt dies Iahacob anni vitæ eius ſeptẽ anni
& quadraginta, & centum anni. Et appropinquauerunt dies
Iſrael, vt moreretur, & vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit
ei: Si quæſo inueni gratiã in oculis tuis, pone quæſo manum
tuam ſub femore meo, & facies mecum miſericordiam & ve
ritatem. Ne quæſo ſepelias me in Aegypto. Et dormiam cũ
patribus meis. Et tolles me ex Aegypto & ſepelias me in ſe-
pulchro eorũ. Et dixit: Ego faciã ſecundum verbũ tuũ. Et ait:
Iura mihi. Et iurauit ei, & incuruauit ſe Iſrael ad caput lectũ.

¶Iahacob ægrotat, adoptat ſibi Ephraim, & Manaſſeh, filios Ioſeph, benedicit eiſdem.

CAP. XLVIII.

A ET fuit. Poſt hæc dixit quiſpiã ad Ioſeph: Ecce pater tuus
ægrotat. Et accepit duos filios ſuos ſecum, Menaſſeh, &
Ephraim, & nunciauit ipſi Iahacob nuncius, & dixit: Ecce fi-
lius tuus Ioſeph venit ad te, & vim fecit ſibi Iſrael, & ſedit ſu-
per lectum. Et dixit Iahacob ad Ioſeph: Deus omnipotens vi
ſus eſt mihi in Luz, in terra Chenahan, & benedixit mihi, et di-
xit ad me: Ecce ego creſcere facio te, & multiplicari faciam te,
& dabo te in cœtum populorũ, & dabo terram hanc ſemini
tuo poſt te in hæreditatem perpetuam. Et nunc duo filij tui,
qui nati ſunt tibi in terra Aegypti, antequam venirem ad te
in Aegyptum, mei ſunt Ephraim, & Menaſſeh, ſicut Reuben,
& Simhon erunt mei. Et liberi tui quos generabis poſt eos,
tui erunt. Secundum nomen fratrum ſuorũ vocabuntur in 8.25.c.
hæreditate ſua. Et me veniente de Padan, mortua eſt mihi Ra
B chel in via in terra Chenahan, quũ adhuc eſſet miliare terræ
ad veniendũ in Ephrath. Ipſa eſt Bethlechẽ. Et vidit Iſrael fi-
lios Ioſeph, & dixit: Cuius ſunt iſti? Et dixit Ioſeph patri ſuo:
Filij ſunt quos dedit mihi deus hic, & dixit: Duc eos quæſo
ad me, & benedicam eis. Et oculi Iſrael, graues erant propter
ſenectutem. Non poterat videre, & accedere fecit eos ad illũ,
& oſculatus eſt eos, & amplexatus eſt eos. Et dixit Iſrael ad Io
ſeph: Videre faciem tuam non putabam, & ecce videre fe-
cit me deus etiam ſemen tuum. Et eduxit Ioſeph eos è genibꝰ
eius, & incuruauit ſe in faciem ſuam ſup terrã. Et tulit Ioſeph
ambos ipſos, Ephraim in dexteram ſuam à ſiniſtra Iſrael, &
Menaſſeh in ſiniſtram ſuã à dextra Iſrael. Et accedere fecit ad
eum. Et extendit Iſrael dexteram ſuam, & poſuit ſuper caput
Ephraim, qui erat minor: & ſiniſtram ſuam ſuper caput Me-
C naſſeh. [a] Intelligere fecit manus ſuas, ꝙ Menaſſeh foret primo
a ꝓuide egit manibꝰ ſuis, quanquã eſſet Menaſſeh primogenitꝰ genitus. Et benedixit ipſi Ioſeph, & dixit: Deus, in cuius cõſpe
ctu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Iſchac, deus, qui
Heb.11.d. paſcit me à tempore præcedenti vſqꝫ ad diem hanc: Angelus
qui redemit me ab omni malo, benedicat pueris, & vocetur
in eis nomen meum, & nomen patrum meorum Abraham,
& Iſchac, & inſtar piſcium ſint in multitudinem in medio ter
ræ. Et vidit Ioſeph, ꝙ poneret pater ſuus manum dexterã ſuã
ſup caput Ephraim, & diſplicuit in oculis ſuis, & ſuſtentauit
manum patris ſui, vt remoueret eam a capite Ephraim, ſuper
caput Menaſſeh. Et dixit Ioſeph patri ſuo: Non ſic pater mi,
quia iſte eſt primogenitus. Pone dexteram tuam ſuper caput
D eius. Et renuit pater eius, & dixit: Noui fili mi, noui, etiam ipſe
erit in populum, et etiam ipſe creſcet. At frater eius minor cre
ſcet magis, ꝗ ipſe. Et ſemen eius erit plenitudo gentiũ. Et be-
nedixit eis in die ipſa, dicendo. In te benedicet Iſrael, dicendo:
Ponat te deꝰ ſicut Ephraim, & Menaſſeh. Et poſuit Ephraim
ante Menaſſeh. Et dixit Iſrael ad Ioſeph: Ecce ego morior, &
erit deꝰ vobiſcum, & redire faciet vos ad terram patrum ve
ſtrorum. Et ego dedi tibi partem vnam ſuper fratres tuos, Iohan.4.a. 8.33.d.
quam cepi de manu Emoræi gladio meo, & arcu meo.

¶Iahacob ſingulis benedictionibus benedicit ſingulos filios ſuos, eligit ſibi ſepulturam; moritur.

CAP. XLIX.

A ET vocauit Iahacob filios ſuos, & dixit: Congregate vos,
& nunciabo vobis quod euenturũ eſt vobis in nouiſſi-
mis diebus. Congregate vos, et audite filij Iahacob, & audite
Iſrael patrem veſtrũ. Reuben primogenitus meus, tu for-
titudo mea, & principium [b] roboris mei, excellens dignitate,
b ſeminis mei, & excellens fortitudine, labilis vt aqua, non habebis excellen-
tiam, quia aſcendiſti cubile patris tui: tunc polluiſti ſtratum

a q̃d & tũc ſublatũ eſt.
b uidentię

meum [a] exciſum fuit. Simhon & Leui fratres, arma [b] iniquitatis, in habitationibus ſuis. In ſecretum eorum non venias ô anima mea, cœtui eorum non vniaris gloria mea. Quia in furore ſuo occiderũt virum, & voluntate ſua eradicauerunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & ira eorũ, quia indurata eſt. Diuidam eos in Iahacob, & diſpergã eos in Iſrael. Iehudah es tu, [c] laudabunt te fratres tui. Manus tua erit B in ceruice inimicorum tuorũ. Incuruabunt ſe tibi filij patris tui. Vt catulus leonis Iehudah. A præda fili mi aſcendiſti, incuruauit ſe, cubauit ſicut leo, ſicut leo maior. Quis ſuſcitabit eum? Nõ recedet virga ex Iehudah, & legiſlator de pedibus eius, donec veniat Siloh, & ei erit aggregatio populorum. Ligans ad vitem pullum ſuum, & ad ramum filium aſinæ ſuæ. Lauit in vino veſtimentum ſuum, & in ſanguine vuarũ operimentum ſuum. Rubicundior oculis vino, & candidior dentibus lacte. Zebulun iuxta portũ marium habitabit, & erit iuxta portum nauium, & terminus eius vſq; ad Sidon. Iſſachar vt aſinus fortis, cubans inter duos terminos. Et vidit requiẽ ꝙ eſſet bona, & terram, ꝙ eſſet pulchra, & inclinauit humerum C ſuum ad portandum, & fuit tributo ſeruiens. Dan iudicabit populum ſuum ſicut vna è tribubus Iſrael. Erit dan, vt ſerpens iuxta viam, vt ceraſtes iuxta ſemitam, mordens calcaneos equi, & cecidit equitãs ipſum retrorſum. Salutem tuam expectaui domine. Ghad, exercitu, ſuperabit eum, & ipſe ſuperabit demum. Ex Aſer erit pinguis panis eius, & ipſe dabit delicias regis. Naphthali vt cerua dimiſſa, qui dat eloquia pulchritudinis. Vt ramus creſcens Ioſeph, vt ramus fructificans iuxta fontem [d] filiæ incedebant ſuper murum. Et amaritudine affecerunt eũ, & iaculauerũt eũ, & odio habuerũt eum ſagittarij. Et habitauit in forti loco arcus eius, & roborauerunt ſe brachia manuũ eius è manibus potentis Iahacob, inde paſcens lapidẽ Iſrael, A deo patris tui, & adiuuabit te, & ab oĩpotente, & benedicet tibi benedictionibus cœli ſurſum: benedictionibus abyſſi cubantis deorſum, benedictionibus vberum, & vuluæ. Benedictiones patris tui fortiores fuerunt benedictionibus genitorum meorum vſque ad terminum col D lium perpetuorum erunt ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem [e] Nazaræi fratrum eius. Biniamin vt lupus rapiet, mane comedet prædam, & veſperi diuidet ſpolia. Omnes iſtæ tribꝰ Iſrael duodecim. Et hoc eſt quod locutus eſt eis pater eorum & benedixit eis, vnicuique ſecundum benedictionem ſuã, benedixit eis. Et præcepit eis, & dixit ad eos: Ego congregor ad populum meum. Sepelite me cum patribus meis in ſpelunca quæ eſt in agro Hephron Chittæi: in ſpelũca, quæ eſt in agro duplici, quæ eſt ante Mamre, in terra Chenahan, quam emit Abraham cum agro Hephron Chittæo in poſſeſſionẽ ſepulchri. Ibi ſepelierunt Abrahã & Sarah vxorẽ eius. Ibi ſepelierũt Iſchac, & Ribcah vxorẽ eius, & ibi ſepeliui Leah. Emptio agri, & ſpeluncæ quæ eſt in eo, fuit à filiis Cheth. Et finiuit Iahacob præcipere filiis ſuis, & collegit pedes ſuos in lecto, & obiit, & aggregatus eſt ad populos ſuos.

c cõfitebuntur tibi
d ſurculi
e ſeparati a fratribus ſuis

¶Sepelitur Iahacob, celebrantur exequiæ, moritur Ioſeph.

CAP. L.

A ET iactauit ſe Ioſeph ſuper faciẽ patris ſui, & fleuit ſuper eum, & oſculatus eſt eum. Et præcepit Ioſeph ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem ſuum. Et aromatibus cõdiuerunt medici ipſum Iſrael. Et cõpleti ſunt quadraginta dies. Sic enim cõplentur dies eorũ q cõdiũtur aromatibus & fleuerunt eum Aegyptij ſeptuaginta diebus. Et transierũt dies luctus eius. Et locutus eſt Ioſeph ad domum Parhoh, di B cendo: Si quæſo inueni gratiam in oculis veſtris, loquimini quæſo in auribus Parhoh, dicendo: Pater meus [f] iurare fecit me, dicendo: Ecce ego morior, in ſepulchro meo, quod [g] fodi mihi in terra Chenahan, ſepelies me. Et nũc aſcẽdam obſecro & ſepeliam patrem meum, & reuertar. Et dixit Parhoh: Aſcẽde, et ſepeli patrẽ tuũ, quẽadmodũ iurare fecit te. Et aſcẽdit Ioſeph, vt ſepeliret patrẽ ſuũ, et aſcẽderũt cũ eo oẽs ſerui Parhoh ſeniores domus eius, & oẽs ſeniores terræ Aegypti. Et oĩs domus Ioſeph, & fratres eius, et domꝰ patris eius, tãtũmodo paruulos ſuos, & pecudes ſuas, & boues ſuos, reliquerũt in terra Ghoſen. Et aſcenderũt cũ eo, etiã currus, etiam equites, & fuit turma grauis valde. Et venerunt vſque ad aream Athad, quę eſt trans Iarden. Et planxerunt ibi plãctu magno, & graui valde. Et fecit patri ſuo luctum ſeptem diebus. Et viderunt habitatores terræ Chenahanæi luctum in area Athad, et dixerunt: Luctus grauis eſt iſte Aegyptiis. Idcirco vocauit nomen eius Abel Miſraim (id eſt, luctus Aegypti) qui eſt trans Iarden. Et fecerunt filij eius ei ſic, quẽadmodum præceperat eis. Et tulerunt eum filij eius in terrã Chenahan, & ſepelierũt eum in ſpe C lunca agri duplici quam emit Abraham cum agro in poſſeſſionẽ ſepulchri, ab Hephron Chittæo ante Mamre. Et reuerſus eſt Ioſeph in Aegyptũ, ipſe, & fratres eius, & oẽs qui aſcenderũt cum eo, vt ſepelirẽt patrem eius, poſtquã ſepeliuit patrem ſuum. Et viderũt fratres Ioſeph, ꝙ mortuꝰ eſt pater eorum, & dixerunt: Fortaſſe odio habebit nos Ioſeph, & reddẽdo reddet nobis omne malum, quod retribuimus ei. Et præceperunt nuncio miſſo ad Ioſeph, vt diceret: Pater tuus præcepit antequam moreretur, dicẽdo: Sic dicetis Ioſeph: Obſecro parce nunc præuaricationi fratrum tuorum, & peccato eorum: quia malũ retribuerunt tibi. Et nunc parce quæſo prę uaricationi ſeruorum dei patris tui. Et fleuit Ioſeph, dum loquerentur ſibi. Et perrexerunt etiam fratres eius & iactaue D runt ſe coram eo, & dixerunt: Ecce ſumꝰ tibi ſerui. Et dixit ad eos Ioſeph: Ne timeatis. Nunquid enim loco dei ſum? Et vos cogitaſtis aduerſum me malum. Deꝰ cogitauit illud in bonũ, vt faceret ſecundum diem hanc, vt viuificaret populum multum. Et nunc ne timeatis. Ego alam vos, & paruulos veſtros: & conſolatus eſt eos, & locutus eſt ad cor eorum. Et habitauit Ioſeph in Aegypto, ipſe & domus patris eius, & vixit Ioſeph centũ & decẽ annos. Et vidit Ioſeph ipſi Ephraim filios tertiæ gñatiõis: etiã filij Machir filij Menaſſeh [a] nati ſunt ſup genua Ioſeph. Et dixit Ioſeph fratribꝰ ſuis: Ego morior, & deus viſitãdo viſitabit vos, & aſcẽdere faciet vos è terra hac, ad terrã quam iurauit Abrahã, Iſchac, & Iahacob. Et iurare fecit Ioſeph filios Iſrael, dicẽdo: Viſitando viſitabit deus vos. Aſcẽdere faciatis oſſa mea hinc. Et mortuus eſt Ioſeph uir centum & decem annorum, & aromatibus condierunt eum, & poſitus eſt in arca in Aegypto.

f adiurauit me
Gen.47.g.
g emi
Acto.7.b.
Supr.23.d.
a educati
Num.32.g.
Heb.11.d.
Ioſue.24.g.
Exod.13.d.

FINIS.

# Liber Exodus, Hebraicè, Veelleh ſemoth: id eſt, Exitus. Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Recenſentur filij Iahacob, tyrannis noui Parhoh, obſtetricum pia induſtria.

CAPVT I.

A ET HAEC NOMINA filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt Aegyptum cum Iahacob, ſinguli cum familia ſua, ingreſſi ſunt Reuben, Simhon, Leui, & Iehudah, Iſſachar, Zebulun, & Biniamin, Dan, & Naphthali, Ghad, & Aſer. Et fuerunt omnes animæ eorum, qui egreſſi ſunt è femore Iahacob, LXX. animæ: at Ioſeph erat in Aegypto. Et mortuus eſt Ioſeph, & omnes fratres eius, & omnis generatio illa. Et filij Iſrael fructificauerunt, nati ſunt in multitudine, & multipliacati ſunt, roborati ſunt copioſiſſime, & repleta eſt terra ex eis. Et ſurrexit rex nouus ſuper Aegyptũ, qui non cognouit Ioſeph: & dixit ad populũ ſuum: Ec B ce populus filiorũ Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Agite, ſapientes ſimus propter eũ, ne forte multiplicetur, & ſit, cũ euenerit bellũ, addatur etiã ipſe inimicis noſtris, & pugnet cõtra nos, & aſcendat è terra. Et poſuerunt ſuper eũ principes tributorũ, vt affligerẽt eos oneribꝰ ſuis. Et ædificauit vrbes theſaurorũ Parhoni, Pithon & Rahameſes. Et quãtomagis affli C gebant eũ, tantomagis multiplicabatur, & creſcebat, & tędio afficiebãtur propter filios Iſrael. Et ſeruire fecerunt Aegyptij filios Iſrael durè, & amaritudinibus affecerunt, vitã eorũ opere duro in luto, & in lateribꝰ, & in oĩ opere in agro cũ oĩ opere eorum, quibus operati ſunt durè. Et dixit rex Aegypti obſtetricibus Hebræarũ, quarũ nominã erat vnius quidẽ Siphrah, alterius verò Puhah. Et dixit: Quum obſtetricaueritis Hebræas, & videritis ſuper ſellas, ſi filius eſt, interficite eũ: & ſi filia eſt, viuat. Et timuerunt obſtetrices deũ, & non fece D runt quemadmodũ locutus eſt ad eas rex Aegypti, ſed viuificauerunt pueros. Et vocauit rex Aegypti obſtetrices, & dixit ad eas: Cur feciſtis rẽ hanc, & viuificaſtis pueros? Et dixerunt obſtetrices ad Parhoh: Quia non ſicut mulieres Aegyptiæ Hebrææ ſunt, quia [a] obſtetrices ſunt ipſæ. Antequã veniat ad eas obſtetrix, pepererũt. Et beneficit deꝰ obſtetricibꝰ, & creuit populus, & roborati ſunt valde. Et fuit, Quia timuerunt obſtetrices deũ, fecit eis domos. Et præcepit Parhoh vniuerſo populo ſuo dicendo: Omnem filium, qui naſcetur, in flumen proijcietis, & omnem filiam viuificabitis.

Actor.7.c.
a uiuaces

¶Naſcitur Moſeh, fiſcella abſconditus, ponitur in iunceto, ſuſcipitur, adoptaturq; a filia Parhoh, occiſo Aegyptio fugit, duxit uxorem, gignit Gherſon

CAP. II.

A PErrexit autẽ vir de domo Leui, & tulit filiã Leui. Et concepit mulier, & peperit filiũ, & vidit eũ, quòd pulcher eſſet, & abſcondit eũ tribus menſibus. Et nõ potuit vltra abſcondere eum, & accepit ſibi arcã iunceã, & bituminauit eam bitumine & pice, & poſuit in ea puerũ, & poſuit ĩ iunceto iuxta ripã fluminis. Et ſtetit ſoror eius à longinquo, vt ſciret qd fieret ei. Et deſcendit filia Parhoh, vt lauaret ſe ad flumen, & puellæ eius ibant iuxta locũ fluminis, & vidit arcã in medio iunceti, & miſit ancillã ſuam, & accepit eam. Et aperuit & vi B dit ipſum puerũ. Et ecce puer flebat, & miſerta eſt ſuper eum, & dixit: De pueris Hebræorũ eſt iſte. Et dixit ſoror eius ad filiam Parhoh: Nunquid vadã, & vocabo tibi mulierẽ lactantem ex Hebræis, & lactabit tibi puerũ? Et dixit ei filia Parhoh: Vade. & perrexit puella, & vocauit matrẽ pueri. Et dixit ei filia Parhoh: Duc puerum iſtũ, & lacta eum mihi, & ego dabo tibi mercedẽ tuã. Et accepit mulier puerum, & lactauit eum. Et creuit puer, & adduxit eum ad filiã Parhoh, & fuit ei in filium, & vocauit nomen eius Moſeh, & dixit quia ex aquis traxi eum, & fuit in diebus ipſis creuit Moſeh, & egreſſus eſt ad fratres ſuos, & vidit onera eorum, & vidit virũ Aegyptium percutientẽ virũ Hebræum è fratribus ſuis. Et reſpexit huc, & vidit quòd non eſſet quiſquam, & percuſſit Aegyptiũ, & abſcondit eũ in arena. Et egreſſus eſt die ſecunda, & ecce duo viri Hebræi litigabant, & dixit ad impium: Vt quid percutis proximũ tuum? Et dixit: Quis poſuit te in virum principem & iudicem ſuper nos? Nunquid occidere me tu cogitas, ſicut occidiſti Aegyptium? Et timuit Moſeh, & dixit: Vere ſcita eſt res. Et audiuit Parhoh rem hanc, & quæſiuit occidere Moſeh. Et fugit Moſeh à facie Parhoh & habitauit in terra Midian, & ſedit iuxta puteum. Et [b] ſacerdoti Midian erant ſeptem filiæ. Et venerunt & hauſerunt, & impleuerunt canales, vt potum darent pecudibus patris ſui. Et venerunt paſtores & expulerunt eas. Et ſurrexit Moſeh, & ſeruauit eas, & potum dedit pecudibus earum. Et venerunt ad Rehuel [c] patrẽ ſuũ, & dixit: Cur feſtinaſtis venire hodie? Et dixerũt: Vir Aegyptius eruit nos de manu paſtorum, & etiam hauriendo hauxit nobis, & potum dedit pecudibus. Et dixit ad [d] filias ſuas: Vbi eſt? Vt quid dimiſiſtis virum? Vocate eum & comedat panem. Et voluit Moſeh habitare cum viro. Et dedit D Sipporah [a] filiam ſuam ipſi Moſeph, & peperit filium, & vocauit nomen eius Gherſon, quia dixit: Peregrinus fui in terra aliena. Et fuit poſt dies multos hos, mortuus eſt rex Aegypti, & ſuſpirauerunt filij Iſrael propter opus, & clamauerunt. Et aſcendit clamor eorum ad deum propter opus. Et audiuit deus clamorem eorum, & recordatus eſt pacti ſui cum Abrahã, Iſchac & Iahacob. Et vidit deus filios Iſrael, & cognouit eos deus.

Infra.6.c.
Num.26.g
1.Par.23.b
Sap.18.b.
Actor.7.a
Heb.11.d
b principi
c auum
d neptes
a neptem

¶Moſeh paſcit oues, uidet angelum domini in rubo, mittitur ad filios Iſrael, & Parhoh oppreſſorem.

CAP. III.

A ET Moſeh paſcebat pecora Ithro ſoceri ſui [b] ſacerdotis Midian. Et duxit pecora poſt deſertum, & venit ad mõtem dei in Choreb. Et conſpectus eſt angelus domini ei, in flãma ignis de medio rubi. Et vidit, & ecce rubus ardebat in igne, & rubus non conſumebatur. Et dixit Moſeh: Diuertam nunc, & videbo viſionẽ magnã hanc, cur nõ ardeat rubus. Et vidit dominus, quòd diuerteret ad videndũ, & vocauit eum deus de medio rubi. Et dixit: Moſeh, Moſeh. Et ait Ecce adſum. Et dixit: Ne appropinques huc. Solue calceamenta tua è B pedibus tuis, quia locus ſuper quo tu ſtas, terra ſanctitatis eſt Et dixit: Ego deus patris tui, deus Abraham, deus Iſchac, & deus Iahacob. Et abſcõdit Moſeh faciem ſuam, quia timuit aſpicere in deum. Et dixit dominus: Videndo vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Aegypto, & clamorẽ eorũ audiui ꝓpter exactores eius: q̃a noui dolores eiꝰ, & deſcẽdi vt liberarem eum è manu Aegyptiorum: Et aſcendere faciam eum è terra ipſa, ad terram bonam, & latam, ad terram fluentem la C cte, & melle, ad locum Chenahanæi, & Chittæi, & Emoræi, & Perizæi, & Chiuuæi, & Iebuſæi. Et nunc ecce clamor filiorum Iſrael venit ad me, & etiam vidi oppreſſionẽ, qua Aegyptij opprimunt eos. Et nunc veni, & mittam te ad Parhoh, & educes populũ meũ filios Iſrael ex Aegypto. Et dixit Moſeh ad deũ: Quis ſum, ꝙ vadam ad Parhoh? & quòd educam filios Iſrael ex Aegypto? Et dicit, quia ero tecum. [c] Et hoc tibi ſignum, quòd ego miſerim te. Quum eduxeris populum ex D Aegypto coletis deum ſuper montem iſtum. Et dixit Moſeh ad deum: Ecce ego ibo ad filios Iſrael, & dicam eis: Deus patrum veſtrorũ miſit me ad vos. Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius, quid dicam eis? Et dixit deus ad Moſeh: Ero q ero. Et dixit: Sic dices filiis Iſrael: Ero miſit me ad vos. Et dixit adhuc deꝰ ad Moſeh. Sic [d] dices filijs Iſrael: Dñs deus patrũ veſtro E rum, deus Abraham, deus Iſchac, & deus Iahacob miſit me ad vos. Hoc nomen meum in ſeculũ, & hæc mentio mei in generatione, & generationem. Vade, & congrega ſenes Iſrael, et dices eis: Dominus deus patrum veſtrorum conſpectus eſt mihi, deus Abraham, Iſchac, & Iahacob, dicendo: Viſitando viſitaui vos, & vidi quod factum fuit vobis in Aegypto. Et dixi: Aſcendere faciam vos ex afflictione Aegypti ad terram Chenahanæi, & Chittæi, & Emoræi, & Perizæi, & Chiuuæi, & Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle. Et obedient vo F ci tuæ, & ibis tu, & ſenes Iſrael ad regem Aegypti, & dicetis ad eum: Dominus deus Hebræorum, occurrit nobis. Et nũc ibimus [e] nunc viam trium dierum in deſertũ, vt ſacrificemus domino deo noſtro. Et ego noui quòd non permittet vos rex Aegypti, vt pergatis, [f] niſi in manu forti. Et mittam manũ meam, & percutiam Aegyptum, cum omnibus mirabilibus meis, quæ faciam in medio eius, & poſtea dimettet vos. Et da G bo gratiã ppl'o huic in oc'lis Aegytiorũ. Et erit, quãdo ꝑgetis, nõ ꝑgetis vacui. Sed poſtulabit mulier à vicina ſua & ab hoſpita domꝰ ſuæ vaſa argẽtea, & vaſa aurea, & veſtes & ponetis ſup filios veſtros, & ſup filias vr̃as & ſpoliabitis Aegyptũ.

b principis
Actor.7.d
Mat.22.c
Marc.12.c
Luce.20.E.
c Et in memoriæ ſignũ, ꝙ ego te miſerim, cum eduxeris populũ &c.
d Iehouah deus patrum ueſtrorũ &c.
e queſo
e neq;
Act.12.c

¶Moſeh accipit ſigna uocationis ſuæ, pergit in Aegyptũ. Sipporah uxor circuncidit filium. Aharon frater fit ei obuius.

CAP. IIII.

ET reſpondit Moſeh & dixit: Et ecce non credent mihi, neque parebunt voci meæ quia dicent: non eſt conſpectus tibi dominus. Et dixit ad eum dominus:

Quid eſt in manu tua?Et dixit:Virga,Et ait:Proijce eam in
terram,Et proiecit eam in terram,& facta eſt ſerpens.Et fugit
Moſeh,à facie eius.Et dixit dominus ad Moſeh:Extẽde manũ
tuam,& apprehẽde caudã eius.Et extendit manũ ſuam,& ap
B prehendit eam,& factus eſt virga in manu eius.Vt credant
quòd conſpectus eſt tibi dñs deus patrum eorũ,deus Abra-
ham,deus Iſchac,& deus Iahacob.Et dixit dñs ei adhuc:Intro
duc manũ tuam in ſinum tuũ.Et introduxit manum ſuam in
ſinum ſuum,& eduxit eam.Et ecce manus eius erat leproſa,
ſicut nix.Et dixit:Reduc nunc manũ tuam in ſinũ tuum.Et re
duxit manũ ſuã ad ſinum ſuũ,& eduxit eã è ſinu ſuo,& ecce re
uerſa erat,ſicut caro eius.Et erit,ſi non crediderint ibi,& non
C obedierint voci ſigni prioris,credẽt voci ſigni alteri⁹.Et erit
ſi non crediderint duobus ſignis iſtis,& non obedierint voci
tuæ capies ex aqua fluminis,& fundes ſuper aridam.Et erunt
aquæ quas capies è flumine,fient ſanguis ĩ arida.Et dixit Mo-
ſeh ad dñm:Obſecro domine,non vir verborum ſum etiam
ab heri,etiã à nudiusrertius,etiam ex hoc tempore,quo locu-
tus es ad ſeruum tuum,quia grauis ore ,& grauis lingua ſum.
Et dixit dñs ad eum:Quis poſuit os homini vel quis poſuit
D ſurdum, vel mutum, vel videntem,vel cæcum?Nónne ego
dñs?Et nũc vade,& ego ero cũ ore tuo,& docebo te q̃ lo-
q̃ris.Et dixit,Obſecro dñe,mitte quæſo per manũ illius quẽ
Matt,10.c. miſſurus es.Et iratus eſt furor domini in Moſeh,& dixit:Nõ-
ne Aharon fratrem tuum Leuitam noui,quod loquen
do loquetur ipſe?Et etiam ecce ipſe egreditur in occur-
ſum tui,& videbit te,& lętabit̃ in corde ſuo.Et loq̃ris ad eũ,
& pones verba in ore eius,& ego ero cum ore tuo,& cum
ore eius,& docebo vos quæ facturi eſtis.Et loquet̃ ipſe pro
te ad populum,& erit,ipſe erit ibi p̱ ore,et tu eris ei pro deo.
Eccleſi,45.a. Et virgam hãc capies in manu tua,in qua facies ſigna.Et per-
E rexit Moſeh,& reuerſus eſt ad Iether ſocerum ſuum,& dixit
ei:Vadam nunc & reuertar ad fratres meos:qui ſunt in Ae-
gypto,& videbo,an adhuc viuant.Et dixit Ithro ad Moſeh,
I.7.a. Vade in pace.Et dixit dñs ad Moſeh in Midian:Vade,reuer
tere in Aegyptum,quia mortui ſunt omnes viri,qui quære-
bant animam tuam.Et tulit Moſeh vxorẽ ſuam,& filios ſuos
& equitare fecit eos ſuper aſinum & reuerſus eſt in terrã Ae-
gypti.Et tulit Moſeh virgam dei in manu ſua.Et dixit dñs ad
Moſeh:Cum perrexeris vt reuertaris in Aegyptum, vide vt
om̃ia portenta,quę dedi in manu tua:facias coram Parhoh.
F Et ego indurabo cor eius,& nõ dimittet populum.Et dices
ad Parhoh: Sic dixit dñs,Filius meus primogenitus meus
Iſrael.Et dixi tibi:dimitte filium meum,vt ſeruiat mihi,& re-
nuiſti dimittere illum.Ecce ego occido filium tuum primo-
genitum tuum.Et fuit,in via,in diuerſorio occurrit ei dñs,et
a declinauit dñs ab eo interficiendo. quæſiuit interficere eum.Et tulit Sipporah petram,& circũ-
cidit præputium filij ſui,& adiũxit pedibus eius,& dixit:quia
ſponſus ſanguinum es mihi.Et [a] receſſit ab eo.Tunc dixit,ſpõ
ſus ſanguinum,propter circuncisionẽ.Et dixit dominus ad
Aharon:Vade in occurſum Moſeh in deſertum.Et perrexit,
G & occurrit ei in monte dei,& oſculatus eſt eum.Et nuntiauit
Moſeh ipſi Aharon,omnia verba domini,qui miſit eum,&
om̃ia ſigna,que præcepit ei.Et perrexit Moſeh,& Aharõ,&
congregauerunt omnes ſenes Iſrael.Et locutus eſt Aharon
omnia verba,quæ locutus eſt dñs ad Moſeh,& fecit ſigna in
oculis populi.Et credidit populus.Et audierunt,quòd viſi-
tauit dominus filios Iſrael,& quòd vidit afflictionem eorum
& incuruauerunt ſe,& adorauerunt.

¶ Moſeh & Aharon aggrediuntur tyrannum Parhoh,populus dei magis ac magis opprimitur,inſultatur a populo Moſeh & Aharon.

CAP. V.

A ET poſtea venerunt Moſeh,& Aharon, & dixerunt ad
Parhoh:Sic dixit dominus deus Iſrael.Dimitte populũ
b ſacrificẽt meũ,vt [b] feſta celebrent mihi in deſerto.Et dixit Parhoh:Quis
eſt dñs,vt pareã voci eius,vt dimittã Iſrael?Nõ noui dñm,et
etiã Iſrael nõ dimittã.Et dixerũt:Deus Hebræorũ occurrit no
bis:Ibimus nunc viã triũ dierũ in deſertũ,vt ſacrificemus do-
mino deo noſtro,ne forte occurrat nobis cũ peſtilentia, vel
gladio.Et dixit ad eos rex Aegypti:Vt quid Moſeh,& Aha-
ron ceſſare facitis populũ ab operibus ſuis?Ite ad onera ve-
ſtra.Et dixit Parhoh:Ecce multus nũc populus terræ,& ceſſa
re feciſtis eos ab oneribus ſuis.Et præcepit Parhoh in die illa
B exactoribus populi,& p̃fectis eius,dicẽdo:Nõ addetis,vt de
tis paleã populo ad laterificandũ lateres ſicut heri,& nudiuſ-
tertius,ipſi p̱gãt,et colligãt ſibi paleã. Et ſummã laterũ,quã i-
pſi faciebant heri,& nudiuſtertius,poneris ſuper eos,non di-
minuetis ex ea,q̃a ocioſi ſunt.Idcirco ipſi clamãt dicẽdo:Ibi
mus,ſacrificabimus deo noſtro.Aggrauet̃ opus ſuper viros,
& faciãt in eo,& ne cõfidant in verbis mẽdacij.Et egreſſi ſunt
exactores populi,& præfecti eius,& dixerũt ad populũ,dicẽ-
do:Sic dixit Parhoh,nõ do vobis paleã. Vos ite,capite vo-
C bis paleã,vbi repereritis,q̃a nõ diminuit̃ de opere veſtro ali-
quid.Et diſperſus eſt populus in oẽm terrã Aegypti,vt colli-
geret q̃ſquilias pro palea.Et exactores vrgebãt,dicẽdo. Per-
ficite opera veſtra p̱ ſingulos dies,queadmodũ,cũ erat palea.
Et cæſi ſunt præfecti filiorũ Iſrael,quos poſuerũt ſuper eos ex
actores Parhoh,dicẽdo:Cur nõ perfeciſtis præceptũ veſtrũ,
vt laterificaretis ſicut heri,& nudiuſtertius,etiã heri,etiã ho-
die?Et venerũt præfecti filiorũ Iſrael,& clamauerunt ad Par-
hoh,dicẽdo:Vt quid facis ſic ſeruis tuis?Palea nõ datur ſeruis
tuis,& dicũt nobis:lateres facite.& ecce ſerui tui ceduntur,&
punitur populus tuus.Et dixit:Vacatis,vacatis.Idcirco dici-
tis:Ibimus,ſacrificabimus dño.Et nũc ite,op̱amini,& palea
nõ dabitur vobis,& ſummã laterũ dabitis.Et viderũt præfe-
cti filiorũ Iſrael ſeipſos eſſe in malo,dicẽdo:Nõ diminuetis de
D latereribus veſtris p̱ ſingulos dies.Et occurrerũt ipſi Moſeh,
& Aharon ſtãtes ĩ occurſum eorũ,q̃n egrediebant̃ à Parhoh,
Et dixerũt ad eos:Videat dñs ſuper vos,& iudicet q̃a fœtere
feciſtis odorẽ noſtrũ in oculis Parhoh,& in oculis ſeruorũ e-
ius,vt daretis gladiũ in manu eorũ ad occidendũ nos.Et re-
uerſus eũ Moſeh ad dñm,& dixit:Vt quid malefeciſti popu-
lo huic,& vt quid miſiſti me?Et ex eo tp̱e,quo ingreſſus ſum
ad Parhoh,vt loq̃rer in noĩe tuo,malefecit populo huic,& e-
ruẽdo nõ eruiſti populũ tuũ. Et dixit dominus ad Mo Hîc incipit Cap. VI. latinis
ſeh:Nunc videbis quæ facturus ſum Parhoh, quia in manu
forti dimittet eos,& in manu forti expellet eos è terra ſua.

¶ Promiſſio liberationis.Genealogiæ Reuben,Simhon & Leui, unde orti ſunt Moſeh & Aharon.

CAP. VI.

A ET locutus eſt deus ad Moſeh,& dixit ad eũ:Ego dñs.Et
viſus ſum ipſi Abrahã,Iſchac,& Iahacob in [b] deo oĩpo b El Sadai.
tẽte,& in nomine meo [c] adonai,nõ ſum cognitus eis. Et etiã c Iehouah.
ſtatui pactũ meũ cũ eis,vt darẽ eis terrã Chenahan,terrã pere
grinationũ eorũ,in qua peregrinati ſunt.Et etiã ego audiui
clamorẽ filiorũ Iſrael,quos Aegyptij ſeruire faciunt,& recor-
datus ſum pacti mei.Idcirco dic filijs Iſrael:Ego dñs.Et edu-
cã vos ex oneribus Aegyptiorũ,& eruã vos à ſeruitute eorũ,
B & redimã vos brachio extẽſo, & iudiciis magnis. Et accipiã
vos mihi in populũ,& ero vobis in deũ,& ſcietis q̃ ſum dñs
deus veſter,qui educo vos ex oneribus Aegyptiorũ.Et intro
ducã vos in terrã ſuper quã leuaui manũ meã,vt darem eam
Abrahã,Iſchac,& Iahacob,& dabo eã vobis in hæreditatem.
Ego dñs.Et locutus eſt Moſeh ſic ad filios Iſrael.Et nõ audie-
runt Moſeh propter [d] anguſtiam ſpiritus,& ſeruitutem du-
ram.Et locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Ingredere,
loquere ad Parhoh regem Aegypti,vt dimittat filios Iſrael è
terra ſua.Et locutus eſt Moſeh coram domino,dicendo:Ec d cõtractione ſ.breuitate anhelitus.
C ce filij Iſrael [e] non audierunt me, & quomodo audiet me
Parhoh,& ego ſum incircunciſus labijs. Et locutus eſt domi
nus ad Moſeh, & Aharon,& [f] præcepit eis ad filios Iſrael
& ad Parhoh regem Aegypti,vt educerent filios Iſrael, è ter e nõ obtemperarũt mihi
ra Aegypti. Iſta ſunt capita domus patrum eorum: Filij
Reuben primogeniti Iſrael Chenoch, & Pallu, Cheſ- f dedit eis mandatum
ron, & Charmi. Iſtæ familiæ Reuben . Et filij Simhon
Iemuel, & Iamin & Ohad, & Iachin & Sochar, &
Saul filius Chenahanithidis. Iſtæ familiæ Simhon . Et hæc
nomina



Gen.46.b Num.26.a 1.Para.5.a 1.Par.4.d 1.Par.6.a & 23.a Nume.3.c Num.26.g 1.Para.6.a & 23.b.
nomina filiorum Leui ſecundum generationes eorum,Gher-
ſon,& Cheath,& Merari.Et anni vitæ Leui fuerunt ſeptem,
& triginta,& centum anni.Filij Gherſon,Libni,& Simhi ſe-
cundum familias ſuas.Et filij Chehath Hamram,& Iſchar,&
Chebron,& Huzziel.Et anni vitæ Chehath fuerunt tres &
triginta,& centum anni.Et Filij Merari,Machli,& Muſi.Iſtæ
familiæ Leui [a] ſecundũ generatiões eorũ.Et accepit Hamrã
Iochebed,[b] amitã ſuã ſibi ĩ vxorẽ & peperit ei Aharõ,et Mo-
a p̱ cognationes ſuas. ſeh.Et anni vitæ Hamrã fuerũt ſeptẽ & trigĩta,& cẽtũ anni.Et
b patruelem Filij Iſhar,Corach,& Nepheg,& Zichri.Et filij Huzziel,Mi-
ſael,& Elſaphan,& Sithri.Et accepit Aharon,Eliſebath filiam
D Hamminadab,ſororem Nachſon ſibi in vxorem,& peperit
ei Nadab,& Abihu,& Elhazar,& Ithamar. Et filij Corach,
Nume.3.a Aſſir,& Elcanah,& Abiaſaph.Iſtæ familiæ Corchitæ.Et El-
hazar filius Aharon accepit ſibi è filiabus Puthiel ſibi in vxo
rem,& peperit ei Pinchas.Iſta ſunt capita patrum Leuitarũ
ſecundum familias ſuas.Iſte eſt Aharon,& Moſeh,quibus di-
xit dominus, educite filios Iſrael è terra Aegypti ſecundum
exercitus ſuos.Iſti loquuntur ad Parhoh regem Aegypti,vt
educant filios Iſrael ex Aegypto hic Moſeh,& Aharõ.Et fuit
in die qua locutus eſt dominus ad Moſeh in terra Aegypti:
locutus inquam eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Ego domi-
nus.Loquere ad Parhoh regem Aegypti omnia quæ ego lo
quor ad te.Dixitq́ Moſeh coram domino:Ecce ego incircũ-
ciſus labijs,& quomodo obediet mihi Parhoh?

¶ Virga Moſeh coram Parhoh uertitur in draconem,idem tentant faciuntq́ magi.Aquæ uertuntur in ſanguinem.

CAP. VII.

A DIxitq́ dominus ad Moſeh:Vide,Dedi te pro deo ipſi
ſ.4.d Parhoh,& Aharon frater tuus,erit [c] propheta tuus,
c interpres arcanorum ſ dei ut,i.concionator. Tu loqueris omnia quæ præcipiam tibi, & Aharon frater
tuus loquetur ad Parhoh,vt dimittat filios Iſrael è terra ſua.
Et ego indurabo cor Parhoh,& multiplicabo ſigna mea,&
portenta mea in terra Aegypti. Et non audiet vos Parhoh,
& dabo manum meam in Aegypto,& educam exercitus
meos, populum meum,filios Iſrael è terra Aegypti iudicijs
magnis.Et ſcient Aegyptij quòd ego ſum dominus,cum ex-
tendero manum meam ſuper Aegyptum,& eduxero filios
Iſrael è medio eorum.Et fecit Moſeh,& Aharon,quemadmo
dum præcepit dominus eis,ſic fecerunt.Et Moſeh erat octo-
genarius,& Aharon⁹ trium,& octoginta annorum,quando
locuti ſunt ad Parhoh.Dixitq́ dominus ad Moſeh,& ad Aha
ron,dicendo:Si locutus fuerit ad vos Parhoh,dicendo:Date
portentum;dices ad Aharon:Tolle virgam tuam & proijce
B coram Parhoh,& fiet draco.Et venit Moſeh,& Aharon ad
Parhoh,& fecerunt ſic,quemadmodum præcepit dominus.
Et proiecit Aharon virgam ſuam coram Parhoh,& coram
ſeruis eius,& fuit draco.Et vocauit etiam Parhoh ſapientes,
et maleficos,et fecerũt etiam ipſi magi Aegypti incantationi
bus ſuis ſic.Et proiecerunt vnuſquiſq́ virgam ſuam,et factę
ſunt ſerpentes.Et deglutiuit virga Aharon virgas eorum.
Et roborauit ſe cor Parhoh,et non paruit eis quemadmodũ
locutus eſt dominus.Dixitq́ dominus ad Moſeh:Aggauatũ
eſt cor Parhoh.Renuit dimittere populũ.Vade ad Parhoh
C mane,& ecce egreditur ad aquas,& ſtabis in occurſum eius
iuxta ripam fluminis,& virgam quę verſa fuit in ſerpentem:
tolles in manu tua.Et dices ad eũ,Dominus deus Hebræorũ
miſit me ad te,dicendo:Dimitte populum meum,vt ſeruiãt
mihi in deſerto,& ecce non [d] audiſti hactenus.Sic dixit do-
minus:In hoc ſcies,quòd ego ſum dominus.Ecce percutio
d obtemperaſti virga, quæ eſt in manu mea, aquas quæ ſunt in flumine,&
vertentur in ſanguinem.Et piſces qui ſunt in flumine,mo-
rientur & fœtebit fluuius.et laborabunt Aegyptij,vt bibant
quas è flumine.Dixitq́ dominus ad Moſeh:Dic ad Aharon:
Tolle virgam tuam,& extẽde man⁹ tuas ſup̱ aquas Aegypti,
ſup̱ flumina eorũ,ſup̱ riuos eorũ,& ſup̱ paludes eorũ,& ſup̱
omnem cõgregationẽ aquarũ eorũ,& efficient̃ ſanguis,& erit
ſanguis in omni terra Aegypti,& in lignis,& lapidib⁹.Et fece
runt ſic Moſeh & Aharon,quemadmodum præcepit domi-
nus.Et eleuauit virgam,& percuſſit aquas,quæ erant in flu-
D mine in oculis Parhoh,& in oculis ſeruorum eius,& verſæ
ſunt omnes aquæ,quæ erant in flumine,in ſanguinem.Et pi-
ſces,qui erant in flumine mortui ſunt.Et fœtuit fluuius,& nõ
potuerunt Aegyptij bibere aquam è flumine.Et fuit ſan-
guis in omni terra Aegypti.Et fecerunt ſic magi Aegypti in- Pſal.77.b.
cantationibus ſuis,& roborauit ſe cor Parhoh,& nõ audiuit
eos,quemadmodum locutus eſt dñs.Et [a] reſpexit Parhoh &
venit in domum ſuam,& non poſuit cor ſuum etiam ad hoc.
Et foderunt omnes Aegyptij per circuitus fluminis , aquas a uertit ſe
vt biberent,quia non poterant bibere ex aquis fluminis.Et
compleri ſunt ſeptẽ dies,poſtquã percuſſit dominus flumen. Sapi.17.b

¶ Obſtinato Parhoh,mittuntur ranę,pediculi,& omne ferarum genus.

CAP. VIII.

A DIxitq́ dominus ad Moſeh: Ingredere ad Parhoh ,&
dices ad eum:Sic dixit dominus .Amitte populum
meum,vt ſeruiat mihi.Et ſi renueris dimittere,ecce ego per-
cutio omnẽ terminum tuum ranis.Et producet fluuius ra-
nas,& aſcendent,& venient in domum tuam,& in cubicu-
lum lecti tui,& ſuper lectum tuum,& in domum ſeruorum
tuorũ,& in populũ tuũ,& in furnos tuos,in [b] paſtas tuas.Et
in te,in populum tuum,& in omnes ſeruos tuos aſcendent
ranæ.Dixitq́ dominus ad Moſeh:Dic ad Aharon: Extende b conſperſiones.
B manum tuam cum virga tua ſuper flumina, ſuper riuos,&
ſuper paludes,& aſcendere fac ranas ſuper terrã Aegypti.Et
extẽdit Aharon manũ ſuã ſup̱ aquas Aegypti,et aſcẽdit rana
& operuit terrã Aegypti.Et fecerunt ſic magi incantationi-
bus ſuis.Et aſcẽdere fecerũt ranas ſup̱ terrã Aegypti.Et voca- Sap.17.b
uit Parhoh Moſeh,& Aharon,& dixit:Orate ad dñm,vt re-
moueat ranas à me,& à pp̄lo meo:& dimittã populũ,& ſacri
ficabũt dño.Dixitq́ Moſeh ad Parhoh:Gloriare ſuper me,&
dic q̃n deprecer p̱ te,& p̱ ſeruis tuis,& p̱ populo tuo,vt ex-
terminare faciã ranas à te,& à domibus tuis:duntaxat in flu-
C mine remanebũt.Et dixit:Cras.Et dixit:Iuxta verbũ tuum,vt
ſcias,q̃d non eſt ſicut dominus deus noſter.Et recedent ranæ
à te,& à domibus tuis,& à ſeruis tuis &,à populo tuo,dun-
taxat in flumine remanebunt.Et egreſſus eſt Moſeh,& Aha-
ron à Parhoh clamauit Moſeh ad dominum propter ranas,
quas poſuit Parhoni.Et fecit dominus iuxta verbum Mo-
ſeh,& mortuæ ſunt ranæ è domibus è villis,& ex agris.Et cõ
gregauerunt eas aceruatim,& fœtuit terra.Et vidit Parhoh
D quòd eſſet reſpiratio,& aggrauauit cor ſuum,& non audiuit
eos,quemadmodum locutus eſt dominus.Dixitq́ dominus
ad Moſeh:Dic ad Aharon:Extende virgam tuam,& percu-
te puluerem terræ,& conuertetur in pediculos in omni terra
Aegypti.Et fecerunt ſic.Et extendit Aharon manum ſuam
virga ſua,& percuſſit puluerẽ terræ,& fuerunt pediculi in ho
minibus,& iumentis.Omnis puluis terræ verſus eſt in pedi-
culos,in omni terra Aegypti.Et fecerunt ſic magi incantatio-
nibus ſuis,vt educerent pediculos,& non potuerunt.Et fuit
pediculus in hominibus,& iumentis.Et dixerũt magi ad Pa-
rhoh:Digitus dei eſt.Et roborauit ſe cor Parhoh,& nõ audi-
uit eos,quemadmodum locutus eſt dominus.Dixitq́ domi-
nus ad Moſeh:Surge mane,& ſta coram Parhoh,& ecce egre
dit̃ ad aquas,& dices ad eũ.Sic dixit dñs:Dimitte populum
E meũ,vt ſeruiat mihi.Quia niſi dimiſeris populũ meũ,ecce ego c inſectorum mixtionem
mittere facio in te,& in ſeruos tuos,& in populũ tuũ,& in do
mos tuas [b] ferarũ genus.Et replebunt̃ domus Aegypti omni
ferarum genere,& terra ſuper quam ſunt.Et ſeparabo in die
ipſã terram Ghoſen in qua populus meus manet,vt non ſit
ibi omne ferarum genus,vt ſcias quod ego ſum dominus in
medio terræ.Et ponam [d] redemptionẽ inter populũ meum, d diuiſionem
& populum tuum.Cras erit ſignum hoc.Et fecit dñs ſic.Et Sap.c.16.b
venit omne ferarum genus graue in domum Parhoh,& in
F domũ ſeruorum eius, & in omnẽ terram Aegypti: corrũpe
baturq́ terra p̱pter omne ferarũ genus.Et vocauit Parhoh
Moſeh & Aharon,& dixit:Ite,ſacrificate deo veſtro in terra.

Et dixit Moſeh:Non eſt rectum, vt faciamus ſic.Num abominationem Aegypti ſacrificabimus domino deo noſtro? Si ſacrificauerimus abominationem Aegypti in oculis eorum nónne lapidabunt nos? Viam trium dierum ibimus in deſertum,& ſacrificabimus domino deo noſtro,[a] quemadmodum dixit nobis.Dixitq́ Parhoh:Ego dimittam vos, & ſacrificabitis domino deo veſtro in deſerto, veruntamen elongando non elongabitis vos eundo.Orate pro me. G Dixitq́ Moſeh:Ecce ego egredior à te,& orabo ad dominum, & recedet omne ferarum genus à Parhoh:& à ſeruis eius,& à populo eius cras.Veruntamen ne addat Parhoh vt mentiatur,vt non dimittat populum,vt ſacrificet domino.Et egreſſus eſt Moſeh à Parhoh,& orauit ad dominum.Et fecit dñs iuxta verbũ Moſeh,& recedere fecit omne ferarum genus à Parhoh,& à ſeruis eius,& à populo ei⁹,nõ remãſit vnũ.Et aggrauauit Parhoh cor ſuũ,etiã vice hac,& nõ dimiſit populũ.

a ſecundum quod dixerit

ũ.3.f.

¶ Aegyptus percutitur peſte pecorum,hulceroſis veſicis,grãdine, tonitru,& fulgure horribili. CAP. IX.

A Dixitq́ dominus ad Moſeh. Ingredere ad Parhoh,& loquere ad eum:Sic dixit dominus deus Hebræorũ: Dimitte populũ meũ,vt ſeruiat mihi.Quia ſi renueris dimittere,& adhuc retinueris eos:ecce manus domini eſt in pecudibus tuis,quæ ſunt in agro,in eq̃s,in aſinis,in camelis,in bobus,& in ouibus,peſtis grauis valde.Et diuidet dñs inter pecudes Iſrael,& pecudes Aegypti,& non morietur ex omnibus quæ ſunt filijs Iſrael, quicquam.Et poſuit dñs tp̃s,dicendo: Cras faciet dominus rem hanc in terra.Et fecit dominus rem hanc in craſtino,& mortuum eſt omne pecus Aegypti:& de pecoribus filiorum Iſrael,non eſt mortuum vnum.Et miſit Parhoh&,ecce erat mortuũ è pecoribus filiorũ Iſrael ne vnũ quidem.Et aggrauauit ſe cor Parhoh,& nõ dimiſit populũ. B Dixitq́ dominus ad Moſeh,& Aharon:Tollite vobis plenas volas veſtras,è cinere fornacis,& ſpargat eum Moſeh in cœlum in oculis Parhoh:& erit in puluerem ſuper omnem terram Aegypti,& erit ſuper homines & ſuper animalia in hulcus germinans inflationes in omni terra Aegypti.Et tulerunt cinerem è fornace,& ſteterunt coram Parhoh,& ſparſit eum Moſeh in cœlum,& fuit hulcus inflationũ germinans in hominibus,& in animalibus.Et non potuerũt magi ſtare coram Moſeh propter hulcus,quia fuit hulcus in magis,& in omnibus Aegyptijs.Et roborauit dominus cor Parhoh,& non obediuit eis,quemadmodum locutus eſt dñs ad Moſeh. C Et dixit dominus ad Moſeh:Surge mane,& ſta corã Parhoh, & dic ad eum.Sic dixit dominus deus Hebræorum: Dimitte populum meum,vt ſeruiat mihi. Quia vice hac ego mitto omnes plagas meas in cor tuum,& in ſeruos tuos,& in populum tuum, vt ſcias quòd non eſt ſicut ego ſum in omni terra.Quia nunc miſi manum meam,& percutiã te,& populum tuum,& ſucciſus es è terra.Et profecto propter hoc ſtare feci te,vt videre faciam te potentiam meam,& vt narrare faciã nomen meũ in vniuerſa terra. D Adhuc tu eleuas te in populũ meũ,vt nõ dimittas eos.Ecce ego pluo.[b] in tp̃e craſtino grandinẽ grandẽ valde,qualis nõ fuit ſicut ipſa in Aegypto à die qua fũdata eſt,vſq́ ad hoc tp̃s.Et nũc mitte,cõgrega pecus tuũ,& om̃ia q̃ ſunt tibi in agro.Om̃is homo,& animal quod inuentũ fuerit in agro,& non congregatũ fuerit in domum, deſcendet ſuper ea grando:& morientur.Qui timuit verbum domini è ſeruis Parhoh, fugere fecit ſeruos ſuos,& pecus ſuũ ad domos.Et q̃ nõ poſuit cor ſuũ ad verbũ dñi dereliq̃t ſeruos,& pecus ſuũ in agro.Et dixit dñs ad Moſeh:Extẽde manũ tuã in cœlũ,& erit grando in om̃i terra. Aegypti E ſup hominem & ſuper animal,& ſuper om̃em herbam agri in terra Aegypti.Et extendit Moſeh virgã ſuam in cœlum,& dominus dedit tonitrua, & grandinem, & ambulauit ignis ſuper terrã,& pluit dominus grãdinem ſuper terrã Aegypti. Et fuit grando,& ignis comprehenſus in medio grandinis. grauis valde,qualis non fuit ſicut ipſa in om̃i terra Aegypti ex eo tempore quo fuit in gentem.Et percuſſit grando,in omni terra Aegypti,omnia quæ erãt in agro,ab homine vſ- F que ad animal.Et omnẽ herbam agri percuſſit grando,& omnẽ arborem agri confregit.Tãtum in terra Ghoſen in qua erant filij Iſrael,non fuit grando.Miſitq́ Parhoh & vocauit Moſeh,& Aharon,& dixit ad eos:Peccaui vice hac.Dñs iuſt⁹ eſt,& ego & populus meus impij.Orate ad dominũ,& ſufficiet ne ſint tonitrua dei,& grando,& dimittã vos, & ampli⁹ non manebitis.Et dixit ad eũ Moſeh: Quũ egreſſus fuero ex vrbe,extendã palmas meas ad dominũ:tonitrua ceſſabũt, & grãdo non erit vltra,vt ſcias,q̃ dñi eſt terra. At te & ſeruos tuos noui,q̃ nondum timebitis à facie domini dei.Linũ itaq́ G & hordeũ percuſſum eſt,quia hordeũ viride erat,& linũ in calamo.Et triticum & zea nõ ſunt percuſſa,quia ſerotina erant. Et egreſſus eſt Moſeh à Parhoh de ciuitate,& extẽdit palmas ſuas ad dominũ,& ceſſauerũt tonitrua,& grando,& pluuia nõ eſt fuſa ſuper terrã.Et vidit Parhoh,q̃ ceſſaſſet pluuia,& grando,& tonitrua,& addidit vt peccaret,& aggrauauit cor ſuum ipſe,& ſerui eius.Et roboratũ eſt cor Parhoh,& non dimiſit filios Iſrael,quẽadmodũ locutus eſt dñs p̃ manũ Moſeh.

b ad horam hanc cras

Sap.16. c. & 19.d.

¶ Locuſtarum immiſſa calamitas palpabilium tenebrarum triduanus horror. CAP. X.

A Dixitq́ dominus ad Moſeh:Ingredere ad Parhoh,quia ego aggrauare feci cor eius,& cor ſeruorum eius, vt ponam ſigna mea hæc in medio eius.Et vt narres in auribus filij tui,& filij filij tui:quæ feci in Aegypto,& ſigna mea quæ poſui in eis,& ſciatis q̃ ſum dominus.Et ingreſſus eſt Moſeh & Aharon ad Parhoh,& dixerunt ad eũ.Sic dixit dominus deus Hebræorum:Vſque quo renuiſti humiliari coram me? Dimitte populũ meum,vt ſeruiat mihi.Quia ſi renueris dimittere populum meum,ecce ego adduco cras locuſtã in terminum tuũ,& operiet ſuperficiem terræ,& non poterit quiſpiã videre terrã,& comedet reſiduũ q̃d euaſit,quod remanet vobis à grandine,& comedet omnẽ arborẽ germinantẽ vobis B de agro.Et replebunt domus tuæ & domus omniũ ſeruorum tuorũ,& domus omniũ Aegyptiorũ,quas non viderũt patres tui,& patres patrũ tuorũ à die qua fuerunt ſuper terrã vſq́ ad diẽ hanc.Et[a] reſpexit,& egreſſus eſt à Parhoh.Et dixerunt ſerui Parhoh ad eũ:Vſq́ quo erit iſte nobis in laqueũ? Dimitte viros,vt ſeruiant domino deo ſuo. Num ante ſcire vis quòd periit Aegyptus? Et reductus eſt Moſeh & Aharon ad Parhoh,& dixit ad eos:Ite,ſeruite domino deo veſtro.Qui & qui ſunt,qui eunt? Et dixit Moſeh: Cum paruulis noſtris,& ſenibus noſtris ibimus,cum filiis noſtris,& filiabus noſtris,cũ pecudibus noſtris,& bobus noſtris ibimus: C quia ſolennitas domini eſt nobis.Et dixit ad eos:Sit ita dominus vobiſcũ,ſicut dimittã vos,& paruulos vr̃os.Videte quia malũ eſt cõtra faciẽ veſtrã.Nõ ſic.Ite nunc viri,et ſeruite dño, q̃a hoc idẽ vos quæritis:Et expulit eos a facie Parhoh.Dixitque dñs ad Moſeh:Extẽde manũ tuã ſuper terrã Aegypti in locuſta:& aſcendat ſuper terrã Agypti,& comedat omnẽ herbam terræ,oĩa quæ reliquit grãdo.Et extẽdit Moſeh virgam D ſuã ſuper terrã Aegypti,& dñs duxit ventũ orientalẽ in terrã tota die ipſa,& tota nocte.Mane fuit,& vẽtus oriẽtalis eleuauit locuſtas.Et aſcenderũt locuſtæ ſup tota terrã Aegypti & requieuerũt in om̃i termino Aegypti graues valde. Ante ipſas nõ fuerũt tales locuſtæ,nec poſthac futuræ ſũt.Et operuerũt ſuperficiẽ om̃is terræ,& obſcurata eſt terra,& comederũt omnẽ herbã terræ,& omnẽ fructũ arboris,quẽ reliquerat E grando,& nõ remãſit quicq́ viride in arboribus,& in herbis agri in tota terra Aegypti.Et feſtinauit Parhoh,vt vocaret Moſeh & Aharõ,& dixit:Peccaui dño deo vr̃o,& vobis. Et nũc remitte q̃ſo peccatũ meũ, verũtñ vice hac,& orate ad dominũ deũ vr̃m,et remoueat à me tãtũ mortẽ hãc.Et egreſſ⁹ eſt à Parhoh & orauit ad dñm,Et vertit dñs vẽtũ occidẽtalẽ fortẽ valde,et leuauit locuſtas,et fixit eas ĩ mare Suph.Nõ remãſit locuſta vna in omni termino Aegypti. Et roborauit dñs cor Parhoh,& non dimiſit filios Iſrael. Dixitq́ dominus ad F Moſeh:Extende manum tuam in cœlum, & erunt tenebræ ſuper

a vertit ſe



ſuper terram Aegypti,& palpabit tenebras.Et extendit Moſeh manũ ſuã ad cœlum,& fuerunt tenebræ caliginoſæ in tota terra Aegypti tribus diebus.Non videbat alter alterum, neq́ ſurrexit quiſq́ è loco ſuo tribus diebus.Sed om̃ibus filiis Iſrael,fuit lux in habitaculis ſuis.Et vocauit Parhoh Moſeh,& dixit:Ite,ſeruite dño,tantũ pecudes veſtræ,& boues veſtri manebũt,& paruuli veſtri ibunt vobiſcũ.Dixitq́ Moſeh: Etiã tu dabis in manu noſtra ſacrificia & holocauſta,quæ faciemus dño deo noſtro.Et etiã pecudes noſtræ ibunt nobiſcum.Nõ remanebit vngula,q̃a ex eo accipiemus ad ſeruien- G dum dño deo noſtro. Et nos neſcimus q̃bus ſeruituri ſumus dño,donec veniamus illuc.Et roborauit dñs cor Parhoh,& noluit dimittere eos.Et dixit ei Parhoh:Recede à me.Caue tibi ne amplius videas faciem meam,quia in die qua videbis faciem meam,morieris.Et dixit Moſeh: Rectum locutus es. Non videbo vltrà faciem tuam.

Sap.17.a.

Sap.18.a.

¶ Dominus iubet ſpoliare Aegyptios CAP. XI.

A Dixitq́ dominus ad Moſeh:Adhuc plagam vnam adducam ſuper Parhoh & ſuper Aegyptũ,poſtea dimittet vos hinc.Omnino dimittet,& expellẽdo expellet vos hĩc. Loquere nunc in auribus populi:& petãt vnuſquiſq́ [a] à proximo ſuo,& vnaquæq́ à proxima ſua,vaſa argentea & vaſa aurea.Et dedit dñs gratiã populo in oculis Aegyptiorũ.Etiã vir Moſeh magnus erat valde in terra Aegypti in oculis ſeruorũ Parhoh,& in oculis populi.Dixitq́ Moſeh,Sic dixit do- B minus:Cũ media fuerit nox,ego egredior in mediũ Aegypti: Et morietur om̃e primogenitũ in terra Aegypti à primogenito Parhoh,qui ſedet ſuper ſoliũ eius,vſque ad primogenitum ancillæ [b] quæ eſt poſt molas,& om̃e primogenitũ animaliũ.Et erit clamor magnus in omni terra Aegypti,qualis non C fuit,nec futurus eſt.Et apud omnes filios Iſrael non mouebit canis linguã ſuam à viro vſq́ ad animal,vt ſciatis quòd diuiſerit dominus inter Aegyptũ & Iſrael.Et deſcẽdent om̃es ſerui tui iſti ad me,& incuruabunt ſe mihi,dicẽdo: Egredere tu, & omnis populus,qui eſt in pedibus tuis,& poſtea egrediar. Et egreſſus eſt a Parhoh in ira furoris.Dixitq́ dñs ad Moſeh: D Non audiet vos Parhoh, vt multiplicem portenta mea in terra Aegypti,Et Moſeh,& Aharon fecerunt omnia portẽta iſta coram Parhoh,& roborauit dominus cor Parhoh,& non dimiſit filios Iſrael è terra ſua.

ũ.3.g.&.ſ.12 c.

a ab amico

Eccleſi.45.a.

b qui

¶ Ritus edendi agni Peſach,infermentatorum inſtitutio,clades primogenitorũ Aegypti, ſpoliatio Aegypti,egreſſio filiorum Iſrael. CAP. XII.

A Dixitq́ dominus ad Moſeh,& Aharon in terra Aegypti,dicendo:Menſis iſte vobis caput menſium,prim⁹ erit vobis in menſibus anni.Loquimini ad omnem cœtum Iſrael,dicendo:Decima menſis huius accipient ſibi vnuſq́ſq́ [c] agnum per domũ patrũ,agnũ per domũ.Et ſi minor fuerit domus q̃ eſſe agni,accipiet & vicinũ ſuũ,qui propinquius eſt domui ſuæ ſecundũ numerũ animarũ,vnumquenq́ ſecundũ edere eius numerabitis ſuper agnũ.Agnus perfectus,maſculus anniculus,erit vobis.Ex ouibus,aut capris accipietis.Et erit vobis ad cuſtodiã vſque ad quartãdecimam diẽ mẽſis huius,&[d] immolabunt eũ omnis cœtus ſynagogæ Iſrael inter duas veſperas.Et tollent è ſanguine,& ponent in ambobus poſtibus,& in ſuperliminari,in domibus,in quibus comedẽt eum.Et comedent carnẽ nocte ipſa,aſſam igni,& infermenta B ta.Cum[e] amaritudinibus comedent eũ.Ne comedatis ex eo crudum,aut coctione coctũ in aqua,ſed aſſum igni. Caput eius cum cruribus eius,& cum interioribus eius.Et nõ relinquetis ex eo vſq́ mane.Et quod relictum fuerit ex eo vſq́ mane,igni cõburetis.Et ſic comedetis eũ.Lumbi veſtri accincti, [f] calceamenta veſtra in pedibus veſtris,& baculus veſter in manu veſtra,& comedetis eũ feſtinanter.Peſach eſt domino. Et tranſibo per terrã Aegypti nocte iſta,& percutiã om̃e primogenitũ in terra Aegypti,ab homine vſq́ ad animal, & in cunctis diis Aegypti faciã iudicia,ego dominus. Et erit ſanguis vobis in ſignum in domibus,in quibus vos eritis, & videbo ſanguinẽ, & trãſibo ſuper vos,& non erit in vobis pla C ga ad perditionẽ,quãdo percutiã terrã Aegypti. Et erit dies iſte vobis ad memoriam,& celebrabitis eum feſtũ dño in generationibus veſtris:ſtatuto perpetuo celebrabitis eũ. Septẽ diebus infermentata comedetis,verũtamen die prima ceſſare facietis fermentũ à domibus veſtris,quia omnis qui comederit fermentatũ,excidetur anima ipſa ex Iſrael à die primo, vſq́ ad diẽ ſeptimũ.Et in die primo,cõuocatio ſancta,& die ſeptima cõuocatio ſancta erit vobis.Omne opus non fiet in eis,Veruntamẽ quod comedetur ab omni anima, illud tantũmodo fiet vobis.Et cuſtodietis infermentata,q̃a in corpore diei huius eduxi exercitus veſtros è terra Aegypti:& cuſtodietis diẽ hunc in generationibus veſtris ſtatuto p̃petuo. In primo,quartadecima die menſis in veſpera comedetis infermẽtata vſq́ ad diẽ vnũ & vigeſimũ mẽſis in veſpera.Septem diebus fermentatũ non inuenietur,in domibus veſtris.Quia oĩs qui comederit fermentatũ,exterminabitur anima ipſa è cœtu Iſrael,tã peregrini q̃ indigenæ terræ.Omne fermẽtatũ nõ comedetis.In omnibus habitaculis veſtris comedetis infermen- D tata.Et vocauit Moſeh omnes ſeniores Iſrael,& dixit ad eos: Trahite,& accipite vobis pecora ſecundũ familias veſtras:& immolate Peſach.Et accipietis faſciculum hyſſopi,& tingetis in ſanguinẽ,qui eſt in vaſe,& pertingere facietis ad ſuperliminare,& ad ambos poſtes,de ſanguine,q̃ eſt in vaſe,& vos nõ egrediemini vnuſquiſq́ ex oſtio dom⁹ ſuæ vſq́ mane.Et trãſibit dñs ad percutiẽdũ Aegyptũ,& videbit ſanguinẽ in ſuperliminari,& in ambobus poſtibus,& tranſiliet dñs ſuper oſtium,& nõ p̃mitet vaſtatorẽ,vt veniat ad domos veſtras ad percutiendũ.Et cuſtodietis rẽ iſtã pro ſtatuto tibi,& filijs tuis vſque in ſeculum.Et erit cũ ingreſſi fueritis terram,quam dabit dñs vobis,quemadmodũ locutus eſt,[a] cuſtodietis opus hoc. Et erit,quum dixerint vobis filij veſtri:quid opus hoc vobis? Dicetis:Sacrificiũ Peſach eſt dño,qui tranſiuit ſuper domos fi- E liorũ Iſrael in Aegypto,quãdo percuſſit Aegyptũ,& domos noſtras eruit.Et incuruauit ſe populus,& humiliauerũt ſe.Et abierunt,& fecerũt filij Iſrael,quemadmodũ præcepit dñs Moſeh & Aharõ,ſic fecerũt.Et fuit,media nocte dñs percuſſit omne primogenitũ in terra Aegypti,à primogenito Parhoh, ſedẽte ſuper ſoliũ ſuũ vſq́ ad primogenitũ captiuitatis q̃ erat in domo carceris,& omne primogenitũ animalis.Et ſurrexit Parhoh nocte ipſa,& omnes ſerui eius,& omnis Aegyptus. Et fuit clamor magnus in Aegypto,q̃a nõ erat domus in qua nõ eſſet mortuus.Et vocauit Moſeh,& Aharon noctu,& dixit:Surgite,egredimini è medio populi mei, etiã vos,etiã filij Iſrael:& ite,ſeruite dño ſecũdum quod locuti eſtis.Etiã pecora veſtra,etiã boues veſtros accipite,quẽadmodũ locuti eſtis. Et ite,& benedicite etiã mihi.Et vim fecit Aegyptus populo F feſtinãdo emittere eos de terra,q̃a dixerũt:Om̃es ſumus mortui.Et tulit populus[b] paſtam ſuam antequam fermentaretur, [c] paſtas ſuas ligatas in veſtimẽtis ſuis,ſuper humerũ ſuũ.Et filij Iſrael fecerũt iuxta verbũ Moſeh,& poſtulauerũt ab Aegyptiis vaſa argentea,& vaſa aurea,& veſtes.Et dominus dedit gratiã populi in oculis Aegyptiorũ,& commodauerunt eis, & ſpoliauerũt Aegyptios.Et profecti ſunt filij Iſrael de Rahmeſes in Succoth ferme ſexcenta milia peditum virorũ tantum,præter paruulos.Et etiã mixto multa aſcendit cũ eis, & pecudes,& boues,grex magnus valde.Et coxerũt paſtã, quã eduxerũt ex Aegypto:placentulas infermẽtatas,q̃a non fermẽtauerant,quia expulſi fuerunt ex Aegypto,& non potuerunt demorari,& etiam eſcam non fecerant ſibiipſis. Et habitatio filiorum Iſrael, qua habitauerunt in Aegypto, fuit per triginta annos, & quadringentos annos. Et fuit, in fine triginta annorum, & quadringentorum annorum fuit, in corpore diei huius,egreſſi ſunt omnes exercitus domini è terra Aegypti.Nox obſeruabilis eſt domino, vt educat eos è terra Aegypti.Ipſa nox eſt domino cuſtodia omnibus filiis G Iſrael per generationes ſuas. Dixitque dominus ad Moſeh,

c⁹ pecus paruum.i.agnum uel hœdum.

d' iugulabũt

e amaris herbis

f ſ.ad iter

Leui.23.a. Nume.28.c.

Hebr.11.e.

a obſeruabẽtis cultũ iſtũ

Sap.18.b. 1

b cõſperſionem

c conſperſiones ſuas

& Aharon:Hoc ſtatutum Peſach. Omnis filius alienigenæ
non comedet ex eo.Et omnem ſeruum viri emptum argẽto,
Nume.9.b. Iohan.19.f. circuncides,& tunc comedet ex eo.Aduena, & mercenarius
non comedet ex eo.In domo vna comedetur.Non educes è
domo de carne extra,& os nõ confringetis in eo. Omnis cœ-
tus Iſrael faciet eum.Et ſi peregrinatus fuerit tecum peregri-
nus,& fecerit Peſach domino,circuncidetur omnis maſculus
eius,& tunc accedet ad faciendum illud,& erit ſicut indige-
na terræ.Et omnis qui habuerit præputium non comedet ex
eo.Lex vna erit indigenæ,& peregrino,qui peregrinatur in
medio veſtri.Et fecerunt omnes filij Iſrael, quemadmodum
præcepit dominus Moſeh,& Aharon,ſic fecerunt.& fuit,in
corpore diei huius eduxit dominus filios Iſrael è terra Aegy
pti per exercitus ſuos.

¶Sanctificatio primogenitorum,iubetur memoria liberationis a tyrannide Parhoh.Egrediuntur filij Iſrael de AEgypto,deferuntur oſſa Ioſeph.Columna nubis die,colũna ignis noctu præcedit.

CAP. XIII.

A 3.34.c. Nũe. 8.c.Luca.2.d. ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Sanctifica
mihi omne primogenitum. Quicquid primum aperit
vuluam in filiis Iſrael,tam in homine quàm in iumento,me-
um eſt.Dixitq; Moſeh ad populum:Memẽto diei huius,quo
egreſſi eſtis ex Aegypto è domo ſeruorum,quia in fortitudi
ne manus eduxit dominus vos hinc,& nõ comedetur fermẽ-
a primitiuorum.i. aprilis tatum.Hodie egredimini in menſe [a]Iulij.Et erit,cũ introduxe
rit te dominus in terrã Chenahanæi,& Emoræi,& Chiuuæi,
& Iebuſæi,ſuper quam iurauit patribus tuis,vt daret tibi ter
rã fluentem lacte,& melle,ſeruies ſeruitutem hanc in menſe i-
ſto.Septem diebus comedes infermentata,& die ſeptimo ſo
lennitas erit domino.Infermentata comedentur ſeptem die-
B bus,nõ conſpicietur tibi fermentatum,& non cõſpicietur ti-
bi fermentum in omni termino tuo. Et nuntiabis filio tuo
in die ipſo,dicendo:propter hoc quod fecit dominus mihi,
cum exirem de Aegypto.Et erit tibi in ſignum ſuper manũ
tuã,& in memoriã inter oculos tuos, vt ſit lex domini in ore
tuo:quia in manu forti eduxit te dominus ex Aegypto. Et
cuſtodies ſtatutum hoc in tempore ſuo quotannis.Et erit,cũ
introduxerit te dominus in terram Chenahanæi,quemadmo
dum iurauit tibi,& patribus tuis,& dederit eam tibi.Tranſi
re facies quicquid primum aperit vuluã,ad dominũ.Et quic
quid primum aperit vuluam,& emittit animal quod erit ti-
bi,maſcula erunt domino.Et omne primogenitum aſini,re-
dimes hœdo:& ſi non redemeris, ceruicem franges ei: & o-
C mne primogenitum hominis in filiis tuis,redimes. Et erit,cũ
b in poſterũ interrogauerit te filius tuus [b] cras,dicendo:Quid eſt hoc? di-
ces ad eum:In fortitudine manus eduxit nos dominus ex Ae-
gypto è domo ſeruorum.Et fuit,cum induraſſet ſe Parhoh,
ad dimittendum nos,occidit dominus omne primogenitũ
in terra Aegypti,à primogenito hominis vſque ad primo-
genitũ animalis. Idcirco ego ſacrifico domino quicquid pri
mo aperit vuluã, maſculos,& omne primogenitum filiorũ
meorum redimã.Et erit in ſignum in manu tua,& in frontã-
le inter oculos tuos,quia in fortitudine eduxit nos dominus
ex Aegypto.Et fuit,cum dimiſiſſet Parhoh populum, non
duxit eos deus p viam terræ Peliſtim,quia propinqua erat.
D Dixit enim deus:Ne forte pœniteat populum, cum viderint
prælium,& reuertantur in Aegyptum.Et circuire fecit deus
populum per viam deſerti maris Suph, & accincti aſcende-
runt filij Iſrael è terra Aegypti. Et tulit Moſeh oſſa Ioſeph
ſecum,quia adiurando adiurauerat filios Iſrael,dicendo: Viſi
Geneſ.50.d. tando viſitabit deus vos,& aſcendere facietis oſſa mea hinc
Num.14.c. vobiſcum.Et profecti ſunt è Succhoth, & caſtrametati ſunt
1.Corin.10.a. in Etham in fine deſerti.Et dominus ibat ante eos:interdiu in
columna nubis,vt duceret eos per viam:& noctu in colu-
mna ignis,vt lumẽ faceret eis,vt ambularẽt die & nocte.Nõ
recedere faciebat columnam nubis in die, neque columnam
ignis in nocte ante populum.

¶Parhoh inſequitur Iſraelitas,hi tranſeunt mare ſiccis veſtigiis,ille cum vniuerſo exercitu ſubmergitur.

CAP. XIIII.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo:loquere ad
filios Iſrael,& reuertantur,& caſtramentẽtur ante Piha-
chiroh inter Migdol,& mare ante Bahal Sephon, contra i-
pſum caſtrametabimini iuxta mare.Dicetq; Parhoh ſuper fi-
liis Iſrael:Confuſi ſunt ipſi in terra,clauſit viam illis deſertum.
Et fortificabo cor Parhoh,& perſequẽt eos, & glorificabor
in Parhoh,& in omni exercitu eius,& ſcient Aegyptij, quòd
ſum dominus,& fecerunt ſic.Et nuntiatum eſt regi Aegypti
B quòd fugeret populus.Et vertit ſe cor Parhoh,& ſeruorum
eius ad populum,& dixerũt:Quid hoc fecimus,quia dimiſi-
mus Iſrael,ne ſeruiret nobis?Et vinxit currũ ſuum,& populũ
ſuum tulit ſecum.Et tulit ſexcentos currus electos,& omnem
currum Aegypti,& duces ſuper vniuerſos ipſos.Et robora
uit dominus cor Parhoh regis Aegypti,& perſecutus eſt fi-
lios Iſrael.Et filij Iſrael egrediebantur in manu excelſa.Et per- 1.Mac.4.a
ſecuti ſunt Aegyptij eos,& comprehenderunt eos,caſtrame-
C tantes iuxta mare,omnes equi,currus Parhoh,& equites eius
& exercitus eius,iuxta Pihachiroh ante Bahal Sephon.Et Pa
rhoh accedere fecit exercitũ.Et eleuauerũt filij Iſrael oculos ſu
os,& ecce Aegypti proficiſcebantur poſt eos.Et timuerunt
valde,& clamauerũt filij Iſrael ad dominum.Et dixerunt ad
Moſeh:An non erant ſepulchra in Aegypto? Tuliſti nos vt
moreremur ĩ deſerto.Quid hoc feciſti nobis,vt educeres nos
D ex Aegypto?Nonne hoc eſt verbum quod loquuti ſumus
ad te in Aegypto,dicendo:ceſſa à nobis, & ſeruiemus Ae-
gyptiis:quia melius erat nobis ſeruire Aegyptiis,quàm mo-
ri in deſerto?Dixitq; Moſeh ad populum:Ne timeatis,& ſta-
te,& videte ſalutem domini,quam faciet uobis hodie.Nam
quos vidiſtis Aegyptios hodie,nõ eſtis viſuri vltra vſq; in
ſeculum.Dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis.Di-
xitq; dominus ad Moſeh:Quid clamas ad me?Loquere ad fi
lios Iſrael,& proficiſcantur.Et tu,eleua virgam tuã,& exten-
de manum tuam ſuper mare,& ſcinde illud, & ingrediantur
filij Iſrael in medium maris per aridam.Et ego ecce, ego ro-
boro cor Aegyptiorum,& ingredientur poſt eos,& glorifi
cabor in Parhoh,& in omni exercitu eius,in curribus eius,&
E in equitibus eius.Et ſcient Aegyptij,quòd ſum dominus, cũ
glorificatus fuero in Parhoh,in curribus eius,& in eqtibus e-
ius.Et profectus eſt angelus dei qui ibat ante caſtra Iſrael, &
iuit à tergo ipſorum.Et profecta eſt columna nubis quæ erat a fuit eadem
ante eos,& ſtetit à tergo ipſorũ.Et venit inter caſtra AEgy- lucida nubes
ptiorum,& caſtra Iſrael.Et [a] fuit nubes, & tenebræ, & illu- parte una,&
minauit noctem,& non appropinquauit alter alteri tota no tenebroſa p
cte.Et extendit Moſeh manum ſuam ſuper mare,& abire fecit te altera. Pſal.77.b. Hebr.12.
F dñs mare,ſpiritu orientali vehemẽti tota nocte,& poſuit ma
re in ſiccũ,& ſciſſæ ſunt aquæ.Et egreſſi ſunt filij Iſrael intra
mare,per aridam,& aquæ eis erant murus à dextera eorum
& à ſiniſtra eorũ.Et ſecuti ſunt Aegyptij,& igreſſi ſunt poſt
eos,omnes equi Parhoh,curr9 eius,& equites eius,in mediũ
maris.Et fuit,in uigilia matutina reſpexit dominus ſuper ca-
ſtra Aegyptiorum,in colũna ignis,& nubis,& cõtriuit caſtra
Aegyptiorũ.Et remouit rotas currũũ eius,& duxit eos in p-
fundũ.Et dixit Aegyptius:Fugiã à facie Iſrael,qa dñs pugnat
pro eis cõtra Aegyptios.Dixitq; dominus ad Moſeh:Extẽde b illuceſcente iuxta uim
manũ tuã ſuper mare,& reuertẽtur aquæ ſuper AEgyptios, ſuam matutina luce. ut.
ſup currus eius,& ſup eqtes eius.Et extẽdit Moſeh manũ ſuã res eſſet conſpicua.
G ſup mare,& reuerſum eſt mare [b] reſpiciẽte mane ad fortitudi-
nẽ ſuã,& Aegyptij fugiebãt in occurſum eius,& excuſſit dñs
Aegyptios in mediũ maris.Et reuerſæ ſunt aquæ,& operue-
rũt currus,& eqtes oĩs exercitus Parhoh,q venerãt poſt eos ĩ Papien.18.b.
mare:nõ remãſit ex eis vel vnus.Et filij Iſrael ambulauerunt p
ſiccum in medio maris,& aquæ eis erãt mur9 à dextera eorũ,
& à ſiniſtra eorũ.Et ſeruauit dñs in die ipſa Iſrael è manu Ae-
gyptiorũ.Et vidit Iſrael Aegyptios mortuos iuxta littus ma
ris.Et vidit Iſrael manũ magnã quã fecit dñs in Aegyptios, et
timuerũt pplus dñm,& crediderũt dño,& Moſeh ſeruo ei9.

¶Canticum Moſeh, ueniunt in Marah,ſitiunt,dulceſcunt aquæ, ueniunt in Elim,ad XII.fontes & LXX.palmas.

Tunc



CAP. XV.

A TVnc cecinit Moſeh,& filij Iſrael canticum hoc domi-
no,& dicentes dixerunt: Cantabo domino, quia ma-
gnificando magnificatus eſt,equum & aſcenſorem eius pro-
iecit in mare.Fortitudo mea,& laus dominus,& fuit mihi in
Sapi.10.d ſalutem.Iſte deus meus,& tabernaculũ faciam ei:iſte deus pa-
tris mei,& exaltabo eum.Dominus vir bellator,dominus no
men eius.Currus Parhoh,& exercitum eius deiecit in mare,
Iſaiæ.12.a Pſalm.117.c. & electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari Suph.Gurgites
opperuerunt eos,deſcenderunt in profunda tanquam lapis.
Dextera tua domine magnificata eſt in fortitudine ,dextera
tua domine confregit inimicum. Et in multitudine magnifi-
a flatum narium tuarum centiæ tuæ,diruiſti inſurgentes cõtra te:miſiſti iram tuã,q̃ de-
uorauit eos ſicut ſtipulam.Et per [a] uẽtum furoris tui coacer-
B uatæ ſunt aquæ,ſteterũt ſicuti aceruus [b] flucta,coagulati ſunt
gurgites in corde maris.Dixit inimicus, perſequar, compre-
b aq̃ fluidæ hendam,diuidam ſpolia,implebitur de eis anima mea,euagi
nabo gladium meum,perdet eos manus mea.Flauiſti ſpiritu
tuo,operuit eos mare,abſorpti ſunt tanquam plumbum in
aquis vehementibus.quis ſicut tu in diis domine, quis ſicut
tu magnificus in ſanctitate,terribilis laudibus,faciens mirabi
C lia?Extendiſti dexteram tuam,deglutiuit eos terra. Duxiſti in
miſericordia tua populum hunc, quem redemiſti, duxiſti in
fortitudine tua ad habitaculum ſanctitatis tuæ.Audierũt po
puli,irati ſunt,dolor apprehẽdit habitatores Palæſtinæ.Tũc
territi ſunt principes Edom,robuſtos Moab apprehendit tre
mor,diſſoluti ſunt omnes habitatores Chenahan.Cecidit ſu
per eos terror,& pauor in magnitudine brachij tui. Tacue-
runt tanquam lapis,donec tranſiret populus tuus domine,
D donec tranſiret populus iſte,quem poſſediſti.Introduces,&
plantabis eos in monte hæreditatis tuæ,loco habitatiõis tuę,
quem operatus es domine,ſanctuarium domine,quod firma
uerunt manus tuæ.Dominus regnabit in ſeculum,& in per-
petuum. Quia ingreſſi ſunt equi Parhoh cum curribus ſuis,
E & equitibus ſuis in mare, & redire fecit dominus ſuper eos
aquas maris,& filij Iſrael ambulauerunt per ſiccum in me-
dio maris. Et tulit Miriam propheti ſſa ſoror Aharon tym-
panum in manu ſua,& egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eã
cum tympanis,& choris. Et locuta eſt eis Miriam: Cantate
domino,quoniam magnificando magnificatus eſt,equos &
aſcenſores eius proiecit in mare. Et proficiſci fecit Moſeh Iſ-
F rael à mari Suph,& egreſſi ſunt in deſertum Sur, & perrexe-
runt tribus diebus per deſertum,& non repererunt aquas.
Et venerunt ad Marah,& non potuerunt bibere aquas è Ma
rah,quia amaræ erant.Idcirco vocauit nomen eius Marah.
Et murmurauerunt populus contra Moſeh, dicendo: quid
bibemus? Et clamauit ad dominum,& docuit eum domi-
Iudith.5.e nus lignum , & proiecit in aquas, & dulcuerunt aquæ. Ibi
eccleſi.38.a poſuit ei ſtatutum,& iudicium,& ibi tentauit eum .Et di-
G xit:Si obediendo obedieris voci domini dei tui, & rectum
in oculis eius feceris,& obtemperaueris præceptis eius,& cu
ſtodieris omnia ſtatuta eius,omnem infirmitatẽ quam poſui
in AEgypto, non ponam ſuper te: quia ego dominus ſa-
Nume.33.b nans te.Et venerunt in Elim, & ibi erant duodecim fontes a-
q̃rũ,& ſeptuagĩta palmæ,& caſtraetati ſunt ibi iuxta aquas.

¶Veniunt in deſertum Sin, murmurant pro cibo,pluit coturnices, & Man.

CAP. XVI.

ET profecti ſunt ex Elim, & venerunt omnis cœtus filio
rum Iſrael in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Si-
Sap.11.a nai,quintadecima die menſis ſecundi ab exitu eorum de ter-
ra AEgypti. Et murmurauerunt omnis congregatio filio-
rum Iſrael contra Moſeh, & Aharon in deſerto. Et dixerunt
ad eos filij Iſrael:Vtinam mortui eſſemus per manum domi
ni,in terra AEgypti, quando ſedebamus iuxta ollam carnis.
quando comedebamus panem ad ſaturitatem quia eduxiſtis
nos in deſertum hoc,ad interimendum omnẽ cœtum hunc
fame.Dixitq; dominus ad Moſeh:Ecce ego pluo vobis panẽ
de cœlo, & egredietur popul9,& colliget rem diei in die ſuo,
vt tentem eum,vtrum ambulet in lege mea,an non. Et erit
in die ſexta,parabunt quod afferent,& erit duplũ ad id quod
colligent [a] de die in diem.Dixitq; Moſeh , & Aharon ad o- a p ſingulas dies.
mnes filios Iſrael:Veſperi ſcietis quòd dominus eduxit vos
de terra AEgypti. Et mane videbitis gloriam domini, quũ
audierit murmuratiões veſtras contra dominum.Et nos qd
B ſumus,quia murmurare facitis contra nos? Dixitq; Moſeh:
Quum dederit vobis dominus veſperi carnem ad edẽdum,
& panem mane ad ſaturandum,cum audierit dominus mur
murationes veſtras quibus vos murmuratis contra eum.Et
nos quid ſumus?Non contra nos ſunt murmurationes ve-
ſtræ,ſed cõtra dominum. Dixitq; Moſeh ad Aharon: Dic ad
omnem cœtum filiorum Iſrael:Accedite ad conſpectum do
mini,quia audiuit murmurationes veſtras.Et fuit cum loque
C retur Aharon ad omnem cœtum filiorum Iſrael,reſpexerunt
ad deſertum,& ecce gloria domini conſpecta eſt in nube.Et
locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo: Audiui murmura- Eccleſi.45.a.
tiones filiorum Iſrael,loquere ad eos,dicendo:Inter veſperas
comedetis carnẽ,& mane ſaturabimini pane,& ſcietis quòd
ſum dominus deus veſter.Et fuit,in veſpera aſcenderunt co-
turnices,& operuerunt caſtra, & mane deſcẽdit ros circum
caſtra,& [b] excisa eſt deſcẽſio roris,& ecce erat in ſuperficie de Num.11.b. Pſalm.77.c.
ſerti minutum rotundum,minutum ſicut pruina ſuper terrã. Pſalmo.15.c
Et viderunt filij Iſrael,& dixerunt alter alteri: [c] Man,eſt, quia Iohann.6.d. 1.Corin.10.a
D ignorabãt quid eſſet.Et dixit Moſeh ad eos:Hic eſt panis,quẽ b ceſſauit deſcendere
dedit vobis dominus ad veſcendum.Hoc eſt quod præcepit
dominus:colligite ex eo ſinguli quantum ad veſcendum ſuffi c id eſt, qd eſt?uel donũ eſt.
ciat,Homer iuxta ſummam numeri animarum veſtrarũ, ſin-
guli pro iis,qui ſunt in tabernaculo ſuo, accipietis.Et fecerũt
ſic filij Iſrael,& collegerunt quidam plus,& quidam minus.Et
menſi ſunt Homer,& non plus habuit, qui plus collegit ne-
que minus habuit,qui minus collegit:ſed ſinguli quantum 2.Cori.8.d
ad veſcendum ſufficiebat, collegerunt.Dixitq; Moſeh ad eos:
Quiſquam non relinquat ex eo vſque mane.Et non audie-
runt Moſeh,& reliquerunt viri ex eo vſque mane,& vermicu
latus eſt vermes & fœtuit.Et iratus eſt contra eos Moſeh. Et
collegerunt illud ſingulo mane Vnuſquiſq; quantum ſufficie
E bat ſibi ad veſcendum.Et incaluit ſol,& liquefactum eſt.Et fu
it die ſexta collegerunt panem duplicem,duo Homer pro ſin
gulo.Et venerunt omnes principes congregationis, & nun-
tiauerunt ipſi Moſeh.Et dixit ad eos:Hoc eſt quod locutus
eſt dominus,requies ſabbati domino cras. Quod cocturi e-
ſtis,coquite:& quod lixaturi eſtis,lixate:& quicquid ſupereſt
dimittite vobis in cuſtodiam vſq; mane.Et dimiſerunt illud
vſq; mane,quemadmodũ præcepit Moſeh,& non fœtuit,nec
vermis fuit in eo.Dixitq; Moſeh:Comedite illud hodie, quia
ſabbatum eſt hodie domino.Hodie non inuenietis illud in a-
gro.Sex diebus colligetis illud,& die ſeptimo eſt ſabbatum.
Non erit in eo.Et fuit,die ſeptimo egreſſi ſunt è populo ad
colligendũ,& nõ inuenerũt. Dixitq; dominus ad Moſeh:Vſ-
F quequo renuiſtis cuſtodire præcepta mea,& leges meas? Vi-
dete q dominus dedit vobis ſabbatum.Idcirco ipſe dat vo-
bis die ſexto cibũ duorum dierũ.Manete vnuſquiſq; in loco
ſuo,ne egrediatur quiſquã è loco ſuo in die ſeptimo.Et ceſſa-
uerunt populus die ſeptimo.Et vocauerunt domus Iſrael no
men eius Man.Et erat tanquan ſemen coriandri album,et gu
G ſtus eius tanquã paſtæ cum melle.Dixitq; Moſeh:Hoc eſt qd
præcepit dominus,imple Homer ex eo ad cuſtodiam in ge-
neratiõibus veſtris,vt videat cibũ quem comedere feci vos
in deſerto,quãdo eduxi vos de terra AEgypti.dixitq; Moſeh
ad Aharon:Tolle vrnam vnam,& pone ibi plenum Homer
Man,& repone illud corã dño ad cuſtodiam in generationi-
bus veſtris.Quẽadmodũ præcepit dñs Moſeh,repoſuit illud
Aharõ corã teſtimonio ad cuſtodiã.Et filij Iſrael comederũt
Man q̃dragĩta annos,donec venerũt ad terram habitatam.
Man comedrunt, donec venerunt ad extremum terræ Che-
nahan.Et Homer decima pars Ephah eſt. Nehe.9.d Iudith.5.c.

¶ Veniunt in Rephidim, murmurantibus datur aqua e petra, pugnant contra Hamalec, uincuntq; orante Moſeh.

CAP. XVII.

A ET profecti ſunt omnis cætus filiorũ Iſrael è deſerto Sin, per profectiones ſuas ad ſermonem domini, & caſtra metati ſunt in Rephidim, & non erant aquæ, vt biberet populus. Et iurgatus eſt populus cum Moſeh, & dixerunt: Date nobis aquas, & bibemus. Dixitq; ei Moſeh: Quid iurgamini mecum? Cur tẽtatis dominũ? Et ſitiuit ibi populus propter aq̃s.

Num.20.a.

Et murmurauit populus cõtra Moſeh, & dixit: Vt quid aſcẽdere feciſti nos ex Aegypto, vt interficeres me, filioſq; meos, & pecora mea ſiti? Et clamauit Moſeh ad dominum, dicendo: Quid faciam populo huic? Adhuc modicum, & lapidabũt me. Dixitq; dominus ad Moſeh: Tranſi coram populo, & tolle tecum è ſenioribus Iſrael, & virgam tuam, qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua, & ibis: Ecce ego ſto coram te ibi ſuper petram in Coreh, & percuties petram, & egredient ex ea aquæ, & bibet populus. Et fecit ſic Moſeh in oculis ſeniorum Iſrael. Vocauitq; nomen loci Maſſah, & Meribah (id eſt, tentatio, & iurgium) propter iurgium filiorum Iſrael, & qa tentauerunt dominum, dicendo: Num eſt domin⁹ in medio noſtri, an nõ?

Sapr.14.e Pſal.77.b.1. Co.10.a.

C Et venit Hamalec, & pugnare decreuit cũ Iſrael in Rephidim. Dixitq; Moſeh ad Iehoſuah: Elige nobis viros, & egredere, pugna cum Hamalec. Cras ſto ſuper verticẽ collis, & virga dei erit in manu mea. Fecitq; Iehoſuah quemadmodum dixit ei Moſeh, pugnando cũ Hamalec. Et Moſeh et Aharon, & Chur aſcenderunt in verticem collis. Et fuit: qñ eleuabat Moſeh manum ſuam, præualebat Iſrael: & quando demittebat manum ſuam, præualebat Hamalec. Et manus Moſeh graues erant, et tulerunt lapidem, & poſuerunt ſubter eum, & ſedit ſuper eum, & Aharon, & Chur ſuſtinuerũt manibus ſuis, hinc vnus, & inde alter. Et fuit vtraque manus eius firma, donec occubuit ſol.

Iudith.4.d Sup.11.a. Deut.25.d

D Et contriuit Iehoſuah Hamalec, & populum eius acie gladij. Dixitque dominus ad Moſeh: Scribe hoc memoriale in libro, & pone in auribus Iehoſuah, qa delendo delebo mentionem Hamalec, ne ſit ſub cœlo. Et ędificauit Moſeh altare, & vocauit nomen eius Adonai niſſi, (id eſt, dominus [a] eleuatio mea.) Et dixit, quia manus ſuper [b] thronum domini, bellum domini cum Hamalec à generatione in generationem.

a uexillifer meus.
b uexillũ .ſ. bellicũ.

¶ Moſeh admittit conſilium Ithro ſoceri ſui, ſuper conſtituendis magiſtratibus.

CAP. XVIII.

A ET audiuit Ithro [c] ſacerdos Midian ſocer Moſeh omnia quæ fecit deus Moſeh, & Iſrael, populo eius, quòd eduxit dominus Iſrael ex Aegypto. Et tulit Ithro ſocer Moſeh Sipporah vxorem Moſeh poſt dimiſſionem eius, & duos filios eius, nomen vnius Gherſon, quia dixit, peregrinus fui in terra aliena. Et nomen alterius Elihezer, quia dixit deus patris mei auxilio mihi fuit, & eruit me à gladio Parhoh. Et venerunt Ithro ſocer Moſeh, & filij eius, & vxor eius ad Moſeh in deſertum, in quo caſtrametabatur ad montem dei. Et dixit ad Moſeh: Ego ſocer tuus Ithro venio ad te, & vxor tua, & duo filij ei⁹ ſunt cum ea. Et egreſſus eſt Moſeh in occurſum ſoceri ſui, & incuruauit ſe, & oſculatus eſt eum, & ſalutauit alter alterum pacifice, & venerunt ad tabernaculum.

c princeps.
ſup.2.d

B Et narrauit Moſeh ſocero ſuo omnia quæ fecit dominus Parhoni, et Aegyptijs propter Iſrael, omnem laborem qui repperit eos in via, & eripuit eos dominus. Et lætatus eſt Ithro ſuper omne bonum quod fecit dominus Iſraeli, quem eripuit è manu Aegyptiorũ. Dixitq; Ithro: Benedictus domin⁹ qui eruit vos è manu Aegyptiorum, & è manu Parhoh, qui eruit populum è manu Aegyptiorum. Nnnc cognoui, quòd magnus eſt dominus præ omnibus dijs, [d] eo quòd ſuperbe egerunt cõtra eos. Et obtulit Ithro ſocer Moſeh holocauſtum, et ſacrificia deo. Et venerunt Aharon & omnes ſeniores Iſrael ad comedendum panem cum ſocero Moſeh coram deo. Et fuit, in craſtino ſedit Moſeh ad iudicandum populum.

d Qm̃ in q̃ ſuperbe egerũt eſt ſuper ipſos .i. ſubmerſi ſunt q paulos ſubmergebãt & affligebant q affligebant.

C Et ſtetit populus iuxta Moſeh à mane vſque ad veſperam. Et vidit ſocer Moſeh oĩa quę faciebat populo, & dixit: Quid eſt hoc quod facis populo? Cur ſedes ſolus tu, & omnis populus ſtat iuxta te, à mane vſque ad veſperam? Dixitq; Moſeh ſocero ſuo: quia venit ad me populus ad inquirendum deum. Cum fuerit eis cauſa, veniũt ad me, & iudico inter vtrunq;, & notifico ſtatuta dei, & leges eius. Dixitq; ſocer Moſeh ad eũ: Nõ eſt bonum quod tu facis.

A Cadendo cades, & tu, etiam populus iſte, qui eſt, tecum, quia ſupra vires tuas eſt res. Non poteris facere eam ſolus. Nunc audiui vocem meam, conſulam tibi, & erit deus tecum. Eſto tu pro populo coram deo, & refer eius cauſas ad deum. Et monebis eos ſtatuta, & leges, & notificabis eis viam per quam ambulent, & opus quod faciant. Et tu conſidera ex omni populo viros fortes, timentes deum, viros veridicos, odiẽtes auaritiam, & pones ſuper eos tribunos, centuriones, quinquagenarios, decanos.

D Et iudicabunt populum omni tempore. Et erit, omnem rem magnã referent ad te, & omnem rem paruam iudicabunt ipſi, & ad alleuiandum te, ferent tecum. Si hoc feceris, & quæ præcepit tibi deus, poteris ſtare, & etiam omnis populus iſte, ad locum ſuum ibi pacifice. Et paruit Moſeh voci ſoceri ſui, & fecit omnia quæ dixit. Et elegit Moſeh viros fortes ex omni Iſrael, & poſuit eos capita ſuper populum tribunos, centuriones, quinquagenarios & decanos, & iudicabant populum omni tempore. Ardua referebant ad Moſeh, & omnia parua iudicabãt ipſi. Et deduxit Moſeh ſocerũ ſuum, & abijt ad terram ſuam.

¶ Veniunt in montem Sinai, Moſeh aſcendit montem, ſanctificatur populus, dominus apparet in monte.

CAP. XIX

IN menſe tertio egreſſionis filiorum Iſrael è terra Aegypti in die [d] ipſa venerunt in deſertum Sinai. Et profecti ſunt de Rephidim, & venerunt in deſertum Sinai & caſtrametati ſunt in deſerto, & caſtrametatus eſt ibi Iſrael contra montem.

A Et Moſeh aſcendit ad deum. Nam vocauerat eum dominus è monte, dicendo: Sic dices domui Iahacob, & annũtiabis filijs Iſrael. Vos vidiſtis, quæ feci Aegyptijs. Et eleuaui vos ſuper alas aquilarum, & adduxi vos ad me. Et nunc ſi obaudiẽdo obedieritis voci meę, et cuſtodieritis pactũ meũ, eritis mihi tanq̃ thesaurus dilectus præ omnibus populis, qa mea eſt omnis terra. Et vos eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hæc ſunt v̄ba quæ loqueris ad filios Iſrael. Et venit Moſeh, & vocauit ſeniores populi, & poſuit coram eis omnia verba iſta, quæ precipit ei dominus. E reſponderunt omnis populus pariter, & dixerunt: Omne quod locutus eſt dominus, faciemus. Et retulit Moſeh verba populi ad dñm.

d .i. prima.
Actu.7.e. Deut. 29. 1.Pe.2.b.

B Dixitq; dominus ad Moſeh: Ecce ego venio ad te in denſitate nubis, vt audiat populus, dum loquor tecum, & etiam tibi credant in ſeculum. Nũciauerat autem Moſeh verba populi domino. Dixitq; dominus ad Moſeh: Vade ad populum & [e] ſanctifica eos hodie, & cras, & lauabunt veſtimenta ſua. Et erunt parati ad diem tertium, quia die tertia deſcendet dominus in oculis omnis populi ſuper montem Sinai. Et pones terminum populo per circuitum, dicendo: Cauete vobis ne aſcendatis in montem neque tangatis finem eius. omnis qui tetigerit montem, moriendo morietur. Non tanget eum manus, ſed lapidando lapidabit̃, vel iaculando iaculabit̃, tã animal quàm vir non viuet. Quum prolixum ſonitum dederit buccina, ipſi aſcendent in montem. Et deſcendit Moſeh e mõte ad populum, & [f] ſanctificauit populum, & lauerunt veſtimenta ſua, Et dixit ad populum: Eſtote parati ad tres dies, ne appropinquetis vxori. Et fuit, die tertia, cùm eſſet mane, fuerunt tonitrua, & fulgura, & nubes grauis ſuper montem, & ſonitus buccinæ fortis valde, & expauit omnis populus qui erat in caſtris. Et eduxit Moſeh populũ in occurſum dei e caſtris, & ſteterunt in inferiori parte montis. Et mons Sinai fumabat totus, eò quòd deſcendiſſet ſuper eum dominus in igne, & aſcẽdit fumus eius, ſicut fumus fornacis, & commotus eſt

e præpara.
Heb.12.e
f præparauit
Deut.4.b



tus eſt omnis mons valde. Et fuit, ſonitus buccinæ eunte, & fortificãte ſe valde, Moſeh loquebatur, & deus reſpondebat ei in voce. Et deſcendit dominus ſuper montẽ Sinai ſuper verticẽ montis: Et vocauit dominus Moſeh ad verticem montis. Et aſcendit Moſeh.

D Dixitq; dominus ad Moſeh: Deſcende conteſtare populum, ne forte deſtruat terminũ vt aſcendant ad dominum, vt videant, & corruant ex eis multi. Et etiam ſacerdotes qui accedunt ad dominum, ſanctificabunt ſe, ne forte in eis diuiſionem faciat dominus. Dixitq; Moſeh ad dominum: Non poterit populus aſcendere ad montem Sinai, qa tu conteſtatus es nos, dicendo: Termina montem, & ſanctifica eum. Dixitq; ad eum dominus: Vade, deſcende, & aſcende tu, & Aharõ tecum, & ſacerdotes, & populus, ne diruant terminum, vt aſcendant ad dominum, ne forte diuiſionem faciat in eis. Deſcenditq; Moſeh ad populum, & dixit ad eos.

¶ Dantur decem præcepta.

CAP. XX.

A ET locutus eſt deus omnia verba iſta, dicendo: Ego dominus deus tuus, qui eduxi te è terra Aegypti, è domo ſeruorũ. Non erunt tibi dij alij corã me. Non facies tibi ſculptile, & omnẽ ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo ſurſum, & quæ eſt in terra deorſum, & quæ in aquis ſubter terrã. Non incuruabis te eis, neq; coles eas. Quia ego dominus deus tuus, [a] deus zelotes viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, ſuper tertios, & ſuper quartos odientibus me. Et faciens miſericordiã millibus diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea. Non aſſumes nomen domini dei tui [b] in vanum, quià non innocentem dominus iudicabit eum qui aſſumpſerit nomen eius in vanum.

Deu.5.a Pſal.80.c Leui.26. Deute.5.a Pſal.96.b
a fortis
Deute.5.b Leui.19.c Matth.5.e
b falſo

B Recordare diei ſabbati, vt ſanctifices illũ. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Et die ſeptimo ſabbatum eſt domino deo tuo. Non facies omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, & animal tuum, & peregrinus tuus, qui eſt intra [c] portas tuas. Quia ſex diebus fecit dominus cœlum, & terram mare, & omnia quæ ſunt in eis, & requieuit die ſeptimo. Idcirco benedixit dominus diei ſabbati, & ſanctificauit eum.

Ezec.20.b Deute.5.b Infra.31.b
c urbes
Gen.2.a

C Honora patem tuum, & matrem tuam, vt prolongentur dies tui ſuper terram, quã dominus deus tuus dat tibi. Non occides. Non committes adulteriũ. Non furaberjs. Nõ teſtificaberis in [d] proximũ tuũ teſtimoniũ mendax. Nõ cõcupiſces domũ proximi tui, nõ cõcupiſces vxorem proximi tui, neq; ſeruum eius, neq; ancillã eius, neq; bouẽ eius, neq; aſinum eius, neq; om̃e quod eſt proximo tuo. Et omnis populus videbat tonitrua, & lampades, & ſonitũ buccinæ, & montẽ fumantem. Et vidit populus, & mouerunt ſe, & ſteterunt procul. Et dixerunt ad Moſeh: Loquere tu nobiſcum, & audiemus, & ne loquatur nobiſcũ deus, ne forte moriamur. Dixitq; Moſeh ad populum: Ne timeatis, quia vt tentaret vos, venit deus, & vt eſſet timor eius coram vobis, vt non peccetis. Et ſtetit populus procul, & Moſeh appropinquauit ad caliginẽ in qua erat deus. Dixitq; dominus ad Moſeh, Sic dices ad filios Iſrael: Vos vidiſtis quod

d amicum
Deute.5.b Matt.15.a Ephe.6.a Matth.5.c Rom.7.b
Heb.12.c. Deut.18.c

D è cœlo locutus ſum vobiſcum. Non facietis mecum deos argentos, & deos aureos non facietis vobis. Altare terreum facies mihi, & immolabis ſuper illud holocauſta tua, & pacifica tua pecudes tuas, & boues tuos in omni loco quo memorare faciã nomẽ meũ, veniã ad te, & benedicam tibi. Et ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis eos exciſos. Si malleum tuum eleuaueris ſuper illud, pollues illud. Et non aſcendes p grad⁹ ad altare meũ, vt nõ detegat̃ turpitudo tua ſup illud.

Deut.27.a Ioſu.8.f.

¶ De ſeruis emendis, de homicidio, de parentibus non percutiendis, aut maledicendis, de furtis, de rixantibus, de pœna talionis, de boue cornupeta.

CAP. XXI.

A ET hæc ſunt iudicia quæ pones coram eis. Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet, & in ſeptimo egredietur liber gratis. Si cum corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur. Si maritus mulieris erat, egredietur vxor eius ſecum. Si dominus eius dedit ei vxorem & peperit ei filios, vel filias, vxor, & filij eius, erunt domino eius, & ipſe egredietur cum corpore ſuo. Et ſi dicendo dixerit ſeruus: dilexi dominum meum, vxorem meam, & filios meos, non egrediar liber, accedere faciet eum dominus ſuus ad iudices, et accedere faciet eum ad oſtium, vel ad poſtem, & perforabit dominus eius, aurem eius ſubula, & ſeruiet ei in ſeculũ.

Deut.13.a Iere.34.c

B Et ſi vendiderit vir filiam ſuam in ancillam, non egredietur quemadmodum egrediuntur ſerui. Si diſplicuerit in oculis domini ſui, qui [a] non deſponſauit eam, redimere faciet eam, populo alieno, non erit poteſtas vendẽdi eam, cum ſpreuerit eam. Et ſi filio ſuo deſponderit eam, ſecundum morem filiarum, faciet ei. Si alterã acceperit ſibi alimentum eius: operimentum eius, & tẽpus eius non diminuet. Et ſi tria hæc non fecerit ei, egredietur gratis abſq; argento. Qui percuſſerit virũ, & mortuus fuerit, moriendo morietur.

a q nemini eũ deſponſ... pecunia ... Vel ... Leui...

C Et ſi non inſidiatus eſt ei, ſed deus fuit cauſa, vt veniret ad manum eius, ponam tibi locum ad quem fugiet. Sin vero voluntariæ egerit vir cõtra ſocium ſuum occidendo eum dolo, ab altari meo tolles eum, vt moriatur. Et qui percuſſerit patrẽ ſuum, & matrem ſuam, moriẽdo moriatur. Et qui furatus fuerit virum, & vendiderit eum, & inuentus fuerit in manu eius, moriendo moriatur. Et qui maledixerit patri ſuo, & matri ſuæ, moriendo moriatur. Et ſi rixati fuerint viri, & percuſſerit quiſpiã ſocium ſuum lapide, vel pugno, & non fuerit mortuus, ſed ceciderit in lectũ: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foras ſuper baculo ſuo, innocens erit qui percuſſit, tantũ damnum ceſſationis eius dabit, & medendo mederi faciet.

Leui.20.b
Pro.20.c Marc.7.a Mat.15.b

D Et ſi percuſſerit quiſpiã ſeruum ſuum, vel ancillã ſuã baculo & mortuus fuerit ſub manu eius, vindicãdo vindicabitur. Veruntñ ſi per diem, vel per duos dies ſteterit, non vindicabitur, quia argentum eius eſt. Et ſi rixati fuerint viri, & percuſſerint mulierem prægnantem, & egreſſi fuerint nati eius, & non fuerit mors, puniendo punietur, quemadmodum impoſuerit ei maritus mulieris, & dabit, vt ſtatuerint iudices. Et ſi mors fuerit, dabis animam pro anima, oculum p oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem p liuore.

Matth.5.f Leui.20.d Deu.19.d

E Et ſi percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui, vel oculũ ancillæ ſuæ, & corruperit eum, liberum dimittet eum pro oculo eius. Et ſi dentẽ ſerui ſui, vel dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberum dimittet eum pro dente eius. Et ſi cornu petierit bos virũ, vel mulierem, & mortuus fuerit, lapidando lapidabit̃ bos, & non comedetur de carne eius, & dominus bouis erit innocens. Et ſi bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiuſtertius, & conteſtatio facta fuerit domino eius, & non cuſtodierit eum, & occiderit virum, vel mulierem, bos lapidabitur, & etiam dominus eius morietur.

F Si redemptio impoſita fuerit ei, dabit redemptionem animæ ſuæ iuxta omne qđ impoſitum fuerit ei. Si filium vel filiam cornu petierit, ſecundum iudicium hoc fiet ei. Si ſeruum cornu petierit bos, vel ancillam, argenti triginta ſeclos dabit domino eius, & bos lapidabit̃. Et ſi aperuerit quiſpiã ciſternã, vel ſi fodierit q̃ſpiã ciſternã & non cooperuerit eã, & ceciderit illuc bos, vel aſinus, dñs ciſternæ reddet argẽtũ, & reſtituet dño ei⁹, & qđ mortuũ eſt, erit ſibi. Et ſi percuſſerit bos cuiuſpiam, bouem proximi

G ſui, & mortuus fuerit, vẽdent bouem viuum, & dimidiabũt argentum eius, & etiam mortuum dimidiabũt. Vel notum eſt quod bos cornupeta erat ab heri & nudiuſtertius, & nõ cuſtodierit eum dñs eius, reddendo reddet bouem pro boue, & mortuus erit ſibi.

¶ De furtis, damnis, factis, mutuis, uirgine ſeducta, maleficis, idololatris, aduenis, uiduis, pupillis, pignoribus, honorandis magiſtratibus, decimis, & primitijs.

CAP. XXII.

A SI furatus fuerit quiſpiã bouẽ, vel pecus paruũ, & iugulauerit eum, vel vendiderit eum, quinque boues reddet p boue, & quatuor pecudes pro pecude. Si cum perfoſſorio inuentus fuerit fur, & percuſſus fuerit, & mortuus fuerit, non erit percuſſor morti obnoxius. Si ortus fuerit ſol ſuper eum, erit morti obnoxius, reddendo reddet fur: ſi non eſt ei, vendetur propter furtum ſuum. Si inueniendo inuentum fuerit in manu eius furtum à boue vſque ad aſinum, vſque ad pec⁹,

idcꝫ viuum,duplũ reddet.Si paſci fecerit quiſpiam agrũ, vel
vineam,& dimiſerit iumentũ ſuum,& paſtum fuerit in agro
altereus,bonitatem agri ſui,& bonitatem vineæ ſuæ reddet.
Si egreſſus fuerit ignis,& inuenerit ſpinas,& conſumptus fue
B rit aceruus frugũ,vel ſeges,vel ager,reddẽdo reddet ſuccedẽs
a amico ſuccenſionẽ.Si dederit quiſpiã[a] proximo ſuo argentũ vel va
ſa ad cuſtodiendũ,& furto ablatũ fuerit è domo ipſius:ſi inuẽ
tꝰ fuerit fur,reddet duplũ:ſi nõ inuentꝰ fuerit fur,accedet do-
minus domus ad iudices,vt ſciant, ꝙ non miſit manũ ſuã in
ſubſtantiam proximi ſui.Super omni re præuaricationis,ſu-
per boue,ſuper aſino,ſuper pecude,ſuper veſtimento, ſuper
omni re amiſſa:quum dixerit quiſpiã hoc eſſe,ad iudices ve-
niet cauſa amborũ.Is quem condemnauerint iudices,reddet
duplum proximo ſuo.Si dederit quis proximo ſuo aſinum,
vel bouem,vel pecus,& om̃e animal ad cuſtodiendũ, & mor
tuum fuerit,vel confractum,vel raptum nemine vidente,iu-
ramentum domini erit inter vtrunqꝫ:ſi non miſit manum ſu
Gene.31.f am in ſubſtantiam ꝓximi ſui & ſuſcipiet dominus eius & non
C reddet.Et ſi furto ablatum fuerit ab eo,reddet domino eius.
Si rapiendo raptum fuerit,adducet teſtem,raptum non red-
det.Et ſi accommodatum acceperit quiſpiã à proximo ſuo,
& confractum fuerit,vel mortuum fuerit,domino eius non
exiſtente ſecum,reddendo reddet.Si dominus eius fuerit cũ
eo,non reddet[b].Si mercenarius eſt,venit propter mercedem
b ꝓſertim ſi conductitia res eſt ueniẽs ſuam.Et ſi ſeduxerit quiſpiam virginem,quæ non eſt deſpon
ſata,& coierit cum ea dotãdo dotabit eam ſibi in vxorem.
Si renuendo renuerit pater eius dare eam ſibi,argentum ap-
Leui.19.g Zach.7.c pendet,iuxta dotem virginum. Maleficam non ſines viuere.
Omnis coiens cum animali,moriendo morietur.Immolans
diis occidetur,præter ꝙ domino ſoli.Et peregrino non infe
res vim,& non opprimes eum,quia peregrini fuiſtis in terra
Aegypti.Omnem viduam,& pupillum non affligetis. Si af-
D fligendo afflixeris eum,quia ſi clamando clamauerit ad me,
audiendo audiam clamorem eius.Iraſcetur furor meus,& oc
cidam vos gladio,& erunt vxores veſtræ viduæ,& filij veſtri
pupilli.Si pecũiam mutuaueris populo meo pauperi qui eſt
tecum,non eris ei ſicut vſurarius.Non ponetis ſuper eum v-
ſuram.Si in pignus recipiendo in pignus receperis veſtimen-
Acto.23.a tum proximi tui,cum occubuerit ſol reſtitues illud ei, quia
eſt operimentum eius:tantum illud veſtimentum eſt pelli ſuę,
in quo dormiat.Et erit ſi clamauerit ad me,exaudiã,quia mi
ſericors ſum.Iudicibus non maledices, & principi in populo
tuo non maledices . Primitias ſementis tuæ,cum fuerint ma-
Ezec.44.g. turæ,& primitias vini tui(inſtar lachrymæ deſcendentis è tor
Leui.22.b culari)non tardabis . Primogenitum filiorum tuorum da-
bis mihi . Sic facies boui tuo,pecori tuo. Septem diebus erit
cum matre ſua,& die octauo dabis eum mihi. Et viri ſanctita
tis eritis mihi,& carnem in agro raptam,non comedetis. Ca
ni proijcietis eam.

¶De æquitate iudicij,peregrinis, ſabbato ſeptimi anni, & de tri bus ſol ennitatibus anni,azymis,primitiis,promiſſio benedictio num ſeruantibus mandata. CAP XXIII.

A NOn ſuſcipies auditionem mendacij.Ne ponas manum
tuam cum impio, vt ſis teſtis mendax. Non eris poſt
multos ad mala,& non reſpondebis in cauſa,vt declines poſt
c peruertendũ iudicium. multos ad [c] declinandum.Et pauperem non honorabis in
cauſa ſua.Si occurreris boui inimicantis tibi,vel aſino eius er
d deſiſtes a negligendo ipſum. ranti,reducendo reduces eum illi.Si videris aſinum odio ha-
bentis te cubantem ſub onere ſuo [d] deſines auxiliari ei:Auxi-
Deut.22.a. liando auxiliaberis ſecum:Non peruertes iudicium mendici
Dani.13.f Deu.16.d tui in cauſa eius.A verbo mendacij elongabis te,& innocen-
Eccl.20.d tem & iuſtum ne occidas,quia non iuſtificabo impiũ. Et mu
nus non accipies,quia munus excæcat videntes, & peruertit
verba iuſtorum. Et peregrinum anguſtijs non afficies,& vos
B noſtis animam peregrini,quia peregrini fuiſtis in terra Aegy
Gene.46.a. pti. Et ſex annis ſeres terram tuam:& congregabis prouen-
tum eius.Et ſeptimo relinques eam & dimittes eam.Et come
dẽt mendici populi tui,& reſiduum eorum comedet beſtia
agri. Sic facies vineæ tuæ,& oliueto tuo.Sex diebꝰ facies ope
Gen.46.g ra tua,& die ſeptimo requieſces,vt requieſcat bos tuus,& aſi
nus tuus,& requieſcat anima filij ancillæ tuæ,& peregrinus.
Et in omnibus quæ dixi vobis,cauti eritis,& nomẽ deorum
C alio rum non memorabitis. Non audietur in ore tuo. Tri-
bus vicibus feſtum ages mihi in anno.Solennitatem infermẽ
tatorum cuſtodies.Septem diebꝰ comedes infermentata,quẽ a ſcilicet agnitis
admodum præcepi tibi tempore menſis [a] quo incipiũt mat
Supra.13.a. Infra.34.c Deut.16.a Eccl.33.a reſcere fruges:quia in eo egreſſus es ex Aegypto,& non con-
ſpicientur coram me vacui.Et ſolennitatem meſſis primitiuo
rum operum tuorum,quæ ſeminaueris in agro,& ſolennita-
tem collectionis, quando egreditur annus,& quando colle-
geris opera tua ex agro.Tribus vicibus in anno conſpicietur
D omnis maſculus tuus coram dominatore domino.Non im
molabis ſuper fermentato ſanguinẽ victimæ meæ,neqꝫ per-
Deu.14.e noctabit adeps agni mei uſqꝫ mane.Primitias primitiuorum
terræ tuæ adduces in domum domini dei tui. Non coques
Infra.34.c hœdum in lacte matris ſuæ.Ecce ego mitto angelum coram
te,vt cuſtodiat te in via,& introducat te in locum quem pa-
raui.Caue à facie eius,& audi uocem eius,ne exacerbes eum,
quia non parcet præuaricationi veſtræ,quia nomen meum
in medio eius.Quia ſi audiendo audieris vocem eius,& fece-
Infra.33.a Ioſu.24.c ris omnia quæ loquor,odio habebo odio habentes te:& an-
E Deut.7.c guſtiis afficiam,anguſtiis afficientes te.Quia ibit angelus me-
us ante te,& introducet te ad Emoręum & Chitthæum, &
Perizæum,& Chenahanæum,Chiuuæum,& Iebuſæum, &
ſuccidam eum.Non incuruabis te diis eorum neqꝫ coles eos,
& non facies ſecundum opera eorum,ſed deſtruendo deſtru
es eos,& confringendo confringes ſtatuas eorum. Et coletis
dominum deum veſtrum,& benedicet [b] pani tuo,& aquis
F b eſcꝫ tuæ tuis,& remouebo infirmitatem è medio tui.Non erit abor-
Deut.7.c tiens & ſterilis in terra tua.Numerum dierum tuorum com-
plebo.Terrorem meum mittam ante te,& perdam omnem
populum,ad quem ingredieris,& dabo omnes inimicos tu-
os tibi ceruicem vertentes.Et mittam crabronem ante te, &
expellet Chiuuæum,& Chenahanæum,& Chitthæum à fa-
cie tua.Non eiiciam eum à facie tua anno vno,ne forte ſit ter
G ra deſolata,& multipliceter cõtra te beſtia agri.Paulatim,pau
latim eiiciã eũ à facie tua,donec creſcas,& hęreditate accipias
terram.Et ponam terminum tuum à mari Suph,vſqꝫ ad ma-
Deu.7.a Infra.34.b re Peliſtim,& à deſerto vſque ad flumen,quia dabo in manu
veſtra habitatores terræ,& eiicies eos à facie tua.Non percu-
ties cum eis,& diis eorum fœdus.Non habitabunt in terra
tua,ne forte peccare faciant te mihi quando colueris deos eo
rum quia erit tibi in laqueum.

¶Moſeh rurſus montem aſcendit,ſcribit,c. nſecratque uolumen fœderis,rurſus aſcendit,acceptiſque tabulis manet in monte qua draginta diebus & noctibus. CAP. XXIIII.

A ET ad Moſes dixit:Aſcẽde ad dominum tu,& Aharon,
Nadab,& Abihu,& ſeptuaginta è ſenoribus Iſrael, &
incuruabitis vos procul.Et accedat Moſeh tantum ad do-
minum,& ipſi non appropinquant, & populus non aſcen-
det cum eo.Et venit Moſeh,& narrauit populo omnia ver-
ba domini,& omnia iudicia.Et reſpondit omnis populꝰ vo-
ce vna, & dixerunt:Omnia verba quæ locutus eſt dominus
faciemus:Et ſcripſit Moſeh omnia verba domini & ſurrexit
B mane,& ædificauit altare ſub monte,& duodecim ſtatuas ſe-
cundum duodecim tribus Iſrael.Et miſit pueros filiorum Iſ-
rael,& immolauerunt holocauſta,& ſacrificauerunt ſacrificia
pacifica domino vitulos.Et tulit Moſeh dimidiũ ſanguinis,
& poſuit in crateribus,& dimidium ſanguinis ſparſit ſuper al
tare.Et tulit librum fœderis.Et legit in auribus populi,& di-
xerunt:Omnia quæ locutus eſt dñs,faciemus & audiemus.
Et tulit Moſeh ſanguinẽ,& ſparſit ſuper populum, & dixit: Heb.9.c
Ecce ſanguis fœderis,quod pepigit dominus vobiſcum ſup
C omnibus verbis his.Et aſcendit Moſeh.& Aharon, Nadab,
& Abihu,& ſeptuaginta è ſenioribus Iſrael.Et viderunt deũ
Iſrael.Et ſub pedibus eius erat ſicut opus lapidis ſaphyrini &
ſicut a-



ſicut aſpectus cœli in ſerenitate.Et ad principes filiorum Iſra-
el [a] non miſit manum ſuam.Et viderũt deum,& comederũt,
& biberunt. Dixitqꝫ dominus ad Moſeh: Aſcende ad me in
a Nõ ita eos ſatiauit ſplendor, ſine cibo manerent ſicut Moſeh. montem,& eſto ibi,& dabo tibi tabulas lapideas,& legem,&
mandatum,quæ ſcripſi ad docendum eos.Et ſurrexit Moſeh,
& Iehoſuah miniſter eius,& aſcendit Moſeh in montem dei.
Et ad ſeniores dixit:Manete hic,donec reuertamur ad vos.Et
D ecce Aharon,& Chur ſunt vobiſcum:quiſquis habuerit cau-
ſas,accedat ad eos.Et aſcendit Moſeh in montem,& operuit
nubes mõtem.Et habitauit gloria domini ſuper montem Si-
nai,& operuit eum nubes ſex diebus.Et vocauit Moſeh die ſe
ptimo è medio nubis.Et aſpectus gloriæ domini erat tanquã
ignis ardens in vertice montis in oculis filiorum Iſrael.Et in-
greſſus eſt Moſeh in medium nubis, & aſcendit in montem.
Et fuit Moſeh in mõte q̃draginta dies,& quadraginta noctes.

¶Form ſanctuarij,arcæ,teſtimonij,propitiatorij,menſæ,ſacrorũ uaſorum,candelabri,& lucernarum. CAP. XXV.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Loquere ad
filios Iſrael,& accipient mihi oblationem.Ab omni vi-
ro,quem ſpontaneum faciet cor eius,capietis oblationẽ me-
am.Et iſta eſt oblatio quam capietis ab eis.Aurum,& argen-
Infra.35.a. b uermiculũ cocci tum,& æs.Et hyacinthum,& purpuram,[b] coccum bis tin-
ctum,& byſſum,& pilos caprarum.Et pelles arietum rubri-
catas,& pellex taxorum,& ligna Sitthim.Oleum pro lumina
c qui implẽt loca uacua et inſculpuntur ri, aromata pro oleo vnctionis, & pro thymiamate aro-
matum.Lapides onychinos,& lapides [c] plenitudinum pro
Ephod,& pro pectorali.Et facient mihi ſanctuarium,& habi
tabo in medio eorum.Secundum omnia quæ ego videre fa-
cio te,& ſimilitudinem habitaculi,& ſimilitudinem omnium
vaſorum eius,ſic facietis.Et facient arcã è lignis Sitthim. Duo
Heb.9.d. cubiti & dimidium,erit longitudo eius:& cubitus & dimidi
B um,latitudo eius:& cubitus & dimidium,altitudo eius.Et o-
peries eam auro mundo. Intrinſecus, & extrinſecus operies
eam,& facies ſuper eam coronam auream in circuitu.Et fun-
des ei quatuor anulos aureos,& pones in quatuor angulis e-
ius,& duos anulos in latere eius vno,& duos anulos in late-
re eius ſecundo. Et facies vectes ex lignis Sitthim & coope-
ries eos auro.Et induces vectes in anulos,qui ſunt in lateribꝰ
arcæ ad portandum arcam cum eis.In anulis arcæ erunt ve-
ctes,non remouebuntur ab ea.Et pones in arca teſtimonium
d operimẽtũ quod dabo tibi.Et facies [d] propiciatorium ex auro mundo.
Duorum cubitorum & dimidij,erit longitudo eius:& cubi-
ti & dimidij,latitudo eius.Et facies duos Cherubim aureos,
ductiles facies eos à duabus extremitatibus propitiatorij. Et
fac Cherub vnũ ab extremo hic & Cherub alterũ ab extremo
inde, à ꝓpiciatorio facietis Cherubim,in duabus extremita-
tibꝰ eius.Et Cherubim expãdẽt alas ſupne,tegẽtes alis ſuis pro
pitiatoriũ,& facies eorũ erit altera ad alterã,ad ꝓpitiatorium
erũt facies Cherubim. Et pões ꝓpitiatoriũ ſuper arcam ſuper
ne,& in arca pones teſtimonium,quod dabo tibi. Et conue-
niam tecum ibi,& loquar tecum è propiciatorio quod eſt in
ter duos Cherubim ſuper arcam teſtimonij,omnia quæ præ
C cipiam tibi ad filios Iſrael.Et facies menſam è lignis Sitthim.
Duorum cubitorum,erit longitudo eius:& cubitus,latitudo
eius:& cubitus & dimidium,altitudo eius. Et teges eam au-
ro mũdo,& facies ei coronam auream in circuitu.Et facies ei
clauſuram quatuor digitorum in circuitu.Et facies coronam
auream clauſuræ eius in circuitu . Et facies ei quatuor anu-
los aureos,& pones anulos in quatuor angulis q ſunt quatu
or pedibus eius.Cõtra clauſuram erunt annuli, qui recipi-
ent vectes ad portandum menſam.Et facies vectes è lignis Sit
thim,& operies eos auro,& portabitur cum illis menſa.Et fa
cies ſcutellas eius,& cochlearia eius,& medios calamos eius,
& cyathos eiꝰ, quibus libabitur,ex auro mundo facies.Et po
nes ſuper menſam panem facierum coram me iugiter.Et faci
f ſcyphi es candelabrum ex auro mundo.Ductile fiet candelabrum.
Haſtile eius & calamus eius,& [f] ſphærulæ eius,& flores eius
D ex ipſo erunt.Et ſex calami egredientur è lateribus eius,tres ca
lami candelabri ex latere vno, & tres calami candelabri ex la-
tere altero.Tres calices amygdalati in calamo vno,ſphærula,
& flos:& tres calices amygdalati in calamo altero ſphærula
& flos:ſic ſex calamis egredientibus è candelabro Et in cande
labro erunt quatuor calices amygdalati,ſphærulæ eius,& flo
res eius.Et ſpherula ſub duobus calamis ex ipſo,& ſphærula
ſub duobus calamis ex ipſo,& ſphærula ſub duobus calamis
ex ipſo:ſex calamis egredientibus è candelabro.Sphærulæ eo
rum:& calami eorum ex ipſo erũt totũ ipſum ductile vnum,
ex auro mundo.Et facies lucernas eius ſeptem,& accendere fa
cies lucernas eius,& lucere facies contra faciẽ eius.Et forcipes
ipſius,& receptacula eius ex auro mundo . Et talento auri
mundi facies illud & omnia vaſa iſta.Et vide,& fac ſecũdum
ſimilitudinem eorum,quam tu factus es videre in monte.

¶Forma tabernaculi,& ueli,Sinus arcæ,propitiatorii,menſæ,& candelabri. CAP. XXVI.

A ET tabernaculum facies è decem cortinis è byſſo retorta,
& hyacinto & purpera,& vermiculo cocci.Cherubim
opere phrygionico facies.Longitudo cortinæ vniꝰ erit octo
& viginti cubitorum,& latitudo quatuor cubitorũ cortinæ
vnius.Menſura vna erit omnibus cortinis. Quinqꝫ cortinæ
erunt cõiunctæ altera ad alteram,& quinqꝫ cortinæ cõiunctę
altera ad alterã.Et facies laqueolos hyacinthinos ĩ ora cortinę
vnius ab extremo in coniunctione,& ſic facies in ora cortinæ
extreme in cõiunctiõe ſecũdæ.Quinquaginta laqueolos facies
in cortina vna,& quinquaginta laqueolos facies in extremo
B cortinæ,quæ eſt in coniunctione ſecundæ.Oppoſiti erunt la-
queoli alter ad alterũ.Et facies quinquaginta vncinos aureos,
& coniũges cortinas alteram ad alterã cum vncinis,& erit ta
bernaculum vnum.Et facies cortinas è pilis caprarũ ad ope-
rimentum ſuper tabernaculum:vndecim cortinas facies.Lõ-
gitudo cortinæ vnius triginta cubitorum,& latitudo quatu
or cubitorum cortinæ vnius. Mẽſura vna erit vndecim cor
C tinis.Et coniunges quinqꝫ cortina ſeorſum,& ſex cortinas ſe-
orſum,& duplicabis cortinã in ſextam cõtra faciem tecti. Et
facies quinquaginta laqueolos ĩ ora cortinæ vnius extreme
in cõiuntione,& qnquaginta laqueolos in ora cortinę cõiun-
ctiõis ſecũdæ.Et facies vncinos æreos quinquaginta: & indu
ces vncinos in laqueolos,& coniunges tectum,& erit vnum.
Et ſuperfluitas quæ ſuperfuit in cortinis tecti, dimidium
cortinæ q̃ ſupfluit ſuperfluet in poſterioribus tabernaculi. Et
cubitus hinc,& cubitus inde in ſuperfluente in longitudine
cortinarum tecti,erit ſuperfluũ in lateribus tabernaculi hinc
& inde ad tegendum illud.Et facies operimentum tecto è pel
libus arietum rubricatis, & operimentum è pellibus taxo-
D rum ſuperne.Et facies tabulas tabernaculo è lignis Sitthim
ſtantes.Decem cubitorũ longitudo tabulæ:& cubiti,& dimi
dij cubiti,latitudo tabulæ vnius.Duæ incaſtraturæ erunt ta-
bulæ vni,diſpoſitæ altera ad alterã:ſic facies oĩbus tabulis ta-
bernaculi.Et facies tabulas tabernaculo,vigĩti tabulas ad latꝰ
meridianũ ad auſtrũ.Et quadraginta baſes argẽteas facies ſub
ter viginti tabulas,duas baſes ſubter tabulam vnam,duabus
incaſtraturis eius,& duas baſes ſubter tabulam alteram dua-
bus incaſtraturis eius.Et lateri tabernaculi ſecundo ad plagã
aquilonis,viginti tabulas.Et quadraginta baſes earum argen
teas,duas baſes ſubter tabulam vnam,& duas baſes ſubter ta
bulam alteram.Et ad latera tabernaculi ad occidentem facies
ſex tabulas. Et duas tabulas facies in angulis tabernaculi in
E duobus lateribus.Et erunt geminatæ inferne,& pariter erunt
geminatę ſuper caput eius ad anulum vnum.Sic erit amba-
bus ipſis,in duobus angulis erunt.Et erunt octo tabulæ, &
baſes earũ argenteæ,ſedecim baſes.Duæ baſes ſubter tabulam
vnam,& duæ baſes ſubter tabulã alteram.Et facies vectes è li-
gnis Sitthim,quinqꝫ tabulis lateris tabernaculi vnius.Et quin
que vectes tabulis lateris tabernaculi ſecundi,& quinqꝫ vectes
tabulis lateris tabernaculi ad duo latera ad occidentem.Et ve

ctis medius in medio tabularū erit tranſiens ab extremo ad
extremū. Et tabulas teges auro,& anulos earum facies ex au-
F ro loca vectibꝰ, & cooperies vectes auro. Et erigere facies ta
bernaculū ſecundū diſpoſitionē eius, quā factus es videre in
monte. Et facies velū ex hyacintho,& purpura,& vermiculo
cocci, & byſſo retorta, opere phrygionico facies illud cū fi-
guris Cherubim. Et pones illud ſup quatuor colūnis Sitthim
obductis auro,& vncini earū aurei ſuper quatuor baſes ar-
genteas. Et pones velū ſubter vncinos,& introduces illud in
tra velū arcā teſtimonij,& diuidet velū vobis inter ſanctitatē,
& ſanctitatē ſanctitatū. Et pones ꝓpitiatoriū ſup arcā teſtimo
G nij in ſanctitate ſanctitatū. Et pones menſam extra velū,& cā
delabrū cōtra mēſam ī latere tabernaculi ad auſtrū,& mēſam
pones ī latere aqlonis. Et facies aulæū ad oſtiū tabernaculi ex
hyacintho,& purpura,& vermiculo cocci,& byſſo retorta,
ope acupictoris. Et facies aulęo qnq; colūnas Sitthinas, et coo
pies eas auro,& vncini earū aurei,& fūdes ei qnq; baſes ęreas.

¶Forma altaris, atrij, tentoriorū, colūnarū, ac de oleo lucernæ. CAP. XXVII.

A ET facies altare ē lignis Sitthim, quinq; cubitorū erit lon *Heb.8.b. Actu.7.f.*
gitudo,& quinq; cubitorū latitudo. Quadratum erit al
tare,& triū cubitorū altitudo eiꝰ. Et facies cornua eius in qua
tuor angulis eius. Ex ipſo erūt cornua eius,& cooperies illud
ære. Et facies lebetes eius ad remouendū cinerē eius,& ſcopas
eius,& crateras eius, & [a] fuſcinulas eius,& receptacula eius. *a tridentes*
Omia vaſa eius facies ex ære. Et facies ei cribrū opere reticu-
lato æreū. Et facies in reti quatuor anulos, in quatuor extremi
tatibus eius. Et pones illud ſubter ambitū altaris inferne,& e-
B rit rete vſq; ad mediū altaris. Et facies vectes altari, vectes ē li-
gnis Sitthim,& cooperies eos ære. Et inducētur vectes eius in
anulos,& erūt vectes in duobus lateribus altaris ad ferendū
illud. Cū vacuo inter tabulas facies illud. Quēadmodū vide-
re fecit te in mōte, ſic facient. Et facies atriū tabernaculi ad pla
gam auſtralē ad meridianā. Cortinæ erūt atrio ē byſſo retor-
tę. Centū cubitorū erit lōgitudo ad plagā vnā. Et colūnæ eius
viginti,& baſes earū viginti ærec,& vncini colūnarum & fila
eas cingētia argentea. Et ſic ad plagā aquilonarē in lōgitudi-
ne erunt cortinæ centū,& colūnæ eius viginti,& baſes earū
C viginti æreæ,& vncini colūnarū,& fila eas cingētia argētea. Et
in latitudine atrij ad latus occidētale, cortinæ quīquaginta cu
bitorū, colūnæ earū decem,& baſes earū decem. Et in latitudi
ne atrij ad latus oriētale ad orientē quinquaginta cubiti erūt.
Et quindecim cubitorū erunt cortinæ lateri vni, colūnæ earū
tres,& baſes earū tres. Et lateri ſecūdo quindecim cortinæ co
lūnæ earū tres,& baſes earum tres. Et portæ atrij erit aulæum
viginti cubitorū ex hyacintho,& purpura,& vermiculo coc
ci,& byſſo retorta, opere phrygionico. Colūnæ earū quatu-
or,& baſes earū quatuor. Omnes colūnæ atrij in circuitu cin-
ctæ erūt argento,& vncini earū argentei,& baſes earū æreæ.
D Logitudo atrij centū cubitorū,& latitudo quinquaginta in
quinquaginta,& altitudo quinq; cubitorum, ex byſſo retor-
tā,& baſes earū æreæ. Omnia vaſa tabernaculi cū omni mi-
niſterio eius,& omnes claui eius,& omnes claui atrij ex ære.
Et tu præcipies filijs Iſrael,& accipiēdo afferēt ad te oleū oleæ
purum, cōtuſum pro luminari, vt ardere faciāt lucernā ſemp.
In tabernaculo eccleſiæ extra velū, quod eſt iuxta arcā teſtimo
nij, diſponet eā Aharon,& filij eius à veſpera vſq; mane corā
domino. Statutū perpetuū gñationibꝰ eorum à filijs Iſrael.

¶Ornatus Aharon ſacerdotis, ac filiorum eius. CAP. XXVIII.

A ET tu appropinquare fac ad te Aharon fratrē tuum, &
filios eius ſecum ē medio filiorū Iſrael, vt ſacerdotio fun
gatur mihi Aharon, Nadab,& Abihu, Elhazar,& Ithamar fi
lij Aharon. Et facies veſtes ſanctitatis Aharon fratri tuo, ad
honorem & gloriam. Et tu loqueris ad omnes ſapientes cor-
de, quod repleui ſpiritu ſapientiæ,& facient veſtes Aharon,
ad ſanctificandum eum, vt ſacerdotio fungatur mihi. Et hæ
ſunt veſtes quas facient, pectorale,& [b] ſuperhumerale,& pal- *b Ephod*
lium & tunicam opere phrygionico oculis [c] contextam, ci- *c gloriam*
darin & baltheum. Et faciēt veſtes ſanctas Aharon fratri tuo,
& filijs eiꝰ, vt ſacerdotio fungantur mihi. Et ipſi accipient au
B rum,& hyacinthum,& purpurā,& vermiculum cocci,& byſ
ſum. Et facient ſuperhumerale ex auro, hyacintho,& purpu-
ra,& vermiculo cocci,& byſſo retorta, opere phrygionico.
Duæ oræ iunctæ erunt ei ad duas extremitates eius,& coniun
gentur. Et baltheus ſuperhumeralis eius, qui eſt ſuper illud, ſi-
cut opꝰ ipſiꝰ, ex ipſo erit, ex auro, hyacītho,& purpura,& ver
miculo cocci,& byſſo retorta. Et accipies duos lapides ony-
chinos,& ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael. Sex nomina eo
rū in lapide vno,& nomina ſex reſidua in lapide altero, ſecun- *Sap.18.d.*
dum generationes eorum. Opere [a] lapicidæ ſculpturis ſigilli *a gemmarij*
ſculpes ambos lapides, cum nominibus filiorū Iſrael circun-
datos palis aureis facies eos. Et pones ambos lapides in oris
C ſuperhumeralis, lapides memoriæ filiis Iſrael. Et portabit A-
haron nomina eorū coram domino in duobus humeris ſuis
ad memoriā. Et facies [a] palas aureas. Et duas catenas ex auro
mundo finitimas,& facies eas opere plectili,& pones catenas *b fibulas*
plectiles in palis. Et facies pectorale iudicij, opere phrygioni-
co. Sicut opus ſuperhumeralis facies illud. Ex auro,& hyacin
tho,& purpura,& vermiculo cocci,& byſſo retorta, facies il-
lud. Quadrangulare erit duplicatum. Palmus erit longitudo
eius,& palmus latitudo eius. Et implebis eum impoſitione la
pidis, quatuor ordinibus lapidis. Ordo: Sardius, Topazius,
& Smaragdus, ordo vnus. Et ordo ſecundus: Carbunculus,
Saphyrus,& Iaſpis. Et ordo tertius: Lincurius, Achates,& A-
methiſtus. Et ordo quartus: Cryſolithꝰ, Onichynus,& Beryl-
lus: Cōſtricti auro erunt in plenitudinibus ſuis. Et lapides e-
runt cum nominibus filiorum Iſrael duodecim, ſecūdum no-
mina ipſorum ſculpturis ſigilli ſinguli cum nomine ſuo, erunt
D duodecim tribubus. Et facies in pectorali catenas termini o-
pere plectili ex auro mundo. Et facies in pectorali duos anu-
los aureos,& pones ambos anulos in duabus extremitatibus
pectoralis. Et pones duas catenas aureas in duobus anulis in
extremitatibus pectoralis. Et duas extremitates duarum cate
narū pones in duabus palis,& pones in oris ſuperhumeralis
contra faciem eius. Et facies duos anulos aureos,& pones eos
in duabus extremitatibus pectoralis in ora eius quæ eſt in la-
tere ſuperhumeralis intrinſecus. Et facies duos anulos aureos,
& pones eos in duobus lateribus ſuperhumeralis inferne ē re
gione faciei eius contra coniunctionem eius ſupra baltheum
ſuprehumeralis. Et iungent pectorale ab anulis eius ad anu-
los ſuperhumeralis filo hyacinthino, vt ſit ſuper baltheū ſuper
E humeralis & nō ſeparetur pectorale à ſuperhumerali. Et por-
tabit Aharon nomina filiorum Iſrael, in pectorali iudicij ſup *b ſanctitatem*
cor ſuum, quando ingredietur [b] ſanctuarium in memoriam
coram domino iugiter. Et pones in pectorali iudicij Vrim,
& Thummim,& erunt ſuper cor Aharon, quando ingredie-
tur coram domino. Et portabit Aharon iudicium filiorum
Iſrael ſuper cor ſuum coram domino ſemper. Et facies palli-
um ſuperhumeralis totum ex hyacinto. Et erit os capitij eius
in medio eius. Ora erit ori eius in circuitu opere texentis, ſicut
os loricę erit ei, ne frangatur. Et facies in fimbrijs eius mala Pu
F nica ex hyacitho,& purpura,& vermiculo cocci in fimbrijs
eius in circuitu,& tintinabula aurea in medio earum in circui *Eccl.45.b.*
tu. Tintinabulum aureum,& malum Punicum, tintinabulū
aureum,& malum Punicum in fimbrijs pallij in circuitu. Et *c i. duo tinti nabula et duo mala punica.*
erit ipſi Aharon ad miniſtrandum,& audietur ſonus eius,
quando ingredietur ſanctuarium coram domino,& quan-
do egredietur,& non morietur. Et facies laminam ex auro mū
do,& ſculpes in ea ſculpturis ſigilli: Sanctitas domino. Et po-
G nes eam cum filo hyacinthino,& erit ſuper mitram, ē regio-
ne mitræ erit. Et erit ſupra frontem Aharon,& portabit A-
haron iniquitatem ſanctificationum quas ſanctificabunt filij
Iſrael in omnibꝰ donis ſanctificationum eorum,& erit ſupra
frontem eius iugiter ad beneplacitum eis coram domino. Et
ſtringes tunicam byſſinam,& facies mitram byſſinam,& cin-
gulum facias



gulum facies opere phrygionis. Et filijs Aharō facies tunicas,
& facies eis cingulos,& pileos facies eis ad honorem & glori
am. Et induere facies illa Aharon fratrem tuum,& filios eius
ſecum,& vnges illos,& conſecrabis manum eorum,& ſancti-
ficabis eos,& ſacerdotio fungentur mihi. Et fac eis femina ia
linea ad operiendum [a] carnem turpitudinis. A lumbis, vſq; *a membrum*
ad femora erunt. Et erunt ſuper Aharon,& ſuper filios eius,
quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ, vel cum appro
pinquauerint ad altare, vt miniſtrent in ſanctificatione,& nō
ferent iniquitatem neque morientur. Statutum perpetuum
erit ei,& ſemini eius poſt eum.

¶Sanctificatio ſacerdotis dei, ritusq; offerendi pro eo. CAP. XXIX.

A ET hoc eſt quod facies eis ad ſanctificādum eos, vt ſacer *Leuit.9.a.*
dotio fungantur mihi. Tolle iuuencum vnum filium
bouis,& arietes duos immaculatos,& panes infermentatos,
& placentas infermentatas mixtas oleo,& lagana infermenta
ta vncta oleo: Ex ſimila triticea facies ea. Et pones ea in cani-
ſtro vno,& offeres ea in caniſtro,& iuuencum,& duos arie-
tes. Et Aharon,& filios eius appropinquare facies ad oſtium
tabernaculi eccleſiæ,& lauabis eos aqua. Et accipies veſtes,&
induere facies Aharon tunicam & pallium ſuperhumeralis,
ac ſuperhumerale,& pectorale,& cinges eum baltheo ſuper-
humeralis. Et pones mitram ſuper caput eius,& pones diade
ma ſanctitatis ſuper mitram. Et accipies oleum vnctionis,&
fundes ſup caput eiꝰ,& vnges eū. Et filios eius appropiquare
facies, et īduere facies eos tunicas. Et cīges eos baltheo, Aharō *Leuit.1.b.*
& filios eiꝰ,& v cies eis pileos,& erit eis ſacerdotiū in ſtatutū
B perpetuum,& conſecrabis manum Aharon,& manum filio
rum eius. Et appropinquare facies iuuencum coram taberna
culo eccleſiæ,& iungent Aharō,& filij eius manus ſuas ſuper
caput iuuenci. Et mactabis iuuencum coram domino ad oſti
um tabernaculi eccleſiæ. Et capies ē ſanguine iuuenci,& po-
nes in cornibns altaris digito tuo. Et omnem ſanguinem fun *Leuit.5.a.*
des ad fundamentum altaris. Et capies omnem adipem ope-
rientem inteſtinum,& fibram cum hepate,& duos renes,&
adipem qui eſt ſuper eos,& ſuffire facies in altari. Et carnem
iuuenci & pellem eius,& fimum eius combures igni extra ca
ſtra. Sacrificium pro peccato eſt. Et arietem vnum capies,&
iungent Aharon,& filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.
Et mactabis arietem,& capies ſanguinem eius,& aſperges ſu
per altare in circuitu. Et arietem concides in fruſta eius,&
lauabis inteſtinum eius,& crura eius,& pones [b] ſuper fruſta *b cū fruſtis*
C eius,& ſuper caput eius. Et ſuffire facies totum arietem ſuper
altare. Holocauſtum eſt domino in odorem quietis. Oblatio
ignita domino eſt. Et capies arietem ſecundum,& coniungēt
Aharon,& filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. Et macta *c imā auris partem*
bis arietem,& capies de ſanguine eius,& pones ſuper [c] fibrā
auris Aharon,& ſuper fibram auris filiorum eius dexteræ,&
ſuper pollicem manus eorum dexteræ,& ſuper pollicem pe-
dis eorū dexteri,& aſpges ſanguinē ſup altare ī circuitu. Et ca-
D pies de ſanguine q eſt ſup altare,& de oleo vnctionis,& aſper
ges ſup Aharon,& ſup veſtes eius,& ſuper filios eius,& ſup
veſtes filiorum eius ſecum,& ſanctificabuntur ipſe,& veſtes
eius,& filij eius,& veſtes filiorum eius ſecum. Et tolles ab arie
te adipem & [d] caudam,& adipem operientem inteſtinum,& *d caudę pinguedinē.*
fibram iecoris,& duos renes,& adipem qui eſt ſuper eos,&
armum dextrum, quia aries conſecrationum eſt. Et tortā pa-
nis vnum,& placentam panis ex oleo vnam,& laganum v-
num ē caniſtro infermentatorum, qui eſt coram domino. Et
pones omnia ſuper volas Aharon,& ſuper volas filiorum e-
ius,& eleuabis ea eleuationem coram domino. Et capies ea ē
manu eorum,& ſuffice facies ſuper altare, in holocauſtum in
odorem quietis coram domino. Oblatio eſt dño. Et capies
pectus arietis conſecrationum quod eſt ipſiꝰ Aharon,& ele- *e quę fiebat antrorſum et retrorſum*
uabis illud [e] eleuationem coram dño,& erit tibi in partem.
Et ſanctificabis pectꝰ eleuationis,& armum [f] exaltationis qd' *f quæ fiebat ſurſum & deorſum*
eleuatum eſt,& qui exaltatus eſt ab ariete cōſecrationum. Et
erit ipſi Aharon,& filijs eius in ſtatutum perpetuum à filijs Iſ
rael quia exaltatio,& exaltatio erit à filijs Iſrael. De ſacrificijs
pacificorum ſuorum exaltatio eorum domino. Et veſtes ſan-
ctitatis quæ ſunt ipſi Aharon, erunt filiis eius poſt eum ad vn
gendum cum eis,& ad conſecrandum cum eis manum eorū.
Septem diebus induet eas ſacerdos loco ipſius de filijs eius,
qui veniet ad tabernaculum eccleſiæ ad miniſtrandum in ſan
ctificatione. Et arietem conſecrationum capies,& coques car
nem eius in loco ſanctitatis. Et comedent Aharon,& filij eius
F carnem arietis,& panem qui eſt in caniſtro ad oſtium taber- *Leui.8.g.*
naculi eccleſiæ. Et comedent ea per quæ propitiatio facta eſt,
ad [b] conſecrandum manum eorum, ad ſanctificandum eos.
Et alienigena non comedet, quia ſanctificatio ſunt. Et ſi ſuper *a ad implendum*
fuerit de carne conſecrationum,& de pane vſq; mane, combu
res reſiduum igni. Non comedetur, quia ſanctitas eſt. Et faci-
es Aharon,& filijs eius ſic. Secundum omnia quæ precepi ti-
bi, ſeptem diebus conſecrabis manum eorum. Et iuuencum
pro peccato facies per diem propter expiationes,& expiabis
altare, cum expiaueris eum,& vnges eum ad ſanctificandum
ipſum. Septem diebus expiabis altare,& ſanctificabis illud,
& erit altare ſanctitas ſanctitatum. Quicquid tetigerit altare
ſanctificabitur. Et hoc eſt quod facies ſuper altare. Agnos an
niculos duos in die. Agnū vnū facies mane,& agnū alterum
facies inter veſperas. Et decimam partē ſimilæ mixtæ oleo cō
G tuſo, quod habeat quartum Hin,& libamen, quartum Hin vi
ni, agno vni. Et agnum ſecundum facies inter veſperas, ſicut
ſacrificium matutinum,& ſecundum libamen eius facies ei in
odorem quietis, oblationē ignitā domino. Holocauſtum iu
ge in generationes veſtras ad oſtium tabernaculi eccleſiæ co-
ram domino, in quo coueniam vobiſcum illic, vt loquar ad
te ibi. Et conueniam ibi cum filijs Iſrael,& ſanctificabit in glo
ria mea. Et ſanctificabo, tabernaculū eccleſię,& altare & Aha-
rō,& filios eius ſctificabo, vt ſacerdotio fungant mihi. Et ha-
bitabo in medio filiorum Iſrael,& ero eis in deum. Et ſcient
quòd ſum dominus deus eorum, qui eduxi eos ē terra Aegy
ti, vt habitarem in medio eorum, ego dominus deus eorum.

¶Forma altaris ſuffimenti ſuffitus, concha ænea, confectio thymiamatis. CAP. XXX.

A ET facies altare ſuffimenti ſuffitus. Ex lignis Sitthim faci-
es illud. Cubitus longitudo eius,& cubitus latitudo e-
ius, vt ſit quadratū,& duo cubiti altitudo eiꝰ. Ex ipſo cornua *b cingulum*
eius. Et teges illud auro mundo, tectū eius,& parietes eius per
circuitum,& cornua eius. Et facies ei [b] coronam aureā per cir
cuitum. Et duos anulos aureos facies ei infra coronam ipſius
in duobus angulis eius, in duobus lateribus eius,& erit intra
vectes ad portandū ipſum cū eis. Et facies vectes ex lignis Sit-
thim,& teges eos auro. Et pones illud ante velum, quod eſt
ſuper arcā teſtimonij,& ante propitiatoriū quod eſt ſuper te
ſtimoniū in quo conueniā tecum. Et ſuffire faciet ſuper illud
Aharon ſuffimentū aromatū ſingulo mane. Quādo aptabit
lucernas, ſuffire faciet illud. Et quādo incendet Aharon lucer-
nas, inter veſperas ſuffire faciet illud ſuffimentū iugiter coram
domino in generationes veſtras. Nō offeretis ſuper illud ſuffi
mentū alienū,& holocauſtum,& ſacrificium,& libamen non
B libabitis ſuper illud. Et expiabit Aharon ſuper cornua eius ſe
mel in anno. De ſanguine oblationis pro peccato expiationū,
ſemel in anno expiabit ſup illud in generationibꝰ veſtris, San
ctitas ſanctitatū eſt dño. Et locutus eſt dominus ad Moſch, di
cendo: Quando leuabis ſummam filiorū Iſrael ſecundum nu- *Num.1.a.*
merum eorū, dabunt vnuſquiſq; redemptionem animæ ſuæ
domino, cū numeraueris eos,& non erit in eis plaga, cū nu- *Leuit.27.c. Nume.3.g. Ezec.45.d.*
meraueris eos. Et hoc dabunt. Omnis tranſiens ad numeros
dimidium ſecli, ſecundum ſeclum ſanctitatis. Viginti obolo-
rum eſt ſeclus. Dimidium ſecli oblatio dño. Omnis tranſiens
ad numeros à viginti annis,& ſupra, dabit oblationē dño.
Diues non augebit,& pauper nō diminuet de dimidio ſeclo,
cum dederit oblationem dño, ad expiādum animas veſtras.
Et capies argentum expiationum, à filiis Iſrael,& dabis illud

pro opere tabernaculi eccleſiæ,& erit filijs Iſrael ad memoriã coram domino ad expiandum animas veſtras. Et locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Et facies conchã æneam,& baſim eius æneam,ad lauandũ,& pones illam inter tabernaculũ eccleſiæ,& altare,& pones ibi aquam. Et lauabunt Aharon,et C filij eius ex ea manus ſuas,& pedes ſuos. Quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ,lauabunt ſe aqua,& non morientur,vel quando appropinquabũt ad altare,vt miniſtrent,vt ſuffiãt oblationem ignitã dño. Et lauabunt manus ſuas,& pedes ſuos,& non morientur. Et erit eis ſtatutũ perpetuum ei,& ſemini eius in generationibus eorum. Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicendo:Et tu accipe tibi aromata præcipua,myrrhę libere fluentis quingentos ſeclos & chumemon aromatici,dimidium ipſius,quinquaginta & ducentos,& calami aromatici,quinquaginta & ducentos. Et caſiæ quingetos ſeclos ſecũdum põdus ſanctificationis,& olei oliuæ Hin. Et facies ipſum oleum vnctionis ſanctificationis vnguentũ vnguenti opere vnguentarij. Oleum vnctionis ſanctificationis erit. Et vnges eo tabernaculum eccleſiæ,& arcã teſtimonij. Et mẽſam,& oĩa vaſa ipſius,& candelabrũ,& oĩa vaſa ipſius,& altare ſuffimenti. Et altare holocauſti,& oĩa vaſa ipſius,& cõcham,& baſim eius. Et ſanctificabis ea,& erũt ſanctificatio ſanctificationum. Quicquid tetigerit ea ſanctificabitur. Et Aharon,& filios ei⁹ vnges,& ſanctificabis eos,vt ſacerdotio fungantur mihi. Et ad filios Iſrael loqueris,dicendo:Oleum vnctionis ſanctitatis erit hoc mihi in generationibus veſtris. Super carnem homi- D nis non vngetur,& ſecundum ſummam eius nõ facietis ſicut illud. Sanctificatio eſt,ſanctificatio erit vobis. Quiſquis cõfecerit vnguentũ ſimile,& qui poſuerit ex eo [a] ſuper extraneũ ſuccidetur è populis ſuis. Et dixit dñs ad Moſeh: Accipe tibi aromata Stacten,& Onychan,& Chalbanũ aromata,& thus mũdũ,æqualis põderis erit. Et facies ipſum ſuffimentũ aromaticũ opere aromatarij mixtũ erit,mũdũ,& ſanctũ:Et cõtundes ex eo cõminuẽdo,& pones ex eo corã teſtimonio in tabernaculo eccleſiæ,in quo conueniã tecum ibi. Sanctificatio ſanctificationũ erit vobis. Et ſuffimentũ quod facies ſecundũ ſupputationẽ eius nõ facietis vobis. Sanctificatio erit tibi dño. Quiſquis fecerit ſicut ipſum adorandũ illud,excidet è populis ſuis.

[a] ſup rẽ aliã

¶ Vocatio artificum Beſalel,& Aholiab,præceptum ſabbati.

## CAP. XXXI.

A ET locutus eſt dñs ad Moſeh,dicẽdo: Vide, vocaui per nomẽ Beſalel filiũ vri filij Chur è tribu Iehudah. Et repleui eum ſpiritu dei,ſapiẽtia,& intelligentia,ſciẽtia,& omni opere. Ad cogitandũ cogitationes,ad faciendũ ex auro,& argẽto,& ære. Et in arte lapidaria ad implendũ,& in arte lignaria ad faciendũ in omni opere. Et ego ecce dedi ſecum Aholiab filiũ Achiſamach è tribu Dan,& in corde oĩs ſapiẽtis,cor B de dedi ſapientiã,& faciẽt omnia quæ præcepi tibi. Tabernaculum eccleſiæ,& arcã pro teſtimonio,& propitiatoriũ qđ eſt ſuper eam,& oĩa vaſa tabernaculi. Et mẽſam,& omnia vaſa eius,& cãdelabrũ mundũ,& omnia vaſa eius,& altare ſuffimenti. Et altare holocaſti,& omnia vaſa eius,& concham,& baſim eius. Et veſtes miniſteriales,& veſtes ſanctitatis Aharõ ſacerdoti,& veſtes filiorũ eius,vt ſacerdotio fungantur. Et oleum vnctionis,& ſuffimentũ aromaticum ſanctificationi. Se C cundum oĩa quæ pręcepi tibi,facient. Et dixit dñs ad Moſeh, (Supr.20.b. Ezec.20.b.) dicendo:Et tu loquere ad filios Iſrael,dicendo: Veruntamen ſabbata mea cuſtodietis. Quia ſignum eſt inter me,& vos in generationibus veſtris,vt ſciatis ꝙ ſum dñs ſanctificans vos. Et cuſtodietis ſabbatũ,quia ſanctificatio eſt vobis. Polluens illud,moriendo morietur,quia omnis faciens in eo opus,excidetur anima ipſa è medio populorum ſuorum. Sex diebus fi- (Gene.1.d.) et opus,& die ſeptimo ſabbatum ceſſationis eſt,ſanctificatio dño. Omnis faciens opus in die ſabbati,moriendo morietur. Et cuſtodient filij Iſrael ſabbatum,vt præparent ſabbatum D in generationibus ſuis pactum perpetuum. Inter me,& filios Iſrael ſignũ eſt in perpetuũ. Quia ſex diebus fecit dominus cœlos,& terram,& die ſeptimo ceſſauit,& animo requieuit.

¶ Dantur Moſeh tabulæ lapideæ,quo morante adorant uitulum, franguntur tabulę interficiuntur idololatræ.

## CAP. XXXII.

A ET dedit ipſi Moſeh,quando compleuit loqui ſecum in monte Sinai duas tabulas teſtimonij, tabulas lapideas (Deut.9.b.) ſcriptas digito dei. Et vidit populus quòd tardaret Moſeh deſcendere è monte,& congregatus eſt populus cõtra Aharon,& dixerunt ad eum:Surge,fac nobis deos qui eant ante nos, quia huic Moſeh viro,qui aſcẽdere fecit nos è terra Aegypti, neſcimus qđ acciderit. Et dixit ad eos Aharõ:Separate inaures aureas,ꝙ ſunt in auribus vxorũ veſtrarũ, filiorũ veſtrorũ,& filiarum veſtrarum,& adducite ad me. Et ſeparauerunt ſe omnis populus ab inauribus aureis,ꝙ erant in auribus ſuis, (Actor.7.c.) & adduxerunt ad Aharon. Et tulit è manu eorum,& forma- (Pſal.105.b.) uit illud ſtilo,& fecit ex illo vitulum fuſilem,& dixerunt: Iſti B ſunt dij tui Iſrael,qui aſcendere fecerunt te è terra Aegypti. Et vidit Aharon,& ædificauit altare coram eo,& clamauit Aharon,& dixit:Solennitas eſt domino cras. Et ſurrexerunt in craſtino,& obtulerunt holocauſta,& appropinquare fecerũt pacifica. Et ſedit populus vt manducaret,& biberet,& ſurre- (1.Co.10.b.) xerunt vt luderent. Et locutus eſt dominus ad Moſeh: Vade, deſcende,quia viam ſuam corrupit populus tuus,quem aſcendere feciſti è terra Aegypti. Receſſerunt cito de via, quã (Deut.9.b.) præcepi eis,fecerũt ſibi vitulũ fuſilẽ,& incuruauerunt ſe ei, & (3.Re.12.g. Infra.33.a.) immolauerunt ei,& dixerunt:Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui aſcen- C dere fecerunt te è terra Aegypti. Et dixit dñs ad Moſeh:Vidi populum hunc,& ecce populus duræ ceruicis eſt. Et nunc dimitte me,& excandeſcet furor me⁹ in eos,& conſumam eos,& faciam te in gentem magnam. Et orauit Moſeh faciem domini dei ſui,& dixit:Vt quid domine iraſcitur furor tuus in (Pſal.105.b.) populum tuum,quẽ eduxiſti è terra Aegypti in fortitudine magna,& in manu forti? Vt quid dicent Agyptij, dicendo: malitioſe eduxit eos,vt occideret eos in montibus,& conſumeret eos è ſuperficie terrę? Reuertere ab ira furoris tui & pœniteat te ſuper malũ hoc populi tui. Recordare Abrahã,Iſchac & Iſrael ſeruorum tuorum,quibus iuraſti per teipſum,& lo- (Num.14.c. Gen.48.c. Gene.15.b. Gene.12.b) cutus es ad eos:Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli,& omnem terrã hanc quam dixi,dabo ſemini veſtro,& hæ D reditate accipient in ſeculum. Et pœnituit dominũ ſuper malum quod locutus eſt,vt faceret populo ſuo. Et aſpexit,& deſcendit Moſeh è monte,& duæ tabulæ teſtimonij erant in manu eius tabulæ ſcriptæ,à duobus lateribus ſuis. Hinc & inde erant ſcriptæ. Et tabulæ,opus dei erant:& ſcriptura,ſcriptura dei erat,ſculpta in tabulis. Et audiuit Iehoſuah vocem populi vociferantis,& dixit ad Moſeh:Vox pręlij in caſtris & dixit: Non eſt clamor victorum,neqꝫ eorum qui victi ſunt,ſed vocem cantãtium ego audio. Et fuit quãdo appropinquauit ad caſtra,vidit vitulum & choros. Et iratus eſt furor Moſeh, & E proiecit è manibus ſuis tabulas,& fregit eas ſub monte. Et tulit vitulum quẽ fecerãt,& combuſſit igni,& molliuit,donec in puluerẽ redegit,& ſparſit in ſuperficiẽ aquarum,& bibere fecit filios Iſrael. Et dixit Moſeh ad Aharon:Quid fecit tibi populus iſte,quia adduxiſti ſuper eum peccatum grande? Et dixit Aharon:Ne Iraſcatur furor domini mei. Tu noſti populũ, quòd ad malum pronus ſit. Et dixerunt mihi:Fac nobis deos qui eant ante nos,quia huic Moſeh viro,qui aſcendere fecit nos è terra Aegypti,neſcimus qđ euenerit. Et dixi eis:Cui eſt aurũ? Separate vos ab inauribus aureis,quæ ſunt in auri- F bus veſtris. Et dederũt mihi,& proieci illud in ignẽ,& egreſſ⁹ eſt vitulus iſte. Et vidit Moſeh populũ quòd diſcoopertus eſſet,quia diſcooperuerat eũ Aharon ad infamiã inter hoſtes eorum. Et ſtetit Moſeh in porta caſtrorum,& dixit: Quis eſt domini? Ad me veniat. Et cõgregati ſunt ad eum omnes filij Leui. Et dixit eis:Sic dixit dominus deus Iſrael:Ponite vnuſquiſqꝫ gladium ſuum ſuper femur ſuum. Tranſite,& reuertimini de porta ad portã in caſtris. Et occidite vnuſquiſqꝫ fratrem ſuum,vnuſquiſqꝫ amicũ ſuum,& vnuſquiſqꝫ propinquum ſuum. Et fecerunt filij Leui ſecundũ verbum Moſeh. Et ceciderunt è populo in die illa ferme tria millia virorũ. Et dixit Moſeh:Conſecraſtis manum veſtram hodie dño. Quia vnuſquiſqꝫ veſtrũ conſecrauit manũ ſuã in filiũ ſuum,& in fratrem ſuũ,ad dandum ſuper vos hodie benedictionem. Et fuit in craſtino dixit Moſeh ad populũ:Vos peccaſtis peccatũ grãde. Et nunc aſcendã ad dominum ſi forte expiem orãdo pro C peccato veſtro. Et reuerſus eſt Moſeh ad dominum,& dixit: Obſecro,peccauit populus iſte peccatum grande,& fecerũt ſibi deos aureos. Et nunc ſi remittis peccatum eorũ,& ſi non, dele me nunc de libro tuo,quẽ ſcripſiſti. Et dixit dominus ad Moſeh:Quiſquis peccauerit mihi,delebo eum è libro meo. Et (Eccl.43.) nunc vade,duc populum quò locutus ſum tibi. Ecce angel⁹ meus ibit ante te. Et in die qua viſitabo,viſitabo ſup eos peccatum eorum. Et percuſſit dominus populum,eo quod fecerunt vitulum,quod fecit Aharon.

¶ Populus luget delictum adorati uituli,Moſeh uidentibus cunctis loquitur cum deo,optat uidere dei faciem,iubetur ſtare in petra.

## CAP. XXXIII.

ET locutus eſt dominus ad Moſeh:Vade,aſcẽde hinc tu, & populus quem aſcẽdere feciſti è terra Aegypti ad ter- A ram pro qua iuraui Abrahã,Iſchah & Iahacob,dicendo:ſemi- (Gene.12.b. Supr.23.c. Ioſue.24.d. Deut.7.c. Supr.32.a.) ni tuo dabo eam. Et mittã ante te angelũ,& eijciam Chenahanæum,& Emoræum,& Chittæũ,& Perizæum, Chiuuæum & Iebuſæum ad terrã fluentem lacte,& melle. Quia non aſcendam in medium tui. Nam populus duræ ceruicis es,ne forte conſumam te in via. Et audiuit populus verbum malum hoc & luxerunt,& non poſuerunt vnuſquiſqꝫ ornamentũ ſuum ſuper ſe. Et dixit dñs ad Moſeh:Dic ad filios Iſrael,vos popu- B lus duræ ceruicis. Momento vno aſcẽdã in medium tui,& cõſumam te. Et nunc deſcendere fac ornatum tuum à te,& ſciã quid faciam tibi. Et ſpoliauerunt ſe filij Iſrael ornamentis ſuis à monte Choreb. Et Moſeh accepit tabernaculũ,& extendit extra caſtra,elõgãdo ſe à caſtris. Et vocauit illud Ohel mohed (id eſt,tabenaculũ eccleſiæ.) Et ita,omnis qui quærebat dominum,egrediebatur ad tabernaculũ eccleſiæ, quod erat extra caſtra. Et erat,qñ egrediebatur Moſeh ad tabernaculũ,ſurgebant omnis populus,& ſtabant vnuſquiſqꝫ ad oſtiũ tabernaculi ſui,& aſpiciebant poſt Moſeh,donec ingrederet̃ tabernaculũ. Et erat,qñ ingrediebatur Moſeh in tabernaculũ,deſcẽdebat colũna nubis,& ſtabat ad oſtiũ tabernaculi,& loquebatur cũ Moſeh. Et videbat omnis populus colũnam nubis ſtãtem ad oſtiũ tabernaculi,& ſurgebat oĩs populus,& incuruabat ſe vnuſquiſqꝫ ad oſtiũ tabernaculi ſui. Et loquebat̃ dñs C ad Moſeh facie ad faciẽ,quẽadmodum loquitur vir ad amicũ ſuum,& reuertebatur ad caſtra:& miniſter eius Iehoſuah,filius Nun puer non recedebat de medio tabernaculi. Et dixit Moſeh ad dñm:Vide,tu dicis mihi,aſcẽdere fac populũ hũc, & tu nõ ſcire feciſti me,quẽ miſſurus ſis mecũ,& tu dixiſti,noui te nomine,& etiã inueniſti gratiã in oculis meis. Et nunc ſi quæſo inueni gratiã in oculis tuis,ſcire fac me nunc viã tuam, & ſciam te,vt inueniã gratiã in oculis tuis,& vide,quia populus tuus eſt gens hæc. Et dixit. Facies mea ibit,& requieſcere faciã te. Et dixit ad eũ:Niſi facies tua ambulauerit,ne aſcendere facias nos hinc. Et in quo cognoſcetur hic quòd inueni gratiã in oculis tuis ego & populus tuus? Nõnne cum ambulaueris nobiſcum? Et diuiſi erimus,ego,& populus tuus ab oĩ D populo,qui eſt ſuper faciem terræ. Et dixit dominus ad Mo- (Rom.9.c.) ſeh:Etiam verbum hoc,quod locutus es,faciam,quia inueniſti gratiã in oculis meis,& noui te nomine. Et dixit:Fac videre me quæſo gloriã tuam. Et dixit:Ego tranſire faciam omne bonũ meum ſuper faciem tuam,& inuocabo nomen domini coram te,& miſerebor cui miſerebor,& miſerebor cui miſerebor. Et dixit:Non poteris videre faciem meam,quia non videbit me homo,& viuet. Et dixit dominus:Ecce locus mecum,& ſtabis ſupra petram. Et erit,cum tranſierit gloria mea, ponã te in foramine petrę,& operiã [a] vola mea te,donec trãſeam. Et remouebo volam meam,& videbis poſteriora mea, & facies mea non videbitur.

[a] manu uel nube

¶ Inſtaurantur tabulæ,prohibetur ſocietas gentium,& idololatria,de ſolennitate azymorũ,de primogenitis,de ſabbato,de feſto hebdomadarũ,de primitijs,facie Moſeh cornuta,poſt non ferente celatur.

## CAP. XXXIIII.

A ET dixit dñs ad Moſeh:Dola tibi duas tabulas lapideas ſicut priores,& ſcribã ſup tabulas verba,ꝙ fuerũt ſup ta- (Deut.10.a.) bulas priores,quas fregiſti. Et eſto paratus mane,& aſcendes mane in montẽ Sinai,& ſtabis mihi ibi ſuper verticẽ montis. Et vir non aſcẽdet tecũ,& etiã vir ne uideatur in toto monte, & pecus,& bos ne paſcãt è regione montis huius. Et dolauit duas tabulas lapideas ſicut priores. & ſurrexit Moſeh mane, & aſcẽdit in montẽ Sinai,quemadmodum præcepit ei dñs,& accepit in manu ſua duas tabulas lapideas. Et deſcendit dñs in nube,& ſtetit cum eo ibi. Et inuocauit nomẽ dñi,& tranſiuit dñs ante eũ. Et clamauit [a]: Dominus,dominus,[b] deus,miſericors,& clemẽs,tardus ad irã,& multus miſericordia,& veritate,ſeruans miſericordiã milibus,ferens iniquitatẽ,& præuaricationem & peccatum,& innocentẽ iudicando non innocẽtem iudicabit,viſitans iniquitates patrum ſuper filios & ſuper filios filiorum,ſuper tertios & ſuper quartos. Et feſtinauit Moſeh & incuruauit ſe ſuper terram,& humiliauit ſe. Et dixit:Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis domine,vadat nunc dominus per mediũ noſtri, quia populus duræ ceruicis B eſt & parces iniquitati noſtræ,& peccato noſtro & hæreditate accipies nos. Et dixit:Ecce ferio fœdus corã omni populo tuo,faciam mirabilia,quæ creata non ſunt in omni terra,& in omnibus gẽtibus,& videbit omnis populus in cuius medio es,omne opus domnii,quia terribile eſt,quod ego facio tecum. Serua tibi quod ego pręcipio tibi hodie. Ecce ego eiicio à facie tua Emoræum,& Chenahanæum,& Chittęum, & Perizæum,& Chiuuæum,& Iebuſæum. Caue tibi ne forte ferias fœdus cum habitatore terræ,ad quã ingrederis,ne forte ſint in laqueum in medio tui. Sed aras eorũ diruetis,& ſtatuas eorũ confringetis,& lucos eorũ ſuccidetis. Quia non incuruabis te deo alteri. Nam dominus zelotes nomen eius,dominus zelotes eſt. Ne forte ferias fœd⁹ cum habitatore terræ, (Supr.23.d. Deut.7.a. 1.Re.11.a.) & fornicentur poſt deos eorũ,& ſacrificent dijs eorum,& vo C cet te,& comedas de ſacrificio eius,& accipias de filiabus eius filijs tuis,& fornicentur filiæ eius poſt deos ipſarum,& fornicari faciant filios tuos poſt deos earum. Deos cõflatiles non facies tibi. Solennitatem infermentatorum cuſtodies. Septem diebus comedes infermentata,quemadmodum præcepi tibi tempore menſis primitiuorũ,quia in mẽſe primitiuorũ egreſſus es de Aegypto. Omne primogenitũ meũ eſt,& omne pe- (Sup.13.a.) cus tuum quod maſculũ parit primogenitũ bouis,& pecudis. Et primogenitũ aſini redimes oue. Etſi non redemeris,ceruicem truncabis illi. Et omne primogenitũ filiorũ tuorũ redimes & non conſpiciẽtur corã me vacui. Sex diebus operabe (Sup.25.b. Deut.15.d. Ecc.35.a. Supr.23.b.) ris,& die ſeptimo ceſſabis. In aratione,& in meſſe ceſſabis. Et ſolennitatem hebdomadarũ facies tibi,primitias meſſis triticeæ. Et feſtũ collectionis in reuolutione anni. Tribus vicibus in anno cõſpiciet̃ oĩs maſculus tuus corã dominatore dño deo Iſrael. Quia eiiciã gentes à facie tua,& dilatabo terminũ tuum. Et nõ concupiſcet vir terrã tuam,quãdo aſcendes,vt cõ (ſup.23.c.) ſpiciaris corã domino deo tuo tribus vicibus in anno. Non D immolabis ſuper fermentatũ ſanguinẽ ſacrificij mei,neqꝫ pernoctabit vſqꝫ mane ſacificiũ ſolennitatis peſach. Principiũ primitiuorum terræ tuæ adduces in domũ domini dei tui. Nõ (Supra.23.c. Deu.14.c.) coques hœdũ in lacte matris ſuæ. Et dixit dñs ad Moſeh:Scribe tibi verba hæc,quia ſecundũ verba iſta pepigi fœdus tecũ, & cum Iſrael. Et fuit ibi cum domino quadraginta dies,& quadraginta noctes. Panem non edit & aquam non bibit. Et ſcripſit in tabulis verba fœderis,decem verba. Et fuit,cum deſcẽderet Moſeh è monte Sinai,& duæ tabulæ teſtimonij eſſent in manu Moſeh,cum deſcenderet è monte Moſeh non cognouit,quòd reſplenduiſſet cutis faciei ſuæ,cum loqueretur cum eo. Et vidit Aharon,& omnes filij Iſrael Moſeh: & ecce reſplendebat cutis faciei eius,& timuerunt appropinqua-

[a] ſcilicet de uisu ut cap. præced.d. & nu.14.c. [b] fortis Pſal.142.a. Iere.23.c. Deut.3.a.

re ei. Et vocauit eos Moſeh, & reuerſi ſunt ad eum Aharon & omnes principes in ſynagoga, & locutus eſt Moſeh ad eos. Et poſtea appropinquauerunt omnes filij Iſrael, & præcepit eis omnia quæ locutus eſt dominus ſecum in monte Sinai. Et cõſummauit Moſeh loqui cum eis, & poſuit ſuper faciem ſuam velamen. Et quando veniebat Moſeh ante dominum ad loquendum cum eo, remouebat velamen, donec egrederetur. Et egreſſus eſt, & locutus eſt ad filios Iſrael, quod iuſſus erat. Et videbant filij Iſrael faciem Moſeh quòd reſplenduiſſe cutis

2.Cor.3.c. facici Moſeh. Et reducebat Moſeh velamen ſuper faciem ſuã, donec veniret ad loquendum cum eo.

¶Præcipitur ſabbatum, exiguntur primitiæ & donaria, deuota promptitudo populi offerentis, uocatio Beſalel, & Aholiab artificum.

## CAP. XXXV.

A ET congregare fecit Moſeh omnem [a] ſynagogã filiorũ Iſrael, & dixit ad eos: Hæc ſunt verba quæ precepit dominus vt faciatis ea: Sex diebus facies opus, & in die ſeptima erit vobis ſanctificatio, ſabbatum ceſſationis domino. Omĩs qui fecerit in eo opus, morietur. Non accẽdentis ignem in omnibus habitaculis veſtris in die ſabbati. Et dixit Moſeh ad omnem ſynagogam filiorum Iſrael, dicẽdo: Hoc eſt verbum quod præcepit dominus, dicendo: Accipite à vobis oblatio

Supr.25.a. nem domino. Omnis cuius eſt ſpontaneum cor, afferet eã oblationem domini, aurum, argentũ, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum, & caprarum pilos, & pelles arietum rubricatas, & pelles taxorũ, & ligna Sitthim, & oleum pro luminari, & aromata pro oleo vnctionis & ſuffimentum aromaticum, & lapides onychinos, & lapides [b] plenitudinum pro ſuperhumerali, & pro pectorali. Et omẽs ſapientes corde in vobis, venient, & facient omnia que præcepit dominus. Tabernaculum, tentorium eius, & operimentũ eius, & circulos eius, tabulas eius, & vectes eius, colũnas eius,

B & baſes eius. Arcam, & vectes eius, & propitiatorium, & velum tentorij. Menſam, & vectes ipſius, & omnia vaſa eius, & panem facierum. Et candelabrum luminaris, & vaſa eius, & lucernas eius, & oleum luminaris. Et altare ſuffimenti, & vectes eius, & oleum vnctionis, & ſuffimentum aromaticum, & aulæum oſtij pro oſtio tabernaculi. Altare holocauſti, & cribrũ æneum quod erat ei, & vectes eius, & omnia vaſa eius, & concham, & baſin eius. Cortinas atrij, & colũnas eius, & baſes eius, & aulæum portæ atrij, paxillos tabernaculi, & paxillos atrij, & funiculos eorum. Veſtes miniſterij ad miniſtrãdum in ſanctificatione, & veſtes ſanctificationis Aharon ſacerdoti, & veſtes filiorum eius ad miniſtrandum. Et egreſſa eſt omnis ſy-

C nagoga filiorum Iſrael à facie Moſeh. Et venerunt, omnis vir quẽ eleuauit cor ſuum, & omnis quẽ ſpontaneũ fecit ſpiritus eius: attulerunt oblationem domini ad opus tabernaculi eccleſiæ, & ad omne opus eius, & ad veſtes ſanctitatis. Et venerunt viri cum mulieribus, omnis ſpontaneus corde attulerũt fibulam, & inaurem, & anulum, & dextrale, omne vas aureũ. Et omnis vir qui [c] eleuauit eleuationem auri domino: omnis vir cum quo inuentus eſt hyacintus, & purpura, & vermiculus cocci & byſſus, & caprarum pili, & pelles arietum rubricatæ, & pelles taxorum, ea adduxerunt. Omnis eleuans eleuationem argenti, & æris, attulerunt oblationem domini. Omnis cum quo inuenta ſunt ligna Sitthim, ad omne opus miniſterij attulerunt. Omniſq; mulier ſapiens corde, manibus ſuis neuerunt & attulerunt netum, hyacinthum, & purpurã, &

D vermiculũ cocci, & byſſum. Et omnes mulieres quas eleuauit cor in ſapientia, neuerunt caprarum pilos. Et principes attulerunt lapides onichinos, & lapides plenitudinum pro ſuperhumerali, & pectorali. Et aroma & oleum pro luminari, & pro oleo vnctionis, & pro ſuffitu aromatico. Omnis vir, & mulier quos ſpontaneos fecerat cor ipſorũ, ad afferẽdum ad omne opus quod præcepit dominus, vt faceret per manum Moſeh, attulerunt filij Iſrael oblationẽ ſpontaneam domino. Et dixit Moſeh ad Iſrael: Videte, vocauit dominus nomine Beſalel filium Vri, filij Chur è tribu Iehudah. Et repleuit eum

a congregationem

b qui includuntur i Ephod

c obtulit oblationem

ſpiritus dei ſapientia, intelligentia, & ſcientia, & omni opere. Et ad cogitandũ cogitationes, ad faciendum in auro, & in argente, & ære, & in arte lapidaria ad complendum. Et in arte lignaria ad faciendum in omni opere cogitationis. Et ad docendum dedit in corde ipſius, & Aholiab filiũ Achiſamach è tribu Dan. Et repleuit eos ſapientia cordis, ad faciendum omne opus fabrile, & phrygionicum, & acupictorium in hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo, & textorio, facientes omne opus, & cogitantes cogitationes.

Supra.31.a.

¶Fabricatio tabernaculi, cortinarum, operimenti, tabularum ueli, & aulæi.

## CAP. XXXVI.

A ET fecit Beſalel, & Aholiab, & omnis vir ſapiens corde, quibus dedit dominus ſapientiam & intelligentiam ad ſciendum, ad faciendum omne opus miniſterij ſanctificationis, ſecundum omĩa quæ præcepit dominus. Et vocauit Moſeh Beſalel, & Aholiab, & omnem virum ſapiẽtem corde, cui dedit dominus ſapientiam in corde, omnem quẽ eleuauit cor eius ad appropinquandum operi ad faciendum illud. Et tulerunt à facie Moſeh omnem oblationem, quam attulerant filij Iſrael, ad opus miniſterij ſanctificationis, ad faciendum illud, & ipſi attulerunt ad eum adhuc oblationem ſpontaneã, ſingulo mane. Et venerunt omnes ſapientes, facientes omne opus ſanctificationis: ſingulus ab opere ſuo, quod faciebant. Et dixerunt ad Moſeh, dicendo: Multiplicant populus offerẽdo vltra ſufficientiam miniſterij, ad opus quod præcepit dominus, vt facerent. Et præcepit Moſeh, & tranſire fecerunt vocem in caſtris, dicendo: Vir & mulier, ne faciãt vltra opus ad oblationem ſanctificationis. Et prohibitus eſt populus ne of-

Supra.26.

B ferret. Et ſubſtantia erat eis ſufficiens ad omne opus, ad faciendum illud, & ſuperabundandum. Et fecerunt omnis ſapiens corde cum facientibus opus, tabernaculum decem cortinas è byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, & [a] vermiculo cocci, Cherubim: opere phrygionis, fecit eas. Lõgitudo cortinæ vnius, octo & viginti cubitorum & latitudo, quatuor cubitorum cortinæ vnius. Menſura vna erat omnibus cortinis. Et coniunxit quinq; cortinas alteram ad alteram, & quinque cortinas coniunxit alteram ad alteram. Et fecit laqueolos hyacinthinos in ora cortinæ vnius, à latere in coniunctione, ſic fecit in ora cortinæ extremæ in coniunctione ſecundæ. Quinquaginta laqueolos fecit in cortina vna, & quinquaginta laqueolos fecit in extermo cortinæ quæ eſt in coniunctione ſecundæ: oppoſiti erant laqueoli alter ad alterum. Et fecit quinquaginta vncinos aureos, & coniunxit cortinas alteram ad alteram cum vncinis, & fuit tabernaculum vnum. Et fecit cortinas è caprarum pilis tecto ſup tabernaculum, vndecim cortinas fecit. Longitudo cortinę vnius triginta cubitorum, & quatuor cubitorum latitudo cortinæ vnius. Menſura vna erat vndecim cortinis. Et coniunxit quinque cortinas ſeorſum, & ſex cortinas ſeorſum. Et fecit laqueolos quinquaginta in ora cortinæ extremæ in coniunctione, & quinquaginta laqueolos fecit in ora cortinæ in coniunctione ſecundæ. Et fecit vncinos æreos quinquaginta ad coniungẽdum tectum, vt eſſet vnum. Et fecit operimentum tecto è pellibus arietum rubricatis, & operimentum è pellibus taxorum ſu-

a id eſt pictas

C pernè. Et fecit tabulas taberneculo è lignis Sitthim ſtantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ, & cubiti, & dimidij cubiti latitudo tabulæ vnius. Duæ incaſtraturæ erant tabulæ vni commiſſæ altera ad alteram, ſic fecit omnibus tabulis tabernaculi. Et fecit tabulas tabernaculo, viginti tabulas ad latus auſtri ad meridiem. Et quadraginta baſes argenteas fecit ſub viginti tabulis. Duas caſes ſub tabula vna, p duabus incaſtraturis eius, & duas baſes ſub tabula altera, p duabus incaſtraturis ei9. Et in latere tabernaculi ſecũdo in latere aqlonari fecit vigĩti tabulas. Et q̃draginta baſes earũ argẽteas duas; baſes ſub tabula vna, & duas baſes ſub tabula altera. Et ĩ laterib9 tabernaculi ad occidẽtẽ fecit ſex tabulas. Et duas tabulas fecit in angulis tabernaculi in lateribus

Et fuerunt.

Et fuerunt geminatæ inferne, & pariter fuerunt geminatæ ad caput eius, ad anulum vnum, ſic fecit ambabus ipſis in duob9 angulis. Et fuerunt octo tabulæ, & baſes earum argenteæ ſede-

D cim baſes binæ ſub qualibet tabula. Et fecit vectes è lignis Sitthim, quinque pro tabulis lateris tabernaculi vnius, & q̃nque vectes pro tabulis lateris tabernaculi alterius. Et quinque vectes pro tabulis lateris tabernaculi in lateribus ad occidentẽ. Et fecit vectem medium ad tranſeundum per medium tabularum, ab extremo ad extremum. Et tabulas texit auro, & anulos earum fecit ex auro loca vectibus, & texit vectes auro. Et fecit velum ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta opere acupictorio fecit ea cum Cherubim. Et fecit ei quatuor columnas Sitthim, & texit eas auro, & vncini earũ erant aurei. Et fudit eis quatuor baſes argenteas. Et fecit aulæum ad oſtium tabernaculi ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta opere phrygionico, & columnas eius quinque, & vncinos earum, & texit capita earũ, & fila eas cingentia erant ex auro, & baſes earũ quinq; æreæ.

¶Fabricatio arcæ teſtimonij, propiciatorij, mẽſæ, candelabri, altaris, & compoſitio ſuffimenti aromatici.

## CAP. XXXVII.

A ET fecit Beſalel arcam è lignis Sitthim, duorum cubitorum, & dimidij longitudo eius, & cubiti, & dimidij latitudo eius, & cubiti, & dimidij altitudo eius. Et texit eam auro mundo intrinſecus, & extrinſecus, & fecit ei coronam auream in circuitu. Et fudit illi quatuor anulos aureos, in q̃tuor angulis eius, & duos anulos in latere ipſius vno, & duos anulos in latere ipſius altero. Et fecit vectes è lignis Sitthim, & texit eos auro. Et introduxit vectes in anulos in lateribus arcæ ad portandum arcam. Et fecit propiciatorium ex auro mundo, duorum cubitorum, & dimidij erat longitudo eius, & cubiti, & dimidij latitudo eius. Et fecit duos Cherubim ex auro, ductiles fecit eos à duabus extremitatibus propiciatorij. Cherub vnum ab extremo hinc, & Cherub alterũ ab extremo inde à propiciatorio, fecit Cherubim à duabus extremitatibus eius. Et Cherubim extendebant alas ſupernè, tegentes alis ſuis ppiciatoriũ, & facies eorũ ſingula ad alterã. Ad propiciatorium erant facies Cherubim. Et fecit mẽſam è lignis Sitthim,

B duorum cubitorum erat longitudo eius, & cubiti latitudo eius, & cubiti & dimidij altitudo eius. Et texit eam auro mundo, & fecit ei coronã auream in circuitu. Et fecit ei clauſuram palmi in circuitu, & fecit coronam auream clauſuræ ipſius in circuitu. Et fudit ei quatuor anulos aureos, & poſuit anulos in quatuor angulis qui erant in quatuor pedibus eius. Contra clanſuram erant anuli, loca vectibus ad portandum menſam. Et fecit vectes è lignis Sitthim: & texit eos auro, ad portandum mẽſam. Et fecit vaſa quæ erant ſuper menſam, ſcutellas eius, & cochlearia eius, & cyathos eius, & medios calamos quibus libabatur ex auro mundo. Et fecit candelabrũ ex au-

C ro puro, ductile fecit candelabrum. Haſtile eius, & calamus eius ſcyphi eius, ſphęrulæ eius, & flores eius ex ipſo fuerunt. Et ſex calami egrediebantur è lateribus eius. Tres calami candelabri ex latere ipſius vno, & tres calami candelabri ex latere eius altero. Tres ſcyphi amygdalati in calamo vno, ſphærula & flos, & tres ſcyphi amygdalati in calamo altero, ſphærula, & flos. Sic ſex calamis egredientibus è candelabro. Et in candelabro quatuor ſcyphi amygdalati, ſphærulæ eius, & flores eius. Et ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, ſex calamis egredientibus ex ipſo. Sphærulæ eorum, &

D calami eorum, ex ipſo fuerunt. Totum erat ductile, vnum ex auro puro. Et fecit lucernas eius ſeptem, & forcipes eius, & receptacula ipſius ex auro puro. Ex talento auri puri fecit eas, & omnia vaſa eius. Et fecit altare ſuffimenti è lignis Sitthim, cubitus longitudo eius, & cubitus latitudo eius in quadrum, & duo cubiti altitudo eius. Ex ipſo fuerũt cornua eius Et texit illud auro puro, tectum eius, & parietes eius in circuitu, & cornua eius. Et fecit ei coronam auream in circuitu. Et duos anulos aureos fecit ei infra coronam ipſius in duobus angulis eius, in duobus lateribus eius, loca ſcilicet vectibus ad portandum illud cum eis. Et fecit vectes è lignis Sitthim, & texit eos auro. Et fecit oleum vnctionis, ſanctificationẽ, & ſuffimentum aromaticum purum opere vnguentarij.

¶Fabricatio altaris holocauſti, conchę æneæ, atrij, ſupputatio pretij per populum oblati.

## CAP. XXXVIII.

A ET fecit altare holocauſti è lignis Sitthim. Quinque cubitorum longitudo ipſius, & quinque cubitorum latitudo ipſius per quadrum, & trium cubitorum altitudo eius. Et fecit cornua eius in quatuor angulis eius: ex ipſo erant cornua eius, & texit illud ære. Et fecit omnia vaſa altaris, lebetes, & ſcopas, & crateras, & fuſcinulas, & receptacula, omnia vaſa eius fecit ærea. Et fecit altari cribum opere reticulato æneum ſubter ambitũ eius inferne vſq; ad medium eius. Et fudit quatuor anulos in quatuor extremitatibus cribri ænæi, loca vectib9. Et fecit vectes è lignis Sitthim, & texit eos ære. Et introduxit vectes in anulos in lateribus altaris ad portandum ipſum

B cum eis. Cum vacuo inter tabulas fecit illud. Et fecit cõcham æneam, & baſim eius æneam [a] ex ſpeculis conuenientium, quę conueniebant ad oſtiũ tabernaculi eccleſiæ. Et fecit atrium ad plagam auſtri ad meridiem. [b] Tentoria atrij ex byſſo retorta centum cubitorum. Columnæ eorũ viginti, & baſes eorũ viginti ex ęre, vncinos columnarũ, & fila eas cingẽtia ex argẽto. Et ad plagam aquilonis centum cubitorum. Columnæ eorũ viginti, & baſes eorum viginti ex ære, vncini columnarum, et fila eas cingentia ex argẽto. Et ad plagam occidentis tentoria quinquaginta cubitorum columnæ eorum decem, & baſes eorum decem vncini columnarum, & fila eas cingentia ex argento. Et ad plagam orientis ad ortum quinquaginta cubitorum. Tentoria quindecim cubitorum in latere columnæ eorum tres, & baſes eorum tres. Et ad latus ſecũdum hinc et inde. Ad portam atrij tentoria quindecim cubitorum, colu-

a in ſpeculis. Erant enim in circuitu labri ſpecula ad ornatũ et ſpeculandum ablu-ẽdas maculas.

b Cortina

C mnæ eorum tres, & baſes eorũ tres. Omnia tentoria atrij in circuitu, ex byſſo retorta. Et baſes columnarum ex ære vncini columnarum, & fila eas cingentia ex argento, & tecta fuerunt capita eorum argento, & ipſæ cinctæ argẽto, omnes columnæ atrij. Et aulæum portæ atrij opere phrygionis ex hyacintho, & purpura et vermiculo cocci, & byſſo retorta. Et viginti cubitorum erat longitudo & altitudo eius, ſicut latitudo quinque cubitorum contra tẽtoria atrij. Et columnæ eorum quatuor, & baſes earum quatuor ex ære, vncini earum ex argento. Et tecta ſunt capita earum, & fila eas cingẽtia argento. Et omnes claui tabernaculi, & atrij in circuitu erãt ex ære. Iſti ſunt numeri rerum tabernaculi, tabernaculi teſtimonij, quia numerata ſunt omĩa ad iuſſum Moſeh, in miniſteriũ

D Leuitarum per manum Ithamar filij Aharon ſacerdotis. Et Beſalel filius Vri filij Chur è tribu Iehudah fecit omnia quæ præcepit dominus Moſeh. Et cum eo Aholiab filius Achiſamach e tribu Dan artifex & plumarius & phrygio in hyacintho & purpura & vermiculo cocci, & byſſo. Omne aurum factum ad opus in omni opere ſanctificationis, fuit aurũ oblationis nouem & viginti talentorũ & ſeptingentorum, & triginta ſeclorũ, ſecũdũ ſeclũ ſanctificatiõis. Et argẽtũ numeratorũ ſynagogæ cẽtũ talenta, & mille, & ſeptingenti, & quinq; & ſeptuaginta ſecli, ſecũdũ ſeclũ ſanctificatiõis. Semiſſis capiti dimidiũ ſecli. Secũdũ ſeclũ ſanctificatiõis omni trãſeũti ad nũeratos, â viro viginti annorũ, & ſupra ſexcentis millibus, & trib9 millibus, & q̃ngentis, & q̃nquaginta. Et fuerũt cẽtũ talenta argenti ad fundẽdũ baſes ſanctificatiõis, & baſes veli cẽtũ baſes, cẽtũ talẽtis. Talentũ p baſi. Et ex mille, & ſeptingẽtis, & q̃nq;, & ſeptuaginta fecit vncinos colũnis, & texit capita ipſarũ, & cinxit eas. Et æs oblatiõis ſeptuaginta talenta, & duo milia & quadringẽti ſecli. Et fecit ex eo baſes oſtij tabernaculi eccleſię, & altare æreum, & cribrum æreũ quod erat ei, & omnia vaſa altaris. Et baſes atrij in circuitu, & baſes portæ atrij, & oẽs palos tabernaculi, & omnes palos atrij in circuitu.

¶ Ornatus ueſtimentorum Aharón, ſuperhumerale, pectorale, tunica, lamina ſacra & c.

CAP. XXXIX.

A ET ex hyacintho,& purpura,& vermiculo cocci fecerũt
veſtes miniſterij ad miniſtrãdũ in ſanctificatiõe, & fece-
Supra.28. rũt veſtes ſanctitatis q̃ erant Aharon, quẽadmodũ p̃cepit do
minus Moſeh. Et fecit ſuperhumerale ex auro, hyacintho, et
a intra hyacinthum purpura,& vermiculo cocci,& byſſo retorta. Et extenderũt
bracteas aureas,& abſcidit fila ad faciẽdũ [a] in medio hyacin-
thi,& in medio purpuræ,& in medio vermiculi cocci,& in
medio byſſi ope phrygionico. Oras fecerũt ei copulãtes ſe in
duabus extremitatibus. Et balthe9 ſuphumeralis eius q erat
ſuper illud, ex ipſo erat ſecũdũ opus eius ex auro, hyacintho,
& purpura,& vermiculo cocci,& byſſo retorta, quẽadmo-
dum præcepit dominus Moſeh. Et aptauerũt lapides onychi
B nos circundatos palis aureis cælatos cælaturis ſigilli cum no
minibus filiorum Iſrael. Et poſuit eos in oris ſuperhumeralis,
lapides in memoriã filiis Iſrael, quemadmodum præcepit do
minus Moſeh. Et fecit pectorale opere phrygionico, ſicut o-
pus ſuperhumeralis ex auro hyacintho,& purpura & vermi
culo cocci,& byſſo retorta. Quadrũ fuit, duplicatũ fecerunt
pectorale. Palmus longitudo eius,& palmus latitudo ei9, du-
plicatũ. Et repleuerũt in eo quatuor ordines lapidis. Ordo:
C Sardius, Topazius,& Smaragdus, ordo vnus. Et ordo ſecũ
dus, Carbunculus, Saphyrus,& Iaſpis. Et ordo tertius, Ligu-
rius, Achates,& Amethiſtus. Et ordo quartus, Tharſis, Oni-
chynus, & Beryllus, circundati palis aureis in plenitudinibus
ſuis. Et lapides cum nominibus filiorum Iſrael erant duode-
cim cum nominibus eorum ſculpturis ſigilli, vnuſquiſq; cũ
nomine ſuo ſecundũ duodecim tribus. Et fecerunt ſuper pe-
b terminales ctorale catenas [b] terminationis opere plectili ex auro puro. Et
fecerunt duas palas ex auro,& duos anulos aureos,& poſue-
runt duos anulos in duabus extremitatib9 pectoralis. Et po-
ſuerunt duos funes aureos in duobus anulis in extremitati-
bus pectoralis. Et duas extremitates duorum funium poſue-
runt in duabus palis,& poſuerunt eas in oris ſuperhumera-
lis cõtra faciẽ ei9. Et fecerũt duos anulos aureos, & poſuerũt
in duabus extremitatibus pectoralis in ora ei9, q̃ erat in latere
ſuphumeralis intrinſecus. Et fecerũt duos anulos ex auro,&
poſuerũt eos in duabus oris ſuphumeralis inferne cõtra faciẽ
D eius cõtra coniunctionẽ eius ſupra baltheũ. Et coniunxerunt
pectorale ab anulis ipſius ad anulos ſuphumeralis filio hya-
cinthino, vt eſſet ſuper baltheũ ſuperhumeralis,& nõ ſepara-
retur pectorale à ſuperhumerali queadmodum præcepit do
minus Moſeh. Et fecit pallium ſuperhumeralis opere textoris
totum hyacinthinũ. Et os pallij in medio eius, ſicut os loricæ
labrum ori eius in circuitu ne ſcinderetur. Et fecerunt in fim-
c inter malagranata briis pallij malogranata ex hyacintho,& purpura & vermi-
culo cocci & byſſo retorta. Et fecerunt tintinnabula ex auro
puro,& poſuerunt tintinnabula [c] in medio malogranatorũ,
E in fimbriis pallij in circuitu in medio malogranatorum. Tin-
tinnabulum,& malogranatum, tintinnabulum,& malogra-
natum in fimbriis pallij in circuitu, ad miniſtradũ quẽadmo-
dum præcepit dominus Moſeh. Et fecerunt tunicas ex byſſo
opere textorio Aharon,& filiis eius. Et mitram ex byſſo, &
pileos galerorũ ex byſſo,& feminalia linea ex byſſo retorta.
Et baltheũ ex byſſo retorta,& hyacintho,& purpura,& ver-
miculo cocci opere phrygionis, quemadmodũ præcepit do
minus Moſeh. Et fecerunt laminã coronæ ſanctificationis ex
auro mundo,& ſcripſerunt in ea ſcripturã cælaturã anuli. Sã
F ctificatio domino. Et poſuerunt ſuper eã filum hyacinthinũ
ad ponendũ ſuper tiarã ſupernæ, quemadmodũ pręcepit, do
minus Moſeh. Et conſummauit omne opus habitaculi & ta-
bernaculi eccleſiæ. Et fecerunt filij Iſrael Secundũ omnia quæ
præcepit dominus Moſeh, ſic fecerunt. Et attulerunt taberna
culũ ad Moſeh, tabernaculũ,& oĩa vaſa eius, circulos eius, ta
bulas eius, vectes eius,& colũnas eius,& baſes eius. Et operto
rium pellium arietum rubricatarum,& opertorium pellium
taxorum,& velum tentorij, arcam teſtimonij & vectes eius,
& propiciatorium, menſam & omnia vaſa eius,& panem fa-
cierum. Candelabrum mundum, lucernas eius, lucernas ordi
nis,& omnia vaſa eius,& oleum luminaris. Et altare aureum
& oleum vnctionis,& ſuffimentum aromaticum, & oleum
oſtij tabernaculi. Altare æreum,& cribrum æreũ quod erat
G illi,& vectes eius,& omnia vaſa eius,& conchã, & baſin eius.
Tentoria atrij,& columnas eius,& baſes eius,& auleum pro
porta atrij,& funes eius,& palos eius,& omnia vaſa miniſte
rij tabernaculi in tabernaculo eccleſiæ. Veſtes miniſterij ad
miniſtrandum in ſanctificatione, veſtes ſanctas Aharon ſacer
doti,& veſtes filiorum eius ad miniſtrandum. Secundum o-
mnia quæ præcepit dominus Moſeh, ſic fecerũt filij Iſrael, oẽ
opus. Et vidit Moſeh oẽ opus,& ecce fecerũt illud, quẽadmo
dum præcepie dominus, ſic fecerunt,& benedixit eis Moſeh.

¶ Erigitur tabernaculum, apparet gloria domini, nube operiente tabernaculum.

CAP. XL.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: In die men-
ſis primi in vna menſis, erigere facies tabernaculum, ta-
bernaculum eccleſiæ. Et pones ibi arcam teſtimonij,& teges
arcam velo. Et introduces menſam,& ordinabis ordinatio-
nem eius,& introduces candelabrum,& accẽdes lucernas ei9.
Et pones altare aureum ad ſuffimentum coram arca teſtimo
nij,& pones aulæum ad oſtium tabernaculi. Et pones altare
holocauſti coram oſtio tabernaculi, tabernaculi eccleſiæ. Et
pones cõcham inter tabernaculũ eccleſiæ, & altare, & pones
ibi aquam. Et pones atrium in circuitu,& pones aulæum ad
portam atrij. Et accipies oleum vnctionis,& vnges taberna-
culum,& omnia quæ ſunt in eo,& ſanctificabis illud,& omĩa
vaſa eius,& erit ſanctificatio. Et vnges altare holocauſti & o-
mnia vaſa eius,& ſanctificabis altare,& erit altare ſanctifica-
tio ſanctificationũ. Et vnges concham,& baſin eius,& ſancti
B ficabis illam. Et appropinquare facies Aharon, & filios eius
ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,& lauabis eos aqua. Et indue
re facies Aharon veſtes ſanctificationis,& vnges eum,& ſan-
ctificabis eum,& ſacerdotio fungetur mihi. Et filios appro-
pinquare facies, & induere facies eos tunicis. Et vnges eos
quemadmodum vnxiſti patrem eorum, & miniſtrabunt mi
hi,& erit, vt ſit eis vnctio eorum in ſacerdotium perpetuum
in generationes eorum. Et fecit Moſeh. Secundum omnia
quæ præcepit dominus ei, ſic fecit. Et fuit menſe primo, an-
no ſecundo, prima die menſis, erectum eſt tabernaculum. Et
erexit Moſeh tabernaculum,& poſuit baſes eius,& ponere fe Num.7.a.
cit tabulas eius,& poſuit vectes eius,& erigi fecit columnas
eius. Et extendit tentorium ſuper tabernaculum,& poſuit o-
perimentum tecti ſuper illud ſuperne, quemadmodum præ-
cepit dominns Moſeh. Et tulit,& poſuit [a] teſtimonium in ar- a i. tabulas teſtimonij.
ca,& poſuit vectes in arca,& poſuit propiciatorium ſup ar-
cam ſuperne. Et introduxit arcam in tabernaculum,& poſuit
velum tentorij, operiens eo arcam teſtimonij, quemadmodũ
præcepit dominus Moſeh. Et poſuit menſam in tabernaculo
C eccleſiæ ad latus tabernaculi ad aquilonem extra velũ. Et or-
dinauit ſuper eam ordinationem panis coram domino, quẽ
admodum præcepit dominus Moſeh. Et poni fecit candela-
brum in tabernaculo eccleſiæ contra menſam in latere taber
naculi ad meridiem. Et accendit lucernas corã domino, quẽ-
admodum præcepit dominus Moſeh. Et poſuit altare aureũ
in tabernaculo eccleſiæ coram velo. Et ſuffire fecit ſuper illo
ſuffimenrum aromaticum, quemadmodum præcepit domi
nus Moſeh. Et poſuit aulæum ad oſtiũ tabernaculi. Et altare
holocauſti poſuit ad oſtiũ tabernaculi, tabernaculi ecclĩæ,&
obtulit ſup illo holocauſtũ,& ſacrificium, quẽadmodũ præ-
cepit dominus Moſeh. Et poſuit concham inter tabernaculũ
D eccleſiæ,& altare,& poſuit ibi aquam ad lauandum. Et laua-
bunt ex ea Moſeh, Aharon & filij eius manus ſuas, & pedes
ſuos. Quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ,& quan-
do appropinquabunt ad altare lauabũt ſe, quemadmodum
præcepit



præcepit dominus Moſeh. Et erexit atrium in circuitu taber
naculi,& altaris,& poſuit aulæum ad portam atrij,& cõſum
mauit Moſeh opus. Et operuit nubes tabernaculum eccleſiæ,
& gloria domini impleuit tabernaculum. Et non potuit Mo
ſeh ingredi tabernaculum eccleſiæ, quia manſit ſuper illud nu
a eleuabatur Num.9.c. 3.Reg.8.b. bes,& gloria domini repleuit tabernaculum. Et quando [a] re-
cedebat nubes à tabernaculo, proficiſcebantur filij Iſrael in cũ
ctis profectionibus ſuis. Et ſi non recedebat nubes, non profi
ciſcebantur vſque ad diem qua recedebat. Quia nubes domi
ni erat ſuper tabernaculum in die,& ignis erat in nocte in eo,
in oculis omnis domus Iſrael in cũctis profectionibus eorũ.

FINIS.

# Liber Vaicra, id eſt,

## Et uocauit: Qui Leuiticus dicitur. Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Ritus offerendi, armenta, pecudes, aues.

CAPVT I.

A ET VOCAVIT MOSEH,
& locutus eſt dominus ad eum è taberna
naculo eccleſiæ, dicendo: Loquere ad fi-
lios Iſrael,& dices ad eos: Homo cum ob
tulerit ex vobis oblationẽ domino de a-
nimalib9, de bobus et de pecudib9 offere
tis oblationem veſtrã. Si holocauſtum eſt
oblatio eius de bobus, maſculum immaculatum offeret eum
ad oſtium tabernaculi eccleſiæ offeret eum ſecundum volun-
Exo.29.b. tatem ſuam in conſpectu domini. Et [b] coniunget manum ſuã
b imponet ſuper caput holocauſti,& placabile erit pro eo ad expiãdum
B ipſum. Et mactabit filium bouis in conſpectu domini, & of-
ferent filij Aharon ſacerdotes ſanguinẽ,& ſpargent ſanguinẽ
ſuper altare in circuitu, quod eſt ad oſtium tabernaculi eccle-
ſiæ. Et excoriabit holocauſtum,& concidet illud in fruſta. Et
ponent filij Aharon ſacerdotis ignem ſuper altare. Et ordina-
bunt ligna ſuper ignem. Et ordinabunt filij Aharon ſacerdo-
tes fruſta, caput,& adipem ſuper ligna quæ ſunt ſuper ignẽ,
qui eſt ſuper altare. Et inteſtinum eius,& crura eius, lauabit a-
qua. Et ſuffire faciet ſacerdos oĩa ſuper altare. Holocauſtũ eſt,
c exuſta C oblatio [c] ignita odoris quietis dño. Et ſi de pecoribus eſt obla
tio eius, de ouibus, vel de capris in holocauſtũ, maſculũ imma
culatũ offeret. Et mactabit eum ad latus altaris ad aquilonẽ
in cõſpectu dñi,& ſpargẽt filij Aharon ſacerdotes ſanguinem
eius ſuper altare in circuitu. Et cõcidet eũ in fruſta ipſius,& ca
put eius,& adipẽ eius,& ordinabit ſacerdos ea ſup ligna, quę
ſunt ſup ignẽ, qui eſt ſup altare. Et inteſtinũ,& crura lauabit a-
qua,& offeret ſacerdos omnia,& ſuffire faciet ſup altare. Ho-
locauſtum eſt oblatio ignita odoris quietis domino. Et ſi de
D auibus eſt holocauſtũ, oblatio ipſius domino, offerret de tur
turibus vel de filijs colũbæ oblationem ſuam. Et offerret eam
ſacerdos ſuper altate,& vngue ſecabit caput ipſius. Et ſuffire
d iuxta faciet ſuper altare,& exprimetur ſanguis eius [d] ſuper parietem
altaris. Et remouebit veſiculã eius cum pluma ipſius,& proij-
ciet eam apud altare ad orientem in locum cineris. Et findet
eam cum alis ipſius,& non diuidet,& ſuffire faciet eam ſacer-
dos ſuper altare, ſuper ligna, quæ ſunt ſuper ignem. Holocau-
ſtum eſt oblatio ignita odoris quietis domino.

¶ De oblatione ſacrificiorum, ſimilę, thuris, panum, laganorum, &c. abſq; fermento,& melle, ſed non ſine ſale.

CAP. II.

A ET anima cum obtulerit oblationem minha domino, Si-
mila erit oblatio eius. Et fundet ſuper eam oleum,& po
net ſuper eam thus. Et afferet eam ad filios Aharon ſacerdo-
tes,& accipiet inde plenũ pugillum ſuum de ſimila eius,& de
oleo ipſius ſuper omne thus ipſius,& ſuffire faciet ſacerdos o-
dorem ei9 ſuper altare. Oblatio eſt ignita odoris quietis dño.
Et quod ſupereſt de ſacrificio Aharon erit,& filiis ipſius. San Eccl.7.d.
ctificatio ſanctificationũ eſt de oblationibus ignitis domini.
B Et ſi obtulerit oblationẽ [a] ſacrificij coctionem clibani, è ſimila a minha
placentæ infermentatæ erunt mixtæ oleo,& lagana infermen
tatorum vncta oleo. Et ſi fuerit ſacrificium de ſartagine obla-
tio tua, ſimila conſperſa oleo infermentata erit. Concides eam
in fruſta,& fundes ſuper eam oleum. Sacrificium eſt. Et ſi ſacri
ficium craticulæ fuerit oblatio tua, ſimila conſperſa oleo fiet.
C Et afferes ſacrificium quod fiet ex iis domino. Et offeret illud
ſacerdoti,& accedere faciet illud ad altare. Et eleuare faciet de
ſacrificio odorem eius,& ſuffire faciet ſuper altare. Oblatio
eſt ignita odoris quietis domino. Et quod ſupereſt de ſacrifi-
cio, Aharon erit,& filijs eius. Sanctificatio ſanctificationum
eſt de oblationibus ignitis domini. Omne ſacrificium quod
offeretis domino non fiet fermentatum, quia de omni fermẽ
to,& de omni melle non ſuffire facietis oblationem ignitã do
D mino. In oblationem primitiarum, offeretis ea domino, et ſu
per altare non aſcẽdent in odorem quietis. Et omnem obla-
tionem ſacrificij tui ſale ſalies,& non ceſſare facies ſal fœderis
dei tui à ſacrificio tuo. In oblatione tua offeres ſal. Et ſi obtu-
leris ſacrificium primitiarum domino, ſpicam [b] cũ culmo to- b recentem
ſtam igni, triticum contuſum ſpicæ virentis plenæ offeres ſa-
crificium primitiarum tuarum. Et pones ſuper eam oleum, et
pones ſuper eam thus. Sacrificiũ eſt. Et ſuffire faciet ſacerdos
odorem eius de frumento contuſo eius,& de oleo eius ſuper
omne thus ipſius. Oblatio eſt ignita domino.

¶ Hoſtiæ pacificorum, de bobus, de ouibus, de agnis & capris. CAP. III.

A ET ſi ſacrificium pacificorum fuerit oblatio eius, ſi de bo
bus ipſe offert, tam maſculum q̃ fœminã, immaculatum
offeret eum in conſpectu domini. Et coniunget manum ſuã
ſuper caput oblationis ſuæ,& immolabit eum ad oſtium ta-
bernaculi eccleſiæ,& fundent filij Aharon ſacerdotes ſangui-
nem ſuper altare in circuitu. Et offeret de ſacrificio pacifico- Exod.29.b.
rum oblationem domino, adipem operientem inteſtinum, et
omnem adipem qui eſt ſuper inteſtinum,& duos renes & a-
dipem, qui eſt ſuper ipſis,& qui eſt ſuper iliis,& fibram cũ he-
pate, cum renibus remouebit. Et ſuffire facient illum filij Aha
B ron ſuper altare, ſuper holocauſtum, quod eſt ſup ligna quæ
ſunt ſuper ignem. Oblatio eſt ignita odoris quietis domino.
Et ſi de pecudibus eſt oblatio eius in ſacrificium pacificorum
domino, maſculum vel fœminam, immaculatum offeret eũ.
Si agnum ipſe offert oblationem ſuam, offeret ipſum in con
ſpectu domini. Et coniunget manum ſuam ſuper caput obla
tionis ſuæ,& mactabit eum in conſpectu tabernaculi ecclĩæ
& ſpargent filij Aharon ſanguinem eius ſuper altare in circui
C tu. Et [c] offeret de ſacrificio pacificorum oblationem ignitam c pinguedinẽ
domino, adipem eius, caudã integram, contra ſpinã dorſi re
mouebit eam,& adipẽ operientẽ inteſtinũ,& oẽm adipem q
eſt ſuper inteſtinum & duos renes & adipem qui eſt ſuper eis,
& q eſt ſup ilia & fibrã, cum hepate, cum renibus remouebit.
& ſuffire faciet eũ ſacerdos ſup altare, caro oblatiõis ignitæ eſt
dño. Et ſi capra fuerit oblatio eius, offeret eam in conſpectu
dñi. Et cõiũget manũ ſuã, ſup caput eius,& mactabit eã corã
tabernaculo ecclĩæ,& ſpargẽt filij Aharon ſanguinẽ eius ſup
altare in circuitu. Et offeret ex ea oblationẽ ſuã, oblationem
D ignitã dño adipẽ operiẽtẽ inteſtinũ,& oẽm adipẽ q eſt ſup in
teſtinũ. Et duos renes,& adipẽ q eſt ſup eis,& qui eſt ſup ilia,
& fibrã cũ hepate, cũ renibus remouebit. Et ſuffire faciet ea
ſacerdos ſuper altare. Caro oblatiõis ignitæ eſt in odorẽ qe-
tis. Omnis adeps domino eſt. Statutum perpetuum in gene-
rationibus veſtris in cunctis habitaculis veſtris. Omnem adi
pem,& omnem ſanguinem non comedetis.

¶ Hoſtiæ pro peccatis per errorem commiſſis.

CAP. IIII.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Loquere
ad filios Iſrael, dicendo: Anima cum peccauerit per

errorē ex oībus p̄ceptis domini,q̄ non ſunt fienda,& fecerit
vnum ex his.Si ſacerdos vnctus peccauerit ſecundum deli-
ctum populi,offeret pro peccato ſuo in quo peccauit,iuuen-
cum filium bouis immaculatum dño pro peccato.Et afferet
iuuencum ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,in conſpectu domi
ni,& coniunget manum ſuam ſuper caput iuuenci,& macta
bit iuuencum in conſpectu domini.Et accipiet ſacerdos vn-
B ctus de ſanguine iuuenci,& afferet eum ad tabernaculum ec-
cleſiæ,Et tinget ſacerdos digitum in ſanguine,& aſperget de
ſanguine ſeptem vicibus coram dño,ante verbum ſanctifica-
tionis,Et ponet ſacerdos de ſanguine ſuper cornua altaris ſuf
fimenti aromatici corā domino quod eſt in tabernaculo ec-
cleſiæ,& totum ſanguinem iuuenci effundet ad fundamentū
altaris holocauſti,quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.Et
totum adipem iuuenci pro peccato tollet ab eo,adipem ope
rientem inteſtinum,& totum adipem qui eſt ſuper inteſtinū.
Et duos renes,& adipem,qui eſt ſuper eis,qui eſt ſuper ilia,&
C fibram cum hepate,cum renibus remouebit, quemadmodū
tollitur à boue ſacrificij pacificorū,& adolebit ea ſacerdos ſu
per altare holocauſti.Et pellem iuuenci,& totam carnē eius,
cum capite eius,& cruribus eius,& inteſtino ipſius, & fimo
ipſius.Et educet totum iuuencū extra caſtra ad locum mūdū
ad locum effuſionis cineris,& comburet eum ſuper lignis
in igne,ſuper effuſionem cineris comburetur.Et ſi omnis ſy-
nagoga Iſrael errauerit,& latuerit res ab oculis cōgregatiōis
& fecerint vnum ex omnibus præceptis dñi,quæ nō ſunt fiē
da,& deliquerint.Et ſcitum fuerit peccatū in quo peccauerūt
offeret cōgregatio iuuencū filium bouis pro peccato,et addu
cēt ante tabernaculū eccl'iæ.Et cōiungent ſeniores ſynagogæ
manus ſuas ſuper caput iuuenci coram dño,& mactabit iu-
uencum corā dño,Et afferet ſacerdos vnctus de ſanguine iu-
uenci ad tabernaculū eccleſiæ,Et tinget ſacerdos digitū ſuum
D de ſanguine,& aſperget ſeptem vicibus coram dño ante ve-
lum.Et de ſanguine ponet ſuper cornua altaris,quod eſt co-
rā dño,quod eſt in tabernaculo eccleſiæ,& totum ſanguinem
effundet ad fundamentum altaris holocauſti qđ eſt ad oſtiū
tabernaculi eccleſiæ.Et totū adipē eius tollet ab eo ,& ſuffire
faciet ſuper altare,Et faciet iuuenco,quemadmodū fecit iuuē
co ꝓ peccato,ſic faciet ei,& expiabit eos ſacerdos,& dimitte
tur eis.Et educet iuuencū extra caſtra,& cōburet eum,quēad
E modū combuſſit iuuencū primū:Oblatio pro peccato con-
gregationis eſt;Quū princeps peccauerit,& fecerit vnum ex
omnibus præceptis dñi dei ſui,quæ nō ſunt fienda per erro-
rē,& deliquerit,vel notificatū fuerit ei peccatū ſuum,in quo
peccauit,afferet oblationē ſuā hircū caprarū maſculū imma-
culatū.Et coniūget manū ſuā ſup caput hirci,& mactabit eū
in loco quo mactari ſolet holocauſtū coram dño.Oblatio ꝓ
peccato eſt.Et accipiet ſacerdos de ſangine oblationis ꝓ pec-
cato digito ſuo,& ponet ſuper cornua altaris holocauſti, &
ſanguinem eius effundet ad fundamentum altaris holocauſti.
Et totum adipem eius ſuffire faciet ſuper altare ſicut adipem
ſacrificij pacificorū,& expiabit eum ſacerdos à peccato eius,
& dimittetur ei.Et ſi anima vna peccauerit per errorē de po
F pulo terræ,dū facit vnū ex præceptis dñi,quæ non ſunt fien-
da,& deliquerit:vel notificatū fuerit ei peccatū ſuū qđ pecca-
uit,afferet oblationē ſuā capellā immaculatā fœminā pro pec
cato ſuo,quod peccauit.Et cōiūget manū ſuā ſup caput obla
tionis pro peccato,& mactabit oblationē pro peccato in lo
co holocauſti.Et accipiet ſacerdos de ſanguine eiꝰ digito ſuo,
& ponet ſuper cornua altaris holocauſti,& totum ſanguinē
eius effundet ad fundamentū altaris.Et totū adipē eius remo
uebit,quēadmodū remotus eſt adeps à ſacrificio pacificorū,
& ſuffire faciet ſacerdos,ſuper altare in odorē quietis dño, &
expiabit eum ſacerdos,& dimittetur ei.Et ſi pecꝰ attulerit ob
G lationem ſuā ꝓ peccato,fœminā immaculatā afferet.Et con
iunget manū ſuā ſup caput oblatiōis ꝓ peccato,& mactabit
eam pro peccato in loco quo mactari ſolet holocauſtū.Et ac
cipiet ſacerdos de ſanguine oblatiōis ꝓ peccato digito ſuo,&
ponet ſup cornua altaris holocauſti,& totū ſanguinē eius ef-
fundet ad fundamentū altaris.Et totū adipē eius remouebit.
quēadmodū remotus eſt adeps agni à ſacrificio pacificorū,&
ſuffiet ſacerdos ea ſuper altare in oblationem dñi,& expia-
bit eum ſacerdos à peccato ſuo,quod peccauit & dimittet ei.

¶De iuramentis,expiatio tangentis immūdum,expiatio iuramenti,
& peccati per errorem.

C A P. V.

A ET anima cū peccauerit,&[a] audierit vocē iuramēti,et eſt
teſtis,vel vidit,vel ſciuit,niſi annūciauerit,portabit pœ
nā iniquitatis ſuæ.Vel aīa quæ tetigerit oē immūdū vel ca-
dauer feræ immundæ,vel cadauer aīalis immūdi,vel cadauer
reptilis immūdi,& latuerit eā,& ipſa immūda eſt,& deliquit.
Vel ſi tetigerit immūditiam hominis ex oī immūditia eius in
qua polluitur,& latuerit eā,& ipſa ſciuit,deliquit.Vel aīa ſi iu
rauerit vt ꝓferat labiis,malefacere,vel benefacere ſecūdū oē
quod ꝓferet homo in iuramento,& latuerit eā,& ipſa ſciuit
deliquit in vno ex iſtis.Et erit,cū deliquerit in vno ex iſtis, &
confeſſa fuerit id ſup quo peccauit,adducet oblationē delicti
B ſui dño ꝓ peccato ſuo qđ peccauit,fœminā è pecoribꝰ agnā,
vel[b] hircā caprarū ꝓ peccato,& expiabit eā ſacerdos à pecca-
to eius.Et ſi nō attigerit manꝰ eius ſufficiēs pecus,adducet ob
lationē ꝓ delicto ſuo qđ peccauit,duos turtures,vel duos fi-
lios colūbæ dño vnū pro peccato,& alterū pro holocauſto.
Et adducet eos ad ſacerdotē,& offeret eū qui eſt pro peccato
primū,& vngue ſecabit caput ipſius cōtra ceruicē eius,& nō
diuidet.Et aſperget de ſanguine oblatiōis ꝓ peccato [c] ſup pa-
rietē altaris,& qđ ſupereſt de ſanguine exprimet ad fundamē
tū altaris.Oblatio ꝓ peccato eſt.Et alterū faciet holocauſtum
iuxta morē,& expiabit eā ſacerdos à peccato ipſius qđ pec-
cauit,& dimittet ei.Et ſi nō attigerit manus eius duos turtu-
res,vel duos filios colūbæ,adducet oblationē ſuā ꝓ quo pec-
C cauit,decimā partē Ephah,ſimile pro peccato.Nō ponet ſup
eam oleū,neq; ponet ſuper eā thus,quia oblatio ꝓ peccato
eſt.Et adducet eam ad ſacerdotē,& accipiet ſacerdos ex ea ple
num pugillū ſuū odorem eius,& ſuffire faciet ſuper altare ſup
oblatiōes ignitas dñi,oblatio pro peccato eſt.Et expiabit eā
ſacerdos a peccato ipſiꝰ,qđ peccauit,ex vno de iſtis,& dimit
tetur ei.Et erit ſacerdoti ſicut ſacrificiū.Et locutus eſt dominꝰ
ad Moſch,dicēdo:Anima ſi præuaricata fuerit præuaricatio
nē,& peccauerit per errorē de ſanctificationibus dñi,adducet
oblationē pro delicto ſuo dño arietem immaculatū de pecu
dibus ſecundum æſtimationem tuam argentum ſeclorum,
D ſecundum ſeclum ſanctificationis pro delicto.Et quod pec-
cauit de ſanctificatiōe reddet,& quintā partē ipſius addet ei
& dabit illud ſacerdoti,& ſacerdos expiabit eū in ariete obla
tiōis delicti,& dimittet ei.Et anima cum peccauerit,& fecerit
vnū ex omnibus præceptis dñi,q̄ non ſunt fiēda,& nō cogno
uerit,& deliquerit,& portauerit pœnā iniquitatis ſuæ.Addu
cet arietē immaculatū de pecudibus ſecundum æſtimationē
tuam,pro delicto ad ſacerdotem,& expiabit eā ſacerdos ab
errore ſuo quem ignorauit,& ipſa neſciuit,& dimittetur ei.
Delictum eſt,delinquendo deliquit domino,

[a] .i. adiuratꝰ fuerit ꝓ veritate dicenda.
[b] cappellam
[c] iuxta
1. Pe. 1. c

¶Hoſtia pro peccato ultroneo,lex holocauſti,de igne perpetuo,de
oblatione ſacerdotum.

C A P. V I.

A ET locutus eſt dominus ad Moſch,dicēdo:Anima ſi pec
cauerit,& præuaricata fuerit præuaricationem in do-
minum,& negauerit proximo ſuo depoſitum,vel pecuniam
poſitam in eius manu negotiationis gratia,vel raptum , vel
vi extorſit aliquid à proximo ſuo:vel inuenit amiſſum,& ne
gauerit illud,& iurauerit falſum ſuper vno ex omnibus quę
fecerit homo peccando in ipſis:ſi itaque peccauerit, & deli-
querit,reddet raptū quod rapuit,vel vl' extortū quod vi ex-
torſit,vel depoſitum quod depoſitum eſt apud eū,vel amiſ-
ſum quod inuenit:vel omne ſuper quo iurauerit falſum, &
reddet illud cum ſorte eius,& quintam partem ipſius addet
ſuper



ſuper illud ei cuius erat,dabit illud die oblationis pro delicto
ſuo.Et oblationem pro delicto ſuo adducet domino arietem
immaculatum è pecudibus ſecundum æſtimationem pro de
licto ad ſacerdotem,& expiabit eum ſacerdos coram domi-
B no,& dimittetur ei vnumquodque ex omnibus quæ faciet
delinquendo in eo.Et locutus eſt dominus ad Moſeh,dicen-
do.Præcipe Aharon & filiis eius,dicendo: Hæc eſt lex holo-
cauſti.Et holocauſtum propter vſtionem eius ſuper altare to
ta nocte vſque mane.Et ignis altaris accenſus erit in eo.Et in-
duet ſe ſacerdos veſte linea,& feminalibus lineis induet ſe ſu-
per membrū ſuum,& tollet cinerē,quia conſumet ignis holo
cauſtum ſuper altare,& ponet illum apud altare.Et exuet ſe
veſtes ſuas,& induet ſe veſtibus aliis,& educet cinerē extra ca
ſtra ad locum mundum.Et ignis in altari ardebit,non extin-
guetur. Et ardere faciet in eo ſacerdos ligna ſingulo mane,
& ordinabit ſuper illud holocauſtū,& ſuffire faciet ſup illud
adipes pacificorū.Ignis ſemp ardebit in altari, nō extinguet.
Et iſta eſt lex oblationis,quā offerent filij Aharon corā dño,
coram altari.Et tollet ab ea pugillo ſuo de ſimila oblationis,
& de oleo eius,& totum thus,quod eſt ſup oblationē,& ſuf
C fire faciet ſuper altare in odorem quietis,odorem ipſius dño.
Et quod ſupereſt,ex ea comedent Aharon & filij eius. Infer-
mentata comedentur in loco ſancto.In atrio tabernaculi ec-
cleſiæ comedent ea.Non coquetur fementatū.Partem eorū
dedi ex oblationibus meis ignitis.Sāctificatio ſanctificationū
eſt,ſicut oblatio ꝓ peccato,& ſicut oblatio pro delicto. Oīs
maſculus de filiis Aharon,comedet ea. Statutum perpetuū
eſt in generationibus veſtris de oblationibus ignitis dñi.Oīs
q tetigerit eas ſanctificabitur.Et locutus eſt dñs ad Moſeh,di
do:Iſta eſt oblatio Aharon & filiorū eius,quā offerēt dño in
die qua vngetur ipſemet,Decimā partē Ephah ſimilæ,ſacrifi-
cium iuge.Dimidium eius mane,& dimidium eius veſperi.In
ſartaginē oleo fiet,frictam adduces eā,cocta oblatiōis ꝑ fru-
ſta offeres in odorem quietis domino.Et ſacerdos vnctus ꝓ
eo è filiis eius faciet eam ſtatutū perpetuū domino,tota ſuffie
tur.Et omnis oblatio ſacerdotis holocauſtū erit:Non come
D detur.Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicēdo:Loq̄re ad Aharō,
& ad filios eiꝰ,dicēdo:Iſta eſt lex oblatiōis ꝓ peccato:In loco
quo mactabit holocauſtū mactabit oblatio ꝓ peccato corā
dño. Sāctificatio ſanctificationū eſt.Sacerdos expiās illud,co
medet illud,in loco ſancto comedet,in atrio tabernaculi eccle
ſiæ.Oīs q tetigerit carnē eiꝰ,ſanctificabit.Et ſi aſpſum fuerit è
ſanguine eius ſup veſtē.Illud ſup qđ aſperſum fuerit lauabis
in loco ſancto.Et vas teſtaceū in quo coquet confringetur.Et
ſi in vaſe æneo cocta fuerit,defricabit,& lauabit aqua.Oīs ma
ſculꝰ inter ſacerdotes comedet illud.Sāctificatio ſanctificatio
nū eſt.Et oīs oblatio ꝓ peccato de cuius ſanguine adducet ad
tabernaculū eccl'iæ,ad expiādū in ſanctificatiōe,nō comedet.
Igni cōburetur.

¶ De oblatione pro delicto ſacerdotum,lex oblationis pacificorū
ſanguis & adeps non comedendus.

C A P. V I I.

A ET iſta eſt lex oblatiōis ꝓ delicto. Sāctificatio ſanctifica-
tionū eſt.In loco quo mactabūt holocauſtū, mactabūt
oblationē ꝓ delicto,& ſanguinē eius ſparget ſup altare in cir-
cuitu.Et totū adipem eius offeret ex eo,pinguedinē caudæ et
adipē operientē inteſtinū.Et duos renes,& adipem qui eſt in
eis,qui eſt in iliis,& fibram cū hepate cū renibus remouebit.
Et ſuffire faciet ea ſacerdos ſup altare oblationē ignitam dño.
Oblatio ꝓ delicto eſt.Oīs maſculꝰ inter ſacerdotes comedet
illud.In loco ſancto comedet.Sanctificatio ſanctificationum
eſt.Sicut oblatio pro peccato,ſic oblatio ꝓ delicto.Lex vna
eſt eis.Sacerdotis,q expiabit illud,erit.Et ſacerdos offerēs ho
locauſtū viri,pellis holocauſti,qđ obtulit ſacerdoti eius,erit.
Et omne ſacrificiū qđ coquet in clibano,& omne factū in ſar
tagine,& in craticula,ſacerdotis offerentis ipſum, erit.Et o-
B mne ſacrificiū mixtum oleo,& aridū omnibus filijs Aharon
erit.Singulus dt alter erit.Et hæc eſt lex ſacrificij pacificorum
quod offeret dño.Si pro gratiarū actiōe obtulerit illud offe-
ret pro ſacrificio gratiarū actionis placētas infermētatas mi-
xtas oleo,& lagana infermētata vncta oleo,& ſimilam frictā,
placentas mixtas oleo.Cum placētis panis fermentati offeret
oblationē ſuam pro ſacrificio gratiarū actionis pacificorum
ſuorū.Et offeret ex eo vnum ex omni oblatione,oblationem
dño.Sacerdotis ſpargentis ſanguinē pacificorū erit. Et caro
ſacrificij gratiarū actiōis pacificorū eius,in die oblatiōis eius,
comedet.Non dimittet ex eo vſq; mane.Et ſi votum vel ſpō
taneū eſt ſacrificiū oblationis eius,in die qua obtulerit ſacrifi-
cium ſuū comedetur,& in craſtino,& quod ſuper eſt ex eo
comedetur.Et qđ ſupereſt de carne ſacrificij in die tertia,igni
cōburet.Et ſi comedēdo comeſtū fuerit de carne ſacrificij pa-
cificorū eius,in die tertia nō placebit offerēs illud,neque repu
tabit illi.Prophanum erit,& anima comedens ex eo,pœnam
ſuā portabit.Et caro quæ tetigerit omne immūdū,nō come
C detur,igni cōburet:[a] & carnē omnis mūdus comedet.Et ani-
ma quæ comederit carnē de ſacrificio pacificorum,quod eſt
dño,& immūditia eius eſt ſup ipſam,excidet anima ipſa è po
pulis ſuis.Et anima ſi tetigerit omne immundū,tā de immun
ditia hominis,q̄ animalis immūdi,vel omnis reptilis immū-
di,& comederit de carne ſacrificij pacificorum qđ eſt dño,ex
cidetur anima ipſa è populis ſuis.Et locutus eſt dñs ad Moſeh
dicendo:Loq̄re ad filios Iſrael,dicēdo: Oēm adipem bouis,
& agni,& capræ nō comedetis.Et adeps cadaueris & adeps
rapti,fiet in omne opus,ſed comedēdo nō comedetis illum.
Nam omnis qui comederit adipē animalis ex quo offeret o-
blationē ignitā dño, excidet anima quæ comederit è populis
ſuis.Et omnem ſanguinē non comedetis in cunctis habitatio
nibus veſtris,tā de auibus q̄ de animalibus.Omnis anima q̄
comederit oēm ſanguinem, excidet anima ipſa è populis ſuis.
Et locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Loquere ad filios
Iſrael,dicēdo:Offerēs ſacrificium pacificorum ſuorū dño,ad-
ducet oblationē ſuam domino,de ſacrificio pacificorum ſuo
D rum.Manus eius adducent oblationes ignitas dñi,adipē cum
pectuſculo adducet,& pectuſculum ad eleuādum ipſum ele-
uationē coram domino.Et ſuffire faciet ſacerdos adipē,ſuper
altare.Et erit pectus Aharon, & filiis eius,& armū dextrum
dabitis oblationē ſacerdoti è ſacrificiis pacificorū veſtrorum.
Offerenti ſanguinē pacificorū,& adipem è filiis Aharon, erit
armus dexter in partē.Quia pectus eleuationis,& armum ele
uationis tuli à filiis Iſrael,è ſacrificiis pacificorum eorum,et de
di ea Aharon ſacerdoti,& filiis eius in ſtatutum perpetuū à fi
liis Iſrael.Hæc eſt vnctio Aharon,& vnctio filiorum eius de
oblationibus ignitis dñi,in die qua appropinquare fecit eos
ad miniſtrandū dño:quas præcepit dominus vt darent eis,in
die qua vnxit eos à filiis Iſrael,ſtatutum perpetuum in gene-
rationibꝰ eorū.Hæc eſt lex holocauſto,ſacrificio,& oblatiōi
ꝓ peccato,& oblatiōi ꝓ delicto,& cōſecratiōibꝰ,& ſacrificio
pacificorū.Quā p̄cepit dñs Moſeh in monte Sinai in die q̄ p̄-
cepit filiis Iſrael,vt offerrēt oblatiōes ſuas dño i deſerto Sinai.

[a] at carnem oēm mūdā comedet q cat ni comedēdę eſt idoneus.

¶Conſecratio Aharon,& filiorum eius. C A P. V I I I.

A ET locutus eſt dñs ad Moſeh,dicendo:Tolle Aharon, &
filios eius cum eo,& veſtes,& oleum vnctionis,& iuuē-
cum oblationis pro peccato,& duos arietes,& caniſtrum in-
fermentatorum,& oēm congregationē congrega ad oſtiū ta
bernaculi eccleſiæ.Et fecit Moſeh quēadmodū præcepit do-
minus ei.Et congregata eſt congregatio ad oſtium taberna-
culi eccleſiæ. Et dixit Moſeh ad congregationem: Hoc eſt
verbum quod præcepit dominus, vt faciatis. Et appro-
pinquare fecit Moſeh Aharon,& filios eius,& lauit eos aqua.
Et poſuit ſuper eum tunicam,& cinxit illum baltheo , & in-
duit eum pallio,& poſuit ſuper eum ſuperhumerale, & cin-
xit eum cingulo ſuperhumeralis, & cinxit eum cum illo.
Et poſuit ſuper eum pectorale,& poſuit in pectorali Vrim et
Thummim.Et poſuit mitrā ſuper caput eius,& poſuit ſuper
B mitrā cōtra faciē eius laminā auream,coronā ſanctitatis,quē-

admodũ præcepit dñs Moſeh.Et tulit Moſeh oleum vnctio-
nis,& vnxit tabernaculum,& omnia quæ erant in illo,& ſan-
ctificauit ea.Et aſperſit ex illo ſuper altare ſeptem vicibus, &
vnxit altare,& oĩa vaſa eius,& concham,& baſim eius ad ſan
Eccl.45.c. ctificandum ea.Et fudit ex oleo vnctionis ſuper caput Aha-
ron & vnxit eum ad ſanctificandũ eum. Et appropinquare
fecit Moſeh filios Aharon,& induere fecit eos tunicas,& cin-
xit eos Baltheo, & vinxit eis pileos, quẽadmodũ pcepit dñs
Moſeh.Et appropinquare fecit iuuencũ oblationis pro pec-
cato,& coniunxerũt Aharon,& filij eius manus ſuas ſup ca-
C put iuuenci oblatiõis pro peccato.Et mactauit,& tulit Mo-
ſeh ſanguinem,& poſuit ſuper cornua altaris in circuitu digi
to ſuo,& expiauit altare & ſanguinem fudit ad fundamẽtum
altaris,& ſanctificauit illud ad expiandum illud.Et tulit totũ
adipem qui erat ſuper inteſtinũ,& fibram iecoris,& duos re
nes,& adipẽ eorũ,& ſuffire fecit Moſeh ſuper altare.Et iuuen
cum,& pellem eius,& carnem eius,& fimum eius combuſſit
igni extra caſtra,quemadmodum præcepit dominus Moſeh
Et appropinquare fecit arietem holocauſti,& coniunxerunt
Aharon,& filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.Et macta-
uit,& ſparſit Moſeh ſanguinẽ ſuper altare in circuitu.Et arie-
tem concidit in fruſta ipſius, & ſuffire fecit Moſeh caput, &
fruſta & adipẽ.Et inteſtinum,& crura lauit aqua,& ſuffire fe
cit Moſeh totum arietem ſuper altare.holocauſtũ eſt in odo
rẽ quietis.Oblatio ignita eſt domino,quẽadmodum præce-
D pit dominus Moſeh.Et appropinquare fecit arietem ſecũdũ,
arietem conſecrationum,& coniunxerũt Aharon,& filij eius
manus ſuas ſuper caput arietis.Et mactauit,& tulit Moſeh de
ſanguine eius,& poſuit ſuper fibram auris Aharon dexteræ,
& ſuper pollicem manus eius dexteræ,& ſuper pollicem pe-
E dis eius dexteri.Et appropinquare fecit filios Aharon,& po
ſuit Moſeh de ſanguine ſuper fibram auris eorũ dexteræ, &
ſuper pollicem pedis eorum dexteri,& ſparſit Moſeh ſangui
nem ſuper altare in circuitu.Et tulit adipem & pinguedinem
caudæ,& totum adipem,qui eſt ſuper inteſtinum,& fibram
iecoris,& duos renes,et adipem eorum,et armum dextrum.
Et de caniſtro infermentatorum quæ erant coram domino,
tulit tortam infermentatam vnam,& tortam panis oleati v-
nam,& laganum vnum,& poſuit ſuper adipes,& ſuper ar-
mum dextrum.Et poſuit omnia ſuper volas Aharon,& ſu-
per volas filiorum eius,& eleuauit ea eleuatione coram dño.
Et tulit Moſeh ea ex volis eorum,& ſuffire fecit ſuper altare
F ſuper holocauſtum.[a]Conſecrationes ſunt in odorem qetis.
Pacifica Oblatio ignita eſt domino.Et tulit Moſeh pectus,& eleuauit
illud eleuatione coram domino ex ariete conſecrationum ipi
Moſeh fuit in partem,quemadmodũ præcepit dominus Mo
ſeh.Et tulit Moſeh ex oleo vnctionis,& ſanguinem qui erat
ſuper altare,& aſperſit ſuper Aharon,& ſuper veſtes eius ,&
ſuper filios eius,& ſuper veſtes filiorum eius ſecum.Et ſancti-
ficauit Aharon,& veſtes eius,& filios eius, & veſtes filiorum
eius ſecum.Et dixit Moſeh ad Aharon,& ad filios ei⁹: Coqte
carnẽ ad hoſtium tabernaculi eccleſiæ,et ibi comedetis eam.
Exod.29.d. et panem qui eſt in caniſtro conſecrationum quemadmodũ
G præcepit dicendo ; Aharon , & filij eius comedent eam.
Et quod ſupereſt de carne,& pane, igni cõburetis.Et ex oſtio
tabernaculi eccleſiæ non egrediemini ſeptem diebus vſq; ad
diem quo completi fuerint dies cõſecrationum veſtrarũ, qa
ſeptem diebus conſecrabitis manum veſtram.Quemadmo-
dum fecit in die hac,præcepit dominus,vt faceretis ad expiã
dum vos.Et ad oſtium tabernaculi eccleſiæ manebitis die &
nocte ſeptem diebus,& cuſtodietis cuſtodiam domini,& nõ
moriemini,quia ſic iuſſus ſum.Et fecerunt Aharon,& filij eius
omnia verba quæ præcepit dominus per manum Moſeh.

¶ Prima Aharonis oblatio,pro ſe & populo,benedicit populo, apparet gloria domini,ignis a domino egreſſus conſumit holo cauſtum.

CAP. IX.

A ET fuit,in die octaua vocauit Moſeh Aharon & filios ei⁹
Exod.29.a. & ſeniores Iſrael,& dixit ad Aharon:Tolle tibi vitulum
filium bouis pro peccato,& arietem in holocauſtum imma-
culatos,& offer coram domino.Et ad filios Iſrael loqueris,di
cendo:Tollite hircum caprarum pro peccato, & vitulum &
agnum anniculos immaculatos in holocauſtum. Et bouem,
& arietem pro pacificis ad ſacrificandum coram domino,&
ſacrificium conſperſum oleo,quia hodie dominus conſpicie
tur vobis.Et tulerunt quæ præcepit Moſeh coram taberna-
culo eccleſiæ,& appropinquauerunt omnis cœtus, & ſtete-
runt coram domino.Et dixit Moſeh:Hoc quod præcepit do
minus facietis,& conſpicietur vobis gloria domini. Et dixit
B Moſeh ad Aharon:Appropinqua ad altare,& fac oblatio-
nem pro peccato tuo,& holocauſtum tuum , & expiationẽ
fac pro te,& pro populo,& fac oblationem populi,& expia
tionem fac pro eis,quemadmodum præcepit dominus. Et
acceſſit Aharon ad altare,& mactauit vitulum oblationis ꝓ
peccato quod erat ei.Et obtulerunt filij Aharon ſanguinẽ ei,
& tinxit digitum ſuum in ſanguine,& poſuit ſuper cornua al
taris,& ſanguinẽ fudit ad fundamentum altaris.Et adipem et
renes,& fibram hepatis de oblatione pro peccato ſuffire fe-
cit ſuper altare,quemadmodum præcepit dominus Moſeh.
Et carnem,& pellem combuſſit igi extra caſtra. Et mactauit
C holocauſtum,& parauerunt filij Aharon ei ſanguinẽ,et ſpar-
ſit eum ſuper altare in circuitu.Et holocauſtum parauerũt ei
in fruſta eius,& caput,& ſuffire fecit ſuper altare.Et lauit inte-
ſtinum,& crura,& ſuffire fecit ſuper holocauſtum ſuper alta-
re.Et obtulit oblationem populi,& tulit hircum oblationis
pro peccato quod erat populo & mactauit eum,& mũdauit
ipſum ſicut primũ.Et obtulit holocauſtum,et fecit illud iuxta
morem.Et obtulit ſacrificium,& impleuit volam ſuã ex ipſo,
& ſuffire fecit ſuper altare præter holocauſtum matutinum.
Et mactauit bouem,& arietem,ſacrificium pacificorum qđ
erat populo & parauerunt filij Aharon ſanguinem ei,& ſpar
ſit eum ſuper altare in circuitu.Et adipes bouis ,& arietis,pin
guedinẽ caudæ,& quod operit renes,& fibram hepatis.Et
poſuerunt adipes ſuper pectora,& ſuffire fecit adipes ſuper
altare.Et pectora,& armum dextrum eleuauit Aharon eleua
tionem coram domino quemadmodum præcepit dominus
D Moſeh.Et eleuauit Aharon manum ſuam ad populum,& be 2.Marc.2.c.
nedixit eis,& deſcendit à faciendo oblationem pro peccato,
& holocauſtum,& pacifica.Et venit Moſeh & Aharon ad ta
bernaculum eccleſiæ,& egreſſi ſunt,& benedixerunt populo.
Et cõſpecta eſt gl'ia dñi omni pp'lo.Et egreſſus eſt ignis à fa-
cie domini,& conſumpſit ſuper altare holocauſtum & adi-
pes.Et vidit omnis populus & laudauerũt,& proſtrauerunt
ſe ſuper facies ſuas.

¶ Nadab & Abihu filij Aharon oblato igne alieno occiduntur, interdicitur ſacerdotibus uinum.

CAP. X.

A ET tulerunt filij Aharon,Nadab,& Abihu , vnuſqſque
acerram ſuã,& poſuerunt in ea ignem,& poſuerunt in
ea ſuffimentũ,& obtulerũt coram dño ignẽ alienum, quod
non præcepit eis.Et egreſſus eſt ignis à facie domini, & con-
ſumpſit eos,& mortui ſunt coram dño.Et dixit Moſeh ad A- Num.3.a. 22.g.
haron : Hoc eſt quod locutus eſt dominus dicendo : In 1.Pa.24.a.
propinquis meis ſanctificabor,& coram omni populo glo-
rificabor. Et ſiluit Aharon. Et vocauit Moſeh Miſael, &
Elſaphan filios Huzziel patrui Aharon ,& dixit ad eos:Ap-
propinquate,portate fratres veſtros è cõſpectu ſanctificatio
nis ad locum extra caſtra.Et appropinquauerunt,& portaue
B runt eos cum tunicis ſuis extra caſtra,quemadmodum locu-
tus eſt Moſeh.Et dixit Moſeh ad Aharon,& ad Elhazar,& I-
thamar filios eius:Capita veſtra ne videtis,& veſtimenta ve-
ſtra ne ſcindatis,& non moriemini, & ſuper omnem ſynago-
gam non iraſcetur.Et fratres veſtri omnis domus Iſrael , fle-
bunt combuſtionem,quam combuſſit dominus.Et ex oſtio
tabernaculi eccleſiæ non egrediemini,ne forte moriamini,qa
oleum vnctionis domini eſt ſuper vos.Et fecerunt iuxta ver-
bum Moſeh.Et locutus eſt dñs ad Aharon, dicendo: Vinũ,
& ſechar



& ſechar non bibes tu,& filij tui tecum,quũ intrabitis taber-
naculũ eccleſiæ,& non moriemini.Statutum perpetuum eſt
in generationes veſtras.Et ad diſtinguendum inter ſanctũ &
prophanum,& inter immundum & mundum,& ad docen-
dum filios Iſrael omnia ſtatuta,quæ locutus eſt dominus ad
C eos per manum Moſeh.Et locutus eſt Moſeh ad Aharon, &
ad Elhazar,& Ithamar filios eius,qui relicti fuerant:Tollite ſa
crificium relictum ex oblationibus ignitis domini,& come-
dite illud cum infermentatis iuxta altare,quia ſanctificatio ſan
ctificationum eſt.Et comedetis illud in loco ſancto,quia ſtatu
tum tibi,& ſtatutum filiis tuis eſt de oblationibus ignitis dñi
quia ſic iuſſus ſum.Et pectus eleuationis,& armum exaltatio-
nis comedetis in loco mundo tu , & filij tui, & filiæ tuæ te-
cum,quia in ſtatutum tibi,& in ſtatutum filiis tuis data ſunt
de ſacrificiis pacificorum filiorum Iſrael. Armum exaltatio-
nis & pectus eleuationis ſuper oblationes ignitas adipum
D adducent ad eleuandum eleuationem coram domino. Et
erit tibi & filiis tuis tecum in ſtatutum perpetuum, quemad-
2.Mar.2.c modum præcepit dominus.Et hircum oblationis pro pecca
to quærendo quæſiuit Moſeh,& ecce combuſtus erat.Et ira
tus eſt contra Elhazar,& Ithamar filios Aharon relictos di-
cendo:Cur non comediſtis oblationem pro peccato in loco
ſanctuarij,quia ſanctificatio ſanctificationum eſt,& ipſam de
dit vobis ad portandum iniquitatem congregationis,ad ex-
piandum eos coram domino:Ecce nõ eſt illatus ſanguis eius
in ſanctitatem intrinſecus.Comedendo comedetis illũ in ſan-
ctificatione,quẽadmodum præcepi.Et locutus eſt Aharon
ad Moſeh:Ecce hodie obtulerunt oblationem pro peccato
eorum,& holocauſtum eorum,& euenerunt mihi ſicut hæc:
& ſi comediſſem oblationem pro peccato hodie , nunquid
placuiſſet in oculis domini:Et audiuit Moſeh & placuit in o-
culis eius.

¶ Quæ animalia munda,quæ immunda.

CAP. XI.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh,& Aharon,dicẽdo ad
Deut.14.a. eos:Loquimini ad filios Iſrael , dicendo: Hæc eſt beſtia
quam comedetis ex omni animali,quod eſt ſuper terram.O-
mne diuidens vngulã,findens fiſſuram vngularũ,& aſcende-
re faciens ruminationẽ inter animalia , comedetis. Verunta-
tamen hoc non comedetis ex his quæ aſcẽdere faciũt rumina
tionẽ,& ex his quæ diuidunt vngulam.Camelus,quia aſcẽde
re facit ruminationem, & vngulã non diuidit immundus eſt
vobis.Et cuniculus,quia aſcẽdere facit ruminationem, & vn
2.Mar.6.d gulam non diuidit,immundus eſt vobis.Et lepus,quia aſcen
dere facit ruminationem,& vngulã non diuidit, immundus
B eſt vobis.Et ſus,quia diuidit vngulam,& findit fiſſuram vn-
gulæ,& aſcẽdere nõ facit ruminationẽ,immundus eſt vobis.
De carne eorum non comedetis,& cadauer eorum non tãge
tis.Immunda ſunt vobis.Hoc comedetis ex oĩbus quæ ſunt
in aquis.Oĩa quibus ſunt pinnæ,& ſquamæ in aquis,in mari
bus,& in fluminibus comedetis.Et oĩa quibus nõ ſunt pin-
næ & ſquamæ,in maribus,& in fluminib⁹,tã de omni reptili
aquatili,q̃ de omni anima viuente quæ eſt in aquis,abomina
tio erũt vobis.Et abominatio erunt vobis.De carne eorũ nõ
C comedetis,et cadauer eorũ abominabimini.Oẽ cui nõ eſt pin
na,& ſquama in aquis,abominatio erit vobis.Et iſta abomi-
nabimini.Ex volatilib⁹ nõ comedent.Abominatio erũt aqla,
& griphus,& halietus.Et vultur,& miluus ſecũdũ ſpeciẽ ſuã.
Omnis coruus ſecũdũ ſpeciẽ ſuã.Et filia ſtruthiõis,et noctua,
& larus,& accipiter ſecundũ ſpeciẽ ſuã.Et nycticorax,& mer-
gulus,& ibis.Et porphyrio & pellicanus,& cygnus:Et cico-
nia,charadrius ſecundũ ſpeciẽ ſuã.Et vpupa & veſptilio.Oẽ
reptile volucris ambulãs ſup quatuor pedes,abominatio erit
vobis.Verũtamẽ hoc comedetis ex oĩ reptili volucris,quod
ambulat ſup quatuor pedes,cui ſunt crura ſup pedes eius ad
ſaltãdũ cũ eis ſup terrã.Iſta ex eis comedetis. Locuſtã ſecũdũ
ſpeciẽ ſuã,& attacũ ſecũdũ ſpeciẽ ſuã,& ophiomacũ ſecũdum
ſpeciẽ ſuã,& bruchũ ſecundũ ſpeciẽ ſuã.Et oẽ reptile volucris
cui ſunt quatuor pedes,abominatio erit vobis.Et his pollue
D tis vos.Omnis qui tetigerit cadauer eorum , immundus erit
vſq; ad veſperã.Et oĩs qui portat de cadauere eorũ lauabit ve
ſtimẽta ſua,& immũdus erit vſq; ad veſperã. Oẽ animal qđ
diuidit vngulã,& fiſſurã nõ findit,& ruminationem aſcẽdere
nõ facit,immũda ſunt vobis.Oĩs qui tetigerit ea, immundus
erit.Et oẽ ambulans ſup volas ſuas inter oẽs feras quæ ambu
E lant ſup quatuor pedes immunda erũt vobis.Oĩs qui tetige
rit cadauer eorũ,immundus erit vſq; ad veſperã.Et qui por-
tauerit cadauer eorũ,lauabit veſtimenta ſua,et immũdus erit
vſq; ad veſperã,immũda erũt vobis.Et hoc vobis immũdũ
inter reptilia,quæ reptãt ſup terrã,Muſtela,& mus ,& rube-
ta ſecũdũ ſpeciẽ ſuam.Et mygale,& chameleon,& ſtellio,et la
certa,& talpa.Iſta immunda erũt vobis inter omnia reptilia.
Omnis qui tetigerit ea,dũ mortua fuerint,immũdus erit vſq;
ad veſperã.Et oẽ ſup quod ceciderit ex eis,dum mortua fue-
rint,immundũ erit:tã vas ligneũ quã veſtis,aut pellis,aut ſac-
cus.Oẽ vas in quo fiet opus,in aquã ducet,& immundũ erit
vſq; ad veſperã,& mundabit.Et oẽ vas teſtaceũ ſuper qđ ce-
ciderit ex eis ad medium eius,oẽ quod eſt in medio eius,im-
F mũdũ erit,& ipſum cõfringetis.Oĩs cibus qui comedit ſuper
quẽ venerit aqua ,immũdus erit,& oĩs potus qui bibit in oĩ
vaſe,immũdus erit.Et oẽ ſuper quod ceciderit de cadauere
eorum,immundũ erit.Clibanus,et Chytropodes diruentur.
Immunda ſunt,& immunda erũt vobis,Verũtamẽ fons & ci
ſterna congregationis aquarũ erit mundus. Et qui tetigerit
cadauer eorũ,immundus erit.Et ſi ceciderit de cadauere eo-
rum ſup oẽ ſemen ſatũ,quod ſerit,mundũ eſt.Et ſi poſita fue-
rit aqua ſuper ſemen,& ceciderit de cadauere eorũ ſup illud,
immundũ erit vobis.Et ſi mortuũ fuerit aliquod animal qđ
eſt vobis ad veſcẽdũ,tãgẽs cadauer eius,immũdus erit vſq; ad
veſperã.Et comedẽs de cadauere ei⁹,lauabit veſtimẽta ſua,&
immũd⁹ erit vſq; ad veſperã.Et ferẽs cadauer ei⁹,lauabit veſti
mẽta ſua,& immũd⁹ erit vſq; ad veſperã.Et oẽ reptile reptãs
G ſup terrã abominatio eſt,nõ comedet.Oẽ ambulãs ſup pect⁹,
& omne ambulans ſup q̃tuor vſq; ad oẽ qđ multiplicat pe-
des inter oĩa reptilia,quæ reptãt ſup terrã,nõ comedetis,quia
abominatio ſunt.Ne abominemini aĩas veſtras in oĩ reptili
qđ reptat,neq; polluetis vos in eis,nec coinquinabitis vos in
eis.Quia ego dñs de⁹ veſter,& ſanctificabitis vos,& eritis ſan
cti,quia ſanctus ſum.Et non polluetis animas veſtras in oĩ re-
ptili qđ reptat ſup terrã.Quia ego dñs q aſcẽdere facio vos
è terra Aegypti,vt ſim vobis in deũ & eritis ſancti,qa ſanctus
ſum.Hæc eſt lex animalis,& volucris & oĩs animæ viuentis,
quæ reptat in aquis,& in omni anima quæ reptat ſup terrã: 1.Pe.1.c
ad diſtinguendum , inter immundum & mundum,& inter
beſtiam quæ comeditur,& beſtiam quæ nõ comeditur.

¶ Lex purgandæ mulieris poſt partum.

CAP. XII. Lucæ.12.c.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Loquere ad Iohan.7.c.
filios Iſrael,dicendo:Mulier ſi ſeminificauerit,& peperit Lucæ.2.d.
maſculum,immunda erit ſeptem diebus.Secundum dies mẽ
ſtrui infirmitatis ſuæ,immunda erit.Et die octauo circuncide
B tur caro præputij eius.Et triginta diebus,& tribus diebus,et
manebit in ſanguine purificationis ſuæ.Oẽm ſanctificationẽ
non tanget,& ad ſanctuarium non veniet,donec complean-
tur dies purificationis eius.Et ſi fœminam pepererit,immun
da erit duabus hebdomadibus ſecundũ ſeparationẽ eius, &
ſexaginta diebus,& ſex diebus manebit in ſanguine purifica-
C tionis.Et cum impleti fuerint dies purificationis eius pro fi-
lio,vel pro filia adducet agnum anniculum in holocauſtum,
& filium columbæ,vel turturem pro peccato,ad oſtiũ taber
naculi eccleſiæ ad ſacerdotem.Et offeret ipſum coram domi-
no,& expiabit eam,& mundabitur à vena ſanguinis ſui.Hęc
eſt lex parientis maſculum,vel fœminam. Et ſi non inuenerit
D manus eius ſufficiẽtiam agni,accipiet duos turtures,vl' duos
filios columbæ,vnum ad holocauſtum:& alterum ad obla- Lucæ.2.d.
tionem pro peccato,& expiabit eam ſacerdos,& mundabit.

Conſideratio & diſtinctio lepræ,a lepra. CAP. XIII.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, & Aharon,dicendo:
Homo cum fuerit in cute carnis eius tumor,vel ſcabies,
vel macula alba,& fuerit in cute carnis eius ſecundum plagā
lepræ,adducetur ad Aharon ſacerdotem,vel ad vnum è filiis
eius ſacerdotibus.Et videbit ſacerdos plagam in cute carnis.
Et ſi pilus in plaga verſus fuerit in albedinē,& aſpectus plagę
profundior fuerit cute carnis eius,plaga lepræ eſt.Et videbit
eam ſacerdos,& contaminatam dicet eam. Et ſi macula al-
ba eſt in cute carnis eius,& profundior non eſt aſpectus cute,
& pilus eius non eſt verſus in alborem, claudere faciet ſacer-
dos plagam ſeptem diebus.Et videbit eam ſacerdos die ſepti
ma,& ſi plaga ſtetit in oculis eius,nec creuit plaga in cute,
claudere faciet eam ſacerdos ſeptem diebus ſecundò.Et vide
bit ſacerdos eam die ſeptima ſecundò,& ſi ſubnigra fuerit pla
B ga,nec creuerit plaga in cute,mundam dicet eam ſacerdos,
ſcabies eſt,& lauabit veſtimenta ſua,& mundus erit.Et ſi cre-
ſcēdo creuerit ſcabies in cute;poſtquam viſa eſt à ſacerdote
ad mūdationē ei⁹,videbit ſecūdò à ſacerdote.Et videbit ſacer
dos,& ſi creuerit ſcabies in cute,immūdā dicet eam ſacerdos,
lepra eſt.Plaga lepræ ſi fuerit in hoīe, adducet̃ ad ſacerdotē.
Et videbit ſacerdos,& ſi tumor alb⁹ fuerit in cute,& ipſe ver
tit pilū in alborē,& pinguedo carnis viuę eſt in tumore,lepra
inueterata eſt in cute carnis eius,immundā dicet eā ſacerdos,
nec claudere faciet eā,qa immūda eſt.Et ſi germinādo germi-
nauerit lepra in cute,& operuerit lepra omnem cutem pla-
gæ,è capite eius vſq; ad pedes eius ſecundum omnem aſpe-
ctum oculorum ſacerdotis,videbit ſacerdos,& ſi operuit le-
pra omnem carnem eius,mundam dicet plagam,tota verſa
eſt in candorem,munda eſt.Et in die qua conſpecta fuerit in
ea caro viua immunda erit.Et ſi viderit ſacerdos carnem vi-
uam,immundam dicet eam,caro viua immūda eſt,lepra eſt.
Vel ſi reuerſa fuerit caro viua, & conuerſa in candorem,
C veniet ad ſacerdotem,videbitq; eam ſacerdos,& ſi verſa fue-
rit plaga in candorem,mundā dicet ſacerdos plagam, mūda
eſt.Et cum fuerit in cute carnis vlcus,& ſanatum fuerit,& fue
rit in loco vlceris tumor albus,vel macula alba ſubrufa,con-
ſpiciet̃ ſacerdoti.Et videbit ſacerdos,& ſi aſpectus eius humi
lior fuerit cute,& pilus eius verſus fuerit in candorem,immū
dam dicet illam ſacerdos,plaga lepræ eſt in vlcere germina-
uit.Et ſi viderit illam ſacerdos,& non fuerit in ea pilus albus,
nec humilior cute,ſed fuerit ſubobſcura, recludere faciet illā
ſacerdos ſeptem diebus.Et ſi creſcendo creuerit in cute immū
dam dicet ſacerdos illam,plaga eſt.Et ſi loco eius ſteterit ma-
cula alba,nec creuerit,combuſtio vlceris eſt,mundam dicet il
lam ſacerdos.Vel cum fuerit in cute carnis eius combuſtio
ignis,& fuerit in carne combuſtiōis macula alba,ſubrufa,vel
D alba,videbit eam ſacerdos,& ſi verſus fuerit pil⁹ alb⁹ in ma-
culam albam,& aſpectus eius fuerit profundior cute, lepra
eſt in aduſtione germinans,immundam dicet eam ſacerdos,
plaga lepræ eſt.Et ſi viderit eā ſacerdos,& ſi nō fuerit in ma-
cula alba pilus albus,nec humilior fuerit cute,ſed fuerit ſub-
obſcura,recludere faciet eam ſacerdos ſeptem diebus.Et vide
bit eam ſacerdos die ſeptimo,ſi creſcendo creuerit in cute,im
mundam dicet ſacerdos eam,plaga lepræ eſt.Et ſi in loco ei⁹
ſteterit macula alba,nec creuerit in cute,& fuerit ſubobſcura,
tumor combuſtionis eſt,mundam iudicabit eam ſacerdos,
quia ardor combuſtionis eſt.Vir autem ſiue mulier cum fue
rit in eo plaga in capite,vel in barba,videbit ſacerdos plagā:
& ſi aſpectus eius fuerit profundior cute,& in ea pilus flauus
ſubtilis,immundam dicet eam ſacerdos macula nigra eſt, le-
pra capitis vel barbæ eſt.Et ſi viderit ſacerdos plagam ma-
culæ nigræ,& aſpectus eius non fuerit profundior cute, &
pilus niger non fuerit in ea, recludere faciet ſacerdos pla-
E gam maculæ nigræ ſeptem diebus.Et videbit ſacerdos pla-
gam die ſeptima, & ſi non creuerit macula nigra, nec fuerit
in ea pilus flauus, & aſpectus maculæ nigræ non fuerit pro-
fundior cute,radetur, ſed maculam nigram non radet, re-
cludere faciet ſacerdos maculam nigram ſeptem diebus ſe-
cundò. Et videbit ſacerdos maculam nigram die ſeptima,
& ſi non creuerit macula nigra in cute:nec aſpectus eius fue-
rit profundior cute,mundam dicet eam ſacerdos, & lauabit
veſtimenta ſua,& mundus erit.Si autem creſcendo creuerit
macula nigra in cute,poſt munditiam eius,videbit eam ſacer
dos:& ſi creuerit macula nigra in cute, non quæret ſacerdos
pilum flauū,immunda eſt.Si autem in oculis eius ſteterit ma-
cula nigra,& pilus niger ortus fuerit in ea, ſanata eſt macula
nigra,munda eſt,& mundam dicet eam ſacerdos.Vir autem
F ſiue mulier cum fuerint in cutę carnis eorum maculæ claræ
albæ,videbit ſacerdos:&,ſi in cute carnis eorum fuerint ma-
culę claræ,ſubobſcure albæ,macula alba eſt,floruit in cute.Mū
da eſt .Vir autem cum decapillatum fuerit caput eius, cal-
uus vertice eſt,mundus eſt.Et ſi à cincinno faciei eius decapil
latum fuerit caput eius,recaluaſter eſt,mundus eſt.Si autē fue
rit in caluitie; vel in recaluatione plaga alba rufa,lepra germi
nans eſt in caluitie eius,vel in recaluatione eius.Et videbit eā
ſacerdos,& ſi tumor plagæ albus,rufus in caluitio eius,vel re
caluatione eius quaſi aſpectus lepræ in cute carnis,vir lepro-
ſus eſt,immundus eſt,immundum dicendo immundum di-
cet eum ſacerdos.In capite eius eſt plaga eius.Leproſus autē
in quo fuerit plaga,veſtimenta eius erunt ſciſſa,& caput eius
erit nudum,& labrum operiet,& immūdum,immundum ſe
appellabit.Omnibus diebus quibus fuerit plaga in eo,immū
dus erit,immundus erit.Solus habitabit.Extra caſtra erit ha-
G bitatio eius.Veſtis autem cum fuerit in ea plaga lepræ in ve-
ſte lanea,vel veſte linea,vel in ſtamine, vel ſubtegmine ex lino
vel lana,vel in pelle,vel omni opere pelliceo,& fuerit plaga vi
ridis,vel rufa in veſte,vel pelle,vel ſtamine,vł ſubtegmine,vel
quouis inſtrumento pelliceo plaga lepræ fuerit,cōſpiciet̃ ſacer
doti:videbitq; ſacerdos plagam,& recludere faciet plagā ſe-
ptem diebus.Videbit autem plagam die ſeptimo,ſi creuerit
plaga in veſte,vel ſtamine,vel ſubtegmine,vel pelle, vel omni
quod fit ex pelle pro opere,lepra pūgēs eſt, plaga immunda
eſt.Combureto; veſtem,vel ſtamen,vel ſubtegmen ex lana,vł
H lino,vel omne inſtrumentum pelliceum in quo fuerit plaga,
quia lepra pungens eſt, igni cōburetur. Si autem viderit ſa-
cerdos,& ecce non creuit plaga in veſte,vel ſtamine, vel ſub-
tegmine,vel omni inſtrumento pelliceo, præcipiet ſacerdos
& lauabit illud in quo eſt plaga,& claudere faciet eam ſeptē
diebus ſecūdo.Et videbit ſacerdos poſtquam lota eſt plaga.
& ſi nō mutauerit plaga colorē ſuū,nec plaga creuerit, immū
da eſt.Igni combures eam.Foſſio eſt in caluitio ſuo,vel in re-
caluatiōe ſua.Et ſi viderit ſacerdos,quòd ſubobſcura ſit plaga
poſtquam lota eſt,franget eam de veſte:vel pelle,vel ſtamine,
vel ſubtegmine.Si autem conſpecta fuerit amplius in veſte,
vł ſtamine,vł ſubtegmine vł oī inſtrumēto pelliceo,florēs eſt,
igni cōbures eā cū illo in quo eſt plaga.Veſtē aūt,vł ſtamē,vel
ſubtegmē,vł oē inſtrumētū pelliceū qd' lauabis,recedet ab eis
plaga,lauabitur autem ſecundo,& mundum erit.Iſta eſt lex
plagæ lepræ,veſtimenti lanei vel linei,vel ſtaminis,vel, ſubte-
gminis,vel omnis inſtrumenti pellicei ad iudicādum mundū
illud,vel ad iudicandum illud immundum.

¶ Lex mundandi hominis leproſi,conſideratio & purgatio domus leproſæ.
CAP. XIIII.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo: Iſta erit lex
leproſi.In die mundationis ſuæ,adducetur ad ſacerdo-
tem.Et egredietur ſacerdos extra caſtra,& videbit ſacerdos:
& ſi ſanata fuerit plaga lepræ à leproſo, præcipiet ſacerdos,
& accipiet pro mundando duos paſſeres viuos mundos, &
lignum cedrinum,& vermiculum cocci,& hyſſopū. Et præ-
cipiet ſacerdos,& mactabit paſſerem vnum in vaſe fictili ſu-
per aquam viuentem.Paſſerem viuum tollet, & lignum ce-
drinum,& vermiculum cocci,& hyſſopum, & tinget ea, &
paſſerem viuum in ſanguine paſſeris mactati ſuper aquam vi
uentem.

Matth.8.a. Mar.1.d. Lucæ.5.c.



uentem.Et aſperget ſuper mundandum à lepra ſeptem vici-
bus,& mundabit eum,& dimittet paſſerē viuum ſuper faciē
agri.Lauabitq; mundandus veſtimenta ſua & radet omnē
pilum ſuum,lauabitq; ſe aqua,& purificabit ſe,& poſtea in-
gredietur caſtra,& habitabit extra tabernaculum ſuum ſeptē
diebus.Et erit,die ſeptimo radet omnem pilum ſuum ,caput
ſuū,& barbam ſuam,& ſupercilia oculorum ſuorum,& oēm
B pilum ſuum radet,lauabitq; veſtimenta ſua,& lauabit carnē
ſuam aqua,& purificabit ſe.Die autem octauo toller duos a-
gnos immaculatos,& agnam vnam anniculam immaculatā,
& tres decimas ſimilæ oblationem mixtam oleo, & ſextariū
vnū olei.Statuet aūt ſacerdos,q mūdat virū mūdandū,ea co
ram dño ad oſtiū tabernaculi eccleſiæ.Tolletq; ſacerdos agnū
vnum,& offeret eum pro delicto,& ſextarium olei,& eleua-
bit ea eleuationem coram domino.Mactabitq; agnum in lo
co in quo mactabit oblationem pro peccato,& holocauſtū
in loco ſanctitatis quia ſicut oblatio pro peccato, oblatio ꝓ
delicto eſt ſacerdotis.Sanctitas ſanctificatum eſt.Aſſumet au-
C tem ſacerdos de ſanguine oblationis pro delicto,& ponet ſa
cerdos ſuper fibram auris mundandi dexteræ,& ſuper polli
cem manus eius dexteræ,& ſuper pollicem pedis eius dexte-
ri.Aſſumetq; ſacerdos de ſextario olei,& fundet ſuper volam
ſacerdotis ſiniſtram,& tinget ſacerdos digitum ſuum dexte-
rum in oleo quod eſt ſuper volam ſuam ſiniſtram,& ſparget
de oleo digito ſuo ſeptem vicibus coram domino. De reſi-
duo vero olei quod eſt ſuper volam eius,ponet ſacerdos ſu-
per cartilaginem auris mundandi dexteræ,& ſuper polli-
cem manus eius dexteræ, & ſuper pollicem pedis eius de-
xteri ſuper ſanguinem oblationis pro delicto. Quod au-
tem ſupereſt de oleo, quod eſt ſuper volam ſacerdotis, po-
net ſuper caput mundandi.Expiabitq; eū ſacerdos coram do
mino.Facietq; ſacerdos oblationem pro peccato,expiabitq;
mundandum ab immunditia ſua, & poſtea mactabit holo-
cauſtum.Et offeret ſacerdos holocauſtum & ſacrificium in al
tari,& expiabit eum ſacerdos,& mundus erit.Si autem pau-
per fuerit,& non fuerit manus eius apprehendens accipiet a-
gnum vnum pro delicto pro eleuatione ad expiandum eum,
& decimā partē ſimilæ vnā permixtā oleo pro ſacrificio, ſe-
D xtariumq; olei.Et duos turtures,vel duos filios colūbæ quos
apprehendet manus eius,eritq; vnus pro peccato,& alter ꝓ
holocauſto.Adducetq; ea die octauo ad purificationem ſuā
ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi eccleſiæ coram domi-
no.Suſcipiet autem ſacerdos agnum oblationis pro delicto,
& ſextarium olei,& eleuabit ea ſacerdos eleuatione corā do-
mino.Iugulabitq; agnū oblationis pro delicto,tolletq; ſacer-
dos de ſanguine oblationis pro delicto, ponetq; ſuper fibrā
auris mundandi dexteræ,& ſuper pollicem manus eius dexte
ræ,& ſuper pollicem pedis eius dexteri. Et de oleo fundet
ſacerdos ſuper volam ſacerdotis ſiniſtram. Spargetq; ſa-
cerdos digito ſuo dextero de oleo quod eſt ſuper volam
ſuam ſiniſtram ſeptem vicibus coram domino.Ponet autem
ſacerdos de oleo quod eſt ſuper volam ſuam ſuper cartilagi-
nē auris mundandi dexteræ,& ſup pollicē manus eius dexte-
ræ, & ſuper pollicem pedis eius dexteri ſuper loco ſanguinis
oblationis pro delicto.Et quod ſupereſt de oleo,quod eſt ſu-
per volam ſacerdotis,ponet ſuper caput mundandi ad expiā
dum eum coram domino.Faciet autem vnum de turturib⁹,
vel de filiis columbæ,ex iis quæ apprehenderit manus eius.
Quod apprehenderit manus eius,vnum pro peccato,& alte
rum in holocauſtum in ſacrificio.Expiabitq; ſacerdos mun-
dandum coram domino.Iſta eſt lex eius in quo fuerit plaga
lepræ,cuius non apprehendet manus ad mundationem ſuā.
E Et locutus eſt dominus ad Moſeh,& Aharon,dicendo:Cum
ingreſſi fueritis terram Chenahan,quam ego do vobis in poſ
ſeſſionem,& dedero plagam lepræ in domo terræ poſſeſſio-
nis veſtræ,veniet ille cuius eſt domus,& nunciabit ſacerdoti,
dicēdo.Tanquam plaga cōſpicit̃ mihi in domo. Pręcipietq;
ſacerdos,& expurgabunt domum antequam ingrediatur ſa-
cerdos ad videndum plagam,& non polluatur omne quod
eſt in domo.Poſtea autem ingredietur ſacerdos ad vidēdum
domū.Et videbit plagam,et ſi in plaga quæ eſt in parietibus
domus fuerint nigredines, flauedines,vel rubedines,& aſpe-
ctus earum fuerit humilior pariete, egredietur ſacerdos è
domo ad oſtium domus,& claudere faciet domum ſeptem
F dieb⁹.Reuerteturq; ſacerdos die ſeptimo,& videbit,& ſi cre-
uerit plaga in parietibus domus,præcipiet ſacerdos,& eruēt
lapides in quibus eſt plaga,& proiicient eos extra ciuitatem
in locum immundum.Domum autem radere iubebit intrin-
ſecus per circuitum,& fundet puluerem quem abraſerunt ex
tra ciuitatem in locum immundum.Et tollent lapides alios,
& adducent ad locum lapidum,& puluerem alium tollet, &
complanabit domum.Si autem reuerſa fuerit plaga, & flo-
ruerit in domo,poſtquam eruit lapides,abradere fecit domū
& complanare,ingredietur ſacerdos,& videbit, & ſi creuerit
plaga in domo,lepra dolore afficiens eſt in domo,immunda
eſt.Deſtruetq; domū, lapides eius,& ligna eius,atque vniuer-
ſum puluerem domus,& educet extra ciuitatem in locum im
mundum.Qui autem ingreſſus fuerit domum omnibus die-
bus,quibus claudere iuſſit eam,immundus erit vſq; ad veſpe
ram.Qui autem dormierit in domo,lauabit veſtimenta ſua:
& qui comederit in domo,lauabit veſtimenta ſua. Si autem
ingrediendo ingreſſus fuerit ſacerdos,& viderit,& ecce non
creuit plaga in domo,poſtquam complanata eſt, mundā iu-
G dicabit ſacerdos domū:quia ſanata eſt plaga.Tolletq; ad pu-
rificandum domum duos paſſeres,& lignum cedrinū,& ver
miculū cocci,& hyſſopū:mactabitq; paſſerē vnū in vaſe ficti
li ſuper aquam viuentem.Tollet autem lignum cedrinum,&
hyſſopum,& vermiculum cocci,& paſſerem viuum, & tin-
get ea in ſanguine paſſeris mactati,& in aqua viuente, aſper-
getq; domum ſeptem vicibus.Purificabitq; domum in ſan-
guine paſſeris,& in aqua viuēte,& in paſſere viuo,lignoq; ce
drino,& hyſſopo,& vermiculo cocci.Dimittet autem paſſe-
rem viuum extra ciuitatem ſuper faciem agri,expiabitq; do-
mum,& munda erit.Iſta eſt lex omni plagæ lepræ,& maculæ
albæ.Et lepræ veſtis,& domus.Et timoris,& ſcabiei,& cāden
ti maculæ.Ad docendum per diem quod immundum eſt,et
per diem quod mundum eſt. Iſta eſt lex lepræ.

¶ De viro feminifluo,de muliere menſtruata,& ſanguiniflua,& pur-
gatione eorundem. CAP. XV.

A LOcutus eſt autem dominus ad Moſeh,& Aharon,dicē
do:Loquimini ad filios Iſrael,& dicite eis:Vir cum fue
rit fluens de menta ſua fluxum ſuum immundus eſt. Et hæc
erit immunditia eius in fluxu eius,fluit menta eius fluxū ſuū,
vel clauſa eſt menta eius à fluxu ſuo:immunditia eius eſt. Oē
ſtratum in quo dormierit qui fluit,immundum erit:& omē
inſtrumentum ſuper quo ſederit,immundum erit.Quicūque
autem tetigerit lectum eius,lauabit veſtimenta ſua,& lauabit
ſe aqua,& immundus erit vſque ad veſperam.Et qui ſederit
ſuper inſtrumentum,ſuper quod ſedit fluens,lauabit veſtimē
ta ſua,& lauabit ſe aqua,& immundus erit vſque ad veſpe-
ram.Qui verò tetigerit mentam fluentis, lauabit veſtimenta
ſua,& lauabit ſe aqua,& immundus erit vſque ad veſperam.
Et ſi ſpuerit fluens ſuper mundum,lauabit veſtimenta ſua,&
lauabit ſe aqua,& immundus erit vſque ad veſperā.Et omne
[a]ſagma ſuper quod equitauerit fluens,immundū erit.Et oīs
qui tetigerit omne quod fuerit ſubter eum, immundus erit
B vſq; ad veſperam.Qui verò portauerit ea,lauabit veſtimen-
ta ſua,& lauabit ſe aqua,& immundus erit vſque ad veſperā.
Omnis autem quem tetigerit fluens,& manus ſuas non laue-
rit aqua,lauabit veſtimenta ſua,& lauabit ſe aqua,& immun
dus erit vſque ad veſperam.Vas autem fictile quod tetigerit
fluens,confringetur,& omne vas ligneum lauabitur aqua.Si
autem mundatus fuerit fluens à fluxu ſuo,numerabit ſibi ſe-
ptem dies à mundatione ſua,lauabitq; veſtimenta ſua,& laua
bit carnem ſuam aqua viua,& mundus erit.Die vero octauo

a ſtatutum

ſumet ſibi duos turtures,vel duos filios colũbæ,et veniet co-
ram domino ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, dabitq́; eos ſa-
cerdoti.Et faciet eos ſacerdos vnum pro peccato,& alterum
in holocauſtum,& expiabit eum ſacerdos coram domino à
a p ſomnũ fluxu eius.Vir autem cum egreſſa fuerit ex eo [a]effuſio ſeminis
C lauabit aqua omnem carnem ſuam,& immundus erit vſque
ad veſperam.Omnis aũt veſtis,& omnis pellis ſup quam fue
rit effuſio ſeminis,lauabitur aqua,& immunda erit vſque ad
b pollutionẽ nocturnã veſperam.Mulier autem cum qua dormierit vir patiens [b]ef-
fuſionem ſeminis,lauabunt ſe aqua,& immundi erunt vſque
ad veſperam.Mulier autem cã fuerit fluens,& fuerit ſanguis
fluxus eius in carne eius,ſeptem diebus erit in menſtruo ſuo.
Omnis autem qui tetigerit eam,immundus erit vſque ad ve
ſperam.Et omne ſuper quo dormierit in mẽſtruo ſuo,immũ
dum erit:& omne ſuper quod ſederit,immundũ erit.Omnis
autem qui tetigerit lectum eius,lauabit veſtimenta ſua,& la-
uabit ſe aqua,& immundus erit vſque ad veſperam. Omnis
verò qui tetigerit omne inſtrumentum ſuper quo ſederit, la-
uabit veſtimenta ſua,& lauabit ſe aqua,& immundus erit vſ
que ad veſperam.Et ſi quis ſtratum ipſum,vel inſtrumentum
D ſuper quod ſedebat,tetigerit,immundus erit vſque ad veſpe
b iacendo ia cuerit ram.Et ſi [c]coeundo coierit vir cum ea,& fuerit menſtruũ ei⁹
in eo,immundus erit ſeptem diebus,& omne ſtratum ſuper
quod dormierit,immundum erit.Et mulier cum fluxerit flu
xum ſanguinis ſui diebus multis præter tempus menſtrui ſui,
vel cum fluxerit in menſtruo ſuo omnes dies fluxus immundi
tiæ ſuæ,ſecundum dies menſtrui ſui erunt, immunda eſt. O-
mne ſtratum in quo dormierit omnibus diebus fluxus ſui ſi-
cut ſtratũ menſtrui ſui erit ei. Et omne inſtrumentum ſuper
quod ſederit,immundum erit ſecundum immunditiam mẽ-
ſtrui ſui.Omnis autem qui tetigerit ea,immundus erit.Laua-
bitq́; veſtimenta ſua,& lauabit ſe aqua,& immundus erit vſ-
que ad veſperam.Si autem mundata fuerit à fluxu ſuo,nume
rabit ſibi ſeptem dies,& poſtea mundabitur.Die autem octa
uo tollet ſibi duos turtures,vel duos filios columbæ,& addu
cet eos ad ſacerdotem ad oſtiũ tabernaculi eccleſiæ ; & faciet
ſacerdos vnum pro peccato,& alterum in holocauſtum , &
expiabit eam ſacerdos coram domino à fluxu immunditiæ
eius.Et ſeparabitis filios Iſrael ab immũditiis ſuis,& nõ moriẽ
tur ꝓpter immũditias ſuas, dũ cõtaminauerint tabernaculũ
meum,quod eſt in medio eorum.Iſta eſt lex fluentis,& eius ex
quo egreditur effuſio ſeminis,vt ſit immundus propter illã.
Et eius quæ patitur in menſtruo ſuo,& fluentis fluxum ſuum
in maſculo,& in fœmina,& viri qui dormierit cũ immunda.

¶ Sacerdos non ſemper ingrediatur ſanctuarium,expiatio ſanctua
rij,feſtum expiationis.

C A P. X V I.

A LOcutus eſt autem dominus ad Moſeh,poſtquam mor
tui ſunt duo filij Aharon,dum offerent corã domino,
& mortui eſſent.Dixitq́; dominus ad Moſeh:Loquere ad A-
haron fratrem tuum,& non ingrediatur omni tempore ſan-
ctitatem intra velum coram propitiatorio , quod eſt ſupra
arcam,& non moriatur.In nube enim cõſpiciat ſuper propi-
tiatorium.Cum his rebus ingredietur Aharon ſanctictatem,
cum iuuenco filio bouis pro paccato,& ariete pro holocau-
ſto.Tunica linea ſanctitatis induet ſe,& feminalia linea erũt ſu
per carnem eius,& baltheo lineo accinget ſe,& mitra linea a-
miciet ſe,veſtes ſanctitatis ſunt.Lauabitq́; aqua carnem ſuam,
B & induet ſe eis.A cœtu autem filiorum Iſrael ſuſcipiet duos
hircos caprarum pro peccato,& arietem vnum in holocau-
ſtum.Offeretq́; Aharon iuuencum pro peccato quod eſt ſibi
& expiationem faciet pro ſe,& pro domo ſua. Tollet autem
duos hircos,& ſtare faciet eos coram domino ad oſtium ta-
bernaculi eccleſiæ.Et ponet Aharon ſuper ambos hircos ſor
tes ſortem vnam domino & ſortem vnam pro capro emiſſa
rio.Et offeret Aharon hircum ſuper quẽ aſcenderit ſors ꝓ do
mino,& faciet eum pro peccato.Hircus vero ſuper quem a-
ſcenderit ſors pro capro emiſſario, ſtatuetur viuus corã do-
mino,ad expiandum illum ad mittendum eum pro capro e-
miſſario in deſertum.Offeret autem Aharon iuuencum pro
C peccato quod eſt ſibi,& expiationem faciet pro ſe,& pro do
mo ſua, immolabitq́; vitulum pro peccato,quod eſt ſibi ,aſ-
ſumet autem plenum thuribulum prunis ignis de altari è con
ſpectu domini,& plenas volas ſuas ſuffimento aromatico te-
nuiſſimo,& adducet intra velum.Ponetq́; ſuffimentum ſup
ignem coram domino.Operietq́; nubes ſuffimenti propitia-
torium,quod eſt ſupra teſtimonium,& non morietur, Tol-
letq́; de ſanguine iuuenci,& aſperget digito ſuo contra faciẽ
propitiatorij ad orientem,& coram propitiatorio aſperget
ſeptem vicibus de ſanguine digito ſuo.Mactabitq́; hircum ꝓ
peccato quod eſt populo,& adducet ſanguinẽ eius intra ve-
lum,& faciet ſanguinem eius ſecundum quod fecit ſanguini
iuuenci,& aſperget illum ſuper propitiatorium,& corã pro-
pitiatorio.Et expiabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum
Iſrael,& à præuaricationibus eorum,cunctiſq́; peccatis eorũ,
& ſic faciet tabernaculo eccleſiæ,quod moratur cũ eis in me-
D dio immunditiarum eorum.Omnis autem homo non erit
in tabernaculo eccleſiæ,dum ingreditur ipſe ad expiandum
in ſãctuario,donec egrediatur ipſe,& expiationem faciet pro
ſe,& pro domo ſua,& pro vniuerſo cœtu Iſrael. Exibitq́; ad
altare quod eſt coram domino,& expiationem faciet pro ſe. Lucæ.1.a. Heb.9.d. &.10.a.
Tollet autem de ſanguine vituli,& de ſanguine hirci , & po-
net ſuper cornua altaris per circuitũ.Et aſperget ſuper illud
de ſanguine digito ſuo ſeptem vicibus,& mũdabit illud,ſan-
ctificabitq́; ab immunditiis filiorum Iſrael. Complebit autẽ
autem expiare ſanctuarium tabernaculumq́; eccleſiæ,& alta
re,& offeret hircum viuũ.Coniungetq́; Aharon ambas ma-
E nus ſuas ſuper caput hirci viui,& confitebitur ſuper illud o-
mnes iniquitates filiorum Iſrael,& omnes præuaricationes
eorum cum omnibus peccatis eorum,& ponet eas ſuper ca-
put hirci,& mittet per manum viri,qui diu conſueuit ire in
deſertum.Et portabit hircus ſuper ſe omnes iniquitates eorũ
in terram inhabitabilẽ,& dimittet hircum in deſerto.Veniet
autem Aharon in tabernaculum eccleſiæ,& exuet ſe veſtibus
lineis,quibus induerat ſe,dum ingrederetur ſanctuarium,&
ponet eas ibi.Lauabitq́; carnem ſuam aqua in loco ſancto,&
induet ſe veſtibus ſuis.Egredietur autem, & faciet holocau-
ſtum ſuum,& holocauſtum populi,& expiationem faciet ꝓ
F ſe,& pro populo.Adipem verò pro peccato ſuffire faciet ſu
per altare.Qui verò dimiſit hircum pro capro emiſſario,la-
uabit veſtimenta ſua,& lauabit carnem ſuam aqua,& poſtea
ingredietur caſtra.Iuuencum autem pro peccato & hircum
pro peccato,quorum illatus eſt ſanguis ad expiandum in ſan
ctuario,educet extra caſtra,& comburet igni pellem eorum,
& carnes eorum,& fimum eorum.Et qui cõbuſſerit ea laua-
bit veſtimenta ſua,& lauabit carnem ſuam aqua,& poſtea in
gredietur caſtra.Eritq́; vobis in ſtatutum perpetuum . Men-
ſe ſeptimo,decima menſis affligetis animas veſtras & omne Infra.23.c.
opus non facietis,indigena & peregrinus qui peregrinatur
in medio veſtri.In hac enim die expiabit vos ad mundãdum
vos ab omnibus peccatis veſtris,coram domino mundabi-
G mini.Sabbatum enim requiei eſt vobis, & affligetis animas
veſtras ſtatuto perpetuo.Et expiabit ſacerdos quem vnget
vngens,& cuius conſecrabit manum ad miniſtrandum ꝓ pa
tre ſuo.Induetq́; ſe veſtibus lineis,veſtibus ſanctitatis.Et expia
bit ſanctuarium ſanctitatis,& tabernaculum eccleſiæ, & alta-
re expiabit,& ſacerdotes & cunctum populum expiabit.E-
ritq́; hoc vobis in ſtatutum perpetuum ad expiandum filios
Iſrael ab omnibus peccatis ſuis ſemel in anno . Fecitq́; ſecun-
dum quod præcepit dominus Moſeh.

¶ Non occidenda animalia niſi offerantur,non offerendum demo
nibus,non comedendus ſanguis aut morticinum.

C A P. X V I I.

A LOcutus eſt autem ddminus ad Moſeh,dicendo:Loque
re ad Aharon,et filios eius,& omnes filios Iſrael,dicesq́;
ad eos:Iſtud eſt verbum quod præcepit dominus , dicendo:
Quicunq́;



Quicunque è domo Iſrael mactauerit bouem vel agnum,vel
capram in caſtris, vel qui mactauerit extra caſtra,& ad oſtiũ
tabernaculi eccleſiæ non adduxerit eum ad offerendum obla
tionem domino,coram tabernaculo domini, ſanguis repu-
tabitur viro ipſi.Ipſe ſanguinem fudit,& excidetur vir è me-
dio populi ſui.Vt adducant filij Iſrael ſacrificia ſua,quæ ſacri
ficant in agro,& adducant ea domino ad oſtium tabernacu-
li eccleſiæ ad ſacerdotem,& ſacrificent ea pacificorum ſacrifi-
B cia domino.Spargetq́; ſacerdos ſanguinem ſuper altare domi
ni ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,& ſuffire faciet adipem in
odorem quietis domino.Et non ſacrificabunt adhuc ſacrifi-
cia ſua dæmonibus,poſt quos fornicantur.Statutum perpe-
tuum erit hoc in generationibus eorum . Et ad ipſos dices:
Quicunque è domo Iſrael,& è peregrinis,qui peregrinantur
in medio veſtri,qui obtulerit holocauſtum,vel ſacrificium,et
ad oſtium tabernaculi eccleſiæ non adduxerit illud,ad facien-
C dum illud domino,excidetur vir ipſe è populis ſuis. Et qui-
cunque è domo Iſrael,& è peregrinis,qui peregrinãtur in me
dio eorum,comederit omnem ſanguinem,ponam faciẽ meã
in animam comedentem ſanguinem,et excidam eam è medio
populi ſui.quia anima carnis in ſanguine eſt.ego autem dedi
eum vobis ſuper altare ad expiandum animas veſtras,qa ſan
guis ipſe animam expiabit. Idcirco dixi filiis Iſrael:Omnis a-
nima ex vobis non comedet ſanguinem, & qui peregrinan-
do peregrinatur in medio veſtri,non comedet ſanguinem.
Et quicunq́; è filijs Iſrael,& è peregrinis qui peregrinantur in
medio eorum,venatus fuerit venatione beſtiam,vel auẽ quæ
comeditur,effundet ſanguinem eius,& operiet illum puluc-
D re.Quia anima omnis carnis,ſanguis eius,in anima eius eſt.
Gene.9.a. Dixiq́; filiis Iſrael:Sanguinem omnis carnis non comedetis,
quia anima omnis carnis ſanguis eius eſt.omnis qui comede
rit illum,excidet.Omnis autem anima quæ comederit cada-
uer,& raptum,tam de indigenis q́; de peregrinis,lauabit ve-
ſtimenta ſua,& lauabit ſe aqua,& immundus erit vſq́; ad ve-
a mũdabitur ſperã,& [a]mundus erit.Et ſi non lauerit ſe,& carnem ſuam nõ
lauerit,portabit pœnam iniquitatis ſuæ.

¶ Qui ſint concubitus illiciti. C A P. X V I I I.

A LOcutus eſt autem dominus ad Moſeh,dicẽdo:Loque-
re ad filios Iſrael,& dices ad eos:Ego domin⁹ deus ve-
ſter.Secundum opus terrę Aegypti in qua habitaſtis,non fa-
cietis,& ſecundum opus terræ Chenahan,ad quam ego ad-
duco vos non facietis,& in ſtatutis eorum non ambulabitis.
Rom.10.a. Ezec.20.b. Galat.3.b. Iudicia mea facietis,& ſtatuta mea ſeruabitis,vt ambuletis in
eis.Ego dominus deus veſter.Cuſtodite autem ſtatuta mea,
& iudicia mea,quæ faciet homo,& viuet in eis.Ego domin⁹.
Nullus ad propinquam carnis ſuæ accedet ad reuelandũ tur
pitudinem.Ego dominus.Turpitudinem patris tui,& turpi
tudinem matris tuæ non reuelabis.Mater tua eſt,non reuela
B bis turpitudinem ei⁹. Turpitudinem vxoris patris tui nõ re-
uelabis.Turpitudo patris tui eſt.Turpitudinem ſororis tuæ
filiæ patris tui,vel filiæ matris tuæ,quæ genita eſt domi , vel
genita eſt foris , non reuelabis turpitudinem earum . Tur-
pitunem filiæ filij tui, vel filiæ filiæ tuæ , non reuelabis tur-
pitudinem earum, quia turpitudo ſunt. Turpitudinem fi-
liæ vxoris patris tui , quæ genita eſt à patre tuo , ſoror tua
eſt, non reuelabis turpitudinem eius . Turpitudinem ſoro-
ris patris tui non reuelabis, propinqua patris tui eſt.Turpi-
tudinem ſororis matris tuæ non reuelabis , quia propinqua
matris tuæ eſt.Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis
ad vxorem eius non accedes,vxor fratris patris tui eſt. Tur-
pitudinem nurus tuæ non reuelabis,vxor filij tui eſt,non re-
C uelabis turpitudinem eius.Turpitudinem vxoris fratris tui
non reuelabis,turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem vxo-
ris & filiæ eius non reuelabis,filiam filij eius,& filiam filiæ eius
non accipies ad reuelandũ turpitudinem eius,caro tua ſunt.
Scelus eſt.Vxorem cum eius ſorore non accipies,ad æmula-
tionem,ad reuelandum turpitudinem eius ſuper eam,in vita
eius.Ad mulierem autem in mẽſtruo immunditiæ ſuæ nõ ac-
cedes ad reuelandũ turpitudinẽ eius. Vxori proximi tui non
dabis concubitum tuum,in ſemine vt polluatur in eo. Et e
ſemine tuo nõ dabis ad faciendum tranſire ad Molech,& nõ
pollues nomen dei tui.Ego dominus.Cum maſculo autẽ nõ 3.reg.18.e.
D coibis coitu muliebri:abominatio eſt.Nulli animali dabis cõ
cubitum tuum,vt polluas te cum eo.Et mulier non ſtabit an
te animal,vt coeat cum ea.Turpitudo eſt.Ne polluamini in
omnibus his.In his enim omnibus polluerunt ſe gentes,quas
ego emitto à facie veſtra.Et polluit ſe terra,& viſitaui iniqta-
tem eius ſuper eam,& euomuit terra habitatores ſuos.Cuſto
dite autem vos ſtatuta mea,& iudicia mea,& non facietis ex
omnibus abominationibus iſtis,indigena,& peregrinus qui
peregrinatur in medio veſtri. Omnes enim abominationes
iſtas fecerũt homines terræ ante vos,& polluit ſe terra.Et nõ
euomat terra vos dum contaminaueritis eam,ſecũdũ quod
euomuit gentem,quæ fuit ante vos.Omnis enim qui fecerit,
ex omnibus abominationibus iſtis,excidentur animæ facien
tes è medio populi ſui.Cuſtodite autem cuſtodiam meam,vt
non faciatis è ſtatututis abominationum,quæ facta ſunt ant e
vos,neq́; polluatis vos in eis.Ego dominus deus veſter.

¶ Repetitio quorundã præceptorum decalogi,cura pauperum,amor proximi,non ul-
ciſcendum,cauendum a pythonibus & haruſpicibus,de barba non radenda,
de filia non polluenda per fornicationem.Canos & ſenes honorandos
& peregrino uim non inferendam,quin & in omni re æquitatem
eſſe obſeruandam. C A P. X I X.

A LOcutus eſt autem dominus ad Moſeh,dicendo:Loq́- 1.pet.3.a.
re ad oẽm cætum filiorũ Iſrael,& dices ad eos: Sancti
eritis,quia ſanctus ſum dominus deus veſter. Vnuſquiſq́; ma
trẽ ſuã,& patrẽ ſuum timeatis,& ſabbata mea ſeruabitis, ego
dominus deus veſter.Ne vertatis vos ad idola,& deos fuſil-
les non facietis vobis.Ego dominus deus veſter.Et ſi ſacrifica
ueritis ſacrificiũ pacificorũ dñ̃o,ſecundum bñplacitũ veſtrũ
B ſacrificabitis. In die qua ſacrificaueritis comedet, & in craſti-
no.Qđ aũt ſupereſt vſq́; ad diem tertiũ,igni cõburet.Et ſi co
medẽdo comeſtũ fuerit in die tertio,prophanũ erit, nõ place
bit.Qui verò comederit illud,pœnam iniquitatis ſuæ porta
bit:quia ſanctitatem domini polluit,& excidetur anima ipſa
è populis ſuis.Quũ aũt meſſueritis meſſem terræ veſtræ,non Infra.23.d.
finies angulum agri tui in metendo,& ſpicas remanentes meſ
ſis tuæ non colliges.Et vineæ tuæ non colliges racemulos, &
baccas vineæ tuæ non colliges, pauperi, & peregrino reliq́s
C eas:Ego dñs deus veſter.Non furabimini, & non negabitis,
& non mentiemini vnuſquiſque proximo ſuo.Et non iurabi
tis in nomine meo [a]mendaciter,neq́; polluas nomen dei tui. a in uanum
Ego dominus.Non vim inferes proximo tuo,neque rapies.
Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane.Non Exo.20.b. Deut.5.b.
maledices ſurdo,& coram cæco non pones offendiculũ , ſed Eccl.10.a.
timetis à deo tuo.Ego dominus.Non facies iniquitatẽ in iu- Deut.24.c. Thob.4.
dicio,non ſuſcipies faciẽ pauperis,neque honorabis faciẽ ma Deut.1.c. &.16.d.
gni,in iuſtitia iudicabis proximum tuũ. Nõ ibis fraudulen- Iacobi.2.a.
ter in populos tuos,nõ ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Pro.24.c.
Ego dominus.Ne odio habeas fratrẽ tuũ in corde tuo.Cor- 1.Ioh.2.b. &.3.c.
D ripiendo corripies proximum tuum,& ne ſuſcipias ſuper illo Eccl.19.b.
peccatũ.Non vlciſceris te,& non ſeruabis odiũ cum filiis po- Matt.18.b. Lucæ.17.
puli tui.Sed diliges [b]proximũ tuũ ſicut teipſum. Ego domi- Matth.5.g. &.22.d.
nus.Statuta mea cuſtodietis.Animal tuum non facies coire Rom.5.c.
cum altera ſpecie.Agrum tuum non ſeres diuerſis ſpeciebus, Galat.5.c. Iacob.2.b.
& veſtis diuerſis ſpeciebus cõtexta nõ aſcẽdet ſup te. Vir aũt b amicum
cum coierit cum muliere coitu ſeminis,& fuerit ancilla deſpõ
E ſata viro,& redimẽdo nõ fuerit redẽpta,vel manumiſſio non
fuerit data, vapulabit.Non morient, quia non eſt libertate
donata. Adducet autem oblationem pro delicto ſuo domi-
no ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,arietem delicti . Et expia-
bit ipſum ſacerdos per arietem delicti coram domino ꝓpter
peccatũ eius quod peccauit,& parcetur ei ſuper peccato ſuo.
quod peccauit.Et quũ ingreſſi fueritis terram,& plãtaueritis
omnem arborem cibi,auferetis prępuțium eius, fructũ eius.

Tribus annis erit vobis præputiatus. Nō comedetur eiꝰ fru-
ctus. Quarto autem anno erit omnis fructus eius ſanctus, lau
dabilis domino. Anno vero quinto comedetis fructum eius,
F vt addere faciatis vobis fructum eius. Ego dominus deus ve
ſter. Non comedetis cum ſanguine. Non augurabimini, neqꝫ
a comam · obſeruabitis tēpora. Non in circuitu attondebitis[a] angulum
b extremitatem · capitis veſtri, & non diſſipabis[b] angulum barbæ tuæ. Inciſio
nem autem pro anima[c] nō dabitis in carne veſtra, & ſcriptu-
c ſcilicet mortui · ram notæ non ponetis in vobis. Ego dñs. Ne polluas filiam
tuam, vt facias eam fornicari, & non fornicetur terra, & im-
d reueremini · pleatur terra ſcelere. Sabbata mea cuſtodite, & ſanctuarium
meum [d] metuite. Ego dominus. Ne vertaris vos ad pytho-
nes, & ab haruſpicibus ne ſciſcitemini, vt polluatis vos ꝑ eos.
G Ego dominus deus veſter. Ante caniciē conſurge, & honora
Exod.22.c. faciem ſenis, & time à deo tuo. Ego dñs. Si aūt ꝑegrinatus a-
pud te fuerit ꝑegrinꝰ in terra veſtra, nō vim inferetis ei. Tāqꝫ
indigena ex vobis, erit vobis peregrinus, qui peregrinat̄ vo
biſcū, & diligite eū ſicut voſipſos, quia peregrini fuiſtis in ter-
ra Aegypti. Ego dominus deus veſter. Non facietis iniquita
tem in iudicio, in menſura magna, in pondere, & in menſura
parua. Statera iuxta, pondere iurta, epha (aridorū menſura)
iuſtū, & hin (liquidorū menſura) iuſtū erit vobis. Ego domi-
nus deus veſter, qui eduxi vos è terra Aegypti. Cuſtodite au
tē oīa ſtatuta mea, & oīa iudicia mea, & facite ea. Ego dñs.

¶ De quibuſdam ſceleribus morte puniendis. CAP. XX.

A LOcutus eſt aūt dñs ad Moſeh, dicēdo: Filijs Iſrael ſic di
Supr.18. ces: Quicunqꝫ è filijs Iſrael, & è peregrinis qui peregri-
nur in Iſrael, dederit de ſemine ſuo ipſi Molech, moriēdo mo
rietur. Populus terræ lapidet eum lapide. Ego autem ponā
faciem meam in virum ipſum, & ſuccidere faciem eum è me-
dio populi ſui, quia de ſemine ſuo dedit ipſi Molech, vt con-
minaret ſanctuariū meū, & pollueret nomen ſanctitatis meæ.
Et ſi abſcondendo abſconderit populus terræ oculos ſuos à
viro illo dante de ſemine ſuo ipſi Molech, vt nō interficiat eū:
ponam ego faciem meā in virum illū, & in familiā eius, & ſuc
cidere faciam eum, & omnes fornicantes poſt ipſum, ad for-
nicandum poſt Molech è medio populi ſui. Anima autē quę
ſe verterit ad pythones, & haruſpices ad fornicandū poſt eos,
ponam faciē meam in animā ipſam, & ſuccidere faciam eam
1.Pet.1.c. B è medio populi ſui. Sanctificate aūt vos, & eſtote ſancti, quia
Exod.21.c. ego dominus deus veſter. Et cuſtodite ſtatuta mea, & facite
Pro.20.c. ea. Ego ſum dominus ſanctificans vos. Quia quicunque ma-
Matt.15.a. ledixerit patri ſuo, & matri ſuæ, moriendo moriet̄. Patri ſuo,
Marc.7.b. & matri ſuæ maledixit, ſanguis eius in eum erit. Vir autem ꝗ
Iohan.8.a. adulterium commiſerit cum vxore viri, qui inqꝫ adulterium
Deut.22.d.
e amici · cōmiſerit cū vxore [e] proximi ſui, moriēdo morietur adulter
& adultera. Vir autem qui concubuerit cum vxore patris ſui,
turpitudinem patris ſui reuelauit, moriendo morientur am-
bo. Sanguis eorum in eos. Vir autem qui coierit cū nuru ſua
moriēdo morient̄ ambo. Confuſionē fecerunt. Sanguis eorū
C in eos. Vir aūt qui coierit cū maſculo coitu mulieris, abomi-
nationē fecerunt ambo, moriendo morientur. Sāguis eorum
in eos. Vir autem qui acceperit mulierē, & matrem eius, ſce-
lus eſt: igni comburēt eum, & eas, & non erit ſcelus in medio
veſtri. Vir verò qui cum animali poſuerit cōcubitum ſuum,
moriendo morietur, & iumentum occidetis. Et mulier quæ
acceſſerit ad omne animal, ad coeundum cum eo, occides mu
lierē, & animal, moriendo morientur. Sanguis eorum in eos.
Vir autem qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel
filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinē eius, & ipſa viderit
turpitudinē eius, opprobrium eſt, & ſuccidentur in oculis
filiorū populi ſui. Turpitudinē ſororis ſuę reuelauit, pœnam
iniquitatis ſuæ portabit. Vir autem qui coierit cum muliere
mēſtruata, & reuelauerit turpitudinē eius, venam eius diſco-
operuerit, & ipſa reuelauerit venam ſanguinis ſui, ſuccidentur
ambo à medio populi ſui. Turpitudinē ſororis matris tuæ, et
D ſororis patris tui non diſcooperies, quia propinquam ſuam
nudauit, pœnam iniquitatis ſuæ portabunt. Vir aūt qui dor
mierit cum vxore fratris patris ſui, turpitudinē fratris patris
ſui reuelauit, pœnā ſuā portabunt, orbati morientur. Et vir ꝗ
accepit vxorē fratris ſui, fœditas eſt. Turpitudinē fratris ſui re
uelauit, orbati erunt. Cuſtodite aūt omnia ſtatuta mea, & oīa
iudicia mea, & facite ea, & non euomet vos terra ad quā ego
facio intrare vos ad habitandum in ea. Et ne ambuletis in ſta
tutis gentis, quam ego emitto à facie veſtra. Omnia enim iſta
fecerunt, & deteſtatus ſum eas. Et dixi vobis: Poſſidete terrā
eorum, & ego dabo eam vobis ad poſſidendum eam, terrā
fluentē lacte & melle. Ego dominus deus veſter, qui ſeparare
feci vos à populis. Et facite ſeparare inter animal mūdum &
immundū, & inter auem immundam & mundam, & nō abo
minemini animas veſtras in animalibus, & in volatilibus, &
in omni quod reptat in terra, quod ſeparaui à vobis veluti
immundū. Eritis autem ſancti mihi, quia ſanctꝰ ego dominus 1.Re.28 b.
& ſeparaui vos a populis, vt eſſetis mei. Vir autem ſiue mu- Deut.18.b.
lier cum fuerit in eis pytho, vel haruſpicium, moriendo mo-
rientur. Lapide lapidabūt eos, ſanguis eorum in eos.

¶ Sacerdos non debet intereſſe mortuorum exequiis, non radat ca
put, neque barbam, non ducat ſcortū, de filia eius fornicante.

CAP. XXI.

A ET dixit dominus ad Moſeh: Dic ad ſacerdotes filios A-
haron, & dices ad eos: Super animam non contamina-
bit ſe in populis ſuis. Sed ſuper carne ſua, propinquo ſibi, ſuꝑ
matre ſua, & ſuper patre ſuo, & ſuꝑ filio ſuo, & ſuper filia ſua,
& ſuper fratre ſuo, & ſuper ſorore ſua virgine, quæ eſt pro-
pinqua ei, cui non eſt vir, ſuper ea contaminabit ſe. Nemo cū
taminabit ſe ſuper dominatore in populis ſuis ad polluendū Supr.19.f.
ſe. Non decaluabunt caluitiū in capite ſuo, & finē barbæ ſuæ
non radent, & in carne ſua non incidēt inciſionem. Sācti erūt
deo ſuo, & non polluent nomen dei ſui, quia oblationes igni-
B tas domini, veluti eſcam dei offerunt, & ideo erunt ſancti. Mu
lierem meretricem, & prophanā non capient, & mulierem re
pulſam a viro ſuo non accipient, quia ſanctus eſt deo ſuo. Et
ſanctificabis eum, quia eſcam dei tui offert. Sanctus erit tibi,
quia ſanctus ego dominus ſanctificans vos. Filia autem viri
ſacerdotis cum cœperit fornicari, patrem ſuum contaminat,
igni comburetur. Sacerdos aūt maior fratribus ſuis, ſuper cu
ius caput fuſum eſt oleum vnctionis, & conſecrauit manum
ſuam ad induendum veſtes, caput ſuum non diſcooperiet, &
veſtes ſuas non ſcindet. Et ad omnes animas mortui nō ingre
C dietur: Super patre ſuo, & matre ſua nō contaminabit. Et de
ſanctuario non egredietur, neqꝫ polluet ſanctuarium dei ſui Exec.44.f.
quia diadema olei vnctionis dei ſui eſt ſuper eum. Ego domi-
nus. Ipſe autē mulierē in virginitate eius accipiet. Viduam, &
repudiatam, & prophanā meretricē non accipiet. Sed virgi-
nem è populis ſuis accipiet mulierē. Et nō contaminabit ſemē
ſuum in populis ſuis, quia ego dominus ſanctificans eum. Lo
cutus eſt autem dominus ad Moſeh, dicēdo: Loquere ad A-
haron, dicendo: Vir de ſemine tuo in generationibus ſuis, in
quo fuerit macula, non accedet ad offerendū panē dei ſui, ꝗa
omnis vir in quo fuerit macula, non accedet. Vir cæcus, vel
claudu, vel ſimus naſum, vel monſtruoſus, vel vir in quo fue
rit fractio pedis, vel fractio manꝰ. Vel gibboſus, vel lippus, vl'
D maculoſus in oc'lo ſuo, vel in quo fuerit ſcabies, vel impetigo,
vel compreſſo teſticulo. Omnis vir in quo eſt macula, è ſemi-
ne Aharon ſacerdotis, non accedet ad offerendum oblatio-
nes ignitas domini. Is in quo eſt macula, panem dei ſui non ac
cedet ad offerendum. Panem dei ſui de ſanctificationibus ſan
ctificationum, & de ſanctis comedet. Veruntamen velum nō
ingredietur, & ad altare non accedet, quia macula eſt in eo, &
non polluet ſanctuaria mea, quia ego dominus ſanctificans
eos. Locutus eſt autem Moſeh ad Aharon, & ad filios eius, &
ad omnes filios Iſrael.

¶ Qui debeant abſtinere ab eſu ſanctificatorū. Quomodo, quid,
& quando offerendum.

CAP. XXII.

tatum filiorum Iſrael quam offerent ſacerdoti, eius erit. Et vni
cuiq; ſanctitates eius, ipſi erunt, quod vir dederit ſacerdoti, i-
pſi erit. Et locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Loquere
ad filios Iſrael,& dices ad eos: Quum diuerterit vxor cuiuſ-
piam,& præuaricata fuerit cōtra eum pręuaricationē:& co-
ierit quiſpiā cum ea coitu ſeminis,& abſconditū fuerit ab ocu
lis viri ſui,& latuerit,& ipſa polluta fuerit,& teſtis non fuerit
contra eam,& ipſa non fuerit deprehenſa,& trāſierit ſuper eū
ſpiritus zelotipiæ,& zelatus fuerit vxorē ſuam,& ipſa pollu-
ta fuerit, vel tranſierit ſuper eum ſpiritus zelotipiæ,& zelatus
fuerit vxorē ſuam,& ipſa non fuerit polluta, venire faciet vir
vxorē ſuam ad ſacerdotē,& afferet oblationē eius cum ea de-
cimam partem ephah farinæ, hordeaceæ. Non effundet ſup
eam oleum, neq; ponet ſuper eā thus, quia oblatio zelotypia
rum eſt, oblatio memoriæ memorātis iniquitatē. Et appro-
pinquare faciet eā ſacerdos,& ſtare faciet eā coram domino.
C Et capiet ſacerdos aquam ſanctam in vaſe teſtaceo,& de pul-
uere qui erit in pauimēto tabernaculi capiet ſacerdos,& po
net in aquā,& ſtare faciet ſacerdos mulierem corā domino,&
diſcooperiet caput mulieris,& ponet ſuper manus eius obla-
tionē memoriæ oblatio zelotypiarū eſt. Et ī manu ſacerdotis
erit aqua amara maledictionis. Et adiurabit eā ſacerdos,& di
cet ad mulierē: Si non coiuit vir tecū,& ſi nō declinaſti ad im
munditiā ſub viro tuo, mūda eſto ab aqua amara maledicta
hac. Si autē declinaſti ſub viro tuo,& polluta es,& dedit vir
in te coitū ſuum præter virum tuū. Et adiurabit eā ſacerdos
adiuratione maledictionis,& dicet ſacerdos ad mulierē: Det
dn̄s te in maledictionē,& adiurationē in medio populi tui, cū
dederit dominus femur tuū cadens,& vterum tuū intumeſcē
tē. Et veniat aqua maledictionis hæc in interiora tua, vt tume
ſcere faciat vterū & cadere faciat femur. Et dicet mulier: Amē
D amen. Et ſcribet maledictiōes has ſacerdos in libro, & delebit
cum aqua amara,& potū dabit mulieri aquam amarā male-
dictam,& ingredietur in eā aqua maledictionis amara. Et ca-
piet ſacerdos è manu mulieris oblationē zelotypiarū,& eleua
bit oblationē coram dn̄o,& offeret eam ſuper altare. Et capiet
pigillū ſacerdos de oblatione cū memoria eius,& ſuffire faciet
ſuper altare,& poſtea potū dabit mulieri aquā. Et potum da-
bit aquā. Et erit, ſi polluta fuerit,& præuaricata fuerit præua
ricationē in virum ſuum, ingredietur in eam aqua maledicta
amara,& tumeſcet vterus eius,& cadet femur eius,& erit mu
lier in maledictionē in medio populi ſui. Et ſi non fuit polluta
mulier, ſed munda eſt, innocēs erit,& ſeminabitur ſemine. Hęc
eſt lex zelotipiarū cum diuerterit mulier ſub viro ſuo,& pol-
luta fuerit. Vel ſi ſuper virū tranſierit ſpiritus zelotypiæ,& ze
latus fuerit vxorē ſuam,& ſtare fecerit mulierē corā domino,
& fecerit ei ſacerdos ſecundū oēm legē hāc. Et innocēs erit vir
ab iniquitate,& mulier ipſa portabit pœnā iniquitatis ſuæ.

¶ Lex Nazaręorū, nouiſſ benedictio populi. CAP. VI.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Loquere fi
lijs Iſrael, & dices ad eos: Vir vel mulier cū ſeparauerit
ſe vouēdo votum Nazaræi, vt ſeparet ſe domino. A vino,&
ſechar ſeparabit ſe. Acetum vini,& acetum ſechar non bibet,
& omne madefactum vuis, non bibet,& vuas recentes, & ſic
cas non comedet. Omnibus diebus Nazaræatus ſui ab omi
quod fit è vite vini, ab acinis vſque ad corticem non come-
det. Omnibus diebus voti Nazaræatus ſui, nouacula nō trāſ
ibit ſuper caput eius, donec compleantur dies quibus Naza- a nuditatem.
B ræū ſe faciet domino. Sanctus erit. Creſcere faciat [a] comam ca
pilli capitis ſui. Oībus dieb9 qbus ſe Nazaræū fecerit dn̄o, ad
animā mortui nō veniet. Sup p̄re ſuo, et ſup matre ſua, ſuper
fratre ſuo,& ſuper ſorore ſua, nō polluet ſe, cum mortui fue-
rint, quia Nazaræatus dei ſui eſt ſuper caput eius. Omnibus
diebus Nazaræatus ſui ſanctus erit dn̄o. Et ſi mortuus fuerit
mortuus iuxta eū fortuito vel ſubito,& polluerit caput Na-
zaræatus eius, radet caput ſuum in die purificationis ſuæ, die
ſeptima radet illud. Et die octaua afferet duos turtures, vł du
os filios columbæ ad ſacerdotem, ad oſtium tabernaculi ec-
cleſiæ,& faciet ſacerdos vnū pro peccato & alterum in holo-
cauſtum & expiationē faciet ſuper eum de eo quod peccauit
ſuper animam, & ſanctificabit caput ſuum die illa. Et ſepa-
rabit dn̄o dies Nazaræatus ſui,& afferet agnū anniculū pro
C delicto,& dies primi cadent qm̄ pollutus fuit Nazaræatus e-
ius. Et hæc eſt lex Nazaræi. In die qua cōpleti fuerint dies Na
zaræatus eius adducet ſeipſum ad oſtiū tabernaculi eccleſię,
& offeret oblationem ſuam domino. Agnum anniculū per-
fectum vnū in holocauſtum,& agnā vnā anniculam perfectā
pro peccato,& arietē vnum perfectum pro pacificis. Et cani
ſtrum infermentatorū ſimilæ, placentas mixtas oleo,& laga-
na infermētatorū inūcta oleo & oblationē eorū,& libamina
eorū. Et offeret ſacerdos corā dn̄o,& faciet ſacrificiū p pc̄tō
illius,& holocauſtū illi9. Et arietē faciet ſacrificiū pacificorum
dn̄o in caniſtro infermētatorū,& faciet ſacerdos oblationē e-
D ius & libamen eius. Et radet Nazaræus ad oſtium taberna-
culi eccleſiæ caput Nazaræatus ſui,& capiet cæſariem capi-
tis Nazaræatus ſui,& ponet ſuper ignem qui eſt ſubter ſacri
ficiū pacificorum. Et capiet ſacerdos brachium coctum ab

ariete,& placentā infermentatā vnā è caniſtro,& laganū infermentatarū vnū,& ponet ſuper volas Nazaræi poſtquā raſus fuerit Nazaræatus eius. Et eleuabit ea ſacerdos eleuationē corā dño,ſanctitas eſt ſacerdotis,tā pectus eleuationis,q̄ armus eleuationis,& poſtea bibat Nazaræ⁹ vinū. Hæc eſt lex Nazaræi q̄ vouerit oblationē ſuā dño pro Nazaræatu ſuo,præter id q̄d attinget manus eius ſecundū votū ſuū, qđ vouerit ſic faciet ſecundū legē Nazaræatus ſui. Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicēdo:Loquere ad Aharō,& filios eius,dicendo: Sic bñdicetis filijs Iſrael,dicēdo eis:Bñdicat tibi dñs,& cuſtodiat te. Lucere faciat dñs faciem ſuam ſuper te,& miſereatur tui. Eleuet dominus faciem ſuam ad te,& ponat tibi pacem. Et ponant nomen meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis. Eccleſi.36.c.

¶ Oblationes ſingulorum ducum populi Iſraelitici,in dedicatione tabernaculi. CAP. VII.

A Exod.40.b. ET fuit. In die qua finiuit Moſeh erigere tabernaculū,vnxit illud,& ſanctificauit illud,& omnia vaſa eius,& altare,& omia vaſa eius,& vnxit ea,& ſanctificauit ea. Et obtulerūt principes Iſrael,domus patrū ſuorū ipſi principes tribuū ipſi qui ſteterūt ſuper numeratos. Et attulerunt oblationē ſuā corā domino,ſex plauſtra operta,& duodecim boues,plauſtrum à duobus principibus,& bouē à ſingulo,& obtulerūt ea corā tabernaculo. Et dixit dominus ad Moſeh,dicēdo:Cape ab eis,& erunt ad faciendum opus tabernaculi eccleſiæ. Et dabis ea Leuitis,vnicuiq; ſecundum opus ſuū. Et accepit Moſeh plauſtra,& boues,& dedit ea Leuitis. Duo plauſtra,& quatuor boues dedit filijs Gherſon ſecundū opus eorum. Et quatuor plauſtra,& octo boues dedit filijs Merari ſecundum opus eorum,per manum Ithamar filij Aharon ſacerdotis. Et filijs Chehat non dedit:quia opus ſanctitatis erat ſuper eos, humero ferebant. Et obtulerunt principes pro dedicatione altaris in die qua vnctū fuit,& obtulerunt principes oblatio-

B nem ſuam corā altari. Et dixit dominus ad Moſeh:Princeps vnus per diem,princeps vnus per diem offeret oblationem ſuam ad dedicationē altaris. Et obtulit in die prima oblationem ſuam Nachſon filius Hamminadab è tribu Iehudah. Et oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta & centū pondus eius,phiala vna argentea ſeptuaginta ſeclorum ſecundū ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenę ſimila permixta oleo in oblationem:cochlear vnum decem aureorum plenū ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtū,hircus caprarū vnus ꝓ peccato:& pro ſacrificio pacificorū boues duo,arietes qnq;,hirci quinq;,agni anniculi qnq;. Hæc eſt oblatio Nachſon filij Hamminadab. Die ſecunda obtulit Nethanel filius Suhar princeps Iſſachar. Obtulit oblationem ſuā ſcutellam argenteam vnā,triginta & centum pondus eius,phialam vnam argenteā,ſeptuaginta ſeclorum ſecūdum ſeclū ſanctitatis,ambas ipſas plenas ſimila permixta oleo in oblationem,cochlear vnum decem aureorum plenū ſuffitu,iuuencū vnum filiū bouis,arietem vnum,agnum vnū anniculum in holocauſtum,hircum caprarū vnum pro peccato:& pro ſacrificio pacificorū boues duos,arietes quinq;, hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. Hæc eſt oblatio Ne-

C thanel filij Suhar. Die tertia,princeps filiorū Zebulun,Eliab filius Chelon. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, triginta & centum pondus eius,phiala vna argentea,ſeptuaginta ſeclorum ſecundum ſeclum ſanctitatis ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationem,cochlear vnum decem aureorum plenum ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtum,hircus caprarum vnus pro peccato,& pro ſacrificio pacificorum boues duo,arietes quinque,hirci quinque,agni quinque anniculi. Hæc eſt oblatio Eliab filij Chelon. Die quarta,princeps filiorum Reuben, Eliſur filius Sedeur. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta & centum pondus eius,phiala vna argentea,ſeptuaginta ſeclorum,ſecundū ſeclū ſanctitatis ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationē,cochlear vnū decem aureorum, plenum ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vnus, agnus vnus anniculus in holocauſtum,hircus caprarū vnus pro peccato:& pro ſacrificio pacificorum boues duo,arietes quinq;, hirci quinq;,agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Eliſur filij

D Sedeur. Die quinta,princeps filiorum Simhon,Selumiel filius Suriſaddai. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta & centū pondus eius,phiala vna argentea ſeptuaginta ſeclorum ſecundū ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationē,cochlear vnum decē aureorū,plenum ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtū,hircus caprarū vn⁹ ꝓ peccato,& ꝓ ſacrificio pacificorū boues duo,arietes qnq;,hirci qnq;, agni anniculi quinq;. Hæc eſt oblatio Selumiel filij Suriſaddai. Die ſexta,princeps filiorū Ghad,Eliaſaph filius Dehuel. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta & centum pōdus eius,phiala vna argentea,ſeptuaginta ſeclorū ſecundum ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationem, cochlear vnum decem aureorum,plenum ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vn⁹,agnus vnus anniculus in holocauſtum,Hircus caprarum vnus pro pecato,& pro ſacrificio pacificorum boues duo,arietes quinq;,hirci quinque,agni anniculi quinq;. Hæc eſt oblatio Eliaſaph filij Dehuel. Die ſeptima princeps filiorum Ephraim, Eliſamah filius Hammihud. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta & centum pōdus eius,phiala vna argentea, ſeptuaginta ſeclorū ſecundum ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationē,cochlear vnum decem aureorū,plenū ſuffitu,iuuēcus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtum,hircus caprarum vnus pro peccato,& pro ſacrifi-

E cio pacificorū boues duo,arietes quinq;,hirci quinq;,agni anniculi quinq;. Hæc eſt oblatio Eliſamah filij Hammihud. Die octaua,princeps filiorū Menaſſeh Ghamliel filius Pedahſur. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta,& cētum pōdus eius,phiala vna argentea,ſeptuaginta ſeclorū ſecundū ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationē,cochleare vnum decē aureorum, plenum ſuffitu iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtum,hircus caprarum vnus pro peccato:& pro ſacrificio pacificorū boues duo,arietes quinq;,hirci quinq;,agni anniculi quinq;. Hæc eſt oblatio Ghamliel filij Pedahſur. Die nona,princeps filiorū Biniamin Abidan filius Ghidhoni. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta,& centū pōd⁹ eius,phiala vna argētea ſeptuaginta ſeclorū ſecūdum ſeclū ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila ꝑmixta oleo in oblationē,cochleare vnū decē aureorū,plenum ſuffitu,iuuencus vnus fili⁹ bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtū,hircus caprarū vnus pro peccato,& pro ſacrificio pacificorū boues duo,arietes qunq;,hirci quinq;,agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Abidan filij Ghidhoni. Die decima,princeps filiorum Dan Achiezer filius Hammiſaddai. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta,& centum pondus eius, phiala vna argentea, ſeptuaginta ſeclorum ſecundum ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationem, cochleare vnum decem aureorum,plenum ſuffitu. Iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus aniculus in holocauſtum,hircus caprarum vnus pro peccato,& pro ſacrificio pacificorum boues duo,arietes quinque,hirci quinque,agni anniculi quinque. Hæc eſt oblatio Achihezer filij Hammiſaddai. Die vndecima, princeps filiorum Aſer, Pa-

F ghiel filius Hochran. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna, triginta,& centum pondus eius,phiala vna argentea, ſeptuaginta ſeclorum ſecundum ſeclum ſanctitatis,ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationem,cochleare vnum decem aureorum plenum ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus in holocauſtum,hircus caprarū vnus pro peccato,& pro ſacrificio pacificorū boues duo, arietes qnq;,hirci qnq;,agni anniculi qnq;. Hęc eſt oblatio Paghiel filij Hochran. Die duodecima,principes filiorū Naphtali Achirah filius Henan. Oblatio eius fuit ſcutella argentea vna,triginta,& centū pondus eius,phiala vna argentea,ſeptuaginta ſeclorū ſecundum ſeclū ſanctitatis ambæ ipſæ plenæ ſimila permixta oleo in oblationē,cochleare vnum decem aureorum,plenum ſuffitu,iuuencus vnus filius bouis,aries vnus,agnus vnus anniculus,in holocauſtū,hircus caprarum vnus pro peccato:& pro ſacrificio pacificorum boues duo,arietes quinq;,hirci quinq;,agni anniculi quinq;. Hæc eſt oblatio A-

G chirah filij Henan. Hæc eſt dedicatio altaris,in die qua vnctū fuit à principibus Iſrael. Scutellæ argenteæ duodecim,phialę argenteæ duodecim,cochlearia aurea duodecim. Triginta,& centū [a] ſcutella vna argentea,& ſeptuaginta,phiala vna. Omne argentū vaſorū duo milia,& quadringenti ſecli ſecundū ſeclū ſanctitatis. Cochlearia aurea duodecim,plena ſuffitu,decem cochlearia ſecundū pondus ſanctitatis. Omne aurū cochlearium viginti & centum. Omis bouis in holocauſtū duodecim iuuenci,arietes duodecim,agni anniculi duodecim,& oblatio eorū,& hirci caprarū duodecim pro peccato. Et omnes boues ſacrificij pacificorū viginti,& quatuor iuuenci, arietes ſexaginta,hirci ſexaginta,agni anniculi ſexaginta. Hæc eſt dedicatio altaris poſtq; vnctum fuit. Et quando ingrediebatur Moſeh in tabernaculū eccleſiæ,vt loqueretur ſecum,audiebat vocem loquentis ad ſe è propitiatorio,quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim,& loquebatur ei.

a ſcilicet habuit ſiclos

¶ Diſpoſitio candelabri,oblatio pro Leuitis,ætas eorundem. CAP. VIII.

A ET locutus eſt dñs ad Moſeh,dicendo:Loquere ad Aharon,& dices ad eum:Quando accēdere facies lucernas, [b] contra faciē candelabri lucebunt ſeptem lucernæ. Et fecit ſic Aharon, [c] cōtra faciem candelabri accēdere fecit lucernas eius,quemadmodū præcepit dñs Moſeh. Et hoc eſt opus candelabri: [d] ductile aureū vſq; ad pedes eius, vſq; ad florē eius ductile erit. Secundū aſpectū,quē videre fecit dñs ipſum Moſeh,ſic fecit candelabrum. Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicendo:Cape Leuitas è medio filiorū Iſrael,& purificabis eos. Et ſic facies eis,ad purificandū eos. Sparge ſuper eos aquam purificationis,& tranſire faciant nouaculā ſuper omnem carnē ſuam,& lauent veſtimenta ſua,& purificabunt ſe. Et capient iuuencum filium bouis,& oblationē eius ſimilam permixtam oleo,& iuuencū alterum filium bouis,capietis pro peccato.

b lucebunt

c uerſus faciē i. ad ſupiora

d Solidum aurū tam eius quam baſis euſq; rami ſolidū erit.

B Et appropinquare facies Leuitas corā tabernaculo eccleſiæ, & cōgregare facies omnem cœtum filiorū Iſrael. Et appropinquare facies Leuitas corā domino,& cōiungent filij Iſrael manus ſuas ſuper Leuitas. Et [e] eleuare faciet Aharon Leuitas eleuationem corā dño à filijs Iſrael,& erunt ad faciendum opus dñi. Et Leuitæ coniungent manus ſuas ſuper caput iuuencorum. Et fac vnū pro peccato,& alterū in holocauſtum dño, ad expiandū Leuitas. Et ſtare facies Leuitas corā Aharon,& corā filijs eius,& eleuare facies eos eleuationē dño,& diuidere facies Leuitas è medio filiorum Iſrael,& erunt mei Leuitæ. Et

e ſeliget leuabit

C poſtea ingredietur Leuitæ ad operandū in tabernaculo eccleſiæ,& purificabis eos,& eleuare facies eos eleuationē,quia dati:dati ſunt mihi è medio filiorū Iſrael pro aperiēte omnē vuluam,pro primogenito omnium filiorū Iſrael,accepi eos mihi:quia meus eſt omnis primogenitus in filijs Iſrael,tam hominis q̄ animalis,in die qua percuſſi omne primogenitum in terra Aegypti ſanctificaui eos mihi. Et cepi Leuitas pro omni primogenito in filijs Iſrael. Et dedi Leuitas datos Aharō,& filijs eius è meo filiorū Iſrael,vt faciant opus filiorū Iſrael in tabernaculo eccleſiæ,& expient filios Iſrael,& nō ſit in filijs Iſrael plaga,cum acceſſerint filij Iſrael ad ſanctitatem. Et fecit Moſeh,& Aharon,& omnis congregatio filiorum Iſrael Leuitis. Secundum omnia quæ præcepit dominus Moſeh Le-

Supra.3.ca Exod.13.c Lucæ.2.d.

D uitis,ſic fecerunt eis filij Iſrael. Et purificauerunt ſe Leuitæ, & lauerunt veſtimenta ſua,& eleuare fecit Aharon eos eleuationem coram domino,& expiauit eos Aharon, vt purificaret eos. & poſtea ingreſſi ſunt Leuitæ ad faciendū opus ſuum in tabernaculo eccleſiæ coram Aharon,& coram filijs eius:quēadmodum præcepit dñs Moſeh ſuper Leuitis,ſic fecerūt eis. Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicēdo:Hoc eſt quod eſt pro Leuitis:à filio quinq; & viginti annorū,& ſupra ingredient [a] ad militādum militiā in opere tabernaculi eccleſiæ. Et à filio quinquaginta annorū,reuertetur à militia operis, & non operabitur vltra. Et miniſtrabit cū fratribus ſuis in tabernaculo eccleſiæ ad cuſtodiendum cuſtodiam,& opus non faciet. Sic facies Leuitis in cuſtodijs eorum.

a id eſt ut numerentur cū exercitu operantiū in op.

¶ Peſach mundorum & immundorum. Nubes operiens tabernaculum,ducit exercitum. CAP. IX.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh in deſerto Sinai anno ſecundo,quo egreſſi ſunt è terra Agypti menſe primo, dicēdo:Et facient filij Iſrael Peſach in tēpore ſuo. Quartadecima die in menſe iſto, inter duas veſperas,facietis illud in tempore ſuo. Secundū omnia ſtatuta eius,& ſecundū omnes normas eius,facietis illud. Et Locut⁹ eſt Moſeh ad filios Iſrael, vt facerēt Peſach. Et fecerūt Peſach in primo,quartadecima die menſis inter duas veſperas in deſerto Sinai. Secundum omīa quæ præcepit dominus Moſeh,ſic fecerunt filij Iſrael. Et fuerūt homines qui erant immundi ſuper animam hominis, & non potuerunt facere Peſach in die ipſa,& appropinquauerunt coram Moſeh,& coram Aharon in die ipſa,& dixerunt homines ipſi ad eum:Nos immūdi ſumus ſuper animā homi-

B nis. Vt quid prohibemur,vt non offeramus oblationē dño in tēpore ſuo in medio filiorum Iſrael? Et dixit ad eos Moſeh: State,& audiā quid præcipiat dñs pro vobis. Et locutus eſt dominus ad Moſeh,dicēdo:Loquere ad filios Iſrael,dicendo: Quicunq; fuerit immūdus ſuper animā,vel in via longinqua ex vobis,vel ex generationibus veſtris,faciet Peſach dño. Menſe ſecundo,quartadecima die inter duas veſperas facient illud, cū infermentatis,& amaritudinibus comedēt illud. Non dimittent ex eo vſque mane, & os non confringent in eo. Secundum omne ſtatutum Peſach facient illud. Et vir qui eſt mundus,& in via non fuerit,& ceſſauerit facere Peſach, excidetur anima ipſa è populis ſuis. quia oblationem do-

Exod.12.g. c Iohā.19.f.

C mini non obtulit in tempore ſuo. Pœnam peccati ſui portabit vir ipſa. Et ſi peregrinatus fuerit nobiſcum peregrinus,& fecerit Peſach domino,ſecundum ſtatutum Peſach,& ſecundum normam eius ſic faciet. Statutum vnum erit vobis,& peregrino,& ciui terrę. Et in die qua erexit tabernaculum,operuit nubes tabernaculum ſuper tectū teſtimonij, & in veſpera erat ſuper tabernaculum ſicut aſpectus ignis vſque mane. Sic erat ſemper. Nubes operiebat illud,& aſpectus ignis nocte. Et quando diſcedebat nubes à tabernaculo,poſtea proficiſcebantur filij Iſrael,& in loco in quo manebat nu-

D bes,ibi caſtrametabantur filij Iſrael. Iuxta ſermonem domini proficiſcebantur filij Iſrael,& iuxta ſermonem domini caſtrametabantur. Omnibus diebus,quibus habitabat nubes ſuper tabernaculum,caſtrametabantur. Et quando moram trahebat nubes ſuper tabernaculum diebus multis,cuſtodiebāt filij Iſrael cuſtodiam domini,& non proficiſcebantur. Et erat, quando erat nubes diebus numeri ſuper tabernaculum, ad ſermonem domini caſtrametabantur,& ad ſermonem domini proficiſcebantur. Et erat,quando erat nubes à veſpera vſque mane diſcedebat nubes mane & proficiſcebantur, vel die,& nocte: quando diſcedebat nubes proficiſcebantur. Vel duobus diebus,vel menſe,vel anno, quando moram trahebat nubes ſuper tabernaculum, vt maneret & ſuper illud,caſtrametabantur filij Iſrael,& non proficiſcebantur,& quando diſcedebat proficiſcebantur. Iuxta ſermonem domini caſtrametabantur, & iuxta ſermonem domini proficiſcebantur cuſtodiam domini ſeruabant iuxta ſermonem domini per manum Moſeh.

1.Co.10.a. Exo.40.h.

¶ Ad tubæ clangorem mouenda caſtra, Recenſentur caſtrorum duces.

## CAP. X.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Fac tibi du-
as tubas argenteas,ductiles facies eas.Et erunt tibi ad cõ
uocationem cœtus,& ad proficiſci faciendum caſtra.Et clan
gent eis,& conueniet ad te omnis cœtus ad oſtium taberna-
culi eccleſiæ.Et ſi vna clanxerint, conuenient ad te principes
duces milium Iſrael.Et clangetis taratantara,& proficiſcẽtur
caſtra caſtramentantium ad orientem.Et clangetis taratanta
ra ſecundò,& proficiſcentur caſtra caſtrametantium ad meri
diem.Taratantara clangent in profectionibus ſuis.Et quãdo
congregare facietis congregationem,clangetis,& non taratã
tarizabitis.Et filij Aharon ſacerdotes clangent tubis,& erunt
vobis in ſtatutum perpetuum generationibus veſtris.Et quã
do venietis ad bellum in terra veſtra contra hoſtem obſiden
B tem vos taratantarizabitis tubis,& memorabimini corã do-
mino deo veſtro,& ſalui eritis ab inimicis veſtris.Et in die læ
titiæ veſtrę,& in ſolẽnitatibus veſtris,& ĩ capitibꝰ mẽſis veſtri
clangetis tubis,ſupet holocauſtis veſtris,& ſuper ſacrificijs pa
cificorum veſtrorum,& erunt vobis in memoriam corã deo
veſtro.Ego dominus deus veſter.Et fuit anno ſecundo men-
ſe ſecundo,vigeſima menſis diſceſſit nubes à tabernaculo teſti
monij.Et profecti ſunt filij Iſrael ꝑ profectiões ſuas è deſerto
Sinai,& manſit nubes in deſerto Paran.Et profecti ſunt pri-
mum iuxta ſermonem domini per manum Moſeh.Et profe-
ctum eſt vexillum caſtrorum filiorum Iehudah primũ per ex
ercitus ſuos.Et ſuper exercitũ eius erat Nachſon filius Ham-
minadab.Et ſuper exercitũ tribus filiorũ Iſſachar,erat Netha
C nel filius Suhar.Et ſuper exercitũ tribus filiorũ Zebulun, erat
Eliab filius Chelon.Et depoſitum eſt tabernaculũ,& profecti
ſunt filij Gherſon,& filij Merari portantes tabernaculum. Et
profectum eſt vexillum caſtrorum Reuben ꝑ exercitus ſuos.
Et ſuper exercitum eius erat Eliſur filius Sedeur.Et ſuper exer-
citum tribus filiorum Simhõ erat Selumiel filius Suriſaddai.
Et ſuper exercitum tribus filiorum Ghad erat Eliaſaph filius
Dehuel.Et profecti ſunt Chehathitæ portantes ſanctuarium,
& ſtare fecerunt tabernaculum,donec venirent ipſi.Et profe-
ctum eſt vexillum caſtrorum filiorum Ephraim per exercitus
ſuos.Et ſuper exercitum eius erat Eliſamah filius Hammihud.
Et ſuper exercitum tribus filiorum Menaſſeh erat Ghamliel fi
lius Pedaſur.Et ſuper exercitum tribus filiorum Biniamin,e-
rat Abidan filius Ghidhoni.Et profectum eſt vexillum caſtro
rum filiorum Dan congregans omnia caſtra per exercitus ſu
os.Et ſuper exercitum eius erat Achihezer filius Hammiſad-
dai.Et ſuper exercitum tribus filiorum Aſer erat Paghiel filiꝰ
Hochran.Et ſuper exercitum tribus filiorum Naphthali,erat
Achirah filius Henan.Iſtæ ſunt profectiones filiorum Iſrael ꝑ
exercitus ſuos,& profecti ſunt.Et dixit Moſeh ad Chobab fi-
lium Rehuel[a] Midianiten ſocerum Moſeh:Proficiſcimur nos — a Midianitis ſoceri
ad locum de quo dixit dominus,eum dabo vobis.Veni no-
biſcum,& benefaciemus tibi,quia dominus locutus eſt bonũ
ſuper Iſrael.Et dixit ad eum:Non veniam,ſed ad terram me-
D am,& ad cognationem meam pergam.Et dixit:Ne quæſo de
relinquas nos,[b] quia idcirco noſti quòd dum maneremus in
deſerto fuiſti nobis pro oculis.Et erit,ſi veneris nobiſcum e- — b eo ꝙ noſti manſiones noſtras in deſerto et eris nobis uice oculorũ.
rit bonum hoc,quod benefaciet dominus nobiſcum,& be-
nefaciemus tibi.Et profecti ſunt è monte domini via trium
dierum,& arca fœderis domini proficiſcebatur ante eos via
trium dierum,ad explorandum eis requiem.Et nubes domi-
ni erat ſuper eos in die,dum proficiſcerentur è caſtris.Et erat,
quando proficiſcebatur arca,dicebat Moſeh:Surge domine,
& diſpergantur inimici tui,& fugiant odio habentes te à fa-
cie tua.Et quando requieſcebat,dicebat:Reuertere domine
ad decem milia milium Iſrael.

¶ Murmurat populus,punitur igne,faſtidit man,optat carnes,
ordinantur ſeptuaginta ſeniores.Eldad & Medad
prophetant in caſtris,pluunt coturnices,
puniuntur carniuor.e.

## CAP. XI.

A ET fuit cum populus doleret,diſplicuit in auribus domi
ni.Et audiuit dominus,& iratus eſt furor eius,& accen-
dit ſe in eis ignis domini,& conſumpſit in extremitate caſtro-
rum.Et clamauit populus ad Moſeh,& orauit Moſeh ad do
minũ,& abſortus eſt ignis.Et vocauit nomẽ loci ipſius[a] Tha — a id eſt incendium
bherah,quia accendit ſe in eis ignis domini.Et[b] collectio quę — b uulgus collectum inter ipſos
erat in medio eius,concupiuerunt concupiſcentiam,& reuer
ſi ſunt,& fleuerunt ſicut & filij Iſrael,& dixerunt:Quis come-
B dere faciet nos carnem?Recordamur piſcium quos comede- — 1.Co.10.a. Exod.16.a.
bamus in Aegypto gratis,cucumerum & peponum,& por- — Pſal.77.
rorum,& ceparum,& alliorum.Et nunc anima noſtra arida — Sapi.16.c.
eſt.Non quicquam præter man oculi noſtri vident.Et man, — Iohan.6.d.
ſicut ſemẽ coriandri erat,& color eius ſicut color[c] bedolach, — c lachrymæ bdellij.
Diffundebant ſe populus,& colligebant,& molebant molis,
vel conterebant in mortario,& coquebãt in cacabo,& facie
bant ex eo placentas ſubcinericias. Et erat ſapor eius ſicut ſa-
por recentis olei.Et quãdo deſcendebat ros ſuper caſtra no-
cte,deſcendebat man ſuper eum.Et audiuit Moſeh populum
flentem per familias ſuas, ſingulum ad oſtium tabernaculi
ſui.Et iratus eſt furor domini valde,& in oculis Moſeh diſpli
cuit.Et dixit Moſeh ad dominum:vt quid maleſeciſti populo
tuo?Et vt quid non inueni gratiam in oculis tuis,vt pone-
C res onus omnis populi huius ſuper me?Nunquid ego conce
pi omnem populum hunc:Num ego genui eũ,quia dicis ad
me:porta eum in ſinu tuo,quemadmodum potat nutrix in-
fantem ad terram ſuper quam iuraſti patribus eius?Vnde eſt
mihi caro,vt dem vniuerſo populo huic?Flent enim,aduer-
ſum me dicendo:Da nobis carnem,vt comedamus.Non poſ
ſum ego ſolus ferre vniuerſum populum hunc,quia ſupra vi
res meas eſt.Et ſi ita tu facis mihi,occide me quęſo occidẽdo,
ſi inueni gratiã in oculis tuis, & nõ videbo malũ meum.Et di
xit dominus ad Moſeh:Congrega mihi ſeptuaginta viros è
ſenioribus Iſrael,quos noſti quòd ſint ſeniores populi,et prin
cipes eius,& duces eos ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,& ſtã-
bũt ibi tecũ,& deſcendã & loquar tecũ ibi:& ſeparabo de ſpũ
ꝗ eſt ſupe te,& ponã ſuper eos,& portabunt tecum onus po
D puli,& non portabis tu ſolus.Et ad populũ dices:[d] Sanctifi- — d Preparate
cato vos in craſtinũ,& comedetis carnẽ.Fleuiſtis enim in au-
ribus dñi,dicendo:Quis comedere faciet nos carnẽ,quia me-
liꝰ erat nobis in Aegypto?& dabit dñs vobis carnẽ,& come
detis.Nõ die vna comedetis,neq; duobꝰ diebus neq; quinq;
diebus,neque decẽ diebus,neq; viginti diebꝰ.Vſq; ad mẽſem
dierũ donec egrediat̃ è naribꝰ vr̃is,& ſit vobis in abominatio — Iohan.6.b.
nẽ,eò ꝙ contempſiſtis dñm,qui eſt in medio veſtri,& fleuiſtis
corã eo,dicẽdo:Vt quid iam egreſſi ſumus ex Aegypto? Et
dixit Moſeh:Sexcẽta milia ꝑeditũ populus eſt,in cuius medio
ego ſum:& tu dixiſti,carnẽ dabo eis,& comedẽt per menſem
E dierũ.Nunquid pecudes,& boues iugulabunt̃ eis,& ſufficiẽt
eis?An oẽs piſces maris cõgregabuntur ad eos,& ſufficiet eis?
Et dixit dñs ad Moſeh:Nunquid manus dñi abbreuiata eſt? — Iſa.59.a.
Nũc videbis vtrũ eueniat tibi verbũ meũ,an nõ. Et egreſſus
eſt Moſeh,& locutus eſt ad populũ verba dñi.Et cõgregauit
ſeptuaginta viros è ſenioribus populi,& ſtare fecit eos in cir-
cuitibus tabernaculi.Et deſcẽdit dñs in nube,& locutus eſt ad
eũ,& ſeparauit de ſpiritu qui erat ſuper eũ,& poſuit ſuper ſe-
tuaginta viros ſeniores.Et fuit,cũ requeſceret ſup eos ſpũs,pro
phetauerũt,& nõ[e] addiderũt.Et remãſerũt duo viri ĩ caſtris, — e ceſſauerũt
F nomẽ vnius Eldad,& nomẽ alterius Medad,& requieuit ſup — Pſal.77
eos ſpiritus,& erãt inter ſcriptos,& nõ egreſſi erãt ad taberna
culũ,& ꝓphetabãt in caſtis.Et cucurrit puer, & nũciauit Mo
ſeh,& dixit:Eldad & Medad prophetant in caſtris.Et rñdit
Iehoſuah filius Nun miniſter Moſeh ex iuuenibus eius, & di-
xit:Dñe mi Moſeh,ꝓhibe eos.Et dixit ei Moſeh: Vt qd æmu
laris tu ꝓpter me?Et qs det oẽm populũ dñi ꝓphetas, ꝙ det
dñs ſpũm ſuũ ſup eos? et collegit ſe Moſeh ad caſtra,ipſe et ſe
niores Iſrael.Et ventus profectus eſt à dño,& eduxit coturni

ces è mari,



ces è mari,& dimiſit ſuper caſtra,quantum eſt iter diei huc & — Pſal.77.
quantum eſt iter diei illuc per circuitum caſtrorũ,& ferè duo
bus cubitis erant ſuper faciem terræ.Et ſurrexit populus tota
die ipſa,& tota nocte,& tota die ſequenti,& collegerunt co-
turnices,qui parum fecit collegit decem cumulos.Et expan-
derunt ſibi expandendo per circuitus caſtrorũ. Caro adhuc
erat inter dentes eorum,antequam[a] digeſta eſſet,& furor do
mini iratus eſt in populum,& percuſſit dominus populum — a ſuccisa
percuſſione magna valde.Et vocauit nomen loci ipſius Chi-
broth Hattahauah, (id eſt, ſepulchra concupiſcentiæ,) quia
ibi ſepelierunt populum concupiſcentem.De Chibroth Hat
tahauah ꝓfecti ſunt ppl̃us ĩ Chaſeroth,& fuerũt ĩ Chaſeroth.

¶ Aharon & Miriam murmurant contra Moſeh,Miriam percutitur lepra.

## CAP. XII.

A ET locuta eſt Miriam, & Aharon cõtra Moſeh propter
vxorem Aethiopiſſam,quam ceperat. Vxorem enim
[b] Aethiopiſſam acceperat.Et dixerunt:Nunquid dũtaxat cer — b al's pulchrã
tè cum Moſeh locutus eſt dominus?Nõnne etiam nobiſcum
locutus eſt?Et audiuit dominus.Et vir Moſeh erat mãſuetus
valde præ omnibus hominibus,qui erant ſuper faciem terrę.
Et dixit dominus ſtatim ad Moſeh,& Aharon,& Miriam:E-
gredimini tres vos ad tabernaculum eccleſiæ.Et egreſſi ſunt
tres ipſi.Et deſcendit dominus in columna nubis, & ſtetit ad
oſtium tabernaculi,& vocauit Aharon,& Miriam,& egreſſi
B ſunt ambo.Et dixit:Audite nunc verba mea:Si fuerit prophe
ta veſter,ego dominus in viſione ei oſtendam me,in ſomnio
loquar cum eo.Non ſic ſeruus meus Moſeh,in omni domo
C mea fidelis eſt.Ore ad os loquar cum eo,& in viſione & non
per ænigmata,neq; per figuram dominum aſpiciet.Et cur nõ
timuiſtis loqui contra ſeruum meum Moſeh?Et iratus eſt fu- — Heb.3.a.
ror domini contra eos,& abijt.Et nubes receſſit à tabernacu
lo,& ecce Miriam erat leproſa ſicut nix. Et reſpexit Aharon
Miriam,& ecce erat leproſa.Et dixit Aharon ad Moſeh:Quæ
ſo domine mi,ne nunc ponas ſuper nos peccatum,quia ſtul-
te egimus,& quia peccauimus.Ne quæſo ſit ſicut mortuus,
C qui dum egreditur ex vtero matris tuæ,conſumitur dimidiũ
carnis eius.Et clamauit Moſeh ad dominum, dicendo: Deus
quæſo,ſana nunc eam.Et dixit dominus ad Moſeh:Et ſi pater
eius ſpuendo ſpuiſſet in faciem eius,nõnne erubuiſſet ſeptem
diebus?Excludatur ſeptem diebus extra caſtra,& poſtea con-
gregabitur.Et excluſa eſt Miriam extra caſtra ſeptem diebus.
Et populus non eſt profectus,donec congregaretur Miriam:
Et poſtea profecti ſunt populus è Chaſeroth,& caſtrametati
ſunt in deſerto Paran.

¶ Mittuntur exploratores ad terram Chenahan.

## CAP. XIII.

ET locutus eſt dominus ad Moſeh,dicendo:Mitte viros
B & explorent terram Chenahan,quam ego do filijs Iſra-
el.Singulos viros de tribu patrũ ſuorũ mittetis,omnem prin
cipem qui eſt inter eos.Et miſit eos Moſeh è deſerto Paran,iu
xta ſermonẽ domini.vniuerſi ipſi viri principes filiorum Iſra
el erant.Et hæc ſunt nomina eorum.De tribu Reuben, Sam-
muah filius Zacchur.De tribu Simhon,Saphath filius Chori
De tribu Iehudah,Chaleb filiꝰ Iephunneh.De tribu Iſſachar,
B Ighal,filiꝰ Ioſeph.De tribu Ephraim,Hoſeah filius Nũ.De tri
bu Biniamin,Palthi filius Raphu.De tribu Zebulun,Gaddiel
filius Sodi.De tribu Ioſeph,de tribu Menaſſeh,Ghaddi filius
Suſi.De tribu Dan,Hammiel filius Ghemalli.De tribu Aſer,
Sethur filius Michael:De tribu Naphtali Nachbi filiꝰ Voph
ſi.De tribu Ghad,Gheuel filius Machi.Iſta ſunt nomina viro
rũ quos miſit Moſeh ad explorandũ terrã.Et appellauit Mo-
ſeh Hoſeah filiũ Nun,Iehoſuah.Et miſit eos Moſeh ad explo-
C randum terram Chenahan,& dixit ad eos:Aſcendite hac per
meridiem:& aſcendetis ad montem.Et videbitis terram qua
lis ſit,& populum qui habitat in ea,vtrum fortis ſit,an debi-
lis,vtrum paucus ſit,an multus.Et qualis ſit terra,in qua ipſe
habitat,vtrum bona ſit,an mala,& quales vrbes in quibus
habitat,vtrũ[c] in caſtris,en in munitionibus ſint.Et qualis ter — c abſq; muro uel muratę
ra,vtrum pinguis ſit,an macra,vtrum ſit in ea arbor,an nõ.
Et roborate eos,& capite è fructu terræ.Et[a] dies vrant, dies
[a] primitiuarũ vuarum.Et aſcenderunt & explorauerunt ter- — a maturitati
D ram à deſerto Sin vſq; ad Rechob ingredi endo Chamath.
Et aſcenderunt per meridiem,& venerunt vſq; ad Chebron,
Et ibi erat Ahiman Seſai,& Talmai liberi Hanac.Et Chebrõ — Deut.1.a.
ſeptem annis ædificata fuit ante Sohan Aegypti.Et venerũt
vſq; ad vallem Eſcol,& exciderunt ibi ramum,& botrum v-
uarum vnum,& portauerunt illum[b] vecte cũ duobus, & de
malogranatis,& de ficubus.Locum ipſum vocauit Nachal
Eſcol,(id eſt,vallis botri)propter botrũ quem abſciderũt in-
de filij Iſrael.Et reuerſi ſunt ab explorando terram in fine qua — b duo in uecte
E draginta dierum.Et abierunt,& venerunt ad Moſeh,& Aha
ron,& ad omnem cœtum filiorum Iſrael in deſertum Paran
in Cades,& retulerunt eis rem,& omni cœtui,& oſtenderunt
eis fructum terræ.Et narrauerunt ei,& dixerunt:venimus ad
terram ad quam miſiſti nos,& etiam fluens lacte & melle eſt,
& hic fructus eiꝰ.Niſi ꝙ fortis eſt populus,qui habitat in ter
F ra,& vrbes munitæ magnæ valde ſunt.Et etiã liberos Hanac
vidimus ibi.Hamalec habitat in terra meridiana, & Chittæ-
us,et Iebuſæus,& Emoræus habitat in monte,& Chenahanæ
us habitat iuxta mare,& iuxta ripã Iarden.Et tacere fecit Ca-
leb populum contra Moſeh,& dixit:aſcendendo aſcendamꝰ,
& hæreditate accipiemus eam,quia præualendo præualebi-
mus ei.Et viri qui aſcenderunt cum eo,dixerunt:Non pote-
G rimus aſcendere ad populum,quia fortior eſt nobis.Et pro-
tulerunt infamiam terræ,quam explorauerunt filiis Iſrael,di-
cendo:Terra per quam tranſiuimus ad explorandum eam,
terra conſumens habitatores ſuos eſt,& omnis populus quẽ
vidimus in medio eius,viri magnarum mẽſurarũ ſunt. Et ibi
vidimus gigãtes filios Hanac de gigãtibus,& fuimus in ocu-
lis noſtris ſicut locuſtæ,& ſic eramus in oculis eorum.

¶ Populus flet,murmuratq; ob exploratæ terræ deſperationem,
exploratores moriuntur,Hamalec cædit populum.

## CAP. XIIII.

A ET eleuauit omnis cœtus,& dederunt vocem ſuã, & fle-
uerunt populus nocte ipſa.Et murmurauerunt aduer-
ſum Moſeh,& Aharon omnes filij Iſrael,& dixerũt ad eos o-
mnis cœtus:Vtinam mortui eſſemus in terra Aegypti,vel in
deſerto hoc.Vtinam mortui eſſemus.Et vt quid dñs venire
facit nos ad terram hanc, vt caderemus gladio, vxores no-
ſtræ,& paruuli noſtri,eſſent in prædam? nõnne bonum erat
nobis,vt reuerteremur in Aegyptum?Et dixerunt vnuſquiſ-
que ad fratrem ſuum:Ponamus ducem,& reuertamur in Ae-
gyptum.Et proiecerunt ſe Moſeh & Aharon ſuper facies ſu-
as coram cœtu cõgregationis filiorum Iſrael.Et Iehoſuah filiꝰ
B Nun,& Chaleb filius Iephunneh de explorãtibus terram, ſci
derunt veſtimenta ſua,& dixerunt ad omnẽ cõgregationem
filiorũ Iſrael,dicendo:Terra per quam tranſiuimus ad explo-
randum eam,bona terra eſt valde.Si cõplacuerit in nobis do
minus,veniret faciet nos ad terram hanc,& tradet eam no-
bis,terram quæ eſt fluens lacte & melle.Veruntamen contra — Eccl.46.b. 1.Mac.2.f.
dominum ne ſitis rebelles.Et vos ne timeatis populum terræ,
quia veluti panis noſter ſunt.Receſſit protectio eorũ ab eis,&
dñs eſt nobiſcum,ne timeatis eos.Et cogitauerunt oĩs congre
gatio,lapidare eos lapidibus.Et gloria dñi apparuit in taber-
naculo eccleſiæ omnibus filijs Iſrael.Et dixit dñs ad Moſeh:
Vſquequo irritabũt me populus iſte,& vſquequo non cre-
dent mihi in oĩbus ſignis,quæ feci in medio eius?Percutiã eũ
peſte,& expellam eum,& faciã te in gentẽ magnã,& robuſtio
C rem eo. Et dixit Moſeh ad dominum:Et audient Aegyptij,
quòd aſcẽdere feciſti in fortitudine tua populum iſtum è me
dio eius.Et dicẽt ſuper habitatorem terræ huius qui audierũt
quòd tu domine ſis in medio populi iſtius,ꝙ oculo ad occu-
lum conſpectus ſis domine,et nubes tua ſteterit ſuper eos, et — Exod.13.d.
ꝙ in colũna nubis ambulas ãn eos in die,& in colũna ignis in
nocte.Et ſi mori feceris populũ iſtum tanq; virum vnũ,dicẽt
gentes ꝗ audierunt auditũ tuum,dicẽdo:Quia nõ poteſt dñs
introducere populũ iſtũ in terrã,ſup quã iurauit eis, occidit

eos in deſerto.Et nũc magnificet obſecro fortitudo dñi, quẽ-
Exod.34.a admodum locutus es,dicendo:Dñs tardus ad iram,& mult⁹
miſericordia,portans iniquitatẽ,& pręuaricationem,& mun
D dando non mundabit, viſitans iniquitatem patrum ſuper fi-
lios,ſuper tertios,& ſuper quartos.Parce obſecro iniquitati
populi iſtius ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ, &
quemadmodũ peperciſti populo iſti ab Aegypto vſqꝫ huc.
Et dixit dñs:Peperci ſecundũ verbum tuum.Et profecto vi-
uo ego,& implebitur gloria dñi omnis terra:quia omnes vi-
Iehoſ.17.b. ri qui viderũt gloriam meam,& ſigna mea quæ feci in Aegy-
pto,& in deſerto,& tentauerunt me iam X. vicibus, & non
paruerunt voci meæ:ſi viderint terram ſuꝑ quam iuraui pa-
tribus eorum.Et omnes irritantes me,non videbunt eam.Et
ſeruum meum Chaleb,pro eo ꝙ fuit ſpiritus alter cum eo,&
perfecit vt iret poſt me,introducam in terram ad quam ve-
nit,& ſemẽ eius hæreditate accipiet eã.Et Hamalechita,& Che
nahanæus habitat in valle.Cras vertite vos,& proficiſcimini
vobis in deſertum per viam maris Suph. Et locutus eſt dñs
ad Moſeh,& Aharon,dicendo:Vſquequo congregationem
E malam iſtam,quæ murmurat aduerſum me, murmuratio-
nes filiorũ Iſrael qui murmurant aduerſum me,audiã:Dic ad
Deu.1.f. Pſal.105. eos:Viuo ego dixit dñs,ſi non quemadmodum locuti eſtis in
auribus meis,ſic fecero vobis.In deſerto iſto cadent cadaue-
ra veſtra,& omnes numerati veſtri ſecundũ omnẽ numerum
veſtrum à filio XX.annorũ,& ſupra,qui murmuraſtis ad-
uerſum me,ſi vos ingreſſi fueritis terrã,ſuper quam leuaui ma
num meam,vt habitare facerem vos in ea,niſi Chaleb filium
Iephunneh,& Iehoſuah filium Nun. Et paruulos veſtros,de
quibus dixiſtis:in prædam erũt,introducam eos,& ſcient ter
a paſcentur Pſal.94.d. ram,quã deſpexiſtis.Et cadauera veſtra cadẽt in deſerto iſto.
Et filij veſtri ᵃ erunt paſcentes in deſerto XL. annis, & por-
tabunt fornicationes veſtras,donec cõſumentur cadauera ve
ſtra in deſerto. Secundum numerum dierum quibus explo-
F raſtis terram XL.diebus.Diem pro anno, diẽ pro anno por
tabitis pœnam iniquitatum veſtrarum XL.annis,& cogno-
1.Co.10.b. ſcetis vltionem meam.Ego dñs locutus ſum.Si non hoc fece-
Heb.3.d. ro omni congregationi malæ huic,quæ conuenerunt aduer-
Iehu.1.b. ſum me.In deſeto iſto conſumentur,& ibi morientur.Et viri
quos miſit Moſeh ad explorandum terram,& reuerſi ſunt,&
murmurare fecerunt aduerſum eum, omnem congregatio-
nem iſtam,educendo famam malã ſuper terram:mortui ſunt
viri illi educentes famam terrę malã percuſſione coram dño.
Et Iehoſuah filius Nun,& Chaleb filius Iephunneh vixerunt
ex viris ipſis,qui perrexerant ad explorandum terram.Et lo-
cutus eſt Moſeh verba iſta ad omnes filios Iſrael,& luxerunt
G populus valde.Et ſurrexerũt mane, & aſcenderũt ad verticẽ
montis,dicendo:Ecce nos,& aſcendemus ad locum quem di
xit dominus,quia peccauimus.Et dixit Moſeh:vt quid tranſ-
gredimini ſermonem domini?& hoc non proſperabitur.Ne
aſcendatis,quia non eſt dominus in medio veſtri, ne percutia
mini coram inimicis veſtris.Quia Hamalechita,& Chenaha-
nęus eſt ibi ante vos,et cadetis gladio.Idcirco enim nõ reuerſi
eſtis,ne iretis poſt dominum,& non erit dominus vobiſcum.
Et conati ſunt aſcendere in verticẽ montis.Et arca fœderis do
mini,& Moſeh non receſſerant è medio caſtrorum.Et deſcẽ
dit Hamalechita,& Chenahanæus habitans in monte ipſo,&
percuſſerunt eos,& contriuerunt eos vſque ad Chormah.

¶Libamenta terram promiſſionis ingreſſis offerenda.Oblatio peccantis per errorem.Pœna per ſuperbiam peccantis.Lapidatur qui ligna collegit in Sabbato.

CAP. XV.

A ET locutus eſt dñs ad Moſeh,dicendo:Loquere ad filios
Iſrael,& dices ad eos:Cum ingreſſi fueritis terram habi
tationum veſtrarũ,quas ego do vobis,& feceritis oblationẽ
b ſegregetis ignitam dño,holocauſtum,vel ſacrificiũ,vt ᵇ permutetis vo-
tum vel in oblatione ſpontanea,vel in ſolennitatibus veſtris,
vt faciatis odorem quietis dño de bobus vel de pecudibus,
offeret offerens oblationem ſuam domino oblationem ſimi-
læ decimam partem permixtam cum quarto Hin olei.Et vi
ni pro libamine quartum Hin facies ſuper holocauſtum, vel
ſuper ſacrificium pro agno vno.Vel pro ariete facies ſacrifi
cium ſimilæ duarum decimarũ,permixtum oleo tertiã partẽ
Hin.Et vini pro libamine tertiã partẽ Hin offeres in odorem
quietis dño.Et ſi feceris filium bouis holocauſtum,vel ſacrifi-
cium ad ᵃ permutandum votum,vel pacifica dño,offeret fi-
lium bouis oblationem ſimilam trium decimarum permixtã a ſeparandũ
B oleo,& dimidium Hin.Et vinum offeres pro libamine dimi
dium Hin,in ſacrificium odoris quietis dño.Sic fiet boui v-
no,vel arieti vno,vel pecudi tam de ouibus,quàm de capris.
Secũdum numerũ quẽ facietis,ſic facietis vni ſecundum nu-
merum eorũ.Omnis ciuis faciet ſic iſta,dum obtulerit obla-
tionẽ incenſam odoris quietis dño:Et ſi ꝑegrinatus fuerit vo
biſcum peregrinus,vel qui eſt in medio veſtri per generatio-
nes veſtras,& fecerit oblationẽ incenſam odoris quietis dño,
quẽadmodum facietis,ſic faciet.O congregatio,ſtatutum v-
num eſt vobis,& peregrino qui peregrinatur:ſtatutum per-
petuũ per generationes veſtras ſicut vos,ſic & peregrinus e-
rit corã dño.Lex vna,& norma vna erit vobis,& ꝑegrino q
peregrinat̃ vobiſcũ.Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicẽdo:Lo-
quere ad filios Iſrael,& dices ad eos: Cum ingreſſi fueritis ter
ram ad quam ego ingredi facio vos,erit,cum comederitis de
pane terræ,eleuabitis eleuationem dño.Principium ᵇ paſtarũ b conſperſionum
veſtrarũ,placentam eleuabitis eleuationem,ſecundum eleua-
tionẽ areæ,ſic eleuabitis eam.De primitiis ᶜ paſtarũ veſtrarum c conſperſionum
dabitis dño,eleuationem per generationes veſtras.Et ſi erra-
ueritis,& non feceritis omnia præcepta iſta, quæ locutus eſt
dñs ad Moſeh oĩa q̃ ꝓcepit dñs vobis per manũ Moſeh à die
C qua ꝓcepit vobis & vltra ꝑ gñatiões veſtras:erit,ſi ab oculis
cõgregationis factũ fuerit per errorẽ,facient oĩs cõgregatio
iuuencũ filium bouis vnum in holocauſtũ,in odorem quie-
tis domino,& oblationem eius,& libamen eius ſecundũ nor
mam,& hircum caprarum vnum pro peccato. Et expiabit
ſacerdos omnem congregationẽ filiorum Iſrael, & parcetur
eis,quia error eſt.Et ipſi offerent oblationem ſuam,oblatio-
nem incenſam domino,& oblationem pro peccato ſuo co-
ram domino ſuper errore ſuo.Et parcetur vniuerſæ congre-
gationi filiorũ Iſrael,& peregrino qui peregrinatur in medio
eorum,quia vniuerſi populi eſt error.Et ſi anima vna pecca-
uerit ꝑ errorem, offeret capram anniculam pro peccato.
Et expiabit ſacerdos animam errantem,cum peccauerit per
errorem coram domino,ad expiandũ eam,& remittetur ei.
Ciui inter filios Iſrael,& peregrino qui peregrinat̃ inter eos,
lex vna erit vobis facienti per errorem.Et anima quæ fecerit
in manu excelſa,tam ciuis quã peregrinus,dominũ probris af
ficit,excidetur anima ipſa è medio populi ſui:quia verbũ dñi
ſpreuit,& mandatum eius irritauit:excidendo excidetur ani-
D ma ipſa:pœna iniquitatis eius ſuper eam erit.Et fuerunt filij
Iſrael in deſerto,& inuenerunt virum colligentem ligna in die
ſabbati.Et accedere fecerunt eum,qui inuenerunt eum colligẽ
tem ligna ad Moſeh,& Aharon,& vniuerſam congregatio-
nem.Et poſuerunt eum in cuſtodia,quia nõ erat expoſitum,
quid fiendum eſſet ei.Et dixit dominus ad Moſeh:Moriendo
moriatur vir,lapidet eum lapidibus oĩs congregatio extra
caſtra.Et eduxerũt eum omnis cõgregatio extra caſtra,& la-
pidauerunt eum lapidibus,& mortuus eſt, quemadmodum
præcepit dñs Moſeh.Et dixit dñs ad Moſeh,dicendo:Loque Deut.22.b.
re ad filios Iſrael,& dices ad eos:Et facient ſibi ᵈ fimbriam in d phylatteria hęc in Euangelio dicunt.
angulis ueſtimentorũ ſuorum per generationes ſuas,& po- e ceruleũ
nent in fimbria anguli filũ ᵉ hyacinthinũ.Ei erit vobis in fim-
briam,& videbitis eam,& recordabimini omnium præce-
ptorum dñi.Et facietis ea,& non errabitis poſt cor veſtrum,
& oculos veſtros,poſt quos vos fornicamini.Vt recordemi-
ni,& faciatis oĩa ꝓcepta mea,& ſitis ſancti deo ueſtro.Ego do
minus deus veſter,qui eduxi vos è terra Aegypti,vt eſſem
vobis in deum.Ego dominus deus veſter.

¶Rebellio Chorach,Dathan & Abiron.





CAP. XVI.

ET ᵃ tulit ſeipſum ad partem Corach filius Iſhar filij Che
A hath filij Leui,& Dathan,& Abirã filij Eliab,& On fili-
a diuiſit a ſe us Peleth filij Reuben. Et ſurrexerũt coram Moſeh,& viri è
Eccl.45. filijs Iſrael quinquaginta,& ducẽti principes congregationis,
Iudæ.1.d. maiores ſynagogę viri nomĩati.Et cõgregauerũt ſe aduerſum
1.Co.10.b. Moſeh,& Aharon,& dixerunt ad eos:Sat eſt nobis,quòd oĩs
cõgregatio vniuerſi ipſi ſancti ſunt,et in medio eorum eſt dñs.
Et cur eleuatis vos ſuper congregationẽ domini? Et audiuit
Moſeh,& ꝓiecit ſe ſuꝑ faciem ſuã,& locutus eſt ad Corach,&
ad oẽm congregationẽ eius,dicẽdo:Mane notum faciet dñs
eum qui eſt eius,& ſanctum appropinquare faciet ſibi,& quẽ
elegerit,appropinquare faciet ſibi. Hoc facite: Capite vobis
acerras Corach,& omnis congregatio eius, & ponite in eis
ignem,& ponite in eis ſuffitum corã domino cras.Et erit vir
quem elegerit dñs ipſe ſanctus.Sufficit vobis filij Leui.Et dixit
B Moſeh ad Corach:Audite quęſo filij Leui:num parum vobis
eſt,quod ſeparare fecerit deus Iſrael vos à cõgregatiõe Iſrael,
vt appropinquare faceret vos ſibi,vt faceretis opus taberna
culi domini,& ſtaretis corã cõgregatione,vt miniſtraretis ei:
& appropinquare fecit te,& oẽs fratres tuos filios Leui tecũ,
& quæritis etiã ſacerdotiũ?Idcirco tu,& omnis congregatio
tua quæ cõgregata eſt contra dominũ,& Aharon quid eſt,
quia murmuraſti aduerſum eum?Et miſit Moſeh ad vocan-
dum Dathan,& Abiram filios Eliab,& dixerunt:Non aſcen
demus.Num parum eſt quod aſcẽdere feceris nos è terra flu-
ente lacte,& melle,vt mori faceres nos in deſerto,quia princi
pem facis te ſuper nos,principatum gerẽdo? Etiã non ad ter-
ram fluentẽ lacte,& melle venire feciſti nos,neqꝫ dediſti nobis
hæreditatẽ agri,& vineæ.Nunquid oculos virorũ iſtorũ ef-
fodies?Non aſcẽdemus.Et iratus eſt Moſeh valde,& dixit ad
dominũ:Ne reſpicias ad oblationẽ eorum.Non aſinum vni-
C us ex eis accepi,neqꝫ maleſeci vni ex eis.Et dixit Moſeh ad Co
rach:Tu,& omnis cõgregatio tua ſtate corã domino, tu &
ipſi,& Aharon cras.Et capite vnuſquiſqꝫ acerrã ſuam,& po-
netis in eis ſuffitum,& appropinquare facietis coram domi-
no vnuſquiſqꝫ acerrã ſuam,quinquaginta,& ducẽtas acerras.
Et tu,& Aharon vnuſquiſqꝫ acerram ſuam,& ponite in eis i-
gnẽ,& ponite in eis ſuffitũ,& ſtent ad oſtium tabernaculi ec-
cleſię,& Moſeh,& Aharõ.Et cõgregare fecit aduerſus eos Co
rach vniuerſam cõgregationẽ ad oſtiũ tabernaculi eccleſię.et
cõſpecta eſt groria domini vniuerſæ congregationi.Et locu-
tus eſt dominus ad Moſeh,& Aharon,dicẽdo:Separate vos
è medio congregationis iſtius,& cõſumã eos in momẽto. Et
proiecerunt ſe ſuper facies ſuas,& dixerunt:Deus,deus ſpiri-
tuum omnis carnis,vir vnus peccauit,& cõtra vniuerſam cõ
gregationẽ iraſceris?Et locutus eſt dominus ad Moſeh,dicen
do:Loquere ad congregationẽ,dicendo:Diſcedite è circuitu
tabernaculi Corach Dathan & Abiram.Et ſurrexit Moſeh,&
D perrexit ad Dathan,& Abiram.Et perrexerunt poſt eũ ſenio
res Iſrael.Et locutus eſt ad congregationẽ, dicẽdo: Recedite
quæſo à tabernaculis virorũ impiorũ iſtorum,& ne attinga-
tis omnia quæ ſunt eis,ne forte pereatis in omnibus peccatis
eorũ.Et diſceſſerunt à tabernaculo Corach,Dathan,& Abi-
ram è circuitu .Et Dathan,& Abiram egreſſi ſunt ſtãtes ad o-
ſtiũ tabernaculorũ ſuorũ,& vxores eorũ,& filij eorũ,& par-
uuli eorũ.Et dixit Moſeh:in hoc ſcietis ꝙ dñs miſit me,vt fa-
ciã omnia opera hæc,quod non de corde meo.Si vt moriun
tur oẽs homines morientur iſti,& viſitatiõe omniũ hominũ,
viſitabitur ſuper eos,nõ miſit me dominus. Et ſi creationem
creauerit dñs,& aperuerit terra os ſuum,& deglutiuerit eos
& omnia quæ ſunt eis,& deſcẽderint viuẽtes in infernum,ſcie
E tis ꝙ irritauerũt viri iſti dominum.Et fuit cum cõſummaſſet
Pſal.105. loqui omnia verba iſta,rupit ſe terra quæ erat ſub eis,& ape-
Deut.11.a ruit terra os ſuum,& deglutiuit eos,& domos eorũ,& oẽs
qui erant ipſi Corach,& omnẽ ſubſtantiã.Et deſcenderunt i-
pſi,& omnes qui erant cum eis viuentes in infernum,& ope-
ruit eos terra,& perierunt è medio congregationis.Et omnis
Iſrael qui erãt in circuitu eorum,fugerunt,ꝓpter vocẽ eorũ.
Dixerunt enim:Ne forte deglutiat nos terra.Et ignis egreſſus
eſt à dño,& conſumpſit quinquaginta & ducẽtos viros offe
rentes ſuffitum.Et locutus eſt dñs ad Moſeh,dicendo:Dic ad
Elhazar filiũ Aharon ſacerdotẽ,vt tollat acerras è cõbuſtiõe,
& ignẽ diſperge vltra,quia ſanctificatæ ſunt. Acerræ pecca- Pſal.104. Deu.11.
F torũ iſtorũ in animabus eorũ.Et facient ex eis extẽſas laminas
in opertoriũ pro altari.Quia obtulerunt eas corã dño,& ſan
ctificatę ſunt,& erunt in ſignũ filijs Iſrael.Et tulit Elhazar ſacer
dos acerras,quibus obtulerãt cõbuſti,& extẽdit eas in operi-
mentum pro altari.Memoriale filijs Iſrael,vt non offerat vir
alienus,qui nõ de ſemine Aharon eſt,vt ſuffire faciat ſuffitum
corã domino,& non ſit ſicut Corach,& ſicut cõgregatio ei⁹,
quẽadmodum locutus eſt dñs per manum Moſeh ei.Et mur
ſtris,& libaminibus veſtris,& pacificis veſtris.Et dixit Moſeh
ad filios Iſrael ſecundũ omnia quę præcepit dominus Moſeh.

¶De uotis,quando quis aſtringatur. CAP. XXX.

A ET locutus eſt Moſeh ad duces tribuum ad filios Iſrrel,
dicendo:Hoc eſt quod pręcepit dominus:Vir cum vo
uerit votum domino,vel iurauerit iuramentum, ligando li=
gamen ſuper animam ſuam,non polluet verbum ſuum. Se=
cundum omne quod egreſſum eſt ex ore ſuo,faciet.Et mulier
cum vouerit votum domino,& ligauerit ſe ligamine in do=
mo patris ſui ĩ pueritia ſua,& audierit pater eius votũ eius,&
ligamen eius,quo ligauit ſe ſuper animam ſuam,& tacuerit ei
B pater eius,firma erunt omnia vota ſua,& omne ligamen,quo
ligauit ſe ſuper animam ſuam,ſtabile erit.Si autem irritauerit
pater eius illud in die quo audiuit omnia vota eius,& ligami
na eius,quibus ligauit ſe ſuper animam ſuam,non erit ſtabi=
le,& dominus parcet ei,quia irritauit pater eius illud.& Et ſi
habuerit virum,& fuerint vota eius ſuper eã,vel quod pro=
tulit labijs ſuis,quibus ligauit ſe ſuper animam ſuam,& audi=
uerit vir eius,et tacuerit ei,in die qua audiuit,ſtabilia erunt vo
ta eius,& ligamina eius,quibus ligauit ſe ſuper animam ſuam,
ſtabilia erũt.& ſi in die qua audiuit vir eius,irritauerit illud,&
irritauerit votum eius,quod eſt ſuper eam ,& promiſſionem
labiorum eius,quibus ligauit ſe ſuper animã ſuam, dominus
C parcet ei.Et votum viduæ,& repudiatæ,omne quo ligauit
ſe ſuper animam ſuam,ſtabile erit ſuper eam.Et ſi in domo vi
ri ſui vouerat, vel ligauerat ſe ligamine ſuper animam ſuam
cum iuramento: & audierat vir eius,& tacuerat ei,non irrita
uerat illud:ſtabilia erunt omnia vota ſua,& om̃e ligamen quo
ligauit ſe ſuper animam ſuam ſtabile erit.Et ſi iritando irrita=

uerat ea vir eius in die qua audiuerat, omne quod protulerat
labijs ſuis in votis eius,& in ligamine animæ ſuæ, non erit ſta=
D bile. Vir eius irritauit ea,& dominus parcet ei. Omne votum,
& omne iuramentum ligaminis, vt affligat animam, vir eius
ſtabiliet illud,& vir eius irritabit illud. Et ſi tacendo tacuerit
ei vir eius de die in diem, ſtabiliet omnia vota ſua, vel omnia
ligamina ſua, quæ ſunt ſuper ſe, ſtabiliet ea: quia tacuit ei, in die
qua audiuit. Et ſi irritando irritauit ea, poſtquam audiuit, luet
pœnas iniquitatis ſuæ. Iſta ſunt ſtatuta, quæ præcepit domi=
nus Moſeh inter virum,& vxorem eius, inter patrem, & filiã
eius in pueritia eius in domo patris eius.

¶De pugna contra Midian,& Bilham interfecto. CAP. XXXI.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Vlciſcere vl
tionem filiorum Iſrael de Midianitis, poſtea congre=
Supr.23.d. gabis te ad populos tuos. Et locutus eſt Moſeh ad populum,
dicendo: Accingant ſe ex vobis viri ad pugnam,& ſint con=
tra Midian, vt dent vltionem domini in Midian. Mille de ſin
gulis tribubus, de omnibus tribubus Iſrael mittetis ad ſpu=
gnam. Et traditi ſunt ex milibus Iſrael mille per tribum, duode
cim milia accincti ad pugnam. Et miſit eos Moſeh mille de tri
bu ad pugnam, eos & Pinechas filium Elhazar ſacerdotis ad
pugnam:& vaſa ſanctitatis,& tubæ taratantaræ erant in ma
nu eius. Et pugnauerunt contra Midian, quemadmodũ præ=
B cepit dominus Moſeh,& occiderunt omnem maſculum. Et
reges Midian occiderunt cum occiſis eorum, Eui, et Rechem,
Ieho.13.c. & Sur,& Chur,& Rebah, quinqꝫ reges Midian,& Bilham fili
um Behor occiderunt gladio. Et duxerunt captiuas filij Iſra=
el vxores Midian,& paruulos eorum,& animalia eorum, &
omnes pecudes eorum,& omnem ſubſtantiam eorum præ=
dati ſunt. Et omnes vrbes eorum cum habitationibus ſuis,&
omnes ædes eorum combuſſerunt igni. Et tulerũt omnia ſpo
lia,& omnem prædam, tam de hominibus quàm de animali
bus,& adduxerunt ad Moſeh,& Elhazar ſacerdotẽ,& cõgre=
gationem filiorum Iſrael, captiuitatem,& prædam, & ſpolia
ad caſtra ad campeſtria Moab, quæ erant iuxta Iarden Iere=
cho. Et egreſſi ſunt Moſeh,& Elazar ſacerdos,& omnes prin=
cipes congregationis in occurſum eorum extra caſtra. Et ira=
tus eſt Moſeh contra præfectos exercitus, tribunos,& centu=
C riones, qui veniebant de pugna belli. Et dixit ad eos Moſeh:
Supr.25.a. Nonne reſeruaſtis omnem fœminam? Ecce ipſæ fuerunt filijs
Iſrael propter verbum Bilhã, vt darent præuaricationem in
dominum in re Pehor,& fuit plaga in congregatione domi=
ni? Et nunc occidite omnem maſculũ in paruulis,& omnem
mulierem cognoſcẽtem virum ad concubitum maſculi occi=
dite. Et omnes paruulas inter mulieres, quæ non cognouerũt
concubitum maſculi, reſeruate vobis. Et vos manete extra ca
ſtra ſeptem diebus, omnis qui occidit animam,& omnis qui
tetigerit occiſum, purificabitis vos die tertia,& die ſeptima,
vos & captiuitas veſtra. Et omne veſtimentum,& omne in=
ſtrumentum pelliceum,& omne opus è pilis caprarum,& o=
mne inſtrumentum ligneum purificabitis. Et dixit Elhazar ſa
cerdos ad viros pugnæ, qui iuerant ad bellum: Hoc eſt ſtatu=
tum legis quod præcepit dominus Moſeh: Veruntamen au=
rum,& argentum, æs,& ferrum,& ſtãnum, & plumbum: o=
mne quod ingreditur ignem, trãſire facietis per ignem, & mũ
D dabitur. Veruntamen aqua, expiationis purificabitur, & o=
mne quod non ingreditur ignem, trãſire facietis per aquam,
& lauabitis veſtimenta veſtra die ſeptima,& mundi eritis, &
poſtea intrabitis caſtra. Et dixit dominus ad Moſeh, dicendo:
Cape ſummam prædæ & captiuitatem, tam de hominibus,
quàm de animalibus tu,& Elhazar ſacerdos,& duces patrũ
congregationis. Et dimidiabis prædam inter bellatores, qui
egreſſi ſunt ad pugnam,& omnem congregationem. Et ſepa=
rari facies cenſum domino à viris bellatoribus, ꝗ egreſſi ſunt
ad pugnam, vnam animam è quingentis: ex hominibus, & è
bobꝰ,& ex aſinis,& è pecudibꝰ: & de medio eorum capietis,
& dabitis Elhazar ſacerdoti oblationẽ domini. Et è dimidio
filiorum Iſrael capies vnam portionem è quinquagita, ex ho
minibus, è bobus, ex aſinis,& è pecudibus, ex omni animali,&
dabis eos Leuitis cuſtodientibus cuſtodiam tabernaculi do=
E mini. Et fecit Moſeh,& Elhazar ſacerdos, quemadmodũ præ=
cepit dominus Moſeh. Et fuit præda, reſiduum prædæ, quã
prædati ſunt populus bellator, pecudes, ſexcenta milia,& ſe=
ptuaginta milia,& quinque milia. Et boues, duo & ſeptuagin
ta milia. Et aſini, vnus,& ſexaginta milia. Et animæ hominum
è mulieribus, quæ non cognouerunt coitum maſculi, omnes
animæ, duæ & triginta milia. Et fuit dimidium portionis eo=
rum, qui egreſſi ſunt ad pugnam, numerus pecudum trecẽta
milia,& trigĩta milia,& ſeptem milia,& quingentæ. Et fuit, cẽ
ſus pro domino è pecudibus ſexcentæ, & ſeptuaginta. Et bo=
ues ſex,& triginta milia. Et cenſus eorum domino duo & ſe=
ptuaginta. Et aſini triginta milia,& quingenti. Et cenſus eorũ
domino vnus & ſexaginta. Et animæ hominum ſedecim mi=
F lia,& cenſus eorum domino duæ,& triginta animæ. Et dedit
Moſeh cenſum oblationis domini Elhazar ſacerdoti, quem=
admodum præcepit dominus Moſeh. Et è dimidio filiorum
Iſrael, quod dimidiauit Moſeh à viris qui pugnauerãt, fuit di=
midium congregationis è pecudibus, trecenta milia,& trigin
ta milia, ſeptem milia & quingẽtæ,& boues ſex,& triginta mi
lia,& aſini triginta milia,& quingenti,& animę hominum ſe=
decim milia.& tulit Moſeh è dimidio filiorum Iſrael portionẽ
vnam è quinque ex hominibus,& ex iumentis,& dedit eam
Leuitis cuſtodientibus cuſtodiam tabernaculi domini, quem
admodum præcepit dominus Moſeh. Et acceſſerunt ad Mo
ſeh præfecti, qui erant in milibus pugnæ tribuni,& centurio=
nes. Et dixerunt ad Moſeh: Serui tui tulerunt ſummam viro=
rum bellatorum qui erant in manu noſtra,& non defuit ex
G ea quiſquã. Et obtulimaus oblationem domini vnuſquiſque
quod inuenit, vas aureum, [a] armillam,& ornamentum ma= a brachiale
nus anulum, inaurem,& formam vuluæ, ad expiandum ani=
mas noſtras coram domino.& tulit Moſeh,& Elhazar ſacer=
dos aurum ab eis, omne vas operis. Et fuit omne aurũ obla=
tionis, quod obtulerunt domino ſedecim milia, ſeptingenti,
& quinquaginta ſecla è tribunis,& centurionibus. Viri bella=
tores prædati fuerant vnuſquiſque ſibi. Et accepit Moſeh &
Elhazar ſacerdos aurũ à tribunis,& cẽturionibus & introdu
xerunt illud in tabernaculum eccleſiæ, in memoriam filijs Iſra
el coram domino.

¶Datur ſors poſſeſſionis duabus tribubus Reuben & Ghad,& dimidiæ tri
bui Menaſſeh trans Iarden. CAP. XXXII.

ET pecudes multę erãt filijs Reubẽ,& filijs Ghad, multæ
A valde. Et viderũt terrã Iahazer,& terrã Ghilhad,& ecce b aptus peco
locus, erat locus[b] pecuarius. Et venerũt filij Ghad,& filij Reu tribus alendis
ben,& dixerũt ad Moſeh,& Elhazar ſacerdotẽ, et ad prĩcipes
cõgregationis, dicendo: Hatharoth,& Dibon & Iahazer,&
Nimrah,& Cheſbon,& Helhaleh,& Sebam,& Nebo,& Be
thon: terra quam percuſſit dñs ante congregationem Iſrael,
terra pecuaria eſt,& ſeruis tuis ſunt pecudes. Et dixerũt: Si in=
uenimus gratiã in oculis tuis, detur terra hæc ſeruis tuis in poſ
ſeſſionẽ. Ne trãſire facias nos Iarden. Et dixit Moſeh ad filios
B Ghad,& filios Reubẽ: Nũ fratres veſtri ingredient[ur] bellum,&
vos manebitis hic? Et vt ꝙ[c] remouetis cor filiorũ Iſrael, ne c abſtrahitis
trãſeant ad terrã quã dedit eis dñs? Sic fecerunt patres veſtri, Supr.13.c.
qñ miſi eos de Cades Barneah, vt viderẽt terrã. Et aſcenderũt Supr.14.c.
vſqꝫ ad vallẽ Eſcol,& viderunt terrã,& remouerũt cor filio=
rum Iſrael, ne ingrederentur terram, quam dedit eis dominꝰ.
Et iratus eſt furor domini in die illa,& iurauit, dicendo: Si vi
derint homines qui aſcenderũt ex Aegypto à filio viginti an=
norũ,& ſuprà, terrã ſuper qua iuraui Abrahã, Iſchac & Iaha=
cob. Quia nõ cõpleuerunt ire poſt me. Præter Caleb filiũ Ie=
phũneh Chenizei, & Iehoſuah filium Nun, quia cõpleuerunt
ire poſt dominum. Et iratus eſt furor domini in Iſrael,& va=
C gari fecit eos in deſerto quadraginta annis, donec conſume
retur omnis generatio, quæ fecerat malum in oculis domi=
ni. Et ecce



ni. Et ecce ſurrexiſtis pro patribus veſtris multiplicatio homi
num peccatorum, vt apponeretis adhuc ſuper iram furoris
domini contra Iſrael. Si auerſi fueritis, à tergo eius, addet ad=
huc, vt dimittat eum in deſerto,& perdetis omnem populũ
hunc. Et acceſſerunt ad eum,& dixerũt: Caulas pecudum ædi
ficabimus pecudibꝰ noſtris hic,& vrbes paruulis nr̃is. Et nos
accincti erimus armis feſtinãtes ante filios Iſrael, donec intro=
ducamus eos ad locum eorum. Et manebunt paruuli noſtri
D in vrbibus munitis propter habitatores terræ. Non reuerte=
Ieho.1.a. mur ad domos noſtras, donec capiãt hæreditatem filij Iſrael,
ſingulus in hæreditate ſua: quia non hęreditatem accipiemus
cum eis trans Iarden,& vltra, quia venit hæreditas noſtra
nobis trans Iarden, ad orientem. Et dixit ad eos Moſeh: Si fe=
ceritis hoc, ſi accinxeritis vos armis ante dominum ad bellũ,
& tranſierit ex vobis omnis accinctus armis Iarden ante do=
minum, donec expellat oẽs inimicos ſuos à facie ſua, & ſubij=
ciatur terra coram domino: poſthac reuertemini,& eritis in
E nocentes à domino,& ab Iſrael,& erit terra hæc vobis in poſ
ſeſſionem coram domino. Et ſi non feceritis ita, ecce peccaſtis
domino:& ſcitote, ꝙ peccatum veſtrum inueniet vos. Aedi=
ficate ciuitates paruulis veſtris,& caulas pecudibus veſtris, et
qđ egreſſum eſt ex ore veſtro facite. Et dixerunt filij Ghad, et
filij Reuben ad Moſeh, dicendo: Serui tui facient, quemadmo
dum dominus meus præcipit, paruuli noſtri, vxores noſtræ,
pecora nr̃a,& oĩa aĩalia noſtra erunt ibi in vrbibus Ghilhad.
Et ſerui tui tranſibunt omnes accincti armis ad pugnam co=
ram domino ad bellum, quemadmodum dominus meus lo=
quitur. Et præcepit ſup eis Moſeh: Elhazar ſacerdoti & Ieho=
ſuah filio Nun,& principibus patrum tribuum filiorũ Iſrael.
Ieho.4.c. Et dixit Moſeh ad eos: Si tranſierint filij Ghad & filij Reuben
vobiſcum Iarden, omnes accincti armis ad bellum ante do=
F minum,& ſubiecta fuerit terra coram vobis, dabitis eis terrã
Ghilhad in poſſeſſionẽ. Et ſi non trãſierint accincti armis vo=
biſcũ, poſſeſſionẽ habebũt in medio veſtri in terra Chenahã.
Et reſponderunt filij Ghad,& filij Reuben, dicẽdo: Sicut locu
tus eſt dominus ad ſeruos ſuos, ſic faciemus. Nos tranſibimꝰ
accincti armis corã dño in terrã Chenahan,& nobiſcum erit
poſſeſſio hæreditatis noſtræ trãs Iarden. Et dedit Moſeh filijs
Ghad,& filijs Reubẽ,& dimidiæ tribui Menaſſeh filij Ioſeph
regnum Sichon regis Emoræi,& regnũ Hogh regis Baſan,
terrã cum vrbibus ſuis, cũ terminis, vrbes terræ per circuitũ.
G Et ædificauerũt filij Ghad Dibon,& Hatharoth,& Haroer:
Ieho.13.b. 22.a. et Hathroth, Sophan,& Iehazer,& Ioghbehah,& Bethnim=
rah & Bethharan vrbes munitas,& caulas pecuarias. Et filij
Reuben ædificauerunt Cheſbon,& Elhaleh & Chiriathim,&
Deu.3.b. Nebo,& Bahal mehon verſis nominibꝰ,& Sibmah,& voca
uerunt nominibus nomina vrbium quas ædificauerunt. Et
perrexerunt filij Machir, filij Menaſſeh in Ghilhad,& ceperũt
eam,& expulerũt Emoræum qui erat in ea. Et dedit Moſeh
Gene.50.d. Ghilhad Machir filio Menaſſeh,& habitauit in ea. Et Iair filiꝰ
Menaſſeh prexit,& accepit villas eorum,& vocauit eas Cha=
uoth Iair, id eſt villas Iair. Et Nobach perrexit,& cepit Che=
Deu.3.b. nath & villas eius,& vocauit eã Nobach ſecundũ nomẽ ſuũ.

¶Numerantur manſiones filiorum Iſrael. CAP. XXXIII.

A ISTæ ſunt, ꝓfectiones filiorũ Iſrael ꝗ egreſſi ſunt è terra Ae=
gyppti per exercitus ſuos, ꝑ manum Moſeh,& Aharon.
Exod.12.f. Et ſcripſit Moſeh exitus eorum per profectiões eorum iuxta
ſermonem domini. Et iſtæ ſunt profectiones eorum, per
exitus eorum. Et profecti ſunt è Rahameſes menſe primo
quintadecima die menſis primi, in craſtino Peſach egreſſi ſunt
filij Iſrael in manu excelſa, in oculis omnium Aegyptiorum.
Et Aegyptij ſepeliebant quos percuſſerat dominus ex eis, o=
mnem primogenitum,& in diis eorum fecit dominus iudi=
cia. Et ꝓfecti ſunt filij Iſrael è Rahameſes,& caſtrametati ſunt
in Succoth. Et profecti ſunt de Succoth,& caſtrametati ſunt
in Etham, quæ eſt in extremo deſerti. Et profecti ſunt de Ethã,
Exod.13.d. Exo.14.a. redeundo iuxta Pihachiroth, ꝗ eſt ante Bahalſephon,& caſtra=
B metati ſunt ante Migdol. Et profecti ſunt de Peneachiroth,&
tranſierunt per medium maris in deſertum. Et ambulauerunt
viam trium dierum per deſertum Etham, et caſtrametati ſunt
in Marah: Et profecti ſunt de Marah,& venerunt in Elim. Et Exo.14.c. Exo.15.a.
in Elim erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta pal=
mæ,& caſtrametati ſunt iuxta mare Suph. Et profecti ſunt è
mari Suph,& caſtrametati ſunt in deſerto Sin. Et profecti ſũt
â deſerto Sin,& caſtrametati ſunt in Dopchah. Et ꝓfecti ſunt
è Dopchah,& caſtrametati ſunt in Alus. Et profecti ex Alus,
caſtrametati ſunt in Rephidim. Et non erat ibi aqua popu=
lo ad bibendum. Et profecti ſunt è Rephidim, & caſtrametati a id eſt in ſe
ſunt in deſerto Sinai. Et ꝓfecti ſunt è deſerto Sinai, et caſtrame pulchris con
C tati ſunt in Chibroth Hattahauah[a]. Et ꝓfecti ſunt è Chibroth cupiſcentiæ Exo. 7.a.
Hattahauah,& caſtrametati ſunt ĩ Chaſeroth. Et ꝓfecti ſunt è
Chaſeroth,& caſtrametati ſunt in Rithmah. Et profecti ſunt Exod.19.a.
è Rithmah,& caſtrametati ſunt in Rimmon Peres. Et profe= Sup.11.a.
cti ſunt e Rimmon Peres,& caſtrametati ſunt Libnah. Et ꝓ= Supra.11.d. Supra.13.a.
fecti ſunt è Libnah,& caſtrametati ſunt in Riſſah. Et profecti
ſunt è Riſſah,& caſtrametati ſunt in Chehelath. Et ꝓfecti ſunt
è Chehelath,& caſtrametati ſunt in mõte Sepher. Et profecti
ſunt è monte Sepher,& caſtrametati ſunt in Charadah, Et ꝓ=
fecti ſunt e Charadah,& caſtrametati ſunt in Macheloth. Et ꝓ
fecti ſunt e Macheloth,& caſtrametati ſunt in Tachath. Et ꝓ=
D fecti ſunt e Tachath,& caſtrametati ſunt in Tarach. Et ꝓfecti
ſunt e Tarach,& caſtrametati ſunt in Mithcah. Et ꝓfecti ſunt
e Mithcah,& caſtrametati ſunt in Chaſmonah, Et ꝓfecti ſunt
e Chaſmonah,& caſtrametati ſunt in Moſeroth. Et profecti
ſunt e Moſeroth,& caſtrametati ſunt in Beneiahacan. Et ꝓfe=
cti ſunt e Beneiahacan & caſtrametati ſunt ĩ Chor Chidghad.
Et ꝓfecti ſunt e Chor Ghidghad,& caſtrametati ſunt in Ioth=
bathah. Et profecti ſunt ex Iothbathah, & caſtrametati ſunt
in Habronah, Et profecti ſunt ex Habronah, & caſtrametati
ſnnt in Heſionghaber, Et profecti ſunt ex Heſiõghaber,& ca=
ſtrametati ſunt in deſerto Sin, quod eſt Cades. Et ꝓfecti ſunt
e Cades,& caſtrametati ſunt in Hor monte, in extremo terræ
Edom. Et aſcendit Aharon ſacerdos in Hor mõtem iuxta ſer= Supr.20.a.
monem domini,& mortuus eſt ibi anno quadrageſimo quo Deu.32.g.
egreſſi ſunt filij Iſrael e terra Aegypti, menſe quinto in vña mẽ
E ſis. Et Aharon erat vir trium,& viginti,& cẽtũ annorum quã
do mortuus eſt in Hor monte. Et audiuit Chenahanæus rex Supra.21.a.
Harad qui habitabat in meridie, in terra Chenahan, quando Supra.21.c.
venerunt filij Iſrael. Et profecti ſunt de Hor monte,& caſtra=
metati ſunt in Salmonah. Et profecti ſunt e Salmonah, & ca=
ſtrametati ſunt in Punon. Et profecti ſunt e Punon,& caſtra=
metati ſunt in Oboth. Et profecti ſunt ex Oboth,& caſtrame
tati ſunt in Hiehahabarim in termino Moab. Et profecti ſunt
F ex Him,& caſtrametati ſunt in Dibon Ghad. Et profecti ſunt
e Dibon Ghad,& caſtrametati ſunt in Halmõ Diblathaimah.
Et ꝓfecti ſunt ex Halmon Diblathaimah,& caſtrametati ſunt
in montibus Habarim ante Nebo. Et profecti ſunt e mõtibꝰ
Habarim & caſtrametati ſunt in campeſtribus Moab iuxta
Iarden Ierecho. Et caſtrametati ſunt iuxta Iarden à Bethieſi=
moth vſque ad planiciem Sittim in cãpeſtribus Moab. Et lo=
cutus eſt dñs ad Moſeh in cãpeſtribus Moab, iuxta Iarden Ie=
recho, dicẽdo: Loquere ad filios Iſrael,& dices ad eos: Cũ trã
ſieritis Iarden ad terrã Chenahan, expellite omes habitatores
G terræ à facie veſtra,& perdite[b] oẽs titulos eorũ, et imagines cõ
flatiliũ eorũ perdetis,& oĩa excelſa eorũ diſperdetis. Et expelle b omnes pi
tis terrę habitatores, et habitabitis in ea. Vobis eñ dedi terrã, cturas
vt hæreditate accipiatis eã. Et hæreditate capietis terrã ꝑ ſor=
tẽ, ꝑ familias veſtras. Multo multiplicabitis hæreditatẽ eiꝰ, &
pauco diminuetis hæreditatẽ eiꝰ. Vbi egredietur ſors, ei erit.
Per tribus patrum veſtrorum, hæreditatẽ capietis. Et ſi non c ſtimuli in
expuleritis habitatores terræ à facie veſtra, erunt ij quos di= oculis et ſpi
mittetis ex eis[c] in cultros in oculis vr̃is,& in ſpinas in lateribꝰ cula ĩ lateribꝰ
veſtris,& anguſtiis afficiẽt vos ſup terrã, in qua vos habitatis. id eſt, oculos
Et erit, quemadmodum cogitaui facere eis, faciam vobis. uſos ad idola ſtimulabũt & uos armis cõficient

¶ De diuidēda terra promiſſionis, quiue eā debeant diuidere.

CAP. XXXIIII.

A ET locutus eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Præcipe filiis Iſrael, & dices ad eos: Cum intraueritis terram Chenahan, ea eſt terra, quæ cadet vobis in hæreditatē, terra Chenahan per terminos ſuos: Erit vobis terminus meridiei à deſerto Sin vſque ad terminos Edom. Et erit vobis terminꝰ meridiei, ab extremo maris ſalis ad orientem. Et circuibit vobis terminus à meridie, ad aſcenſum ſcorpionum, & tranſibit ad
B Sin. Et erunt exitus eius à meridie in Cades Barneah, & egredietur ad Chaſar Abdar, & tranſibit ad Haſmon. Et circuibit terminus ab Haſmon vſque ad flumē Aegypti, & erūt egreſſus eius ad occidentē. Et terminus occidētalis erit vobis mare magnū, & terminus iſte erit vobis terminus occidentalis. Et iſte erit vobis terminus aqlonaris, à mari magno deſcribetis vobis Hor montē. Ab Hor mōte deſcribetis vſque ad introitū Chamath. Et erūt exitus terræ ad Sedad. Et egredietur terminus ad Zaphron, & erūt exitus eius ad Chaſar Henan. Iſte erit vobis terminus aquilonaris. Et deſcribetis vobis terminum ad orientē, à Chaſar Henan vſque ad Sepham. Et de-
C ſcendet terminus a Sepham vſque ad Riblah ab oriēte Hain, & deſcendet terminus, & perueniet ad latus maris Chinereth ad orientē. Et deſcendet terminus ad Iarden, & erūt exitꝰ eius mare ſalis. Iſta erit vobis terra per termiuos ſuos in circuitu. Et præcepit Moſeh filiis Iſrael, dicendo: Hæc eſt terra, in qua hæreditatem capietis per ſortem, quam præcepit dominus, vt darē nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Quia acceperūt tribus filiorū Reubenitarū per domum patrum ſuorum, & tribus filiorū Ghaditarum per domum patrum ſuorum, &
D dimidia tribus Menaſſeh, acceperunt hęreditatem ſuam. Duæ tribus, & media tribus acceperunt hæreditatem ſuā trans Iarden Ierecho ad orientem ad ortum. Et locutus eſt dominus
Ieho.14.a. ad Moſeh, dicēdo: Iſta ſunt nomina virorum, qui diuidēt vobis terram: Elhazar ſacerdos, & Iehoſuah filius Nun. Et principē vnum de qualibet tribu capietis ad diuidendū terram. Et iſta ſunt nomina virorū. De tribu Iehudah Caleb filius Iephunneh. Et de tribu filiorum Simhon, Semuel filiꝰ Hammihud. Et de tribu Biniamin, Eliad filius Ghiſlon. Et de tribu filiorum Dan, princeps Buechi filius Ioghli. De filiis Ioſeph de tribu filiorum Menaſſeh, princeps Channiel filius Ephod. Et de tribu filiorum Ephraim, princeps Chemuel filiꝰ Siphtan. Et de tribu filiorum Zebulun, princeps Eliſaphan filius Parnach. Et de tribu filiorū Iſſachar, princeps Palthiel filius Hazzan. Et de tribu filiorum Aſer, princeps Achiud filiꝰ Selomi. Et de tribu filiorum Naphthali, princeps Pedahel filius Hammiud. Iſti ſunt quibus præcepit dominus, vt diuiderent hæreditatem filiis Iſrael in terra Chenahan.

¶ Vrbes Leuitis & refugis conſignandæ, lex homicidij, unius teſtimonio nemo damnandus.

CAP. XXXV.

A ET locutus eſt dñs ad Moſeh in campeſtribus Moab, iuxta Iarden Ierecho, dicendo: Præcipe filiis Iſrael, vt dent
Ieho.21.a. Leuitis de hæreditate poſſeſſionis ſuæ, vrbes ad habitandum & ſuburbana vrbium per circuitus earum dabitis Leuitis. Et erunt vrbes eis ad habitandum, & ſuburbana earum erūt animalibus eorum, & ſubſtantiæ eorum, & omni beſtiæ eorū. Et ſuburbana vrbium, quæ dabitis Leuitis, à pariete vrbis, et forinſecus mille cubiti erūt per circuitum. Et metiemini extra vrbem plagā orientalē duo milia cubitorum, & plagam meridianā duo milia cubitorū, & plagā occidentalem duo milia
Ieho.20.a. Deut.4.g. cubitorū, & plagā aquilonarē duo milia cubitorū. Et ciuitas erit in medio. Hoc erit eis ſuburbana vrbiū. Et ex vrbibus q̄s dabitis Leuitis erunt ſex vrbes euaſionis quas dabitis, vt fugiat illuc homicida, & præter illas dabitis XL. & duas vrbes. Omnes vrbes quas dabitis Leuitis quadraginta & octo vr-
B bes, ipſas, & ſuburbana earum. Et vrbes quas dabitis de poſſeſſione filiorum Iſrael à multo multiplicabitis, & à pauco diminuetis. Vnuſquiſque ſecundum hæreditatem ſuā, quā hæreditate accipient, dabit ex vrbibus ſuis Leuitis. Et locutꝰ eſt dominus ad Moſeh, dicendo: Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: Cum tranſieritis Iarden ad terram Chenahan, conſti- Deut.19.d. Ieho.20.a. tuetis vobis, ciuitates euaſionis erunt vobis, & fugiet illuc homicida, qui percuſſerit animam per errorē. Et erunt vobis ciuitates ad euaſionem ab occiſi propinquo, & nō morietꝰ homicida, donec ſteterit ante congregationē ad iudicium. Et ex vrbibus quas dabitis, ſex vrbes euaſionis erūt vobis. Tres vrbes dabitis trans Iarden, & tres vrbes dabitis in rerra Chenahan. Vrbes euaſionis erunt filiis Iſrael, & peregrino, & incolæ in medio eorum erunt ſex vrbes iſtæ ad euaſionē, & fugiat illuc omnis qui percuſſerit animam per errorē. Et ſi inſtrumento ferreo ꝑcuſſerit eum, & mortuus fuerit, homicida eſt. Moriendo morietur homicida. Et ſi lapide manꝰ quo moriatur,
C percuſſerit eum, & mortuus fuerit, homicida eſt. Moriendo morietur homicida. Vel inſtrumento ligneo manus, quo moriatur, percuſſetit eum, & moriatur, homicida eſt. Moriendo morietur homicida. Propinquus ſangninis ipſe interficiet ho- Deut.19.c. micidam. Quum obuiauerit ipſe ſibi, ipe interficiet eum. Et ſi per odium impulerit eum, vel proiecerit ſuper eum per inſidias, & mortuus fuerit: Vel per inimicitiam percuſſerit eum manu ſua, & mortuus fuerit, moriendo morietur percutiens. Homicida eſt. Propinquus interficiet homicidam, cū occurrerit ipſe ſibi. Et ſi caſu abſque inimicitiis impulerit eum, vel proiecerit ſuper eum omne inſtrumentum abſque inſidiis, vl' omni lapide, quo moriatur, cum non viderit, & cadere fecerit ſuper eum, & mortuus fuerit, & ipſe non erat inimicus ei, neque quærebat malum eius, iudicabunt congregatio inter percutientem, & propinquum ſanguinis, ſecundum iudicia iſta. Et eruent congregatio homicidam è manu ꝓpinqui ſan-
D guinis, & redire facient eum congregatio ad ciuitatem euaſionis ſuæ, ad quā fugit, & manebit in ea, donec moriatur ſacerdos magnus, quem vnxit oleo ſanctitatis. Et ſi egrediendo egreſſus fuerit homicida terminū vrbis euaſionis ſuæ ad quā fugerit, & inuenerit eum ꝓpinquus ſanguinis extra terminū vrbis euaſiōis ſuę, & occiderit ꝓpinquꝰ ſanguinis homicidā, nō erit obnoxius morti. In ciuitate em̄ euaſionis ſuæ manebit donec moriatur ſacerdos magnꝰ. Et poſtq̄ mortuꝰ fuerit ſacerdos magnꝰ, reuertetꝰ homicida ad terrā poſſeſſionis ſuæ. Et erūt iſta vobis in ſtatutū iudicij ꝑ gñationes veſtras, in oībus habitationibus veſtris. Omnis qui percuſſerit animam ſecundum teſtes, occidet homicidam. Et teſtis vnus non teſtificabitur in animam, vt moriatur. Et non accipietis precium ꝓ anima homicidæ, qui eſt impius vt moriatur: ſed moriendo morietur. Et non accipietis pretium vt fugiat ad ciuitatē euaſionis ſuæ, vt reuertatur ad habitādum in terra, donec moriatur ſacerdos. Et nō polluetis terram in qua eſtis, quia ſanguis iſte pòlluet terrā, & terra non expiabitur propter ſanguinem qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illius qui effudit illum. Et nō polluetis terrā in qua habitatis, in cuiꝰ medio ego habito. Ego enim dominus habito in medio filiorum Iſrael.

¶ Lex connubiorum filiarum Selophchad.

CAP. XXXVI.

A ET acceſſerūt principes patrū è familia filiorū Ghilhad filij Machir filij Menaſſeh è familiis filiorū Ioſeph, & locuti ſunt coram Moſeh, & corā principibus ducibus patrū filio- Supra.27.a. rū Iſrael, & dixerunt: dño meo præcepit dñs, vt daret terrā in hæreditatē per ſortem filiis Iſrael, & dño meo præceptum eſt per dominum vt daret hæreditatē Selophchad fratris noſtri
B filiabus eius. Et erūt alicui de filiis tribuum filiorū Iſrael in vxores, & diminuetur hæreditas earum, de hæreditate patrum noſtrorum, & addetur hæreditati tribus, quibus erunt, & de ſorte hæreditatis noſtræ diminuetur. Et cum fuerit Iobel filijs Iſrael, addetur hæreditas earum hæreditati tribus quibus erunt, & de hæreditate tribus patrum noſtrorum diminuetur hæreditas earum. Et præcepit Moſeh filiis Iſrael iuxta ſermonem domini, dicendo: Rectū tribus filiorum Ioſeph



Ioſeph loquuntur. Hoc eſt quod præcepit dominus filiabus
C Selophchad, dicendo: vt placebit in oculis earū, erūt in vxores, veruntamē familiæ tribus patrū ſuorum erunt in vxores. Et non vertetꝰ hæreditas filiorū Iſrael de tribu ad tribū. Vnuſquiſq; em̄ hæreditati tribus patrū ſuorū adhærebit in filiis Iſrael. Et omnis filia hæreditate accipiēs hæreditatē de tribubꝰ filiorum Iſrael, alicui de familia tribus patris ſui erit in vxorē, vt hæreditate accipiant filij Iſrael vnuſquiſque hæreditatē patrum ſuorum. Et nō vertatur hæreditas de tribu ad tribū aliā: quia vnuſq́ſque hæreditati ſuæ adhærebunt tribus filiorū Iſ-
D rael. Quēadmodum præcepit dñs Moſeh, ſic fecerunt filiæ Selophchad. Et fuerūt Machalah, Tirſah, & Choglah, & Milcah & Nohah filiæ Selophchad filiis patrum earum in vxores, & his qui erat de familia filiorū Menaſſeh filij Ioſeph, fuerunt in vxores, & fuit hæreditas earū tribui familiæ patris earam. Iſta ſunt p̄cepta, & iudicia, quæ præcepit dñs ꝑ manum Moſeh filiis Iſrael in campeſtribus Moab, iuxta Iarden Ierecho.

FINIS.

# Liber Ellehhaddebarim, qui Græce dicitur Deuteronomium, Latine, ſecunda Lex. Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶ Breuis repetitio prius geſtorū, a manſione in monte Choreb, uſq; ad manſionem in Cades Barneah.

CAPVT I.

A ISTA SVNT VERba quæ locutus eſt Moſeh ad omnem Iſrael trans Iarden [a] in deſerto, in planicie è regione Suph, inter Paran, & Tophel, Laban & Chaſeroth, & Dizahab. Vndecim diebus à Choreb, itinere montis Sehir vſq; ad Cades Barneah. Et fuit quadrageſimo anno vndecimo mēſe, in vna mē-

[a] i ſolitudine tēdēte uerſus mare rubrū.

Num.21.f. ſis, locutus eſt Moſeh ad filios Iſrael, ſecundum omnia quæ p̄cepit dominus ei ad eos, poſtquam percutere fecit Sichon regem Emoræorum, qui habitabat in Cheſbon, & Ogh regem Baſan, qui habitabat in Aſtaroth in Edrehi. Trans Iarden in
B terra Moab, incepit Moſeh explanare legem hanc, dicēdo: Dominus deus noſter locutus eſt vobis in Choreb, dicēdo: Sat vobis eſt habitaſſe in mōte iſto. Vertite vos proficiſcimini, et ite ad montem Emoræum, & ad omnes vicinos eius, in ſolitudine, in monte, & planicie, & meridie, & littore maris, terra Chenahanæi, & Lebanon vſque ad flumen magnū flumē Perath. Vide, dedi coram vobis terram, ingredimini, & poſſidete terrā ſup quam iurauit dñs patribus veſtris, Abraham Iſchac, & Iahacob, vt daret eis, & ſemini eorum poſt eos. Et di-
C xi vobis in tēpore illo, dicendo: Non poſſum ſolus ferre vos.
Exod.18.c. Dominus deus veſter multiplicauit vos, & ecce eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli in multitudine. Dominus deus patrum veſtrorum addat ſuper vos, ſicut eſtis mille vicibus, & benedicat vobis, quēadmodū locutus eſt vobis. Quomodo ferā ſolꝰ laborē veſtrum, & onus veſtrū, & lites veſtras? Date ex vobis viros ſapientes, & intelligentes, & notos è tribubus veſtris, & ponā eos principes veſtros. Et reſpondiſtis mihi, atq; dixiſtis. Bonū eſt quod locutus es, vt faceres: Et tuli principes tribuum veſtrarum, viros ſapientes, & notos, & poſui eos principes ſup vos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, & præfectos, de tribubus veſtris. Et præcepi iudicibꝰ veſtris in tp̄e illo, dicendo: Audite inter fratres veſtros, & iudicate iuſtitiam inter virum, & fratrem eius, & inter peregrinū eius. Nō agnoſceris faciē in iudicio. Sicut paruū, ſic & magnū
Iohan.7.d. Infra.16.d. Leuit.19.c. Prou.24.c. Eccl.42.a. Iacobi.2.a. audietis. Nō timebitis à facie viri, q̄a iudiciū dei eſt. Quod ve-
D ſtras ſuperat vires, referetis ad me, & audiam illud. Et præcepi vobis in tempore illo omnia quę facere debebatis. Et profecti ſumus è Choreb, & perambulauimus totam ſolitudinē magnam, & terribilem hanc quam vidiſtis per viam montis Emoræi, quēadmodum præcepit dominus deus noſter nobis. Et venimus vſque ad Cades Barneah. Et dixi vobis: Veniſtis vſque ad montē Emoræi, quē dñs deus noſter dat nobis. Vide: Dedit dominus deus tuus coram te terrā. Aſcēde, poſſide, quēadmodum locutus eſt dominus deus patrū tuorum tibi. Ne timeas, & ne conſterneris. Et acceſſiſtis ad me o- Nume.13.a. mnes vos, & dixiſtis: Mittamꝰ viros ante nos, & explorēt nobis terrā, & referāt nobis rē, viam ꝑ quā aſcendamꝰ, & vrbes ad quas veniamus. Et placuit in oculis meis res, & tuli ex vobis XII. viros, virum vnum per tribum. Et verterunt ſe, & aſcenderūt in mōtē, & venerūt vſque ad vallē Eſcol, & explorauerunt eā. Et tulerunt in manu ſua de fructu terræ, & aſcendere fecerunt, & retulerūt nobis rem, & dixerūt: Bona eſt terra quā dñs deus noſter dat nobis. Et noluiſtis aſcēdere, et irritaſtis os dñi dei vr̄i. Et murmuraſtis in tabernaculis vr̄is & dixiſtis: Quia odio habet dñs nos, eduxit nos de terra Aegypti,
E vt traderet nos in manu Emorræi, vt ꝑdere faceret nos. Quo nos aſcendimus? Fratres noſtri diſſoluerunt cor noſtrum, dicendo: Populus magnus, & celſior nobis eſt. Vrbes magnæ, & munitæ in cœlum. Et etiam filios Hanachim vidimus ibi. Et dixi vobis: Ne paueatis, neq; timeatis ab eis. Dñs deus veſter præcedit vos: Ipſe pugnabit pro vobis, iuxta omnia quę fecit vobiſcū in Aegypto in oculis veſtris, & in deſerto quem vidiſti: quia portauit te dñs deus tuus, quemadmodum portat vir filium ſuum per totam viam per quam ambulaſtis, do- Exod.13.d. nec veniretis vſque ad locum iſtum. Et in hoc non credidiſtis dño deo veſtro, qui præcedebat vos in via ad explorādū vobis locū pro caſtris veſtris, per ignē in nocte, vt videre faceret
F vos viā per quam ambularetis, & per nubē in die. Et audiuit dñs vocē verborū veſtrorū, & iratus eſt, & iurauit, dicendo: Si viderit vir ex viris iſtis gñationis malæ iſtius terrā bonam Num.14.d. ſuper quam iuraui, vt darē patribus veſtris. Præter Caleb filiū Iephunneh. Ipſe videbit eam, & ei dabo terrā ꝑ quā calcauit, & filiis eius, eo q̄ perfecit, vt iret poſt dñm. Etiā cōtra me iratus eſt dñs propter vos, dicēdo: Etiā tu nō ingredieris il- Num.20.b. luc. Iehoſuah filius Nun, qui ſtat corā te, ipſe ingredietur illuc, ipſum robora, q̄a ipſe hæreditare faciet eam Iſrael. Et paruuli veſtri, de q̄bus dixiſtis, in p̄dā erūt, & filij veſtri qui non cognouerunt hodie bonū & malū, ipſi intrabūt illuc, & eis dabo eā, & ipſi hæreditate accipiēt eam. Et vos vertite vos, &
G proficiſcimini in deſertū, ꝑ viam maris Suph. Et reſpondiſtis, & dixiſtis ad me: Peccauimus dño. Nos aſcēdemus, & pugnabimus iuxta omnia quæ p̄cepit nobis dñs deus noſter, & accinxiſtis vos vnuſq́ſq; arma bellica ſua, & voluiſtis aſcendere in mōtē. Et dixit dñs ad me: Dic eis: ne aſcēdatis, & ne pugnetis, q̄a non ſum in medio veſtri, & nō percutiemini coram inimicis veſtris. Et locutus ſum ad vos, & non audiſtis, & irritaſtis os domini, & temere egiſtis, & aſcendiſtis in montem. Et egreſſus eſt Emoræus qui habitabat in monte ipſo, in occurſum veſtri, & perſecuti ſunt vos, quemadmodum faciunt apes, & contriuerunt vos à Sehir vſque ad Chormah. Et reuerſi eſtis, & fleuiſtis coram domino, & nō audiuit dominus vocem veſtrā, & non auſcultauit vobis. Et manſiſtis in Cades diebus multis ſecundum dies quibus manſiſtis. Et vertimus nos, & profecti ſumus in deſertum, per viā maris Suph, quēadmodum locutus eſt dominus ad me, & circumiuimus mōtem Sehir diebus multis.

¶Repetitio geſtorum, a Cades Barneah uſq; ad pugnam cum regibus Sichon, & Ogh.

CAP. II.

A ET dixit dñs ad me, dicẽdo: Sufficit vobis circumiſſe mõtem iſtũ. Vertite vos ad aquilonẽ. Et populo præcipe
dicẽdo: Vos trãſitis ꝑ terminũ fratrũ veſtrorum, filiorũ Eſau
qui habitãt in Sehir, & timebunt à vobis, & cauebitis vobis
valde. Ne ꝓuocetis eos, q̃a non dabo vobis de terra eorum
vſq; ad calcationẽ plãtæ pedis, q̃a in hæreditatẽ ipſi Eſau de-
di montem Sehir. Cibum emetis ab eis argento, & comede-
tis: & etiam aquã emetis ab eis argento, & bibetis: quia domi
B nus deus tuus benedixit tibi in omni ope manus tuæ. Nouit
ingreſſum tuũ ꝑ deſertũ magnũ iſtud. Iam XL. annis, domi-
nus deus tuus fuit tecũ. Nõ caruiſti aliquo. Et tranſiuimus à
fratribus noſtris filiis Eſau, qui habitabant in Sehir à via pla-
niciei ab Elath, & ab Heſiongaber, & vertimus nos, & tranſi-
uimus per viã deſerti Moab. Et dixit dñs ad me: Ne oppu-
gnes Moab, neq; ꝓuoces eos ad bellũ, quia non dabo tibi de
terra eius hæreditatẽ, filiis enĩ Loth dedi Har in hereditatem.
Emin antea habitabant in ea, populus magnus, & multus, &
excelſus, ſicut Hanachim. Gigãtes reputabantur etiã ipſi, ſicut
Hanachim, & Moabitæ vocabant eos Emim. Et in Sehir ha-
C bitauerunt Chorin antea, & filij Eſau expulerunt eos, & per-
diderunt eos à facie ſua, & habitauerũt loco ipſorũ, quemad-
modũ fecit Iſrael in terra hæreditatis ſuæ quam dedit dñs eis.
Nunc ſurgite, & tranſite torrentẽ Zered. Et trãſiuimus torrẽ-
tẽ Zered. Et dies quibus ambulauimus de Cades Barneah,
donec tranſiremus torrentẽ Zered fuerunt triginta, & octo
anni, donec cõſumeret omnis gñatio virorũ bellatorũ de me-
dio caſtrorũ, quẽadmodũ iurauit dñs eis. Et etiã manus dñi
fuit cõtra eos ad ꝑdẽdũ eos è medio caſtrorũ, donec cõſume-
D ret eos. Et fuit, qñ cõſumpti fuerũt oẽs viri bellatores, vt mo-
rerent è medio populi, locutus eſt dñs ad me, dicẽdo: Tu tran-
ſis hodie terminum Moab Har. Et qñ accedes è regiõe filiorũ
Hãmon, ne obſideas eos, & ne litiges cũ eis, q̃a nõ dabo de ter-
ra filiorũ Hãmon tibi poſſeſſionẽ, q̃a filiis Loth dedi eã poſſeſ-
ſeſſionẽ. Terra gigantũ reputabat etiã ipſa. Gigantes habita-
uerũt in ea antea, & Hãmonitæ vocabãt eos Zamzummim,
populus magnus, & multus, & excelſus ſicut Hanachim, & ꝑ-
didit eos dñs à facie eorũ, & expulerũt eos, & habitauerũt lo-
co ipſorum: quẽadmodũ fecit filiis Eſau qui habitabãt in Se-
E hir, qui diſꝑdidit Choreos à facie eorũ, & expulerũt eos, et ha-
bitauerũt loco ipſorũ vſque ad diẽ iſtã. Et Hauuim q̃ habita-
a in uillis b Cappadoces — bãt [a] in Chaſerim vſque Hazzah, [b] Caphthorim, q̃ egreſſi ſunt
de Caphthor perdiderũt eos, & habitauerunt loco ipſorum.
Surgite, ꝓficiſcimini, & trãſite torrentẽ Arnon. Vide, dedi in
manu tua Sichon regẽ Cheſbon Emoræũ, & terrã ei9. Incipe,
F poſſide, & pugna cum eo in bello. Die iſta incipiã dare pauo-
Num. 21. c. — rem tuũ, & timorẽ tuũ ſuꝑ faciẽ populorũ q̃ ſunt ſub omni
cœlo, q̃ audiẽt auditũ tuũ, & pauebũt, & timebũt a facie tua.
Et miſi nũcios è deſerto Chedemoh ad Sichon regẽ Cheſbon
verbis pacificis, dicendo: Trãſibo ꝑ terrã tuã, ꝑ viã, ꝑ viã per-
gam, non declinabo ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã. Cibũ argẽto
vẽdes mihi, & comedã: & aquã argento dabis mihi, & bibã,
tñ trãſibo pedib9 meis; quẽadmodũ fecerũt mihi filij Eſau, q̃
habitant in Sehir, & Moabitæ, q̃ habitant in Har, donec trãſ-
eam Iarden ad terrã, quã dñs deus noſter dat nobis. Et noluit
Sichon rex Cheſbon, vt trãſiremus per eũ, q̃a indurare fecit
Amos. 2. c. — G dñs deus tuus ſpiritũ ei9, & roborauit cor eius, vt daret eum
in manu tua ſecundũ diẽ hanc. Et dixit dñs ad me: Vide, ince-
pi dare coarm te Sichon, & terrã eius incipe poſſidere, vt poſ-
ſideas terrã eius. Et egreſſus eſt Sichon in occurſum noſtrum,
ipſe & omnis populus eius ad bellum Iahas. Et dedit eũ dñs
deus noſter ante nos, & percuſſimus eũ, & filios eius, & oẽm
populũ eius. Et cepimus oẽs vrbes eius in tẽpore eius, & de-
ſtruximus oẽm vrbem, viros & mulieres, & paruulos. Nõ re-
liquimus ſuperſtitẽ. Tantum animalia prædati ſumus nobis,
& ſpolia vrbiũ quas cepimus. Ab Haroher, q̃ eſt iuxta ripam
torrentis Arnon, & ciuitatem q̃ eſt in [a] torrente vſq; ad Gil- — a ualle
had, nõ fuit ciuitas, q̃ effugerit à nobis, oẽs tradidit dñs deus
noſter corã nobis. Sed ad terrã filiorũ Hammon, nõ acceſſiſti,
oẽm locũ torrẽtis Iabboch & ciuitates montanas, & omnia
quæ præcepit dominus deus noſter.

¶Repetitio geſtorum, a deuictis regibus Sichon & Ogh, uſq; ad ſubſtitutionẽ Iehoſuah, loco Moſeh.

CAP. III.

A ET vertimus nos, & aſcẽdim9 ꝑ viã Baſan, & egreſſus eſt — Infra. 29. b. Num. 21. g.
Ogh rex Baſan in occurſum noſtrũ, ipſe et omnis popu-
lus eius ad bellũ in Edrehi. Et dixit dñs ad me: Ne timeas eum,
in manu enĩ tua tradam eum, & omnẽ populum eius, & terrã
eius, & facies ei quemadmodũ feciſti Sichon regi Emoræorũ, — Num. 21. c.
qui habitabat in Cheſbon. Et dedit dñs deus noſter in manu
noſtra etiam Ogh regem Baſan, & omnẽ populum eius, & ꝑ-
cuſſimus eum, adeo vt non reliquerit ſibi ſuperſtitem. Et ce-
pimus oẽs vrbes eius in tẽpore ipſo. Nõ fuit ciuitas quam nõ
ceperimus ab eis. Sexaginta vrbes omnẽ regionem Argob re-
gni Ogh in Baſan. Omnes iſtæ vrbes munitæ erãt muro alto
portis, & vectibus, præter vrbes villarum abſq; muro multas
valde. Et deſolauimus eas, quemadmodũ fecimus Sichon re-
gi Cheſbon deſolando omnẽ vrbem, viros, mulieres, & par-
B uulos. Et omnia animalia, & ſpolia vrbiũ prædati ſumus no-
bis. Et cepimus in tempore ipſo terram è manu duorũ regum
Emoræorum, qui erant trans Iarden à torrente Arnon vſq;
ad montem Chermon, Sidonij vocant Chermon Sirion, & — Num. 32. f.
Emoræi vocant eum Senir. Omnes vrbes planiciei, & omnis
Ghilhad, & oĩs Baſan vſque ad Salcah, et Edrehi, vrbes regni
Ogh in Baſan. Quia tantummodo Ogh rex Baſan remãſerat
ex reliquis gigantibus: Ecce lectus eius, lectus ferreus, nõnne eſt
in Rabbath filiorũ Hammon? Nouem cubitorũ longitudo
eius, & quatuor cubitorũ latitudo eius ſecundũ cubitũ viri.
Et terrã iſtam poſſidebimus in tẽpore ipſo ab Haroher, quæ
eſt iuxta torrentem Arnon, & dimidium montis Ghilhad, &
vrbes eius dedi Reubenitis, & Ghaditis. Et reſiduũ Ghilhad,
& omnẽ Baſan regni Ogh dedi dimidiæ tribui Menaſſeh, o-
mnẽ regionẽ Argob, oẽm Baſan, quæ vocabat terra gigãtũ.
C Iahir filius Menaſſeh, cepit oẽm regionẽ Argob, vſq; ad ter-
minũ Gheſuri, & Mahachathi. Et vocauit eas ſecũdum nomẽ
ſuũ, Baſan Chauoth Iair, vſq; ad diẽ iſtã. Et ipſi Machir dedi
Ghilhad. Et Reubenitis, & Ghaditis dedi à Ghilhad vſque ad — b uallis
torrentem Arnon mediũ [b] torrentis, & terminum eius vſque
Iabboch torrẽtẽ, terminũ filiorũ Hãmon. Et planiciẽ & Iar-
den, & terminũ ei9 à Chinnereth vſque ad mare planiciei, ma-
re ſalis, ſub effuſionibus aquarũ collis ad orientẽ. Et præcepi
vobis in tp̃e ipſo, dicendo: Dñs deus noſter dedit vobis terrã
iſtã, vt poſſideatis eam, accincti armis tranſibitis ante fratres
veſtros filios Iſrael, omnes filij robuſti. Tantummodo vxores
veſtræ, & paruuli veſtri, & pecudes veſtræ (noui q̃ pecudes
multæ ſunt vobis) manebũt in vrbibus veſtris quas dedi vo-
bis, donec requiẽ dederit dñs fratribus veſtris ſicut vobis, &
D poſſideant etiã ipſi terrã quã dñs deus veſter dat eis trãs Iar-
den. Et reuertemini vnuſquiſq; ad poſſeſſionẽ ſuã, quam dedi — Num. 23. d.
vobis. Et Iehoſuah p̃cepi in tp̃e ipſo, dicẽdo: Oculi tui vident
omnia quæ fecit dñs deus veſter duob9 regibus iſtis, ſic faciet
dominus omnibus regnis ad quæ tu tranſis. Ne timeas eos,
quia dominus deus veſter, ipſe pugnat pro vobis. Et oraui
ad dominum in tempore ipſo, dicendo: Domine deus tu cœ-
piſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam, & manũ tuã
validam. Quis enim eſt deus in cœlo, & terra, qui faciat ſecun-
dum opera tua, & ſecundum fortitudines tuas? Tranſeã quæ-
ſo, & videam terram bonam, quæ eſt trans Iarden, montem — Infra. 31. a. & 34. a.
bonum iſtum, & Lebanon. Et iratus eſt dñs contra me pro-
pter vos, & non exaudiuit me. Et dixit dominus ad me: Suffi-
cit tibi, ne addas loqui ad me amplius de re iſta. Aſcende ver-
ticem collis Piſghah, & leua oculos tuos ad occidentem,
& aquilonem, & meridiem, & orientem, & vide oculis
tuis, quia non tranſibis Iarden iſtum. Et præcipe Iehoſuah,
& conforta



& conforta eum, & robora eum. Ipſe enim tranſibit ante
populum iſtum, & ipſe hæreditare faciet eos terram, quam
videbis. Et manſimus in valle, è regione Beth Pehor.

¶ [illegible] conſtitutio trium ciuitatum refugij ob omicidium.

CAP. IIII.

A ET nunc Iſrael audi ſtatuta, iudicia q̃ ego doceo vos, vt
faciatis, vt viuatis, & ingrediamini, & poſſideatis terrã,
quã dñs deus patrũ veſtrorũ dat vobis. Nõ addetis ſuꝑ ver-
Num. 25. a. — bum, qđ ego p̃cipio vobis, & nõ diminuetis ex eo, vt cuſto-
diatis p̃cepta dñi dei veſtri, q̃ ego præcipio vobis. Oculi ve-
ſtri vidẽt, q̃ fecit dñs ꝓpter Bahalpehor. Oẽm enim virũ qui
perrexit poſt Bahalpehor, ꝑdidit dñs deus tuus è medio tui.
Et vos adhærẽtes dño deo veſtro, viuitis oẽs vos hodie. Vi-
de, docui vos ſtatuta, & iudicia, quẽadmodum p̃cepit mihi
deus meus, vt faciatis ſic in medio terræ, ad quã vos ingredi-
mini, vt poſſideatis eã. Et cuſtodite, & facite, q̃a ipſa eſt ſapien-
tia veſtra, & intelligẽtia veſtra in oculis populorũ, q̃ audient
omnia ſtatuta iſta, & dicent, Tantũ ppl's ſapiens, & intelligẽs,
gens magna iſta. Quæ enĩ eſt gens magna, cui ſunt dij ꝓpin-
qui, ſicut dñs deus noſter in cũctis q̃bus inuocauerimus eũ?
Et q̃ eſt gens magna, cui ſunt ſtatuta, & iudicia iuſta ſicut oĩs
lex iſta, quã ego do corã vobis hodie? Sed caue tibi, & cuſto-
B di animã tuã valde, ne forte obliuiſcaris eorum quę viderunt
oculi tui, & ne forte recedãt à corde tuo oĩbus diebus vitæ
tuæ, & ſcire fac ea filios tuos, & filios filiorũ tuorũ. In die qua
Exod. 19. d. — ſtetiſti corã dño deo tuo in Choreb, qñ dixit dñs ad me: Con-
grega mihi pplm, & audire faciã eos verba mea, q̃ diſcent, vt
timeãt me omnibus diebus q̃bus viuũt ſuper terrã, & filios
ſuos docebũt. Et acceſſiſtis, & ſtetiſtis ſub mõte, & mons arde-
bat igni vſq; ad mediũ cœli, & tenebræ nubis, & caligo. Et lo-
cutus eſt dñs ad vos è medio ignis. Vocẽ verborũ vos audie-
batis, et imaginẽ nõ videbatis p̃ter vocem. Et nũciauit vobis
pactũ ſuũ qđ præcepit vobis, vt faceretis, decẽ verba, & ſcri-
pſit ea in duabus tabulis lapideis. Et mihi præcepit dñs in tp̃e
ipſo, vt docerẽ vos ſtatuta, & iudicia, vt faceretis ea in terra,
ad quã trãſitis vt poſſideatis eã. Et cauete valde animab9 ve-
C ſtris, quia nõ vidiſtis oẽm imaginẽ in die qua locutus eſt dñs
ad vos in Choreb è medio ignis, ne forte deliretis, & faciatis
vobis ſculptile, ſĩlitudinẽ omnis imaginis, ſĩlitudinẽ maſculi,
vel fœminæ: ſimilitudinẽ oĩs aĩalis, qđ eſt in terra, ſimilitudi-
nẽ oĩs auis alatæ, quæ volat in cœlo, ſimilitudinẽ omnis repẽ-
tis in terra, ſĩlitudinẽ omnis piſcis qui eſt in aqua ſub terra. Et
ne forte eleues oculos tuos ad cœlũ, & videas ſolẽ & lunã, &
a diſtribuit — ſtellas, oẽm militiã cœli, et impellaris, et incurues te eis, et colas
eas, quas [a] diuiſit dñs deus tuus oĩb9 populis ſub omni cœlo.
Et vos cepit dñs, & eduxit vos è fornace ferrea, ex Aegypto,
vt eſſetis ei in pplm hæreditatis in die iſta. Et dñs iratus eſt cõ-
tra me, ꝓpter vos, & iurauit q̃ nõ trãſirẽ Iarden, neq; ingrede-
rer terrã bonã quã dñs deus tuus dat tibi in hæreditatẽ. Ego
D enĩ morior in terra iſta, nõ tranſeo Iarden, & vos tranſitis, &
Supra. 1. f. b prohibuit — poſſidebitis terrã bonã iſtã. Cauete vobis, ne forte obliuiſca-
mini pacti dñi dei veſtri, quod pepigit vobiſcum, & faciatis
vobis ſculptile, ſimilitudinẽ oĩs rei quã [b] præcepit tibi dñs de9
Heb. 12. g. — tuus. Dñs enĩ deus tuus, ignis cõſumẽs eſt, deus zelator. Si ge-
c inueterauerits — nueris filios, & filios filiorũ, & [c] habitaueritis in terra, & delirã-
tes feceritis ſculptile, ſimilitudinẽ quãcũq;, & feceritis malũ in
oculis dñi dei veſtri irritãdo eũ: cõteſtari feci cõtra vos hodie
cœlũ & terrã, q̃ pereundo ꝑibitis cito è terra; ꝓpter quã trã-
ſitis Iarden, vt poſſideatis eã. Nõ ꝓlongabitis dies ſuꝑ eã, q̃a
diſꝑdẽdo diſꝑdemini. Et diſꝑget dñs vos in pplos, & remane-
bitis hoĩes pauci nũeri, in gẽtibus ad q̃s ducet dñs vos. Et ſer-
uietis ibi diis, operi manuũ hominum, ligno, et lapidi, q̃ nõ vi-
E dent, neq; audiũt, nec comedũt, neq; odorant. Et q̃res inde do-
minũ deum tuum, & inuenies ſi q̃ſieris eũ toto corde tuo, &
tota anima tua. In anguſtia tua inuenient te oĩa iſta in nouiſſi-
mis diebus, & reuerteris ad dñm deum tuum, & parebis vo-
a debilitabit — ci eius (quia deus miſericors dñs deus tuus) non [d] derelinquet
te, & nõ diſꝑdet te, neq; obliuiſcetur pacti patrũ tuorũ; quibus
iurauit. Interroga enim nũc de diebus primis, qui fuerũt an-
te te, a die qua creauit deus hominẽ ſuper terrã, & ab extremo
cœli vſque ad extremum cœli, an factum ſit ſicut res magna
iſta, an audita ſit ſicut ipſa. Nunq̃d audiuit populus vocẽ dei
loquentis è medio ignis, quẽadmodũ audiſti tu, & vixit? Vel
nunquid tentauit deus, vt veniret ad capiendum ſibi gentem
è medio gentis in tentationibus, in ſignis, & in portentis, et in
bello, & in manu valida, & in brachio extento, & in terrori-
bus magnis ſecũdũ oĩa q̃ fecit vobis dñs deus veſter in Aegy-
pto in oculis tuis? Datũ eſt tibi vt videres, & ſcires q̃ dñs eſt
F de9, nec eſt amplius præter eũ. E cœlis audire fecit te vocẽ ſuã
vt erudiret te, & ſuper terrã videre fecit te ignẽ ſuũ magnum.
& verba ei9 audiſti è medio ignis. Et quia dilexit patres tuos, — Exod. 13. d. b in ira ſua
elegit ſemẽ eius poſt eos, & eduxit te [a] in cõſpectu ſuo potẽtia
ſua magna ex Aegypto, vt expelleret gentes magnas, et robu-
ſtiores te à facie tua, vt introduceret te, vt daret tibi terram
eorum in hæreditatem ſecundum diem hanc. Et ſcito hodie
& redi ad cor tuum, quia dominus eſt deus in cœlo deſuper,
& ſuper terram deorſum, non eſt amplius. Et cuſtodi ſtatuta
eius, & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene
ſit tibi, & filiis tuis poſt te, & prolongare facias dies ſuꝑ terrã
quam dominus deus tuus dat tibi omnibus diebus. Tunc ſe- — Num. 35. a.
parauit Moſeh tres vrbes trans Iarden ad ortum ſolis, vt fu- — Ioſu. 20. c.
geret illuc homicida, qui occiderit proximum ſuum ignoran-
ter, qui non odio habebat eum ab heri, & nudiuſtertius, & fu-
G geret ad vnam ex vrbibus iſtis, et viueret. Beſer in deſerto,
in terra planiciei de Reubenitis, & Ramoth in Ghilhad de
Ghaditis, & Gholan in Baſan de Menaſſitis. Et iſta eſt lex quã
poſuit Moſeh coram filiis Iſrael. Iſta ſunt teſtimonia, & ſtatu-
ta, & iudicia quæ locutus eſt Moſeh ad filios Iſrael, quando
egreſſi ſunt ex Aegypto. Trans Iarden in valle è regione Beth
Pehor, in terra Sichon regis Emoræorum, qui habitabat in
Cheſbon, quem percuſſit Moſeh, & filij Iſrael, quando egreſſi
ſunt ex Aegypto. Et poſſederunt terram eius, & terrã Hog
regis Baſan, duorum regum Emoræorum, qui erant trãs Iar-
den ad ortum ſolis, ab Haroher, quæ eſt iuxta ripam torren-
tis Arnon vſque montem Sion qui eſt Chermon: Et omnem
planiciem trans Iarden ad orientem, vſque ad mare planiciei
ſub effuſionibus aquarum collis.

¶Repetitio præceptorum decalogi. CAP. V.

A ET vocauit Moſeh omnem Iſrael, & dixit ad eos: Audi
Iſrael ſtatuta, & iudicia quæ ego loquor in auribus ve- — Ex. 19. b. c.
ſtris hodie, & docete ea, & cuſtodite, vt faciatis ea. Dominus
deus noſter pepigit nobiſcum pactum in Choreb. Non cum
patribus noſtris pepigit dominus pactũ iſtud, ſed nobiſcum
qui ſumus hic hodie omnes viuentes. Facie ad faciẽ locutus
eſt dominus vobiſcum in medio è monte ignis. Ego ſtabam
inter dominum & vos in tempore illo, vt annunciarem vo-
bis verbum domini (quia timuiſtis à facie ignis, & non aſcen-
diſtis in montem,) dicendo: Ego dominus deus tuus, qui — Exo. 20. e.
eduxi te è terra Aegypti è domo ſeruorum. Non erũt tibi dij — Leui. 26. a. Pſal. 95.
alij coram me. Non facies tibi ſculptile, omnẽ ſimilitudinem
quæ eſt in cœlo ſurſum, & quæ in terra deorſum, & quæ
in aquis ſubter terram. Nõ incuruabis te eis, neque coles eos. — Exod. 34. a.
Ego enim dominus deus tuus, deus zelotes viſitans iniquita-
tem patrum ſuper filios, & ſuper tertios, & ſuper quartos o- — Exod. 20. b.
dio habentes me, & faciens miſericordiam milibus, diligenti- — Leui. 19. c. Math. 5. e.
tibus me, & ſeruantibus præcepta mea. Non aſſumes nomen — Ezec. 20. b.
domini dei tui in vanum. Non enim innocentem iudicabit
dñs eũ, qui acceperit nomen eius in vanum. Obſerua diẽ ſab-
bati, vt ſanctifices eum quẽadmodum præcepit domin9 deus
B tuus. Sex diebus operaberis & facies omne opus tuum. Et die
ſeptima ſabbatum eſt domini dei tui. Non facies omne opus
tu, & filius tuus, & filia tua, et ſeruus tuus, & ancilla tua, et bos
tuus, & aſinus tuus, & omne iumẽtum tuũ, & peregrin9 tu9,
qui eſt

qui eſt intra portas tuas,vt requieſcat ſeruus tuus,& ancilla
tua ſicut tu.Et memẽto,quod ſeruus fuiſti in terra Aegypti:
& eduxit te dominus deus tu⁹ inde in manu valida,& in bra-
chio extento.Idcirco pręcepit dominus deus tuus,vt faceres
Exod.20.c. diem ſabbathi.Honora patrem tuum,& matrem tuam,quẽ
Ecci.3.b. admodum præcepit tibi dominus deus tuus,vt prolõgẽtur
Matt.15.a. Marci.7.b. dies tui,& bene ſit tibi ſuper terram,quam domin⁹ de⁹ tuus
Ephe.6.a. dat tibi.Non facies homicidium,neq; adulterium cõmittes.
Mat.5.c.d. Roma.7.b. Nec furaberis.Neque teſtificaberis in proximum tuum teſti
C monium falſum.Neque concupiſces vxorẽ proximi tui, nec
concupiſces domum proximi tui,agrum eius,& ſeruum eius
a amico & ancillam eius,bouem eius,& aſinum eius,& omnia q̃ ſunt
[a]proximo tuo.Verba iſta locutus eſt dominus ad omnẽ con
gregationẽ veſtrã in monte è medio ignis,nubis,& caliginis,
voce magna,& nõ addidit,& ſcripſit ea in duab⁹ tabulis lapi
deis,& dedit eas mihi.Et fuit,quando audiſtis vocẽ è medio
tenebrarum,& montis ardentis igne,acceſſiſtis ad me,omnes
duces tribuum veſtrarum,et ſeniorum veſtrorum,et dixiſtis:
Ecce videre fecit nos dominus deus noſter gloriam ſuam, &
magnitudinem ſuam,& vocem ei⁹ audiuimus è medio ignis.
Die iſta vidimus,quod locutus eſt de⁹ cum homine, et vixit.
Et nunc vt quid moriemur?Conſumet eñ nos ignis magn⁹
iſte.Si addiderimus,vt audiamus vocem domini dei noſtri
amplius,moriemur.Quæ eſt enim omnis caro,vt audiat vo-
cem dei viuentis,loquentis è medio ignis,ſicut nos,& viuat?
Accede tu,& audi omnia quæ dicturus eſt dominus de⁹ no-
ſter,& tu loqueris ad nos omnia quæ loquetur dominus de⁹
noſter ad te,& audiemus,& faciemus.Et audiuit domin⁹ vo-
D cem verborum veſtrorum,quando loquebamini ad me, &
dixit ad me:Audiui vocem verborum populi hui⁹,quæ lo-
cuti ſunt ad te.Bona fuerũt omnia quæ locuti ſunt.Quis det
vt ſit cor eorum hoc eis,vt timeant me,& cuſtodiant omnia
præcepta mea omnibus diebus,vt bene ſit eis,& filiis eorum
in ſeculum?Vade,dic ad eos:Reuertimini ad tabernacula ve
ſtra.Et tu hic ſta mecum,& loquar ad te omne præceptum,et
ſtatuta,& iudicia quæ docebis eos,& facient in terra quã ego
do eis,vt poſſideant eam.Et cuſtodite,vt faciatis, quẽadmo-
dum præcepit dominus deus veſter vobis.Nõ declinetis, ad
dexteram,& ad ſiniſtram.Per omnem viam,quam præcepit
dominus deus veſter vobis,ambulabitis,vt viuatis, & bonũ
ſit vobis,& prolongetis dies in terra,quam poſſidebitis.

¶Lex ſeruãda,dominus diligẽd⁹,dii reſpuendi,lex filiis inculcãda.

CAP. VI.

A ET hæc ſunt pcepta,ſtatuta,& iudicia quæ præcepit do-
minus deus veſter,vt docerem vos,vt faciatis in terra,
ad quam vos tranſitis,vt poſſideatis eam. Vt timeas domi-
num deum tuum,vt cuſtodias omnia ſtatuta eius,& præce-
pta eius,q̃ ego pcipio tibi,tu & filius tuus,& filius filij tui o-
mnibus diebus vitæ tuæ;& vt prolonget dies tuos.Et audi
Iſrael,& cuſtodi,vt facias,vt bene ſit tibi, & multiplicemini
valde,quemadmodum locutus eſt dominus deus patrũ tuo-
Matt.22.d. Mar.12.c. rum tibi,in terra fluente lacte,& melle.Audi Iſrael, dominus
Lucæ.10.c. Infra.11.c. deus noſter,dominus vnus eſt.Et diliges dominum deũ tuũ
toto corde tuo,& tota anima tua,& tota fortitudine tua. Et
erunt verba iſta,quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo,
& repetes ea filiis tuis,& loqueris cum eis,quando ſedebis in
domo tua,& quando ambulabis per viam,& quando accũ-
bes,& quando ſurges.Et ligabis ea in ſignum in manu tua,&
erunt vt frontalia inter oculos tuos.Et ſcribes ea in poſtibus
B domus tuæ,& in portis tuis.Et erit,cum introduxerit te do-
minus deus tuus in terram,ſuper quam iurauit patribus tuis
Abraham,Iſchac,& Iahacob,vt daret tibi vrbes magnas, &
bonas q̃s non ędificaſti,& domos plenas oĩ bono,q̃s nõ im-
pleuiſti.Et ciſternas exciſas,quas nõ excidiſti,vineas,& oliueta
Matt.4.b. q̃ non plãtaſti.Et comedes,& ſaturaberis.Caue tibi,ne forte
Lucæ.4.b. obliuiſcaris dñi q eduxit te de terra Aegypti de domo ſeruo-
rum.Dñm deũ tuum timebis,& ipm coles,& p nomẽ eius iu
rabis.Nõ ambulabitis poſt deos alios è diis pplorũ,q ſunt in
C circuitibus vr̃is.De⁹ eñ zelotes,dñs de⁹ tuus in medio tui eſt,
ne forte iraſcat̃ furor dñi dei tui in te,& diſpdere faciat te à fa- Matt.4.b.
cie terræ.Nõ tẽtabitis dñm deũ veſtrum,quẽadmodũ tenta- Lucæ.4.b. Num.21.b.
ſtis in Maſſah loco tẽtationis. Cuſtodiendo cuſtodiatis pce-
pta dñi dei veſtri,& teſtimonia eius,& ſtatuta ei⁹ q̃ præcepit
tibi:& facias rectũ & bonũ in oculis dñi,vt bñ ſit tibi,et ingre
diaris, & poſſideas terrã bonã,ſup quã iurauit dñs patribus
tuis,vt ppulſet oẽs inimicos tuos à facie tua,quẽadmodũ lo-
cutus eſt dñs.Si interrogauerit te filius tuus cras dicẽdo:Quæ
ſunt teſtimonia,& ſtatuta,& iudicia q̃ pcepit dñs deus noſter
D vobis?Dices filio tuo:Serui fuimus Parhoh in Aegypto, &
eduxit nos dñs ex Aegypto in manu forti,& dedit dñs ſigna,
& portẽta magna,& mala in Aegypto in Parhoh,& oẽm do
mũ ei⁹ in ocl̃is noſtris,& nos eduxit inde,vt itroduceret nos,
vt daret nobis terrã,ſup quã iurauit patribus noſtris. Et pce-
pit nobis dñs,vt faciam⁹ oĩa ſtatuta iſta,vt timeam⁹ dñm deũ
nr̃m in bonum nobis oĩbus diebus,vt viuificaret nos ſecun-
diẽ hãc.Et iuſtitia erit nobis,ſi cuſtodierim⁹,vt faciamus oĩe
pceptũ iſtud corã dño deo nr̃o, quẽadmodũ pcepit nobis.

¶Cum gentibus fœdus nõ ineundũ,idola ſubuertẽda,benedictio
ſeruantibus,maledictio negligentibus pręcepta.

CAP. VII.

A CVm introduxerit te dñs deus tu⁹ in terrã,ad quã tu in- Infra.31.a.
grederis,vt poſſideas eã & euulſerit gẽtes mſtas à facie
tua,Chittæum,& Ghirghaſæum,& Emoræum,& Chenaha-
næum,& Perizæum,& Chiuuæum.& Iebuſæum,ſeptẽ gen-
tes,multas,& robuſtiores te,& tradiderit eas dominus deus
tuus coram te,& percuſſeris eas perdendo perdes eas. Non
panges cũ eis pactum,neq; miſereberis earũ,neq; cõiunges te
affinitate cũ eis.Filiã tuã nõ dabis filio eius,& filiã eius nõ ca-
pies filio tuo.Recedere eñ faciet filiũ tuũ[a] à tergo mei,& co- a ne ſequatur me.
lẽt deos alienos.Et iraſcet̃ furor dñi cõtra te,& diſpdere faciet
te cito.Sed ſic facietis eis,Altaria earũ deſtruetis,& ſtatuas ea-
rũ cõfringetis,& lucos earũ ſuccidetis,& ſculptilia earũ cõbu-
B retis igni:qa ppl̃s ſanctus es dño deo tuo.Te elegit dñs deus
tuus,vt ſis ei ppl̃s peculiaris,præ oĩbus ppl̃is,q ſunt ſup faciẽ
terræ.Nõ ppter multitudinẽ veſtrã,præ oĩbus ppl̃is cõpla-
cuit dñs in vobis,& elegit vos(qa eſtis pauciores oĩbus po-
pulis)ſed qa dilexit dñs vos,& cuſtodiuit iuramẽtũ,ſup quo
iurauit patribus veſtris,eduxit dñs vos in manu forti,& rede
mit vos è domo ſeruorũ,è manu Parhoh regis Aegypti. Et Infra.14.a.
ſcias q dñs deus tuus eſt deus,[b]deus fidelis,cuſtodiens pactũ, &.26.d. b fortis
& miam diligẽtibus eũ,& cuſtodientibus mãdata eius,mille
gñatiõibus:& reddẽs odio habẽtibus eũ,cõtra faciem eius,vt
pdere faciat eũ.Nõ tardabit odio habẽti eũ,in faciẽ ei⁹ reddet
ei.Et cuſtodi mãdatũ,& ſtatuta,& iudicia q̃ ego pręcipio tibi
C hodie,vt facias ea.Et erit merces,ſi audieritis iudicia iſta,& cu
ſtodieritis,& feceritis ea.Et cuſtodiet dñs de⁹ tu⁹ tibi pactũ,et
miam,vt iurauit pr̃ib⁹ tuis.Et diliget te,et bñdicet tibi,et mul
tiplicare faciet te,& bñdicet fructui vẽtris tui,et fructui terræ
tuæ,frumẽto tuo,& vino tuo,et oleo tuo,primogenito boũ
tuorũ,& gregibus pecudũ tuarũ ſup terrã,ſup quam iurauit
patribus tuis,vt daret tibi.Bñdictus eris præ oĩbus populis.
Nõ erit in te ſterilis aliq̃s,& ſterilis aliqua,& in aĩali tuo.Et re
mouebit dñs à te oẽm infirmitatẽ,& oẽs ægritudines Aegy-
pti malas,quas noſti.Nõ ponet eas in te:ſed ponet eas in oĩb⁹
D odio hñtibus te. Et cõſumes oẽs pplos quos dñs deus tuus Exod.23.d.
dat tibi.Non parcet oculus tuus eis,neq; coles deos eorũ,qa
laqueus ſunt tibi.Si dixeris in corde tuo.Plures ſunt gẽtes iſtę
q̃ ego,qũo potero expellere eas?Ne timeas ab eis.Recordan
do recorderis eorũ q̃ fecit dñs deus tuus Parhoh,& oĩb⁹ Ae-
gyptijs:Tentationum magnarum quas viderũt oculi tui, &
ſignorum,& portentorum,& manus validæ,& brachij extẽ-
ti,quo educere fecit te dñs deus tuus.Sic faciet dominus deus
tuus oĩbus ppl̃is à quorũ tu times cõſpectu. Et etiã crabronẽ
mittet dominus deus tuus contra eos,donec pereant qui re- Exo.23.c.33.a. Iebo.24.c
mãſerint,& q abſcõderint ſe à facie tua.Ne paueas à facie eo-
rum



E rũ,quia dñs deus tuus eſt in medio tui,deus fortis,magnus,&
terribilis.Et expellet dñs deus gẽtes iſtas à facie tua paulatim.
2.Mac.12.g. Nõ poteris cõſumere eas cito,ne forte multiplicetur cõtra te
beſtia agri.Et tradet eas dñs deus tuus coram te,& conteret
eas contritione magna,donec perdantur ipſæ.Et tradet re-
ges earum in manu tua,& perdes nomẽ earum de ſub cœlo.
Non ſtabit quiſquã corã te,donec perdas eas.Sculptilia deo
rum earum combures igni.Non concupiſces argentũ,& au-
rum,quæ ſunt in eis,vt capias tibi,ne forte illaquees te in illo.
Abominatio enim domini dei tui eſt.Et non introduces abo
minationem in domum tuam,vt ſis anathema ſicut illud.De
teſtando deſtaberis illud,& abominãdo abominaberis illud:
quia anathema eſt.

A ¶Commemoratio afflictionum & beneficiorum,quadraginta annorũ
in deſerto. CAP. VIII.

OMne præceptum,quod ego præcipio vobis hodie,
cuſtodietis,vt faciatis,vt viuatis, & multiplicemini,&
ingrediamini,& poſſideatis terrã,ſuper quã iurauit dñs patri
bus vr̃is.Et recordaberis oĩs viæ per quam ambulare fecit te
dñs deus tuus,iam quadraginta annis in deſerto,vt affligeret
Matt.4.a. te,vt tentaret te,vt ſciret quæ ſunt in corde tuo,vtrum cuſto
Lucæ.4.a. dires præcepta eius,an non.Et afflixit te,& eſurire fecit te &
Infra.26.a. comedere fecit te Man,quod nõ cognouiſti,nec cognouerũt
patres tui,vt cognoſcere faceret te,quod non in pane ſolo vi
B uet homo,ſed in omni quod egredit̃ ex ore domini,viuet ho
mo.Veſtimentũ tuũ non veterauit ſuper te,& pes tuus non
tumuit iam quadraginta annis.Et hoc ppendes tecũ in corde
tuo,q quẽadmodum corripit vir filium ſuum, ſic dñs. deus
tuus corripit te.Et cuſtodies præcepta dñi dei tui, vt ambu-
les per vias eius,& timeas eum.Dñs enim deus tuus introdu
cit te in terram bonã,terrã torrentium aquarum,fontium,&
voraginum egredietium per valles,& p mõtes,terrã frumen-
ti,& hordei,& vitis,& ficus,& malogranati,terrã oliuæ olei,
C & mellis:terrã in qua non cum paupertate comedes panem,
nec carebis aliquo in ea:terrã cuius lapides ferrum ſunt,& de
cuius montibus excides æs. Et comedes,& ſaturaberis,& be
nedices dño deo tuo propter terrã bonam quam dedit tibi.
Caue tibi ne forte obliuiſcaris dñi dei tui,vt nõ ſerues pcepta
eius,& iudicia ei⁹,& ſtatuta eius,q̃ ego præcipio tibi hodie:
ne forte comedas,& ſatureris,& domos pulchras ædifices,&
habites:& boues tui,& pecudes tuæ multiplicentur,& argen
tum,& aurum multiplicetur tibi,& omne quod eſt tibi,mul
tiplicetur:& eleuetur cor tuũ,& obliuiſcaris domini dei tui,
qui eduxit te è trrra Aegypti,è domo ſeruorũ.Qui ambulare
D fecit te p deſertum magnum,& terribile,ſerpentis adurentis,
Num.21.b. 20.b. & ſcorpionis,& loci aridi,in quo non erat aqua:qui eduxit
Exod.17.a. 10.d. tibi aquam è petra ſilicis:qui comedere fecit te Man in deſer-
to,quod non nouerunt patres tui,vt affligeret te,& tentaret
te,vt benefaceret tibi in nouiſſimo tuo.Et ſi dixeris in corde
tuo,potentia mea,& robur manus meæ fecit mihi ſubſtan-
tiam hanc:memento domini dei tui,quia ipſe dat tibi poten
tiam,vt facias ſubſtantiam,vt ſtatuat pactum ſuum,ſup quo
iurauit patribus tuis ſecundum diem hanc.Et erit,ſi obliuiſcẽ
do oblitus fueris domini dei tui,& ambulaueris poſt deos a-
lienos,& colueris eos,& incuruaueris te eis,teſtificor vobis
hodie q pereũdo peribitis.Sicut gẽtes quas dñs pdit à facie
veſtra,ſic peribitis,eo q nõ parueritis voci dñi dei veſtri.

¶Non fidendum propriis uiribus,cum repetitione quorundam ge
ſtorũ,a datiõe legis uſq; ad murmur apud ſepulchra cõcupiſcẽtiæ.

CAP. IX.

A AVdi Iſrael.Tu tranſis hodie Iarden, vt ingrediaris
ad poſſidendum gentes magnas,& robuſtiores te,vr
bes magnas,& munitas vſq; ad cœlum :populum magnum
& excelſum,filios Hanachim,quos noſti,& audiſti: Quis ſta-
bit coram filiis Hanach?Et ſcito hodie q dominus de⁹ tuus,
ipſe qui tranſit ante te,ignis conſumens eſt:diſperdet eos, &
humiliabit eos ante te,& expelles eos,& pdes eos cito,quẽad-
modũ locutus eſt dñs ad te.Ne dicas in corde tuo,cũ ppulſa
uerit dñs deus tuus eos à facie tua,dicendo:propter iuſtitiam
meam introduxit me dñs,vt poſſiderẽ terrã iſtã,& ppter im-
pietatem gentium iſtarum,dñs expellit eas à facie tua.Nõ p-
pter iuſtitiam tuã,& rectitudinem cordis tui tu ingrederis ad
poſſidendum terrã earum:ſed propter impietatem gentium
iſtarum dñs deus expellit eas à facie tua,& vt confirmet ver-
bum,ſuper quo iurauit dñs patribus tuis,Abraham, Iſchac,
& Iahacob.Et ſcito q non propter iuſtitiã tuã dñs de⁹ tuus
dat tibi terrã bonam iſtam,vt poſſideas eam : quia populus
durus ceruice es.Memẽto,ne obliuiſcaris,q iraſci feciſti dñm
B deum tuum in deſerto.A die qua egreſſus es è terra Aegypti,
donec ingreſſi eſtis in locum iſtum, rebelles fuiſtis domino.
Et in Choreb iraſci feciſtis dominum,& iratus eſt dñs contra
vos,vt diſperderet vos.Quando aſcẽdi in montem,vt acci-
perem tabulas lapideas,tabulas pacti,quod pepigit dñs vo-
biſcum,& manſi in monte quadraginta dies,& quadraginta
noctes,panem non comedi,& aquam non bibi.Et dedit dñs Exod.12.
mihi duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei,& in eis ſecun- Exod.19. &.32.31.d.
dum omnia verba,quæ locutus eſt dominus vobiſcũ in mon
te de medio ignis,in die congregatiõis.Et fuit in fine quadra-
ginta dierũ,& quadraginta noctiũ,dedit dominus mihi duas
tabulas lapideas,tabulas pacti.Et dixit dominus ad me: Sur-
ge,deſcẽde cito hinc:quia corrupit [a]ſeipſum populus tuus,
quẽ eduxiſti ex Aegypto,receſſerũt cito de via, quã præcepi a uiam ſuam
C eis,fecerunt ſibi conflatile.Et dixit dñs ad me, dicendo : Vidi
populum iſtũ,& ecce populus durus ceruice eſt.Dimitte me,
& diſperdam eos,& delebo nomen eorum ne ſit ſub cœlo,&
faciam te in gentem robuſtam,& maiorem eo.Et verti me,et
deſcendi de monte,& mons ardebat igni,& duæ tabulæ pa-
cti erant in duabus manib⁹ meis.Et vidi,& ecce peccaueratis
domino deo veſtro,feceratis vobis vitulum conflatilẽ,receſſe
ratis cito de via quam præcepit dominus vobis.Et apprehẽ
di duas tabulas,& proieci eas è duabus manibus meis,& cõ-
fregi eas in oculis veſtris.Et proſtraui me corã domino.Sicut
prius quadraginta diebus,& quadraginta noctibus, panem
non comedi,& aquã non bibi propter omne peccatum ve-
ſtrum quod peccaueratis,faciendo malũ in oculis domini,ir-
ritando eum.Timui eñ ppter furorẽ,& iram qua iratus erat
dñs contra vos,vt diſpderet vos:& exaudiuit dñs me etiã vi-
ce ipſa.Et in Aharon iratus eſt dñs valde,vt diſperderet eũ,et
oraui etiã p Aharon in tpe ipſo. Et peccatũ veſtrũ qd̃ fecera
tis,vitulũ accepi,& cõbuſſi illũ igni,et cõtriui illũ molẽdo bñ,
donec eſſet cõminut⁹ in puluerẽ,et pieci puluerẽ,ei⁹ in torrẽ-
tem,q deſcendit è mõte.Et in Tabherah,id eſt,in incendio: & Num.11.a. 16.a.21.a.
D in Maſſah,id eſt in tẽtatione:& in Chibroth hattaauah,id eſt,
in ſepulchris cõcupiſcẽtiæ iraſci feciſtis dñm.Et qñ miſit dñs
vos de Cades Barneah dicẽdo:Aſcẽdite,& poſſidete terram,
quã dedi vobis:irritaſtis os dñi dei veſtri,& nõ credidiſtis ei,
neq; obediuiſtis voci ei⁹.Rebelles fuiſtis dño,à die qua cogno
ui vos.Et pſtraui me corã dño q̃draginta dieb⁹,et q̃draginta
noctibus,qbus pſtraui me qa dixerat dñs,vt diſpderet vos.
Et oraui ad dñm,& dixi:Dñe deus,ne diſpdas pplm tuum,&
hæreditatẽ tuã,quã redemiſti in magnitudine tua,quẽ eduxi-
ſti ex Aegypto in manu valida.Memẽto ſeruorũ tuorũ Abra
hã,Iſchac,& Iahacob,ne reſpicias ad duritiẽ ppli huius,& ad
impietatem eius,& ad peccatũ eius,ne forte dicant incolæ ter
ræ,vnde eduxiſti nos?Quia non potuit dñs introducere eos
in terram,quam locutus eſt eis,& quia odio habet ipſe eos,
eduxit eos,vt mori faceret eos in deſerto.Et ipſi ſunt populus
tuus,& hæreditas tua,quem eduxiſti in fortitudine tua ma-
gna,& in brachio tuo extento.

¶Repetuntur quædam profectiones filiorum Iſrael.Inſtauratio ta-
bularum,Adhortatio ad præcepta ſeruanda.

CAP. X.

A IN tempore illo dixit dominus ad me:Dola tibi duas tabu
las lapideas ſicut priores,& aſcende ad me in mõtẽ,& fac
tibi arcam ligneam. Et ſcribam in tabulis verba quæ fue- Exod.34.a.
runt in tabulis prioribus,quas fregiſti,& pones eas in arca.

Et feci arcã de lignis Sitthim,& dolaui duas tabulas lapideas
ſicut priores,& aſcendi in montem,& duæ tabulæ erãt in ma
nu mea. Et ſcripſit in tabulis,ſecundum ſcripturã priorẽ,decẽ
verba,quæ locutus eſt dñs ad vos in mõte de medio ignis in
die congregationis,& dedit eas dñs mihi. Et verti me, & de-
ſcẽdi de monte,& poſui tabulas in arca,quã fecerã,& fuerũt
B ibi,quẽadmodum præcepit mihi dñs. Et filij Iſrael ꝓfecti ſunt
Num.33.d. de Beeroth filiorũ Iahachan in Moſerah. Ibi mortuus eſt A-
Num.20.d. haron,& ſepultus eſt ibi,& functus eſt ſacerdotio Elhazar fi-
lius eius pro eo. Inde profecti ſunt in Ghudghodah, & de
Ghudghodah in Iothbath in terrã torrentium aquarum. In
tpe illo ſeparare fecit dñs tribum Leui,vt portaret arcã pacti
dñi,vt ſtaret coram dño ad miniſtrãdum ei,& ad benedicen
dum in nomine eius vſque ad diem hãc. Idcirco non fuit ipſi
Leui pars, & hæreditas cum fratribus ſuis. Domin⁹ eſt hære
ditas eius,quẽadmodum locutus eſt dñs deus tuus ei. Et ego
ſteti in mõte ſecundum dies priores quadraginta dies,& qua
C draginta noctes. Et exaudiuit dominus me etiã vice ipſa,no-
luit dñs perdere te. Et dixit dñs ad me: Surge,vade proficiſcẽ
do ante populum,& ingredient̃,& poſſidebunt terram, ſup
quã iuraui patribus eorum,vt darem eis. Et nunc Iſrael,quid
dñs deus tuus petit à te,niſi vt timeas dñm deum tuum? Vt
ambules ꝑ omnes vias eius,& diligas eum,& colas dñm deũ
tuum toto corde tuo,& tota anima tua? Vt cuſtodias prçce
pta dñi,& ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie,vt bene
ſit tibi? Ecce domini dei tui ſunt cœli,& cœli cœlorũ,terra,&
oĩa q̃ ſunt in ea. Tãtũmodo in patribus tuis cõplacuit dñs,vt
diligeret eos,& elegit ſemẽ eorũ poſt eos. Vos ſcilicet ex oĩb⁹
ꝑpſis ſecundũ diẽ hanc. Et circũcidite prçputiũ cordis veſtri,
D & ceruicem veſtrã ne iuduretis amplius. Dñs enim de⁹ veſter
2.Par.19.c. eſt deus deorum,& dominus dominorũ,deus magn⁹ potẽs
Iob.34.b. & terribilis,qui nõ accipit perſonam,neq; accipit munus: fa-
Sap.6.b. ciens iudiciũ pupilli,& viduæ,& diligẽs peregrinum,dans ei
Eccl.35.b. panem,& veſtimentum. Et diligite peregrinum, qa peregri-
Rom.2.b. ni fuiſtis in terra Aegypti. Dominum deum tuum timebis,
Gal.2.b. ipſum coles,& ei adhærebis,& per nomen eius iurabis. Ipſe
Supra.6.c. eſt laus tua,& ipſe deus tuus qui fecit tecum magna, & terri-
Matt.4.b. bilia iſta,quæ viderunt oculi tui. Cũ ſeptuaginta animabus
Luc.4.b. deſcenderunt patres tui in Aegyptum,& nunc poſuit te,do-
Gene.46.c. minus deus tuus ſicut ſtellas cœli in multitudinem.

¶Cohorta io ad legem ſeruãdam,lex in corde,& ob oculos ſem-
per habẽda. Bñdictio ſeruãtibus,maledictio non ſeruãtibus ꝑcepta.

CAP. XI.

A ET dilige dominum deum tuum,& cuſtodi cuſtodiam
eius,& ſtatuta eius,& iudicia eius,& præcepta eius omĩ
bus diebus. Et ſcito te hodie,qa nõ cum filiis veſtris loquor,
qui non cognouerunt,& q non viderunt caſtigationẽ domi
ni dei veſtri,magnitudinem eius,manum eius validam,& bra
chium eius extentum,& ſigna eius,& opera eius quæ fecit in
medio Aegypti,Parhoh regi Aegypti,& vniuerſæ terrç ei⁹:
& quæ fecit exercitui Aegyptiorum,equis eius, & curribus
eius,q inundare fecit aquas maris Suph ſuper facies eorũ, dũ
inſequerentur vos,& perdidit eos dñs vſque ad diem hanc:
& quæ fecit vobis in deſerto,donec veniretis vſq; ad locum
Num.16.c. iſtum:& quç fecit Dathan,& Abiram filiis Eliab filij Reuben,
qa apuit terra os ſuũ,& deglutiuit eos,& domos eorũ,& ta-
bernacula eorũ,& oẽm ſubſtãtiã q̃ erat in pedibus eorum in
medio oĩs Iſrael. Eqdem oculi veſtri vident oẽ opus dñi ma-
gnũ,quod fecit. Cuſtodite igit̃ omne ꝑceptũ quod ego præci
pio vobis hodie,vt roboremini,& ingrediamini,& poſſidea
tis terrã,ad quam vos trãſitis,vt poſſideatis eã,& elongare fa
ciatis dies ſuper terrã,ſuper quã iurauit dñs patribus veſtris
vt daret eis,& ſemini eorum,terram fluentem lacte & melle.
B Terra enim ad quam tu ingrederis,vt poſſideas eam,nõ ſicut
terra Aegypti eſt,ex qua egreſſi eſtis, in qua ſeminas ſemẽ tuũ
& irrigas pede tuo,vt hortum holeris. At terra ad quam vos
tranſitis,vt poſſideatis eam,terra montium & vallium eſt,ad
pluuiam cœli bibes aquam. In terra quam dominus deus tu⁹
quærit,ſemper ſunt oculi domini dei tui à principio anni vſ-
que ad vltimum anni. Et erit,ſi obediendo obedieritis præ-
ceptis meis,quæ ego præcipio vobis hodie,vt diligatis do-
minum deum veſtrum,& colatis eum toto corde veſtro, &
tota anima veſtra,dabo pluuiam terræ veſtræ in tẽpore ſuo,
temporaneam,& ſerotinam,& colliges frumentum tuum,&
vinum tuum,& oleum tuum,& dabo herbam in agro tuo
pro animali tuo,& comedes,& ſaturaberis. Cauete vobis,ne
forte declinet cor veſtrũ,& recedatis,& colatis deos alienos,
& incuruetis vos eis,& iraſcatur furor domini in vos,& clau
dat cœlos,& non ſit pluuia,& terra non det fructum ſuum,
& pereatis cito è terra bona quam dominus dat vobis. Et po
nite verba mea iſta in corde veſtro,& animo veſtro,& ligate
ea in ſignum in manu veſtra,& ſint in frontalia inter oculos
C veſtros. Et docete ea filios veſtros, vt loquantur de eis,quan-
do ſedebis in domo tua,& quando ambulabis per viã,et quã
do accumbes,& quando ſurges,& ſcribes ea in poſtibus do-
mus tuç,& in portis tuis,vt multiplicentur dies veſtri,et dies
filiorum veſtrorum ſuper terram,ſuper quam iurauit domi-
nus patribus veſtris,vt daret eis ſicut dies cœli ſuper terram.
Si enim cuſtodiendo cuſtodieritis omne præceptum iſtud,
quod ego præcipio vobis,vt faciatis illud,vt diligatis domi-
num deum veſtrum,vt ambuletis in omnibus viis eius,& ad Ieho.1.a.
hæreatis ei,expellere faciet dñs oẽs gentes iſtas à facie veſtra,
& poſſidebitis gẽtes magnas,& fortiores vobis. Omnis loc⁹
quẽ calcauerit plãta pedis veſtri,veſter erit,à deſerto, et Leba
non,à flumine, flumine Perath, vſq; ad mare nouiſſimũ erit
terminus veſter. Non ſtabit quiſquam coram vobis, pauorẽ
veſtrum,& timorem veſtrum dabit dominus deus veſter ſu-
per faciem vniuerſæ terræ,quam calcabitis,quẽadmodum lo
cutus eſt vobis. Vide,ego do coram vobis hodie benedictio
D nem,& maledictionem. Benedictionem,ſi obedieritis præ-
ceptis domini dei veſtri,quæ ego præcipio vobis hodie, &
maledictionem,ſi non obedieritis præceptis domini dei ve-
ſtri,& receſſeritis de via quam ego præcipio vobis hodie,vt
ambuletis poſt deos alienos,quos non nouiſtis. Et erit, cum
introduxerit te dominus deus tuus in terram,ad quam tu in-
grederis,vt poſſideas eam,dabis benedictionem ſuper mon-
tem Gherizim & maledictionem ſuper mõtẽ Hebal. Nonne
ſunt trans Iarden poſt viam occubitus ſolis,in terra Chena-
hanæi,qui habitat in planicie è regione Ghilgal,apud [a] Elone
Moreh? Vos enim tranſitis Iarden,vt ingrediamini ad poſſi- a quercetа Moreh?
dendum terram,quam domin⁹ deus veſter dat vobis,& poſ
ſidebitis eam,& habitabitis in ea. Et caſtodite,vt faciatis oĩa
ſtatuta,& iudicia,quæ ego do coram vobis hodie.

¶Deſtruenda & fugienda idololatria. De primitiis,& de decimis. Co
medendum in loco,quem dñs elegerit. Abſtinendum a ſanguine.

CAP. XII.

A ISta ſunt ſtatuta,& iudicia,quç cuſtodietis,vt faciatis in ter
ra aquam dedit dominus deus patrum tuorũ tibi,vt poſ
ſideas eam omnibus diebus,quibus vos viuitis ſuper terrã.
Perdendo perdetis omnia loca,in quibus ſeruierunt gentes,
quas vos poſſidetis,diis ſuis,ſuper montes excelſos,& ſuper
colles,& ſub omni arbore viridi. Et diruetis aras earum,& cõ
fringetis ſtatuas earum,& lucos earum cõburetis igni,& ſcul
ptilia deorum earum concidetis,& perdetis nomen earum è
loco ipſo. Non facietis ſic domino deo veſtro. Sed locũ, quẽ
elegerit dominus deus veſter ex omnibus tribubus veſtris,vt
ponat nomen ſuum ibi,vt habitet ipſe,quæretis , & venietis
illuc. Et afferetis illuc holocauſta veſtra,& ſacrificia veſtra, &
decimas veſtras,& oblationem manus veſtræ,& vota veſtra
& ſpontanea veſtra , & primogenita boum veſtrorum ,
& pecudum veſtrarum. Et comedetis ibi coram domino
deo veſtro, & lætabimini in omnibus in quibus mittetis
manus veſtras vos,& domus veſtræ,in quibus benedixit ti-
B bi dominus deus tuus. Non facietis ſecundum omnia quæ
nos facimus hic hodie,vnuſquiſq; omne quod rectum eſt in
oculis ſuis. Non enim veniſtis hucuſque ad requiem,& hære
ditatem



ditatem quam dominus deus tuus dat tibi. Et tranſibitis Iar
den,& habitabitis in terra,quam dñs deus veſter hæreditate
accipere facit vos,& requiẽ dare faciet vobis ab omnibus ini
micis veſtris in circuitu,& habitabitis confidenter. Et erit,ad
locum quem elegerit dominus deus veſter,vt habitare faciat
nomen ſuum ibi,afferetis omnia quæ ego præcipio vobis,
holocauſta veſtra,& ſacrificia veſtra,decimas veſtras,& obla
tionem manus veſtræ,& omnem electionẽ votorũ veſtrorũ,
quæ vouebitis domino. Et lætabimini corã domino deo ve-
ſtro vos,& filij veſtri,& filiæ veſtræ,& ſerui veſtri , & ancillæ
C veſtrç,& Leuita,qui eſt intra portas veſtras, quia non eſt ei
pars,& hæreditas vobiſcum. Caue tibi,ne forte offeras holo-
cauſta tua in omni loco,quem videbis. Sed in loco quem ele-
gerit dominus,in vna tribuum tuarũ,illic offeres holocauſta
a id eſt, rẽ ꝑcioſã deſiderabilem & cũ gaudio. tua,& ibi facies omnia,quæ ego præcipio tibi. Tantũmodo
[a] in omni deſiderio animæ tuç mactabis,& comedes carnẽ ſe
cundum benedictionem dñi dei tui,quã dederit tibi intra oẽs
portas tuas,immundus & mũdus comedet eam ſicut capreã
& ceruũ. Sed ſanguinem nõ comedetis,ſuper terram effunde
tis illum ſicut aquam. Non poteris comedere intra portas tu
as decimã frumenti tui,& vini tui,& olei tui,primogenita bo
um tuorũ,& pecudũ tuarũ,& omnia vota tua,quæ voueris,
& ſpontanea tua,& oblationem manus tuæ. Sed coram dño
deo tuo comedes eam,in loco,quem elegerit dñs deus tuus,
tu & filius tuus,& filia tua,& ſeruus tuus,& ancilla tua,& Le
uita,qui eſt intra portas tuas,& lçtaberis coram dño deo tuo
in oĩbus,in qbus mittes manũ tuam. Caue tibi ne forte de-
relinquas Leuitã omnibus diebus tuis ſuper terrã tuã. Cum
Gene.28.c. dilitare fecerit dñs deus tuus terminũ tuum,quemadmodum
Infra.19.c. locut⁹ eſt tibi,& dixeris: comedã carnẽ,quia cõcupiſcit anima
tua comedere carnẽ,ſecundũ omne deſideriũ animæ tuæ co-
medes carnẽ. Cum lõginquus fuerit à te locus,quem elegerit
dominus deus tuus,vt ponat nomen ſuum ibi, mactabis de
bobus tuis,& de pecudibus tuis,quas dederit dominus tibi,
quemadmodum præcepi tibi, & comedes intra portas tuas
D ſecundum omne deſyderium animæ tuæ. Verũtamẽ quẽad-
modũ comeditur caprea,& ceruus,ſic comedes eam. Immun
dus,& mundus pariter comedes eam. Tantum robora te, vt
non comedas ſanguinẽ,quia ſanguis eſt anima, & non come-
des animam cum carne. Non comedes eum , ſuper terram
effundes eum ſicut aquam. Non comedes eum,vt bene ſit ti-
bi,& filiis tuis poſt te,cum feceris quod rectũ eſt in oculis do
mini. Sed ſanctificata tua,q̃ erunt tibi,& vota tua feres, & ve-
nies ad locum quẽ elegerit dominus:et facies holocauſta tua,
carnem & ſanguinem ſup altare domini dei tui,& ſanguis ſa-
crificiorum tuorũ effundetur ſuper altare domini dei tui , &
carnẽ comedes. Cuſtodi,& audi omnia verba iſta,q̃ ego prç-
cipio tibi,vt bene ſit tibi,& filiis tuis poſt te,uſque in ſeculum,
cum feceris bonum,& rectum in oculis domini dei tui. Cũ ex
ciderit dñs deus tuus gentes ad quas tu ingrederis, vt poſſi-
deas eas,à facie tua,& poſſederis eas,& habitaueris in terra ea
rum;caue tibi ne forte illaquees te poſt eas,poſtquã perierint
à facie tua,ne forte quæras deos earum,dicendo; Quomodo
coluerunt gentes iſtæ deos ſuos,faciam ſic etiam ego. Non fa
cies ſic dño deo tuo. Nã oẽm abominationẽ dñi,quam odio
habuit,fecerũt diis ſuis;quia etiam filios ſuos,& filias ſuas cõ-
buſſerunt igni diis ſuis. Omne qđ ego præcipio vobis, cuſto
dietis,vt faciatis. Nõ addes ſuper illud neque diminues ex eo.

¶[redacted] CAP. XIII.

SI ſurrexit in medio tui propheta,vel ſomnians ſomnium,
A & dederit tibi ſignum,vel portentum:& venerit ſignum,
& portẽtum,quod locutus eſt tibi,dicẽdo: Eamus poſt deos
alienos,quos non noſti,& colamus eos:non obedies verbis
prophetæ illius,vel ſomniãtis ſomnium illud;quia tentat do-
minus deus veſter vos,vt ſciat an diligatis dominum deum
veſtrum toto corde veſtro,& tota anima veſtra. Poſt domi-
num deum veſtrum ambulabitis,& ipſum timebitis,& præ-
cepta eius cuſtodietis,& voci eius obedietis,& eum coletis,et
B ei adhærebitis. Et propheta ipſe,vel ſomnians ſomniũ illud,
morietur:quia locutus eſt [a] ſermonem declinare facientem cõ a uerbum peruerſum.
tra dominum deum veſtrum,qui eduxit te de terra Aegypti,
& redemit te de domo ſeruorũ,vt propelleret te de via quã
præcepit tibi dominus deus tuus,vt ambulares per eã,& au-
feres malum è medio tui. Si incitauerit te frater tuus,filius ma
tris tuæ,vel filius tuus,vel filia tua,vel vxor ſinus tui,vel ami-
cus tuus,qui eſt ſicut anima tua clam dicendo: Eamus & co-
lamus deos alienos,quos non noſti tu,& patres tui, dedi diis
populorum,qui ſunt in circuitibus veſtris,qui propinqui ti-
tibi,vel longinqui à te,ab extremo terræ vſque ad extremum
terræ:nõ acqeſces ei,neque obedies ei,nec parcet ocul⁹ tu⁹ ei,
neque indulgebis,neque operies eum,ſed occidendo occides
C eum. Manus tua erit in eo prius,vt mori facias eum,& manus Infra.17.b
omnis populi poſtea. Et lapidabis eum lapidibus, & morie-
tur:quia quæſiuit expellere te à domino deo tuo, qui eduxit
te de terra Aegypti,de domo ſeruorum. Et omnis Iſrael au-
dient,& timebunt,& non addent,vt faciant ſecundum rem
malam iſtam in medio tui. Si audieris in vna vrbium tuarũ,
quam dominus deus tuus dat tibi,vt habites ibi,dicendo: E- b Belijaal
greſſi ſunt homines filij [b] impietatis,è medio tui,& impulerũt
habitatores vrbis ſuæ,dicendo: Eamus,& colamus deos alie-
nos,quos non noſtis,quæres,& inueſtigabis,& interrogabis
diligenter. Et ſi veritas eſt,rectum eſt verbũ,facta eſt abomina
tio iſta in medio tui:percutiendo percuties habitatores ciuita
D tis illius acie gladij perdendo eam,& omnia quæ in ea ſunt,&
animal eius acie gladij. Et omne ſpolium eius congregabis ad
medium plateæ eius,& combures igni ciuitatẽ,& omne ſpo-
lium eius totum,domino deo tuo erit,& erit tumulus perpe
tuus non ædificabitur amplius. Et non adhærebit manui tuç
quicquam de anathemate,vt auertatur dominus ab ira furo-
ris ſui,& det tibi miſericordias,& miſereatur tui,& multipli-
cet te,quemadmodum iurauit patribus tuis: cum obedieris
voci domini dei tui,vt cuſtodias omnia præcepta eius, quæ
ego præcipio tibi hodie, vt facias rectum in oculis domini
dei tui.

¶Non imitandus ritus gentium ſuper mortuis. quæ animalia ad
eſum munda ſint,quæ immunda.

CAP. XIIII.

A FIlij eſtis domini dei veſtri,non incidetis vos,neq; pone-
tis caluitium inter oculos veſtros ſuper mortuũ. Popu-
lus eñ ſanctus es dño deo tuo,& te elegit dñs, vt ſis ei in po- Supra.7.a.
pulum peculiarẽ præ omnibus populis,qui ſunt ſuper faciẽ Infra.26.d.
terræ. Non comedes omnem abominationem. Hoc eſt ani- Leuit.11.a.
mal quod comedetis. Bouem,agnum ouiũ,& hœdum capra d bouem ſylueſtrem
rum. Ceruum,& capream,& bubalum,& hircum ſylueſtrẽ,
& pygargum,& [c] orygem,& capram rupiculam:et omne ani
mal findens vngulam,& findens fixurã duarũ vngularũ, ru-
minationẽ aſcẽdere faciens inter animalia illud comedetis. Ve
runtamẽ hoc non comedetis ex aſcendere facientibus, rumi-
nationem,& ex findentibus vngulam diuiſam,camelũ, & le-
porem,& choerogryliũ,quia aſcendere faciunt ruminationẽ,
& vngulam non diuidunt,immunda ſunt vobis. Et porcus
quia findit vngulam,& nõ ruminat,immundus eſt vobis. De
B carne eorũ nõ comedetis,& cadauer eorũ nõ cõtingetis. Hoc
comedetis ex omnibus,quæ ſunt in aqua. Omne cui eſt pinnu
la,& ſquama comedetis,& omne cui non eſt pinnula,& ſqua-
ma non comedetis,immundũ eſt vobis. Omnẽ auẽ mundam
comedetis,& hæc ſunt ex quibus non comedetis: aquilam, &
gryphũ,& halyetũ,& ixion,& vulturẽ,& miluũ ſecundũ ſpe-
ciem ſuam,& oẽm coruum ſecũdũ ſpeciem ſuã,& filiam ſtru-
tionis,& noctuam,& larum,& accipitrem ſecũdum ſpeciem
ſuam,& herodium,& ibin,& cignum,& pellicanum,& por-
phyrionem,& mergulum,ciconiam,& caradryon ſecũdum
ſpeciem ſuam,& vpupam,& veſpertilionem,& omne repti-
le volatile immũdum eſt vobis,nõ comedet. Oẽm auẽ mũdã
C comedetis. Non comedetis omne cadauer. Peregrino , q eſt

intra portas tuas,dabis illud,& comedet illud,vel vende alie
nigenæ,populus enim ſanctus es domino deo tuo.Non co-
Exodi.23.c.&.34.d. ques hœdum in lacte matris ſuæ.Decimam dando,decimam
dabis omnis fructus ſeminis tui,qui egreditur ex agro annua
tim.Et comedes coram domino deo tuo,in loco quem elege
rit,vt habitare faciat nomen ſuū ibi,decimam frumēti tui,vi-
ni tui,& olei tui,& primogenita boum tuorū,& pecudū tua
rum,vt diſcas timere dominum deum tuum omnibus die-
bus.Et ſi maior fuerit via,quàm vt poſſis ferre eam, quia di-
ſtat à te locus,quem elegerit dominus deꝰ tuus,vt ponat no-
men ſuum ibi,cum benedixerit tibi dominus deus tuꝰ,dabis
D in pecunia,& ligabis pecuniam in manu tua,& ibis ad locum
quem elegerit dominus deus tuus.Et dabis pecuniam ſecun-
dum omnia quæ deſyderat anima tua de bobus,& de pecudi
bus,& de vino,& de Sechar,& de omnibus quæ poſtulaue-
rit à te anima tua.Et comedes ibi coram domino deo tuo,&
lætaberis tu,& domus tua.Et Leuitā q eſt intra portas tuas,
non derelinques,quia non eſt ei pars,& hæreditas tecum. In
fine trium annorum educes omnem decimam fructus tui an
no ipſo,& repones intra portas tuas,& veniet Leuita,q ạ nō
eſt ei pars,& hæreditas tecum,& peregrinus,& pupillus,et vi
dua,qui ſunt intra portas tuas,& comedent,& ſaturabuntur
vt benedicat tibi dominus tuus in omni opere manus tuæ,
quod facies.

¶Remiſſio debitorum anno ſeptimo. [redacted]
Primogenitorum delectus.
CAP. XV.

A IN fine ſeptem annorum facies remiſſionē.Et hæc eſt res re
miſſiōis,vt remittat omnis vir,qui mutuat manu ſua.Qui
a amico. mutuauerit[a] proximo ſuo nō exiget à proximo ſuo,& fratre
ſuo,quia vocauit remiſſiōem domino.Ab alienigena exiges,
& quod fuerit tuum fratri tuo remittet manus tua,intantum
ꝙ non erit in te mēdicus.Quia benedicēdo benedicet tibi do
minus in terra,quam dominus deus tuus dat tibi in hæredita
tem,vt poſſideas eam:duntaxat ſi obediendo obedieris voci
dn̄i dei tui,vt cuſtodias,vt facias oē pceptū iſtud,qdꝰ ego præ
cipio tibi hodie:quia dn̄s deus tuus bn̄dixit tibi,quēadmodū
locutꝰ eſt tibi.Et mutuabis gētibꝰ multis,& tu nō capies mu-
tuum,& dominaberis gentibus multis,& tibi non domina-
B buntur.Si fuerit in te mendicus vnus è fratribus tuis,intra v-
nam è portis tuis in terra tua,quam dominus deus tuus dat
tibi,non indurabis cor tuum,neq; claudes manum tuam à fra
tre tuo mendico:ſed aperiēdo aperies manum tuā ei,& mu-
Lucæ.6.c. Matth.5.g. tuando mutuabis ei,quantum ſufficit defectui eiꝰ, quod defe
cerit ei.Caue tibi ne forte ſit quidpiā cum corde tuo,cum im
pietate,dicēdo:Appropinquauit annus ſeptimus, annus re-
miſſionis & malignetur oculus tuus contra fratrem tuū men
dicum,& non des ei,& clamabit cōtra te ad dominum,et erit
in te peccatum.Dando dabis ei,& non malignabitur cor tuū
cum dederis ei.Quia huius rei gratia benedicet tibi dominus
deus tuus in omnibus operibus tuis,& in omnibꝰ in quibus
mittes manum tuam. non enim ceſſabit mendicus de medio
terræ.Idcirco præcipio tibi,dicendo:Aperiendo aperies ma
Exod.21.a. Iere.34.c. num tuā fratri tuo,pauperi tuo,& mendico tuo in terra tua.
C Si vendiderit ſe tibi frater tuus Hebræus, vel Hebræa, &
ſeruierit tibi ſex annis,anno ſeptimo dimittes eum liberum à
te.Et ſi dimiſeris eum liberum à te,non dimittes eum vacuū.
Onerando onerabis eum.De pecudibus tuis,& de frumento
areæ tuæ,& de vino torcularis tui,in quibus benedixerit tibi
dominus deus tuus,dabis ei.Et recordaberis quod ſeruꝰ fui-
ſti in terra Aegypti,& redemit te dominus deus tuus.Idcirco
ego præcipio tibi hoc hodie. Et erit,ſi dixerit tibi, non egre-
diar à te,quia dilexit te,& domum tuam,quia bonum eſt ei te
cum:capies ſubulam, & pones in aure eiꝰ,& in ianua, & erit
tibi ſeruus in ſeculum. Et etiam ancillæ tuæ facies ſic. Non
ſit durum in oculis tuis,cum dimiſeris eum liberum à te,quia
duplex eſt merces mercenarij.Seruiuit tibi ſex annis,& benedi
cet tibi dominus deus tuus in omnibꝰ quæ feceris.Omne pri

D mogenitum quod naſcetur è bobus tuis,& è pecudibus tuis,
maſculum ſanctificabis domino deo tuo.Non operaberis in
primogenito bouis tui,neque tondebis primogenitum pecu
dum tuarum.Coram domino deo tuo comedes eum annua Leuit.22.c. Eccl.35.b.
tim,in loco quem elegerit dominus,tu & familia tua.Et ſi fue
rit in eo macula,vel claudus,vel cæcus,oīs macula mala, nō
ſacrificabis eum domino deo tuo.Intra portas tuas comedes
eum,immundus,& mundus pariter,ſicut capreā,& ſicut cer
uum.Tantummodo ſanguinem eius non comedes,ſuper ter
ram fundes eum ſicut aquam.

¶De Peſach & pentecoſte,& tabernaculorum ſolennitate. Qua-
les magiſtratus conſtituendi.
CAP. XVI.

A OBſerua menſem[a] Iulij, & fac Peſach domino deo tuo, a primitiuorum, uirotis frugum, id eſt,aprilis.
qa in menſe Iulij eduxit te dn̄s deꝰ tuꝰ ex Aegypto no-
cte.Et ſacrificabis Peſach domino deo tuo de pecudibus, &
bobus in loco quem elegerit dominus,vt habitare faciat no-
men ſuum ibi.Nō comedes cū eo fermentatum.Septē diebus
comedes cum eo infermentata panem afflictionis: quia feſti-
nanter egreſſus es è terra Aegypti,vt memineris diei quo e-
greſſus es è terra Aegypti,omnibus diebus vitæ tuæ. Et non
conſpicietur tibi fermentatum in omni termino tuo ſeptem
diebus,neque pernoctabit de carne quam ſacrificabis in ve-
ſpera,die primo,vſque mane.Non poteris ſacrificare Peſach
B intra vnam è portis tuis,quas dominus deus tuus dat tibi:ſed
in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitare faciat
nomen ſuum ibi,ſacrificabis Peſach in veſpera occumbente
ſole,tēpore quo egreſſus es ex Aegypto.Et aſſabis,& come-
des in loco quem elegerit dominus deus tuus,& vertes te ma
ne,& ibis in tabernacula tua.Sex diebus comedes infermenta
ta,& die ſeptima erit ſolennitas domino deo tuo , non facies
opus.Septem hebdomadas numerabis tibi.Quum inceperit
falx eſſe in ſegete,incipies numerare ſeptem hebdomadas. Et
facies ſolennitatē,hebdomadarum domino deo tuo. Secun-
dum ſufficientiū ſpontaneæ manus tuæ erit quod dabis,quē-
admodū benedixerit tibi dn̄s deus tuus.Et lætaberis corā do
mino deo tuo,tu,& filius tuus,& filia tua , & ſeruus tuus,&
ancilla tua,& Leuita,qui eſt intra[b] portas tuas,& peregrinus, b urbes
& pupillus,& vidua qui ſunt in medio tui,in loco quem ele-
C gerit dominus deus tuus,vt habitare faciat nomen ſuum ibi.
Et recordaberis ꝙ ſeruus fuiſti in Aegypto,& cuſtodies,& fa
cies ſtatuta hæc.Solennitatem tabernaculorum facies tibi ſe-
ptem diebus,dū collegeris tu de area tua,et de torculari tuo.
Et lætaberis in ſolennitatē tua,tu,& filius tuus,& filia tua, &
ſeruus tuus,& ancilla tua,& Leuita,& peregrinꝰ,& pupillus,
& vidua,qui ſunt intra portas tuas.Septem diebus ſolennita
tem celebrabis domino deo tuo,in loco quem elegerit domi
nus,quum benedixerit tibi dominus deus tuus in cūctis frugi
bus tuis,& in omni opere manuum tuarū,& fueris etiā lætus.
Tribus vicibus in anno conſpicietur omnis maſculꝰ tuus co-
ram domino deo tuo,in loco quem elegerit,in ſolēnitate in-
D fermentatorum,& in ſolennitate hebdomadarum,& in ſolē-
nitate tabernaculorum,& non conſpicietur coram domino Exo.23.b.&34.c.
vacuus.Vnuſquiſque ſecundum donum manus ſuæ,ſecundū Eccl.16.d.
benedictionem domini dei tui,quam dedit tibi.

¶Vitioſa hoſtia,nō offerenda,pœna idololatriæ,ambigua ſentētia ad ſummos iudices
defferenda,plectendus rebellis, inſtitutio regis.
CAP. XVII.

IVdices,& præfectos pones tibi in omnibus[c] portis tuis, c urbibus ſeu intra oēs portas tuas.
quas dominus deus tuus dat tibi in tribubus tuis,& iudi-
cabunt populum iudicio iuſtitiæ.Non peruertes iudicium, Supra 1.c. Leuit.14.c
non agnoſces perſonam,neque capies munus:quia munus ex Exod.32.a.
cæcat oculos ſapientum,& deſtruit verba iuſtorum. Iuſtitiā, Eec.20.d.
iuſtitiam ſequeris,vt viuas,& poſſideas terram quam domi-
nus deus tuus dat tibi.Non plantabis tibi lucum,omnem ar
borem apud altare domini dei tui,quod facies tibi,neque eri-
ges tibi ſtatuam,quam odio habet dominus deus tuus.Non
ſacrificabis domino deo tuo bouem,& pecus paruū,in quo
fuerit macula,omnem rem malam,quia abominatio domini
dei



dei tui eſt.Si inuentus fuerit in medio tui,intra vnam è portis
[..]ibus tuis quas dominus deus tuus dat tibi ,vir vel mulier qui fece
rit malum in oculis domini dei tui , tranſgrediendo pactum
eius,& prexerit,& coluerit deos alienos,& incuruauerit ſe eis,
& ſoli,vel lunæ,vel omni militiæ cœli,quod nō præcepi,et nū
ciatum fuerit tibi,& audieris,& inquiſieris diligenter, & ecce
eſt veritas,rectum eſt verbum,facta eſt abominatio iſta in Iſ-
B rael:educes virum ipſum,vel mulierem ipſam,qui fecerūt ma
Matt.18.b. lum hoc ad portas tuas,virum vel mulierem,et lapidabis eos
2.Cor.13.a. lapidibus,& morientur:In ore duorum teſtium vel trium te-
Supra.13.c. ſtium,occidetur occidēdus.Non morietur in ore teſtis vniꝰ.
Manus teſtium erit contra eum prius,ad interimēdum eum,
& manus vniuerſi populi poſtea,& auferes malū è medio tui.
Si latuerit tibi aliquid in iudicio inter ſanguinē , & ſanguinē:
inter cauſam,& cauſam:& inter plagā,& plagā:res cauſarū in
tra portas tuas,ſurges,& aſcendes ad locum,quē elegerit dn̄s
deus tuꝰ;& venies ad ſacerdotes Leuitas,& ad iudicē q erit in
diebus ipſis,& quæres,& indicabunt tibi rem iudicij:& facies
ſecundum ſermonem verbi,quod annunciabunt tibi è loco
ipſo,quem elegerit dominus,& cuſtodies faciendo iuxta oīa,
quæ docebunt te.Iuxta ſermonem legis quē docebūt te,& ſe
cundum iudicium quod dicent tibi,facies.Non declinabis à
C verbo,quod annunciabūt tibi,ad dexteram, & ad ſiniſtram.
Et vir,qui fecerit per ſuperbiam,vt non obediat ſacerdoti, q
ſtat ad miniſtrandum ibi coram domino deo tuo, vel iudici,
morietur vir ipſe,& auferes malum ex Iſrael.Et omnis popu-
lus audient,& timebunt,& non ſuperbe agent amplius.Cum
ingreſſus fueris terram,quam dominus deus tuus dat tibi, &
poſſederis eam,& habitaueris in ea,& dixeris:Ponam ſup me
regem ſecundū omnes gentes,quæ ſunt in circuitibus meis:
ponendo pones ſuper te regem,quem elegerit dominus deus
tuus.E medio fratrum tuorum,pones ſuper te regem.Nō po
teris ponere ſuper te virum alienigenam,qui nō ſit frater tuꝰ.
D At ille nō multiplicabit ſibi equos,neque reducet populū in
Aegyptum,vt multiplicet equos:& dominꝰ dixit vobis:Nō
addetis,vt reuertamini per viam iſtam amplius.Et non mul-
tiplicabit ſibi vxores,neque declinabit cor eius,& argentum,
& aurum non multiplicabit ſibi valde.Et erit, quando ſedet
ſuper ſolium regni ſui,ſcribet ſibi exemplar legis huiꝰ in libro
coram ſacerdotibꝰ Leuitis.Et erit ſecum,& leget in eo,oībus
diebꝰ vitæ ſuæ,vt diſcat timere dominum deū ſuum,vt cuſto
diat omnia verba legis iſtius,& ſtatuta iſta,vt faciat ea:Vt nō
eleuetur cor eius ſuper fratres ſuos,neq; declinet à præcepto,
ad dexteram,& ad ſiniſtram,vt prolonget dies ſuper regnum
ſuum ipſe,& filij eius in medio Iſrael.

¶Leuitis nulla datur poſſeſſio.De fugienda omni Idololatria. De ſu
ſcitādo ꝓpheta Chriſto.De pſeudopropheta interficiendo.
CAP. XVIII.

A NOn erit ſacerdotibus Leuitis,omni tribui Leui pars,
& hæreditas cum Iſrael.Oblationes domini,& hære-
Supra.10.b. Nu.18 c.d. 1.Cor.9.b. ditatem eius comedent.Et hæreditas non erit ei in medio fra-
trum ſuorum.Dominus eſt hæreditas eius,quemadmodum
locutus eſt ei.Et hoc erit iudicium ſacerdotum à populo,â ſa
Num.18.c. crificantibus ſacrificium,ſiue bouē,ſiue pecus paruū,dabis ſa
cerdoti brachium,& maxillas,& ſtomachū.Primitias frumē-
ti tui,vini tui,& olei tui,& primitias velleris ouium tuarū da
bis ei.Ipſum enim elegit dominus deus tuus è cūctis tribubus
tuis,vt ſtet ad miniſtrandum nomini domini,ipſe,& filij eius,
b urbium tuarum omnibus diebus.Et ſi venerit Leuita ex aliqua[b] è portis tuis,
ex omni Iſrael,vbi ipſe peregrinatur,& venerit toto deſyde-
B rio animæ ſuæ ad locum quem elegerit dominus,miniſtrabit
in nomine domini dei ſui,vt omnes fratres eius Leuitæ, qui
manent ibi coram domino.Partem[c] vt partem comedent,
c id eſt, æqualiter præter venditiones eorum factas patribus.Cū ingreſſus fue-
ris terram,quam dn̄s deus tuus dat tibi,non diſces, vt facias
ſecundum abominationes gentium ipſarum . Non inuenia-
Leui.20.d. tur in te,qui tranſire faciat filium ſuum,& filiam ſuam p ignē,
diuinans diuinationes,præſtigiator,& augur,& maleficus: et

C incantans incantationem,& interrogans pythonem, & ma-
gus,& quærens à mortuis.Abominatio enim domini eſt oīs 1.Reg.18.a.
qui facit hæc,& propter abominationes iſtas dominus deus
tuus eiicit eas à facie tua.Perfectꝰ eris cum domino deo tuo.
D Gentes enim iſtæ quas poſſides,ab hariolis,& diuinis audiūt:
Sed non ſic dedit tibi dominus deus tuus.Prophetam è me-
dio tui è fratribus tuis ſicut ego ſum,ſuſcitabit tibi dominus
deus tuus,ei obedietis.Secundū omnia quæ poſtulaſti à dn̄o
deo tuo in Choreb,in die congregationis,dicendo:Non ad-
dam,vt audiam vocem domini dei mei,& ignem magnum
iſtum non videbo amplius,& non moriar.Et dixit dominus
ad me:Bona ſunt quæ locuti ſunt. Prophetam ſuſcitabo eis Iohan.1.g.
de medio fratrum eorum, ſicut tu es, & ponam verba mea Acto.3.d.&.7.d.
in ore eius,& loquetur ad eos omnia,q̄ ego præcepero ei.Et Exod.20.d.
erit,vir qui non obedierit verbis meis,quæ loquetur in no-
mine meo,ego requiram ab eo.Veruntamen propheta, qui
ſuperbè egerit,vt loquatur verbū in nomine meo,quod non
præcepi ei,vt loqueretur,& qui loquetur in nomine deorū
alienorum,morietur propheta ipſe.Et ſi dixeris in corde tuo,
quomodo ſciemus verbum,quod non locutus eſt dominus?
Quod loquetur propheta in nomine domini,& non erit ver
bum,& non veniet,eſt verbum quod non locutus eſt domi-
nus,per ſuperbiam locutus eſt ipſum propheta,non timebis
ab eo.

¶De ciuitatibus refugij ob homicidium,de pœna falſi teſtis.
CAP. XIX.

A CVm excidere fecerit dominus deus tuus gentes, quarū
dominus deus tuus dat tibi terram,& poſſederis eas,
& habitaueris in vrbibus earum,& in domibus earum. Tres Num.35.b. Ieho.20.a.
vrbes ſeparabis tibi in medio terræ tuæ,quam dominꝰ deus
tuus dat tibi,vt poſſideas eam.Parabis tibi viam , & in tres
partes diuides terminum terræ tuæ,quam hæreditate accipe
re faciet te dominus deus tuꝰ,& erit,vt fugiat illuc omnis ho-
micida.Et hæc eſt res homicidæ,qui fugiet illuc,& viuet.Qui
percuſſerit[a] proximum ſuum ignoranter,& ipſe nō odio ha- a amicum
bebat eum ab heri,& nudiuſtertius,& qui ingreſſus fuerit cū
proximo ſuo ſyluam ad cædendum ligna:& cum impulerit
manus eius ſecurim ad cedendum lignum, reſilierit ferrum è
ligno,& inuenerit proximum ſuum,& moriatur, ipſe fugiet
ad vnam vrbium iſtarum,& viuet,ne forte inſequatur ꝓpin
B quus ſanguinis homicidam,cum incaluerit cor eius,& appre
hendat eum,ſi multa fuerit via,& percutiat animam eius, cui
non eſt iudicium mortis,quia non odio habebat eum ab he-
ri,& nudiuſtertius.Idcirco ego præcipio tibi,dicendo:tres ci
uitates ſeparabis tibi.Et ſi dilatare fecerit dominus deus tuus
terminum tuum,quēadmodum iurauit patribus tuis, & de-
derit tibi omnem terram,quam locutus eſt, vt daret patribꝰ
C tuis.Si cuſtodieris omne præceptum illud,quod præcipio ti
bi hodie,vt diligas dominum deum tuum,& ambules in viis
eius omnibus diebus,addes tibi adhuc tres ciuitates ſup tres
iſtas.Et non effundetur ſanguis innocens in medio terræ tuę,
quam dominus deus tuus dat tibi in hæreditatem, & ſit ſup
te ſanguis.Et ſi fuerit quiſpiam odio habens proximum ſuū, Num.35.c.
& inſidiatus fuerit ei,& ſurrexerit contra eū,& percuſſerit a-
nimam , & mortua fuerit , & fugerit ad vnam è ciuitati-
bus iſtis: mittent ſeniores ciuitatis illius , & capient eum in-
de , & dabunt eum in manu propinqui ſanguinis , & mo-
rietur.Non parcet oculus tuus ei, & auferes ſanguinem no-
xium ex Iſrael,& bene erit tibi.Non transferes terminum pro
ximi tui,quem terminauerunt primi in hæreditate tua,quam
hæreditate accipies in terra,quam dominus deus tuus dat ti-
D bi,vt poſſideas eam.Non ſtabit teſtis vnus contra virum in
omni iniquitate, & in omni peccato, in omni peccato quod Sup.17.b.
peccauerit.In ore duorum teſtium,vl' in ore triū teſtiū ſtabit Matt.18.b. Iohan. 8.c.
verbū.Si ſteterit teſtis mēdacij contra virū ad teſtificandū cō- 2.Cor.13.a.
tra eū verbū pverſum,ſtabūt ambo homines,quibꝰ eſt lis co Heb.10.c.
ram dn̄o,coram ſacerdotibus,& iudicibus qui erunt in die- Dan.13.g.

bus ipſis,& inquirent iudices diligenter,& ecce ſi teſtis mēdax teſtis fuit,mendacium teſtificatus eſt contra fratrem ſuũ, facietis ei,quemadmodũ cogitauit facere fratri ſuo,& auferes malum è medio tui.Et qui remanſerint,audient,& timebunt, & non addent,vt faciant amplius ſecundum malum hoc in medio tui.Et non parcet oculus tuus,animam ꝓ anima,oculũ ꝓ oculo,dentem pro dente,manũ ꝓ manu,pedem pro pede. *Matth.5.f. Exod.21.c.*

¶Qui ad bella procedere debeant,ius belli in expugnãdis urbibus.

CAP. XX.

A CVm egreſſus fueris ad bellum contra inimicos tuos,et videris equos,& currus,populum maiorem te, ne timeas ab eis,Dominus enim deus tuus eſt tecum,qui aſcendere fecit te de terra Aegypti.Erit,cum appropinquaueritis ad bellum,accedet ſacerdos,& loquetur ad populum,et dicet ad eos;Audi Iſrael,eſtis propinqui hodie bello contra inimicos veſtros,ne molleſcat cor veſtrum,ne timeatis, & ne paueatis, & ne formidetis à facie eorum.Quia domin⁹ deus veſter ambulat B vobiſcum,vt pugnet pro vobis cum inimicis veſtris, vt ſeruet vos.Et loquentur præfecti ad populũ,dicēdo:Quis eſt vir qui ædificauit domũ nouã,& non[a] dedicauit eam: vadat,& reuertatur ad domũ ſuam,ne forte moriatur in prelio, & vir alius dedicet eam.Et quis eſt vir qui plantauit vineam, & non[b] prophanauit eam?Vadat & reuertatur ad domũ ſuã ne forte moriatur in prælio,et vir alius prophanet eam.Et qs eſt vir qui deſponſauit vxorem,& non accepit eam?Vadat,et reuertatur ad domũ ſuã,ne forte moriatur in prælio,& vir alius accipiat eam,Et addent præfecti loqui ad populum,& dicent;Quis eſt vir timid⁹,& tener corde?Vadat,& reuertatur ad domum ſuam,& non diſſoluat cor fratrum ſuorum,ſicut cor ſuum.Et erit,cum compleuerint præfecti loqui ad populum,conſtituent principes exercitu in capite populi.Cum appropinquaueris C ad ciuitatem,vt pugnes contra eam, & clamaueris ad eam pacem,& erit,ſi pacem reſpõderit tibi,& aperuerit tibi,erit,oīs populus reptus in ea,erũt tibi tributarij,& ſeruiēt tibi.Et ſi nõ pacem fecerit tecũ,ſed fecerit tecũ præliũ, obſidebis eam.Et dabit eam dominus deus tuus in poteſtate tua,& percuties omnem maſculum eius acie gladij.Tantũ mulieres,& paruulos,& animalia,& omne quod erit in vrbe, & omnia ſpolia eius prædaberis tibi,& comedes ſpolia inimicorum tuorum,quæ dederit dominus deus tuus tibi.Sic facies omnibus vrbibus longinquis à te valde,quæ non de ciuitatibus gentium iſtarum ſunt.Sed de ciuitatibus populorũ iſtorum,quos dominus deus tuus dat tibi in hæreditatē,non viuificabis omnem animam,ſed perdendo perdes eas, Chitæum, D Emoræum,Chenahanæum, & Perizæum, Chiuuæũ, & Iebuſæum,quemadmodũ præcepit tibi dominus de⁹ tuus vt non doceant vos facere ſecundum omnes abominationes eorum,quas fecerunt diis ſuis ſuis,& peccetis domino deo veſtro.Si obſederis ciuitatem diebus multis pugnando aduerſus eam,vt capias eam,non diſperdes arbores eius, impellendo contra eas ſecurim:quia ex illius fructibus comedes,et ipſas non ſuccides.[c] Eſt enim vt homo,arbor agri,vt veniat à facie tua in obſidionē?Sed arborem quam noſti non eſſe arborē cibi,diſperdes,& ſuccides,& ædificabis munitionem aduerſus ciuitatem,quæ facit tecum prælium donec domineris ei.

*1.Ma.3.g.* *a initiauit,ſi ue aptauit,lo cos i ea diſpo nēdo ad com modam habi tationem.* *b vindemia uit,tunc.n.vſu ſto maculatur.* *Iudic.7.a.* *c An eſt ut ho mo,arbor agri,ꝗ eat cõtra te in obſidione illa?*

¶Expiatio hominis mortui,cuius ignoratur occiſor.Quomodo ducenda captiua.Ius primogeniturræ.Pœna filij inobedientis.

CAP. XXI.

A SI repertus fuerit occiſus in terra quam dominus de⁹ tuus dat tibi,vt poſſideas eam,iacens in agro,nec ſcitum fuerit quis percuſſerit eum,egrediētur ſeniores tui,& iudices tui, & metiētur vſque ad ciuitates,quæ ſunt in circuitibus occiſi. Et erit,ciuitatis propinquæ occiſo,capient ſeniores ciuitatis ipſius vitulam bouis,cum qua non eſt agricolatum,quæ non traxit iugum.Et deſcendere faciēt ſeniores ciuitatis ipſius vitulam ad vallem aſperam in qua non eſt agricolatum, neq; ſatum,& auferent ceruicem ibi vitulæ in valle.Et accedent ſacerdotes filij Leui,quia eos elegit dominus deus tuus ad miniſtrandum ſibi,& ab benedicendum in nomine domini, & B iuxta ſermonem eorum erit omnis lis,& omnis plaga.Et oēs ſeniores ciuitatis ipſius quæ propinqua eſt occiſo,lauabunt manus ſuas ſuper vitulam abſciſſam habentem ceruicem in valle:& loquentur,& dicent:Manus noſtræ non effuderũt ſanguinem iſtum,& oculi noſtri non viderunt: expia populum tuum Iſrael quem redemiſti domine,& ne des ſanguinē innocētē in medio populi tui Iſrael:& expiabuntur à ſanguine. Et tu auferes ſanguinē innocentem è medio tui,ſiquidem feceris quod rectum eſt in oculis domini.Si egreſſus fueris ad bellũ contra inimicos tuos,& dederit eos dominus deus tu⁹ in manu tua,& captiuam duxeris captiuitatem eius,& videris in captiuitate mulierem pulchram forma,& complacueris in ea, & capere volueris tibi in vxorem,introduces eam in medium C domus tuæ,& radet caput ſuum,& aptabit vngues ſuos, & remouebit veſtimētum captiuitatis ſuæ à ſe,& manebit in domo tua,& flebit patrem ſuum,& matrem ſuam per menſem dierum,& poſtea ingredieris ad eam,& rem cũ illa habebis, & erit tibi in vxorem.Et erit,ſi non complacueris in ea,dimittes eam animæ ſuæ,& vendendo non vendes eam pecunia,neque abuteris ea,eò quòd humiliaſti eam.Si fuerint viro duæ vxores,vna dilecta,& altera exoſa, & pepererint ei filios dilecta,& exoſa,& fuerit filius primogenitus exoſæ;erit in die qua hæredes cõſtituet filios ſuos bonorum ſuorum, non poterit primogenitum conſtituere filium dilectę,ante filiũ exoſæ primogenitum. D Sed primogenitum filiũ exoſæ agnoſcet, vt det ei partes duas ex omni quod inuentum fuerit ei,Ipſe enim eſt principium fortitudinis eius.Eius eſt ius primogenituræ. Si fuerit viro filius declinans,& rebellis,non obediens voci patris ſui,& voci matris ſuæ,& corripuerint eum,& non paruerit eis,capient eum pater eius,& mater eius,& educent eũ ad ſeniores ciuitatis eius,& ad portam loci eius,& dicent ad ſeniores ciuitatis eius:Filius noſter iſte declinans,& rebellis eſt. Non eſt obediens voci noſtræ.Epulo, & potator eſt.Lapidabunt eum omnes homines ciuitatis eius lapidibus,& morietur,& auferes malum è medio tui,& omnis Iſrael audient, & timebunt.Et ſi fuerit in viro peccatum iudicij mortis,& interficiendus fuerit,& ſuſpenderis eum in ligno;non pernoctabit cadauer eius in ligno,ſed ſepeliendo ſepelies eum in die ipſa, quia ob maledictionem dei ſuſpenſus eſt:& non contaminabis terram tuam,quam dominus deus dat tibi in hæreditatē. *Gal.3.b.*

¶Res proximi ſeruanda.Veſtes iuxta cuiuſq; ſexum non mutandę.Res diuerſorum generum non miſcendæ.Pœna accuſantis vxorem iniuſte.Pœna adulterij & corruptæ virginis.

CAP. XXII.

A NOn videbis bouem fratris tui,vel pecus paruum eius aberrantes,& abſcondes te ab eis,Reducendo reduces eos ad fratrem tuum.Et ſi non fuerit propinquus frater tuus tibi,neque noueris eum,colliges ipſum,intra domum tuã,& erit tecũ donec requirat frater tuus,ipſum,& reſtitues ipſum ei.Et ſic facies aſino eius,& ſic facies veſtimento eius,& ſic facies omni amiſſæ rei fratris tui,quæ perierit ab eo, & inueniſti illam,non poteris occultare. Non videbis aſinum fratris tui,vel bouem eius,cubantes in via,& abſcondes te ab eis,erigendo eriges ſecum.Non erit inſtrumentum virile ſuper mulierem,neque induet vir veſtimentum muliebre,quia abominatio domini dei tui eſt, omnis faciēs hæc. Si occurrerit nidus auis coram te in via,in omni arbore,vel ſuper terram, pulli vel oua, & mater cubauerit ſuper pullos, vel ſuper B oua,non capies matrem cum filijs.Dimittendo dimittes matrem,& filios capies tibi,vt bene ſit tibi,& prolongare facias dies.Si ædificaueris domum nouam,facies[a] murum per circuitum tecto tuo,& non pones ſanguinem in domo tua,ſi ceciderit cadens ex eo.Non ſeres vineam tuam diuerſis generibus rerum,ne forte[b] ſanctificetur plenitudo,ſemen quod ſeuiſti,& fructus vineæ.Non arabis cum boue,& aſino pariter. Non indues te panno mixto ex lana,& lino pariter.[c] Funiculos facies tibi in quatuor[d] angulis operimenti tui quo opies te.Si acceperit vir vxorem,& ingreſſus fuerit ad eam,& odio habuerit

*Exod.23.a.* *Exo.21.a.* *a tabulatum, quod caſũ ab alto īpediat.* *b polluat col lectio.* *Num.15.d.* *c Fimbrias, phylatteria.* *d eris*



habuerit eam,& impoſuerit ei occaſiones verborum,& eduxerit aduerſus eã nomē malũ,& dixerit:Vxorē hãc accepi, & acceſſi ad eã,& nõ inueni in ea virginitatē; capiet pater puellæ,& mater eius,& educent virginitatem puellæ ad ſeniores ciuitatis ad portam.Et dicet pater puellæ ad ſeniores: Filiam meam dedi viro huic in vxorem,& odio habet eam. Et ecce ipſe impoſuit occaſiones verborum,dicendo:Non inueni in filia tua virginitatem.Et iſta eſt virginitas filiæ meæ.Et expandent C veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis.Et capiēt ſeniores ciuitatis ipſius virum,& flagellabunt eum,& mulctabunt eum centũ argenteis,& dabunt patri puellæ,quoniam eduxit nomen malum contra virginem Iſrael,& ei erit in vxorē.Nõ poterit dimittere eam omnibus diebus ſuis,Et ſi veritas fuerit verbum hoc,& non inuenta eſt virginitas in puella,educēt puellam ad oſtium patris ſui,& lapidabunt eam homines ciuitatis eius lapidibus,& morietur,quia fecit prauitatem in Iſrael D fornicando in domo patris ſui,& auferes malũ è medio tui.Si repertus fuerit vir coiens cum muliere maritata marito,morientur, etiam ambo ipſi. Vir coiens cum muliere, & mulier,& auferes malum ex Iſrael.Si fuerit puella virgo deſponſata viro,& repererit eam vir in ciuitate,& coierit cum ea,educetis ambos ad portam ciuitatis eius,& lapidabitis eos lapidibus & morientur. Puellam, eò quòd non clamauit in ciuitute, & virum, eò quòd humiliauit vxorem proximi ſui,& auferes malum è medio tui. Et ſi in agro repererit vir puellam deſponſatam,& apprehenderit eam vir,& coierit cum ea,morietur ſolus vir,qui coiuit cum ea:et puellæ nõ facies quicquam.Non eſt puellæ peccatum mortis.Nã quēadmodum inſurgit vir contra proximum ſuũ,& occidit animam,ſic eſt res iſta.In agro enim reperit eam,clamauit puella deſponſata,& non fuit ſeruator ei.Si repererit vir puellã virginem,quæ non eſt deſponſata,& apprehenderit eam,& coierit cum ea,& inuenti fuerint,dabit vir coiens cũ ea patri puellæ quinquaginta argenteos,& ei erit in vxorem,eò quòd humiliauit eam.Non poterit dimittere eã omnibus diebus ſuis. Non capiet quiſpiam vxorem,patris ſui,neque diſcooperiet oram patris ſui.

*Leuſ.10.a.*

¶Qui admittendi in eccleſiam dei,Pollutio nocturna,Non fœnerandum,Votum ſeruandum.

CAP. XXIII.

A NOn ingredietur læſus attritione teſtium, vel membri abſciſſiōe in eccleſiam domini.Nõ ingredietur ſpurius eccleſiam domini.Etiam generatione decima, nõ ingredietur eccleſiam domini.Non ingredietur Hammonita,& Moabita eccleſiam domini.Etiam generatione decima non ingredietur eccleſiam domini vſque in ſeculum:eò quò non præuenerunt vos cum aqua,& pane in via,quando egreſſi eſtis ex Aegypto:et ꝗa mercede conduxit aduerſum te Bilham filiũ Behor de Pethor è Meſopotamia Syriæ,vt malediceret tibi. Et noluit dominus deus tuus audire Bilham,& conuertit dominus deus tuus tibi maledictionem in benedictionē,quia dilexit te dominus de⁹ tu⁹. Nõ q̃res pacē eorũ,& bonũ eorũ oībus B diebus tuis in ſeculũ.Non abominaberis Edomæũ, ꝗa frater tuus eſt.Non abominaberis Aegyptũ, quia peregrin⁹ fuiſti in terra eius.Filij qui naſcentur eis generatione tertia ingredientur eccleſiam domini.Si egreſſa fuerint caſtra contra inimicos tuos,caue ab omni re mala.Si fuerit in te vir ꝗ non fuerit mundus ob accidens noctis,egredietur extra caſtra,nõ ingredietur intra caſtra.Et erit. Cum declinauerit veſpera,labit ſe aqua,& cum occubuerit ſol ingredietur intra caſtra. Et locus erit tibi extra caſtra,& egredieris illuc.[a] Et paxillus erit tibi[b] ſuper arma tua.Et erit,quando ſedes extra,fodies eo, & reuerteris,& operies egeſta tua.Dominus enim deus tuus ambulat C per medium caſtrorum tuorum,vt eruat te,& det inimicos tuos coram te;ideo erunt caſtra tua ſancta, ne videat in te turpitudinem aliquam,& auertatur à te.Non trades ſeruum domino eius,qui confugit ad te à domino ſuo. Tecum manebit in medio tui,in loco quem elegerit intra vnam è portis tuis,ſicut placuerit ei.Non vim inferes ei.Non erit meretrx è filiabus Iſrael,neq; erit ſcortũ maſculũ è filijs Iſrael.Non introduces mercedē mere‐ricis,& precium carnis in domũ domini dei tui pro voto,quia abominatio domini dei tui vtrunq; eſt.Non fœnerabis fratri tuo, vſura pecuniæ,vſura D cibi,vſura omnis rei,quę fœnerabitur. Extraneo fœnerabis, & fratri tuo non fœnerabis,vt benedicat tibi dominus deus tuus in omnibus in quibus mittes man⁹ tuas ſuper terrã,ad quam ingrederis,vt poſſideas eam.Si voueris votum domino deo tuo non tardabis reddere illud,quia requirēdo requiret illud dominus de⁹ tuus à te,& erit in te peccatum.Et ſi defieris vouere, non erit in te peccatũ.Quod egreditur è labijs tuis cuſtodies, & facies, quēadmodum vouiſti domino deo tuo ſpontaneum,quod locutus es ore tuo.Si ingreſſus fueris vineam proximi tui,comede vuas ſecundum animam tuam ſatiando te,& in vaſe tuo non pones.Si ingreſſus fueris ſegetem proximi tui,decerpes ſpicas manu tua, & falcem non eleuabis in ſegetem proximi tui.

*Num.13.a.* *Num.22.a.* *a ad excernē dum ſcilicet.* *b cum inſtru mētis tuis.*

¶Permiſſio repudij.Indulgentia nuper coniugati.Quomodo accipiendũ pignus. Non detinenda merces.Reliquæ frugum pauperibus relinquēdæ.

CAP. XXIIII.

A SI acceperit vir vxorem,& coierit cum ea,erit,ſi non inuenerit gratiam in occulis eius,quia inuenit in ea turpitudinem aliquam,ſcribet ei libellũ repudij, & dabit in manu ei⁹, & dimittet eam è domo ſua,& egredietur è domo ei⁹, & perget,& erit viro alteri.Et ſi odio habuerit eam vir alter,ſcribet ei libellum repudij,& dabit in manu eius,& dimittet eã è domo ſua,vel ſi mortuus fuerit vir alter,qui acceperat eam ſibi in vxorem,non poterit maritus eius prior,qui dimiſerat eam iterum capere eam,vt ſit ſibi in vxorem,poſtquã polluta eſt: B quia abominatio eſt coram domino,& non pollues terram, quã dominus deus tuus dat tibi in hęreditatem.Si acceperit vir vxorem nouam,non egredietur ad bellum,neq; tranſibit ſuper eum quicquam:immunis erit in domo ſua anno vno, & lętificabit vxorem ſuam quam accepit.Nemo capiet pro pignore[a] metam & catillum:quia animam ipſe accipit pro pignore.Si repertus fuerit vir furans animam è fratribus ſuis è filijs Iſrael,& negotiatus fuerit de eo,& vendiderit eum,morietur fur ipſe,& auferes malum è medio tui.Caue tibi à plaga lepræ,vt cuſtodias valde,& facias ſecundum omnia quæ docebunt vos ſacerdotes Leuitæ.Quemadmodum præcepi C eis cuſtodietis,vt faciatis.Memento quæ fecit dominus deus tuus ipſi Miriam in via,quando egreſſi eſtis ex Aegypto. Si mutuaueris proximo tuo mutuum aliquid, non ingredieris domum eius ad capiendũ pignus eius,foris ſtabis,& vir cui mutuaſti,educet ad te pign⁹ foras.Et ſi vir pauper fuerit, nõ dormies cum pignore eius.Reddendo reddes ei pignus cum occubuerit ſol,& dormiet in veſtimento ſuo,& benedicet tibi,& tibi erit iuſtitia coram domino deo tuo.Non vim inferes mercenario pauperi,& mendico tam de fratribus tuis,q̃ de peregrinis tuis,qui ſunt in terra tua,intra portas tuas. In die eius dabis mercedem eius.Nõ occumbet ſuper eam ſol, ꝗa paup eſt,& cũ ea ſuſtentat aīam ſuã,& nõ clamet contra te ad dñm,& ſit in te peccatũ.Nõ morient patres ꝓ filijs, & filij nõ morient ꝓ patribus.Vnuſquiſque ꝓ peccato ſuo morietur. Non peruertes iudicium peregrini,pupilli,neque capies in pignus veſtimentum viduæ.Et recordare quòd ſeruus fuiſti in D Aegyto,& redemit te dominus deus tuus inde: idcirco pręcipio tibi,vt facias hoc.Si meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipuli in agro,non reuerteris, vt capias illum,peregrino,pupillo,& viduæ erit,vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si excuſſeris oliuas tuas,non deiicies illas quæ ſunt poſt te: peregrino, pupillo,& viduæ erit.Si vindemiaueris vineam tuam,nõ colliges racemos poſt te,Peregrino,pupillo,& viduæ erit.Et memento,quod ſeruus fuiſti in terra Aegypti,idcirco præcipio tibi,vt facias hoc.

*Matt.5.e.& 19.a. Mar.10.a.* *a molas.* *Num.12.a.* *Leui.19.c. Tob.4.c.* *4.Re.4.b. 2.Par.25.b. Ezech.18.e.*

¶Lex flagellandi, lex ſuſcitandi ſemen fraternum, de ponderis & menſuræ æquitate. CAP. XXV.

A SI fuerit lis inter homines, & acceſſerint ad iudicium iudi-
cabunt eos, & iuſtificabunt iuſtum, & impium facient im
piũ. Et erit, ſi fuerit cędendus impius proſternere faciet eũ iu-
dex, & cædere faciet eum corã ſe ſecundum ſufficientiam im-
pietatis eius in numero. Quadrageſies cædere faciet eum. Nõ
B addet ne forte ſi addat cædendo eum ſuper hæc, verbera mul
ta, [a] vileſcat frater tuus in oculis tuis. Non obturabis os bo-
uis eo triturante. Si manſerint fratres pariter, & mortuus fue
rit vnus ex eis, & filius non fuerit ei, non erit vxor mortui fo-
ris viro extraneo, cognatus eius ingredietur ad eam, & capiet
eam ſibi in vxorem: & iure propinquitatis vtetur. Et erit, pri
mogenitus quem pariet, ſtabit nomine fratris ſui defuncti &
nõ delebit nomẽ eiꝰ ex Iſrael. Et ſi noluerit vir accipere cogna
C tã ſuã, aſcẽdet cognata eius ad portã ad ſeniores, & dicet: Re-
nuit cognatus meus ſuſcitare fratri ſuo nomen in Iſrael, non
vult iure propinquitatis vti mecum. Vocabunt eum ſenio-
res ciuitatis, & loquentur ad eum, & ſtabit, & dicet: Nolui ac
cipere eam. Et accedet cognita eius ad eum in oculis ſeniorũ,
& ſoluet calceamentum eius è pede eius, & ſpuet in faciẽ eius,
& loquet, & dicet: Sic fiet viro, qui non ædificauerit domum
fratris ſui. Et vocabit nomen eius in Iſrael, domus ſoluti cal-
ceamentum. Si rixati fuerint homines pariter vir, & frater eiꝰ,
& acceſſerit vxor vnius, vt eruat virum ſuum è manu percu-
tientis eum, & miſerit manum ſuam, & apprehenderit veren-
da eius, abſcindes manum illius, non parcet oculus tuus. Nõ
erit tibi in loculo tuo pondus, & põdus maius, & minus. Nõ
erit tibi in domo tua modius, & modiꝰ maior, & minor. Põ-
dus perfectum, & iuſtum erit tibi. Modius perfectus, & iuſtus
erit tibi, vt prolongent dies tuos ſuper terram, quam domi-
nus deus tuus dat tibi: quia abominatio domini dei tui eſt o-
D mnis qui facit hæc, omnis faciens iniquitatem. Memento quæ
fecerit tibi Hamalec in via quando egrediebamini ex Aegy-
pto, quomodo occurrit tibi in via, & caudam abſcidit in te
omnium debilium: & eras laſſus, & fatigatus, & non timuit
deum. Et erit, cum dederit requiem dominus deus tibi ab oĩ-
bus inimicis tuis vndiq;, in terra quã dominus deus tuus dat
tibi in hæreditatem, vt poſſideas eam delebis mentionem Ha
malec ſub cælo. Ne obliuiſcaris.

1.Cor.9.a. 1.Tim.5.c. Matt.22.c. Mar.12.b. Lucæ.20.d. Ruth.4.b.
a exinaniatur.
Exo.17.c.

¶De primitijs & decimis. CAP. XXVI.

A ET erit cum ingreſſus fueris terram, quam dominus deus
tuus dat tibi in hæreditatem, & poſſederis eam, & habi
taueris in ea, capies de primitiis omnis fructus terræ, quem af
feres è terra tua, quam dominus deus tuus dat tibi, & pones
in caniſtro, & perges ad locum, quem elegerit dominus deus
tuus, vt habitare faciat nomen ſuum ibi, & venies ad ſacerdo
tem qui erit in diebus ipſis, & dices ad eum: [b] Annunciaui ho
die domino deo tuo, quia ingreſſus ſum terram ſuper quam
iurauit dominus patribus noſtris, vt daret nobis. Et capiet ſa
cerdos caniſtrum de manu tua, & reponet illud coram altari
B domini dei tui. Et iterum loqueris, et dices corã domino deo
tuo: [c] Syrus peribat pater meus, & deſcendit in Aegyptum,
& peregrinatus eſt ibi cum viris paucis, & fuit ibi in gentem
magnam robuſtam, & multam. Et male fecerunt nobis Aegy
ptij, & afflixerunt nos, & poſuerunt ſuper nos ſeruitutem du
ram. Et clamauimus ad dominum deum patrum noſtrorum
& exaudiuit dominus vocem noſtram, & vidit afflictionem
noſtram, & laborem noſtrum, & oppreſſionem noſtram. Et
eduxit nos dominus ex Aegypto cum potentia forti, & bra-
chio extento, & terrore magno, & ſignis, & portentis. Et ve-
nire fecit nos ad locum iſtum, & dedit nobis terram iſtam, ter
ram fluentem lacte, & melle. Et nunc ecce attuli primitias fru-
ctus terræ, quam dediſti mihi domine. Et pones eas corã do-
mino deo tuo, & incuruabis te coram domino deo tuo. Et
lætaberis in omni bono, quod dederit tibi dominus deꝰ tuus
& domui tuæ, tu, & Leuita, & peregrinꝰ qui eſt in medio tui.
C Cum compleueris decimam dare, omnem decimã fructꝰ tui,
anno tertio, qui eſt annus decimæ, dabis Leuitæ, peregrino,
pupillo, & viduæ, & comedent intra [a] portas tuas, & ſatura-
buntur. Et dices coram domino deo tuo: [b] Abſtuli ſanctitatẽ
è domo, & etiam dedi illam Leuitæ, & peregrino, & pupillo,
& viduæ, ſecundum præceptum tuum, quod præcepiſti mi-
D hi. Non tranſgreſſus ſum de ꝑceptis tuis, neque oblitus ſum.
Non comedi in triſtitia mea ex ea, neque abſtuli ex ea cũ im-
mundo, neque dedi ex ea pro defuncto. Obediui voci domi-
ni dei mei, feci ſecundum omnia quæ præcepiſti mihi. Reſpice
de habitaculo ſanctitatis tuæ è cœlo, & benedic populo tuo
Iſrael, & terræ quã dediſti nobis, quemadmodum iuraſti pa-
tribus noſtris, terræ fluenti lacte, & melle. Die hac dominꝰ deꝰ
tuus præcepit tibi, vt facias ſtatuta iſta, & iudicia. Et cuſtodi,
& fac ea toto corde tuo, & tota anima tua. Dominum exalta-
ſti hodie, vt ſit tibi in deum, & ambules in viis eius, & cuſto-
dias ſtatuta eius, & præcepta eius, & iudicia eius, & obedias
voci eius. Et dominus exaltauit te hodie, vt ſis ei in populum
peculiarem, quemadmodum locutus eſt tibi, & cuſtodias o-
mnia præcepta eius. Et ponat te excelſum ſuper omnes gen-
tes quas fecit ad laudem & nomen, & gloriam, & vt ſis popu
lus ſanctus domino deo tuo, quemadmodum locutus eſt.

b Profiteor
c Sirus perdebat patrem meum, qui
a urbes.
Separaui quod ſanctum erat,
Ieſa.63.d. Baruc.2.d.
Supra.7.a.

¶Altare, tranſmiſſo Iarden, extruendum. benedictiones in monte Gherizim. maledictiones in monte Hebal. CAP. XXVII.

A ET præcepit Moſeh, & ſeniores Iſrael populo, dicendo:
Cuſtodi omne pręceptum, quod ego præcipio vobis
hodie. Et erit, in die qua tranſieris Iarden, ad terram quam do
minus deus tuus dat tibi, ſtatues tibi lapides magnos, & linies
eos calce. Et ſcribes in eis omnia verba legis iſtius, cum tranſie
ris, vt ingrediaris terram, quam dominus deus tuus dat tibi
terram fluentem lacte, & melle, quemadmodum locutus eſt
dominus deus patrum tuorum tibi. Et erit, cum trãſieris Iar-
den, erigetis lapides iſtos, quos ego pręcipio tibi hodie in mõ
te Hebal, & linies eos calceo. Et ædificabis ibi altare domino
B deo tuo, altare lapideum. Non eleuare facies ſuper eos ferrũ.
Et lapidibus perfectis ædificabis altare domini dei tui, & offe
res ſuper ipſo holocauſta domino deo tuo. Et ſacrificabis pa
cifica, & comedes ibi, & lætaberis coram domino deo tuo.
Et ſcribes in lapidibus omnia verba legis iſtius, declarãdo di-
ligenter. Et locutus eſt Moſeh, & ſacerdotes Leuitæ ad omnẽ
Iſrael, dicendo: Auſculta, & audi Iſrael, die hac factus es in po
pulum domino deo tuo. Et obedi voci domini dei tui, & fac
præcepta eius, & ſtatuta eius, quæ pręcipio tibi hodie. Et prę
cepit Moſeh populo in die ipſa, dicendo: Iſti ſtabunt ad bene
dicendum populo ſuper montem Gherizim, quando tranſi
bitis Iarden, Simhon, & Leui, & Iehudah, & Iſſachar, & Io-
ſeph, & Biniamin. Et iſti ſtabunt ſuper maledictionem in mõ
C te Hebal, Reuben, Ghad, & Aſer, & Zebulun, Dan, & Naph-
thali. Et eleuabunt vocem Leuitæ, & dicent ad omnem virũ
Iſrael voce excelſa: Maledictus vir qui fecerit ſculptile, & con-
flatile, abominationem domini, opus manuum artificis, & pó
ſuerit in abſcondito. Et reſpondebunt omnis populus, & di-
cẽt, Amẽ. Maledictꝰ qui vilipendit patrẽ ſuũ, & matrẽ ſuã. Et
dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui attingit terminũ
proximi ſui. Et dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui
errare facit cæcum in via. Et dicet omnis populus, Amen. Ma
ledictus qui peruertit iudicium peregrini, pupilli, & viduæ.
Et dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui coierit cum
vxore patris ſui, & diſcooperuerit oram patris ſui. Et dicet o-
D mnis populus, Amen, Maledictus qui coierit cum omni ani-
mali. Et dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui coierit
cum ſorore ſua, filia patris ſui, vel filia matris ſuæ. Et dicet o-
mnis populus, Amen. Maledictus qui coierit cum ſocru ſua.
Et dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui percuſſerit
proximum ſuum abſcondite. Et dicet omnis populus, Amẽ.
Maledictus qui acceperit munus, vt percutiat animam, ſan-
guinem innocentem. Et dicet omnis populus, Amen, Male-
dictus qui non ſtatuerit verba legis iſtius ad faciendum ea. Et
dicet omnis populus, Amen.

Exo.20.d. Ieho.8.f.
Dani.4.c.
Gala.3.b.

¶Promiſſiones benedictionum ſeruantibus mandata, maledictionum non ſeruantibus. CAP XXVIII.

A ET erit, ſi obediendo obedieris voci dñi dei tui, vt cuſto-
dias faciendo omnia præcepta eius, quæ ego præcipio
tibi hodie, ponet te dominus deus tuus excelſum ſuper omes
gentes terræ. Et venient ſuper te omnes benedictiones iſtæ,
& apprehendent te, ſi obedieris voci domini dei tui. Benedi-
ctus eris in ciuitate, & benedictus eris in agro. Benedictus fru
ctus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & fructus animalis tui,
fœtus boum tuorum, & gregũ [a] pecudũ tuarũ. Benedictum
caniſtrum tuum, & [b] reliquiæ tuæ. Benedictus eris, quãdo in-
gredieris: & benedictus eris, quando egredieris. Dabit domi-
nus hoſtes tuos ſurgentes aduerſum te, percuſſos corã te. Per
viam vnam egredientur ad te, & per ſeptem vias fugient co-
ram te. Præcipiet dñs vt ſit tecũ bñdictio in [c] cellarijs tuis, &
in oĩbus in qbus mittes manꝰ tuas, et bñdicet tibi in terra, quã
dñs deus tuus dat tibi. Statuet te dñs ſibi in pplm ſanctũ, quẽ
admodũ iurauit tibi, ſi cuſtodieris ꝑcepta dñi dei tui, & am-
bulaueris in vijs eius. Et videbunt omnes populi terræ, quòd
nomen domini inuocatum eſt ſuper te, & timebũt à te. Et a-
bundare faciet te dñs in bono, in fructu ventris tui, & fructu
animalis tui, & fructu terræ tuæ, ſuper terram ſuper quam iu-
B rauit dñs patribus tuis, vt daret tibi. Aperiet dñs tibi theſau-
rum ſuum bonum, cœlum, vt det pluuiam terræ tuæ in tem-
pore ſuo, & benedicat omni operi manus tuæ, & mutuabis
gentibus multis, & tu non accipies mutuum. Et ponet te dñs
in caput, & non in caudam, & eris duntaxat ſurſum, & nõ eris
deorſum, ſi obedieris præceptis domini dei tui, quę præcipio
tibi hodie, vt cuſtodias, & facias, & non receſſeris ab omnibꝰ
verbis, quæ pręcipio vobis hodie ad dexteram, & ad ſiniſtrã
eundo poſt deos alienos, vt colatis eos. Et erit, ſi non obedie-
ris voci dñi dei tui, vt cuſtodias & facias omnia ꝑcepta eius,
& ſtatuta eius, quæ præcipio tibi hodie, venient ſuper te oẽs
maledictiones iſtæ, & apprehendẽt te. Maledictus eris in ciui-
tate, & maledictus eris in agro. Maledictum caniſtrũ tuum, &
[d] reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terrę
tuæ, fœtus boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledi-
ctus eris, quando ingredieris: & maledictus eris, quando egre
dieris. Mittet dominus in te maledictionẽ, & perditionem, cõ
tritionem, in omnibus in quibus mittet manus tuas, ad faciẽ-
dum, donec delearis, & pereas velociter propter malitiã ope-
C rum tuorũ, quibus dereliquiſti me. Adiunget dominꝰ tibi pe-
ſtilentiã donec cõſumat te de terra ad quam tu ingrederis, vt
poſſideas eam. Percutiet te dominus [e] tumore, & febri, & ar-
dore, & æſtu, & [f] gladio, & vredine, & aurugine, & perſequen
tur te, donec pereas. Et erũt cœli tui, qui ſunt ſupra caput tuũ,
ærei, & terra, quæ eſt ſubter te, ferrea. Dabit dominus pluuiã
terræ tuæ, vt puluerẽ, & terrã, è cœlis deſcendet ſup te, donec
diſperdaris. Dabit te dñs cæſum coram inimicis tuis. Per viã
vnam egredieris ad eũ, & per ſeptẽ vias fugies corã eo, & eris
in cõmotionẽ omnibus regnis terræ. Et erit cadauer tuum in
eſcã omni volucri cœli, & animali terræ, & nõ erit terrẽs. Per-
cutiet te dñs vlcere Aegypti, & [g] infirmitatibus ani, & ſcabiæ,
& prurigine, vt nõ poſſis curari. Percutiet te dñs amentia, &
cæcitate, & ſtupore cordis. Et palpabis in meridie, quẽadmo-
dum palpat cæcus in caligine. Et non ſecundabis vias tuas, &
eris verũtamẽ opꝑſſus & direptꝰ oĩbus diebus, & nõ erit ſer-
uator. Vxorẽ deſponſabis, et vir alius coibit cũ ea. Domũ ædi
D ficabis & nõ habitabis in ea. Vineam plãtabis, & nõ [h] ꝓphana
bis eam. Bos tuus mactabit in oculis tuis, & non comedes ex
eo. Aſinus tuus rapiet à facie tua, & nõ reſtituet tibi. Pecudes
tuæ dabuntur inimicis tuis, & non erit tibi ſeruator. Filij tui,
& filiæ tuæ dabuntur populo alteri, & oculi tui videbunt, &
deficient propter eos omni die, & non erit fortitudo in manu
tua. Fructũ terræ tuæ, & oẽm laborẽ tuũ comedet populus,
quem ignoraſti, & eris tm̃ oppreſſus & cõfractꝰ oĩbꝰ diebus.

a ouium
b cõſperſio tua
c horreis
Leui.26.b. Tren.2.f. Mala.2.a. Baruc.1.d.
d cõſperſio tua
e marcore
f ſiccitate
g mariſcis
h vindemiabis



Et obſtupeſces ea quæ videbunt oculi tui. Percutiet te domi-
nus vlcere malo ſuper genua, & ſuper coxas, vt non poſſis cu
rari à planta pedis tui vſque ad verticem tuum. Ambulare fa
ciet dominus te, & regem tuum, quem ſtatues ſuper te, ad gẽ-
tem, quam nõ noſti tu, & patres tui, & coles ibi deos alienos,
lignum, & lapidem. Et eris in ſtuporem, & parabolam, & fa-
bulam in omnibus populis, ad quos ducet te dominꝰ. Semẽ
multum educes ad agrum, & parum colliges, quia perdet il-
lud locuſta. Vineas plantabis, & coles, & vinũ non bibes, neq;
colliges, quia conſumet illud vermis. Oliuæ erunt tibi in om̃i
termino tuo, & oleo non vnges te; quia euelletur oliua tua. Fi
lios, & filias generabis, & non erunt tibi; quia ibunt in captiui
tatem. Omnem arborem tuam, & fructum terræ tuæ, depau-
perabit locuſta. Peregrinus, qui eſt in medio tui aſcendet ſup
E te ſupernè ſupernè, & tu deſcendes infernè infernè. Ipſe mutua
bit tibi, & tu nõ mutuabis ei. Ipſe erit in caput, et tu eris in cau
dam. Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & [illegible] quẽ
tur te, & apprehendent te, donec diſperdaris: quia non obedi
uiſti voci domini dei tui, vt cuſtodires præcepta eius, & ſtatu
ta eius, quæ præcepit tibi. Et erunt in te in ſignũ, & in porten-
tum, & in ſemine tuo vſque in ſeculum. Eò ꝙ non coluiſti do
minum deum tuum in lætitia, & in bonitate cordis præ mul-
titudine omnium. Et ſeruies inimicis tuis, quos mittet domi-
nus contra te in fame, & ſiti, & nuditate, & defectu omnium.
Et ponet iugum ferreum ſuper collum tuum, donec diſ-
perdat te. Et eleuabit dominus ſuper te gentem à longinquo
ab extremo terræ, quemadmodum volat aquila, gẽtem cuius
non intelliges linguam, gentem fortem facie, quæ non eleua-
bit faciem ad ſenem, & puero non parcet. Et comedet fructũ
animalis tui, & fructum terræ tuæ, donec diſperdaris: quę nõ
relinquet tibi frumentum, vinum, & oleum, armentum boũ,
& greges pecudum tuarum, donec perdat te. Et obſidebit te
F in omnibus vrbibus tuis, donec cadant muri tui excelſi, &
muniti, quibus fidis, in omni terra tua, & obſidebit te in
omnibus vrbibus tuis, in omni terra tua, quam dedit domi-
nus deus tuus tibi. Et comedes fructum vteri tui, carnem filio
rum tuorum, & filiarum tuarum, quos dedit tibi dominꝰ deꝰ
tuus in obſidione, & coartatione, qua coartabit te inimicus
tuus. Vir tener in te, & delicioſus valde, [a] malignabit oculis
ſuis in fratrem ſuum, & in vxorem ſinus ſui, & in reſiduum fi-
liorum ſuorum, quod remanſerit, vt non det alicui ex eis de
carne filiorum ſuorum, quos comedet, eo quòd non re-
manſit ſibi quicquam in obſidione, & coartatione, qua coar
tabit te inimicus tuus, in omnibus vrbibus tuis. Tenerę in te,
& delicioſæ, quæ non tentauit plãtam pedis ſui ſtatuere ſuper
terram, præ deliciis ſuis, & præ teneritudine, malignabit ocu-
lus in virum ſinus ſui, & in filium ſuum, & filiam ſuam, et in
ſecundinas ſuas quæ egrediuntur è pedibus eius, & in filios
ſuos, quos pariet, quia comedet eos propter defectum oĩm
G clàm, in obſidione, & coartatione, qua coartabit te inimicus
tuus in vrbibus tuis: niſi cuſtodieris, vt facias omnia verba le
legis iſtius, quæ ſcripta ſunt in libro iſto, vt timeas dominum
glorioſum, & terribilem iſtum dominum deum tuum. Diui-
dere faciet dominus poſſeſſiones tuas, & percuſſiões ſeminis
tui, percuſſiones magnas, & perſeuerantes, & infirmitates ma
las, & perſeuerantes. Et redire faciet in te omnem infirmitatẽ
Aegypti, à quarum timuiſti conſpectu, & adhærebunt tibi.
Etiam omnem infirmitatem, & omnem percuſſionem, quæ
non eſt ſcripta in libro legis huius, aſcẽdere faciet dominus ſu-
per te, donec diſperdaris. Et remanebitis cum viris paucis,
quãquam fuiſtis ſicut ſtellæ cœli in multitudinem; quia non
obediuiſtis voci domini dei veſtri. Et erit, quemadmodum
gauiſus eſt dominus ſuper vos benefaciendo vobis et mul-
tiplicando vos, ſic gaudebit dominus ſuper vos perden-
do vos & delendo vos, & exterminabimini è terra, ad quam
tu ingredieris, vt poſſideas eam. Et diſpergere faciet te do-
minus in omnes populos, ab extremo terræ vſque ad ex-

Mich.6.d, Aggei.1.b.
a inuidebit

tremum terræ,& coles ibi deos alienos,quos nõ noſti tu ,&
patres tui,lignũ & lapidẽ.Et in gentibus ipſis non requieſces,
neque erit requies plantę pedis tui.Et dabit dominus tibi ibi
cor pauidum,& deficientiam oculorũ,& dolorem animi. Et
erit vita tua ſuſpenſa tibi è regione,& pauebis nocte,& die,&
non credes vitæ tuæ.Mane dices,quis dabit veſperã?Et in ve
ſpera dices,quis dabit mane?propter pauorẽ cordis tui,quo
pauebis,& propter ea quæ videbunt oculi tui . Et redire te
faciet dominus nauibus in Aegyptum per viam,de qua di-
xi tibi,non iterum videbis eam, & venderis ibi inimicis tuis
in ſeruos,& ancillas,& non erit qui emat.

¶ Commemoratione beneficiorum,ad mandata ſeruanda hortat.
CAP. XXIX.

A ISta ſunt verba pacti,quod præcepit dominus Moſeh,vt
pangeret cum filijs Iſrael in terra Moab,præter pactũ, qđ
Exod.19.a. pepigit cum eis in Choreb.Et vocauit Moſeh omnẽ Iſrael,et
dixit ad eos:Vos vidiſtis omnia quę fecit dñs in oculis veſtris
in terra Aegypti,Parhoh,& omnibus ſeruis eius,& omni ter
ræ eius:tentationes magnas,quas viderunt oculi tui,ſigna,&
portenta magna ipſa.Et nõ dedit dñs vobis cor,vt ſciretis:et
Supra.8.a. oculos,vt videretis:& aures,vt audiretis vſque ad diem hãc.
Et ambulare feci vos quadraginta annis per deſertũ.Nõ inue
terauerunt veſtimenta veſtra ſuper vos,& calceamentum ve
ſtrum nõ veterauit ſuper pedẽ veſtrum.Panem non comedi
ſtis,& vinum,& ſechar nõ bibiſtis,vt ſciretis,ꝙ ſum domin⁹
Supra.3.a. deus veſter.Et veniſtis ad locum iſtum,& egreſſus eſt Sichon
rex Cheſbon,& Ogh rex Baſan in occurſum noſtrum ad bel
lum,& percuſſimus eos.Et cepimus terram eorum ,& tradi-
dimus eam in hæreditatẽ Reubenitis,& Ghaditis,& dimidię
B tribui Menaſſitæ.Et cudodite verba pacti iſtius,& facite ea,
a prudenter agatis. vt [a] intelligatis omnia,quæ facturi eſtis.Vos ſtatis hodie oẽs,
vos coram domino deo veſtro,duces veſtri per tribus ve-
ſtras ſeniores veſtri,& præfecti veſtri,omnis vir Iſrael.Paruu-
li veſtri vxores veſtræ,& peregrini veſtri, qui ſunt in medio
caſtrorũ veſtrorũ à cæſore lignorũ veſtrorũ vſq; ad haurien-
tem aquã veſtrã.Vt tranſeas in pactum dñi dei tui,& in iura-
mentum eius,quod dominus deus tuus pangit tecum hodie,
vt ſtatuat te hodie ſibi in populũ,& ipſe ſit tibi in deum,quẽ-
admodum locutus eſt tibi, et quẽadmodũ iurauit patribus
tuis,Abraham,Iſchac,& Iahacob.Et non vobiſcum tantum
pango pactum iſtud, & iuramentum iſtud , ſed cum eo, qui
eſt hic nobiſcum,ſtans hodie coram domino deo noſtro, &
cum eo qui non eſt hic nobiſcum hodie.Vos em̃ noſtis,quòd
habitauimus in terra Aegypti, & ꝙ tranſiuimus ꝑ medium
C gentiũ quas tranſiſtis.Et vidiſtis abominationes earũ,et idola
earũ,lignũ,& lapidẽ,argentũ,& aurũ,quæ ſunt cũ eis.Ne for-
te ſit in vobis vir,vel mulier,vel familia,vel trib⁹,quæ cor ſuũ
auertat hodie à dño deo noſtro,vt vadat ad colendum deos
gentiũ harũ,ne forte ſit in vobis radix fructificans venenũ,&
abſynthium.Et erit,cum audierit ipſe verba maledictionis hu
ius,& benedixerit ſibi in corde ſuo,dicendo:Pax erit mihi,ſi
b ideo calices ebrietatis ſitiẽti propinabo. ſecundũ cogitationẽ cordis mei ambulabo,[b] vt addat ebriã
cum ſitiẽte.Non vult dñs ꝙ parcatur ei,quia tunc fumabit fu
ror dñi,& zelus eius in virũ ipſum,& accubabit in eo oĩs ma
ledictio,quæ ſcripta eſt in libro iſto,& delebit dñs nomẽ eius
ſub cœlo:& ſeparare faciet eum dñs ad malum, ab vniuerſis
tribubus Iſrael,ſecundum omnes maledictiones pacti ſcripti
in libro legis iſtius.Et dicet generatio poſterior,filij veſtri qui
ſurgent poſt vos,& alienigena,qui veniet è terra lõginqua.
D Et videbunt percuſſiones terrę huius,& infirmitates eius,qui
Gene.19.c. bus ægrotare fecit dñs.Ob ſulphurẽ,& ſalẽ combuſtionis o-
mnis terra eius non ſeretur,neque germinabit,neque aſcẽdet
in ea omnis herba,ſecundũ ſubuerſionẽ Sedom,& Hamorah,
Admah,& Seboim,quas ſubuertit dñs in furore ſuo,& in ira
3.Re.9.b. Iere.22.c. ſua.Et dicent omnes gentes:Propter quid fecit dñs ſic terræ
huic?Quæ eſt ira furoris magni huius?Et dicent:eò quòd de-
reliquerũt pactũ dñi dei patrũ ſuorum,qđ pepigit cũ eis quã

do eduxit eos è terra Aegypti.Et iuerũt,& coluerũt deos alie
nos,& incuruauerunt ſe eis,deũ quẽ non nouerũt, & q̃ nihil
impartitus eſt eis.Et iratus eſt furor dñi in terrã ipſam,vt ad-
duceret ſuper eã oẽm maledictionẽ ſcriptã in libro hoc.Et ex
tirpauit eos dominus è terra eorũ in furore,& ira,& in ira ma
gna,& proiicere fecit eos in terrã aliã,ſecũdũ diẽ hãc.Quæ ab a .ſ.puniẽda reſeruantur
ſcondita ſunt,dño deo noſtro [a] & reuelata,nobis, & filijs no-
ſtris,vſque in ſeculũ,vt faciamus omnia verba legis huius.

¶ Verbum de quærentibus non eſſe remotum ,ſed propinquũ in ore,& in corde.
CAP. XXX.

A ET erit,cũ venerint ſuper te omnia hęc,benedictio,et ma
ledictio,quam dedi corã te,& reduxeris te ad cor tuum
in omnibus gentibus,ad quas expulit te dñs deus tuus,& cõ- Pſal.105.
uerſus fueris ad dñm deum tuũ,& obedieris voci eius,ſecun-
dum omnia quæ præcipio tibi hodie,tu & filij tui toto cor-
de tuo,& tota anima tua,reducet dñs deus tuus captiuitatem
tuã,& miſerebitur tui,& reducet,& cõgregabit te ex omnib⁹ 2.Ma.1.f. &.2.c.
populis,ad quos diſpergere fecit te dñs deus tuus.Si fuerit ex
pulſus tuus in extremo cœli,inde cõgregabit te dominus de⁹
B tuus , & inde accipiet te . Et venire faciet te dominus deus
tuus ad terram , quam poſſederunt patres tui , & poſſide-
bis eam ,& benefaciet tibi,& multiplicabit te magis quàm
patres tuos . Et circuncidet dominus deus tuus cor tuum,
& cor ſeminis tui , vt diligas dominum deum tuum toto
corde tuo,& tota anima tua,propter vitam tuã.Et dabit do-
minus deus tuus oẽs maledictiones iſtas ſuper inimicos tuos,
& ſuper odio habentes te,qui perſecuti ſunt te.Et tu reuerte-
ris,& obedies voci dñi,& facies omnia præcepta eius,q̃ præ-
cipio tibi hodie.Et abundare faciet te dñs deus tuus in omni
opere manuum tuarum,in fructu vẽtris tui,& fructu anima-
lis tui,& fructu terræ tuæ in bonũ.Quia reuertet̃ dñs,vt gau-
C deat ſuper te in bonũ,quẽadmodum gauiſus eſt ſuper patres
tuos.Si obedieris voci dñi dei tui, vt cuſtodias præcepta ei⁹,
& ſtatuta eius ſcripta in libro legis huius,ſi reuerſus fueris ad
dominũ deũ tuum toto corde tuo,& tota anima tua . Quia Rom.10.b.
p̃ceptũ hoc qđ præcipio tibi hodie,nõ occultũ eſt à te,neque
lõginquũ eſt. Non in cœlo eſt,vt dicas,quis aſcendet ꝓ nobis
in cœlũ, & capiet illud nobis,& audire faciet nos illud,et facie
mus illud?Neque trans mare eſt,vt dicas,quis tranſibit ꝓ no
bis trãs mare,& accipiet illud nobis,& audire faciet nos illud
& faciemus illud?Sed propinquũ eſt tibi verbũ valde in ore
tuo,& in corde tuo,vt facies illud.Vide,dedi corã te hodie vi
tã,& bonũ,& mortẽ,& malũ.Quia ego præcipio tibi hodie,
vt diligas dñm deum tuum,vt ambules in viis eius,& cuſto-
dias præcepta eius,& ſtatuta eius,& iudicia eius, & viues, &
multiplicaberis,& benedicet tibi dñs deus tu⁹ in terra,ad quã
ingrederis,vt poſſideas eam.Et ſi auerterit ſe cor tuũ, & non
D audieris,& ꝓpulſaueris te,& incuruaueris te dijs alienis,& co
lueris eos:Annunciaui tibi hodie,ꝙ pereundo peribis,nõ ꝓ-
longabis dies ſuper terrã,ad quam tranſis Iarden,vt ingredia
ris ad poſſidẽdum eam.Conteſtor vobis hodie cœlum,et ter
ram:vitam & mortem dedi coram te,benedictionem,& ma-
ledictionẽ:elige ergo vitam,vt viuas tu,& ſemen tuum,vt di
ligas dominum deum tuum,vt obedias voci eius , & adhæ-
reas ei,quia ipſe eſt vita tua,& longitudo dierum tuorum,vt
maneas ſuper terram,ſuper quam iurauit dominus patribus
tuis,Abraham,Iſchac,& Iahacob,vt daret eis.

¶ Iehoſuah præficitur populo loco Moſeh, ſcribitur Deuterono-
mium,poniturque in arca.
CAP. XXXI.

A ET perrexit Moſeh,& locutus eſt verba iſta ad omnem
Iſrael,& dixit ad eos:Vir centum, & viginti annorum
ſum hodie,non poſſum amplius egredi,& ingredi,& domi- Supra.3.d. Num.27.c.
nus dixit ad me:non tranſibis Iarden iſtum . Dominus deus
tuus ipſe tranſit ante te,ipſe diſperdet gentes iſtas à facie tua,
& poſſidebis eas . Iehoſuah ipſe tranſit ante te, quemadmo
dũ locutus eſt dominus.Et faciet dominus eis,quẽadmodum
fecit



Num.21.b. fecit Sichon,& Ogh regibus Emoræorum,& terræ eorum,
quam diſperdididit.Et dabit eas dominus ante faciẽ veſtrã,
Supra.7.a. & facietis eis ſecundum omne præceptum,quod præcepi vo
bis.Fortificate vos,& roborate vos,ne timeatis,neque pauea
tis à facie eorum.Dominus enim deus tuus ipſe pergit tecum,
non deſeret te,neq; derelĩquet te.Et vocauit Moſeh Iehoſuah,
B & dixit ad eum in oculis omnis Iſrael: Fortifica te, & robora
te:quia tu ingredieris cum populo iſto ad terram,ſuper quam
iurauit dominus patribus eorum,vt daret eis.Et tu hæredita
re facies eam illos.Et dominus ipſe qui ambulat ante te,ipſe e-
rit tecum.Non deſeret te,neque derelinquet te.Ne timeas,ne-
que paueas.Et ſcripſit Moſeh legem iſtam,& dedit eam ſacer-
dotibus filijs Leui portantibus arcam fœderis domini,& o-
C mnibus ſenioribus Iſrael.Et præcepit Moſeh eis, dicendo: In
fine ſeptem annorum,in tempore anni remiſſionis,in ſolenni-
tate tabernaculorum,quando veniet omnis Iſrael,vt conſpi-
ciatur coram domino deo tuo,in loco quem elegerit, leges
legem iſtam coram omni Iſrael in auribus eorum.Fac cõgre-
gare populum viros,& mulieres,& paruulos,& peregrinos
tuos,qui ſunt intra vrbes tuas,vt audiant,& diſcant,& time-
ant dominum deum ſuum,& cuſtodiant faciendo omnia ver
ba legis huius.Et filij eorum qui non cognouerunt, audiant,
& diſcant timere dominum deum veſtrum,omnibus diebus,
quibus viuitis ſuper terram,ad quam tranſitis Iarden,vt poſ
D ſideatis eam.Et dixit dominus ad Moſeh:Ecce appropinqua
uerunt dies tui,vt moriaris.Voca Iehoſuah,& ſtate in taber-
naculo eccleſiæ,& præcipiam ei.Et perrexit Moſeh,& Ieho-
ſuah,& ſteterunt in tabernaculo eccleſiæ.Et conſpectus eſt do
minus in tabernaculo,in columna nubis,& ſtetit columna nu
bis ſuper oſtium tabernaculi:Et dixit dominus ad Moſeh:Ec
ce tu dormis cum patribus tuis,& ſurget populus iſte,& for-
nicabitur poſt deos alienigenæ terrę ad quam ingreditur in
medium eius.Et derelinquet me,& irritum faciet pactum me
um,quod pepigi cum eo,& iraſcetur furor meus cõtra eum,
in die ipſa,& derelinquam eos,& abſcõdam faciem meam ab
eis.Et erit ad conſumendum,& inueniẽt eum mala multa, &
anguſtiæ,& dicet in die illa.Nõnne quia non eſt dñs meus in
E medio mei,inuenerunt me mala hæc?Et ego abſcondendo ab
ſcondam faciẽ meã in die illa propter omne malum quod fe-
cit:quia cõuertit ſe ad deos alienos.Et nunc ſcribite canticum
iſtud,& doce illud filios Iſrael.Pone illud in ore illorũ,vt ſit mi
hi canticũ iſtud in teſtem contra filios Iſrael.Quia introducã
eum in terram ſuper quam iuraui patribus eius, fluentẽ lacte
& melle,& comedet,& ſaturabitur,& impinguabit ſe,& con-
uertet ſe ad deos alienos,& colet eos,& irritabit me,& irritũ
faciet pactum meum.Et erit quũ inuenerint eum mala multa,
& anguſtiæ, loquetur canticum iſtud coram eo,in teſtimoni
F um,quia non erit in obliuionẽ ab ore ſeminis eius. Noui em̃
imaginationẽ eius,quam ipſe facit hodie,anteqũ introducam
eum in terram ſuper quam iuraui.Et ſcripſit Moſeh canticũ
iſtud in die ipſa,& docuit illud filios Iſrael.Et præcepit Iehoſu
ah filio Nun,& dixit:Fortis eſto,& robuſtus eſto:quia tu in-
troduces filios Iſrael ĩ terrã,ſuꝑ quã iuraui eis,et ego ero tecũ.
Et fuit,cum conſummaſſet Moſeh ſcribere verba legis iſtius
in libro,donec conſummaſſet ea,pręcepit Moſeh Leuitis por
tantibus arcam fœderis domini dicẽdo:Capite librum legis
iſti⁹,& ponite eũ ex latere arcæ fœderis domini dei veſtri,& ſit
ibi contra te in teſtem.Ego enim noui rebellionem tuã,& cer
G uicem tuam durã.Ecce adhuc me viuente vobiſcũ, hodie re-
belles eſtis dño,& quãto magis,poſtquã mortuus fuero?Con-
gregate ad me omnes ſeniores tribuũ veſtrarũ, & præfectos
veſtros,& loquar in auribus eorum,verba iſta,& teſtes inuo-
cabo cõtra eos,cœlũ,& terrã.Noui em̃ poſtquã mortuus fue-
ro,ꝙ corrũpendo corrũpetis vos,& recedetis de via,quã prę
cepi vobis.Et eueniet vobis malũ in nouiſſimo dierũ,ſi fece-
ritis malum in oculis dñi,vt irritetis eum opere manuum ve-
ſtrarum.Et locutus eſt Moſeh in auribus omnis congregatio

nis Iſrael verba cantici huius,donec conſummarentur ipſa.

¶ Canticum Deuteronomij Moſeh. Moſeh iubetur ſcandere mon
tem Habarim,conſyderaturus terram promiſſionis.
CAP. XXXII.

A AVribus percipite cœli,& loquar,& audiat terra elo-
qa oris mei.Stillabit vt pluuia doctrina mea,fluet vt
ros eloquiũ meum,vt pluuiæ ſuper germẽ,& vt ſtillæ ſuꝑ her
bam,quũ nomen dñi inuocabo.Date magnitudinẽ deo no-
ſtro.Dei perfectũ eſt opus,oẽs enim viæ eius iudiciũ.Deus ve
ritas,& non eſt iniquitas,iuſtus & rectus eſt. [a] Corruperũt ſe,
non filij eius,macula eorũ,generatio peruerſa,& praua. Nun a Corrupit ipſos,nõ filios eorum,macula eorum.
quid domino retribues iſtud,popule ſtulte, & non ſapiens?
Nõnne eſt ipſe pater tuus,qui poſſedit te,fecit te, & [b] forma- b prædeſtinauit.
uit te?Memento dierum ſeculi,intelligite annos generatio-
nis, & generationis . Interroga patrem tuum , & annun-
B ciabit tibi,ſenes tuos,& dicent tibi:Quando hæreditare fecit
excelſus gentes,quãdo ſeparare fecit filios hominũ,ſtatuit ter-
minos populorum ſecundũ numerum filiorum Iſrael.Pars e-
nim domini populus eius,Iahacob ſors hæreditas eius.Inue-
nit eum in terra deſerti,& in ſolitudine Ielel deſerti.Circuire fe
cit eum,intelligere fecit eum,cuſtodiuit eum,vt pupillam ocu
li ſui. Vt aquila quæ excitat nidum ſuum, ſuper pullos ſuos
cubat,expandit alas ſuas,accipit eum,portat eum ſuper alam
ſuam.Dominus ſolus duxit eum,& non erat cũ eo deus alieni
genæ.Equitare fecit eum ſuper excelſa terræ,& comedit fruct⁹
C agri,& ſugere fecit eum mel è petra,& oleum è ſilice petræ.Bu
tyrum boum,& lac ouium,cum adipe agnorum,& arietes fi
lios Baſan,& hircos cum adipe granorum tritici,& ſangui-
nem vuæ bibiſti merum.Et impinguatus eſt Iſrael,& calcitra
uit,ĩpinguat⁹ fuiſti incraſſat⁹ fuiſti,opuiſti,& dereliq̃t deũ qui
fecit eum,& deſpexit deũ ſalutis ſuæ.Zelare fecerunt eũ ꝓpter
extraneos,ꝓpter abominationẽ irritauerũt eum.Sacrificaue-
runt dæmonijs,non deo,dijs quos non nouerunt,nouis qui
de propinquo venerunt,quos non timuerunt patres veſtri.
Dei qui genuit te oblitus es, & oblitus es dei formatoris tui.
Et vidit dominus,& exacerbatus eſt præ ira in filios ſuos, &
filias ſuas.Et dixit:Abſcondam faciem meam ab eis, videbo
quid in nouiſſimo eorum.Generatio enim peruerſitatũ ſunt, Ro.10.d.
filij in quibus non eſt fides.Ipſi zelare fecerunt me in re, quæ Iere.15.c.
non eſt deus.Iraſci fecerunt me in vanitatibus ſuis,& ego ze-
D lare faciam eos,vt non ſint populus:in gente ſtulta iraſci faciã
eos.Ignis enim ſucenſus eſt in furore meo,& ardebit vſque ad
infernum inferiorem,& conſumet terram,& fructum eius, &
inflammabit fundamenta montium.Addam ſuper eos mala,
ſagittas meas cõſumam in eis.Combuſti fame,& comeſti aui-
bus,& morſu amaro,& dentem beſtiarum mittam in eos cũ
veneno ſerpentium terræ.Foris orbabit gladius,& in cubicu
lis terror,etiam iuuenem,etiam virginem,lactantem cum vi-
ro cano.Dixi,excidam eos:ceſſare faciam ex homine memo-
riam eorum.Niſi iram inimici timerem,ne forte abalienarent
ſe hoſtes eorum,ne forte dicerent:manus noſtra excelſa,& nõ
dominus operatus eſt totum hoc. Gens enim periens cõſilijs
ſunt,& non eſt in eis intelligentia. [c] Vtinam ſapientes eſſent,in c Si
telligerent hoc , intelligerent nouiſſimum ſuum. Quomodo
perſecutus fuiſſet vnus mille,& duo fugaſſent X .milia. niſi
deus eorũ dediſſet eos,& dominus tradere feciſſet eos? Quia
E non eſt ſicut deus noſter,deus eorum,& inimici noſtri fuerũt
iudices.Ex vite enim Sedom eſt vitis eorum,& ex vitibus Ha
morah,vuæ eorum.Vuæ veneni,botri amari ſunt eis.Vene-
num draconum,vinum eorum,& venenum aſpidum crude-
le.Nõnne eſt abſconditum apud me,ſigillatum in theſauris Eccl.28.a.
meis?Mea eſt vltio,& retributio,in tempore quo nutabit pes Rom.12.d.
eorum:quia propinquus eſt dies mali euentus eorum,& feſti Heb.10.c.
nant quæ futura ſunt eis:quia iudicabit dominus populum
ſuum,& ſuper ſeruos ſuos pœnitebit eũ, quia videbit ꝙ abie
rit manus,& non eſſe clauſum & derelictum.Et dicet: Vbi
ſunt dij eorum,deus in quo ſperauerunt?Qui adipem ſacrifi-

ciorum eorum comedebant,bibebant vinum libaminis eo-
rum.Surgant & auxilientur vobis. Sit ſuper vos abſconſio.
1.Re.2.a. Tob.3.a. Sap.16.b. Videte nunc quòd ego,ego ſum,& non ſunt dij mecum.Ego
mori faciam,& viuere faciam,transfixi,& ſanabo,& nō eſt de
F manu mea eruens.Leuabo enim ad cœlum manum meam,&
dicam viuo ego in ſeculum.Si acuero aciem gladij mei:& ap-
prehenderit iudicium manus mea,reddam vltionem hoſtib⁹
meis,& odio habentibus me reddam.Inebriare faciam ſagit-
tas meas ſanguine,& gladius me⁹ deuorabit carnem propter
ſanguinem occiſi,& captiuitatem à capite vltionum inimici.
2.Mac.7.b. Laudate gentes populum eius,quia ſanguis ſeruorum ſuorū
vindicabitur,& vindictam reddet hoſtibus ſuis,& propitia-
bitur terræ ſuæ populo ſuo.Et venit Moſeh,& locutus eſt o-
mnia verba cantici iſtius in auribus populi huius[a] & Iehoſu-
G ah filij Nun.Et finiuit Moſeh loqui omīa verba iſta,ad omnē
a ipſe & Hoſea filius Iſrael,& dixit ad eos: Ponite cor veſtrum ad omnia verba,
quæ ego teſtificor vobis hodie,vt præcipiatis ea filijs veſtris,
vt cuſtodiant,vt faciant omnia verba legis iſtius:quia nō ver-
bum inane eſt à vobis,ſed eſt vita veſtra,& in verbo iſto pro-
longare facietis dies ſuper terram,ad quam tranſitis Iarden,
vt poſſideatis eam.Et locutus eſt dominus ad Moſeh in cor-
pore diei ipſius,dicendo:Aſcende in montem Habarim iſtū,
montem Neboh,qui eſt in terra Moab,qui eſt cōtra Ierecho,
& vide terram Chenahan quam ego do filijs Iſrael in hæredi-
Num.27.c. Num.20.d. & 31.e. Num.20.a. & 27.c. tatem.Et morieris in monte ad quem aſcendis, & congrega-
bis te ad populos tuos,quemadmodum mortuus eſt Aha-
ron frater tuus in Hor monte,& congregauit ſe ad populos
ſuos,eò quòd præuaricati eſtis in medio filiorum Iſrael,in a-
quis iurgij Cades deſerti Sin,eò quòd non ſanctificaſtis me in
medio filiorum Iſrael.Sed è regione videbis terram,& non in
gredieris terram,quam do filijs Iſrael.

¶Moſeh moriturus benedicit ſingulis tribubus Iſrael.
CAP. XXXIII.

A ET hæc eſt benedictio,qua benedixit Moſeh vir dei filijs
Iſrael,antequam moreretur,& dixit.Dominus de Sinai
venit,& ortus eſt è Sehir eis.Illuxit è monte Paran,& venit cū
Sap.3.a. decem milibus ſanctorum.A dextera eius ignea lex eis. Etiam
diligit populos. Omnes ſancti eius,ſunt in poteſtate tua,
& ipſi qui coniuncti ſunt ad pedem tuum, accipient de elo-
quijs tuis.Legem præcepit nobis Moſeh, hæreditatem con-
gregationi Iahacob.Et fuit in Iſrael rex,quando congregaue-
runt ſe capita populi,pariter tribus Iſrael.Viuat Reuben, &
non moriatur,nec ſint populi eius numerabiles.Et hæc ipſi Ie
hudah.Et dixit;Audi domine vocem Iehudah, & ad popu-
lum ſuum introduc eum.Manus eius contendent ſibi,& auxi
lium ab hoſtibus eius,eris.Et ad Leui dixit:Perfectiones tuæ,
& doctrinæ tuæ erunt viro miſericordi tuo,quem tentaſti in
B loco tentationis,contendere feciſti eum iuxta aquas contētio-
nis.Qui dicit patri ſuo,& matri ſuæ,non vidi eum,& fratres
ſuos non agnouit,& filios ſuos non cognouit,quia cuſtodie
runt eloquium tuum,& pactum tuum ſeruabunt.Docebunt
iudicia tua Iahacob & legem tuam Iſrael.Ponent ſuffitum in
naribus tuis,& holocauſtum ſuper altare tuum.Benedic do-
mine ſubſtantiæ eius;& operi manuum eius cōplaceas.Tranſ
fige lumbos inimicorum eius,& odio habentium eum,ne ſur
gant.Ad Biniamin dixit:Dilectus domini habitabit confiden
ter iuxta eum,tegens eum tota die,& inter humeros eius ha-
b fructibus bitauit.Et ad Ioſeph dixit:Benedicta à domino terra eius, &
de[b] delicatis cœli,de rore,& de voragine cubante deorſum:
Et de delicatis fructibus ſolis,& de delicatis fructibus matu-
C ris lunarum.Et de vertice montium orientalium,& de delica
tis collium perpetuorum.Et de delicatis terræ,& plenitudine
c ſeparati à eius,& voluntate habitatoris rubi,veniat ſuper caput Ioſeph,
& ſuper verticem [c]Nazaræi è fratribus eius.Primogeniti bo
uis habet decorem,& cornua vnicornis cornua eius.Ipſis po
pulos cornu petet pariter vſqꝫ ad fines terræ. Et iſti ſunt decē
milia Ephraim,& ſunt milia Menaſſeh.Et ipſi Zebulun dixit;

Lætaræ Zebulun,quādo egredieris,& Iſſachar in tabernacu-
lis tuis.Populos ad montem vocabunt,ibi ſacrificabunt ſacri
ficia iuſtitiæ,quia affluentiā marium ſugent,& tectos theſau-
ros arenæ.Et ad Ghad dixit:Benedictus dilatare faciēs Ghad,
ſicut Leo habitauit,& rapiet brachium etiam verticem.Et vi
dit principium ſibi quòd ibi eſſet pars legislatoris tecti,& ve
D nit cum principibus populi:iuſtitiam domini fecit,& iudicia
eius cum Iſrael.Et ad Dan dixit:Dan vt catulus leonis ſaltabit
è Baſan.Et Naphthali dixit:Naphthali ſatur voluntate,& ple
nus benedictione domini.Occidētem,& meridiem poſſide.
Et ad Aſer dixit:Benedict⁹ præ filijs Aſer,ſit placens fratribus
ſuis,& tingens in oleo pedem ſuum. Ferrum,& æs [a] calcea-
menta tua,& ſicut dies tui fortitudo tua.Non eſt ſicut deus ô a clauſuræ tuæ
Iſrael,equitans cœlum in auxilium tui,& in magnificentia ſua
cœlos,Habitaculum habet deus ab initio,& ſub brachijs ſecu
li.Et eiecit à facie tua inimicum,& dixit:Diſperde,Et habitauit
Iſrael confidenter ſolus.Oculus Iahacob ad terram frumenti, Iere.33.b.
& vini.Etiam cœli eius ſtilabunt rorem.Beatus es Iſrael, quis
ſicut tu popule qui ſeruatus es per dominum,ſcutum auxilij
tui,& qui eſt gladius excellētię tuæ.Et negabunt inimici tui te,
& tu ſuper excelſa eorum calcabis.

¶Moſeh oſtenditur terra promiſſa,moritur,ſufficitur ei Iehoſuah.
CAP. XXXIIII.

A ET aſcendit Moſeh è planiciebus Moab ad montem Ne
bo,in verticem collis,qui erat contra faciem Ierecho,&
videre fecit eum dominus omnem terram à Ghilhad vſqꝫ ac 2.Ma.2.a. Supra.3.d.
Dan,& omnem Naphthali,& terram Ephraim,& Menaſſeh,
B & omnem terram Iehudah,vſqꝫ ad mare nouiſſimum,& me
ridiem,& planiciem campeſtrem Ierecho ciuitatis palmarum
vſqꝫ ad Sohar.Et dixit dominus ad eum:Hæc eſt terra ſuper
quam iuraui Abraham,Iſchac,et Iahacob,dicēdo:Semini tuo Gene.12.b.
dabo eam.Videre feci te oculis tuis,& illuc non tranſibis. Et & 15.d. Deut.11.c.
mortuus eſt ibi Moſeh ſeruus domini.Et ſepeliuit eum in val-
le,in terra Moab,è regione Beth Pehor.Et non cognouit qſ-
C quam ſepulchrum eius vſqꝫ ad diem hanc.Et Moſeh vir cen-
tum,& viginti annorum erat,quando mortuus eſt.Non ca-
ligauit oculus eius,neqꝫ fugit viror eius.Et fleuerūt filij Iſrael
Moſeh,in campeſtribus Moab,trigīta diebus.Et perfecti ſunt
dies fletus luctus Moſeh.Et Iehoſuah filius Nun, repletus eſt
D ſpiritu ſapientię,quia coniunxit Moſeh manus ſuas ſuper eū,
& paruerunt ei filij Iſrael,& fecerunt quemadmodum præce-
pit dominus Moſeh.Et nō ſurrexit propheta vltra in Iſrael,ſi-
cut Moſeh,quem noſſet dominus facie ad faciem,in omnib⁹
ſignis,& portentis,ad quæ miſit eum dominus,vt faceret in
terra Aegypti,Parhoh & omnibus ſeruis eius,
& omni terræ eius.Et in omni poteſtate
forti,& omni terrore magno,
quæ fecit Moſeh in ocu
lis omnis Iſrael.

FINIS.

# Liber Iehoſuah,

## Interprete Sante Pagni-no,Lucenſi.

¶Dominus animat Iehoſuah ad inuadendam terram promiſſionis.
CAPVT I.

A ET FVIT, POST MOR-
tem Moſeh ſerui domini,dixit domi-
nus ad Iehoſuah filium Nun,miniſtrum
Moſeh, dicendo: Moſeh ſeruus meus
mortuus eſt,Et nunc ſurge,tranſi Iarden
hunc,tu & omnis populus hic,ad terrā
quam do eis,nempe filijs Iſrael.Omnem
locum in quo calcauerit plāta pedis veſtri,vobis dedi,quem- Deut.11.c.
admodum locutus ſum ad Moſeh. A deſerto & Lebanon
iſto,vſque



iſto,vſque ad flumen magnum flumen Perath,omnis terra
Chitthæorum vſque ad mare magnum ab occaſu ſolis, erit
terminus veſter.Non ſtabit quiſquam ante te,omnibus die-
bus vitæ tuæ.Quemadmodum fui cum Moſeh, ero tecum.
B Non dimittam te,neque derelinquam te.Conforta te,& ro-
bora te,quia tu hæreditate accipere facis populum hunc ter-
ram,ſuper quam iuraui patribus eorum,vt darem eis.Tantū
Heb.13.a conforta te,& robora te valde,vt cuſtodias,& facias ſecundū
a eo. omnem legem,quam præcepit tibi Moſeh,ſeruus meus. Ne
b ſecundentia. declines ab [a] ea ad dexteram,& ad ſiniſtram,vt [b] intelligas in
omnibus ad quæ perrexeris.Non recedat liber legis huius ab
ore tuo,ſed meditaberis in eo die ac nocte,vt obſerues, & fa-
cias ſecundum omne quod ſcriptum eſt in eo.Tunc enim ſecū
dabis vias tuas,& tunc intelliges.Nōnne præcepi tibi? Con-
forta te,& robora te,ne conſternaris,ne terrearis,quia tecum
eſt dominus deus tuus in omnibus,ad quæ perrexeris.Et prę
C cepit Iehoſuah præfectis populi dicendo:Tranſite per mediū
caſtrorum,& præcipite populo,dicendo:Parate vobis anno
nam,quia in fine trium dierum vos tranſitis Iarden hunc,vt
ingrediamini ad poſſidendum terram,quam dominus deus
Num.32.d veſter dat vobis,ad poſſidendum eā.Reubenitis autem, Gha
ditis,& dimidiæ tribui Menaſſeh ait Iehoſuah, dicendo: Me-
mentote verbi quod precepit vobis Moſeh ſeruus domini,
dicendo:Dominus deus veſter requieſcere vos fecit, deditqꝫ
vobis terram hanc. Vxores veſtræ,paruuli veſtri,& pecora
veſtra maneant in terra,quam dedit vobis Moſeh trans Iar-
den.Vos autem trāſibitis accincti armis ante fratres veſtros,
omnes potentes fortitudine,& auxiliabimini eis,donec quie-
ſcere faciat dominus fratres veſtros ſicut vos, & poſſideant
etiam ipſi terram, quam dominus deus veſter dat vobis.Et
reuertemini ad terram poſſeſſionis veſtræ,& poſſidebitis e-
am,quam dedit vobis Moſeh ſeruus domini trans Iarden,ad
ortum ſolis.Et reſponderunt ad Iehoſuah, dicendo: Omnia
quæ præcepiſti nobis,faciemus: & ad omnia ad quæ miſeris
nos,pergemus.Iuxta omnia quibus obediuimus ipſi Moſeh,
obediemus tibi,tantum ſit dominus deus tuus tecum,quem
admodum fuit cum Moſeh.Quicunque rebellauerit ori tuo,
& non obedierit verbis tuis in omnibus,quæ præceperis ei,
moriatur.Tantum conforta te,& robora te.

Iehoſuah mittit exploratores,qui ueniunt in Iericho,abſcon-
duntur qꝫ a Rachab caupona.
CAP. II.

A MIſitqꝫ Iehoſuah fili⁹ Nun è Sitthim duos viros explo-
ratores clàm,dicendo:Ite,videte terram,& Iericho.
c Meretricis. Iacobi.2.d Heb.11.f. Et iuerunt,& ingreſſi ſunt domum mulieris [c] cauponæ,& no
men eius Rachab,& dormierunt ibi.Dictum autem fuit regi
Iericho,dicendo:Ecce viri venerunt huc nocte è filijs Iſrael
ad explorandum terram.Et miſit rex Iericho ad Rachab,dicē
do:Educ viros,qui ingreſſi ſunt ad te,qui venerunt ad domū
tuam,quia ad explorandum omnem terram,venerunt.Et tu-
lit mulier ambos viros,& abſcondit eos,& ait:Profecto vene
runt ad me viri,ſed nō cognoui vnde eſſent.Et fuit,dum por-
B ta clauderetur in tenebris,viri egreſſi ſunt.Non cognoui quò
abierunt viri.Sequimini cito eos,quia comprehēdetis eos. I-
pſa autem aſcēdere fecit eos in tectum,& abſcondit eos in cul
mis lini,qui ordinati erant ei ſuper tectum.Et viri ſecuti ſunt
eos itinere Iarden vſque ad vada,portamqꝫ clauſerunt,poſtqꝫ
egreſſi ſunt inſequentes eos.Et antequam dormirēt,ipſa aſcē
dit ad eos ſuper tectum,& ait ad viros: Noui quod dederit
dominus vobis terrā,& quia cecidit terror veſter ſuper nos,
& quia defluxerunt omēs habitatores terræ à facie veſtra.Au
diuimus enī,quòd ſiccari fecerit dominus aquas maris Suph
à facie veſtra, dum exiretis ex Aegypto,& quæ feciſtis duo-
bus regibus Emoræi,qui erant trans Iarden,Sichon,& Ogh,
d nec amplius manſit erectus ſpiritus quos interemiſtis.Et audiuim⁹,& liquefactum eſt cor noſtrū,
[d] & non ſurrexit vltra ſpiritus in viro à facie veſtra.Dominus
enim deus verſter,eſt deus in cœlo ſurſum,& ſuper terram de
orſum.Et nunc iurate quæſo mihi per dñm,quia feci vobiſcū

miſericordiā,qꝫ facietis etiā vos cum domo patris mei miſeri
cordiā,& dabitis mihi ſignum veritatis,& viuificabitis patrē
meum,& matrē meam,& fratres meos,& ſorores meas,& o-
C mnia q̄ ſunt eis, & eruetis animas noſtras à morte. Dixerūtqꝫ
ei viri:Anima noſtra [a] pro vobis ad moriendum,ſi non pro- a ſ. erit
dideritis verbum noſtrum hoc.Et erit,cū tradiderit dominus
nobis terram,faciemus tecū miſericordiā,& veritatem.Et de
ſcendere fecit eos fune per feneſtrā.Domus enī eius erat in pa-
riete muri,& in muro ipſo habitabat.Dixitqꝫ eis:Ad mōtem
pergite,ne forte occurrant vobis inſequētes,& latitate ibi tri-
bus diebus,donec redeant inſequentes,& poſtea ibitis per vi
am veſtram.Dixerūtqꝫ ei viri:Innoxij erimus à iuramēto tuo
hoc,quo iurare feciſti nos.Ecce nobis ingredientibus terram,
chordam fili coccinei hanc ligabis in feneſtra, per quam de-
ſcendere feciſti nos, & patrem tuum, & matrem tuam, fra-
treſqꝫ tuos,ac omnem domū patris tui congregabis ad te in
D domū.Et erit,omnis qui egreſſus fuerit ex oſtijs domus tuæ
foras,ſanguis eius erit in caput eius,& nos innoxij,& omnis
qui fuerit tecum in domo,ſanguis illius in caput noſtrū,ſi ma
nus fuerit in illum.Si verò prodideris verbū noſtrum hoc,e-
rimus innocentes à iuramento tuo,quo nos iurare feciſti. Et
ait:Secundum verba veſtra ita ſit.Et dimiſit eos & abierunt.
Et ligauit filū coccineum in feneſtra.Et abierunt, veneruntqꝫ
ad montē,& manſerunt ibi tribus diebus,donec reuerterent
inſecutores.Et quæſierunt inſecutores per oēm viam, & non
inuenerunt.Reuerſiqꝫ ſunt ambo viri,ac deſcenderunt de mō
te,& tranſierunt,veneruntqꝫ ad Iehoſuah filium Nun,& nar-
rauerunt ei omnia quæ euenerunt eis.Dixerūtqꝫ ad Iehoſuah:
Vtiqꝫ tradidit dominus in manibus noſtris omnem terram,
& etiam diſſoluti ſunt omnes habitatores terrę à facie noſtra.

¶Venit Iehoſuah cum populo ad Iarden,ſiccantur aquæ,
populus tranſit. CAP. III.

A ET ſurrexit Iehoſuah mane,& profecti ſunt è Sitthim, &
venerūt vſqꝫ ad Iarden,ipſe,& omnes filij Iſrael.Et per-
noctauerūt ibi,anteqꝫ tranſirent.Et fuit,poſt finē triū dierum
trāſierūt præfecti per mediū caſtrorū,preceperuntqꝫ populo,
dicēdo:Quum videritis arcā fœderis domini dei veſtri,& ſa
cerdotes Leuitas portātes eā,proficiſcemini de loco veſtro.
& ibitis poſt illā,Verūtamē interſtitiū erit inter vos,& ipſam
ferè duum milium cubitorū in menſura.Ne appropinquetis
ei,vt cognoſcatis viam per quā ambuletis.Non enim tranſi-
ſtis per viā ab heri & nudiuſterti⁹.Dixitqꝫ Iehoſuah ad popu-
lum:[b] Sanctificate vos.Cras enim faciet dñs in medio veſtri b Sitis parati
B mirabilia.Dixitqꝫ Iehoſuah ad ſacerdotes,dicēdo:Tollite arcā
fœderis,& trāſite ante populū.Et tulerunt arcam fœderis, &
ambulauerūt ante populū.Dixit autem dñs ad Iehoſuah: Die
hac incipiam magnificare te in oculis omnis Iſrael,vt ſciant,qꝫ
quēadmodum fui cum Moſeh,ſic ero tecum.Et tu præcipies
ſacerdotibus portantibus arcam fœderis,dicendo:Cū ingreſ-
ſi fueritis vſqꝫ ad finem aquæ Iarden,in Iarden ſtabitis.Dixitqꝫ
Iehoſuah ad filios Iſrael:Accedite huc,& audite verba domi
C ni dei veſtri.Et ait Iehoſuah:In hoc cognoſcetis, qꝫ deus viuēs
eſt in medio veſtri,& quòd expellendo expellet à facie veſtra
Chenahanæum,& Chitthæum,& Chiuuæum,& Perizæum,
& Ghirgaſæum,& Emoræum,& Iebuſæum.Ecce arca fœde
ris domini vniuerſæ terræ,tranſit ante vos Iarden.Et nūc tol
lite duodecim viros de tribub⁹ Iſrael,ſingulum virum per tri
bum.Et erit,cum requieuerint plantæ pedum ſacerdotum
portantium arcam domini dominatoris omnis terræ in aqs
Iarden,aquæ Iarden deficient,aquæ deſcendentes deſuper ſta
bunt aceruo vno.Et fuit cum proficiſceretur populus de ta-
bernaculis ſuis,vt tranſiret Iarden,ſacerdotes portabant arcā Eccl.24.c. Acto.7.f.
fœderis ante populum.Et cum veniſſent portantes arcam vſ-
que ad Iarden,& pedes ſacerdotum portantium arcam intin
D cti eſſent in extremo aquarum(& Iarden repleuerat omnes ri
pas ſuas omnibus diebus meſſis)ſteterunt aquæ quæ deſcen-
debant deſuper,ſteterunt aceruo vno ꝓcul valde ab Adā vr-

be,quæ eſt ex latere Sarthan,& deſcendentes in mare ſolitudinis,mare ſalis,conſumptæ ſunt,defecerunt:populus aut tranſierunt è regione Iericho.Stabant autem ſacerdotes portantes arcam fœderis domini in ſicco,in medio Iarden præparati, & omnis Iſrael tranſibant per ſiccum,donec perficerent om̃is gens tranſire Iarden.

¶Ponuntur duodecim lapides in alueo ſicco Iarden,in monumentum ſiccati Iarden. CAP. IIII.

A ET fuit quando perfecerunt omnis gens tranſire Iarden, dixit dominus ad Iehoſuah,dicendo:Tollite vobis è populo duodecim viros,virum vnum de qualibet tribu,& præcipite eis,dicendo:Tollite vobis hinc è medio Iarden è loco, vbi ſteterunt pedes ſacerdotum præparatorum, duodecim lapides,& tranſire facietis eos vobiſcum,& ponere facietis in diuerſorio,in quo manebitis nocte hac.Et vocauit Iehoſuah duodecim viros,quos præparari fecerat de filijs Iſrael,virum vnum de qualibet tribu,dixitq; ad eos Iehoſuah:Tranſite ante arcam domini dei veſtri in medium Iaden,& tollite vobis ſinguli lapidem vnum ſuper humerum ſuum,iuxta numerum tribuum filiorum Iſrael,vt ſit hoc ſignum in medio veſtri, cũ interrogauerint filij veſtri cras,dicendo:Quid lapides iſti vobis?dicetis eis:quia defecerunt aquæ Iarden ante arcam fœderis domini,cum tranſiret Iarden,exciſæ ſunt aquæ Iarden. Eruntq; lapides iſti in memoriam filijs Iſrael vſq; in ſeculum.
B Et fecerunt ſic filij Iſrael,quemadmodũ præceperat Iehoſuah. Et tulerunt duodecim lapides de medio Iarden,quemadmodum locutus eſt dominus ad Iehoſuah,ſecundum numerum tribuum filiorum Iſrael,& tranſire fecerunt eos ſecum ad diuerſorium,& poſuerunt eos ibi.Et duodecim lapides erexit Iehoſuah in medio Iarden,ſub loco vbi ſteterant pedes ſacerdotum portantium arcam fœderis,fueruntq; ibi vſque ad diem hanc.Sacerdotes autem portantes arcam fœderis, ſtabant in medio Iarden,donec conſummaretur omne verbum, quod præcepit dominus ad Iehoſuah,vt loqueret ad populum,iuxta omnia quæ præcepit Moſeh ipſi Iehoſuah.Et feſtinauerunt populus & tranſierunt.Et fuit,quando perfecit omnis populus tranſire,tranſiuit arca domini,& ſacerdotes an-
C te populum.Tranſieruntq; filij Reuben,& filij Gad,& dimi-
Exod.41.c. dia tribus Menaſſeh accincti armis ante filios Iſrael, quemadmodũ locutus fuerat ad eos Moſeh.Circiter q̃draginta milia armatorum militum tranſierunt ante dominum ad prælium ad campeſtra Iericho.In die ipſa magnificauit dominus Iehoſuah in oculis omnis Iſrael,& timuerũt eum,quemadmodum timuerunt Moſeh omnibus diebus vitæ eius.Dixitq; dominus ad Iehoſuah,dicendo:Præcipe ſacerdotibus portantibus arcam teſtimonij,vt aſcendant ex Iarden.Et præcepit Iehoſuah ſacerdotibus,dicendo:Aſcendite ex Iaden.Et fuit,cum aſcẽdiſſent ſacerdotes portantes arcam fœderis domini de medio Iarden,tranſlatæ ſunt plantæ pedum ſacerdotum ad ſiccum, & reuerſæ ſunt aquæ Iarden ad locum ſuum,& fuerunt ſicut
D heri,& nudiuſtertius iuxta omnes ripas ſuas.Populus autem aſcenderunt ex Iarden decima menſis primi, & caſtrametati ſunt in Ghilgal in extremo orientis Iericho.Et duodecim lapedes illos,quos tulerunt ex Iarden,ſtatuit Iehoſuah in Ghilgal.Dixitq; ad filios Iſrael,dicendo:Cum interrogauerint filij veſtri cras patres ſuos,dicẽdo:Quid lapides iſti? Cognoſcere
Num.32.d. facietis filios veſtros,dicendo:Per aridam tranſiuit Iſrael Iarden hunc.Quoniam ſiccari fecit dominus deus veſter aquas Iarden à facie veſtra,donec tranſieritis.quemadmodum fecit dominus deus veſter in mari Suph, quod ſiccari fecit à facie noſtra,donec tranſiremus.Vt cognoſcant omnes populi terræ manum domini,quoniam fortis eſt,vt timeatis dominum deum veſtrum omnibus diebus.

¶De ſecunda circunciſione ſub Iehoſuah. CAP. V.

A ET fuit,cum audiſſent omnes reges Emoræi, qui erant trans Iarden ad occidentem,& omnes reges Chenahanæi,qui erant iuxta mare,q̃ ſicari feciſſet dominus aquas Iarden à facie filiorum Iſrael,donec tranſirent,liquefactũ eſt cor eorum,nec erat in eis vltra ſpiritus à facie filiorum Iſrael.In tẽpore illo dixit dominus ad Iehoſuah:Fac tibi cultros acutos, & conuerſus circuncide filios Iſrael ſecundò.Et fecit ſibi Iehoſuah cultros acutos,& circũcidit filios Iſrael in [a] colle præpu- [a in loco,q ob id uocat eſt Collis præputiorum.]
B tiorum.Et hæc eſt cauſa quare circũcidit Iehoſuah. Om̃is populus qui egreſſus fuerat ex Aegypto,maſculi om̃es viri bellatores mortui erant in deſerto in via,quando egreſſi ſunt ex Aegypto.Quia circunciſi fuerũt omnis populus qui egreſſus fuerat.Et omnem populum qui nati ſunt in deſerto in via,qñ egreſſi ſunt ex Aegypto,non circunciderunt. Nam quadraginta annis ambulauerunt filij Iſrael per deſertum,donec conſumeretur omnis generatio virorum bellatorum,qui egreſſi fuerant ex Aegypto,qui non audierunt vocem domini, quibus iurauit dominus,q̃ non oſtenderet eis terram,ſuper quã iurauit dominus patribus eorum,vt daret vobis terram fluẽtem lacte,& melle.Et filios eorum ſtare fecit pro eis.Eos circũ-
C cidit Iehoſuah,quia incircunciſi erant.Non em̃ circunciderat eos in via.Et fuit,quando completa fuit omnis gens circuncidi,manſerunt in loco ſuo in caſtris,donec ſanarentur.Dixitq; dominus ad Iehoſuah:Hodie reuolui opprobrium Aegypti à vobis.Et vocauit nomẽ loci ipſius Ghilgal vſq; ad diẽ hanc. Et caſtrametati ſunt filij Iſrael ĩ Ghilgal,& fecerũt Peſach quartadecima die menſis ad veſperam in campeſtribus Iericho.Et comederũt de fructu terræ in craſtino Peſach infermentata & polentam in ipſomet die.Et ceſſauit Man in craſtino,dum comediſſent de frumento terræ,& non fuit vltra filijs Iſrael Mã,
D ſed comederunt de fructu terræ Chenahan anno ipſo.Et fuit, dum eſſet Iehoſuah in Iericho,leuauit oculos ſuos,& vidit:& ecce vir ſtabat contra eum,& gladius eius euaginatus in manu eius.Et iuit Iehoſuah ad eum,& ait ei:Ex noſtris es,an ex aduerſarijs nr̃is?Et dixit:Nõ,ſed ſum princeps exercit⁹ dñi.Nũc veni.Et cecidit Iehoſuah in faciem ſuam in terrã,& adorauit, & dixit ei:Quid dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Et dixit princeps exercitus domini ad Iehoſuah:Solue calceamentum de pede tuo,quia locus ſuper quo tu ſtas, ſanctitas eſt.Et fecit Iehoſuah ſic. Et Iericho claudebat viros ſuos, & clauſa omnino erat propter filios Iſrael.Non erat egrediens, nec ingrediens.

¶Cadentibus muris,capitur & deſtruitur Iericho,ſeruatur Rachab caupona. CAP. VI.

A DIxitq; dominus ad Iehoſuah:Vide,dedi in manu tua Iericho,& regẽ eius,potentes exercitus.Et circuibitis ciuitatem omnes viri bellatores gyrando ciuitatem ſemel.Sic facies ſex diebus.Et ſeptem ſacerdotes tollent ſeptem tubas arietinas ante arcam.Die autẽ ſeptima circuibunt ciuitatẽ ſeptẽ vicibus,& ſacerdotes clãgent tubis.Et erit,qñ protrahẽt ſonitum cũ cornu arietino,cũ audieritis vocẽ tubæ,vociferabunt om̃is populus vociferatione magna,& cadet murus ciuitatis ſub ſe,& aſcẽdent populus q̃ſque è regione ſui.Et vocauit Iehoſuah filius Nun ſacerdotes,& dixit ad eos:Tollite arcã fœderis,& ſeptẽ ſacerdotes tollant ſeptẽ tubas arietinas corã arca dñi.Dixitq; ad populũ:Trãſite,& circuite ciuitatem, & ar-
B matus tranſeat ante arcã domini.Et fuit,cũ diceret Iehoſuah ad populũ:ſeptẽ ſacerdotes tollẽtes ſeptẽ tubas arietinas ante arcã domini tranſierunt & clãxerũt tubis,& arca fœderis domini ibat poſt eos.Et armatus ibat ante ſacerdotes clangẽtes tubis,& aggregatus ibat poſt arcã eundo,& clangẽdo tubis. Populo aũt p̃cepit Iehoſuah,dicẽdo:Nõ clamabitis neq; facietis audire vocẽ veſtrã,neq; egredietur ex ore veſtro verbũ vſq; ad diẽ,quo dixero vobis clamate,[b] & vociferate.Et circuiuit arca dñi ciuitatẽ gyrando ſemel.Et venerũt ad caſtra,& [b & tũc clamabitis.] manſerunt in caſtris.Et ſurrexit Iehoſuah mane,& tulerunt ſacerdotes arcã dñi.Et ſeptẽ ſacerdotes tollẽtes ſeptẽ tubas arietinas ante arcã domini ambulabãt eundo,& clãgebant tubis, & armati ibãt añ eos,& recollecti reliq ibãt poſt arcã dñi eundo,et clãgẽdo tubis.Et circuierũt ciuitatẽ die ſecũdo vice alia, & reuerſi ſunt ad caſtra.Sic fecerũt ſeptẽ dieb⁹.Et fuit,die ſeptimo ſurre-



mo ſurrexerunt,cum aſcendit aurora,& circuierũt ciuitatem ſecundum modum hunc ſeptem vicibus.Tantum die ipſa circuierunt ciuitatem ſeptem vicibus.Et fuit,vice ſeptima clan-
C xerunt ſacerdotes tubis.Dixitq; Iehoſuah ad populum:Clamate,quia tradidit dominus vobis ciuitatem.Et erit ciuitas
Supra.2.b. hæc anathema,& omnia quæ ſunt in ea domino.Tantum Ra-
a meretrix chab [a] caupona viuet,ipſa & omnes qui ſunt ſecũ in domo, quia abſcondit nuncios quos miſimus.Verũtamen cauete ab anathemate,ne forte capiatis anathema,& tollatis de anathamate & ponatis caſtra Iſrael in anathema,& turbetis ea. Omne autem argentum,& aurum,& vaſa ærea,& ferrea,ſanctũ eſt domino.Theſaurum domini ingredietur.Et clamauit populus,& clanxerunt tubis.Et fuit,cum audiſſet populus vo-
Heb.11.f. cem tubæ,clamauerunt populus clamore magno, & cecidit
2.Ma.12.c. murus ſub ſe.Et aſcendit populus in ciuitatem quiſq; è regione ſui,& ceperunt ciuitatem,& deſolauerunt omnia quæ erãt in ciuitate,ab homine vſque ad mulierem,à puero vſque ad
D ſenem,& vſque ad bouem,& ouẽ,& aſinum acie gladij.Duobus autem viris,qui explorauerunt terram,dixit Iehoſuah:Ingredimini domum mulieris cauponæ,& educite inde mulierem,& omnia quæ ſunt ei,quemadmodum iuraſtis ei. Et in-
Supra.2.c.
Heb.11.f. greſſi ſunt pueri exploratores,et eduxerũt Rachab,& patrem eius,& matrem eius,& fratres eius,& omnia quæ erant ei, & omnes familias eius eduxerunt,& poſuerunt eos extra caſtra Iſrael.Et ciuitatem ſuccenderunt igni,& omnia quæ erant in ea.Tantũ argentũ,& aurũ,& vaſa ærea & ferrea poſuerunt in theſauro domus domini.Et Rachab cauponam,& domum patris eius,& omnia quæ erant ei,viuere fecit Iehoſuah,& habitauit in medio Iſrael,vſq; ad diem hanc,quia abſcondit nuncios,quos miſerat Iehoſuah ad explorandum Iericho.Et adiurauit Iehoſuah in tempore illo,dicendo:Maledictus vir antẽ
3.Re.16.g. dominum qui ſuſcitauerit,& ædificauerit ciuitatem Iſtam Iericho.In primogenito ſuo fundet eam,& in paruo ſuo ſtatuat portas ei⁹.Et fuit dñs cũ Iehoſuah,& fama eius fuit in oĩ terra.

¶Exploratur Hai,lapidatur Hachan pro furto anathematis. CAP. VII.

A ET præuaricati ſunt filij Iſrael præuaricatiõem in anathe-
Infra.22.d. mate.Tulitq; Hachan filius Charmi,filij Zabdi filij Zerach de tribu Iehudah de anathemate,& iratus eſt furor domini cõtra filios iſrael.Miſit autem Iehoſuah viros de Iericho in Hai,quæ eſt iuxta Bethauen ad orientem Bethel.Dixitq; ad eos,dicendo:Aſcendite & explorate terram. Et aſcenderunt viri & explorauerunt Hai.Et reuerſi ſunt ad Iehoſuah,atq; dixerunt illi:Non aſcendat omnis populus. Circiter duo milia virorum,vel circiter tria milia virorum aſcendant,& percutiant Hai.Ne laborare facias illuc omnem populum,quia pauci ſunt.Et aſcenderunt è populo illuc fere tria milia virorum, & fugerunt coram viris Hai.Et percuſſerunt ex eis viri Hai fer-
B me triginta & ſex viros,& perſecuti ſunt eos coram porta vſque ad Sebarim,& percuſſerunt eos in deſcenſu.Et liquefactũ eſt cor populi,& fuit velut aqua.Et ſcidit Iehoſuah veſtimenta ſua,& cecidit in faciem ſuam in terram coram arca domini vſque ad veſperam ipſe,& ſenes Iſrael,& aſcendere fecerũt puluerem ſuper caput ſuum.Dixitq; Iehoſuah:Ahah dñe deus,vt quid trãſire feciſti,trãſire faciẽdo populũ hũc Iarden,vt traderes nos ĩ manu Emoræi,vt p̃dere faceres nos:Et vtinã voluiſſemus,& manſiſſemus trans Iarden.O domine,quid dicã,poſtquam vertit Iſrael ceruicem corã inimicis ſuis.Et audiẽt Chenahanæus,& omnes habitatores terræ,& vertent ſe contra nos,& diſperdent nomen noſtrum è terra.Et quid facies nomini tuo magno?Dixitq; dominus ad Iehoſuah: Surge. Vt quid tu cadis in faciem tuam?Peccauit Iſrael, & etiam tranſgreſſi ſunt pactũ meũ,quod præcepi eis,& etiã tulerũt de anathemate,& etiam furati ſunt,& etiã mentiti ſunt,& etiam poſuerunt inter vaſa ſua.Et non poterũt filij Iſrael ſtare coram inimicis ſuis.Ceruicem vertẽt coram inimicis ſuis,quia fuerũt
C in anathemate.Non addã eſſe vobiſcum,niſi diſperdatis anathema è medio veſtri. Surge,[a] Sanctifica populum, & dices: [a præparate]
[b] Sanctificate vos in craſtinum,Sic enim dixit dominus de⁹ Iſrael:Anathema eſt in medio tui Iſrael.Non poteris ſtare corã inimicis tuis, donec remoueatis anathema è medio veſtri. [b Præparat] Accedetiſq; mane per tribus veſtras.Et erit,tribus quam ceperit dominus,accedet per familias.Et familia quam ceperit dominus,accedet per domos,& domus quam comprehenderit dominus,accedet per viros.Et erit,qui deprehenſus fuerit in anathemate,comburetur igni ipſe,& om̃ia quæ ei ſunt, quia tranſgreſſus eſt pactum domini,& quia fecit nephas in Iſrael.Et ſurrexit Iehoſuah mane,& applicuit Iſrael per tribus ſuas,& deprehenſa eſt tribus Iehudah. Et applicuit familiam Iehudah,& deprehendit familiam Zarchi.Et applicuit familiã Zarchi p̃ domos,& deprehẽſa eſt Zabdi.Et applicuit domũ eius per viros,& deprehenſus eſt Hachã fili⁹ Charmi filij Zabdi filij Zerach de tribu Iehudah.Dixitq; Iehoſuah ad Hachan: Fili mi,da quæſo gloriam domino deo Iſrael,& da ei confeſ-
D ſionem,& indica quæſo mihi quid feceris.Ne abſcõdas à me. Reſpõdit Hachan ad Iehoſuah,& ait:Verè ego peccaui domino deo Iſrael,& tale,& tale feci.Vidi inter ſpolia pallium Ba- [c linguam]
bylonicum vnum bonum, & ducentos ſeclos argenteos,& [c] virgam auream vnam quinquaginta ſeclorum põdus eius, & concupiui ea,& tuli ea, & ecce abſcondita ſunt in terra in medio tabernaculi mei,& argentum ſub eo.Et miſit Iehoſuah nuncios & cucurrerunt ad tabernaculum, & ecce abſconditum erat in tabernaculo eius,& argentum ſub eo.Et tulerunt ea de medio tabernaculi,& adduxerunt ea ad Iehoſuah,& ad omnes filios Iſrael,& ſtatuerunt ea coram domino.Et tulit Iehoſuah Hachan filium Zerach,& argentum,& pallium,& virgam auream,& filios eius,& filias eius,& boues eius,& aſinos eius,& pecora eius,& tabernaculum eius,& omnia quæ erant ei,& omnis Iſrael cum eo,& aſcendere fecerunt eos in valle Hachor.Dixitq; Iehoſuah:Cur turbaſti nos?Turbet te dominus in die hac.Et lapidauerunt eum omnis Iſrael lapidibus,& cõbuſſerunt eos igni et obruerunt eos lapidibus.Et ſtatuerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum vſque ad diem hanc.Et aduerſus eſt dominus ab ira furoris ſui.Ideo vocauit nomen loci illius vallem Hachor,vſque ad diem hanc.

¶Expugnatur Hai.Conſtruitur altare lapideum,cui inſcribitur, Deuteronomium.Benedicit populo Iehoſuah. CAP. VIII.

A DIxitq; dominus ad Iehoſuah: Ne timeas,& ne terrearis.Tolle tecum omnem populum bellatorem,& ſur- Supra.6.d.
ge aſcende in Hai.Vide,dedi in manu tua regem Hai, & populum eius,& ciuitatem eius,& terram eius.Facieſq; Hai, & regi eius,quemadmodum feciſti Iericho,& regi eius. Tantũ ſpolia eius,& animalia eius prædabimini vobis.Pone inſidias ciuitati à tergo eius.Et ſurrexit Iehoſuah,& omnis populus bellator,vt aſcenderent in Hai.Et elegit Iehoſuah triginta milia virorum fortium robore,& miſit eos nocte.Et præcepit eis,dicendo: Videte,inſidiamini ciuitati à tergo ciuitatis, ne elongetis vos ab vrbe valde,ſed eſtote omnes vos parati. Ego autem, & omnis populus qui mecum eſt,accedemus
B ad vrbem. Et erit, cum exierit in occurſum noſtrum ſicuti prius,fugiemus ante eos.Et egredietur poſt nos, donec euellamus eos ab vrbe. Dicent enim: Fugiunt ante nos vt prius,& fugiemus ante eos. Vos autem ſurgetis ex inſidijs, & expelletis habitatores ciuitatis. Tradetq; eam dominus deus veſter in manu veſtra. Et erit, cum ceperitis ciuitatem, ſuccendetis ciuitaiatem igni. Iuxta verbum domini facietis. Videte, præcepi vobis. Et miſit eos Iehoſuah, & perrexerunt ad inſidias,& manſerunt inter Bethel, & Hai ab ocidente Hai.Et manſit Iehoſuah nocte illa in medio populi.Et ſurrexit Iehoſuah mane,& numerauit populum,& aſcendit ipſe,& ſenes Iſrael ante populum in Hai.Et omnis populus bellator qui erat ſecum,aſcenderunt & appropinqua-
C uerunt,& venerunt contra ciuitatem,& caſtrametati ſunt ab aqlone ipſi Hai,& vallis erat inter eũ,& Iter Hai.Et tulit circi-

ter quinque milia virorum,& poſuit eos in inſidijs inter Bethel,& inter Hai ab occidente ipſi ciuitati. Et poſuerunt populus omnia caſtra quæ erant ab aquilone ipſi ciuitati,& [a] inſidias eius ab occidente ipſi ciuitati,& perrexit Iehoſuah nocte illa in medium vallis. Et fuit,cum videret rex Hai,feſtinauerũt & ſurrexerunt,& egreſſi ſunt homines ciuitatis in occurſum Iſrael in prælium,ipſe,& omnis populus eius ad tempus conſtitutum ante campeſtria,& neſciebat quòd inſidiæ eſſent ſibi à tergo ciuitatis. Et cæſi ſunt Iehoſuah & omnis Iſrael ante eos,& fugerunt per viam ſolitudinis. Et vociferati ſunt omnis populus in ciuitate perſequendo eos,& perſecuti ſunt Iehoſuah,& euulſi ſunt à ciuitate. Et non eſt relictus vir de Hai,& Bethel,qui non egreſſi ſint poſt Iſrael,& reliquerunt ciuitatem apertam,& perſecuti ſunt Iſrael. Dixit autem dominus ad Iehoſuah:Extende haſtam,quæ eſt in manu tua cõtra Hai,quia

D in manu tua dabo eam. Et extendit Iehoſuah haſtam quæ erat in manu ſua contra ciuitatem,& inſidiæ ſurrexerunt feſtinanter è loco ſuo,& cucurrerunt,cum extendiſſet manum ſuam,& venerunt ad ciuitatem,atque ceperunt eam,& feſtinauerunt,& ſuccenderunt ciuitatem igni. Et verterunt ſe viri Hai poſt ſe,& viderunt,& ecce aſcendebat fumus ciuitatis ad cœlum,& non erant eis [b] loca ad fugiendum huc,& illuc,& populus qui fugerat in deſertum conuerſus eſt ad perſequẽtem. Et Iehoſuah & omnis Iſrael viderunt quòd cepiſſent inſidiæ ciuitatem,& aſcendiſſet fumus ciuitatis,& reuerſi ſunt,& percuſſerunt viros Hai. Et illi egreſſi ſunt de ciuitate in occuſum eorum,& fuerunt Iſraeli in medio iſti hinc,& illi inde,&

E percuſſerunt eos vſquequo nõ remaneret ex eo ſuperſtes,& euaſor. Regemq; Hai ceperunt viuum,& accedere fecerunt eum ad Iehoſuah. Et fuit,cum compleuiſſet Iſrael occidere omnes habitatores Hai,tam in agro quàm deſerto,in quo perſecuti fuerant eos,& cecidiſſent omnes ipſi acie gladij,donec conſumerentur,reuerſi ſunt omnis Iſrael ad Hai,& percuſſerunt eã acie gladij. Et fuerunt omnes qui ceciderunt in die illa à viro vſque ad mulierem. XII. milia,omnes viri Hai. Et Iehoſuah non reduxit manum ſuam quam extenderat cum lancea,donec interficerent omnes habitatores Hai. Tantum animalia &

F ſpolia ciuitatis eius prædati ſunt ſibi filij Iſrael iuxta verbum domini,quod præcepit ipſi Iehoſuah. Et ſuccendit Iehoſuah Hai,& poſuit eam tumulum ſempiternum,deſolatiõem vſq; ad diem hanc. Et regem Hai ſuſpendit in ligno vſque ad tempus verſpertinum. Et cum occubuiſſet ſol,præcepit Iehoſuah,& depoſuerunt cadauer eius de ligno,& proiecerunt illud ad oſtium portæ ciuitatis,& ſtatuerunt ſuper illud aceruum lapidum grandem vſque ad diem hanc. Tunc ædificauit Iehoſuah altare domino deo Iſrael in monte Hebal,quemadmodum præcepit Moſeh ſeruus domini filijs Iſrael,ſecundum quod ſcriptum eſt in libro legis Moſeh altare ex lapidibus in-

G tegris,ſuper quos non fecit eleuare ferrum,& immolauerunt ſuper illud holocauſta domino,& ſacrificauerunt pacifica. Et ſcripſit ibi in lapidibus Deuteronomium legis Moſeh,quod ſcripſit coram filijs Iſrael. Et omnis Iſrael & ſeniores eius,& præfecti,& iudices eius ſtabant hinc,& inde ad arcam coram ſacerdotibus Leuitis portantibus arcam fœderis domini,ſicut peregrinus ſic indigena. Medietas eius contra montem Gherizim,& medietas eius contra montem Hebal,quemadmodum præcepit Moſeh ſeruus domini,vt benediceret populo Iſrael primum. Et poſtea legit omnia verba legis. Benedictionem,& maledictionem iuxta omne quod ſcriptum eſt in libro legis. Non fuit verbũ ex omnibus quæ præcepit Moſeh,quod nõ legerit Iehoſuah corã omi cœtu Iſrael,& mulieribus,& paruulis,& peregrinis,ambulantibꝰ in medio eorũ.

a extremũ

b vires

Exo.20.d.
Deu.27.a.

¶De induſtria & ſimulatione Gibhonitarum. CAP. IX.

A ET fuit,cum audiſſent omnes reges qui erant trans Iarden in monte,& planitie,& omni littore maris magni contra Lebanon,Chittæus,Emoræus,Chenahanæus,Perizæus,Chiuuæus & Iebuſæus:congragati ſunt pariter ad pugnã dum cũ Iehoſuah,& Iſrael conſenſu vno. Et habitatores Ghibhon,audierunt quòd fecerat Iehoſuah ipſi Ierecho,& Hai,& fecerunt etiam ipſi callide. Et abierunt & oſtenderunt ſe legatos,& tulerunt ſaccos veteres aſinis ſuis,& vtres vini veteres,& ſciſſos,& colligatos,& calceamina vetera,& reſarcita in pedibus ſuis,& veſtes veteres ſuper ſe. Et omnes panes cibi eorum ſicci erant,& mucidi,& perrexerunt ad Iehoſuah in caſtra Ghilgal,dixeruntq; ei,& ad virum Iſrael:E terra longinqua venimus. Et nunc percutite nobiſcum fœdus. Dixitq; vir

B Iſrael ad Chiuuæum:Forte in medio mei tu habitas,& quomodo percutiam tecum fœdus? Dixeruntq; ad Iehoſuah:Serui tui ſumus. Dixitq; ad eos Iehoſuah:Qui eſtis,& vnde veniſtis? Et dixerunt ei:E terra longinqua valde venerunt ſerui tui: in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam eius & omnia quæ fecit in Aegypto,& omnia quæ fecit duobus regibus Emoræi,qui erant trans Iarden,Sicon regi Chesbon,& Hogh regi Baſan,qui erant in Haſtharoth. Dixeruntq; nobis ſeniores noſtri,& omnes habitatores terræ noſtræ,dicendo: Tollite in manu veſtra eſcam pro itinere,& ite in occurſum eorum,ac dicite eis:Serui veſtri ſumus. Et nunc percutite nobiſcum fœdus. Hic panis noſter calidus in eſcam paratus eſt à nobis de domibus noſtris in die qua egreſſi ſumus,vt veniremus ad vos,& nunc ecce eſt ſiccus & mucidus. Et iſti v-

C tres vini,quos impleuimus noui erant,& ecce ſciſſi ſunt,et iſta veſtimenta noſtra,& calceamina noſtra veterauerũt propter maximum iter. Et acceperunt viri de eſca eorum,& os domini non interrogauerunt. Et fecit cum eis Iehoſuah pacem,& percuſſit cum eis fœdus ad viuificandum eos,& iurauerunt eis principes congregatiõis. Et fuit,in fine trium dierum poſt quam percuſſerunt cum eis fœdus,audierunt quod propinqui eſſent ſibi,& in medio ſui habitarent. Et profecti ſunt filij Iſrael,& venerunt ad ciuitates eorum die tertio,& ciuitates eorum erant Ghibhon,& Chephirah,& Beeroth,& Chiriathiiearim:& non percuſſerunt eos filij Iſrael,quia iurauerant eis principes ſynagogæ per dominum deum Iſrael. Et murmurauit omnis ſynagoga contra principes. Dixeruntq; omes principes ad omnem ſynagogam:Nos iurauimus eis per dominum deum Iſrael,& nunc non poſſumus contingere eos. Hoc faciemus eis,& faciendo viuere eos,& non erit contra nos ira propter iuramentum,quod iurauimus eis. Et dixerunt ad eos principes:Viuant,& cædant ligna,& hauriant aquam omni ſynagogæ,quemadmodum locuti ſunt eis prin-

D cipes. Et vocauit eos Iehoſuah,& locutus eſt ad eos,dicendo: Vt quid decepiſtis nos,dicendo:Longinqui ſumus à vobis valde,& vos in medio noſtri habitatis? Et nũc maledicti eſtis,& non excidentur ex vobis ſerui,& cædentes ligna,& haurientes aquam domui dei mei. Et reſponderunt ad Iehoſuah,atque dixerunt:Cum indicando indicatum fuit ſeruis tuis omne quod præcepit dominus deus tuus Moſeh ſeruo eius,vt daret vobis omnem terram,& diſperderet omnes habitatores terræ à facie veſtra,timuimus valde animabus noſtris à facie veſtra,& fecimus hoc. Et nunc ecce ſumus in manu tua. Sicut placet,& ſicut rectũ eſt in oculis tuis,vt facias nobis,fac. Et fecit eis ita. Et liberauit eos de manu filiorum Iſrael,& nõ interfecerunt eos. Poſuitq; eos Iehoſuah in die ipſa cæſores lignorum,& hauritores aquæ ſynagogæ,& altari domini vſq; ad diem hanc in loco quem elegerit.

Num.21.e.

2.Re.21.a.

¶Pugnatur in Gibhon contra quinque reges ſiſtitur ſol,prolongatur dies. CAP. X.

A ET fuit,cũ audiſſet Adoniſedech rex Ieruſalaim,ꝙ cepiſſet Iehoſuah Hai,& deleuiſſet eã,quẽadmodum fecit Iericho,& regi eius ſic feciſſet Hai,& regi eiꝰ,& ꝙ pacẽ feciſſent habitatores Gibhõ cũ Iſrael,& eſſet in medio eorũ timuerũt valde. Ciuitas eñ magna erat Gibhon veluti vna è ciuitatibꝰ regalibꝰ,& qa erat maior Hai,et oẽs viri eiꝰ fortes. Et miſit Adoniſedech rex Ieruſalaim ad Hohã regẽ Chebrõ,et ad Pirã regẽ Iarmuth,et ad Iaphiah regẽ Lachis,et ad Debir regẽ Heglõ dicendo:



dicendo:Aſcendite ad me,auxiliamini mihi,& percuſſiemus Ghibhon,quia pacẽ fecit cũ Iehoſuah,& cũ filiis Iſrael. Et congregati ſunt,& aſcenderunt quinq; reges Emoræi rex Ieruſalaim,rex Chebron,rex Iarmuth,rex Lachis,rex Heglõ,ipſi & o-

B mnia caſtra eorum,& caſtrametati ſunt cõtra Ghibhon,& pugnauerũt aduerſus eam. Et miſerunt viri Ghibhon ad Iehoſuah,ad caſtra in Ghilgal,dicẽdo:Ne ceſſare facias manus tuas à ſeruis tuis. Aſcẽde ad nos cito,& fac ſalutẽ nobis,& auxiliare nobis,quia cõgregati ſunt cõtra nos omes reges Emoræi habitantes in mõte. Et aſcẽdit Iehoſuah de Ghilgad ipſe,& omnis populus bellator cũ eo,& omes potẽtes viribus. Dixit aũt dñs ad Iehoſuah:Ne timeas ab eis. In manu eñ tua tradidi eos,nec ſtabit quiſquã ex eis in cõſpectu tuo. Et venit ad eos Iehoſuah repẽte,tota nocte aſcẽdit de Ghilgal,& contriuit eos dñs corã Iſrael,& ꝑcuſſit eos plaga magna in Ghibhon,& ꝑſecutus eſt eos per viã aſcẽſus Bethchoron,& percuſſit eos vſ-

C que Hazachah,& vſq; Macchedah. Et fuit,dũ fugerent à facie Iſrael,ipſis exiſtẽtibus in deſcẽſu Bethchoron dñs proiecit ſuper eos lapides magnos è cœlo vſq; ad Hazachah,& mortui ſunt. Plures fuerũt qui mortui ſunt lapidibus grãdinis quã q̃s interfecerũt filij Iſrael gladio. Tũc locutus eſt Iehoſuah dño in die qua tradidit dñs Emoræũ corã filijs Iſrael,& dixit in oculis Iſrael. Sol in Ghibhon expecta,& luna in valle Aialon. Et expectauit Sol,& luna ſtetit,donec vſciſceretur ſe gẽs de inimicis ſuis. An nõ eſt ſcriptũ in libro Iaſar. Et ſtetit ſol in medio cœli,& nõ feſtinauit occũbere die perfecta. Et nõ fuit ſicut dies illa ante eã,& poſt eã:vt obediret dñs voci viri. Dñs eñ pugnauit pro Iſrael. Et reuerſus eſt Iehoſuah,& omis Iſrael cũ eo ad

D caſtra in Ghilgal. Et fugerũt quinq; reges iſti,& abſconderũt ſe in ſpelũca in Macchedah. Et nunciatũ eſt ipſi Iehoſuah,dicẽdo:Inuẽti ſunt quinq; reges abſconditi in ſpelunca in Macchedah. Dixitq; Iehoſuah:Voluite ſaxa magna ad os ſpeluncæ,& cõſtituite iuxta eã viros,vt cuſtodiãt eos. Et vos ne ſtetis,perſequimini inimicos veſtros,& caudã eorũ cædite. Ne ſinatis eos ingredi vrbes ſuas. Tradidit eñ eos dñs deus veſter in manu veſtra. Et fuit,cũ finiſſet Iehoſuah,& filij Iſrael ꝑcutere eos plaga magna valde,donec cõſumerent,& ſuperſtites q ſupfuerũt ex eis,igreſſi eſſent ciuitates munitas,reuerſi ſunt oĩs pplſus ad caſtra ad Iehoſuah in Macchedah in pace. Nõ mouit cõtra filios Iſrael quiſq; linguã ſuã. Dixitq; Iehoſuah:Aperite os ſpeluncę,& educite ad me quinq; reges illos de ſpelũca. Et fecerũt ita. Et eduxerũt ad eũ quinq; reges de ſpelũca,regẽ Ieruſalaim,regẽ Chebron,regẽ Iarmuth regẽ Lachis,regẽ Heglõ. Et fuit,cũ eduxiſſet quinq; reges illos ad Iehoſuah vocauit Iehoſuah oẽm virũ Iſrael,dixitq; ad principes virorũ bellatorũ,qui perrexerant ſecũ:Accedite,ponite pedes veſtros ſuper colla regũ iſtorum. Et acceſſerũt,& poſuerũt pedes ſuos ſup colla eorũ. Dixitq; ad eos Iehoſuah:Ne timeatis,& ne paueatis,cõfortate

E vos,& roborate vos. Sic eñ faciet dñs omnibus inimicis veſtris cõtra quos pugnatis. Et percuſſit eos Iehoſuah poſt hæc,& mori fecit eos,& ſuſpẽdit eos in quinq; lignis,& fuerũt ſuſpenſi in lignis vſq; ad veſperã. Et fuit,tẽpore quo occubuit ſol,præcepit Iehoſuah,& depoſuerũt eos de lignis,& proiecerũt eos in ſpeluncã,in qua ſe abſconderant,& poſuerunt lapides ingentes ad os ſpeluncę vſq; ad huncmet diem. Et Macchedah cepit Iehoſuah die ipſa,et percuſſit eam acie gladij,& regẽ eius occidit,& oẽm animã,quæ erat in ea. Non reliquit euaſorem. Fecitq; regi Macchedah,quemadmodum fecit regi Ierecho. Et tranſiuit Iehoſuah,& omis Iſrael cũ eo de Macche-

F dah in Libnah,& pugnauit cũ Libnah. Traditq; dñs eam in manu Iſrael,& regẽ eius. Et ꝑcuſſit eã acie gladij,& oẽm animã quę erat in ea. Non reliquit in ea ſupſtitẽ. Et fecit regi eius,quẽadmodum fecit regi Ierecho. Et tranſiuit Iehoſuah,& omnis Iſrael cum eo de Libnah in Lachis,& caſtrametatus eſt iuxta eam,& pugnauit cum ea. Et dedit dominus Lachis in manu Iſrael,& cepit eam die ſecunda,& percuſſit eam acie gladij,& omnem animam quæ erat in ea,iuxta omia quæ fecit ipſi Libnah. Tunc aſcendit Horam rex Ghezer ad auxiliandũ Lachis & percuſſit eum Iehoſuah,& populum eius,donec non reliquit ei ſuperſtitem. Et tranſiuit Iehoſuah,& omnis Iſrael cum eo de Lachis in Heglon,& caſtrametati ſunt aduerſus eam,& pugnauerunt contra eam. Ceperuntq; eam die ipſa,& percuſſerunt eam acie gladij. Et omnem animam quæ erat in ea die ipſa interfecit,iuxta omnia quæ fecit ipſi Lachis. Et aſcendit Iehoſuah,& omnis Iſrael cum eo de Heglon in Chebron,& pugnauerunt contra eam. Et ceperunt eam,& pecuſſerunt eam acie gladij,& regem eius,& omnes vrbes eius,& omnem animam quæ erat in ea,nõ reliquit ſuperſtitem. Iuxta omnia quæ

Ieſa.28.f.
Eccl.46.a.

G fecit ipſi Heglon. Et interfecit eius habitatores,& omnem animam in ea. Et reuerſus eſt Iehoſuah,& omnis Iſrael cum eo in Debir,& pugnauit cõtra eam. Cepitq; eam,& regem eius,& omnes vrbes eius,& percuſſerunt eos acie gladij,& interfecerunt omnem animam quæ erat in ea. Non reliquit ſuperſtitẽ,quemadmodum fecit ipſi Chebrõ,ſic fecit ipſi Debir,& regi eius,& quemadmodum fecit ipſi Libnah,& regi eius. Et percuſſit Iehoſuah omem terram montanam,& meridianam & campeſtrem,& [a] Aſedoth,& omes reges eorum. Non reliquit ſuperſtitem. Et omnem animam interfecit,quemadmodum præcepit dominus deus Iſrael. Et percuſſit eos Iehoſuah à Cades Barneah vſq; Hazzah,& omnem terram Ghoſen vſque Ghibhon. Et omnes reges iſtos,& terram eorum cepit Iehoſuah vice vna,quia dominus deus Iſrael pugnat pro Iſrael. Et reuerſus eſt Iehoſuah & omis Iſrael cũ eo ad caſtra in Ghilgal.

a loca dediuia

¶Pugna Iehoſuah contra diuerſos reges. CAP. XI.

A ET fuit,cum audiſſet Iabin rex Chaſor,miſit ad Iobab regem Madon,& ad regem Simbron,& ad regem Achſaph. Et ad reges qui erant ab aquilone in monte,& in planicie ad auſtrum Chinneroth,& in planicie,& in Naphothdor ab occidente. Chenahanæus ab oriente & occidente,& Emoræus,& Chittæus,& Perizæus,& Iebuſæus in mõte,& Chiuuæus ſub Chermon in terra Miſpah. Et egreſſi ſunt ipſi,& omnia caſtra eorum cum eis,populus multus tanquam harena,quæ eſt iuxta littus maris præ multitudine,& equi,& currꝰ multi valde. Et conuenerunt omnes reges iſti,& venerunt,& caſtrametati ſunt pariter ad aquas Meron,vt pugnarent cum Iſrael. Dixit autem dominus ad Iehoſuah:Ne timeas à facie eorum. Cras enim in tempore hoc trado omnes iſtos occiſos coram Iſrael. Equos eorum ſubneruabis,& currus eorum com-

B bures igni. Et venit Iehoſuah,& omnis populus bellator cum eo aduerſus eos,ad aquas Meron repente,& irruerũt in eos. Et tradidit eos dominus in manu Iſrael,& percuſſerunt eos,& perſecuti ſunt eos vſq; Sidon magnã,& vſq; [b] Miſrephoth aquarũ,& vſq; ad campũ Miſpah ad orientẽ,& percuſſit eos,donec non reliquit eis ſuperſtitem. Et fecit eis Iehoſuah quemadmodum dixerat ei dominus. Equos eorum ſubneruauit,& currus eorum combuſſit igni. Et reuerſus eſt Iehoſuah in tempore ipſo,& cepit Chaſor,& regem eius percuſſit gladio. Chaſor enim antea fuit caput omnium regnorum iſtorum. Et percuſſerunt omnem animam,quæ erat in ea acie gladij interficiendo. Non remanſit omnis anima,& Chaſor com-

C buſſit igni. Et omnes vrbes regum iſtorum,& omnes reges eorum cepit Iehoſuah,& percuſſit eos acie gladij interficiendo eos quemadmodum pręcepit Moſeh ſeruus domini. Tantummodo omnes vrbes [c] quæ ſtant iuxta tumulum eorum,non combuſſit Iſrael,præter Chaſor ſolam quam combuſſit Iehoſuah. Et omnia ſpolia ciuitatem iſtarum,& animalia prædati ſunt ſibi filij Iſrael Tantũ omnẽ homnẽ percuſſerunt acie gladij,donec perdiderũt eos. Nõ reliq̃runt oẽm animã. Quẽadmodum præcepit Moſeh ſeruo ſuo,ſic præcepit Moſeh ipſi Iehoſuah,& ſic fecit Iehoſuah. Non remouit verbum,ex omnibus quæ præcepit dominus ipſi Moſeh. Et tulit Iehoſuah omnem terram iſtam montanam,& omnem auſtralem,& omnem terram Ghoſen,& planiciẽ,& cãpeſtria,& montẽ Iſrael,& planiciẽ eiꝰ. A mõte Ienei q aſcẽdit in Seir vſq; Bahal

b ſalinaꝝ

c quæ ſtabãt in robore ſuo.

Deutero.7.a.

Exo.34.a.
Deut.7.a.

gad in campo Lebanon ſub monte Chermon & omnes re-
D ges eorum cepit,& percuſſit eos,& mori fecit eos.Dieb⁹ mul
tis fecit Iehoſuah cum omnibus regibus iſtis bella. Nõ fuit
ciuitas quæ pacem fecerit cum filijs Iſrael, præter Chiuuæos
habitatores Ghibhon,omnes ceperunt in prælio. Quia à do
E mino fuit,vt induraret cor ſuum in occurſum belli cum Iſra-
el,vt occideret eos,vt non eſſet eis miſericordia.Sed vt diſper-
deret eos,ſicut præcepit dominus Moſeh.Et venit Iehoſuah
in tempore illo,& excidit Hanachim de monte,de Chebron,
de Debir,& de Hanab,& de omni monte Iehudah,& de omĩ
monte Iſrael cum vrbibus eorum interfecit eos Iehoſuah.Nõ
remãſerunt Hanachim in terra filiorũ Iſrael, tantũ in Hazah,
in Gath,& in Aſdod remanſerunt.Et accepit Iehoſuah omnẽ
terram iuxta omnia quæ locutus eſt domin⁹ ad Moſeh & tra
didit eam Iehoſuah in hæreditate ipſi Iſrael ſecundum partes
eorum per tribus eorum,& terra quieuit à bello.

¶Catalogus regum percuſſorum a filijs Iſrael trans Iarden.
CAP. XII.

A HI autem ſunt reges terræ quos percuſſerunt filij Iſrael,
& poſſederunt terram eorum trans Iarden ad ortum
ſolis à torrente Arnon vſq; ad montem Chermõ,& omnem
planiciem orientalem.Sichon regem Emoræum habitantem
in Chesbon,qui dominabatur ab Haroher iuxta ripam tor-
rentis Arnon,& medium torrentis,& dimidium Ghilhad vſ
que ad Iabhoc torrentem,terminum filiorum Hammon. Et
B planiciem vſque ad mare Chinneroth ad orientem, & vſque
ad mare deſerti,mare ſalis ad orientem per viam Bethhaieſi-
moth,& ab auſtro ſubter effuſiones aquarum collis Piſghah.
Et terminum Hogh regis Baſan à reſiduo Rephaim,qui habi
tabat in Haſtaroth,& in Edrehi. Et dominabatur in monte
Chermon,& in Salchah,& in omni Baſam vſque ad terminũ
Gheſuri,& Mahachati,& dimidium Ghilhad terminum Si-
chon regis Chesbõ.Moſeh ſeruus domini,& filij Iſrael percuſ
ſerunt eos,& dedit eam Moſeh ſeruus domini in poſſeſſionẽ
Reubenitis,& Ghaditis,& dimidiæ tribui Menaſſeh.Iſti ſunt
C autem reges terræ,quos percuſſit Iehoſuah,& filij Iſrael trãs
Pal.119. a Chalac, i. diuiſionis — Iarden ad occidentem,à Bahalgad in campo Lebanon,vſque
ad montem [a] Lenei qui aſcendit in Sehir.Et tradidit eam Ie-
hoſuah tribubus Iſrael in poſſeſſionem ſecũdum partes ſuas.
In monte & in planicie,& in campeſtri,& in Aſedoth,& in de
ſerto,& in auſtro Chittæus,Emoræus,Chenahanæus,Perizæ
us,Chiuuæus,& Iebuſæus.Rex Ierecho vnus.Rex Hai,qui e-
rat ex latere Bethel vnus.Rex Ieruſalaim vnus.Rex Chebron
vnus.Rex Iarmuth vnus.Rex Lachis vnus.Rex Heglon vn⁹.
D Rex Ghefer vnus. Rex Dabir vnus. Rex Gheder vnus. Rex
Chormah vnus.Rex Harad vnus.Rex Libnah vnus.Rex Ha
dullam vnus.Rex Machedah vnus.Rex Bethel vnus.Rex Ta
puah vnus.Rex Chepher vnus.Rex Aphec vnus.Rex Laſſa-
ron vnus. Rex Madon vnus.Rex Chaſor vnus.Rex Simron
Meroon vnus.Rex Achſaph vnus.Rex Tahanach vnus. Rex
Meghiddo vnus.Rex Chedes vnus.Rex Iochnecam Charme
lo vn⁹.Rex Dor ipſi Naphathdor vnus.Rex Ghoim ad Ghil
gal vnus.Rex Tirſah vnus.Omnes reges triginta,& vnus.

¶Iubetur Iehoſuah terram diuidere. CAP. XIII.

A IEhoſuah autem ſenuit,venitq; in dies,& dixit dominus ad
eum:Tu ſenuiſti,& veniſti in dies,& terra relicta eſt multa
valde ad poſſidendum eam.Iſta eſt terra quæ relicta eſt.Omes
b regiones — [b] limites Peliſtinorum,& omis Gheſuri.A Nilo qui eſt ſuper
faciem Aegypti vſq; ad terminum Hecron ad aquilonem ipſi
us Chenahanæi reputatur,quinq; ſatrapæ Peliſtinorum Ha-
zathæus,Aſdodæus,Aſchelonæus,Ghittæus,& Hæcronæ⁹,
& Hauuæi,Ab omni terra Chenahanæi,& Meharah quę eſt
Sidonijs,vſque ad Aphec vſq; ad terminum Emoræi.Et ter-
ra Ghibli,& omnis Lebanon ad ortum ſolis à Bahalgad ſub
c ſalinas ,ſeu cõ buſtiones aquarum. — monte Chermon,donec ingrediaris Chamath.Omnes habi
tatores montis à Libano vſq; ad [c] Miſrephoth aquarum o-
mnes Sidonios expellam à facie filiorum Iſrael,Tantum cadę
re fac eam ipſi Iſrael in hæreditatem ſicuti præcepi tibi.Et nũc
B diuide terram iſtam in hæreditatẽ nouem tribubus,& dimi-
diæ tribui Menaſſeh.Cum ea Reubenitæ & Gaditæ accepe-
runt partes ſuas,quas dedit eis Moſeh trans Iarden ad orien- Num.32.5.
tem,ſicuti dedit eis Moſeh ſeru⁹ domini.Ab Haroher quæ eſt
iuxta ripam fluminis Arnon,& ciuitatem quæ eſt in medio
vallis,& omnem planiciem Medebah vſq; ad Dibon.Et omes
vrbes Sichon regis Emoræi,qui regnauit in Chesbon vſque
ad terminum filiorum Hammõ.Et Ghilhad,& terminũ Ghe
ſuri & Mahachathi & omnem montem Chermon & omnẽ
Baſan vſque ad Salchah. Omnia regna Ogh in Baſan, qui re-
gnauit in Haſtharoth,& in Edrehi.Ipſe remãſit ex reſiduo Re
phaim,& percuſſit eos Moſeh,& expulit eos.Non expulerũt
autem filij Iſrael Gheſuri,& Mahachathi,& habitanitq; Geſur,
& Mahachathi in medio Iſrael vſque ad diem hanc.Tantum Num.18.c.
tribui Leui non dedit hæreditatem.Sacrificium domini dei
Iſrael,ipſum eſt hæreditas eius,quemadmodum locutus eſt e- C
C is.Deditq; Moſeh tribui filiorum Reuben per familias ſuas,&
fuit eis terminus ab Haroher,quæ eſt iuxta ripã torrentis Ar
non,& ciuitas quæ eſt in medio vallis,& omnis planities vſq;
Medebah.Chesbon & omnes vrbes eius,quæ erant in plani
cie Dibon & Bamothbahal,& Bethbahalmehon,& Iahaſah,
& Chedemoth,& Mephahath,& Ghiriatahim & Sibmah,&
Sereth Sahar in monte vallis,& Beth Pehor,& Aſdoth Piſ-
ghah,& Bethieſimoth,& omnes vrbes planiciei,& omnia re-
gna Sichon regis Emoræi,qui regnauit in Chesbon,quẽ per-
cuſſit Moſeh,& principes Midiã Eui & Recẽ,& Sur,& Chur,
& Rebah, duces Sichon habitatores terræ.Et Bilham filium Num.31.2.
Behor diuinatorem occiderunt filij Iſrael gladio cum interfe-
ctis eorum.Et fuit terminus filiorum Reuben, Iarden & ter-
minus.Hæc eſt hæreditas filiorum Reuben per familias ſuas,
vrbes,& villæ earum.Deditq; Moſeh tribui Gad filijs Gad p
familias ſuas.Et fuit eis terminus Iahazer,& omnes vrbes Ghi
lhad & dimidium terræ filiorum Hammõ vſq; ad Haroher,
quæ eſt coram Rabbah.Et à Chesbon vſq; ad Ramath ipſi⁹
Miſpeh & Betonim,& à Machanaim vſq; ad terminum ipſi-
us Debir.Et in valle Betharam,& Bethnimrah,& Succoth,&
Saphon reſiduum regni Sichon regis Chesbon Iarden & cõ
finium vſq; ad extremum maris Chinnereth trans Iarden ad
orientem.Hæc eſt hęreditas filiorum Gad per familias ſuas,ci
D uitates,& villæ earum.Et dedit Moſeh dimidiæ tribui Menaſ
ſeh.Et fuit dimidiæ tribui filiorũ Menaſſeh per familias ſuas.
Fuit terminus eorum à Machanaim,omnis Baſan,omne re-
gnum Hogh regis Baſan & [d] omes Chauuoth Iair,quæ ſunt d omes uillæ Iair.
in Baſan ſexaginta vrbes.Et dimidium Ghilhad,& Aſtaroth,
& Edrehi,vrbes regni Ogh Baſan,filijs Machir filij Menaſſeh,
dimidio filiorum Machir per familias ſuas.Iſta ſunt quæ hæ-
reditare fecit Moſeh in campeſtribus Moab à tranſitu Iardẽ
ipſi Ierecho ad orientem.Tribui autem Leui nõ dedit Moſeh Nu.18.c
hæreditatem.Dominus deus Iſrael,ipſe eſt hæreditas eorum,
quemadmodum locutus eſt ad eos.

¶Chaleb poſtulat ſibi promiſſam hæreditatem,datur ei Chebron.
CAP. XIIII.

A ISta ſunt autem,quæ hæreditate acceperunt filij Iſrael in
terra Chenahan,quæ hæreditate accipere fecerunt eos El-
hazar ſacerdos,& Iehoſuah filius Nun,& capita patrum tri- Num.34.d
buum filiorum Iſrael.Per ſortem fuit hęreditas eorum,ſicuti
præcepit dominus per manum Moſeh,nouem tribubus,&
dimidiæ tribui.Dederat enim Moſeh hæreditatem duabus tri
bubus & dimidiæ tribui trans Iarden.Leuitis autem non de-
dit hæreditatem in medio eorum.Fuerunt enim filij Ioſeph
duæ tribus Menaſſeh & Ephraim.Et non dederunt partem
Leuitis in terra,præter vrbes ad habitandum, & ſuburbana
B earum pro pecoribus eorum,& reliqua ſubſtantia eorum.
Queadmodum præcepit dominus Moſeh,ſic fecerunt filij Iſ-
rael,& diuiſerunt terram.Acceſſerunt autem filij Iehudah ad Num.14.d.
Iehoſuah in Ghilgal,dixitq; ad eũ Caleb filius Iephunneh Che
nizæus



nizæus:Tu noſti verbum quod locutus eſt dominus ad Mo-
ſeh virũ dei propter me,& te in Cades Barneah. Quadrage-
narius eram,qñ miſit Moſeh ſeruus domini me de Cades Bar
neah ad explorandũ terrã,& retuli ei verbũ,quẽadmodũ erat
C cum corde meo.Et fratres mei qui aſcenderũt mecũ,diſſolue-
runt cor populi,ego aũt cõpleui ire poſt dominũ deũ meum.
Et iurauit Moſeh in die illa dicẽdo:Si non terra in qua calca-
Supra.3.a. uit pes tuus tibi erit in hæreditatem,& filijs tuis in æternum,
quia compleuiſti vt ires poſt dñm deum meũ.Et nunc ecce vi
uere fecit dñs me ſicut locutus eſt iam quadraginta,& quinq;
Ecci.46.b. annis ex eo tẽpore quo locutus eſt dñs verbũ hoc ad Moſeh,
quibus ambulauit Iſrael per deſertũ & nunc ecce hodie ſum
quinq; & octoginta annorũ.Adhuc ſum hodie fortis,quẽad-
modum in die qua miſit me Moſeh.Sicut fortitudo mea tũc,
ſic eſt fortitudo mea nunc ad præliũ,& ad exeundũ,& ingre-
diendũ.Et nunc da mihi montem iſtum,vt locutus eſt domi-
nus in die illa.Tu enim audiſti in die illa,quia Hanachim ſunt
ibi,& vrbes magnæ,munitæ.Si forte dñs ſit mecum,& expu
lero eos,quemadmodum locutus eſt dominus.Et benedixit
ei Iehoſuah:deditq; Chebron ipſi Caleb filio Iephũneh in hæ-
reditatẽ.Idcirco fuit Chebron ipſi Caleb filio Iephũneh Che-
1.Ma.2.f. nizæo in hæreditatem vſq; ad diem hanc,pro eo quòd com-
pleuit ire poſt dominum deum Iſrael.Et nomen Chebron an
tea fuit Chiriath Arbah,qui Arbah homo magnus inter Ha-
nachim fuit,& terra quieuit à bello.

¶Sors filiorum Iehudah & catalogus ciuitatum & uillarum eiuſ-
dem tribus. CAP. XV.

A ET fuit ſors tribui filiorum Iehudah per familias eorum
Num.34.a. ad terminum Edom deſerti Sin ad auſtrũ,ab extremo
auſtri.Fuitq; eis terminus meridies ab extremo maris ſalis à li
mite,qui reſpicit ad meridiem.Et egredietur ad locũ qui eſt à
meridie ad aſcenſum ſcorpionũ,& tranſibit in ſin,& aſcendet
à meridie in Chades barneah,& tranſibit in Chesron,& aſcen
det in Adar,& circuibit in Carcahah.Et tranſibit in Aſmon,
& egredietur ad torrentẽ Aegypti,& erunt egreſſus termini
ad occidentẽ.Iſte erit vobis terminus ad meridiem.Et termi-
nus ad orientẽ,mare ſalis vſq; ad extremum Iarden.Et termi-
nus anguli aquilonaris à limite maris ab extremo Iarden.Aſcẽ
detq; terminus in Bethchoglah & tranſibit ab aquilone Beth
B arabah & aſcendet terminus ad lapidem Bohan filij Reuben.
Aſcendetq; terminus in Debir à valle Hachor,& ad aquilonẽ
reſpiciens ad Ghilgal,quæ eſt contra aſcenſum Adummim,
quæ eſt ab auſtro torrenti,& tranſibit terminus ad aquas Hen
ſemes,& erunt exitus eius ad [a] Henroghel.Et aſcendet termin⁹
ad vallem filij Hinom iuxta latus Iebuſæi à meridie,ipſa eſt Ie-
a fontẽ fullonis.4.Reg.18.d. — ruſalaim:aſcendetq; terminus ad verticem mõtis,qui eſt in cõ
b uallis Hinnom — ſpectu [b] Gebenhinnon ad occidentem,quæ eſt in extremo val
lis Rephaim ad aquilonem.Et deſignabitur terminus à verti-
ce montis,ad fontẽ aquæ Nephtoach,& egredietur ad vrbes
montis Hephron,& deſignabitur terminus ipſi Bahalah quæ
eſt Chiriathiharim.Et circuibit terminus ad Bahalah,ad oc-
cidentem ad montem Seir:& pertranſibit ad latus montis Ie-
harim ab aquilone,quæ eſt Cheſalon,& deſcendet in Bethſe-
me & tranſibit in Timnah.Et egredietur termin⁹ ad latus He-
cron ad aquilonẽ,& deſignabitur terminus ad Sichrõ,& per-
tranſibit ad montẽ Bahalah,& egredietur in Iabuel,eruntq;
C exitus termini ad mare.Et terminus occidentis ad mare ma-
gnũ.Et terminus iſte terminus filiorum Iehudah per circuitũ
per familias ſuas:Calebq; filio Iephunneh dedit partem in me
dio filiorum Iehudah iuxta ſermonem domini ad Iehoſuah
Iudic.1.b. Chiriatharbah patris Hanach quæ eſt Chebron.Expulitq; in
de Caleb tres filios Hanach Seſai,& Achimã,& Talmai filios
Hanac.Aſcenditq; inde ad habitatores Debir.Et nomen De-
bir antea fuit Chiriath Sepher.Dixitq; Caleb: Qui percuſſerit
Chiriath Sepher & ceperit eam dabo ei Hachſah filiam meã
in vxorem.Et cepit eam Hathniel filius Chenaz fratris Caleb.
D Deditq; ei Hachſah filiam ſuam in vxorẽ. Et fuit, cum veniret
ipſa ſuaſit ei,vt peteret à patre ſuo agrum.Et deſcendit de aſi-
no.Dixitq; ei Caleb:Quid eſt tibi?Et dixit:Da mihi benedictio
nem,quia terram aridam dediſti mihi.Da mihi fontes aqua-
rum.Et dedit ei Caleb fontes ſuperiores,& fontes inferiores.
Iſta eſt hæreditas tribus filiorum Iehudah per familias ſuas.Et
fuerunt vrbes ab extremo tribui filiorum Iehudah ad termi-
E num Edom in meridie Chabſeel,& Heder,& Iaghur,& Chi-
nah,& Dimonah,& Hadhadah,& Chedes et Chaſoret,Ithnã.
Ziphetthelem,& Behaloth,& Chaſor Chadathah,& Cheri-
oth,Cheſron quæ eſt Chaſor.Amam,& Semah,& Moladah,
& Chaſar Chaddah,& Cheſmon,& Bethphaleth.Et Chaſar-
ſuhal,& Beerſebah,et Beziothiah.Bahalã,et Hiim,& Hacem.
Et Eltholad,& Cheſil,& Chormah.Et Siclag,& Madmãnah,
& Sanſanah.Et Lebaoth,& Silchim,& Hain,& Rimmon,o-
mnes vrbes viginti,& nouẽ,& villę earum.In planicie Eſtha-
ol,& Sorhah,& Aſuah. Et Zanoach,& Henghannin Ta-
puach,& Henam.Iarmuth,& Adulã,Sochoh,& Hazechah,
& Saharaim,& Haditaim,& Ghederah,& Ghederothaim,
vrbes quatuordecim,& villæ earum Senam,& Chadaſcah,&
F Migdalgad,& Dilhã,et Miſpeh,et Iocteel,Lachis,et Baſſacath,
& Heghlon,& Chabbon,& Lachaman,& Chitlis,& Ghede-
roth,Bethedaghõ,& Naamah,& Macchedah,ciuitates ſede-
cim,& villæ earum.Libnah & Hetter,& Haſan,& Iphthach,
& Aſuah,& Neſib,& Chehilah,& Achzib,& Mareſah ciuita
tes nouem & villæ earum.Hecron,& oppida eius,& villæ e-
ius.Ab Hecron & ad mare,omes quę ſunt iuxta latus Aſdod,
& villæ earum.Aſdod,oppida eius,& villæ eius,& Hazzah,
oppida eius,& villæ eius vſq; ad torrentem Aegypti,& ma-
re magnum,& terminum.Et in monte Samir & Iather,& So
G chod,& Dannah,& Chiriath Sannah quæ eſt Debir,& Han-
nah,& Eſthemoth,& Hanim,& Ghoſan,& Cholon,& Ghi-
loth,ciuitates vndecim & villæ earum.Arab,& Dumah,&
Eſhan,& Ianum,& Bethtapuach,& Apecah,& Chuntah,&
Chiriatharbah,quæ eſt Chebron,& Sihor ciuitates nouem,
& villæ earum.Mahon,Carmel,& Ziph,& Iuttah,& Izrehel,
& Iocdeham,& Zanoach.Cain Ghibhah,& Timnah,ciuita-
tes decem,& villæ earum. Chalchul, Bethſur,& Ghedor,&
Maharath,& Bethhanoth,& Eltecon ciuitates ſex & villæ ea-
rum.Chiriathbahal,quæ eſt Chiriathiharim,& Rabbah, ci-
uitates duæ,et villæ earum.In deſerto Bethbarabah Middim.
& Sechachah,& Nibſan,& ciuitas ſalis,& Henghedi, ciuita-
tes ſex,& villæ earum.Et Iebuſæos habitatores Ieruſalaim,nõ
potuerunt filij Iehudah expellere.Et habitauit Iebuſæus cum
filijs Iehudah in Ieruſalaim vſq; ad diem hanc.

¶De ſorte Ephraim. CAP. XVI.

A ET egreſſa eſt ſors filijs Ioſeph à Iarden Ierecho ad aquas
Ierecho ad orientem deſertum aſcendens à Ierecho in
montem Bethel.Et egredietur à Bethel in Luz & tranſibit ad
terminum Archihataroth,& deſcendet verſus mare ad termi
B num Iaphle vſque ad terminum Bethchoron inferiorem ,&
vſque ad Ghazer,eruntq; exitus eius ad mare.Et hæreditate
acceperunt filij Ioſeph Menaſſeh,& Ephraim.Et fuit termin⁹
filiorum Ephraim per familias ſuas.Et fuit terminus hæredita
tis eorum ad orientem ad Hathroth Addar,vſque ad Beth-
choron ſuperiorem.Et exibit terminus ad mare ad Michme-
C thath ab aquilone,& circuibit terminus ad orientẽ Taanath-
ſiloh,& tranſibit ipſum ab oriente ad Ianoach.Et deſcendet à
Ianoach in Hatharoth,& Naharath,& perueniet in Ierecho,
& egredietur ad Iarden.A Tappuach perget terminus ad ma
re ad torrentem arundinis. Et erunt exitus eius ad mare.
Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Ephraim per familias ſuas.
D Et vrbes ſeparatæ filijs Ephraim in medio hæreditatis filiorũ
Menaſſeh,omnes vrbes,& villæ earum. Et non expulerunt
Chenahanæum habitantem in Ghazer. Et habitauit Chena-
hanæus in medio Ephraim vſque ad diem hanc,& fuit tribu-
to ſeruiens.

¶De ſorte dimidiæ tribus Menaſſeh.

CAP. XVII.

A ET fuit ſors tribui Menaſſeh. Ipſe enim fuit primogeni-
tus Ioſeph, Marchir primogenito Menaſſeh patri Ghil
had. Ipſe enim fuit vir bellicoſus. Et fuit ei Ghilhad, & Baſan.
Num.26.d. Fuitq; filijs Menaſſeh reliquis ꝑ familias ſuas, filijs Habiezer,
& filijs Chelech, & filijs Aſriel, & filijs Sechen, et filijs Chepher,
& filijs Semidah. Iſti ſunt filij Menaſſeh filij Ioſeph mares per
Num.27.a.et 36.a. familias ſuas. Et Selophchad filio Chepher, filij Ghilhad, filij
Machir, filij Manaſſeh non fuerunt filij, ſed filiæ. Et iſta ſunt no
mina filiarum eius Machalah, & Nohah, Choglah, Milchah,
& Tirſah. Et acceſſerunt in conſpectu Elhazar ſacerdotis, &
in conſpectu Iehoſuah filij Nun, & in conſpectu principum,
Num.27.b. dicendo: Dominus præcepit Moſeh, vt daret nobis hæredita
B tem in medio fratrum noſtrorum. Et dedit eis iuxta ſermonē
domini hæreditatem in medio fratrum patris earum. Et ceci-
derunt hæreditates Menaſſeh decem, prĕter terram Ghilhad,
& Baſan, quæ erant trans Iarden. Filiæ enim Menaſſeh ſortitĕ
ſunt hæreditatem in medio filiorū eius: terra autem Ghilhad
fuit filijs Menaſſeh reliquis. Fuit autem terminus menaſſeh, ab
Aſer Hamichmethah, quæ eſt coram Sechen, & perget termi-
nus ad dexteram ad habitatores Hētappuach. Ipſi Menaſſeh
fuit terra Tappuach. Et Tappuach erat ad terminum Menaſ-
C ſeh filijs Ephraim. Deſcenditq; terminus ad torrentem arun-
dins ad meridiem & torrentem. Ciuitates iſtæ erant Ephraim
in medio ciuitatum Menaſſeh. Et terminus Menaſſeh ab aqui
lone ipſi torrenti, & fuit exitus eius ad mare. Ad meridiē ipſi⁹
Ephraim, & ad aquilonem ipſi Menaſſeh: fuitq; mare termi-
nus eius, & in Aſer contingebāt ſe ab aquilone, & Iſſachar ab
oriente. Fuitq; ipſi Menaſſeh in Iſſachar, & in Aſer Bethſean,
& oppida eius: & Ibleheam, & oppida eius: & habitatores
Dor, & oppida eius: & habitatores Hendō, & oppida eius: &
habitatores Tahanach, & oppida ei⁹: & habitatores Meghid
do, & oppida eius, tres regiones. Et non potuerunt filij Me-
D naſſeh expellere habitatores vrbium iſtarum, ſed cœpit Che-
nahanæus habitare in terra ipſa. Et fuit cum roborati eſſent fi
lij Iſrael, poſuerūt Chenahanæū tributariū, & expellendo non
expullerūt eū. Locuti ſunt autē filij Ioſeph ad Iehoſuah, dicen-
do: Cur dediſti mihi ī hĕreditatē ſortē vnā, et hĕreditatē vnā,
& ego populus multus cū hucuſq; benedixerit mihi domin⁹?
Dixitq; ad eos Iehoſuah: Si populus multus es, aſcende in ſyl-
uam, & ſuccide ibi in terra Perizæi, & Rephaim, ſi anguſt⁹ eſt
tibi mons Ephraim. Dixeruntq; filij Ioſeph: Non ſufficiet no-
bis mons, & currus ferrei ſunt in omni Chenahanæo qui ha-
bitat in terra vallis, & ei qui in Bethſean & oppidis eius, & ei
qui in valle Izrehel. Dixitq; Iehoſuah ad domum Ioſeph ad E-
phraim, & Menaſſeh, dicendo: Populus multus es, & fortitu-
do magna eſt tibi. Non erit tibi ſors vna. Mons enim erit tibi,
quia ſylua eſt, & ſuccides eam, & erunt ibi exitus eius, quia ex-
pelles Chenahanæum, quanquam currus ferrei ſunt ei, quan-
quam fortes ſunt.

¶ Mittuntur qui deſcribant terrem pro reliquis ſeptem tribubus.

CAP. XVIII.

A CОngregati ſunt autem omnis cœtus filiorum Iſrael in
Siloh, & habitare fecerunt ibi tabernaculum eccleſiæ,
& terra ſubiecta eſt coram eis. Remanſerant autem è filijs Iſra-
el, quibus non diuiſerant hæreditatem ſuam ſeptem tribus. Di
xitq; Iehoſuah ad filios Iſrael: vſque quo vacatis ad ingredien
dum, vt poſſideatis terram, quam dedit vobis dominus de-
us patrum veſtrorum? Tradite ex vobis tres viros per tribū,
& mittam eos, ſurgentq;, & ambulabunt per terram, deſcri-
bentq; eam ſecundum hæreditatem eorum, & venient ad me.
Et diuidetur in ſeptem partes. Iehudah ſtabit iuxta terminum
ſuum à meridie: & familiæ Ioſeph, ſtabunt iuxta terminum ſu
um ab aquilone. Voſq; deſcribetis terram in ſeptem partes, et
B adducetis ad me huc, & iaciam vobis ſortem hic coram domi
no deo noſtro. Non eſt enim pars Leuitis in medio veſtri, qa
ſacerdotium domini eſt hæreditas eius. Ghad autem & Reu-
ben, & dimidia tribus Menaſſeh acceperunt hæreditatem ſu-
am trans Iarden ad orientem, quam dedit eis Moſeh ſeruus
domini. Surrexeruntq; viri, atq; abierunt, præcepitq; Iehoſu-
ah pergentibus, vt deſcriberent terram, dicendo: Ite, & ambu
late per terram, & deſcribite eam, & reuertimini ad me, & hic
iaciam vobis ſortem coram domino in Siloh. Abieruntq; vi
ri, & tranſierunt per terram, atq; deſcripſerūt eam per vrbes,
in ſeptem partes in libro. Veneruntq; ad Iehoſuah ad caſtra
in Siloh. Iecit autem eis Iehoſuah ſortem in Siloh coram do-
mino. Diuiſitq; ibi Iehoſuah terram filijs Iſrael ſecundum par
tem eorum. Aſcendit autem ſors tribus filiorum Biniamin ꝑ
familias ſuas, & exiuit terminus ſortis eorum inter filios Iehu-
dah & filios Ioſeph. Fuitq; eis terminus ad latus aquilonis, à
Iarden, & aſcendit terminus ad latus Iericho ab aquilone & a-
ſcendit in montem ad mare, fueruntq; exitus eius ad deſertū
C Bethauen. Et tranſiuit inde terminus in Luz, ad latus Luz ad
meridiem (ipſa eſt Bethel) & deſcendit terminus in Hateroth
Adar, iuxta mōtem qui eſt à meridie ipſi Bethchoron inferio
ri. Et deſignatus eſt terminus, & circuiuit ad latus maris ad me
ridiem à monte, qui eſt è regione Bethchoron ad meridiem,
fueruntq; exitus eius ad Chiriath Bahal. Ipſa eſt Chiriath Ieha
rim vrbs filiorum Iehudah. Hoc eſt latus maris. Et latus, ad
meridiem ab extremo Chiriath Ieharim: & exiuit terminus ad
mare, & exiuit ad fontem aquæ Nephthoach. Et deſcendit ter
minns ad extremum montis, qui eſt è regione vallis Benhin-
nom, quæ eſt in valle Rephaim ad aquilonem. Deſcendit au-
tem vallis Hinnom ad latus Iebuſæi ad meridiem, & deſcen-
dit ad Henroghel. Et deſignata eſt ab aquilone, & exiuit ad
D Henſemes, & exiuit ad Ghelíloth, qui ſunt cōtra aſcenſum A-
dummim, & deſcendit ad Ebenbohan filij Reubē. Et pertran
ſiuit ad latus conta planiciem ad aquilonem, & deſcendit in
Harabah. Et ꝑtranſiuit terminus ad lat⁹ Bethchoglah ad aqui
lonem & fuerunt exitus termini ad limitē maris ſalis, ad aqui-
lonem, ad extremum Iarden ad meridiem. Iſte eſt terminus au
ſtri. Et Iarden terminabit eum ad latus orientis. Iſta eſt hære-
ditas filiorum Biniamin per terminos eius in circuitu per fa-
milias ſuas. Fueruntq; ciuitates tribui filiorum Biniamin per
familias ſuas Ierecho, & Bethchoglah & vallis Cheſis. Et Beth
rabah & Semaraim, & Bethel. Et Hauuim, & Parah, & Hoph
rah, & villa Hamonai, & Hophni, & Gabah, ciuitates duode
cim, & villæ earū. Gibhon, & Ramah, & Beeroth, & Miſpeh,
& Chephirah, & Moſah. Et Rechem, & Irpeel & Tarelah. Et
Selah, Eleph, & Iebuzi. Ipſa eſt Ieruſalaim, Ghibhath, Chiri
ath, ciuitates quatuordecim, & villæ earum. Iſta eſt hæreditas
filiorum Biniamin per familias ſuas.

¶ Sortes reliquarum tribuum Simhon, Zebulun, Iſſchar, Aſer, Naphthali, & Dan.

CAP. XIX.

A EGreſſa eſt autem ſors ſecunda ipſi Simhon, tribui filio-
rum Simhon per familias ſuas: & fuit hæreditas eorum
in medio hæreditatis filiorum Iehudah. Fuitq; eis in hæredita
te eorum Beerſebah, & Sebah, & Moladah, & Chaſarſuhal, &
Belah, & Haſem, & Eltholad, & Bethul, & Chormah, & Si-
glah, & Bethhamerchaboth, & Chaſarſuſah, & Bethlebaot, &
Saruchem, ciuitates tredecim, & villæ earum. Hain, Rimmon,
& Hether, & Haſan, ciuitates quatuor, & villæ earum. Et o-
mnes villæ quæ erant per circuitus vrbium iſtarum vſque ad
Bahalathbeer Ramath ad auſtrum. Iſta eſt hæreditas tribus
filiorū Simhon per familias ſuas. De portione filiorum Iehu-
dah fuit hæreditas filiorum Simhon. Erat enim portio filio-
rum Iehudah maior ipſis, & hæreditatem acceperunt filij Sim
hon in medio hæreditatis eorum. Aſcendit autem ſors tertia
filijs Zebulun per familias ſuas & fuit terminus hæreditatis
eorum vſque ad Sarid. Aſcenderq; terminus eorum ad mare
& Marhalah & pertinget ad Dabbaſeth & pertinget ad flu-
men, quod eſt è regione Iocneham. Et reuertetur à Sarid ad
orientem ad ortum ſolis contra terminum Chisloth Tabor:
& egredietur ad Dabrath, & aſcender in Iaphiah. Et inde trāſi
bit ad orientem ad ortum Gittah, Chepher, ad Hittah Caſin,
& exibit in

B & exibit in Rimmon, quæ terminatur ad Nehah. Et gyrabit
ei terminus ab aquilone, ad Ahanathon: & erunt egreſſus ei⁹
ad vallem Iphthachel, & Chatthath, & Nahalal, & Simron, et
Idbalah, & Bethlechen, ciuitates duodecim, & villæ earum.
Hæc eſt hæreditas filiorum Zebulun per familias ſuas, vrbes
iſtĕ, & villĕ earum, Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta filijs Iſſachar
per familias ſuas. Et fuit terminus eorum Izrehelah, & Cheſū-
loth, & Sunem, & Chapharaim, & Sion, & Anacharath, &
Rabbith, & Chiſion, & Ebes, & Remeth, & Hengannim, &
Henchaddah, & Bethpaſſĕs. Et perueniet terminus in Tabor,
& Sachaſimah, & Bethſemes, & erunt exitus termini eorum
ad Iarden, ciuitates ſedecim, & villæ earum. Hæc eſt hæredi-
tas tribus filiorum Iſſachar per familias ſuas, vrbes & villæ ea
rum. Egreſſa eſt autem ſors quinta tribui filiorum Aſer per fa
milias ſuas fuitq; terminus eorum Chelcath, & Chali, & Be-
then, & Achſaph, & Alamelech, & Hamhad, & Miſal, & pue-
niet in Carmel ad mare, & in Sichor Libnath. Et reuertetur
ab ortu ſolis in Bethagon, & perueniet in Zebulun & in val-
lem Iphthachel ad aquilonem Bethemec, & Nehiel, & exibit
C ad Chabul à ſiniſtra, & Hebron, & Rechob, & Chammon, &
Canah vſque ad Sidon magnam. Et reuertetur terminus in
Ramah, vſque ad ciuitatem munitam Sor, & reuertetur ter-
minus in Choſah, eruntq; exitus eius ad mare à funiculo ad
Achzib. Et Hummah, & Aphec, & Rechob, ciuitates viginti
& duæ, & villæ earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum A-
ſer per familias ſuas, ciuitates iſtæ, & villæ earum. Filijs Naph-
thali exiuit ſors ſexta filijs Naphthali per familias ſuas. Et fuit
terminus eorum à Cheleph, ab Elon in Sahannim, & Adami
ipſius Necheb, & Iabneel vſque ad Iachum, & fuerunt exitus
eius vſque ad Iarden. Et reuertetur terminus ad mare, ad Az
nothabor, & egredietur inde in Chuchoch, & ꝑueniet in Ze-
bulun à meridie, & in Aſer perueniet ab occidente, & in Iehu-
dah ad Iarden ad ortum ſolis. Et ciuitates munitæ Siddimſer,
Chammath, Raccath, & Chinnereth. Et Adamah, Ramah &
D Chaſor, & Chedes & Edrehi, & Henchaſor. Et Iron, & Mig-
dalel, Chorem: & Bethhanath, & Bethſemes, ciuitates nouem
& decem, & villæ earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum
Naphthali per familias ſuas, vrbes, & villæ earum. Tribui filio
rum Dan per familias ſuas: exiuit ſors ſeptima. Et fuit termi-
nus hæreditatis eorum Sorhah, & Eſthaol, et Hirſemes, & Sa-
halabbim, Adialon Ithlah, & Elon, & Tinatah, & Hecron, &
Elthecheh, & Gibbethon, & Bahalath. Iehud, & Beneberach,
& Gathrimon, & Mehaiarchon, & Raccon cum rermino cō
tra Iapho. Et exiuit terminus filiorum Dan, ab eis. Aſcende-
runtq; filij Dan, & pugnauerunt cum Leſem ceperuntq; eam,
& pecuſſerunt eam acie gladij, & hæreditate acceperunt eam,
& habitauerunt in ea, & vocauerunt Leſem Dan ſecundum
nomen Dan patris ſui. Hæc eſt hæreditas tribus filiotum Dā
per familias ſuas, ciuitates iſtæ, & villæ earum. Compleuerunt
autem in hæreditatem diuidere terram per terminos ſuos, de
deruntq; filij Iſrael hæreditatem Iehoſuah filio Nun in medio
ſui. Iuxta ſermonem domini dederunt ei vrbem quam po-
ſtulauit Timnath Serach in monte Ephraim, & ædificauit ci-
uitatem, & habiuit in ea. Iſtæ ſunt hæreditates quas hæredita-
re fecerunt Elhazar ſacerdos, & Iehoſuah filius Nun, & prin-
cipes patrum tribuum filiorum Iſrael per ſortem in Siloth co
ram domino ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & finierunt diui
dere terram.

¶ De ciuitatibus refugij & morte ſummi ſacerdotis.

CAP. XX.

A LOcutus eſt autem dominus ad Iehoſuah, dicendo: Lo-
quere ad filios Iſrael, dicendo: Date ciuitates refugij,
Num.35.a. Deu.19.a. quas locutus ſum ad vos per manum Moſeh, vt fugiat illuc
homicida percutiens animam per errorem abſque ſcientia,
eruntq; vobis in refugium à propinquo ſanguinis. Et fugiet
ad vnam ex ciuitatibus iſtis, ſtabitq; ad oſtium portæ ciuita-
tis, ac loquetur in auribus ſeniorum vrbis ipſius verba ſua, &
recolligent eum in vrbem ad ſe, dabuntq; ei locum, & habita-
B bit cum eis. Et ſi inſecutus fuerit propinquus ſanguinis eum,
non tradent homicidam in manu eius, quia abſque ſcientia
percuſſit proximum ſuum & non odio habuerat eum ab he-
ri, & nudiuſtertius. Et habitabit in ciuitate ipſa, donec ſteterit
ante cœtum ad iudicium, donec moriatur ſacerdos magnus,
qui erit in diebus illis, tunc reuertetur homicida, & veniet ad
C ciuitatem ſuam, & ad domum ſuam, ad ciuitatem vnde fuge-
rat. Et parauerunt Chedes in Galil in monte Naphthali, &
Sechem in monte Ephraim, & Chiriatharbah (ipſa eſt Che-
bron) in monte Iehudah. De trans Iarden autem Ierecho ad
orientem dederunt Beſer in deſerto in planitie de tribu Reu-
ben, & Ramoth in Ghilhad de tribu Ghad, & Gholan in Ba Deu.4.g.
ſan de tribu Menaſſeh. Iſtæ fuerunt ciuitates congregationis
D omnibus filijs Iſrael, & peregrino qui peregrinatur in medio
eorum, vt fugiat illuc omnis percutiēs animam per erorrem,
& non moriatur per manum propinqui ſanguinis donec ſte
terit coram cœtu.

¶ Ciuitates filiis Leui traditæ quadraginta octo.

CAP. XXI.

A ACceſſerunt autem principes patrum Leuitarum ad
Elhazar ſacerdotem, & ad Iehoſuah filium Nun, & ad
principes patrum tribuum filiorum Iſrael. Locutiq; ſunt ad-
eos in Siloth in terra Chenah an, dicendo: Dominus præcepit
per manum Moſeh vt darent nobis ciuitates ad habitandum,
& ſuburbana earum pro animalibus noſtris. Dederūtq; filij Num.35.a.
Iſrael Leuitis de hæreditate ſua iuxta ſermonem domini vr-
bes iſtas, & ſuburbana earum. Egreſſa eſt autem ſors per fami
lias Chohathitharum, fuitq; filijs Aharon ſacerdotis de Leui-
tis de tribu Iehudah, & de tribu Simhon, & de tribu Binia-
min per ſortem ciuitatem tredecim. Filijs autem Chohhth,
qui reſidui erant de familijs tribus Ephraim, et de tribu Dan,
& de dimidia tribu Menaſſeh per ſortem ciuitates decem. Fi-
lijs verò Gherſon de familijs tribus Iſſachar, & de tribu Aſer,
& de tribu Naphthali, & de dimidia tribu Menaſſeh in Baſan
per ſortem ciuitates tredecim. Filijs Merari per familias ſuas,
B de tribu Reuben, & de tribu Ghad, & de tribu Zebulun ciui-
tates duodecim. Dederuntq; filij Iſrael Leuitis ciuitates has, &
ſuburbana earum ſicut præcepit dominus per manus Moſeh
per ſortem. Et dederunt de tribu filiorum Iehudah, & de tri-
bu filiorum Simhon ciuitates iſtas quas vocauit nomine. Et 1.Para.6.d.
fuit filijs Aharon de familijs Chohathitarum de filijs Leui. E-
is enim erat ſors prima. Dederuntq; eis Chiriatharbah patris
Hanoch. (Ipſa eſt Chebron) in monte Iehudah & ſuburbana
eius per circuitum eius. Agrum vero ciuitatis, & villas eius
dederunt Caleb filio Iephunneh in poſſeſſionem eius. Filijs
autem Aharon ſacerdotis dederunt ciuitatem refugij homi-
cidæ Chebron, & ſuburbana eius, & Libnah, & ſuburbana e-
ius, & Iathir, & ſuburbana eius, & Eſthemoah, & ſuburbana Supr.14.d.
eius, & Cholon & ſuburbana eius, & Debir, & ſuburbana e-
ius. Et Hain, & ſuburbana eius, & Iuttah & ſuburbana eius, &
Bethſemes, & ſuburbana eius, ciuitates nouem de duabus tri
bubus iſtis. De tribu vero Biniamin Ghibhon, & ſuburbana
eius, & Ghebah, & ſuburbana eius, Hanathoh, & ſuburbana
eius, Halmon, & ſuburbana eius, ciuitates quatuor. Omnes ci
uitates filiorum Aharon ſacerdotum tredecim ciuitates, &
ſuburbana earum. Familiis vero filiorum Chohath Leuita-
rum qui reſidui erant de filijs Chohath. Et fuerunt ciuitates
ſortis eorum de tribu Ephraim. Dederunt eis ciuitatem refu-
gij homicidæ Sechem, & ſuburbana eius in monte Ephraim,
& Ghezer, & ſuburbana eius. & Chibſaim, & ſuburbana e-
C ius, & Bethchoron, & ſuburbana eius ciuitates quatuor. De
tribu vero Dan, Eltheche, & ſuburbana eius, & Ghibbeton,
& ſuburbana eius, & Aialon, & ſuburbana eius, & Ghathrim
mon, & ſuburbaua eius, vrbes quatuor. De dimidia verò tri-
bu Menaſſeh Tahanah, & ſuburbana eius Ghathrimmon, &
& ſuburbana eius ciuitates duæ. Omnes ciuitates decem, &

ſuburbana earum familijs filiorũ Cohath reſiduis. Filijs autem Cherſon de familijs Leuitarum. De dimidia tribu Menaſſeh ciuitatem refugij homicidæ Gholan in Baſan & ſuburbana eius, & Beeſtherah, & ſuburbana enus, ciuitates duę. De tribu Iſſachar Chiſion, & ſuburbana eius. Dabrath, & ſuburbana eius. Iarmuth, & ſuburbana eius. Hengannin, & ſuburbana eius, ciuitates quatuor. De tribu autem Aſer Miſal, & ſuburbana eius. Habdon, & ſuburbana eius. Chelcath, & ſuburbana eius, & Rechob, & ſuburbana eius ciuitates quatuor. De tribu vero Naphthali ciuitates refugij homicidę Chedes in Galil, & ſuburbana eius, & Chamathdor, & ſuburbana eius, & Charthan, & ſububana eius ciuitates tres. Omnes ciuitates Gherſunitarum per familias ſuas, tredecim ciuitates, & ſuburbana earum. D Familijs autem filiorum Merari Leuitarum reſiduorum de tribu Zebulun Iocnehan, & ſuburbana eius. & Cartah, & ſuburbana eius. Dimnah, & ſuburbana eius. Nahalal & ſuburbana eius ciuitates quatuor. De tribu vero Reubẽ Beſer, & ſuburbana eius. & Iahaſah, & ſuburbana eius. Et Chedemoth, & ſuburbana eius, & Mephahath, & ſuburbana eius ciuitates quatuor. Et de tribu Ghad ciuitatem refugij homicidæ: Ramoth in Ghilhad, & ſuburbana eius. Machanaim, & ſuburbana eius. Cheſbon, & ſuburbana eius. Iahazer, & ſuburbuna eius. Omnes ciuitates quatuor: omnes ciuitates filiorum Merari per familias ſuas, qui reſidui erant de familijs Leuitarum & fuit ſors eorum ciuitates duodecim. Omnes ciuitates Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael, ciuitates quadraginta & octo, & ſuburbana earum. Fuerunt ciuitates iſtæ ſingulæ ciuitates, & ſuburbana earum per circuitum eius, ſic omnibus ciuitatibus iſtis. Dedit autem dominus Ipſi Iſrael omnem terram quam iurauit dare patribus eorum: & poſſederunt eam, & habitauerunt in ea. Et requiem dedit dominus eis in circuitu iuxta omnia ſuper quibus iurauit dominus patribus eorum. Et non ſtetit vir in conſpectu eorum ex omnibus inimicis eorum. Omnes inimicos eorum dedit dominus in manu eorum. Non cecidit verbum, ex omni verbo bono quod locutus eſt dominus ad domum Iſrael, omne venit.

¶ Remittuntur duæ tribus & ſemis in poſſeſſionem ſuam, de altari extructo in monumentum.

CAP. XXII.

A TVnc vocauit Iehoſuah Reubenitas, & Ghaditas, & dimidiam tribum Menaſſeh. Dixitq; ad eos: Vos cuſtodiſtis omnia quæ præcepit vobis Moſeh ſeruus domini, & obediſtis voci meæ in cunctis quæ præcepi vobis: Non reliquiſtis fratres veſtros iam diebus multis vſq; ad diem hanc, & ſeruaſtis cuſtodiam præcepti domini dei veſtri. Et nõ requieſcere [Num. 23.] fecit dominus deus veſter fratres veſtros, quemadmodum locutus eſt eis. Et nunc reuertimini, & proficiſcimini ad tabernacula veſtra, ad terram poſſeſſionis veſtræ, quam dedit vobis Moſeh ſeruus domini trans Iarden. Tantum cuſtodite valde, vt faciatis præceptum, & legem quam præcepit vobis Moſeh ſeruus domini, vt diligatis dominum deum veſtrũ, & ambuletis in omnibus vijs eius & ſeruetis præcepta eius, & adhęreatis ei: & ſeruiatis ei toto corde veſtro, & tota anima veſtra. B Bñdixitq; eis Iehoſuah, & dimiſit eos, abieruntq; in tabernacula ſua. Dimidię autem tribui Menaſſeh dedit Moſeh in Baſan. Dimidio verò eius dedit Iehoſuah cum fratribus ſuis trans Iarden ad occidentem. Et etiam cum dimitteret eos Iehoſuah in tabernacula ſua, & benediceret eis, dixit ad eos, dicendo: Cum diuitijs multis reuertimini ad tabernacula veſtra, & cum pecudibus multis valde, cum argento, & auro, & ære, & ferro, veſtibus multis valde. Diuidite ſpolia inimicorum veſtrorum cum fratribus veſtris. Reuerſi ſunt autem, & abierunt filij Reuben, & filij Ghad, & dimidia tribus Menaſſeh à filijs Iſrael de Siloh, quæ eſt in terra Chenahan vt irent ad terram Ghilhad, ad terram poſſeſſionis ſuæ, in qua poſſeſſionem acceperant, iuxta ſermonem domini per manum Moſeh. Et venerunt ad limites Iarden, qui erant in terra Chenahan, & ædificauerunt filij Reuben, & filij Ghad, & dimidia tribus Menaſſeh ibi altare iuxta Iarden, altare magnum viſu. Audierunt autem filij Iſrael dicere, ecce ædificauerunt filij Reuben, & filij Ghad, & dimidia tribus Memaſſeh altare contra terram Chenahan in cõfinibus Iarden in tranſitu filiorum Iſrael. Audieruntq; filij Iſrael, & conuenerunt omnis cœtus filiorum Iſrael in Siloh, vt aſcenderent contra eos ad pugnam. Miſerunt autem filij Iſrael ad filios Reuben, & ad filios Ghad, & ad dimidiam tribum Menaſſeh, ad terram Ghilhad, Pinechas filiorum Elhaſar ſacerdotis: & decem principes cum eo, principem vnum per domum patris ex omnibus tribubus Iſrael: & quiſq; caput domus patrum ſuorũ erant in milibus Iſrael. Et venerunt ad filios Reuben, & ad filios Ghad, & ad dimidiam tribum Menaſſeh, ad terrã Ghilhad, & locuti ſunt cum eis, dicendo: Sic dixerunt omnis cœtus Iſrael: Quæ eſt pręuaricatio iſta, quam præuaricati eſtis contra deum Iſrael vt auertamini hodie ne eatis poſt dñm, cum ædificaueritis vobis altare, vt rebelletis hodie contra dominum? An parum nobis eſt cũ iniquitate Pehor, à [Num. 25. a.] qua non ſumus mundati vſq; ad diẽ hanc, & fuit plaga in cœtu domini? Et vos auertimini hodie ne eatis poſt dñm. Et erit D vos rebellabitis hodie contra dñm, & cras in totum cœtum Iſrael iraſcetur. Et quidem ſi immũda eſt terra poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad terrã poſſeſſiõis domini, in qua habitat tabernaculum domini, & poſſeſſiones accipite in medio noſtrum, & contra dominum ne rebelletis, & à nobis ne deficiatis, ædificãdo vobis altare pter altare dñi dei noſtri. Nõnne Hachã filius Zerah præuaricatus eſt præuaricationẽ in anathemate, & [Supra. 7. a.] contra omnem cœtũ Iſrael fuit ira? Et ipſe vir vnus non obijt E tantum propter iniquitatem ſuam. Reſponderunt autem filij Reubẽ, & filij Ghad, & dimidia tribus Menaſſeh, locutiq; ſunt ad principes milium Iſrael. Fortis deorũ dominus, fortis deorum dominus ipſe cognoſcit, & Iſrael cognoſcet, ſi propter rebellionẽ egimus, & ſi propter præuaricationẽ in dñm, (ne ſeruet nos die hac) vt ædificarem⁹ nobis altare, vt auerteremur, ne iremus poſt dñm, & ſi ad immolandum ſuper illud holocauſtum, & ſacrificium, & ſi ad faciẽdum ſuper illud ſacrificia pacificorũ, dominus ipſe requirat. Et ſi non timore huius rei facimus hoc, dicẽdo: Cras dicent filij veſtri filijs noſtris, dicendo: Quod vobis, & dño deo Iſrael? Et terminum dedit dominus inter nos, & vos filij Reuben, & filij Ghad Iarden. Nõ eſt F vobis pars ĩ domino, & ceſſare faciẽt filij veſtri filios noſtros, vt non timeant dominũ. Et diximus: Faciamus nũc nobis ædificando altare, non pro holocauſto, nec pro ſacrificio: ſed vt teſtis ſit inter nos, & vos, & inter generatiõem noſtram poſt nos, vt ſeruiamus ſeruitutem domini coram eo in holocauſtis noſtris, & in ſacrificijs noſtris, & pacificis noſtris, & non dicãt filij veſtri cras filijs noſtris, nõ eſt vobis pars in domino. Et diximus: Et erit, ſi dixerit nobis & generationibus noſtris cras, dicemus: Videte ſimilitudinem altaris domini quod fecerunt pates noſtri, non pro holocauſto, neq; pro ſacrificio, ſed vt teſtis ſit inter nos, et vos. Abſit nobis, à nobis, vt rebellemus cõtra dñm, & auertamur hodie, ne eamus poſt dominũ ædificãdo altare pro holocauſto, pro oblatiõe, & pro ſacrificio, præter altare domini dei noſtri quod eſt ante tabernaculum eius. G Audierunt autẽ Pinechas ſacerdos, & principes cœtus, & capita milium Iſrael qui ſecum erant, verba quæ locuti ſunt filij Reuben, & filij Ghad, & filij Menaſſeh, & placuit in oculis eorum. Dixitq; Pinechas filius Elhazar ſacerdotis ad filios Reuben, & ad filios Ghad, & ad filios Menaſſeh. Hodie nouimus quod in medio noſtri ſit dominus quod non pręuaricati eſtis contra dominum præuaricationem iſtam. Tunc liberaſtis filios Iſrael de manu domini. Reuerſus eſt autem Pinechas fili⁹ Elhazar ſacerdotis, & principes à filijs Reubẽ, & à filijs Ghad, de terra Ghilhad ad terram Chenahan ad filios Iſrael, & retulerunt eis rem. Et placuit res in oculis filiorum Iſrael, & benedixerunt deo filij Iſrael, & non dixerunt, vt aſcenderent contra eos ad pugnam, vt diſperderent terram, in qua filij Reuben & filij



ben, & filij Ghad habitant & vocauerunt filij Reuben, & filij Ghad altare Hed, quia teſtis eſt inter nos, quod dñs eſt deus.

¶ Iehoſuah dehortatur populum a commixtione gentium.

CAP. XXIII.

A ET fuit poſt dies multos, poſtquam, requieſcere fecit domin⁹ Iſrael ab omnibus inimicis ſuis in circuitu, Iehoſuah ſenuit, & venit in dies. Vocauitq; Iehoſuah omnem Iſrael, ſeniores eius, & duces eius, & iudices eius, & principes eius, dixitq; ad eos: Ego ſenui, veni in dies. Voſq; vidiſtis omnia quæ fecit dominus deus veſter omnibus gentibus iſtis in conſpe- B ctu veſtro, quia dominus deus veſter pugnauit ꝓ vobis. Videte, cadere feci vobis gentes reſiduas iſtas in hæreditatem tribubus veſtris à Iarden, & omnes gentes, quas diſperdere feci, vſque ad mare magnum ab occaſu ſolis. Et dominus deus veſter ipſe propulſauit eas à facie veſtra, & expulit eas à facie veſtra, & poſſediſtis terram earum, quemadmodum locutus eſt dominus deus veſter vobis. Et confortamini valde, vt cuſtodiatis, & faciatis omne quod ſcriptum eſt in libro legis Moſeh, & non recedatis ab ea ad dexteram, & ad ſiniſtram: vt nõ ingrediamini inter gentes iſtas, quæ remanent vobiſcum, & nomen dei earum non commemoretis, neque iuretis neq; ſeruiatis eis, neq; incuruetis vos eis. Sed domino deo veſtro adhæreatis, ſicut feciſtis vſq; ad diem hanc. Et expulit dominus C à facie veſtra gentes magnas, & fortes, & non ſtetit quiſquam in conſpectu veſtro vſq; ad diem hanc. Vir vnus ex vobis pſequetur mille, quia dominus deus veſter ipſe pugnat pro vobis, ſicut locutus eſt vobis. Et cuſtodite valde propter animas veſtras, vt diligatis dominum deum veſtrum, Quia ſi auertendo auerſi fueritis, & adhæſeritis reſiduis gentibus iſtis, reſiduis iſtis quæ ſunt vobiſcum, & affinitatem contraxeritis cum eis & ingreſſi fueritis cum eis, & ipſe vobiſcum, ſciendo ſcitote, ꝙ non addet dominus deus veſter, vt expellat omnes gentes iſtas à facie veſtra. Sed erunt vobis laqueus, & offendiculum, & flagellum in lateribus veſtris, & ſpinæ in oculis veſtris, donec diſperdat vos è terra optima iſta, quam dedit vo- D bis dominus deus veſter. Et ecce ego vado hodie per viam vniuerſæ terræ, & cognoſcite toto corde veſtro, & tota anima veſtra ꝙ non cecidit verbum vnum ex omnibus verbis optimis, quæ locutus eſt dominus deus veſter ſuper vos. Omnia venerunt vobis, non cecidit ex eis verbum vnum. Et erit, ſicuti venit ſuper vos omne verbum bonum, quod locutus eſt dominus deus veſter vobis, ſic adducet dominus ſup vos omne verbum malum, donec diſperdat vos è terra optima iſta, quam dedit vobis dominus deus veſter, cum tranſgreſſi fueritis pactum domini dei veſtri, quod præcepit vobis, & ambulaueritis, & ſeruieritis dijs alienis, & incuruaueritis vos eis, & iraſcetur furor domini contra vos, & peribitis cito è terra optima, quam dedit vobis.

¶ Iehoſuah hortatur populum ad legis obſeruantiam, moriturq;. Sepeliuntur oſſa Ioſeph. Moritur Elhazar.

CAP. XXIIII.

A COngregauit autem Iehoſuah omnes tribus Iſrael in Sechem. Vocauitq; ſeniores Iſrael, & duces eius, iudiceſq; eius, ac præfectos eius, ſteteruntq; coram deo. Dixitq; Iehoſuah ad omnem populum: Sic dicit dominus deus Iſrael: Trãs [Gene. 11. d.] flumen habitauerunt patres veſtri à ſeculo Terach Abraham, & pater Nachor, ſeruieruntq; dijs alienis. Et tuli patrem veſtrum Abraham è loco, qui erat trans flumen, & ambulare fe- [Gene. 21. a. & 25. d. Gen. 46. a. Exodi 3. c.] ci in omnem terram Chenahan, multiplicauiq; ſemen eius, & dedi ei Iſchac: & dedi ipſi Iſchac Iahacob, & Heſau. Tradidiq; ipſi Heſau montem Sehir, vt poſſideret eum: Iahacob autem B & filij eius deſcenderunt in Aegyptum. Miſiq; Moſeh, & Aharon: & percuſſi Aegyptum, quemadmodum feci in medio eius, & poſtea eduxi vos: & eduxi patres veſtros ex Aegypto, [Exo. 12. f.] & veniſtis ad mare, & perſecuti ſunt Aegyptij patres veſtros cum curribus, & equitibus ad mare Suph. Et clamauerunt ad [Exod. 14. a.] dominum, & poſuit caliginem inter vos, & Aegyptum. Et adduxit ſuper eum mare, & operuit eum. Et viderunt oculi veſtri quæ feci in Aegypto, & habitaſtis in ſolitudine dieb⁹ multis. Et adduxi vos ad terram Emoræi habitantis trans Iarden. Pugnaueruntq; vobiſcum, & tradidi eos in manu veſtra, & [Num. 21. c.] poſſediſtis terram eorum, & deleui eos à facie veſtra. Surrexit [Num. 22. a.] autem Balac filius Sippor rex moab, & pugnauit cum Iſrael, C miſitq; & vocauit Bilham filium Behor, vt malediceret vo- [Supra 3. d. & 6. a.] bis. Et nolui audire Bilham, ſed benedixit benedicẽdo vobis. [Supra 11. a.] & liberaui vos è manu eius. Tranſiſtis Iarden, & veniſtis ad [Supra 11. d.] Ierecho. Et pugnauerunt contra vos viri Ierecho, Emoræus, & Perizęus, & Chittæus, & Ghirghaſæus, Chiuuæus, & Iebuſæus, tradidiq; eos in manu veſtra. Et miſi ante vos crabronẽ, & expulit eos à facie veſtra, duos reges Emoræi, non gladio tuo, nec arcu tuo. Dediq; vobis terram in qua non laboraſtis, & vrbes quas non ædificaſtis, & habitaſtis in eis, vineas, & oliueta, quæ non plantaſtis, comeditis. Et nunc timete dominũ, & ſeruite ei perfectè, & in veritate, & remouete deos quibus D ſeruierunt patres veſtri trans flumen, & in Aegypto, & ſeruite domino. Et ſi malum eſt in oculis veſtris ſeruire domino, eligite vobis hodie cui ſeruiatis, ſiue deos, quibus ſeruierũt patres veſtri, qui fuerunt trans flumen, ſiue deos Emorei, in quorum habitatis terra: & ego, & domus mea, ſeruiemus domino. Et reſpondit populus, & dixit: Abſit nobis vt derelinquamus dominum ſeruiendo dijs alienis. Domin⁹ enim deus noſter, ipſe aſcendere fecit nos, & patres noſtros è terra Aegypti è domo ſeruorum, & qui fecit in oculis noſtris ſigna magna iſta, & cuſtodiuit nos in omni via, per quam ambulauimus, & in omnibus populis, per quorum tranſiuimus medium. E Expulitq; dominus omnes populos, & Emoræũ habitatorẽ terræ à facie noſtra, etiam nos ſeruiemus dño, quia ipſe eſt de⁹ noſter. Dixitq; Iehoſuah ad populum: Non poteritis ſeruire domino, quia deus ſanctus eſt, deus æmulator eſt: non parcet ſceleribus veſtris, atq; peccatis veſtris. Si dimiſeritis dominũ. & ſeruieritis deo [a] alieno conuertet ſe, & malefaciet vobis, & [a Alij, populi] conſumet vos, poſtquam benefecerit vobis. Dixitq; populus ad Iehoſuah: Nequaquam, ſed domino ſeruiemus. Dixitq; Iehoſuah ad populum: Teſtes eſtis contra vos, quia vos elegiſtis vobis dominum, vt ſeruiatis ei. Et dixerunt: Teſtes. Et nũc remouete deos alienos qui ſunt in medio veſtri, & inclinate cor veſtrum ad dominum deum Iſrael. Dixeruntq; populus ad Iehoſuah: Domino deo noſtro ſeruiemus, & voci eius obe- F diemus. Percuſſitq; Iehoſuah fœdus cum populo in die illa, & propoſuit ei præceptum, & iudicium in Sechem. Scripſitq; Iehoſuah verba iſta in libro legis dei, & tulit lapidem magnũ, & ſtatuit eum ibi ſubter quercum, quæ erat in ſanctuario domini. Dixitq; Iehoſuah ad omnem populum: Ecce lapis iſte erit nobis in teſtimonium, quia ipſe[b] audiuit omnia eloquia [b ſ. lapis] domini, qui locutus eſt nobiſcum, & erit cõtra vos in teſtimonium, ne forte negetis contra deum veſtrum. Dimiſitq; Iehoſuah populum quemlibet in hæreditatem ſuam. Et fuit poſt G hæc mortuus eſt Iehoſuah filius Nun ſeruus domini C. & X. annorum. Sepelieruntq; eum in termino hæreditatis eius, in Timnathſerach, quæ eſt in monte Ephraim ab aquilone montis Ghahas. Seruiuitq; Iſrael domino omnibus diebus Iehoſuah, & omnibus diebus ſeniorum, qui prolongauerunt dies poſt Iehoſuah, & qui cognouerunt omne opus domini, quod fecerat ipſi Iſrael. Et oſſa Ioſeph quæ aſcendere fecerunt filij Iſ- [Gene. 50. d.] rael ex Aegyto, ſepelierunt in Sechem in parte agri, quam acquiſierat Iahacob à filijs Chamor patris Sechem C. numis, & fuerunt filijs Ioſeph in hæreditatem. Et Elhazar filius Aharon mortuus eſt & ſepelierunt eum in [c] colle Pinechas filij eius, quæ data fuit ei in mõte Ephraim. [c Ghibhath]

FINIS.

# Liber Sophtim, id eſt, Iudicum. Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Iehoſuah mortuo, Iehudah dux belli conſtituitur, Adonibezec punitur, expugnatur Ieruſalaim, populi nõ deleti, fiunt tributarij.

CAPVT I.

A ET FVIT, POST mortem
Iehoſuah, interrogauerunt filij Iſrael do-
minũ, dicendo: Quis aſcendet ad Che-
nahanæum in principio ad pugnandũ
cum eo? Dixitꝗ dominus: Iehudah aſcẽ-
det. Ecce dedi terram in manu eius. Di-
xitꝗ Iehudah ad Simhon fratrem ſuum:
Aſcende mecum in ſortem meam, & pugnabimus contra
Chenahanæum; & ibo etiam ego tecum in ſortem tuam. Et
perrexit cum eo Simhon. Aſcenditꝗ Iehudah, & tradidit do-
minus Chenahaneum, & Perizæum in manu eorum, percuſſe-
runtꝗ eos in Bezec decem milia virorum. Et inuenerunt A-
donibezec in Bezec, & pugnauerunt cum eo, & pecuſſerunt
B Chenahanæum & Perizæum. Fugitꝗ Adonibezec, & perſe-
cuti ſunt eum, apprehenderuntꝗ eum, & abſciderunt pollices
manuum eius, & pedum eius. Dixitꝗ Adonibezec: Septua-
ginta reges pollicibus manuum eorum ac pedum abſciſſis,
colligebant ſub menſa mea. Sicut feci, ſic reddidit mihi deus.
Et adduxerunt eum in Ieruſalaim, & mortuus eſt ibi. Pugna-
uerũtꝗ filij Iehudah cõtra Ieruſalaim, & ceperũt eã, et pcuſſe-
a ignem in ciuitatem — rũt eã acie gladij, & ciuitatẽ miſerũt in ignẽ [a]. Et poſtea deſcen-
derunt filij Iehudah ad pugnandum contra Chenahanæum
C habitantem in monte, & meridie, & planicie. Et perrexit Iehu-
Ieho. 15. c. — dah ad Chenahanæum, qui habitabat in Chebron. (Nomen
autem Chebron antea fuit Chiriatharbah) & pecuſſerunt Se-
ſai, & Achiman, & Talmai. Et perrexit inde ad habitatores De-
bir (Nomen verò Debir antea fuit Chiriathſepher) dixitꝗ
Caleb: Qui percuſſerit Chiriathſepher, & ceperit eam, dabo
ei Hachſah filiam meam in vxorem. Et cepit eam Hothniel fi-
lius Chenaz fratris Chaleb, qui minor eo erat, deditꝗ ei Hach-
ſah filiam ſuam in vxorem. Et fuit, cum pergeret ipſa inſtigauit
eum, vt peteret à patre ſuo agrum. Et deſcendit [b] de aſino. Di-
D xitꝗ ei Caleb: Quid eſt tibi? Dixitꝗ ei: Da mihi benedictionẽ,
b ipſa, uiro ſ. petere noliſe — quia terram aridam dediſti mihi, & da mihi fontes aquarum.
Et dedit ei Chaleb fontes ſuperiores, & fontes inferiores. Filij
autem Cheni ſoceri Moſeh aſcenderunt de ciuitate Palmarũ
cum filijs Iehudah in deſertum Iehudah quod eſt in meridie
Harad, & perrexit, & habitauit cum populo. Et iuit Iehudah
cum Simhon fratre ſuo, & percuſſerunt Chenahanæum habi-
tatorem Sephath, & interfecerunt eos, & vocauit nomen ci-
c i. anathema — uitatis [c] Chormah. Cepitꝗ Iehudah Hazzah, & terminum e-
ius, & Aſchelon, & terminum eius, & Hechron, & terminum
eius. Fuitꝗ dominus cum Iehudah, & poſſeſſit montem.
Non enim erat expellere habitatores vallis, quia currus fer-
E rei erant eis. Dederuntꝗ ipſi Caleb Chebron, ſicut locutus eſt
Num. 14. d. — Moſeh, & expulit inde tres filios Hanac. Iebuſæum autem ha-
bitatorem Ieruſalaim non expulerunt filij Biniamin. Et habi-
tauit Iebuſæus cum filiis Biniamin in Ieruſalaim vſque ad di-
em hanc. Et aſcenderunt domus Ioſeph, etiam ipſi in Bethel,
& dominus fuit cum eis. Et explorare fecerunt domus Ioſeph,
Bethel (Et nomen vrbis antea fuit Luz) & obſeruantes vide-
runt virum egredientem ex vrbe, dixeruntꝗ ei: Oſtende no-
bis quæſo introitum vrbis, & faciemus tecum miſericordi-
am. Et oſtẽdit eis introitum vrbis, percuſſeruntꝗ vrbem acie
gladij. Virum autem & omnem familiam eius dimiſerunt.
Et perrexit vir in terram Chitthim, & ædificauit vrbem, &
vocauit nomen eius, Luz. Hoc eſt nomen eius vſꝗ ad diem
hanc. Et non expulit Menaſſeh Bethſeam, & oppida eius, Ta-
hanach, & oppida eius, habitatores Dor, & oppida eius, habi-
tatores Iblcham, & oppida eius, & habitatores Meghiddo, &
F oppida eius, cœpitꝗ Chenahanæus habitare in terra ipſa. Et
fuit, cum roboratus eſſet Iſrael, poſuit Chenahanæum tribu-
tarium: ſed expellendo non expulit eum. Ephraim autem non
expulit Chenahanæum habitantem in Ghazer, ſed habitauit
Chenahanęus in medio eius in Ghazer. Zebulun non expulit
habitatores Chitron, & habitatores Nahalol, ſed habitauit
Chenahanæus in medio eius, fueruntꝗ ei tributarij. Aſer non
expulit habitatores Hacho, & habitatores Sidon, & Achlab,
& Achzib, & Chelbah, & Aphic, & Rechob. Sed habitauit
Aſer ita in medio Chenahanæi, habitatoris terræ. Non enim
expulit eum. Naphthali non expulit habitntores Bethſemes,
& habitatores Bethhanath, ſed habitauit in medio Chenaha-
næorum habitatorum terræ. Et habitatores Bethſemes, &
Bethhanath erant eis tributarij. Et compulerunt Emoræi fi-
G lios Dan ad montem. Non enim permiſerant eis vt deſcende-
rent in vallem. Cœpitꝗ Emoræus habitare in monte Cheres
in Aialon, & in Sahalbim. Et aggrauata eſt manus domus Io-
ſeph, & fuerunt tributarij. Terminus autem Emoræi erat ab
aſcenſu ſcorpionum à petra, & ſupra.

¶Mittitur angelus ad populum in locum flentium, exprobrat populo incredulitatem, additis minis.

CAP. II.

A ASçẽdit autem angelus domini de Ghilgal ad Bochim,
& dixit: Aſcendere feci vos ex Aegypto, & introduxi
vos in terram, ſuper quam iuraui patribus veſtris, & dixi: Nõ
irritum faciam pactum meum vobiſcum in æternum. Et vos
non ferietis pactum cum habitatoribus terræ huius. Altaria
eorum diruetis. Et non obediſtis voci meæ, Cur hoc feciſtis?
Et etiam dixi: Non expellam eos à facie eorum: ſed erunt vo- — a in ſpicula ſ. quæ vobis latera confodiãt
bis [a] in lateribus, & dij eorum erunt vobis in laqueum. Et fu-
it, cum loqueretur angelus domini verba hæc ad omnes fili-
os Iſrael, leuauerunt populus vocem ſuam, & fleuerunt. Vo- — Ieho. 24. g.
B cauerũtꝗ nomen loci ipſius Bochim, [b] & immolauerunt i- — b i. flentes
bi domino. Dimiſit autem Iehoſuah populum, & habierunt
filij Iſrael, vnuſquiſque ad hæreditatem ſuam, ad poſſidendũ
terram. Seruieruntꝗ populus domino omnibus diebus Ie-
hoſuah, & omnibus diebus ſeniorum qui prolongauerunt di-
es poſt Iehoſuah, qui viderunt omẽ opus domini magnum,
quod fecit Iſraeli. Mortuus eſt autem Iehoſuah filius Nun ſer-
uus domini, vir centũ & decẽ annorũ. Sepelieruntꝗ eũ in ter-
mino hæreditatis eius in Thimnath Heres, in monte Ephraim
ab aquilone montis Ghahas. Et etiam omnis generatio illa
congregata eſt ad patres ſuos. Surrexitꝗ generatio alia poſt
eos, quæ non nouerunt dominum, & etiam opus quod fecit
Iſraeli. Feceruntꝗ filij Iſrael malum in oculis domini, ſeruie-
runtꝗ Behali. Et dereliquerunt dominum deum patrum ſuo-
rum, qui eduxerat eos è terra Aegypti, & iuerunt poſt deos
alienos, è diis pepulorum, qui erant in circuitu eorum, & in-
curuauerunt ſe eis, & irritauerunt dominum, dereliquerũtꝗ
C dominum, & ſeruierunt Bahal, & Aſtaroth. Et iratus eſt fu-
ror domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu diripiẽtium,
& diripuerunt eos: & [c] vendiderunt eos in manu inimicorũ — c uendidit
eorum in circuitu, & non potuerunt vltra ſtare coram inimi-
cis ſuis. Quocunque egrediebantur, manus domini erat con-
tra eos in malum, ſicuti locutus eſt dominus & ſicut iurauit
dominus eis, & anguſtijs affecti ſunt valde. Suſcitauit autem
dominus iudices, & ſeruauerunt eos è manu diripientium e-
os. Et etiam iudices ſuos non audierunt, ſed fornicati ſunt
poſt deos alienos, & incuruauerunt ſe eis. Receſſerunt cito de
via per quam ambulauerant patres eorum, vt audirent præ-
cepta domini, non fecerunt ſic. Et cum ſuſcitaret dominus eis
iudices, erat dominus cum iudice, & ſeruabat eos è manu ini-
micorum eorum omnibus diebus iudicis. Miſerebatur enim
dominus



dominus gemitus eorum propter oppreſſores eorum, & co-
artatores eorum. Et erat mortuo iudice, reuertebantur & de-
terius agebant, quàm patres eorum, vt irent poſt deos alie-
D nos, ſeruiendo eis, & incuruando ſe eis: Non cadere faciebat
de actibus ſuis, & de via ſua dura. Et iratus eſt furor domini
contra Iſrael, & dixit: Pro eo quod tranſgreſſi ſunt gens iſta
pactum meum quod præcepi patribus eorum & non obe-
dierunt voci meæ, etiam ego non addam vt expellam quen-
quam à facie eorum, de gẽtibus duas dimiſit Iehoſuah, & mor-
tuus eſt. Vt tentem per eas Iſrael, vtrum cuſtodiant viam do-
ritus domini,& deſcendit in Aſchelon,& percuſſit ex eis tri-
ginta viros,& tulit exuuias eorum,& dedit mutatorias,ijs q
indicauerāt ænigma.Et iratus eſt furor eius,& aſcendit in do-
mum patris ſui. Fuit autem vxor Simſon ſodali ſuo,qui ſocie
tatem fecerat ei.

¶Simſon uxore ablata,incenſis uulpiū caudis,ſegetes exurit: Ma
xilla aſini mille uiros occidit.
CAP. XV.

A ET fuit poſt dies aliquot in diebus meſſis triticeæ,viſita-
uit Simſon vxorem ſuam cū hœdo caprarum. Dixitq;
Ingrediar ad vxorem meam in cubiculum.Et nō permiſit eū
pater eius,vt intraret.Dixitq; pater eius,dicendo:Dixi quòd
odiendo odires eam,& tradidi eam ſodali tuo.An non eſt ſo
ror eius minor,pulchrior illa?Sit nunc tibi pro illa.Dixitq; ei
Simſon:Innocēs ſum ſemel à Peliſtæis,ſi fecero cum eis malū.
Iuit autem Simſon,& cepit trecentas vulpes,& accepit faces,
& vertit caudam ad caudam,& poſuit facem vnā inter duas
caudas in medio.Et ſuccendit ignem in facibus,& miſit in ſe-
getes Peliſtinorum,& ſuccendit ab aceruo vſque ad ſegetem,
B vſque ad vineas,& oleas.Dixeruntq; Peliſtæi:Quis fecit hoc?
Et dixerunt:Simſon gener Timni,quia tulit vxorem eius, &
tradidit eam ſodali eius.Aſcenderunt autem Peliſtæi,& com
buſſerunt eā,& patrē eius igni.Dixitq; eis Simſon: Nunquid
facitis ſicut hoc?Vere vindicabo me de vobis,& poſtea ceſſa
bo.Et pcuſſit eos coxa ſup femur plaga magna. Et deſcendit,
et manſit in cacumine petræ Hethā.Aſcēderūt aūt Peliſtim,et
caſtrametati ſunt in Iehudah,& extēderunt ſe in Lechi. Dixe-
runtq; viri Iehudah:Vt qd aſcēdiſtis aduerſus nos? Et dixe-
rūt:Vt ligemus Simſon aſcendimus,vt faciamus ei,quemad-
C modum fecit nobis.Et deſcēderunt tria milia virorū de Iehu
dah ad ſummitatem petræ Hetham.Dixeruntq; ad Simſon:
Nónne noſti,quòd dominātur nobis Peliſtim?Et cur hoc fe-
ſti nobis?Dixitq; eis:Quēadmodum fecerunt mihi,ſic feci eis.
Dixeruntq; ei:Ad ligandum te deſcendimus,vt demus te in
manu Peliſtinorum.Dixitq; eis Simſon:Iurate mihi, ne forte
contingatis me vos.Dixeruntq; ei,dicendo:Non,ſed ligando
ligabimus te,trademuſq; te in manu eorum. Sed occidendo
non occidemus te.Et ligauerunt eum duobus funib⁹ nouis,
& aſcendere fecerunt eum de petra.Ipſe venit vſq; ad Lechi.
D Peliſtim autem vociferati ſunt in occurſum eius.Et venit ſup
eum ſpiritus domini.Et fuerunt funes qui erāt in brachiis ei⁹
tanquam lina quæ combuſta ſunt igni,& ſoluta ſunt vincula
eius de manibus eius.Inuenitq; maxillā aſini recētem, miſitq;
manum ſuam,& accepit eam,& percuſſit cū ea mille viros.
Dixitq; Simſon:Maxilla aſini aceruum aceruorū,maxilla aſini
percuſſit mille viros.Et fuit cū cōpleuiſſet loqui,proiecit ma-
xillam è manu ſua,& vocauit locum ipſum Ramath Lechi:
(Id eſt proiectio maxillæ.)Sitiuit autem valde,& clamauit ad
dominum,& ait:Tu dediſti per manum ſerui tui ſalutem ma
gnam hanc,& nunc moriar ſiti,& cadā in manu incircunciſo
rum.Et rupit deus molarē dentē,qui erat in maxilla,& egre-
ſſæ ſunt ex eo aquæ,& bibit,& reuerſus eſt ſpiritus eius,& reui
uixit.Idcirco vocauit nomen eius Henhaccore aſer ballechi:
(Id eſt,fontem inuocantis,qui erat in Lechi,) vſque ad diem
hanc.Iudicauitq; Iſrael in diebus Peliſtinorum XX.annis.

¶Simſon ſublatas portas Hazzah defert in uerticem montis,deci
pitur a Delilah,excæcatur,illuditur ab hoſtibus,moritur.
CAP. XVI.

A PErrexit autem Simſon in Hazzah,viditq; ibi mulierem
[a] meretricem,& ingreſſus eſt ad eam.Hazzitis dictū fuit a cauponam
dicendo:Venit Simſon huc,& circūdederūt,& inſidiati ſunt
ei tota nocte in porta vrbis.Tacueruntq; tota nocte,dicēdo, b mane occidemus eū.
[b] vſque ad lucē matutinam,& occidemus eum.Dormiuit aūt
Simſon vſque ad dimidium noctis,& ſurrexit media nocte,
Apprehenditq; fores portæ vrbis,& duos poſtes, & profe-
ctus eſt cum eis cum vecte,poſuitq; ſuper humeros ſuos & a-
ſcendit cum eis in verticem montis,qui erat cōtra faciem Che
bron.Et fuit poſt hæc,dilexit mulierē in torrente Sorech, &
nomen eius erat Delilah.Aſcenderunt autem ad eam ſatrapæ
Peliſtinorū,dixeruntq; ei:decipe eum,& vide in quo ſit for-
titudo eius magna,& in quo præualeamus ei,ligabimuſq; eū,
vt affligamus eum:& nos dabimus tibi ſinguli mille, & centū
B argenteos.Dixitq; Delilah ab Simſon: Indica quæſo mihi in
quo eſt fortitudo tua magna,& quo ligeris ad affligēdum te?
Dixitq; ei Simſon:Si ligauerint me ſeptē virgis viridibus,quę
nō ſint ſiccæ,debilis ero,& ero ſicut vnus ex hominibus.Aſcē
dere fecerunt ad eam ſatrapæ Peliſtinorum ſeptem virgas vi-
rides,quæ non erāt ſiccæ,& ligauit eum illis.Inſidiæ autē ma-
nebant apud illam in cubiculo,dixitq; ad eum:Peliſtim ſuper
te Simſon.Et rupit virgas quemadmodum rumpitur filum
ſtuppæ,quando odorat ipſum ignis,& non eſt agnita forti-
C tudo eius.Dixitq; Delilah ad Simſon:Ecce deluſiſti me,locu-
tuſq; es ad me mēdacia.Nūc indica quæſo mihi,quo ligeris.
Dixitq; ad eam:Si ligando ligauerint me funibus nouis, qui-
bus non eſt factum opus,debilis ero,& ero ſicut vnus ex ho-
minibus.Tulitq; Delilah funes nouos,& ligauit eum illis, di-
xitq; ad eū:Peliſtim ſup te Simſon.Inſidiæ autē manebāt in cu
biculo.Et rupit eos à brachijs ſuis,ſicut filū.Dixitq; Delilah ad
Simſon:Vſquequo peluſiſti me, & locutus es mihi menda-
cia?Indica mihi quo ligeris. Dixitq; ad eam: Si texueris ſe-
ptem cincinnos capitis mei licio,& fixeris clauo. Dixitq; ad
eum:Peliſtim ſuper te Simſon.Et expergefactus eſt de ſomno
D ſuo,& pfectus eſt cum clauo texturæ,& licio.Dixitq; ei:Quo
modo dicis dilexi te,& cor tuum non eſt mecum? Iam
tribus vicibus deluſiſti me,& non indicaſti mihi in quo ſit
fortitudo tua magna.Et fuit cum coartaret eum verbis ſuis
omnibus diebus,& moleſtaret eum anguſtijs,affecta eſt ani-

mia eiꝰ,vt moreretur.Et indicauit ei totum cor ſuum,dixitq;
ei:Nouacula non aſcendit ſuper caput meum,quia Nazarǽꝰ
dei ſum ab vtero matris meæ.Si raſus fuero,recedet à me for
titudo mea,& debilis ero,& ero ſicut omnes homines.Et vi
dit Delilah quòd indicaſſet ſibi totũ cor ſuum,& miſit,& vo
cauit principes Peliſtinorum,dicendo:Aſcendite ſemel,quia
indicauit mihi totum cor ſuum. Et aſcenderunt ad eam
principes Peliſtinorum,& detulerunt argentum in mani-
E bus ſuis.Et dormire fecit eum ſuper genua ſua,vocauitq; vi-
rum,& radi fecit ſeptem cincinnos capitis eius,& cœpit affli
gere eum,& receſſit fortitudo eius ab eo.Dixitq;,Peliſtim ſup
te Simſon.Et expergefactꝰ eſt à ſomno ſuo,& dixit:Egrediar
ſicut vice altera,ex excutiam me:& neſciebat quòd dominus
receſſerat ab eo.Et apprehenderunt eum Peliſtim,& effode-
runt oculos eius,& deſcendere fecerunt eum in Hazzah,et li-
gauerũt eum compedibus,& molebat in domo vinctorum.
Et cœpit pilus capitis eius germinare poſtquam raſus eſt.Sa-
trapæ autem Peliſtinorum congregati ſunt,vt ſacrificarẽt ſa-
crificium magnum Dagon deo ſuo,& ad lętitiam.Et dixerũt:
F Tradidit nobis deus noſter in manu noſtra Simſon inimicũ
noſtrum.Videruntq; eum populus,laudaueruntq; deũ ſuũ,
quia dixerunt:Tradidit deus noſter in manibus noſtris inimi
cum noſtrum,& deuaſtantem terram noſtram,& qui multi-
plicauit occiſos noſtros.Et fuit,cum iocundum eſſet cor eo-
rum,dixerunt:Vocate Simſon,& ludat coram nobis.Voca-
uerũtq; Simſon de domo vinctorum,& luſit ante eos:& ſta-
re fecerunt eum inter columnas.Dixitq; Simſon ad puerum
qui tenebat manum eius:Duc me & fac palpare me colũnas
ſuper quas domus firmatur,& innitar eis.Domus autem ple-
na erat virorum & mulierum,& ibi omnes ſatrapæ Peliſtim,
& ſuper tectum circiter tria milia virorum & mulierum,qui
ſpectabant dum luderet Simſon.Clamauitq; Simſon ad do-
G minum,& ait:Domine deus,memento mei obſecro,& forti-
fica me obſecro tantũ vice hac deus,et vlciſcar vltione vna de
duobus oculis meis de Peliſtinis.Et cõplexus eſt Simſon am-
bas columnas medias ſuper quas domus firma erat,& inni-
xus eſt eis:vna erat à dextera eiꝰ,& altera à ſiniſtra eius.Dixitq;
Simſon:Moriatur anima mea cum Peliſtæis.& inclinauit ſe
fortiter,ceciditq; domus ſuper ſatrapas,& ſuper omnem po
pulum,qui erat in ea.Fueruntq; mortui,quos mori fecit cũ
moreretur ipſe,plures ꝗ quos mori fecit,dum viueret ipſe.
Deſcenderunt autem fratres eius,& omnis domus patris eiꝰ,
& tulerunt eum,& aſcenderunt,& ſepelierunt eum inter Sor-
hah,et inter Eſtahaol in ſepulchro Manoach patris ſui.Ipſe au
tem iudicauit Iſrael viginti annis.

¶De Michah eiuſque idolo. CAP. XVII.

A FVit autem vir de monte Ephraim,& nomen eius Mi-
chah.Dixitq; matri ſuæ:Mille & centum argentei ꝙ abla-
ti fuerunt à te (& tu maledixiſti,& dixiſti in auribꝰ meis,)ecce
argentum mecum eſt,ego accepi illud.Et dixit mater eius:Be
nedictus fili mi à domino.Et reddidit mille & centum argen-
teos matri ſuæ:Dixitq; mater eius:Sanctificando ſanctificaui
argentum dño de manu mea filio meo ad faciendum ſculpti-
B le,& conflatile.Et nunc reſtituam illud tibi.Et reddidit argen-
tum matri ſuæ,tulitq; mater eius ducentos argenteos,& de-
dit eos argentario,& facit ex eis ſculptile,& conflatile,& fuit
in domo Michah.Viro autem Michah fuit domꝰ dei.Fecitq;
Ephod,& Teraphim,& conſecrauit manũ vnius de filijs ſuis,
& fuit ei ſacerdos.In diebus illis nõ erat rex in Iſrael:vnuſquiſq;
qđ rectũ erat in oculis ſuis,faciebat.Fuit autẽ puer de Bethle-
chem Iehudah,de familia Iehudah,& ipſe Leuita,& ipſe pere-
C grinabatur ibi.Abijt autem vir de ciuitate Bethlechem Iehu-
dah,ad peregrinandum vbicunque inueniſſet.Venitq; in mõ
tem Ephraim vſque ad domum Michah,ad faciendum iter
ſuum.Dixitq; ei Michah Vnde venis?Dixitq; ei Leuita:Ego
ſum de Bethlechem Iehudah,& vado ad peregrinandum v-
bicunque inuenero.Dixitq; ei Michah:Mane apud me,& eſto
D mihi pro patre,& pro ſacerdote,& dabo tibi decem argen-
teos annuatim,& ordinem veſtimentorum,& victum tuum:
annuit Leuita.Et[a] voluit Leuita manere cum viro.Et fuit a-
doleſcens tanquam vnus de filijs ſuis.Et conſecrauit Michah
manum Leuitæ,& fuit ſibi adoleſcens pro ſacerdote,& fuit
in domo Michah.Dixitq; Michah:Nunc cognoui quòd be-
nefaciet dominus mihi,quia eſt mihi Leuita pro ſacerdote.

a cœpit

¶De Danitis,qui abſtulerunt deos & ſacerdotes Michah.

CAP. XVIII.

A IN diebus illis non erat rex in Iſrael,& in diebus illis tribus
Dan quærebat ſibi hæreditatem ad habitandum.Non
enim ceciderat ſibi vſque ad diem ipſum in medio tribuum
Iſrael hæreditas.Miſerũtq; filij Dan de familia ſua quinq; vi-
ros de cognatione ſua viros fortes,de Sorhah,& de Eſthaol
ad explorandũ terram,& inueſtigandum eam,dixeruntq; ad
eos:Ite,cõſyderate terram.Et venerunt in montẽ Ephraim vſ
que ad domũ Michah,manſeruntq; ibi.Ipſis exiſtentibus a-
B apud domũ Michah,agnouerũt vocẽ adoleſcentis Leuitę,&
declinauerunt illuc,dixeruntq; ei:Quis adduxit te huc? quid
hic facis,& quid hic habes?Dixitq; ad eos:Talia,& talia fecit
mihi Michah,& mercede cõduxit me,& fui illi ꝓ ſacerdote.
Dixeruntq; ei:Cõſule obſecro deũ,vt ſciamus,an ſecundet viã
noſtrã,per quã ambulamus.Dixitq; illis ſacerdos:Ite in pace.
Ante dñm eſt via veſtra,per quã ambulabitis.Et abierũt qn-
que viri,& venerunt in Lais,videruntq; populum qui erat
in medio eius,habitantẽ confidenter,iuxta conſuetudinẽ Si-
C doniorum,quieſcentẽ,& confidentẽ:[b]& non confundentem
eos in aliquo in terra nõ poſſidentẽ regnum,& diſtãtem à Si-
donijs,& cõmercium non erat eis cũ hoĩe.Et venerunt ad fra
tres ſuos in Sorhah,& Eſthaol,dixeruntq; eis fratres eorum:
Quid vos?Et dixerunt:Surgite,& aſcendamus ad eos.Vidi-
mus enim terram,& ecce bona valde:& eſtis tacentes?Ne ſi-
tis pigri ad eundum,& ingrediamini ad poſſidendum terrã.
Quando intrabitis,intrabitis ad populum confidentem,&
terra lata locis eſt,quia tradidit eam deus in manu veſtra,lo-
cum in quo non eſt defectus omnis rei,quæ eſt in terra.Profe
cti ſunt autẽ inde de familia Danita de Sorhah,& de Eſthaol
ſexcenti viri accincti inſtrumentis bellicis.Et aſcenderunt,&
caſtrametati ſunt in Chiriathieharim in Iehudah.Idcirco vo-
D cauerunt locũ ipſum Machaneh Dan(id eſt,caſtra Dan) vſq;
ad diem hãc.Ecce eſt poſt Chiriathieharim.Et tranſierunt in-
de in montem Ephraim,veneruntq; vſq; ad domum Micah.
Locutiq; ſunt quinque viri qui perrexerant ad explorandum
terram Lais,dixeruntq; fratribus ſuis:Num noſtis quòd eſt
in domibus iſtis Ephod,& Teraphim,& ſculptile,et conflan-
tile?Et nũc ſcitote quid faciatis.Et declinauerũt illuc,venerũt-
que ad domum adoleſcentis Leuitæ,ad domum Michah,&
ſalutauerunt eum pacifice.Sexcenti autem viri accincti armis
bellicis ſuis ſtabãt ad oſtium portę,qui erant de filijs Dan.Aſ-
cenderunt autem quinque viri qui perrexerant ad explorã-
dum terram,& ingreſſi ſunt illuc,tulerunt:ſculptile,& Ephod
E & Teraphim,& cõflantile.Sacerdos autem ſtabat ad oſtium
portæ,& ſexcẽti viri accincti armis bellicis.Et iſti ingreſſi ſunt
domum Michah,& tulerunt ſculptile,Ephod,& Teraphim,
& cõflantie.Dixitq; ad eos ſacerdos:Quid facitis? Dixeruntq;
ei:Tace,pone manum tuam ſuper os tuum,& veni nobiſcũ,
& eſto nobis pro patre,& ſacerdote.Quid melius eſt eſſe te ſa
cerdotem domus viri vnius,aut eſſe te ſacerdotem tribus,&
familiæ in Iſrael?Et iocundum fuit cor ſacerdotis,tulitq; E-
phod,& Teraphim,& ſculptile,& ingreſſus eſt medium po-
puli.Et verterunt ſe,& abierunt,poſueruntq; paruulos,& iu
menta,& pretioſa ante ſe.Ipſi lõge erant à domo Michah,&
viri qui erant in domibus,qui erant apud domum Michah
F congregati ſunt,& perſecuti ſunt filios Dan.Et clamauerunt
ad filios Dan.Et verterunt facies ſuas,dixeruntq; ad Michah:
Quid tibi,quia congregatus es?Et dixit:Deos meos,quos
feci,tuliſtis,& ſacerdotem,& abiſtis.Et quid mihi vltra?
Et tur-

b nec erat ꝗ pudore eos af
ficeret in terra,nec ꝗ hæreditate acci
peret regnũ: diſtabãt etiã a Sidonijs.



Et cur hoc dicitis mihi,quid tibi?Dixerũtq; ad eum filij Dan:
Ne audire facias vocem tuam nobiſcum,ne forte attingant
vos viri amari animo,& perdas animam tuam,& animã do
mus tuæ.Et abierunt viri Dan in viam ſuam.Vidit autẽ Mi-
chah quòd fortiores eſſent ſe,& vertit ſe,& reuerſus eſt in do
mum ſuam.Ipſi autem acceperant quod fecerat Michah,&
ſacerdotem qui fuerat ei,venerũtq; ad Lais ad populũ quie-
G ſcẽtem,& confidentẽ,& percuſſerunt eos acie gladij,vrbẽq;
ſuccenderunt igni.Et non fuit liberator,quia longinqua erat
à Sidon,& commercium non erat eis cum homine.Ipſa autẽ
erat in valle,quæ erat ipſi Bethrechob,& ædificauerunt vrbẽ
& manſerunt in ea.Vocaueruntq; nomen vrbis Dan,ſecun-
dum nomen Dan patris ſui,qui natus eſt ipſi Iſrael.Et quidẽ
Lais momen erat vrbi prius.Et ſtatuerunt ſibi filij Dan ſcul-
ptile.Iehonathan autem filius Gherſon filij Menaſſeh ipſe,&
filij eius fuerunt ſacerdotes tribui Dãnitæ vſque ad diẽ capti-
uitatis terræ.Et poſuerunt ſibi ſculptile ipſius Michah,quod
fecerat omnibus diebus,quibus fuit domus dei in Siloh.

¶De Leuita cuius uxor in Ghibhah aſſibus uenereis eſt occiſa,
ac in duodecim partita partes,miſſa ad filios Iſrael.

CAP. XIX.

A ET fuit,in diebus ipſis rex non erat in Iſrael.Et fuit vir Le
uita peregrinãs in lateribus montis Ephraim,accepit ſi-
bi vxorem concubinam de Bethlechem Iehudah.Et fornica-
ta eſt apud eum concubina eius,& receſſit ab eo ad domum
patris ſui in Bethlechem Iehudah.Fuitq; ibi ad tempus qua-
tuor menſiũ.Surrexitq; vir eius,& perrexit poſt eam,vt loq-
retur ad cor eius,vt reduceret eam,& puer eius erat ſecum,
& par aſinorum,& introduxit illa eũ in domũ patris ſui.Et
B vidit eum pater puellæ,& lætatus eſt in occurſum eius.Et am
plexatus eſt eum ſocer eius pater puellæ.Manſitq; ſecum tri-
bus diebus.Comederuntq; ac biberunt,& manſerunt ibi.Et
fuit,die quarta ſurrexerũt mane.Surrexitq; vt iret.Dixitq; pa
ter puellæ ad generum ſuum:Fulci cor tuum buccella panis,
& poſtea ibitis.Sederuntq; ac comederunt ambo pariter,&
biberunt.Dixitq; pater puellæ ad virum:Acquieſce quæſo et
mane,& iocundetur cor tuum.Surrexitq; vir,vt pergeret.Et
compulit eum ſocer ſuus,& reuerſus eſt,& manſit ibi.Surre-
xitq; mane die qnta,vt pergeret.Et dixit ei pater puellæ:Ful-
C ci quæſo cor tuum.Et retardauit eum,donec inclinarẽt dies.
Comederuntq; ambo.Et ſurrexit vir,vt iret ipſe,& concubi-
na eius,& puer eius.Dixitq; ei ſocer eius pater puellæ.Ecce
nunc debilitata eſt dies ad occidendum.Manete quæſo,ecce
quieſcit dies.Mane hic,& iocundetur cor tuum,& ſurgetis
cras in viam veſtram,pergeſq; in tabernaculum tuũ.Et noluit
vir manere,ſed ſurrexit,& abijt,& venit è regione Iebus (ipſa
Ieruſalaim.)Et cũ eo erat par aſinorũ onuſtorũ,& concubina
eius ſecum.Ipſis exiſtentibus iuxta Iebus dies deſcenderat val-
de.Dixitq; puer domino ſuo:Veni obſecro,& declinemꝰ ad
vrbem Iebuſæi hanc,&[a] maneamus in ea.Dixitq; ad eum do
minus eius:Non declinemus ad vrbẽ alienigenæ,quæ non eſt
de filijs Iſrael,ſed trãſeamꝰ vſque Ghibhah.Dixitq; puero ſuo:
Vade,& appropinquabimꝰ ad vnum è locis,& manebimus
D in Ghibhah vel Ramah.Tranſieruntq; & abierunt,& occu-
buit eis ſol iuxta Gibhah,quæ eſt Biniamin.Et declinauerunt
illuc,vt ingrederentur ad manendum in Ghibhah.Et intra-
uit,ſeditq; in platea ciuitatis,& non fuit vir recolligens eos in
domum ad manendum.Et ecce vir ſenex venit ab opera ſua
ex agro in veſpera.Et vir erat de monte Ephraim,et peregri-
nabatur in Ghibhah.Viri autem loci erant filij Iemini.Leua-
uitq; oculos ſuos,& vidit virum deãbulantem per plateam
ciuitatis.Dixitq; vir ſenex:Quo vadis,& vnde venis? Dixitq;
ad eum:Tranſimus de Bethlechem Iehudah vſque ad latera
E montis Ephraim vnde ſum,& perrexi vſque Bethlechem Ie-
hudah,& ad domum domini vado,& non eſt vir colligens
me in domum.Et etiam palea,& fœnum eſt aſinis noſtris,&
etiã panis,& vinũ eſt mihi,& ancillę tuæ,& puero cum ſeruo
tuo.Nõ eſt defectus omnis rei.Dixitq; vir ſenex:Pax tibi.Tã-
tum oĩs defectꝰ tuus ſit ſuper me.Tantũ in platea ne maneas.
Introduxitq; eum in domum ſuam & pabulum præbuit aſi-
nis,& lauerunt pedes ſuos,comederuntq; ac biberunt.Ipſis io
cunditate afficientibus cor ſuum,ecce viri ciuitatis viri impij
gyrauerunt iuxta domum pulſantes ad oſtium,dixeruntq; ad
virum dominum domus ſenem,dicendo:Educ virum ꝙ in-
F greſſus eſt in domum tuam,vt cognoſcamus eum.Egreſſus
eſt autem ad eos vir dominus domus,dixitq; eis:Ne fratres
mei,ne male faciatis obſecro,poſtquam ingreſſus eſt vir iſte
in domum meam,ne faciatis nephas hoc.Ecce filia mea virgo
& concubina eius,educam nunc eas,& affligite eas,& facite
eis quod bonum eſt in oculis veſtris.Viro autem huic ne fa-
ciatis rem ignominioſam hãc.Et noluerunt viri audire eum.
Tenuitq; vir concubinam ſuam,& eduxit ad eos foras,& co
G gnouerunt eã,& abuſi ſunt ea tota nocte vſq; mane.Dimiſe-
runtq; eã,cum aſcenderet aurora.Et venit mulier dum reſpi-
ceret mane,ceciditq; ad oſtium domus viri,vbi erat dñs ſuꝰ,
vſque ad lucẽ.Surrexitq; dñs eius mane,& aperuit oſtia do-
mus,& egreſſus eſt,vt iret in viã ſuam.Et ecce mulier cõcubi-
na ſua ceciderat ad oſtiũ domus,& manus erant ſuper limen.
Dixitq; ad eam:Surge,& eamus,& non reſpõdit.Et tulit eam
ſuper aſinũ,& ſurrexit vir,& abijt in locũ ſuũ.Et venit ad do-
mum ſuã,& accepit gladiũ,& apprehendit concubinã ſuam
& in fruſta concidit eam cum oſſibus ſuis in XII.fruſta,& mi
ſit in oẽm terminũ Iſrael.Et fuit,omnis qui videbat,dicebat.
Non factum fuit,nec viſum fuit ſimile à die quo aſcenderunt
filij Iſrael è terra Aegypti vſque ad diem hanc.Conſyderate il
lud,conſulite,& loquimini.

a pernoctemus.

¶Pugna totius Iſrael contra Biniamin,pro uxore Leuitæ occiſa.

CAP. XX.

A EGreſſi ſunt autẽ oẽs filij Iſrael,& cõgregatus eſt cœtꝰ tãq;
vir vnus à Dan vſq; Beer Sebah,& terram Ghilhad,ad
dñm in Miſpah.Steterũtq; anguli oĩs populi,oẽs tribus Iſrael
in eccleſia populi dei CCCC.milia virorum peditũ educen-
tium gladium.Audierunt autẽ filij Biniamin,ꝙ aſcendiſſent fi-
lij Iſrael in Miſpah.Dixeruntq; filij Iſrael:Loqmini quomodo
fuit malum hoc.Et reſpõdit vir Leuita,maritus mulieris occi
ſæ,& ait:In Ghibhah quæ eſt ipſi Biniamin,veni,& cõcubina
mea ad pernoctandũ.Surrexeruntq; aduerſum me viri Ghi-
bhah,& circundederunt[a] aduerſum me domũ noctu,me co-
gitauerunt occidere,& concubinam meã afflixerunt,& mor-
tua eſt.Et apprehendi cõcubinam meã,& in fruſta concidi eã,
& miſi eam in omnẽ regionem hęreditatis Iſrael.Fecerũt enĩ
B abominationem,& fœditatem in Iſrael.Ecce omnes vos filij
Iſrael,date vobis verbũ,& cõſilium hic.Surrexitq; omnis po
pulus tanq; vir vnus,dicendo:Non ibimus quiſq; in taberna
culũ ſuum,neq; declinabimus vnuſquiſq; in domũ ſuã.Et nũc
hoc eſt quod faciemꝰ ipſi Ghibhah,cõtra eam ſcilicet per ſor-
tem.Accipimꝰ X.viros è C.de omni tribu Iſrael:& C.ex mil
le,& mille ex X.millibus,vt afferãt cibum populo,vt faciant
venire eos in Ghibhah Biniamin,ſecũdum omnem fœditatẽ
quam fecit in Iſrael.Et cõuenit omnis vir Iſrael in ciuitatem tã
quam vir vnus confœderati.Miſerunt autem tribus Iſrael vi-
ros in oẽs tribus filiorũ Biniamin,dicendo:Quod malũ hoc
qđ factũ eſt in vobis?Et nunc date viros filios impietatis,qui
ſunt in Ghibhah,vt occidamꝰ & auferamꝰ malũ ex Iſrael.Et
noluerũt Biniamin audire vocẽ fratrũ ſuorũ filios Iſrael.Sed
cõgregati ſunt filij Biniamin è ciuitatibus in Ghibhah,vt exi-
rẽt ad bellũ cõtra filios Iſrael.Et nũerati ſunt filij Biniamin in
die illa de ciuitatibus XX.& ſex milia virorũ educentiũ gla-
dium,præter habitatores Ghibhah numerati fuerunt ſexcen-
C ti viri electi.Ex omni populo iſto ſeptingẽti viri electi,nõ vtẽ
tes manu dextera ſua,ſed ſiniſtra.Omnes iſti funda iaciebant
lapides ad capillum,nec aberrabant.Viri autem Iſrael nu-
merati ſunt præter Biniamin CCCC.milia virorum euagi
nantium gladium,omnes iſti viri bellatores.Surrexerunt au-
tem,

Oſee.10.c.

a ꝓpter me.

tem,& aſcenderũt in Bethel,& interrogauerunt deũ,& dixe-
runt filij Iſrael:Quis aſcendet pro nobis in primis ad bellum
cõtra filios Biniamin?Dixitq; dominus:Iehudah ſit in primis.
Et ſurrrexerũt filij Iſrael mane,& caſtrametati ſunt cõtra Ghi-
bhah.Et egreſſi ſunt viri Iſrael ad bellum contra filios Binia-
min,& diſpoſuerunt contra eos viri Iſrael bellum,cõtra Ghi-
bhah.Egreſſi ſunt autẽ filij Biniamin de Ghibhah,& perdide
runt de Iſrael in die illa duo,& viginti milia virorũ ad terrã.
Et cõfortatus eſt populus virorũ Iſrael,& addiderunt,vt diſ-
ponerẽt bellum in loco in quo diſpoſuerũt die prima.Et aſcẽ
derunt filij Iſrael,& fleuerunt ante dñm vſque ad veſperã, &
D interrogauerunt dñm,dicẽdo:Num addam accedere ad bel-
um contra filios Biniamin fratris mei?Dixitq; dominꝰ: Aſcẽ
dite ad eum.Acceſſerunt autem filij Iſrael ad filios Biniamin *
die ſecunda.Et egreſſus eſt Biniamin in occurſum eorum de
Ghibhah die ſecunda,& perdiderunt de filijs Iſrael adhuc o-
cto & decem milia virorũ ad terram.Oẽs ij euaginatores gla
dij.Aſcenderuntq; omnes filij Iſrael,& omnis populus,& ve-
nerunt in Bethel,fleueruntq; ac manſerunt ibi coram domi-
no,ieiunaueruntq; die illa vſq; ad veſperam,& obtulerũt ho-
locauſta,& pacifica coram dño.Interrogauerũt autẽ filij Iſ-
rael dominũ(& ibi erat arca fœderis dei in diebus illis: Et Pi-
nechas filius Elhazar filij Aharon ſtabat ante eam in diebus il
lis,)dicẽdo:Num addam vltra egredi ad bellũ contra filios
Biniamin fratris mei,an ceſſabo?Dixitq; dñs:Aſcendite,quia
cras dabo eum in manu tua.Et poſuit Iſrael inſidias contra
Ghibhah per circuitum.Aſcẽderuntq; filij Iſrael ad filios Bin
E iamin die tertia,& diſpoſuerunt contra Gibhah ſicut ſemel &
iterum.Egreſſi ſunt autẽ filij Biniamin in occurſum populi,
euulſi ſunt è ciuitate & cœperũt percutere de populo vulne-
rato ſicut ſemel & iterũ per ſemitas,quarũ vna aſcendebat in
Bethel,& altera in Gibhah in agro ferè triginta viros de Iſ-
rael.Dixeruntq; filij Biniamin:Cæſi ſunt coram nobis ſicut
prius.Filij autem Iſrael dixerunt:Fugiamus,& euellamus eũ
ex vrbe ad ſemitas.Omneſq; viri Iſrael ſurrexerũt è loco ſuo,
& diſpoſuerunt in Bhaltamar.Inſidiæ autem Iſrael exibant
è loco ſuo è gramineto Ghebah.Et venerũt contra Ghibhah
X.milia virorũ electorũ de Iſrael,& prælium aggrauatũ eſt.
Illi autem neſciebant,ꝙ attingeret eos malum.Percuſſitq; do
F minus Biniamin coram Iſrael,& perdiderũt filij Iſrael de Bin
iamin in die illa XX.& V.milia,& C.virorũ. Omnes ij eua-
ginabant gladium.Viderunt autem filij Biniamin,ꝙ percu-
terentur.Et dederunt viri Iſrael ipſi locum Biniamin,vt tu-
tò accederent ad inſidias,quas poſuerant cõtra Ghibhah.In-
ſidiæ autem feſtinauerunt,& impetum fecerunt contra Ghi-
bhah,& protraxerunt buccinæ ſonitũ inſidiæ,& percuſſerũt
vniuerſos vrbis habitatores acie gladij.Tempus autem con-
ſtitutum erat viro Iſrael cum inſidiis,vt plurimam aſcendere
facerent combuſtionẽ fumi è ciuitate.Et vertit ſe vir Iſrael in
prælium,Biniamin autem cœpit percutere vulneratos ex vi-
ris Iſrael ferè XXX.viros.Dixerunt enim:Equidem percutiẽ
do percuſſus eſt coram nobis,ſicut in prælio primo.Combu
ſtio autem cœpit aſcendere è ciuitate,vt columna fumi.Re-
G ſpexit autem Biniamin poſt ſe,& ecce aſcendebat combuſtio
ciuitatis ad cœlum.Vir autem Iſrael vertit ſe.Et feſtinauit vir (a Terga uerterunt)
Biniamin.Vidit enim ꝙ attingeret ſe malũ.[a]Reſpexerũtq; an
te viros Iſrael ad viam deſerti,& bellum contingebat eum.Et
qui de ciuitatibus perdebant eum in medio eius.Circundede
runt Biniamin,perſequi fecerunt eum,ne eſſet requies,cõcul-
care fecerunt eum vſque contra Ghibhah ab ortu ſolis.Et ce-
ciderunt de Biniamin VIII.& X.milia virorum.Et omnes ij
erant viri fortes,& verterunt ſe,& fugerunt ad deſertum ad
petram Rimmon,& occiderunt,non dimittentes racemum
ex eo,& in ſemitis,quinque milia virorum, & perſecuti ſunt
eũ vſq; ad Ghidhon,& percuſſerunt ex eo,duo milia virorũ.
Et fuerũt omnes q ceciderũt de Biniamin XX.& V.milia vi
rorum euaginantium gladium in die illa.Omnes ij viri fortes
Et conuerſi ſunt,& fugerũt in deſertum ad petram Rimmon
ſexcenti viri,& manſerunt in petra Rimmon quatuor menſi-
bus.Et viri Iſrael reuerſi ſunt ad filios Biniamin, & percuſſe-
runt eos acie gladij de ciuitate viros vſque ad iumentum,vſq;
ad omne quod inueniebatur,& omnes vrbes, quæ inuenie-
bantur,miſerunt in ignem.

¶Tribus Biniamin ob ſtuprũ uxoris Leuitę,fere deleta,inſtauratũ.
CAP. XXI.

A V[a]Ir autem Iſrael iurauit in Miſpah, dicendo:Vir ex no (a Quiſque autẽ de Iſrael)
bis non dabit filiam ſuam ipſi Biniamin in vxorẽ: Et
venit populus in Bethel,& manſerunt ibi vſque ad veſperam
coram deo.Leuaueruntq; vocem ſuam,& fleuerunt fletu ma
gno,ac dixerũt:Vt quid domine deus Iſrael fuit hoc in Iſrael,
vt deficeret hodie tribus vna ex Iſrael?Et fuit,in craſtino,ſur-
rexerunt populus,& ædificauerunt ibi altare,obtuleruntq; ho
locauſta,& pacifica.Dixerũt autem filij Iſrael:Quis eſt qui nõ
aſcendit in cœtum ex omnibus tribubus Iſrael ad dominum?
Iuramentum enim grande fuit ei,qui non aſcendit ad domi-
num in Miſpah, dicendo:Moriendo morietur. Et pœnituit
B filios Iſrael Biniamin fratris ſui,ac dixerunt: Exciſa eſt hodie
tribus vna ex Iſrael.Quid faciemus eis,qui remanſerunt pro
vxoribus,cum nos iurauerimus per dominum,non dare eis
de filiabus noſtris in vxores?Et dixerunt:Quis vnus de tribu-
bus Iſrael eſt,qui non aſcendit ad dominum in Miſpah?Et ec-
ce non venerat vir ad caſtra de Iabes Ghilhad ad congrega-
tionem.Et numeratus eſt populus,& ecce nõ erat ibi quiſquã
de habitatoribus Iabes Ghilhad.Miſeruntq; illuc congrega-
tionem XII.milium virorum de filijs fortibus,& præceperũt
eis,dicendo:Ite,& percutite habitatores Iabes Ghilhad acie
gladij,& mulieres & paruulos.Et hoc eſt quod facietis: Oẽm
maſculum,& omnem mulierem quę cognouit concubitum
maſculi, interficietis. Et inuenerunt de habitatoribus Iabes
Ghilhad CCCC.puellas virgines,quæ non cognouerant vi-
rum in concubitu maſculi,& adduxerunt eas ad caſtra in Si-
loh quæ eſt in terra Chenahan.Miſeruntq; omnis congrega-
tio,& locuti ſunt ad filios Biniamin,qui erant in petra Rim-
mon,& vocauerunt eos cum pace.Et reuerſus eſt Biniamin
C in tempore illo,& dederunt eis vxores,quas viuificauerant ex
mulieribus Iabes Ghilhad,& non ſuffecerunt eis ſic. Populũ
autem pœnituit Biniamin,quia fecit dominus fracturam in
tribubus Iſrael.Dixeruntq; ſeniores cœtus.Quid faciemus re
lictis pro vxoribus?Delata eſt enim de Biniamin mulier. Et
dixerunt:Opus eſt vt ſit hæreditas iis,qui euaſerunt de Binia
min,vt non deleatur tribus de Iſrael.Nos autem,non poſſu-
mus dare eis vxores de filiabus noſtris: iurauerunt enim filij
Iſrael,dicẽdo:Maledictus qui dederit vxorem ipſi Biniamin.
Et dixerunt:Ecce ſolennitas domini in Siloh annualis, qui eſt
ab Aquilone ipſi Bethel ab ortu ſolis ad viam quæ aſcendit è
Bethel ad Sechem,& à meridie ipſi Lebonah.Et præceperũt
filijs Biniamin,dicendo:Ite,& inſidiamini in vineis.Et videte.
D Et ecce ſi egreſſæ fuerint filiæ Siloh ad ſaltandũ in choris,exi-
te ex vineis,& rapite vobis vnuſquiſque vxorem ſuam de fi-
liabus Siloh,& ite in terram Biniamin.Et erit,quũ venerint
patres earum,vel fratres earum,ad iurgandum ante nos,dice
mus eis:Miſeremini eorum,quia non accepimus vnuſquiſq;
mulierem ſuam in bello,quia non dediſtis eis tempore hoc ne
delinqueretis,ſed ipſi acceperunt ſibi vxores. Feceruntq; ita
filij Biniamin.Tuleruntq; vxores ſecundum numerum ſuũ
de ſaltantibus,quas rapuerunt,& abierunt,& reuerſi ſunt ad
hæreditatem ſuam,& ædificauerunt vrbes, & habitauerunt
in eis.Et abierunt inde filij Iſrael in tẽpore ſuo, vnuſquiſq; ad
tribum ſuam,& familiam ſuã,& egreſſi ſunt inde vnuſ-
quiſq; ad hæreditatem ſuã.In diebus illis non erat
rex in Iſrael.Vnuſquiſque quod rectũ erat
in oculis ſuis faciebat.

FINIS.

Liber



# Liber Ruth,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Elimelech Bethlechemita cum uxore Nahomi & filiis peregrinatur in regione Moabitide.

CAPVT I.

A ET FVIT IN DIE-
bus,quando iudicabant iudices, fuit fa-
mes in terra.Abiitq; vir de Bethlechem
Iehudah, vt peregrinaretur in regione
Moab,ipſe & vxor eiꝰ,et duo liberi eius,
Nomen autem viri Elimelech, & nomẽ
vxoris eius Nahomi.Nomẽ verò duo-
rũ filiorum eius Machlon & Chilion,& Ephratæi de Bethle-
chem Iehudah,ingreſſiq; ſunt regionem Moab,& fuerũt ibi.
Mortuuſq; eſt Elimelech vir Nahomi,& remãſit ipſa, & duo
filij eius.Acceperunt autẽ ſibi vxores Moabitidas. Nomen
vnius Horpah,& nomẽ alterius Ruth.Manſeruntq; ibi fermè
X.annis.Et mortui ſunt etiã ambo ipſi Machlon,& Chilion.
Et remanſit mulier orbata duobus filijs & marito ſuo.Surre
B xitq; ipſa & nurus eius,& reuerſa eſt ex regione Moab.Audie
rat enim in regione Moab ,quòd viſitaſſet dominus populũ
ſuũ,dando eis panem.Et egreſſa eſt è loco in quo erat,& duę
nurus eius ſecum,& abierunt per viam redeundo ad terram
Iehudah.Dixitq; Nahomi duabus nuribus ſuis:Ite,redite vna
quæq; in domum matris ſuę,faciat dominus vobiſcum miſe-
ricordiã,quemadmodum feciſtis cũ mortuis,& mecum.Det
dominus vobis vt inueniat requiẽ,vnaquæq; in domo viri
ſui.Et oſculata eſt eas,& leuauerũt vocem ſuam, & fleuerunt.
Dixeruntq; ei:quia tecum reuertemur ad populum tuũ. Di-
xitq; Nahomi:Reuertimini filiæ meæ.Vt quid pergitis me-
cum?Nũqd vltrà filij erunt in vtero meo,vt ſint vobis viri?
Reuertimini filiæ meæ,ite,ſenui enim,vt non apta ſim viro.
Si etiam dicerem,eſt mihi ſpes,etiam ſi eſſem nocte hac cũ vi-
C ro,& etiam parerem filios.Nunquid eos expactabitis,donec
creſcant?Nunqd morabimini,vt non ſitis viro?Ne filię meę,
quia amaritudo foret mihi valde pluſquam vobis,quia egreſ
ſa eſt in me percuſſio dñi.Et leuauerunt vocem ſuam,& fleue
runt adhuc.Et oſculata eſt Horpah ſocrum ſuam.Ruth vero
adhęſit ei.Et ait:Ecce reuerſa eſt cognata tua ad populũ ſuum
& ad deos ſuos.Reuertere poſt cognatã tuã. Et dixit Ruth:
Ne roges me,vt relinquam te,vt recedam à te.Quocunq; enĩ
perrexeris,pergã:& vbi morata fueris,morabor:populꝰ tuꝰ,
populus meus:& deus tuus,deus meus.Vbi mortua fueris,
moriar,& ibi ſepeliar.Sic faciat dominus mihi, & ſic addat,
D niſi mors diuiſionem faciat inter me,& te.Et vidit ꝙ indura-
ta eſſet ad eundum ſecum,& ceſſauit loqui ad eam. Et perre-
xerunt ambæ,donec venirent Bethlechem.Et fuit,quãdo in-
greſſę ſunt Bethlechem,commota eſt tota ciuitas ſuper eis,&
dixerunt:Nũ hæc eſt Nahomi?Et dixit ad eos:Ne vocetis me
Nahomi,vocate me Mara(id eſt amaram)quia amaritudine
affecit omnipotens me valde.Ego plena abij,& vacuam re-
duxit me dominus.Vt quid vocatis me Nahomi,& dominꝰ
teſtificatus eſt contra me,& omnipotens malefecit mihi?Et re
uerſa eſt Nahomi,& Ruth Moabitis nurus eius cum ea,reuer
ſa eſt ex regione Moab,& venerunt Bethlechem in principio
meſſis hordeaceæ.

¶Ruth uidua Machlon filij Elimelech in agro Bohaz cognati colligit ſpicas.
CAP. II.

A IPſius autem Nahomi cõſanguineus viro erat,vir potens
diuitijs è familia Elimelech,& nomen eius Bohaz. Dixitq;
Ruth moabitis ad Nahomi:Ibo nunc in agrum,& colligam
ſpicas in agro illius,in cuiꝰ oculis inuenero gratiã. Et dixit ei:
Vade filia mea.Et abiit,et venit,et collegit in agro poſt meſſo
res.Et accidit accidens,vt pars agri eſſet ipſius Bohaz,q erat
de familia Elimelech.Et ecce Boah venit de Bethlechem, di-
xitq; meſſoribus:Dñs vobiſcũ.Et dixerunt ei: Benedicat tibi
dñs.Dixitq; Bohaz puero ſuo,qui ſtabat ſuper meſſores:Cu-
ius eſt puella hæc?Et reſpondit puer,qui ſtabat ſuper meſſo-
B res, & ait: Puella Moabitis eſt,quæ reuerſa eſt cum Naho-
mi de regione Moab.Et dixit:Colligã obſecro,& congrega-
bo manipulos poſt meſſores.Et venit,& ſtetit à mane vſque (a excepta modica ſeſſione eius in tugurio)
nunc:[a] hæc mãſio eius in domo fuit paululũ.Dixitq; Bohaz
ad Ruth:Nonne audis filia mea? Ne vadas ad colligendum
in agrum alterum,& etiã non trãſeas hinc.Sed hic adhærebis
puellis meis.Oculi tui erunt in agro,in quo meſſuerint, per-
geſq; poſt eas.An non p̃cepi pueris,vt non tangãt te? Et ſi ſi-
tieris pergẽ ad vaſa,& bibe de his quæ hauſerint pueri.Et ce-
cidit in faciem ſuam,& incuruauit ſe in terrã,dixitq; ei:Quare
inueni gratiam in oculis tuis,vt agnoſceres me quæ ſum alie-
nigena? Reſponditq; Bohaz,& dixit ei: Nunciando nuncia-
tũ eſt mihi omne quod feciſti ſocrui tuæ,poſtquã mortuꝰ eſt
vir tuus.Et reliquiſti patrem tuum,& matrem tuã,& terram
natiuitatis tuæ,& perrexiſti ad populum,quem non noſti ab
C heri & nudiuſtertius.Reddat tibi dominus opus tuum,& ſit
merces tua perfecta à domino deo Iſrael,cuius veniſti ad ſpe-
randum ſub alis.Et dixit:Inueniam gratiam in oculis tuis do
mine mi,quia conſolatus es me,& quia locutus es ad cor an-
cillæ tuæ.Et ego non ſum ſicut vna ex ancillis tuis. Dixitq; ei
Bohaz:Tempore cibi accede huc,& comede de pane, & in-
tinge bucellam tuã in aceto.Et ſedit ex latere meſſorũ.Et por-
rexit ei polẽtam,& comedit,& ſaturata eſt,& ſuperfluit.Sur-
rexitq; ad colligendum.Et præcepit Bohaz pueris ſuis,dicen-
do:Etiã inter manipulos colligat,& non pudore afficiatis eã:
Et etiã dimittendo dimittite ei de manipulis,& relinquetis,&
D colligat,& non increpetis eam.Et collegit in agro vſq; ad veſ-
peram,& excuſſit quod collegerat,& fuit ferè modiꝰ hordei.
Et portauit,& ingreſſa eſt vrbem.Et vidit ſocrꝰ eiꝰ quod col-
legerat,& protulit,& dedit ei quod ſuperfuerat ſibi de ſaturi
tate ſua.Dixitq; ei ſocrus ſua:Vbi collegiſti hodie,& vbi feci-
ſti?Sit qui cognouit te,benedictus.Et indicauit ſocrui ſuæ,cũ
quo fecerat,& ait:Nomen viri cũ quo feci hodie,eſt Bohaz.
Dixitq; Nahomi nurui ſuæ:Benedictus ſit à domino, qui nõ
reliquit miſericordiam ſuam cum viuentibus,nec cum mor-
tuis.Et ait ei Nahomi:Propinquꝰ nobis eſt vir,de propinqs
noſtris eſt.Dixitq; ei Ruth Moabitis:Etiam dixit mihi:Pueris
qui ſunt mihi adhærebis,donec compleuerint totam meſſem
quæ eſt mihi.Et ait Nahomi ad Ruth nurum ſuam:Bonũ eſt
filia mea,quòd exeas cum puellis eius,& non obuiabunt tibi
in agro alio.Et iunxit ſe puellis Bohaz ad colligẽdum, donec
finiretur meſſis hordeorum,& meſſis frumentorum,& reuer
ſa eſt ad ſocrum ſuam.

¶Ruth in area dormit ad pedes Bohaz.&c. CAP. III.

A DIxitq; ei Nahomi ſocrus ſua:Filia mea,nonne quæram
tibi requiem,vt bene ſit tibi?Et nunc, nonne Bohaz
de conſanguinitate noſtra eſt,cuius fuiſti cum puellis?Ecce vẽ
tilat areã hordeorum nocte.Laua te,& vnge te,ac pone veſti
mẽta tua ſup te,& deſcẽdes ad arã.Nõ cognoſcaris viro, do-
nec finierit comedere,& bibere.Et erit,cũ dormierit,nota lo-
cũ in quo dormiet.Et venies,& diſcoopies à parte pedũ eius,
& accũbes,& ipſe indicabit tibi qd facias.Dixitq; ad eã: Oĩa q̃
B dixeris mihi,faciam.Et deſcendit in aream,et fecit iuxta omnia
quæ præceperat ſibi ſocrus ſua.Et comedit Bohaz,& bibit,
& iocundum erat cor eius,& venit ad dormiendũ in ſummi-
tate acerui.Venitq; illa abſcõditè,& diſcooperuit à parte pe-
dũ,& accubuit.Et fuit,media nocte expauit vir, & inclinauit
ſe,& ecce mulier dormiebat à parte pedũ eius.Et dixit: Quæ
es tu?Et dixit:Ego ſum Ruth ancilla tua.Expande palliũ tuũ
ſuper ancillam tuã,quia propinquus es.Dixitq; Benedicta es
tu à domino filia mea.Meliorem feciſti miſericordiam tuam
poſteriorem q̃ primam,vt nõ ambulares poſt iuuenes, tum

C pauperẽ, tumq; diuitem. Et nũc filia mea, ne timeas. Omnia quę dixeris faciam tibi. Scit enim tota ciuitas populi mei, qa mulier virtuoſa es. Et nũc, quia verè propinquus ſum, & etiã eſt propinquus propinquior me. Pernocta nocte. Et erit mane, ſi propinquus tuus eſſe voluerit, bene propinquus ſit. Si verò noluerit propinquꝰ tuus, eſſe propinquus, ero tibi ego viuit dominꝰ, dormi vſq; mane. Et dormiuit à parte pedum eius vſq; mane. Et ſurrexit anteq; cognoſceret vir proximum
D ſuum, & dixit: Non ſciatur, ꝙ venerit mulier ad areã. Et dixit Affer lintheũ qđ eſt ſup te, & tene illud. Et tenuit illud, & menſus eſt ſex hordei mẽſuras, & poſuit ſup eã, et ingreſſa eſt ciuitatẽ. Et venit ad ſocrũ ſuã, & dixit: Quæ es tu filia mea? Et narrauit ei omnia quæ fecit ſibi vir. Et ait: Sex hodei menſuras has dedit mihi. Dixit enim: Non ingredieris vacua ad Socrũ tuam. Et dixit: Mane filia mea, donec cognoſcas, quomodo cadat res. Nõ enim quieſcet vir, niſi compleuerit rem hodie.

¶ Bohaz Bethlechemita accipit Ruth Moabitidem in uxorem.

CAP. IIII.

A BOhaz autem aſcendit ad portã, & ſedit ibi: & ecce propinquꝰ trãſibat de quo locutus fuerat Bohaz, & dixit: Declina, ſede hic tu talis et talis. Et declinauit, & ſedit: Et tulit X. viros de ſenioribus ciuitatis, & dixit: Sedete hic. Et ſederunt. Dixitq; ꝓpinquo: partẽ agri, quæ erat fratris veſtri Elimelech, vendidit Nahomi quæ reuerſa eſt è regione Moab. Ego autem dixi: Reuelabo aurem tuam, dicendo: Acquire coram habitatoribus, & coram ſenioribus populi mei, ſi propinquus eſſe vis, propinquus eſſendo: & ſi non propinquus eſſe vis indica mihi, vt ſciam quòd non eſt præter te, vt
B ſit ptopinquus, & ego ſum poſt te. Et dixit: Ego propinquus ero. Et dixit Bohaz: In die qua acquiſieris agrum de manu Nahomi, & Ruth Moabitidem vxorem defuncti acquires ad ſuſcitãdum nomen defuncti in hereditate eius. Dixitq; propinquꝰ: Non poſſum propiuquus eſſe, ne forte deleam hæreditatem meam. Sis tu propinquus propinquintate mea, quia
Deut. 25. b. non poſſum eſſe propinquus. Hoc autem erat ante in Iſrael ſuper propinquitate, & ſuper permutatione ad confirmandum omnem rem. Soluebat vir calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo, & hoc erat teſtimonium in Iſrael. Dixitq;
C propinquus ad Bohaz: Acquire tibi, & ſoluit calceamentum ſuum. Dixitq; Bohaz ad ſeniores, & omnẽ populum: Teſtes eſtis hodie, quòd acquiſiui omnia quæ erant Elimelech, & omnia quæ erant Chilion, & Machalon, de manu Nahomi. Et etiam Ruth Moabitidem vxorem Machalon acquiſiui mihi in vxorem, ad ſuſcitandum nomẽ defuncti in hæreditate ſua, & non excidatur nomen defuncti à fratribus ſuis, & à porta loci ſui. Teſtes eſtis hodie. Et dixerũt omnis populus qui erãt in porta, & ſeniores: Teſtes ſumus. Det dominus mulierem quæ ingreditur domum tuã ſicut Rachel, & ſicut Leah, quæ ædificauerunt domum Iſrael, & faciat virtutẽ in Ephrathah, & celebre nomen in Bethlechem. Et ſit domus tua ſicut do-
Gene. 38. mus Peres, quẽ peperit Thamar ipſi Iehudah, de ſemine quẽ
D dederit dñs tibi de puella hac. Et tulit Bohaz Ruth, et fuit ſibi vxor. Et ingreſſus eſt ad eam, & dedit dominus ei cõceptũ, & peperit filium. Dixeruntq; mulieres ad Nahomi: Benedictus dominus, qui nõ ceſſare fecit tibi propinquum hodie, vt vocetur nomen eius in Iſrael. Et erit tibi ad quieſcere faciendum animam, & ad alendum ſenectutẽ tuam, quia nurus tua, quæ diligit te, pepit eũ qui eſt melior tibi quam ſeptẽ filij. Et tulit Nahomi infantẽ, & poſuit eũ in ſinu ſuo, & fuit ei vt nutrix. Et vocauerũt eũ, vicinę, nomẽ, dicendo: Natus eſt filius ipſi Nahomi, & vocauerunt nomẽ eius Hobed. Ipſe eſt pater Iſai patris Dauid. Iſtæ ſunt aũt gñationes Peres: Peres genuit Cheſrõ: Ceſron autẽ genuit Ram: Rã aũt genuit Hãminadab: Hãminadab aũt genuit Nachſon: Nachſon autẽ genuit Salmon: Salmon aũt genuit Bohaz: Bohaz aũt genuit Hobed Hobed autem genuit Iſai: Iſai autem genuit Dauid.

FINIS.

# Liber Semuel, qui dicitur primus Regum: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Channah uxor Elcanah diu ſterilis, parit Semuelem.

CAPVT I.

A ET FVIT VIR VNVS de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcanah filiꝰ Ierocham, filij Elihu, filij Tochu, filij Ziph Ephratæi. Et ei fuerunt duæ vxores. Nomen vnius Channah, & nomen alterius Peninnah. Et fuerunt ipſi Peninnah nati. Sed Channah non fuerunt nati. Aſcendebat autem vir ipſe è ciuitate ſua annuatim ad adorãdum, & immolandum dño exercituũ in Siloch, & ibi erant duo filij Heli, Chophni & Pinechas ſacerdotes dño. Et fuit dies, & immolauit Elcanah, deditq; Peninnah vxori ſuæ, & omnibus filijs eius, & filiabꝰ eius
B partes. Ipſi vero Channah dedit partem vnã honorabilem, quoniam Channah diligebat. Dominus autem concluſerat vuluam eius. Et irritabat eã inimica eius etiam ira, propterea ꝙ improperaret ei, ꝙ concluſerat dominus vuluam eius. Et ſic faciebat annuatim à tempore quo aſcendebat ipſa in domum domini, ſic irritabat eam. Flebat autem, & nõ comedebat. Dixitq; ei Elcanah vir ſuꝰ: Channah, vt quid fles, & vt qd non comedis, & vt quid male ſe habet cor tuum? Nõnne melior ſum tibi, q̃ decem filij? Surrexitq; Channah poſtq; comederant in Siloh, & biberant. Heli autem ſacerdos ſedebat ſup ſolium, iuxta poſtem templi domini. Et ipſa erat amaro animo, orauitq; ad dominum, & flendo fleuit. Et vouit votum, Et ait: Domine exercituum, ſi videndo videris afflictionem ancillæ tuæ, & recordatus fueris mei, & non fueris oblitus ancillæ tuæ, dederiſq; famulæ tuæ ſemẽ virile, dabo illud domino
C omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſup caput illius. Et fuit, cum diu oraret coram domino, Heli obſeruabat os eius. Channah aũt loquebatur in corde ſuo, tantum labia eius mouebant, ſed vox eius non audiebatur. Et æſtimauit eam Heli tanq; ebriam. Dixitq; ad eam Heli: Vſquequo ebria eris? Remoue vinum tuum à te. Reſpondit Channah, & ait: Non domine mi ſum ebria. Sed mulier dura ſpiritu ſum. Et vinum & Sechar non bibi. Sed effudi animam meam coram domino. Ne reputes, ꝙ ancilla tua ſtet coram domino, tanquam filia impia. Quia ex multitudine eloquij mei & indignationis meæ locuta ſum hactenus. Et reſpondit Heli, ac dixit: Vade in pace, & deus Iſrael det petitionem tuam, quã pe-
D tiſti ab eo. Et dixit: Inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, iraq; illius non fuit ei vltrà. Et ſurrexerunt mane, & adorauerunt corã domino. Reuerſiq; ſunt, & venerunt in domum ſuam in Ramah. Cognouit autem Elcanah Channah vxorẽ ſua, & recordatus eſt eius dominus. Et fuit, in reuolutione dierum concepit Channah, & peperit filium. Vocauitq; nomen eius Semuel, quod à dño petiuiſſet eum. Aſcendit aũt vir Elcanah, & omnis familia eius ad immolandũ dño hoſtiã anniuerſariã, & votũ ſuũ. Channah autem non aſcendit. Dixit enim viro ſuo: Nõ aſcendam donec ablactetur infans, & adducam eum vt conſpiciatur coram domino, & maneat ibi vſque in ſeculum. Dixitq; ei Elcanah vir ſuus: Fac quod bonũ eſt in oculis tuis. Mane donec ablactes eũ. Veruntamẽ confirmet dñs verbũ ſuũ. Mãſitq; mulier, & lactauit filiũ ſuũ, donec ablactaret eũ. Aſcẽdereq; fe-
E cit eũ ſecũ, quũ ablactauit eũ cũ iuuẽcis tribus, & modio vno farinæ, & vtre vini, & adduxit eũ ad domũ dñi in Siloch. Et puer



puer erat valde puer. Et iugulauerunt iuuencum, & adduxerunt puerum ad Heli. Et dixit: Obſecro domine mi. Viuit anima tua domine. Ego ſum mulier, quæ ſteti tecum hic, & ad orandum coram domino. Pro puero hoc oraui, & dedit dominus mihi petitionem meam, quam petij ab eo. Et etiã ego commodaui eum domino omnibus diebus quibus eſt commodatus domino, & incuruauit ſe ibi domino.

¶ Canticum Channah, filiorum Heli peccatũ, arguitur Heli indulgentiæ erga filios. CAP. II.

A ORauit autem Channah, & dixit: Exultauit cor meũ in domino, exaltatum eſt cornu meum in domino. Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lętata ſum in ſalute tua. Non eſt ſanctus ſicut dominus, quia non eſt præter
a durum te, & non eſt fortis ſicut deus noſter. Ne multiplicetis, vt loquamini valde ſublime verbum. Egrediatur[a] vetus verbum ex ore veſtro, quia deus ſciẽtiarũ dominus, & ipſi directa ſunt opera. Arcus, & fortes confracti ſunt, & debiles accincti ſunt robore. Hi qui ſaturati prius fuerant, pro pane ſe locauerũt: & qui fuerunt famelici, deſierunt fameſcere, donec ſterilis pe-
B perit ſeptẽ: & quæ multiplicabat filios, infirmata eſt. Dominꝰ mortificat, & viuificat, deſcẽdere facit ad inferos, & aſcende-
Deu. 32. f. Thob. 13. a. Sup. 16. b. re facit. Dominꝰ pauperem facit, & ditat: humiliat, & exaltat. Suſcitat è puluere pauperem, è ſtercore eleuabit mendicum, vt ſedere faciat cum principibus, & ſolium gloriæ ſortiri faciat eos. Domini enim ſunt cardines terrę, & poſuit ſuper eos orbem. Pedes piorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent, quia non in fortitudine roborabi-
b A dominꝰ no cõterent rixãtes cũ eo & ſuper quẽque ipſorum e coelis tonabit. tur vir.[b] Domine conterantur rixæ eius, ſuper ipſum è coelis tonabit. Dñs iudicabit fines terræ, & dabit fortitudinẽ regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. Abiit autẽ Elcanah in Ramah in domũ ſuam, puer aũt miniſtrabat dño coram Heli ſa-
c Beliiaal cerdote. Filij aũt Heli filij erant[c] impij, nec cognoſcebat dñm
C Et conſuetudo ſacerdotũ cũ populo erat, ꝙ omni viro ſacrificante ſacrificiũ, veniebat puer ſacerdotis, quando coquebatur caro, & fuſcinula tridens erat in manu eius. Et percutiebat in concha, vel in ahænum, vel in lebetem, vel in ollam. Omne quod aſcendere faciebat fuſcinula accipiebat ſacerdos ſibi. Sic faciebant vniuerſo Iſraeli venientibus illuc in Siloh. Etiam antequam ſuffire facerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat viro immolanti: Da carnem, vt aſſem ſacerdoti, & non accipiet à te carnẽ coctam, ſed cruda. Dicebatq; ad eum vir: Suffiendo ſuffire faciant hac die adipem, & tolle
D tibi ſicuti deſyderat anima tua. Et dicebat: Nequaq; ſed nunc dabis. Et ſi nõ dederis, accipiam vi. Eratq; peccatũ puerorum magnũ valde coram dño, quia contemnebant viri ſacrificiũ dñi. Semuel aũt miniſtrabat coram domino puer accinctus Ephod lineo. Et tunicam paruã faciebat ei mater ſua, & afferebat ſibi annuatim, quando aſcendebat cũ viro ſuo ad immolandũ hoſtiam anniuerſariam. Benedixit aũt Heli Elcanah, & vxori eius, & dixit: Ponat dominus tibi ſemen de muliere hac
E pro commodato, quem cõmodauit domino. Et abierũt in locum ſuum. Viſitauit enĩ dñs Channah, & concepit & peperit tres filios, & duas filias. Creuitq; puer Semuel apud dominũ. Heli aũt erat ſenex valde: & audiuit vniuerſa quæ faciebãt filij eius vniuerſo Iſrael, & quod dormirẽt cũ mulieribus quę congregabantur ad oſtium tabernaculi eccleſiæ. Dixitq; ad eos: vt quid facitis ſecundum hæc, que audio veſtra mala ab omĩ populo iſto? Ne filij mei ita faciatis. Nõ enim eſt bona fama, quam odio, facientes tanſgredi populum domini. Si peccaue-
F rit vir in virũ, iudicabit ipſum deus. Si autem in dominũ peccauerit quiſpiã, quis orabit pro eo? Et non audierũt vocẽ patris ſui, quia voluit dominus occidere eos. Puer autẽ Semuel ambulabat, & creſcebat, placebatq; tam dño quam hominibus. Venit aũt vir dei ad Heli, dixitq; ei: Sic dicit dñs: Nõnne manifeſtando manifeſtaui me domui patris tui, cum eſſent in Aegypto in domo Parhoh? Et elegi eũ ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotẽ, vt offerret ſuper altare meum, vt ſuffiret thymiama, vt portaret ſuperhumerale coram me, & dedi domui patris tui omnes oblationes filiorũ Iſrael. Cur calcitraſtis in ſacrificium meum, & in oblationẽ meã, quã præcepi in tabernaculo, & honoraſti filios tuos magis q̃ me, vt impinguaretis vos de primitiis omnis oblatiõis Iſrael populi mei? Idcirco dixit dominus deus Iſrael: Dicendo dixi: Domus tua,
G & domus patris tui, ambulabunt coram me vſque in ſeculũ. & nunc dicit dominus: Abſit mihi, quia honorantes me, ho- 3. Reg. 2. c. norabo, contẽnentes aũt me, contemnentur. Ecce dies veniũt, & præcidam brachium tuum, & brachiũ domus patris tui, ne ſit ſenex in domo tua. Et videbis æmulũ in habitaculo in cunctis quibus benefaciet ipſi Iſrael, & nõ erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Et virum non excidã tibi ab altari meo, vt conſumam oculos tuos, & dolore afficiã animã tuã, & omnis multitudo domus tuæ morientur iuuenes. Et hoc tibi ſignũ quod veniet duobus filijs tuis. Chophni, & Pinechas, die eadem morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelẽ quemadmodũ eſt in corde meo & in animo meo faciet, & ædificabo ei domum fidelẽ & ambulabit coram Chriſto meo omnibus diebus. Et erit, omnis qui relictus fuerit in domo tua, veniet, vt incuruet ſe ei pro nummo argenteo & buccella panis, & dicet: Iunge me quæſo vni parti ſacerdotali, vt comedam buccellam panis.

¶ Trina uocatio Semuelis. CAP. III.

A PVer autem Semuel miniſtrabat domino coram Heli. Et ſermo domini erat precioſus in diebus illis: Non erat viſio aperta. Et fuit in die illa, Heli dormiebat in loco ſuo, & oculi eius inceperant caligare, non poterat videre. Et antequã lucerna dei extingueretur, Semuel dormiebat in templo domini, in quo erat arca dei. Vocauitq; dominus Semuel, & dixit: Ecce, adſum. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce adſum, qa
B vocaſti me. Et dixit: Nõ vocaui. Reuertere, dormi. Et abiit, & dormiuit. Addiditq; dñs, vt vocaret adhuc Semuel. Et ſurrexit Semuel, & abiit ad Heli, & dixit: Ecce adſum, quia vocaſti me. Et dixit: Non vocaui fili mi. Reuertere, dormi. Et Semuel antequam cognoſceret dñm, & antequã reuelatꝰ fuiſſet ei ſermo domini, addidit dominꝰ, vt vocaret Semuel tertiò. Et ſurrexit, & abiit ad Heli, & dixit: Ecce adſum, quia vocaſti me. Et intellexit Heli, ꝙ dominus vocaret puerũ. Dixitq; Heli ad Semuel: Vade, & dormi. Et erit, ſi vocauerit te, dices: Loquere domine, quia audit ſeruus tuus. Et abiit Semuel, & dormiuit in loco ſuo. Venitq; dominus, & ſtetit, & vocauit,[a] vt vice altera. Et dixit: Semuel, Semuel. Dixitq; Semuel: Loquere, quia a ſemel & iterum audit ſeruus tuus. Dixitq; dominus ad Semuel: Ecce facio rem in Iſrael, quam omnis qui audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo ſuper Heli omnia quæ locutus ſum ſuper
C domum eius incipiendo, & finiendo. Et indicabo ei, ꝙ iudico domum ſuam vſq; in ſeculum propter iniquitatem quam cognouit, quia contemnebant ſeipſos filij eius, & non prohibuit eos. Et idcirco iuraui domui Heli, ſi expiabitur iniquitas domus Heli ſacrificio, & oblatione vſque in ſeculum. Dormiuit aũt Semuel vſq; mane, & apuit oſtia domꝰ dñi. Et Semuel timebat indicare viſionem ipſi Heli. Vocauitq; Heli Semuel & dixit: Semuel fili mi. Et ait: Ecce, adſum. Et dixit: Quod eſt
D verbũ, quod locutus eſt ad te? Ne quæſo cæles à me: Sic faciat tibi deus, & ſic addat, ſi abſconderis à me verbũ ex oĩ verbo, qđ locutus eſt ad te. Et indicauit ei Semuel oĩa verba, & nõ abſcondit ab eo. Et ait: Dñs eſt. Qđ bonũ eſt in oculis ſuis, faciat. Creuit autẽ Semuel, & dñs erat cum eo, nec abiecit vllũ ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit omnis Iſrael à Dan vſq; Beer Sebah, ꝙ fidelis Semuel ꝓpheta eſſet domini.

¶ Bellum Peliſtinorum, fuga Iſrael, captio arcæ, mors filiorũ Heli.

CAP. IIII.

A ET addidit dñs vt cõſpiceretur in Siloh, quoniã manifeſtauerat ſe dñs Semuel in Siloh in verbo dñi. Et fuit verbũ Semuel omni Iſrael: Egreſſus eſt aũt Iſrael in occurſum Peliſtim in bellũ, & caſtrametati ſunt iuxta lapidẽ adiutorij. Peli-

ſtim aũt caſtrametati ſunt ĩ Aphec. Et ordinauerũt ſe Peliſtim
in occurſum Iſrael & diffuſum eſt præliũ,& cæſus eſt,Iſrael co
rã Peliſtim,& percuſſerunt in acie in agro fermè quatuor mi-
lia virorũ. Et venit populus ad caſtra. Dixeruntq́ ſeniores Iſ-
rael: Vt quid percuſſit nos dñs hodie corã Peliſtim? Accipia-
mus ad nos è Siloh arcam fœderis domini, & veniat in me-
dium noſtrum, ſeruetq́ nos è manu inimicorum noſtro-
rum. Et miſit populus in Siloh,& tulerunt inde arcam fœde-
ris dñi exercituũ ſedentis ſuper Cherubim,& erant ibi duo fi-
B lij Heli cũ arca fœderis dñi, Chophni, & Pinechas. Et fuit, cũ
veniſſet arca fœderis domini in caſtra, vociferati ſunt omnis
Iſrael vociferatione magna,& perſonuit terra. Et audierũt Pe
liſtim vocẽ vociferationis,& dixerunt: Quæ eſt vox vocifera-
tionis magnæ huius in caſtris Hebręorũ? Et cognouerunt, ꝙ
arca domini veniſſet in caſtra. Timueruntq́ Peliſtim. Dixerũt
enim: Venit deus in caſtra. Et dixerunt: Væ nobis. Non e-
nim fuit ſimile heri,& nudiuſtertius. Væ nobis. Quis libera-
bit nos è manu deorum fortium iſtorum? Hi ſunt dij, q pcuſ-
ſerunt Aegyptum omni plaga in deſerto. Confortamini, &
eſtote viri peliſtim, ne forte ſeruiatis Hebręis, quemadmodũ
ſeruierunt nobis,& eſtote viri & bellate. Et pugnauerunt Pe-
liſtim,& cæſus eſt Iſrael, fugeruntq́ vnuſquiſq́ in tabernacula
ſua. Et fuit plaga magna valde,& ceciderunt de Iſrael triginta
milia peditum. Et arca dei capta eſt,& duo filij Heli mortui
C ſunt Chophni & Pinechas. Et cucurrit vir de Biniamin ex a-
cie,& venit in Siloh in die illa.& veſtes eius ſciſſæ erant,& ter
ra ſuper caput eius. Et venit,& ecce Heli ſedebat ſuper thro-
a expectans num ad latus viæ [a] ſpeculans, erat enim cor eius pauens, pro-
pter arcam dei. Et vir venit ad nunciandũ in ciuitate,& clama
uit omnis ciuitas. Audiuit aũt Heli vocem clamoris,& dixit:
Quæ eſt vox tumultus hui⁹? Vir aũt feſtinauit,& venit,& nũ-
ciauit ipſi Heli. Heli aũt erat nonaginta,& octo annorum, &
oculi eius caligauerant & non poterant videre. Dixitq́ vir ad
Heli: Ego venio ex acie, et ex acie fugi hodie. Et dixit: Quid fuit
D fili mi? Et reſpondit nuncians,& dixit: Fugit Iſrael coram Peli
ſtim,& etiam plaga magna fuit in populo. Et etiam duo filij
tui mortui ſunt Chophni,& Pinechas,& arca dei capta eſt. Et
fuit, cum memoraſſet ille arcam dei, cecidit de throno retror-
ſum, iuxta locum portæ & confractum eſt occiput ei⁹,& mor
tuus eſt. Senex enim erat vir,& grãdæuus. Et ipſe iudicauit Iſ-
rael quadraginta annis. Nurus autẽ eius vxor Pinechas præ-
gnans ad pariendum, audiuit famam, quòd capta eſſet arca
dei,& mortuus eſſet ſocer ſuus,& vir ſuus,& incuruauit ſe,&
peperit, quia verſæ erant ſuper eam anguſtiæ eius. Tempore
aũt quo moriebatur, locutę ſunt quæ ſtabant iuxta eam: Ne ti
meas, quia filium peperiſti. Et non reſpondit, neq́ poſuit cor
ſuum. Et vocauit puerum Ichabo, dicendo: Tranſlata eſt glo
ria ex Iſrael, eò ꝙ capta eſſet arca dei,& mortu⁹ eſſet ſocer ſu⁹,
& vir ſu⁹. Dixit; trãſlata eſt gl̃ia ex Iſrael, qa capta eſt arca dei.

¶ Daghon Peliſtæorum deus ante arcam cadit, percutiuntur mari ſcis Peliſtæi. CAP. V.

A PEliſtim autem tulerunt arcam dei & adduxerunt eum
à lapide adiutorij in Aſdod. Tuleruntq́ Peliſtim arcã
dei,& introduxerunt eam in domum Daghon, & ſtatuerunt
eam apud Daghon. Et ſurrexerunt Aſdodij in craſtino,& ec-
ce Daghon ceciderat ſuper faciem ſuam in terrã corã arca do
mini. Et tulerunt Daghon,& reſtituerunt eum in locum ſuũ.
Et ſurrexerunt mane in craſtino,& ecce Daghon ceciderat ſu-
per faciem ſuã, in terram coram arca domini. Caput aũt Da-
ghon & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant in limine tã
tum Daghon remãſerat iuxta eam. Ideo non calcant ſacerdo-
B tes Daghon,& omnes qui ingrediuntur domum Daghon ſu
per limẽ Daghon in Aſdod vſq́ ad diem hanc. Aggrauata eſt
autem manus domini in Aſdodios,& deſolatus eſt eos, & p-
cuſſit eos mariſcis, in Aſdod,& omnibus finibus eius. Et vide
runt viri Aſdod quòd ſic eſſent percuſſi,& dixerunt: Nõ ma-
neat arca dei Iſrael nobiſcum, quia dura eſt manus eius cõtra
nos,& contra Daghon deum noſtrum. Miſeruntq́ & congre
gauerunt omnes ſatrapas Peliſtinorũ ad ſe,& dixerunt: Quid
faciemus arcæ dei Iſrael? Et dixerunt ad Gaath: Circundu-
C catur arca dei Iſrael. Et circunduxerunt arcam dei Iſrael. Pſal. 77.
Et fuit, poſtquam circunduxerunt eam, fuit manus do-
mini contra ciuitatem contritione magna nimis,& percuſ- a in occultis locis erãt ei mariſcæ
ſit viros ciuitatis à paruo vſq́ ad magnum. Et [a] antea inco-
gnitæ erant eis mariſcæ. Et miſerunt arcam dei in Hecron. Et
fuit, cum veniſſet arca dei in Hecron, exclamauerunt Hecroni
tæ, dicendo: Circunduxerunt ad me arcam dei Iſrael, vt inter
ficiant me,& populum meum. Miſeruntq́;& congregauerũt
omnes ſatrapas Peliſtinorum, dixeruntq́: Dimittite arcã dei
Iſrael,& reuertatur in locũ ſuũ,& nõ interficiat me,& populũ
meũ. Erat ẽm cõtritio mortis in omni ciuitate, grauis erat val
de manus dei ibi. Viri autem qui nõ fuerant mortui, percuſſi
ſunt mariſcis. Aſcenditq́ clamor ciuitatis in cœlum.

¶ Vaccæ reducunt arcã cum muneribus. Bethſemeſitæ, uiſa arca, percutiuntur. CAP. VI.

A FVit autem arca domini in agro Peliſtinorum ſeptẽ mẽ
ſibus. Vocaueruntq́ Peliſtini ſacerdotes,& diuinos, di-
cendo: Quid faciemus arcæ domini? Indicate nobis, in quò
dimittamus eam in locum ſuum. Et dixerunt: Si dimittis arcã
dei Iſrael, ne dimittatis eam vacuã. Sed reſtituendo reſtituetis
ei hoſtiam pro delicto. Tunc curabimini & notum erit vobis
cur non receſſerit manus eius à vobis. Et dixerunt: Quæ eſt
hoſtia pro delicto, quam reſtituemus ei? Et dixerunt: Secundũ
numerum principum Peliſtinorum quinque ani aurei,& qn
que mures aurei, quia plaga vna eſt omnibus illis,& principi
bus veſtris. Facietiſq́ imagines anorũ veſtrorũ, & imagines
nurium veſtrorũ, qui deuaſtauerunt terrã, dabitiſq́ deo Iſrael
gloriam, ſi forte alleuietur manus eius à vobis, & diis veſtris
& à terra veſtra. Et vt quid aggrauatis cor veſtrum quemad-
modum aggrauauerunt Aegyptij,& Parhoh cor ſuũ? Non- Exo. 12. d.
B ne quando operatus eſt in eos, dimiſerunt eos,& abierunt? Et
nunc tollite,& facite plauſtrũ nouũ vnum,& duas vaccas la-
ctantes, ſuper quas non aſcendit iugũ,& ligate vaccas in plau
ſtro & reducite filios earum, qui ſunt poſt eas, ad domũ: Tol-
liteq́ arcam domini,& ponite eam in plauſtro,& vaſa aurea,
quæ reddidiſtis ei pro oblatione delicti, ponetis in capſa à la-
tere eius,& dimittite eam & vadat. Et aſpicite. Si [b] viam confi b recto tramite aſcẽdat.
nis ſui aſcendat in Bethſemes, ipſa fecit nobis omne malũ grã-
de hoc. Sin ſecus, ſciemus ꝙ manus eius non tetigit nos: ſed ac
cidẽs fuit nobis. Feceruntq́ viri ſic: Et tulerũt duas vaccas la-
ctãtes,& ligauerunt eas in plauſtro,& filios earũ clauſerunt in
domo. Poſueruntq́ arcam domini in plauſtro,& capſam,&
mures aureos & imagines anorum ſuorum. Et direxerũt vac
C cæ viam, per viam Bethſemes: via eadem perrexerunt pergẽ
do & mugiendo,& non declinauerunt ad dexteram, & ad ſi-
niſtram. Satrapę verò Peliſtinorum ibant poſt eas vſq́ ad ter
minum Bethſemes. Viri aũt Bethſemes metebant meſſem fru
mentariam in valle,& leuauerunt oculos ſuos,& viderũt ar-
cam,& lętati ſunt, cum vidiſſent. Plauſtrum autem venit in a-
grum Iehoſuah Bethſemeſitę,& ſtetit ibi. Ibi autem erat lapis
magnus. Et ſciderunt ligna plauſtri,& vaccas immolauerunt
in holocauſtum domino. Leuitæ autem depoſuerunt arcam
domini,& capſam quæ erat ſecum, in qua erant vaſa aurea,&
poſuerunt in lapide magno. Viri autem Bethſemes obtule-
runt holocauſta,& immolauerunt victimas in die ipſa domi-
no. Et quinq́ ſatrapæ Peliſtinorum viderunt, & reuerſi ſunt
in Hecron in die illa. Iſti autem ſunt ani aurei quos reddiderũt
D Peliſtim pro oblatione delicti domino: pro Aſdod vnus, ꝓ
Hazzah vnus, pro Aſchelon vnus, pro Ghath vnus, pro He-
cron vnus. Mures vero aurei ſecundum numerum omnium
vrbium Peliſtinorum quinque ſatrapis ab vrbe munita vſq́ c lapidem lu ctus magnũ
ad villam abſq́ muro, vſq́ ad [c] Abel magnum, ſuper quẽ po-
ſuerunt arcam domini, vſque ad diem hanc, in agro Iehoſuah
Bethſemeſitæ. Percuſſit autem viros Bethſemes, quia aſpexe-
runt quæ erant in arca domini. Et percuſſit è populo ſeptua
ginta viros,& quinquaginta milia virorum. Luxeruntq́ po
pulus, quia percuſſit dominus populum plaga magna. Dixe-
rũtq́ viri Bethſemes. Quis poterit ſtare coram domino deo
ſancto iſto? Et ad quem aſcendet à nobis. Miſeruntq́ nuncios
ad habitatores Chiriathieharim, dicendo: Reduxerunt Peli-
ſtim arcam domini, deſcẽdite, facite aſcẽdere eam ad vos.

¶ Reducitur arca in Chiriathieharim, humiliantur Peliſtęi. CAP. VII.

A VEnerunt autem viri Chiriathieharim, & aſcendere fe-
runt arcam domini,& intulerunt eam in domũ Abi-
nadab, quæ erat in Ghibhah,& Elhazar filium eius ſanctifica-
uerunt, vt cuſtodirent arcam domini. Et fuit, à die qua man-
ſit arca in Chiriathieharim multiplicati ſunt dies,& fuerũt vi
ginti anni & luxerunt omnis domus Iſrael euntes dominum.
Dixit autem Semuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicẽdo: Si
toto corde veſtro reuertimini ad dominũ, auferte deos alie-
nos de medio veſtri,& Aſtharoth,& præparate cor veſtrum
domino,& ſeruite ſoli ei,& liberabit vos de manu Peliſtino-
B rum. Et remouerunt filij Iſrael Behalim,& Aſtharoth, & ſer-
Deut. 6. c. Mat. 4. c. uierunt domino ſoli. Dixitq́ Semuel: Congregate vniuerſum
Iſrael in Miſpah,& orabo pro vobis ad dominum: Et cõgre-
gati ſunt in Miſpah, hauſeruntq́ aquã,& effuderunt corã do-
mino,& ieiunauerunt die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus
domino. Iudicauitq́ Semuel filios Iſrael in Miſpah. Audierũt
autem Peliſtim, ꝙ congregati eſſent filij Iſrael in Miſpah,& a-
C ſcenderunt ſatrapæ Peliſtim ad Iſrael. Et audierunt filij Iſrael,
& timuerunt à facie Peliſtim. Dixeruntq́ filij Iſrael ad Semuel
Ne ſileas pro nobis clamando ad dominum deum noſtrum,
vt ſeruet nos de manu Peliſtim. Tulit autem Semuel agnum
lacteum vnum & obtulit illum holocauſtum totũ domino.
Et clamauit Semuel ad dominum pro Iſrael,& exaudiuit eum
dominus. Et fuit, Semuel offerente holocauſtum, Peliſtæi ac-
ceſſerunt ad præliũ contra Iſrael. Intonuit autem domin⁹ vo
ce grandi in die illa contra Peliſtæos,& contriuit eos & cæſi
ſunt coram Iſrael. Et egreſſi ſunt viri Iſrael de Miſpah,& per-
ſecuti ſunt Peliſtim,& percuſſerunt eos vſq́ ad locum qui eſt
ſubter Bethcar. Et tulit Semuel lapidem vnum,& poſuit in-
ter Miſpah,& Sen,& vocauit nomen eius Ebenhahezer, (id
eſt, lapis adiutorij.) Et dixit: Hucuſque auxiliatus eſt nobis do
minus. Et humiliauerunt ſe Peliſtim & non addiderunt vltra,
D vt venirent in terminum Iſrael: & fuit manus domini contra
Peliſtim omnibus diebus Semuel. Et reddiderunt Iſraeli vr-
bes quas tulerant Peliſtim ab Iſrael, & ab Hecron vſque ad
Ghath,& terminum ſuum liberauit Iſrael de manu Peliſtim.
Fuitq́ pax inter Iſrael,& Emoræum. Et iudicauit Semuel Iſ-
a quotãnis & luſtrabat rael omnibus diebus vitæ ſuæ. Et ibat [a] & circuibat Bethel &
Ghilghal & Miſpah,& iudicabat Iſrael in omnibus locis illis.
Et reuertebatur in Ramah. Ibi enim erat domus eius. Et ibi iu
dicauit Iſrael,& ædificauit ibi altare domino.

¶ Filiis Heli male adminiſtrantibus, populus petit regem, prędicitur ius regis. CAP. VIII.

A ET fuit, cum ſenuiſſet Semuel, poſuit filios ſuos iudices Iſ
raeli. Et fuit nomen filij eius primogeniti Ioel,& nomen
ſecundi eius Abiiah, iudices in Beer Sebah: Et non ambulaue
runt filij eius in viis illius, ſed declinauerunt poſt auaritiam ac
ceperuntq́ munera,& peruerterunt iudicium. Congregati
ſunt autem omnes ſeniores Iſrael,& venerunt ad Semuel in
Ramah. Et dixerunt ei: Ecce tu ſenuiſti,& filij tui nõ ambulãt
in viis tuis. Nũc cõſtitue nobis regem ad iudicãdũ nos, ſicut
B omnes gentes. Et diſplicuit verbum in oculis Semuel, quãdo
dixerũt: da uobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Semuel ad
dominum. Dixitq́ dominus ad Semuel: Audi vocem popu-
li, in omnibus quæ dicent ad te: Non enim te ſpreuerunt, ſed
Oſe. 9. b. 13. c. Actu. 13. c. me ſpreuerunt, ne regnem ſuper eos. Iuxta omnia opera quæ
fecerunt à die, qua aſcendere feci eos ex Aegypto vſq́ ad diẽ
hanc, dereliquerunt me,& ſeruierunt diis alienis, ſic ipſi faciũt



etiam tibi. Et nunc audi vocem eorum. Veruntamen, [a] vt cõ- a quum
teſtando conteſtatus fueris contra eos, indicabis eis legem re-
gis, qui regnaturus eſt ſuper eos. Dixitq́ Semuel omnia ver-
ba domini ad populum, qui petebant ab eo regem. Et dixit:
Hæc erit lex regis, qui regnaturus eſt ſuper vos. Filios veſtros
tollet,& ponet ſibi in curribus ſuis,& equitibus ſuis,& currẽt
C ante currum ei⁹. Et ponet ſibi tribunos,& quinquagenarios,
& ad arandum arationem ſuam,& ad metendũ meſſem ſuã,
& ad faciẽdum vaſa bellica ſua & arma curruum ſuorũ. Fili-
aſq́ veſtras tollet pro vnguẽtarijs & coquinarijs et panificis.
Et agros veſtros,& vineas veſtras & oliueta veſtra optima
accipiet, dabitq́ ſeruis ſuis. Et de ſeminibus veſtris,& vineis
veſtris capiet decimas,& dabit eunuchis ſuis, atq́ ſeruis ſuis.
Seruoſq́ veſtros, et ancillas veſtras, iuueneſq́ veſtros opti-
mos,& aſinos veſtros tollet,& faciet in opere ſuo. De pecori
bus veſtris decimã capiet,& eritis ei ſerui. Et clamabitis in die
D illa à facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis,& nõ exaudiet do
minus vos in die illa. Et renuit populus audire vocem Semu-
el, ſed dixerunt: Nequaquam: Sed rex erit ſuper nos. Et erim⁹
etiam nos ſicut omnes gentes, iudicabitq́ nos rex noſter,&
egredietur ante nos,& pugnabit bella noſtra. Audiuitq́ Se-
muel om̃ia verba populi,& locutus eſt ea in auribus dñi. Di-
xitq́ dominus ad Semuel: Audi vocem eorum,& regnare fa-
cies eis regem: Dixitq́ Semuel ad viros Iſrael: Ite, vnuſquiſque
in ciuitatem ſuam.

¶ De Saule quærente aſinas patris. CAP. IX.

A ET fuit vir de biniamin,& nomẽ ei⁹ Chis, filius Abiel, filij
Seror, filij Bechorath, filij Aphiach, filij viri Iemini fortis
robore. Et ei erat filius & nomen eius Saul electus & bon⁹,&
nõ erat vir de filiis Iſrael pulchrior illo. Ab humero ſuo,& ſur
ſum altior erat omni populo. Perierant autem aſinę Chis pa-
B tri Saul, dixitq́ Chis ad Saul filium ſuum: Tolle q̃ſo tecũ vnũ
de pueris,& ſurge, vade, quære aſinas. Et tranſiuit per montẽ
Ephraim. Et tranſiuit per terram Saliſah,& non inuenerunt.
Et tranſierunt per terram Sahalim,& non erant. Et tranſiuit
per terram Iemini,& nõ inuenerũt. Ipſi venerunt in terram
Suph,& ſaul dixit puero ſuo, q erat ſecũ: veni & reuertamur,
ne fortè ceſſauerit pater meus ab aſinis, & timeat nobis. Di-
xitq́ ei: Ecce nũc vir dei eſt in ciuitate iſta,& vir honorabilis.
Omne quod loquetur, veniendo veniet. Nunc eamus illuc, ſi
forte indicet nobis viã noſtrã per quam ambulemus. Dixitq́
Saul puero ſuo: Ecce ibimus,& quid afferemus viro? Panis e-
nim abiit de vaſis noſtris et munus non eſt, vt afferamus viro
dei. Et quid eſt nobiſcum? Adiiciens verò puer reſpondit Sau
li,& dixit: Ecce inuenitur in manu mea quarta pars ſecli argẽ-
tei,& dabo viro dei,& indicabit nobis viã noſtram. Olim in
Iſrael ſic dicebat vir, quando ibat ad inquirendũ deum: veni-
te,& eamus vſq́ ad videntem: quia propheta hodie, vocaba
tur olim videns. Dixitq́ Saul puero ſuo: Bonum eſt verbum
tuũ. Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatẽ, in qua erat vir dei. Ipſis
aſcẽdentibus cliuũ ciuitatis inuenerunt puellas egredientes ad
hauriendũ aquã. Et dixerunt eis: Num eſt hic vidẽs? Et reſpõ-
C derunt eis,& dixerunt: Eſt. Ecce ante te, feſtina nunc. Hodie e-
nim venit in ciuitatem, quia ſacrificium hodie eſt populo in b mox
Bamah. Cum ingreſſi fueritis vrbẽ, [b] ſic inuenietis eũ antequã
aſcendat in Bamah ad veſcendum. Non enim comedet po-
pulus, donec veniat. Ipſe ẽm benedicet ſacrificio,& poſtea co
medẽt qui inuitati ſunt. Et nunc aſcendite, quia eum hac hora
inuenietis. Et aſcẽderunt in ciuitatem. Ipſis ingredientibus per
mediũ ciuitatis, ecce Semuel egrediebatur in occurſum eorũ, vt
aſcenderet in Bamah. Dominus autem reuelauerat aurem Se- Actu. 13. c.
muel die vna, antequam veniret Saul, dicẽdo: Hoc tempore
cras mittam ad te virum de terra Biniamin,& vnges eum in
ducem ſuper populum meum Iſrael. Et ſaluum faciet populũ
meum de manu Peliſtim. Reſpexi enim populũ meum, quia
venit clamor eius ad me. Semuel autem reſpexit Saul,& do-
minus allocutus eſt eũ: Ecce vir quẽ dixi tibi. Iſte dominabitur

populo meo. Acceſſit autem Saul ad Samuel in medio portæ, & dixit: Indica quæſo mihi, vbi eſt domus videntis? Et reſpondit Semuel ad Saul: Ego ſum videns. Aſcende ante me in Bamah, & comedetis mecum hodie, & dimittā te mane, & omne quod eſt in corde tuo annunciabo tibi. Et ꝑ aſinabus tibi pereuntibus tertio abhinc die, ne ponas cor tuum, quia inuentæ ſunt. Et cui omne deſyderabile Iſrael? Nōnne tibi, & oĩ
D domui patris tui? Et reſpondit Saul, & dixit: Nōnne filius Iemini ſum de minoribus tribubus Iſrael, & familia mea minor omnibus familiis tribus Biniamin? Et vt quid locutus es mihi ſecundum verbum hoc? Aſſumpſit autem Semuel ipſum Saul & puerum eius, & introduxit eos in cœnaculum, & dedit eis locum in capite inuitatorũ qui erãt fermè triginta viri. Dixitq́; Semuel coquo: Da partem, quam dedi tibi, & quã dixi tibi: [a] Pone eam tecum. Et leuauit coquꝰ armum, et quod erat ſuper ipſum, & poſuit ante Saul, et dixit: Ecce quod remãſit, pone ante te, comede, quia pro hoc tempore ſeruatum eſt tibi, dicẽdo: populum inuitaui. Comeditq́; Saul cum Semuel in die illa. Deſcenderũtq́; de Bamah in ciuitatem, & locutꝰ eſt cum Saul ſuper [b] tectum. Et ſurrexerunt mane. Et fuit, cũ aſcenderet aurora, vocauit Semuel Saul ad tectum, dicendo: Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saul, & egreſsi ſunt ambo, ipſe, & Semuel foras. Ipſis deſcendentibus in extremum vrbis, Semuel dixit ad Saul: Dic puero, vt trãſeat ante nos. Et trãſiuit. Tu autem ſta hac hora, & audire faciam te verbum dei.

a ut reponeres apud te.
b ſolarium

¶ Saul ungitur in regem, prophetat, confirmatur regnum eius forte in Miſpah. CAP. X.

A TVlit autẽ Semuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & oſculatus eſt eum, ac dixit: Nōnne quia vnxit te dominus ſuper hæreditatem ſuam in ducẽ? Cum ambulaueris hodie à me, inuenies duos homines iuxta ſepulchrum Rachel in termino Biniamin in Selſach, dicentq́; tibi: Inuẽtæ ſunt aſinæ, quas ieras ad quærendum, & ecce dimiſit pater tuus negotium aſinarum, & timet vobis, dicendo: Quid faciam pro filio meo? Et præteribis inde, & vltra, & venies vſq; ad Elon Tabor, & reperient te ibi tres viri aſcendentes ad deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius portans tres tortas panis, & alius portans vtrem vini. Et ſalutabunt te cum pace & dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Poſtea venies ad collem dei, in quo ſunt præſides Peliſtim. Et erit, quando ingredieris illuc vrbem, obuium habebis cœtũ prophetarum deſcendentium de Bamah, & ante eos erunt lyra,
B tympanum, tibia, & cithara, & ipſi prophetantes. Et requieſcet ſuper te ſpiritus domini, & prophetabis cum eis, & efficieris vir alter. Et erit, cum venerint ſigna iſta tibi, fac tibi quod inuenerit manus tua, quia deus tecum eſt. Et deſcendes ante me in Ghilgal, & ecce ego deſcendo ad te ad offerendum holocauſta, & ad ſacrificandũ ſacrificia pacificorum. Septem diebus expectabis, donec veniam ad te; & oſtendam tibi quæ facias. Et fuit, cum vertiſſet humerum ſuum, vt abiret à Semuel vertit ei deus cor alterum, & venerũt omnia ſigna hæc in die illa. Veneruntq́; illuc ad collem, & ecce cuneus prophetarum in occurſum eius, & requieuit ſuper eum ſpiritus dei, & prophetauit in medio eorum. Et fuit omnis qui nouerat eum ab heri, & nudiuſtertius, viderunt, & ecce cum prophetis ꝓphe
C tabat. Dixitq́; populus vnuſquiſque ad proximũ ſuum: Quid hoc fuit filio Chis? Nũ etiam Saul inter prophetas? Et reſpondit inde & dixit: Et quis pater eorum? Propterea verſum eſt in parobolam: Num etiam Saul inter prophetas? Et ceſſauit prophetare, & venit in Bamah. Dixit autem patruus Saul ad eum, & ad puerum eius: Quo abiiſtis? Et dixit: Ad quærendũ aſinas. Et vidimus ꝙ non eſſent, & venimus ad Semuel. Et dixit patruꝰ Saul: Indica quæſo mihi, quid dixit vobis Semuel. Dixitq́; Saul ad patruum ſuum: Indicando indicauit nobis, ꝙ inuentæ eſſent aſinæ: Verbum autem regni non indicauit ei, vt dixerat Semuel. Conuocauit autem Semuel populum ad dominum in Miſpah. Dixitq́; ad filios Iſrael: Sic dixit dominꝰ deus Iſrael: Ego aſcendere feci Iſrael ex Aegypto, & liberaui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regnorũ ac eorum qui opprimebant vos. Vos autem hodie abieciſtis deum veſtrum, qui ſeruat vos ab omnibus malis veſtris, & anguſtiis veſtris, dixiſtiſq́; ei: regem pone ſuper nos. Et nunc ſtate coram domino per tribus veſtras, & per milia veſtra. Et applicuit Semuel omnes tribꝰ Iſrael, & capta eſt tri
D bus Biniamin. Et applicuit tribum Biniamin ꝑ familias ſuas, & capta eſt familia Mathri, & captus eſt Saul filius Chis. Quęſieruntq́; eum, & non eſt inuentus. Et conſuluerunt adhuc dominum, an venturus eſſet illuc vir. Dixitq́; dominus: Ecce abſcondit ſe inter vaſa. Et cucurrerunt, tuleruntq́; eum inde, & ſtetit in medio populi, & altior fuit omni populo ab humero ſuo, & ſuprà. Dixitq́; Semuel ad omnem populum: Num vidiſtis quem elegerit dominus, quia nõ eſt ſimilis illi in omĩ populo? Et clamauerunt omnis populus, ac dixerunt: Viuat rex. Et locutus eſt Semuel ad populum legẽ regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram domino. Et dimiſit Semuel oẽm populum, quemlibet in domum ſuam. Et etiam Saul iuit in domum ſuam in Ghibhah, & ierunt cum eo exercitus, quorũ tetigerat deus cor. Filij aũt [a] impij dixerunt: Quid, ſaluabit nos iſte? Et deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Et fuit veluti ſurdus.

Supr. 8. c.
a Beliaal

¶ Populus liberatus a tyrannide Nachas Hammonitæ, innouat Sauli regnum. CAP. XI.

A AScendit autem Nachas Hammonites, & caſtrametatꝰ eſt contra Iabes, Ghilhad. Et dixerunt omnes viri Iabes ad Nachas: Percute nobiſcum fœdus, & ſeruiemꝰ tibi. Dixitq́; ad eos Nachas Hammonites: In hoc ꝑcutiam fœdus vobiſcum, in effodiẽdo vobis omnem oculum dextri lateris, ponamq́; iſtud in opprobrium in omni Iſrael. Dixeruntq́; ad eum ſeniores Iabes: Concede nobis ſeptem dies, & mittemus nuncios in omnem terminum Iſrael, & ſi non fuerit qui ſeruet nos, egrediemur ad te. Veneruntq́; nuncij in Ghibhah Saul, & locuti ſunt verba in auribus populi, & leuauerũt oĩs
B populus vocem ſuam, & fleuerũt. Et ecce Saul veniebat poſt boues ex agro, & dixit Saul: Quid eſt populo, quia flent? Et narrauerunt ei verba virorũ Iabes. Et tranſiuit ſpiritus dei ſuper Saul, cũ audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius valde. Tulitq́; par boum, & in fruſta concidit illud, & miſit in omnẽ terminum Iſrael per manum nunciorum, dicendo: Qui non
C exierit poſt Saul, & poſt Semuel, ſic fiet bobus eius. Et cecidit pauor dñi in populũ, & egreſſi ſunt tanquã vir vnus. Et recẽſuit eos in Bezech. Et fuerunt filij Iſrael trecenta milia, & viri Iehudah triginta milia. Dixeruntq́; nuncijs qui venerant: Sic dicetis viris Iabes Ghilhad: Cras erit vobis Salus, cũ incaluerit ſol. Et venerunt nuncij, & nunciauerunt viris Iabes, lętatiq́; ſunt. Et dixerunt viri Iabes: Mane exibimus ad vos, & facietis nobis iuxta omne quod bonum eſt in oculis veſtris. Et fuit, in craſtino diſpoſuit Saul populum in tria capita, et ingreſſi ſunt in medium caſtrorũ in vigilia matutina, & percuſſerunt Hammon vſq; dum incaleſceret dies. Et fuit, qui remanſerant diſꝑ
D ſi ſunt, & non remanſerunt ex eis duo pariter. Dixitq́; populꝰ ad Semuel: Quis eſt qui dicit, num Saul regnabit ſuper nos? Date viros, & mori faciemus eos. Dixitq́; Saul: Non morietur quiſquam die hac, quia hodie fecit dominus ſalutem in Iſrael: Dixitq́; Semuel ad populum: Venite, & eamus in Ghilgal, & innouemus ibi regnũ. Et abierunt oĩs populus in Ghilgal & regnare fecerunt ibi Saul coram domino in Ghilgal & ſacrificauerunt ibi victimas pacificas coram domino & lætatus eſt ibi Saul, & omnes viri Iſrael vehementiſſimè.

Supr. 10. d.

¶ Semuel expoſtulat cum populo, ꝙ petierit ſibi regẽ. CAP. XII.

A DIxit aũt Semuel ad vniuerſum Iſrael: Ecce audiui vocẽ veſtrã in oĩbus quæ dixiſtis mihi, & regnare feci ſuper vos regẽ. Et nũc ecce rex graditur corã vobis. Ego aũt ſenui, & incanui, & filij mei ecce ſunt vobiſcũ. Et ego ambulaui coram vobis ab adoleſcentia mea vſq; ad diẽ hanc. Ecce adſum. Teſtificamini contra me corã dño & coram Chriſto eius vtrũ bouem cuiuſquã tulerim, & aſinũ cuiuſquã acceperim, & cuiquã vim intulerim, & quenquã contriuerim, & de manu cuiuſquã tulerim precium, & occultauerim oculos meos ab eo: & reſtituam eis. Dixeruntq́;: Non vim intuliſti nobis, nec contriuiſti nos, neq; tuliſti de manu cuiuſquã quippiã. Dixitq́; ad eos: Teſtis eſt dñs aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius die
B hac, ꝙ non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixit: Teſtis. Dixitq́; Semuel ad populũ, Dñs eſt, qui magnificauit Moſeh, & Aharon, & qui aſcendere fecit patres veſtros de terra Aegypti. Et nunc ſtate, vt diiudicer vobiſcum corã domino de omnibus iuſtitiis domini, quas fecit vobiſcũ, & cum patrĩbꝰ veſtris. Quum ingreſſus eſſet Iahacob in Aegyptũ, clamauerunt patres veſtri ad dominum, miſitq́; Moſeh, & Aharon, & eduxerunt patres veſtros ex Aegypto, & habitare fecerũt eos in loco iſto. Et obliti ſunt domini dei veſtri, & tradidit eos in manu Siſera principis militiæ Chaſor, & in manu Peliſtim, & in manu regis Moab, & pugnauerunt cum eis. Clamauerũtq́; ad dominum, ac dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimꝰ dominum, & ſeruiuimus Behalim, & Haſtharoth, & nunc libera
C nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſeruiemus tibi. Miſitq́; dominus Ierubbahal, & [a] Bedan, & Iphtach, & Semuel, eruitq́; uos de manu inimicorum veſtrorum vndique, & habitaſtis confidenter. Et vidiſtis ꝙ Nachas rex filiorum Hammon venit contra vos, & dixiſtis mihi: Nequaquam, ſed rex regnabit ſuper nos, & dominus deus veſter, rex veſter erat. Et nunc ecce rex quẽ elegiſtis, & petiſtis. Et ecce poſuit dominus ſuper vos regem. Si timueritis dominum, & ſeruieritis ei, atq́; audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os domini, ambulabitis, tum vos, tum rex, qui regnabit ſuper vos, poſt dominum deum veſtrum. Si autem non audieritis vocem domini, ſed exaſperaueritis os domini, erit manus domini cõtra vos, & contra patres noſtros. Et iam nunc ſtate, et videte rem grandem hanc, quam dominus facit in oculis veſtris. Nōnne meſſis frumentacea eſt hodie? Inuocabo dominum, & dabit tonitrua, & pluuiam, Et ſcitote, & videte quòd malum veſtrum multum eſt, quod feciſtis in oculis domini, petendo vobis regem, Clamauit autem Semuel ad dominum, deditq́; dominus tonitrua, & pluuiam in die illa, & timuit valde omnis populus dominum & Semuel. Dixerũtq́; omnis populus ad Semuel: Ora pro ſeruis tuis ad dominum deum tuum, vt nõ moriamur. Addidimus enim omnibus peccatis noſtris ma
D lum, vt peteremus nobis regem. Dixitq́; Semuel ad populũ: Ne timeatis, vos feciſtis omne malum hoc. Veruntamen ne declinetis [b] à tergo domini, ſed ſeruite domino toto corde veſtro. Non, inquam, declinetis, quia poſt idola declinabitis, quæ non proderunt, nec eruent, quia vanitas ſunt. Non enim derelinquet dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum, quia iurauit dominus facere vos ſibi populum. Etiam ego non derelinquam vos. Abſit mihi, vt peccem domino, vt ceſſem orare pro vobis. Docebóque vos viam bonam, & rectam. Veruntamen timete dominum & ſeruite ei in veritate toto corde veſtro. Videte enim quòd magnificè fecit vobiſcum. Si autem malefaciendo malefeceritis etiam vos, etiam rex veſter, peribitis.

Eccl. 45. d.
Gene. 96. a.
Iudic. 4. a.
Iudic. 6. c.
a quaſi Bẽ Dan, filiũ Dã qui fuit Simſon.
b id eſt, a ſequẽdo dominum: quin potius ſer.

¶ Percutiuntur Peliſtæ i a Saule & Ionathan. Saul contra præceptum dñi facit holocauſtũ, unde prędicitur regni ſui interitus. CAP. XIII.

A V [c] Eluti filius anni erat (innocens) Saul, quando regnauit & duobus annis, regnauit ſuper Iſrael. Elegit autem ſibi Saul tria milia ex Iſrael. Et fuerunt cum Saul duo milia in Michmas, & in monte Bethel, mille verò fuerunt cum Ionathan in Ghibhah Biniamin. Reſiduum verò populi dimiſit, vnumquenque in tabernacula ſua. Percuſſit autem Ionathan præſidem Peliſtim, qui erat in Ghebah, & audierũt Peliſtim. Saul autem clanxit tuba per totam terram, dicendo: Audiant Hebræi. Et omnis Iſrael audierunt, dicẽdo: Percuſſit Saul pręſidẽ Peliſtim, & etiã abominatus eſt Iſrael Peliſtim, & cõgregati ſunt populus poſt Saul in Ghilgal. Peliſtim autem cõgregati ſunt ad pugnãdum cum Iſrael triginta millia curruum, & ſex milia equitum, & populus ſicut harena quæ eſt iuxta littus maris in multitudine. Et aſcenderunt, & caſtrametati ſunt in
B Michmas, ad oriẽtem Bethauen. Et viri Iſrael viderunt ꝙ anguſtia eſſet ſibi, quia coartatus erat populus, & abſconderunt populus ſe in ſpeluncis, & in munitionibus, & in petris, & in turribus, & in ciſternis. [a] Hebræi autem tranſierunt Iarden in terrã Ghad, & Ghilhad. Saul autem adhuc erat in Ghilgal, & omnis populus moti ſunt poſt eum. Et expectauit ſeptẽ dies ſecundum tẽpus quod dixerat Semuel, & non venit Semuel in Ghilgal & diſperſus eſt populus ab eo. Dixitq́; Saul: Affer te ad me holocauſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum. Et fuit, cum compleuiſſet offerre holocauſtum, ecce Semuel venit. Et egreſſus eſt Saul in occurſum eius ad ſalutandum eum. Dixitq́; Semuel: Quid feciſti? Dixitq́; Saul: Quia vidi quod diſpergebatur populus à me, & tu non veniebas ad tempus dierum: Peliſtim autem congregati erant in Michmas, dixi: Nũc
C deſcendent Peliſtim ad me in Ghilgal, & faciẽ domini nõ orãui, & [b] roboraui me, & obtuli holocauſtũ. Dixitq́; Semuel ad Saul: [c] Stulte egiſti, & non ſeruaſti præceptum domini dei tui, quod præcepit tibi. Vtique nunc ſtabiliat dñs regnum tuum ſuper Iſrael vſque in ſeculum: & nunc regnum tuũ non ſtabit. Quæſiuit dominus ſibi virum ſecundum cor ſuum, & præcepit ei, vt ſit dux ſuper populum ſuum, quia nõ ſeruaſti, quod præcepit tibi dominus. Surrexit autem Semuel, & aſcendit de Ghilgal in Ghibhah Biniamin: & recenſuit Saul populũ qui inueniebatur ſecum fermè ſexcentos viros. Saul autem, & Ionathan filius eius, & populus qui inuentus eſt cum eis, mane
D bãt in Ghebah Biniamin. Peliſtim autem caſtrametati ſunt in Michmas. Et egreſſus eſt vaſtator è caſtris peliſtim cum tribꝰ capitibus. Caput vnũ reſpiciebat ad viã Ophrah, ad terram Suhal: Et caput aliud reſpiciebat ad viam Bethchoron, & caput aliud vertebat ſe ad viam termini quæ reſpicit contra vallem Sebohim ad deſertum. Faber autem non inueniebatur in tota terra Iſrael. Dixerant enim Peliſtim ne fortè faciãt Hebręi gladium, aut lanceã. Deſcendebantq́; omnis Iſrael ad Peliſtim, vt acueret vnuſquiſq́; vomerem ſuum, & ligonem ſuũ, & ſecurim ſuam, & ſarculum ſuum. Et erat [d] lima vomeribus, ligonibus, tridentibus, ſecuribus, & infigendæ furcæ. Et fuit in die prælij, non eſt repertus gladius & lancea in manu omnis populi qui erat cum Saul, & cum Ionathan. Tantum reperꝰ eſt ipſi Saul, & Ionathan filio eius. Et egreſſus eſt præfectus Peliſtim vt tranſiret vltra Michmas.

c Filiꝰ anni in regno ſuo erat tũc Saul. Cũ uero duobus annis regnaſſet, elegit ſibi &c.
Infra 15. d.
a Trãſeũtes autem quidã tranſierunt
b coactus fui.
c Stultus factus es.
d obtuſa acies

¶ Ionathan armigero comite profligat Peliſtæos, ignarus paterni edicti mel deguſtat, ob quod a patre occidẽdus, a populo liberatur. CAP. XIIII.

A FVitq́; dies, & dixit Ionathan filius Saul ad puerum armigerum ſuum: Veni, & tranſeamus ad [e] præfectum Peliſtim qui eſt trans locum illum. Patriq́; ſuo non indicauit. Saul verò manebat in extremo Ghibhab ſub malogranato quod eſt in Mighron. Populus autem qui erat ſecum, erãt fermè ſexcẽti viri. Achiiah autẽ filius Achitub fratris Ichabod filij Pinechas filij Heli ſacerdos dñi ĩ Siloh portabat Ephod. Populus autem neſciebat ꝙ abiiſſet Ionathan. Et inter tranſitus per quos quærebat Ionathan tranſire ad præfectum Peliſtim erat dens petræ in tranſitu hinc, & dens petræ in trãſitu inde. Nomen vnius Boſes, & nomen alterius Senneh. Dens vnus ſtabat ab Aquilone cõtra Michmas, & alter à meridie contra Ghebah. Dixitq́; Ionathan ad puerum armigerũ: Veni, & trãſeamus ad præfectum incircunciſorum iſtorum, fortè faciet ſalutem dominus per nos qa non eſt dño prohibitio ſeruãdi cũ multis, vel paucis. Dixitq́; armiger eius: Fac omne qđ eſt in
B corde tuo. Diuerte, ecce ſum tecum ſecundũ cor tuũ. Dixitq́; Ionathã: Ecce nos trãſimus ad viros, & manifeſtabimus nos

e ſtationem, exercitum
Supr. 4. d.

eis.Si ita dixerint nobis,expectate donec attingamus vos,ſte-
mus in loco noſtro,& nõ aſcẽdamus ad eos.Si verò ſic dixe-
rint:aſcendite ad nos,aſcẽdamus,quia tradidit eos dominus
in manu noſtra.Et hoc nobis ſignũ.Apparuerunt aũt ambo
præfecto Peliſtim,dixeruntq; Peliſtim:Ecce Hebręi egrediun
tur de foraminibus,in quibus ſe abſconderant.Et locuti ſunt
viri præfecti ad Ionathan,& armigerum eius,& dixerunt:A-
ſcendite ad nos,& ſcire faciem⁹ vos rem.Dixitq; Ionathan ad
armigerum ſuum:Aſcende poſt me:Tradidit enim eos dñs
in manu Iſrael.Et aſcendit Ionathan manibus ſuis,& pedibus
ſuis & armiger eius poſt eum,et ceciderunt coram Ionathan,
& armigero eius interficiente poſt eum.Et fuit plaga prima,
qua percuſſit Ionathan,& armiger eius,ferè viginti virorum,
C quaſi in ſpatio medio iugeris agri.Et fuit pauor in caſtris, &
in agro,& in omni populo.Pręfectus & vaſtator expauerũt, [a & fuit ter|ror dei]
etiam ipſi,& commota eſt terra,[a]& fuit in pauore grandi.Et
reſpexerunt ſpeculatores Saul in Ghibhah Biniamin,& ecce
multitudo diſſoluebatur,& abibat & frangebatur.Dixitque
Saul ad populum qui erat ſecum:Numerate nunc,& videte,
quis ierit ex nobis.Et recenſuerũt & ecce non erat Ionathan,
& armiger eius.Dixitq; Saul ad Achiiah:Applica arcam dei.
Erat enim arca dei in die illa cum filijs Iſrael.Et fuit, adhuc lo-
quente Saul ad ſacerdotem,[b]multitudo quę erat in caſtris Pe
[b tumultus qui] liſtim,ibat eundo,& multiplicabatur.Dixitq; Saul ad ſacer-
dotem:Recollige manum tuã.Et congregatus eſt Saul,& oĩs
populus qui erat ſecum,& venerunt vſq; ad prœliũ,& ecce e-
rat gladius vniuſcuiuſq; in proximum ſuum,cõtritio magna
valde.Et Hebræi qui fuerant cũ Peliſtæis ab heri & nudiuſter
tius,qui aſcenderant cum eis in caſtra per circuitum,etiã ipſi
reuerſi ſunt,vt eſſent cum Iſrael,qui erant cum Saul,& Iona-
than.Et oẽs viri Iſrael,qui abſconderant ſe in mõte Ephraim,
D audierunt quod fugerent Peliſtim,& perſecuti ſunt etiam ipſi
illos in prælio.Et ſeruauit dominus in die illa Iſrael.[c]Bellato-
[c & pugna pertranſiit ultra Bethauen] rores autem tranſierunt Bethauen.Et Iſrael coartatus erat in
die illa,& adiurauerat Saul populũ,dicendo:Maledictus vir,
qui comederit panem vſq; ad veſperã,vt vlciſcar de inimicis
meis.Et non guſtauit omnis populus panem.Omnis autem
populus terræ venerunt in ſyluam,eratq; mel in ſuperficie a-
gri.Et ingreſſus eſt populus in ſyluam,et ecce decurrebat mel,
& non attingere fecit manum ſuam ad os ſuum.Timebat ẽm
populus iuramentum.Ionathan autem non audierat, quan-
do adiurauit pater ſuus populum,miſitq; extremitatẽ virgæ,
quæ erat in manu ſua,& intinxit illam in fauum mellis,& cõ-
uertit manum ſuam ad os ſuum,& illuminati ſunt oculi eius.
Et reſpondit vir de populo,& dixit.Adiurando adiurauit pa
ter tuus populũ,dicendo:Maledictus vir qui comederit panẽ
E hodie,& defecit populus.Dixitq; Ionathan:Turbauit pater
meus populũ terræ.Videte nunc,ꝙ illuminati ſunt oculi mei,
quia guſtaui paululum mellis huius.Quanto magis ſi come-
dendo comediſſet hodie populus de ſpoliis inimicorum ſuo
rum,quæ reperit nunc,nónne creuiſſet plaga in Peliſtim?Et
percuſſerunt in die illa Peliſtim à Michmas vſq; ad Aialon,&
fatigatus eſt populus valde.Et [d] diuertit populus ad ſpolia,
[d cõgregat⁹ eſt] & tulerunt oues,& boues,& filios bouis,& mactauerunt in
terra,comeditq; populus cum ſanguine.Et nũciauerũt Saul,
Deu.12. dicendo:Ecce populus peccant domino comedendo cũ ſan-
guine.Et dixit:Præuaricati eſtis.Voluite ad me hodie lapidẽ
magnum.Dixitq; Saul:Diſpergimini in populum,& dicetis
eis:Afferte ad me vnuſquiſq; bouẽ ſuum,& vnuſquiſq; pecus
ſuum,& mactabitis hic,& veſcemini,& non peccabitis domi
no comedendo cum ſanguine.Et attulerunt omnis populus
vnuſquiſq; bouem ſuum in manu ſua in nocte,& mactauerũt
ibi.Et ædificauit Saul altare domino.Illud cœpit ædificare al
tare domino.Dixitq; Saul:Deſcendam⁹ poſt Peliſtim noctu,
& deprędemur eos,do nec illuceſcat mane,& non relinqua-
mus ex eis virum.Et dixerunt:Omne quod bonũ eſt in ocu-
F lis tuis,fac.Dixitq; ſacerdos:Accedamus hic ad deum.Et con-
ſuluit Saul deũ.Num deſcendã poſt Peliſtim?Nũ trades eos
in manu Iſrael?Et nõ reſpondit ei in die illa.Dixitq; Saul:Acce
dite huc oẽs anguli ppli,& ſcitote,et videte in quo ſit peccatũ
hoc hodie.Viuit ẽm dñs ꝗ ſaluat Iſrael,qꝛ ſi fuerit illud in Io-
nathan filio meo,quia moriẽdo morietur.Et non reſpõdit ei
quiſpiã ex omni populo.Dixitq; ad vniuerſum Iſrael:Vos e-
ritis in latere vno,ego autem,& Ionathan filius meus erimus
in latere altero.Dixeruntq; populus ad Saul:Quod bonũ eſt
in oculis tuis fac.Dixit aũt Saul ad dñm deum Iſrael:Da per-
fectionẽ.Et deprehenſus eſt Ionathan & Saul.Ppl's aũt egreſſi
ſunt.Dixitq; Saul:ꝓiicite ſortẽ inter me,et Ionathan filiũ meũ.
G Et deprehẽſus eſt Ionathã.Dixitq; Saul ad Ionathã:Indica mi-
hi ꝗd feceris.Et indicauit ei Ionathan,& ait:Guſtãdo guſtaui
cũ ſummitate virgæ,ꝗ erat in manu mea paululũ mellis,ecce
ego moriar?Dixitq; Saul:Sic faciat mihi deus,& ſic addat,qꝛ
moriẽdo morieris Ionathan.Dixitq; populus ad Saul:Nun-
quid Ionathan morietur,qui fecit Salutem magnam hanc in
Iſrael?Abſit.Viuit dominus,ſi ceciderit de capillo capitis
eius in terrã,quia cum deo fecit die hac.Et redemerunt popu
lus Ionathan,& non eſt mortuus.Et aſcendit Saul ab inſequu
tione Peliſtim:Peliſtim autem abierunt in locum ſuum.Saul
autem cœpit regnum ſuper Iſrael,& pugnauit per circuitum
contra omnes inimicos ſuos contra Moab:& contra filios
Hammon & contra Edom,& contra reges Sobah,& contra [a & in quacũq; re, quã reſpiciebat, impios coercebat.]
Peliſtim:[a]& in omnibus ad quæ ſe vertebat,viriliter agebat.
Et congregauit exercitũ,& percuſſit Hamalec,& eruit Iſrael
de manu diripientis eum.Fuerunt autem filij Saul Ionathan,
& Iſui,& Malchiſuah.Nomẽ aũt duarũ filiarũ eius,primoge-
nitæ quidẽ Merab,nomen aũt minoris Michal.Nomen verò
vxoris Saul,Achinoham.Nomen autẽ principis militiæ eius
Abner,fili⁹ Ner patrui Saul.Chis aũt pater Saul,& Ner pa-
ter Abner,fili⁹ erat Abiel.Fuit aũt bellũ forte cõtra Peliſtim
omnibus diebus Saul.Et vidit Saul oẽm virũ potentem,&
omnem filium robuſtum,& aggregauit eum ſibi.

¶Saul iubetur percutere Hamalec,trãſgreditur mãdatũ nõ occiſo rege,& ſeruatis uictimis,prædicitur ſciſſura regni eius. CAP. XV.

A DIxit autem Semuel ad Saul:Me miſit dominus,vt Exod.17.c.
vngerem te in regem ſuper populum ſuum Iſrael,&
nunc audi vocem verborum domini.Sic dicit dominus
exercituum:Recordatus ſum eius quod fecit Hamalec ipſi Iſ-
rael,quid illi poſuit in via,quando aſcendebat ex Aegypto.
Nunc vade,& percute Hamalec.Et perdetis omnia quæ ſunt
ei,& non parces ei,ſed interficies à viro vſque ad mulierem,à
paruulo vſque ad lactenten,à boue vſque ad agnũ,& à came
B lo vſque ad aſinũ.Et congregauit Saul populũ,& numerauit
eos in Thelaim ducẽta milia peditũ,& decẽ milia virorũ Iehu
dah.Et venit Saul vſq; ad ciuitatẽ Hamalec,& certauit in val-
le.Dixitq; Saul ad Chinæũ:Ite,recedite,deſcendite de medio
Hamalechitarũ ne forte diſperdam te cum eo,& tu feciſti mi-
ſericordiã cum oĩb⁹ filijs Iſrael,quãdo aſcẽderũt ex Aegypto,
& receſſit Chinæus de medio Hamalec.Et ꝑcuſſit Saul Hama
lec à Chauilah veniente te in Sur,ꝗ eſt contra faciẽ Aegypti.
Cepitq; Agag regẽ Hamalec viuũ,& oẽm populũ interfecit
acie gladij.Et pepcit Saul,& popul⁹ ipſi Agag,& bonis peco
ribus,& bobus,& pinguibus,& agnis,& omni qđ bonũ erat
& noluerunt ꝑdere ea.Quicꝗd aũt erat contẽptibile & diſſo
C lutũ,illud perdiderũt.Fuit aũt verbum dñi ad Semuel,dicen-
do:Pœnitet me quòd cõſtituerim Saul regẽ,quia auerſus eſt [c & ira fuit Semueli.]
à me,& verba mea non confirmauit,[c]& iratus eſt contra Se-
muel,& clamauit ad dñm tota nocte.Et ſurrexit Semuel in oc
curſum Saul mane.Nunciatumq; fuit ipſi Semuel,dicẽdo:Ve
nit Saul in Carmel,& ecce conſtituit ſibi locum,& circuiuit.
& trãſiuit,deſcenditq; in Ghilgal.Venitq; Semuel ad Saul.Et
dixit ei Saul.Benedictus tu à domino.Statui verbum dñi.Di
xitq; Semuel:Et quis eſt balatus pecorũ horũ in aurib⁹ meis,
& mugitus boum,quem ego audio?Dixitq; Saul:Ex Hama-
lechitis adduxerunt ea,quia pepercit populus bonis pecori-
D ribus,& bobus,vt ſacrificaret domino deo tuo.Reſiduũ ve-
Supr.15.a. rò perdidimus.Dixitq; Semuel ad Saul:Permitte,& indicabo
tibi quæ locutus eſt dñs mihi nocte.Dixitq; ei:Loquere.Di-
xitq; Semuel:Nõne quũ paruulus eſſes in oculis tuis,caput tri
buum Iſrael fuiſti,vnxitq; te dñs in regẽ ſuper Iſrael?Et miſit te
dominus per viam,dixitq; tibi:Perde peccatores Hamalec,&
pugna contra eũ,donec conſumãt ipſi eos.Et vt quid non pa
E ruiſti voci dñi,ſed diuertiſti ad ſpolia,& feciſti malum in ocu-
lis dñi?Dixitq; Saul ad Semuel:Immo obtemperaui voci do-
mini,& ambulaui per viam per quam miſit me dominus,&
adduxi Agag regem Hamalec,& Hamalec perdidi.Tulit autẽ
populus de ſpoliis pecorum,& boum,de optimis eorum
quæ perdenda erant,ad immolandũ domino deo tuo in Ghil
gal.Dixit autem Semuel:Nunquid voluntas domini eſt in ho
locauſtis,& victimis,vt in obtemperando voci domini?Ecce
parere quàm ſacrificium,melius eſt:auſcultare,ꝗ adeps arie-
Eccl.4.d. tum.Quia peccatum diuinationis eſt rebellio,& idolum,&
Oſe.6.c. Teraphim tranſgredi.Pro eo quòd contempſiſti verbum do-
Mat.9.b. mini,abiecit te ne ſis rex.Dixitq; Saul ad Semuel:Peccaui,qꝛ
F trangreſſus ſum ſermonem domini,& verba tua.Nam timui
populum,& parui voci eorum.Et nunc parce obſecro pecca
to meo,& reuertere mecũ,& incuruabo me domino.Dixitq;
Semuel ad Saul:Non reuertar tecum.Quia proieciſti verbũ
domini,proiecit te dominus,ne ſis rex ſuper Iſrael.Et vertit ſe
Semuel,vt iret,& timuit oram pallij eius,& ſcidit ſe.Dixitq;
ad eum Semuel:Scidit dominus regnum Iſrael à te hodie,&
tradidit puoximo tuo meliori te.Et etiam fortitudo Iſrael nõ
mentietur,nec pœnitebit.Non enim homo eſt,vt pœniteat.
Et dixit:Peccaui.Nunc honora me quæſo coram ſenioribus
populi mei,& coram Iſrael,& reuertere mecum,& incurua-
bo me domino deo tuo.Et reuerſus eſt Semuel poſt Saul,&
G incuruauit ſe Saul domino.Dixit aũt Semuel:Facite appro-
pinquare mihi Agag regẽ Hamalec,& iuit ad eum Agag deli
catè.Dixitq; Agag:Verè venit amaritudo mortis.Dixitq; Se
muel queẽadmodum orbauit mulieres gladius tuus,ſic orba-
bit præ mulieribus mater tua.Et ſcindere fecit Semuel Agag
coram domino in Ghilgal.Abiit autem Semuel in Ramah.
Saul verò aſcendit in domum ſuam,in Ghibhah Saul.Et non
addidit Semuel,vt videret Saul vſq; ad diem quo mortuus
eſt.Sed luxit Semuel ſuper Saul.Dominum autem pœnituit,
quòd regnare feciſſet Saul ſuper Iſrael.

¶Dauid reiecto Saul,ungitur in regem.Spiritus malus uexat Saul. CAP. XVI.

A DIxit autem dominus ad Semuel:Vſq; quo tu luges ſu
per Saul,& ego reprobaui eum,ne regnet ſuper Iſra-
el?Imple cornu tuum oleo,& veni,mittam te ad Iſai Beth-
halamitam.Prouidi ẽm de filiis eius mihi regem.Dixitq; Se-
muel:Quomodo vadam?Audiet Saul,& interficiet me.Di-
xitq; dñs:Vitulam boum tolles in manu tua,diceſq;:Ad im-
molandum dño veni.Et inuitabis Iſai ad victimam,& ego ſci
re faciam te,quid facturus ſis.Vngeſq; mihi,quẽ dixero tibi.
Fecitq; Semuel quod locutus eſt dñs,& venit in Bethlechem.
Et mouerunt ſe ſeniores ciuitatis in occurſum eius.Et dixerũt:
B Pacificus ne eſt ingreſſus tuus?Et dixit:Pacificus.Ad immolã
dum domino veni.Sanctificate vos,& venite mecũ ad victi-
mam.Et ſanctificauit Iſai,& filios eius,inuitauitq; eos ad victi
Pſal.7. mã.Et fuit,cum veniſſent vidit Eliab,& dixit:Certe corã dño
eſt Chriſtus eius.Dixit autẽ dñs ad Semuel:Ne reſpicias ad a-
ſpectũ eius,& ad altitudinẽ ſtaturæ eius,quia reprobaui eum.
Non ẽm ſicut homo,videt deus.Nã homo videt ꝗ ſunt præ
oculis,& dñs videt quæ ſunt in corde.Et vocauit Iſai Abi-
nadab,& trãſire fecit eũ corã Semuel.Et dixit:Etiam hunc nõ
elegit dñs.Et tranſire fecit Iſai Sammah,& dixit:Etiã hunc non
elegit dñs.Et tranſire fecit Iſai ſeptem filios ſuos corã Semuel.
C Dixitq; Semuel ad Iſai.Nõ elegit dominus hos.Dixitq; Semu
el ad Iſai:Sunt ne finiti pueri?& dixit:Adhuc remãſit minor,
& ecce paſcit pecudes.Et dixit Semuel ad Iſai;Mitte,& tolle
eum.Non ẽm diſcombem⁹,donec veniat huc.Miſitq; & veni 2.Reg.7.b.
re fecit eũ.Ipſe autem erat rubeus,& pulcher oculis,& decor⁹ Pſal.77.&.89.
viſu.Dixit aũt dñs:Surge,vnge eum,quia hic eſt.Tulitq; Semu Actu.7.f.
el cornu olei,& vnxit eũ in medio fratrũ ſuorũ.Et manſit ſpi- 13.d.
rit⁹ dñi ſuper Dauid à die ipſa & deinceps.Surrexitq; Semuel
& abiit in Ramah:Spiritus autẽ dñi receſſit à Saul,& terruit
eum ſpũs malus à dño.Dixerũt autem ſerui Saul ad eum:Ecce
nunc ſpũs dei malus terret te.Dicat ꝗſo dñs noſter,& ſerui tui
ꝗ ſunt corã te,quærent virũ ſcientẽ pſallere ĩ cithara.Et erit,cũ
fuerit ſuper te ſpũs dei malus,pſallet manu ſua,& bene erit ti-
D bi.Dixit autem Saul ſeruis ſuis:Prouidete quæſo mihi virum
bene ſcientẽ pſallere,& adducite mihi.Et reſpondit vnus è ſer-
uis,& dixit:Ecce vidi filiũ ipſi Iſai Bethhalachmitæ,ſcientem
pſallere,& potentem robore,virumq; bellicoſum & pruden-
tem,& virũ formoſum,& dñs eſt cũ eo.Miſitq; Saul nuncios
ad Iſai,& dixit:Mitte ad me Dauid filium tuũ,qui eſt cũ peco
ribus.Tulitq; Iſai aſinũ ferentẽ panẽ,& vtrem vini,& hœdum
caprarũ vnũ,& miſit per manum Dauid filij ſui ad Saul.Ve-
nitq; Dauid ad Saul,& ſtetit corã eo.Et dilexit eũ valde,fuitq;
ei armiger.Miſit aũt Saul ad Iſai,dicendo:Stet obſecro Dauid
coram me,quia inuenit gratiam in oculis meis.Et fuit,cum eſ-
ſet ſpiritus dei ſup Saul,tollebat Dauid citharam,& pſallebat
manu ſua.Et refrigerium erat ipſi Saul,& bene erat ei,recede
batq; ab eo ſpiritus malus.

¶Bellum Peliſtim contra Iſrael,paruus Dauid uincit immanem Gholiath. CAP. XVII.

A COngregauerunt autem Peliſtim caſtra ſua ad pręlium,
& congregati ſunt in Sochoh quæ erat in Iehudah,&
caſtrametati ſunt inter Sochoh & Hazecah,in termino Dam
mim.Saul autem,& viri Iſrael cõgregati ſunt,& caſtrametati
ſunt in valle Elah,& diſpoſuerũt bellum in occurſum Peliſtim.
Peliſtim aũt ſtabant ſuper mõte hinc,& Iſrael ſtabãt ſuper mõ
te inde.Vallis autẽ erat inter eos.Et egreſſus eſt vir ſtans inter
duas acies de caſtris Peliſtim,Gholiath nomẽ eius de Ghath.
Altitudo eius ſex cubitorũ & palmi.Et galea ærea ſuper caput
eius,& loricã ſquamoſam induebatur.Pondus autem loricæ,
quinq; milium ſeclorum æris erat Et ocreæ æneę in pedibus e-
ius,& clypeus æreus inter humeros eius.Haſtile autem lanceæ
eius tanquam liciatorium texentium,& ferrum lanceæ eius
erat ſexcentorum ſeclorum ferri.Ferens autem ſcutum perge-
bat ante eum.Et ſtetit,et clamauit ad acies Iſrael,dixitq; eis:Vt
quid egreſſi eſtis ad parandum prælium?Nónne ego Peliſtæ-
us ſum,& vos ſerui Saul?Eligite vobis virum,& deſcen-
dat ad me.Si quiuerit pugnare mecũ,& percuſſerit me,erim⁹
vobis ſerui.Si autem ego quiuero in eum & percuſſero eum,
eritis nobis ſerui,& ſeruietis nobis.Dixit autem Peliſtæus:E-
go exprobraui acies Iſrael die hac.Date mihi virum & pugne
mus pariter.Et audiuit Saul,& oĩs Iſrael verba Peliſtæi hęc,
& territi ſunt,& timuerunt valde.Dauid autem filius erat vi-
ri Ephratæi de Bethlechem Iehudah,& nomen eius Iſai,& ei e-
rant octo filij.Et vir erat in diebus Saul,ſenex,veniẽs inter ho- [a .ſ.egregios] Supra.16.a.
C mines.[a]Abieruntq; tres filij Iſai maiores,abierunt poſt Saul
ad bellum.Nomẽ autem trium filiorum eius,qui perrexerunt
ad bellũ,Eliab primogenitus,& ſecundus eius Abinadab,ter
tius verò Sãmah.Dauid autẽ erat minor.Tres autẽ maiores
abierunt poſt Saul,Dauid verò ibat & reuertebat à Saul,ad
paſcendum pecora patris ſui in Bethlechem.Acceſſit autem [b & manendo uſq; ad ueſperam.]
Peliſtæus ſurgendo mane,[b] & veſperi,& ſtetit quadraginta
diebus.Dixit autẽ Iſai ad Dauid filium ſuum:Tolle nunc fra-
tribus tuis modium polentæ huius,& decẽ panes hos,& cur
re in caſtra ad fratres tuos.Et decem caſeos lacteos hos defe- [c pacifice]
res tribuno,& fratres tuos viſitabis,[c] cũ ſalutatione,& pign⁹
eorum [d] tolles.Saul autem & ipſi,& omnes viri Iſrael erãt in [d liberabis, ſi quid pignori dederint]
valle Elah,pugnãtes cum Peliſtim.Et ſurrexit Dauid mane,&
reliquit pecora cuſtodi,& onerauit ſe,& abiit quemadmodũ
præcepit ei Iſai,& venit ad vallum,& exercitus egreſſus

fuerat ad aciem,& vociferati erant in prælio,& ordinauerat
Iſrael,& Peliſtim aciem in occuſum aciei.Et dereliquit Dauid
vaſa,quæ erant ſuper ſe ad manum cuſtodis ſupellectilium,&
cucurrit ĩ aciẽ,& venit & ſalutauit fratres ſuos pacificè.Et ipſo
loquente cum eis,ecce vir ſtans inter duas acies aſcendebat,
Gholiath Peliſtæus nomen eius de Ghath,de aciebus Peliſti-
norum,& loquebatur iuxta verba hæc.Et audiuit Dauid.O-
mnes autem viri Iſrael,quando viderunt virum fugerunt à fa
cie eius,& timuerunt valde.Et dixit vir Iſrael:Num vidiſtis vi
rum qui aſcendit hunc?Ad exprobrandum enim Iſrael aſcen-
dit.Et erit:Virum qui percuſſerit eum,ditabit rex diuitiis ma
gnis,& filiam ſuam dabit ei,& domum patris eius faciet libe-
ram in Iſrael.Dixitq́ Dauid ad viros ſtantes ſecum, dicendo:
D Quid fiet viro,qui percuſſerit Peliſtæum hunc,& remouerit
opprobrium ab Iſrael?Quis eſt enim Peliſtæus incircunciſus
hic,quia exprobrauit acies dei viuentis?Dixitq́ ei populus ſe-
cundum verbum hoc,dicendo: Sic fiet viro,qui percuſſerit
eum.Et audiuit Eliab frater eius maior, quando loquebatur
ad viros,& iratus eſt furor Eliab contra Dauid,& dixit: Vt
quid deſcendiſti,& cui reliquiſti paucas pecudes in deſerto?
Ego noui ſuperbiam tuam,& malitiam cordis tui,quia,vt vi
deres prælium,deſcendiſti.Dixitq́ Dauid:Quid feci nũc?An
non verbum eſt?Et vetit ſe ab illo ad alium,& dixit ſecundum
verbum hoc.Et reſponderunt ei populus verbum,iuxta ver
bum primum.Et audita ſunt verba quæ locutus eſt Dauid,
& narrauerunt coram Saul,& tulit eum.Dixitq́ Dauid ad
Saul:Ne concidat cor hominis propter eum. Seruus tuus i-
bit,& pugnabit cum Peliſtęo iſto.Dixitq́ Saul ad Dauid:Nõ
poteris ire ad Peliſtæum iſtum,vt pugnes cum eo,quia puer
es,& ipſe eſt vir bellator ab adoleſcentia ſua,Dixit autem Da-
E uid ad Saul:Paſtor erat ſeruus ſuus patri tuo in pecoribus,&
veniebat leo,& vrſus,& tollebant agnum de grege.Et egre-
diebar poſt eum,& percutiebam eum,& eruebam ex ore e-
ius.Et conſurgebat aduerſum me,& apprehendebam barbã
eius,& percutiebam eum,& mori faciebam eum.Et leonem,
Eccl.47.a. & vrſum percuſſit ſeruus tuus.Et erit Peliſtæus incircunciſus
iſte,tanquam vnus ex eis,quia probris affecit acies dei viuen-
tis.Dixit autem Dauid:Dominus qui eruit me de manu leo-
nis,& de manu vrſi,ipſe eruet me de manu Peliſtæi huius.Di-
xitq́ Saul ad Dauid:vade,& dominus ſit tecũ.Et induit Saul
Dauid veſtibꝰ ſuis,et poſuit galeam æream ſuper caput eius,
& induit eum lorica. Et accinxit Dauid gladium ſuum ſuper
veſtes ſuas,& voluit ire.Non enim periculum fecerat.Dixitq́
Dauid ad Saul:Non poſſum ire cum iſtis,quia non pericu-
lum feci.Et remouit ea Dauid à ſe.Tulitq́ baculum ſuum in
manu ſua,& elegit ſibi quinque leues lapides de torrente,&
poſuit eos in vaſe paſtorali,quod erat ſibi,& in pera,& fun-
da ſua erat in manu ſua.Et appropinquauit ad Peliſtæum.Et
ibat Peliſtæus eundo,& approprinquando ad Dauid,& vir
ferebat ſcutum ante eum.Et aſpexit Peliſtæus,& vidit Dauid:
et deſpexit eum,quia erat puer,& rubicundus,& pulcher aſpe
ctu.Dixitq́ Peliſtæus ad Dauid:Nunquid canis ſum,quia ve-
nis ad me cum baculis?Et maledixit Peliſtæus Dauid per de-
F os ſuos,Dixitque Peliſtæus ad Dauid: Veni ad me, & dabo
carnem tuam volatilibus cœli,& animalibus agreſtibus.Dixit
autem Dauid ad Peliſtæum:Tu venis ad me cum gladio &
lancea,& clypeo,& ego venio ad te in nomine domini exer-
cituum dei acierum Iſrael,quem probris affeciſti.Die hac tra-
det te dñs in manu mea,& percutiam te,& auferam caput tu
um à te,& dabo cadauera caſtrorum Peliſtim die hac volati-
libus cœli, & beſtiis terræ,& ſcient omnes habitatores terræ,
ꝙ eſt deus Iſraeli.Et ſcient oĩs congregatio iſta ꝙ non gladio,
& lancea ſaluũ facit dñs.Dñi enim eſt bellũ,& tradet vos ĩ ma
nu noſtra.Et fuit,cum ſurgeret Peliſtæus,& veniret,& appro
pinquaret in occurſum Dauid,feſtinauit Dauid,& cucurrit in
aciem in occurſum Peliſtæo.Et miſit Dauid manum ſuam ad
vas,& tulit inde lapidem,& funda iecit,& percuſſit Peliſtęum
in fronte eius,& infixus eſt lapis in fronte eius,& cecidit ſuper
faciem ſuam in terram.Et robuſtior fuit Dauid Peliſtæo in 1.Mac.4.d.
funda,& lapide.& percuſſit Peliſtæum & interfecit eum.Gla- Pſal.77.d.
G dius autẽ non erat in manu Dauid,& cucurrit Dauid,& ſte-
tit ſuper Peliſtæo,& tulit gladiũ eius,& euaginauit eum è va-
gina ſua,& interfecit eum,& præcidit eo caput eius.Viderũt
autem Peliſtæi ꝙ mortuus eſſet fortis eorũ,& fugerunt. Sur-
rexeruntq́ viri Iſrael,& Iehudah,& vociferati ſunt,& perſecu
ti ſunt Peliſtim vſquequo venias ad vallem,& vſque ad por-
tas Hecron.Et ceciderunt vulnerati Peliſtim in via Saharaim
vſque ad Ghath,& vſq́ ad Hecron.Et reuerſi ſunt filij Iſrael à
perſequendo Peliſtim,& diripuerunt caſtra eorũ.Tulitq́ Da
uid caput Peliſtæi,& adduxit illud in Ieruſalaim,& arma eius
poſuit in tabernaculo ſuo.Quando autem vidit Saul ipſum
Dauid egrediẽtem in occurſum Peliſtæi,dixit ad Abner prin
cipem militiæ:Filius cuiꝰ eſt iſte puer Abner? Dixitq́ Abner:
Viuit anima tua rex ſi noui.Et dixit rex:Interroga filius cuius
ſit adoleſcens.Quando autem reuerſus eſt Dauid à percutien
do Peliſtæum,tulit eum Abner,& adduxit eum ante Saul,&
caput Peliſtæi erat in manu ſua.Dixitq́ ad cũ Saul:Filius cuiꝰ
es puer? Et dixit Dauid:Filius ſerui tui Iſai Bethhalachmitæ.

¶Fœdus Dauid cum Ionathan, Saul conatur occidere Dauid
dat ei filiam ſuam Michal in uxorem. CAP. XVIII.

A ET fuit,cum perfeciſſet loqui ad Saul,anima Ionathan li-
gata eſt cum anima Dauid.Et dilexit eum Ionathã ſicut
animam ſuam.Et tulit eum Saul in die illa,& non permiſit ei
vt rediret in domum patris ſui.Et percuſſit Ionathã,cum Da
uid fœdus,eò quòd diligeret eum ſecundum animã ſuam.Et
B exuit ſe Ionathan pallio,quod erat ſuper ſe,& dedit illud Da-
uid,& veſtes ſuas,& vſq́ ad gladium ſuum,& vſque ad arcũ
ſuum,& vſq́ ad baltheum ſuum.Et egreſſus eſt Dauid,in omi
bus ad quæ mittebat eum Saul.[a] prudenter ſe gerebat Poſu a proſperabatur
itq́ eum Saul ſuper viros bellatores.Placuitque in oculis oĩs Eccl.47.a.
populi,& etiã in oculis ſeruorũ Saul.Et fuit, dũ venirent ipſi,
dũ reuerteretᷓ Dauid à percutiẽdo Peliſtæũ,egreſſæ ſunt mulie
res de cunctis vrbibꝰ Iſrael cantando,& chori mulierũ ibant
in occurſum Saul regis,cũ thympanis cum lætitia,& canticis.
Cantabant mulieres ludentes,& dicebant:Percuſſit Saul mil-
C le ſuos,& Dauid decem milia ſua.Et iratus eſt Saul valde,et diſ
plicuit in oculis ſuis verbũ iſtud,& dixit:Dederunt Dauid de
cẽ milia,mihi autẽ dederũt mille.[b] Et vltra quid dare poſſunt
ei,niſi regnũ?Et Saul toruè aſpiciebat Dauid à die illa,et vltra. b Et adhuc ei etiã dabũt regnum.
Et fuit,in craſtino, requieuit ſpiritus dei malus in Saul,& pro
phetabat in medio domus,& Dauid pſallebat manu ſua,ſicut
conſueuerat per ſingulos dies.Lancea autẽ erat in manu Saul.
D Et iaculatus eſt Saul lanceã,& dixit:Percutiam Dauid,& parie
tem.Et auertit ſe Dauid à facie eius duabus vicibus.Et timuit
Saul à facie Dauid,quia erat dominus cũ eo,& à Saul receſſe-
rat.Et recedere fecit eũ Saul à ſe,& poſuit eũ ſibi tribunum,&
egrediebatur & ingrediebatur ante populũ.Et Dauid in omi
bus viis ſuis prudẽter ſe gerebat,& dominus erat cũ eo.Et vi
dit Saul,[c] quòd prudenter ſe gereret valde,& timuit à facie e-
ius.Omnis autẽ Iſrael,& Iehudah diligebat Dauid,quia egre c quod proſperaret ualde
diebatur & ingrediebatur ante eos.Dixit autẽ Saul ad Dauid:
Ecce filiã meam maiorem Merab,dabo tibi in vxorẽ.Tantũ-
modo eſto mihi filius fortis,& præliare bella domini.Saul au
tem dicebat:Ne ſit manus mea in eum,ſed ſit in eo manus Pe
liſtim.Dixit autem Dauid ad Saul:Quis ego ſum,& quæ vita
mea,& quæ familia patris mei in Iſrael,vt ſim gener regi?Et fu
it,tẽpore quo danda erat Merab filia Saul ipſi Dauid,data eſt
Hadrieli Mecholathitæ in vxorem.Dilexit autem Michal filia
Saul ipſum Dauid,& nunciauerunt ipſi Saul,& placuit ver-
bum in oculis eius.Dixitque Saul: dabo eam ſibi,vt ſit ei in
laqueum,& ſit in eo manus Peliſtinorum. Dixitque Saul ad
Dauid [d] in duabus affinitatem contrahes mecum hodie.Præ d In ſecũda filia.
cepit autem Saul ſeruis ſuis:Loquimini ad Dauid,clàm dicen
do:Ecce complacuit in te rex,& omnes ſerui eius dilexerunt
te,& nunc



te,& nunc affinitatem cõtrahe cum rege.Et locuti ſunt ſerui
F Saul in auribus Dauid verba hęc.Dixitq́ Dauid:Num leue eſt
in occulis veſtris affinitatem cõtrahere cum rege,& ego ſum
vir pauper,& deſpectus?Et nunciauerunt ſerui Saul ei,dicen-
do:Secundum verba hec locutus eſt Dauid. Dixit autẽ Saul:
Sic dicetis ad Dauid:Nõ eſt voluntas regi in dote,ſed in centũ
pręputijs Peliſtim,vt vlciſcatur de inimicis regis. Saul autem
cogitabat,vt mori faceret Dauid per manum Peliſtim. Nun-
ciaueruntq́ ſerui eius ipſi Dauid verba hæc.Et placuit verbũ
in oculis Dauid,vt affinitatem contraheret cum rege.Et non
cõpleti erant dies.Et ſurrexit Dauid et iuit ipſe,& viri eius,&
G percuſſit ex Peliſtim CC.viros,& attulit Dauid præputia eo
rũ,& ea omnia regi obtulerũt vt affinitatẽ cõtraheret cũ rege.
Et dedit ei Saul Michal filiam ſuã in vxorem.Vidit autẽ Saul,
& cognouit ꝙ dominus eſſet cum Dauid.Et Michal filia Saul
diligebat eum.Et addidit Saul timere à facie Dauid amplius.
Et fuit Saul inimicãs Dauid omnibus diebus. Egreſſi ſunt
autem principes Peliſtim.Et fuit à tempore quo egreſſi ſunt,
prudenter ſe geſſit Dauid præ omnibus ſeruis Saul,& magni
ficatum eſt nomen eius valde.

¶Saul iubet occidi Dauid, Michal ſeruat eũ demiſſum per feneſtrã,
prophetat Saul inter prophetas. CAP. XIX.

A LOcutus eſt aũt Saul ad Ionathan filium ſuum,& ad o-
mnes ſeruos ſuos,vt occideret Dauid.Et Ionathã filius
Saul cõplacuit in Dauid valde.Et nunciauit Ionathan ipſi Da
uid,dicendo:Quærit Saul pater meus interficere te.Et nunc
caue tibi obſecro mane,& manebis in occulto,& abſcõdes te.
Ego autem egrediar,& ſtabo ad manum patris mei in agro,
in quo eris.Ego autem loquar de te ad patrẽ meũ:& videbo
quid reſpondeat,& nunciabo tibi.Locutus eſt autem Iona-
than de Dauid bonum ad Saul patrem ſuum. Dixitq́ ad eũ:
Ne peccet rex contra ſeruum ſuum,contra Dauid,quia non
peccauit tibi,& quia opera eius bona ſunt tibi valde.Et poſu
it animam ſuam in manu ſua,& percuſſit Peliſtæum. Fecitq́
dominus ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli.Vidiſti,& lætatus
es.Et vt quid peccabis contra ſanguinem innocentem,vt in-
B terficias Dauid gratis? Audiuitq́ Saul voci Ionathan,& iu-
rauit Saul:viuit dominus,ſi morietur. Et vocauit Ionathan
Dauid,& nunciauit ei Ionathan omnia verba hæc.Et addu-
xit Ionathan Dauid ad Saul,& fuit ante eum ſicut heri & nu-
diuſtertius .Additum eſt autem bellum eſſe,& egreſſus eſt Da
uid,& pugnauit cum Peliſtim,percuſſitq́ eos plaga magna,
& fugerunt à facie eius.Fuit autem ſpiritus domini malus ſu-
per Saul,eratq́ in domo ſua ſedens,& lancea eius erat in ma-
nu ſua.Dauid autem pſallebat manu.Et quęſiuit Saul percute
re lancea Dauid,& parietem.Et ſubduxit ſe à facie Saul,& per
cuſſit lancea parietem.Et Dauid fugit,& euaſit nocte illa.Mi-
ſit autem Saul nuncios ad domum Dauid,vt cuſtodirent eũ,
C & occiderent eũ mane,& indicauit ipſi Dauid Michal vxor
eius,dicendo:Niſi ſerues animam tuam nocte,cras interficie-
ris.Et deſcendere fecit Michal Dauid per feneſtram,& abijt,
& fugit,& ſeruatus eſt.Tulitq́ Michal ſimulacrum,& poſuit
in lecto & puluinar è pilis caprarum poſuit ſub capite eius,&
Pſal.5.8. operuit veſte.Miſitq́ Saul nũcios,vt tolleret Dauid.Et dixit:
Aegrotat.Miſitq́ Saul nuncios,vt viderent Dauid,dicendo:
Aſcendere facite eum in lecto ad me,vt occidere faciam eum.
Et venerunt nuncij,& ecce ſimulacrum ſuper lectum,& pul-
uinar è pilis caprarum ſub capite eius.Dixitq́ Saul ad Michal
vt quid decepiſti me,& dimiſiſti inimicum meum,& ſaluatus
eſt?Et dixit Michal ad Saul:Ipſe dixit mihi: Dimitte me,alio-
qui interficiam te.Dauid autem fugit,& euaſit,& venit ad Se-
a Naiot id eſt domo doctrinæ. muel,in Ramah, & indicauit ei oĩa q̃ fecit ſibi Saul.Et abiit i-
pſe,& Semuel,& morati ſunt in [a] Naioth.Et nũciatũ eſt Saul
D dicendo:Ecce Dauid in Naioth, quæ eſt in Ramah.Miſitq́
Saul nuncios ad tollendum Dauid.Et viderunt cuneum pro
phetarum prophetantium,& Semuel ſtantem,docentem eos.
Et fuit ſuper nunciis Shul ſpiritus dei,& prophetabant etiam
ipſi.Et nunciauerunt Saul.Et miſit nuncios alios,& propheta
uerunt etiam ipſi.Et addidit Saul & miſit nuncios tertios,&
prophetauerunt etiam ipſi.Et abijt etiam ipſe in Ramah, &
venit vſque ad ciſternam magnam,quæ eſt in Secho,& inter-
rogauit,& dixit:Vbi eſt Semuel,& Dauid?Et dixit:Ecce eſt in
Naioth,quę eſt in Ramah.Et abiit illuc in Naioth in Ramah.
Et fuit ſuper eum etiam ſpiritus dei,& iuit eundo,& prophe-
tauit vſquequo veniret in Naioth in Ramah.Et expoliauit ſe
etiam ipſe veſtimentis ſuis,& prophetauit etiam ipſe coram
Semuel.Et cecinit nudus tota die illa & nocte.Idcirco dicunt: Supra 10.c.
Num etiam Saul inter prophetas?

¶Morte Dauid definita ,Ionathan eum tribꝰ miſſis ſagittis liberat.
CAP. XIX.

A FVgit autem Dauid de Naioth,quæ eſt in Ramah,& ve-
nit,& dixit coram Ionathan: Quid feci? Quæ eſt iniqui-
tas mea,& quod peccatum meum coram patre tuo,quia quę
rit animam meam?Dixitq́ ei:Abſit.Non morieris.Ecce non
faciet pater meus rem grandem,vel rem paruam, quam non
reuelet auri meæ.Cur abſconderit pater meus à me rem hanc?
non hoc faciet.Et iurauit adhuc Dauid,& dixit:Sciendo ſciuit
pater tuus,quòd inueni gratiam in oculis tuis,& dicet:Ne co
gnoſcat hoc Ionathã,ne fortè dolore afficiatur.Verum viuit
dominus,& viuit anima tua,quia tanq́ paſſus vnus eſt inter
me,& mortẽ.Dixitq́ Ionathan ad Dauid:Quod dixerit anima
tua,faciam tibi.Dixit autem Dauid ad Ionathan:Ecce Calen-
dæ ſunt cras,& ſedẽdo ſedere ſoleo apud regem ad veſcendũ:
& dimittes me,& abſcondam me in agro vſq́ ad veſperam
diei tertiæ.Si recordando recordatus fuerit mei pater tuus,di
B ces:Poſtulando poſtulauit à me Dauid,vt curreret in Bethle-
chem ciuitatem ſuam,quia ſacrificium annuale eſt ibi toti fami
liæ. Si ſic dixerit:bene: pax eſt ſeruo tuo. Si autem iraſcendo
ira fuerit ei,ſcito ꝙ completa eſt malitia cum eo Et facies miſe
ricordiam cum ſeruo tuo,quia in fœdus dñi adduxiſti ſeruum
tuum tecum.Et ſi eſt in me iniquitas,interfice me tu.Et vſque
ad patrem tuum,vt quid introduces me? Dixitq́ Ionathan:
Abſit tibi,vt ſi cognoſcendo cognouero,ꝙ completa ſit ma-
litia cum patre meo,vt veniat contra te,non illud annunciem
C tibi.Dixitq́ Dauid ad Ionathan:Quis renuntiabit mihi ,vel ſi
quid reſponderit tibi pater tuꝰ duri?Dixitq́ Ionathan ad Da
uid:Veni,& egrediamur in agrum.Et egreſſi ſunt ambo in a-
grum. Dixit autem Ionathan ad Dauid:[a] Domine deꝰ Iſrael:
ſi inueſtigauero patrem meum iuxta tempus cras aut die ter- a Dominus deus Iſrael.ſ.
tia,& ecce bonum fuerit ſuper dauid,& nõ tunc miſero ad te, teſtis eſt q.d. Deum teſtor.
& aperuero aurem tuam.Sic faciat dominus Ionathan, & ſic
addat:Si placuerit patri meo,vt adducat malũ ſup te, aperiã
aurem tuam.Et dimittam te,& ibis in pace,& ſit dominus te
cum,quẽadmodum fuit cum patre meo. [b]Et non tantum ad b Et non cũ adhuc uiuo:
huc me viuente faciesmecum miſericordiam domini,& non nõ,inquã facias mecum
moriar.Sed etiam non abſcindes miſericordiam tuuam à do miſericordiã domini nũc,
mi mea vſq́ in ſeculum,nec cum abſciderit dominus inimicos & non cum mortuus fuero
Dauid vnumquenq́ è ſuperficie terræ. Et pepigit fœdꝰ Iona tamen etiã &c.
than cũ domo Dauid,dicens:requirat dominus de manu ini-
micorum Dauid.Et addidit Ionathan,vt iuraret ipſi Dauid,
propterea ꝙ diligeret ipſum,quia ſecundum dilectionem ani
D mæ ſuæ,diligebat eum.Dixit autem ei Ionathan: Cras ſunt
Calendæ,& memoraberis,Deficiet enĩ ſeſſio tua,& manebis
tribus diebus [c] deſcẽdes valde,& venies ad locũ in quo abſcõ c a d ima deſcendes quaſi
des te,in die operis manebis apud lapidẽ viatorũ.Ego autem Chriſtus ad inferos.
tres ſagittas ad latus iaciã,mittendo ad ſignũ.Et ecce mittam
puerum,dicens ei:Vade,inueni ſagittas.Si dicẽdo,dixero pue
ro:Ecce ſagittæ à te,& infra,cape eã & veni,qa pax tibi,& non
eſt quicquam mali,viuit dominus.Si verò ſic dixero puero:
Ecce ſagittæ à te,& vltra,vade,quia dimiſit te dominus.Ver-
bum autem quod locuti ſumus ego & tu, ecce dominus
inter me, & te, vſque in ſeculum. Abſcondit autem ſe Dauid
in agro.Et fuerunt Calendæ,& ſedit rex ad veſcendum pa-

a ſemel & iterum

nem,ſeditque rex ſuper cathedram ſuam,[a] ſicut conſueuerat aliàs,in cathedra iuxta parietem. Et ſurrexit Ionathan, ſeditq; Abner ex latere Saul,& carebat ſedente locus Dauid. Et non eſt locutus Saul quicquam in die illa. Dixit enim: Accidens eſt,quia non eſt purus,non eſt mundus. Et fuit in craſtino Calendarum ſecundo,caruit ſedente locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filium ſuum: Quare non venit filius Iſai etiam heri etiam hodie ad panem? Reſpondit Ionathan ad Saul: Poſtulando poſtulauit Dauid à me,vt iret vſque Bethlechem. Et dixit: Dimitte me obſecro,quia victima eſt familiæ noſtræ in ciuitate,& ipſe mandauit ad me frater meus,vt illuc me conferam. Et nunc ſi inueni gratiam in oculis tuis, conferam me illuc,& videbo fratres meos. Idcirco nō venit ad menſam regis. Et iratus eſt furor Saul in Ionathan, & dixit ei: Fili matris peruerſæ rebellionis, an non noui quòd eligis filium Iſai in confuſionem tuam,& in confuſionem ignominiæ matris tuæ? F Omnibus enim diebus quibus filius Iſai vixerit ſuper terram,non ſtabilieris tu neque regnum tuum. Et nunc mitte,& tolle eum ad me,quia obnoxius morti eſt. Reſpondit autem Ionathan ad Saul patrem ſuum,& dixit ei: Vt quid morietur? Quid fecit? Et iaculatus eſt lanceam contra eum,vt pcuteret eum. Et cognouit Ionathan, quòd decreuerat pater ſuus interficere Dauid. Surrexitq; Ionathan è menſa in ira furoris,& non comedit in die Calendarum ſecunda panem. Dolore enim affectus eſt propter Dauid,quia ignominia affecit eum pater ſuus. Et fuit,mane egreſſus eſt Ionathan in agrū ad tempus conſtitutum Dauidi,& puer paruus cum eo. Dixitq; ad puerum ſuum: Curre,inueni nunc ſagittas quas iacio. Et puer cucurrit,& iecit ſagittas trans illum. Et venit puer vſ- G que ad locum ſagittæ quam iecerat Ionathan. Clamauitque Ionathan poſt puerum, & dixit: Nonne ſagitta à te, & vltra? Clamauitque Ionathan poſt puerum: Accelera, feſtina,ne ſteteris. Et collegit puer Ionathan ſagittas,et venit ad dominum ſuum: Puer autem neſciebat quicquam,ſed Ionathan & Dauid ſciebant rem. Deditque Ionathan arma ſua puero, qui erat ei,dixitque ei: Vade, defer in ciuitatem. Puer ingreſſus eſt, & Dauid ſurrexit à loco,qui vergebat ad auſtrum, & cecidit in faciem ſuam in terram,& incuruauit ſe tribus vicibus. Et oſculati ſunt vnuſquiſque,alter alterum:& fleuerūt vnuſquiſque,alter cum altero. Sed Dauid magis fleuit. Dixitq; Ionathā ad Dauid: Vade in pace. Quod iurauimus ambo per nomen domini,dicendo: Dominus ſit inter me, & te, & inter ſemen meum,& ſemē tuum vſque in ſeculum. Et ſurrexit, & abijt,& Ionathan ingreſſus eſt ciuitatem.

❡ Dauid fugiens in Nob ad Achimelech ſacerdotem,comedit panes facierū ſanctos, inde fugiens ad regē Achis inſaniam ſimulat. CAP. XXI.

A VEnit autem Dauid in Nob ad Achimelech ſacerdotem. Et timuit Achimelech,& venit in occurſum Dauid,dixitq; ei: Quare es ſolus,& vir non eſt tecum? Dixitq; Dauid ad Achimelech ſacerdotem: Rex præcepit mihi aliquid, dixitq; mihi: Vir neſciat quicquam de re propter quam mitto te,& quam præcepi tibi. Pueros autem ſcire feci locum cuiuſdam, & locum ignotum talis. Et nunc quod eſt ſub manu tua,quinque panes da in manu mea, vel quod inuenitur. Et reſpōdit ſacerdos ad Dauid,et dixit: Non eſt panis prophanus B ſub manu mea, ſed panis ſanctus. Num pueri ſeruarunt ſe,vel ſaltem à muliere? Et reſpondit Dauid ſacerdoti,& dixit ei: Vere mulier prohibita eſt à nobis & heri & nudiuſtertius,quum egreſſus ſum, & fuerunt vaſa puerorum ſancta. Et quod in via prophanatum eſt,hodie profecto ſanctificabitur in vaſis.

Matt.12.a.

Dedit itaq; ei ſacerdos panē ſanctum. Non enim erant ibi panes,niſi panes facierum,qui remoti erant à facie domini ad ponendum panes calidos in die qua ſublati ſunt. Et ibi vir de ſeruis Saul in die illa demorabatur coram domino,& no- C men eius Doegh Edomæus potentiſſimus paſtorum, qui erant ipſi Saul. Dixitque Dauid ad Achimelech: Et non eſt hic ſub manu tua lancea,vel gladius? Quia etiam gladium meum, & etiam arma mea non tuli in manu mea,quia verbum regis vrgebat. Dixit autem ſacerdos: Gladius Gholiath Peliſtæi quem pecuſſiſti in valle quercus, ecce eſt inuolutus panno poſt Ephod. Si iſtum vis tollere tibi,tolle,quia non eſt alius præter ipſum hic. Dixitq; Dauid: Non eſt ſimilis illi,da eum mihi. D Et ſurrexit Dauid,& fugit in die illa à facie Saul. Et venit ad Achis regem Ghath. Dixeruntq; ſerui Achis ad eum. Nonne iſte eſt Dauid rex terræ? Nonne huic cantabant per choros,dicendo: Percuſſit Saul mille ſuos,& Dauid X. milia ſuos? Et poſuit Dauid verba hæc in cordo ſuo,& timuit valde à facie Achis regis Ghath. Et mutauit ipſe ſermonem ſuum in oculis eorum,& inſanum ſe oſtendebat in manibus eorum,&[a] deſignabat in oſtiis portæ,& deſcendere faciebat ſaliuam ſuam in barbam ſuam. Dixitq; Achis ſeruis ſuis: Ecce vidiſtis hominē furentem,vt quid adduxiſtis eum ad me? Deficio inſanis ego, quia adduxiſtis hunc ad inſaniendum coram me? Num iſte ingredietur in domum meam?

Pſal.33.
a ſcribebat

❡ Dauid fugit in ſpeluncam Hadullam,deinde fugit ad regē Moab in Miſpeh,deinde in ſaltum Chareth. Occiduntur per Saul LXXXV. ſacerdotes domini. CAP. XXII.

A ABiit autem Dauid inde & ſeruauit ſe in ſpelunca Hadullam. Et audierunt fratres eius,& omnis domus patris eius,et deſcenderunt ad eum illuc. Et congregati ſunt ad eū omnis vir anguſtiis affectus,& omnis vir cui erat creditor,& omnis vir amarus animo. Fuitq; eis in principem,& fuerunt cum eo ferme CCCC. viri. Et abiit Dauid inde in Miſpeh Moab. Dixitq; ad regem Moab. Egrediatur quæſo pater meus,et mater mea,& maneant vobiſcum,donec ſciam quid faciat mihi deus. Et duxit eos ante regem Moab,& manſerunt cum eo omnibus diebus quibus fuit Dauid in arce. Dixitq; Ghad propheta ad Dauid: Ne maneas in arce. Vade,& ingredere ter- B ram Iehudah. Et abijt Dauid,& venit in ſaltum Chareth. Audiuit autem Saul quòd ſciretur Dauid & viri qui erāt cum eo. Saul autem manebat in Ghibhah ſub arbore in Ramah,& lancea eius erat in manu eius,& omnes ſerui eius ſtabant iuxta eum. Dixitq; Saul ſeruis ſuis,qui ſtabant iuxta eum: Audite quæſo filij Iemini. Etiam omnibus vobis dabit filius Iſai agros, & vineas: omnes vos ponet tribunos,& centuriones. Quia coniuraſtis omēs vos aduerſum me,& non eſt qui aperiat aurem meam,cum fœdus inierit filius meus cū filio Iſai, & non eſt ex vobis qui doleat ſuper me,& qui reuelet aurem meam: quia ſuſcitauit filius meus ſeruum meum aduerſum me,ad inſidias ſecundum diem hanc. Reſpondit autem Doegh Edomæus, qui conſtitutus erat ſuper ſeruos Saul,& dixit: Vidi filium Iſai venientem in Nob ad Achimelech filium Achithub. Et conſuluit pro eo dominum,& eſcam dedit ei,& gladium Gholiath Peliſtæi dedit ei. Et miſit rex ad vocandum Achimelech filium Achithub ſacerdotem, & omnem familiam patris e- C ius,ſacerdotes qui erant in Nob. Et venerunt omēs ad regem. Dixit autem Saul: Audi nunc fili Achithub. Et dixit: Ecce adſum domine mi. Dixitq; ad eum Saul: Vt quid coniuraſtis aduerſum me tu,& filius Iſai,vt dares ei panem, & gladium, & conſuleres pro eo deum, vt conſurgeret contra me ad inſidias ſecundum diem hanc? & reſpondit Achimelech regi,& ait: Et quis inter omnes ſeruos tuos ſicut Dauid fidelis, & gener regis,& qui pergit ad obedientiam tuam, & glorioſus in domo tua? Num hodie cœpi conſulere pro eo deum? Abſit mihi. Ne imponat rex ſeruo ſuo quippiam in omni domo patris mei, quia non nouit ſeruus tuus de omnibus his paruum vel magnum. Dixitq; rex: Moriendo morieris Achimelech, tu & omnis familia ptris tui. Dixitq; rex curſoribus,qui ſtabant D iuxta eum: Conuertimini,& interficite ſacerdotes domini, quia etiam manus eorum eſt cū Dauid,& quia cognouerunt q fugeret,& non aperuerunt aurem meam. Et noluerunt ſerui regis mittere manum ſuam,vt interficerēt ſacerdotes domini. Dixit autem rex ad [c] Doegh: Conuertere tu,& interfice ſacerdotes. Et cōuerſus eſt Doegh Edomæus & interfecit ſacerdotes.

c Doieg



dotes. Et interfecit in die illa octoginta & quinque viros portantes Ephod lineum. Et Nob ciuitatem ſacerdotum percuſſit acie gladij,à viro vſq; ad mulierem,à paruulo vſq; ad lactētem,& boues,& aſinos,& pecudes acie gladij. Et euaſit filius vnus Achimelech filij Achithub,& nomen eius Ebiathar, & fugit poſt Dauid. Et nunciauit Ebiathar ipſi Dauid,quòd occidiſſet Saul ſacerdotes domini. Et dixit Dauid ad Ebiathar: Noui in die illa quod ibi erat Doegh Edomæus,& quod nūciando nunciaret Saul. Ego cauſam præbui quod interficeretur omnis homo familiæ patris tui. Mane apud me. Ne timeas,quoniam [a] qui quæſierit animam meam,quæret animam tuam,quia cuſtoditus eris penes me.

a animā meam quæ tet- g quæſierit animā tuam.

❡ Dauid liberat ab obſidione urbem Chehilah, perſequente eū Saul fugit in ſolitudinem Ziph,conſolatur a Ionathan,ſaluus euadit. CAP. XXIII.

A ANnunciauerunt autem Dauid,dicendo: Ecce Peliſtæi pugnant cum Chehilah,& diripiunt areas. Et interrogauit Dauid dominum,dicendo: Num vadam,& percutiam Peliſtæos iſtos? Dixitq; dominus ad Dauid: Vade,& percuties Peliſtæos,& ſeruabis Chehilah. Dixeruntq; viri Dauid ad eum: Ecce hic in Iehudah timemus,quanto magis cum perrexerimus in Chehilah ad acies Peliſtim? Et addidit Dauid adhuc, vt interrogaret dominum. Et reſpondit ei dominus,& dixit: Surge,deſcende in Chehilah,quia do Peliſtæos in manu tua. Et abijt Dauid,& viri eius in Chehilah,& pugnauit cum Peliſtæis,& duxit pecudes eorum. Percuſſitq; eos plaga magna, & ſeruauit Dauid habitatores Chehilah. Et fuit,cum fugeret Ebiathar filius Achimelech ad Dauid in Chehilah,cū Ephod B deſcendit in manu ſua. Et nunciatum fuit Saul,quòd veniſſet Dauid in Chehilah,dixitq; Saul: Concluſit eum deus in manu mea,quia clauſus eſt ingrediendo vrbem portarum,et vectis. Et congregauit Saul omnem populum in prælium,vt deſcenderet in Chehilah,vt obſideret Dauid,& viros eius. Et cognouit Dauid quòd contra ſe Saul tacite cogitaret malum, & dixit ad Ebiathar ſacerdetem: Applica Ephod. Dixitq; Dauid: Domine deus Iſrael,audiendo audiuit ſeruus tuus,quod quærit Saul venire in Chehilah,vt diſperdat ciuitatem ꝓpter me. Nunquid tradent me maiores Chehilah in manu eius? Nunquid deſcendet Saul,quemadmodum audiuit ſeruus tuus domine Iſrael? Indica quæſo ſeruo tuo. Dixitq; dominus: Deſcendet. Dixitq; Dauid: Nunquid tradent maiores Chehilah me, & viros meos in manu Saul? Et dixit dominus: Tradent. Surrexit autem Dauid,& viri eius,fermè ſexcēti viri,et egreſſi ſunt è Chehilah,& ambulauerunt quo ambulauerunt. Sauli autē nuntiatum fuit,quod euaſiſſet Dauid è Chehilah,& ceſſauit exire. Et manſit Dauid in deſerto in munitionibus, manſitq; in monte in deſerto Ziph. Quæſiuit autem eum Saul omnibus diebus,& non tradidit eum deus in manu eius. Et vidit C Dauid,quòd egreſſus eſſet Saul ad quærendum animam ſuam. Et Dauid erat in deſerto Ziph [b] in ſylua. Surrexit autem Ionathan filius Saul,& iuit ad Dauid [b] in ſyulam,& confortauit manum eius in deo. Dixitq; ad eum: Ne timeas,quia non inueniet te manus Saul patris mei,& tu regnabis ſuper Iſrael,& ego ero tibi ſecundus: Et etiam Saul pater meus ſcit ita. Et pepigerunt ambo fœdus coram domino. Et manſit Dauid [c] in ſylua. Iehonathan autem abijt in domum ſuam. Aſcēderunt autem Ziphæi ad Saul in Ghibhah, dicentes: Nonne Dauid latitat nobiſcum in præſidiis,[d] in ſylua,in colle Chachilah,quæ eſt à dextris [e] Ieſimon? Et nunc ad omne deſiderium animæ tuæ rex deſcendendo deſcende, & noſtrum erit tradere eum in manu regis. Dixitq; Saul: Benedicti vos à domino,quia miſerti eſtis mei. Ite quæſo,& parate adhuc. Et ſcitote,& videte locum eius in quo ſit pes eius,quis viderit eum ibi. Dixit enim mihi nuncius,quod callendo callidè agat: & videte,& ſcitote omnia latibula in quibus abſcondit ſe,& re- D uertemini ad me cum re certa,& ibo vobiſcum. Et erit,ſi fuerit in terra ſcrutabor eum in omnibus milibus Iehudah. Surrexerunt autem,& abierunt in Ziph ante Saul. Dauid vero, & viri eius erant in deſerto Mahon in campeſtribus ad dexteram Ieſimon. Et iuerunt Saul & viri eius ad quærendum, & nunciauerunt nuncij Dauidi,& deſcendit ad petram,& manſit in deſerto Mahon. Et audiuit Saul,& perſecutus eſt Dauid in deſertum Mahon. Et iuit Saul ex latere montis hinc,& Dauid,& viri eius ex latere montis inde,& Dauid feſtinauit ire à facie Saul. Saul autem,& viri eius circundabant Dauid,& viros eius,vt caperent eos. Nuncius autem venit ad Saul, dicens: Accelera,& veni,quoniam impetum fecerunt Peliſtim ſuper terram. Et reuerſus eſt Saul à perſequendo Dauid, & iuit in occurſum Peliſtim. Ideo vocauerunt locum illum Selah hammachlecoth,(id eſt,petram diuiſionum.)

b in Corſah
c i Chorſah.
d i Chorſah
e deſerti

❡ Fugit Dauid in Henghedi,ibi in ſpelunca latitans præcidit oram pallij S.nl. CAP. XXIIII.

A AScendit autem Dauid inde,& manſit in munitionibus Henghedi. Et fuit,quando reueſus eſt Saul à Peliſtim, nunciauerunt ei,dicendo: Ecce Dauid eſt in deſerto Henghedi. Tulitq; Saul tria milia virorum electorum ex omni Iſrael, & iuit ad quærendum Dauid,& viros eius ſuper faciem petrarum hircorum ſylueſtriū. Et venit ad caulas ouium iuxta viam,vbi erat ſpelunca,& ingreſſus eſt Saul ad purgandum vētrem. Dauid autem,& viri eius in lateribus ſpeluncæ manebant. Dixeruntq; viri Dauid ad eum: Ecce dies quam dixit dixit dominus tibi. Ecce do inimicum tuum in manu tua,& facies ei quemadmodum placuerit in oculis tuis. Et ſurrexit Dauid,& abſcidit oram pallij quod erat ipſi Saul clam, Et fuit, poſt hoc percuſſit cor Dauid eum,propterea quòd abſciderat oram quæ erat ipſi Saul. Dixitq; viris ſuis: Abſit mihi à do- B mino,ſi faciam hoc domino meo,Chriſto domini,vt mittam manum meam in eum,quia Chriſtus domini eſt. Et confregit viros ſuos verbis,& nō permiſit eos conſurgere in Saul. Saul autem ſurrexit de ſpelunca,& iuit per viam. Surrexit autem Dauid poſt hæc & egreſſus eſt de ſpelunca, & clamauit poſt Saul,dicendo: Domine mi rex. Et reſpexit Saul poſt ſe,& inclinauit Dauid faciem in terrā,& adorauit. Dixitq; Dauid ad Saul: Vt quid audis verba hominis,dicendo: Dauid quærit malum tuum? Ecce die hac viderunt oculi tui quod tradiderit te dominus hodie in manu mea in ſpelunca. Et dixit quiſpiam vt occiderem te,& peperci tibi,& dixi: Non extendam C manum meam in dominum meū,quia Chriſtus domini eſt. Et pater mi vide,etiam vide oram pallij tui in manu mea, qa dum abſcinderem oram palli tui,non interfeci te. Scito,& vide quia non eſt in manu mea malum,& præuaricatio, neque peccaui tibi. Tu autem inſidiaris animæ meæ,vt auferas eam. Iudicet dominus inter me,& te,& vlciſcatur me dominus de te,& manus mea non ſit in te. Quemadmodum dicit prouerbium antiquorum: Ab impiis egredietur impietas,& manus mea non ſit in te. Poſt quem egreſſus eſt rex Iſrael,quem perſequeris? Poſt canem mortuum, poſt pulicem vnum. Et ſit dominus in iudicem, & iudicet inter me, & te, & videat, & iudicet animam meam, & vendicet me de manu tua. Et fu- D it cum compleuiſſet Dauid loqui verba hæc ad Saul dixit Saul: Num eſt vox tua hæc fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem ſuam & fleuit. Dixitq; ad Dauid: Iuſtiot es me. Tu enim retribuiſti mihi bonum, ego autem retribui tibi malum. Et tu indicaſti hodie, quòd feciſti mecum bonum,quia tradidit dominus in manu tua,& non occidiſti me. Et ſi inuenerit quiſpiam inimicum ſuum, num dimittet eum in via bona? Dominus autem reddat tibi bonum pro die hac, quam feciſti mihi. Et nunc ecce cognoui,quòd regnando regnabis, & ſtabit in manu tua regnum Iſrael. Et nunc iura mihi per dominum,ſi abſcideris ſemen meum poſt me, & ſi diſperdideris nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid ipſi Saul,& abiit Saul in domum ſuam,& Dauid,& viri eius aſcenderunt in præſidium.

¶ Moritur Semuel, Fugit Dauid in deſertum Paran, iraſcitur contra Nabal, quo mortuo uiduã Abighail ducit in uxorẽ. CAP. XXV.

A MOrtuus eſt autem Semuel,& congregati ſunt omnis
Iſrael,& planxerunt eum,& ſepelierunt eum in do-
mo ſua in Ramah. Et ſurrexit Dauid,& deſcendit in deſertum
Paran. Vir autem erat in Mahon,& pecudes ei⁹ in Charmel:
& erat vir magnus valde,& ei erant oues tria milia,& mille ca
præ,& erat dum tonderet pecudes ſuas in Charmel. Et no-
men viri Nabal, nomen verò vxoris eius erat Abighail. Et e-
rat mulier bona intellectu,& pulchra forma. Vir autem erat
durus,& malus operibus,& erat [a] Calibita. Audiuit Dauid
in deſerto, quòd tonderet Nabal pecora ſua. Et miſit Dauid
decem pueros. Dixitq́ Dauid pueris: Aſcendite in Charmel,
& ite ad Nabal,& ſalutate eum nomine meo pacificè. Et dici-
te:[b] Sis ad vitam: Et tu pacificus,& domus tua pacifica,& o-
mne quod eſt tibi erit pacificum. Et nunc audiui quòd ton-
dentes ſunt tibi. Nunc paſtores qui ſunt tibi, fuerunt nobiſ-
cum. Non ignominia affecimus eos, nec defuit eis quicquam
B omnibus diebus quibus fuerunt in Charmel. Interroga pue-
ros tuos,& annunciabunt tibi. Inueniantq́ pueri gratiam in
oculis tuis. In die enim bona venimus. Da obſecro quod in-
uenerit manus tua ſeruis tuis,& filio tuo Dauid. Et venerunt
pueri Dauid,& locuti ſunt ad Nabal iuxta omnia verba hæc
nomine Dauid,& quieuerunt. Et reſpondit Nabal ſeruis Da-
nid,& dixit: Quis eſt Dauid,& quis filius Iſai? Hodie multipli-
cati ſunt ſerui, qui diuidunt ſe vnuſquiſque à facie dominorũ
ſuorum. Et tollam panem meum,& aquam meam,& victi-
mam meã, quam occidi tonſoribus meis,& dabo viris quos
non noui vnde ſint? Et reuerſi ſunt pueri Dauid ad viam ſu-
am,& reuerſi ſunt,& venerunt,& annunciauerunt ei ſecun-
dum omnia verba hæc. Dixitq́ Dauid viris ſuis: Accingite
vos vnuſquiſque gladium ſuum. Et accinxerunt ſe vnuſquiſ-
que gladium ſuum,& accinxit ſe etiam Dauid gladium ſuum,
& aſcenderunt poſt Dauid ferme quadringenti viri, ducẽti au
tem manſerunt ad ſupellectilia. Abighail autem vxori Nabal
C annunciauit puer vnus è pueris, dicendo: Ecce miſit Dauid
nuncios è deſerto ad ſalutandum dominum noſtrum & inue
ctus eſt in eos. Viri autem boni fuerunt nobis valde,& non
fuim⁹ ignominia affecti, nec defuit nobis quicquam omnibus
diebus quibus ambulauimus cum eis, dum eſſemus in agro.
Murus fuerũt nobis tũ nocte, tũ die, oĩbus diebus quibus cũ
eis pauimus pecora. Et nunc ſcito,& vide quid facias, quia cõ
pleta eſt malitia contra dominum noſtrum,& contra omnẽ
domum eius. Et ipſe eſt filius impius, vt nemo poſſit loqui ad
eum. Et feſtinauit Abighail,& tulit ducentos panes,& duos
vtres vini,& quinque oues paratas,& quinque ſata polentæ,
& centum ligaturas vuarum ſiccarum,& ducẽtas carycas. Et
poſuit ſuper aſinos, dixitq́ pueris ſuis: Tranſite ante me, ecce
poſt vos venio. Et viro ſuo Nabal non indicauit. Et fuit, illa
equitãte ſuper aſinum,& deſcendente per abſconditum mon
tis, ecce Dauid,& viri eius deſcendebant in occurſum eius,&
D occurrit eis. Et Dauid dixit: Certe ſeruaui omnia quæ erant
huic in deſerto,& non defuit ex omnibus quæ erant ſibi, quic
quam,& reddidit mihi malum pro bono. Sic faciat deus ini-
micis Dauid,& ſic addat, ſi reliquero ex omnibus, quę ſunt ei,
uſque mane, mingẽtem in parietem. Et uidit Abighail Dauid
& feſtinauit,& deſcendit de aſino & proſtrauit ſe in faciem
Dauid ſuper faciem ſuam,& incuruauit ſe in terra. Et proſtra
uit ſe ad pedes eius,& dixit: Obſecro ego domine mi, ſit obno
xia pœnæ iniquitatis,& loquatur obſecro ancilla tua in auri-
bus tuis,& audi verba ancillæ tuæ. Ne quæſo ponat domin⁹
meus cor ſuum ſuper virum impium hunc, ſuper Nabal,
quia ſecundum nomem ſuum ſic eſt, Nabal nomẽ eius,& ſtul
titia cum eo. Ego autem ancilla tua non vidi pueros domini
mei, quos miſiſti. Et nunc domine mi viuit dominus,& viuit
anima tua quia prohibuit te dominus, vt non venires in ſan-
E guinibus,& ſeruaret manum tuam tibi. Et nunc ſint ſicut
Nabal inimici tui,& quærentes domino meo malum. Et nũc
benedictio hæc, quam attulit ancilla tua domino meo, detur
pueris, qui ambulant ad pedes domini mei. Parce obſecro
præuaricationi ancillæ tuæ, quia faciendo faciet dominus do
mino meo domum ſtabilem, quia prælia domini dominus
meus prẹliatus eſt,& malitia non inuenta eſt in te à diebus tu-
is. Et ſurrexit homo ad perſequendum te,& ad quærendum
animam tuam,& erit anima domini mei colligata in faſcicu-
lo vitæ cum domino deo tuo,& animam inimicorum tuo-
rum eiaculabitur [a] in medio ſedis fundæ. Et erit cum fe-
cerit dominus domino meo ſecundum omne quod locutus
eſt bonum ſuper te & præceperit tibi vt ſis dux ſuper Iſrael,
non erit hoc tibi offenſio,& offendiculum cordis domino
meo,[b] & ad effundendum ſanguinem gratis,& ad faciẽdum
ſalutem dominus meus ſibi,& benefecerit dominus domino
F meo, recordaberis ancillæ tuæ. Dixitq́ Dauid ad Abighail: Be
nedictus dominus deus Iſrael, qui miſit te die hac in occur-
ſum mei. Et benedictum eloquium tuum,& benedicta tu,
quæ prohibuiſti me die hac, ne venirem in ſanguinibus ad ſer
uandũ [c] manũ meam mihi. Et quidem viuit dñs deus Iſrael,
qui prohibuit me, ne malefacerem tibi, quia niſi feſtinaſſes,&
veniſſes in occurſum mei non remanſiſſet ipſi Nabal vſque
ad lucem matutinam, mingens ad parietem. Et tulit Dauid è
manu eius, quod adduxerat ſibi,& ei dixit: Aſcende in pace in
domum tuam. Vide, audiui vocem tuam,& ſuſcepi faciem
tuam. Et venit Abighail ad Nabal,& ecce erat ei conuiuium
in domo ſua, ſicut conuiuium regium,& cor Nabal iocun-
dum,& ipſe erat ebrius valde, et nõ indicauit ei rem paruam,
& magnam, vſque ad lucem matutinam. Et fuit, mane cum e-
greſſum eſſet vinum à Nabal, indicauit ei vxor eius verba
iſta,& mortuum eſt cor eius in medio eius,& fuit vt lapis. Et
fuerunt ferè decem dies,& percuſſit dominus Nabal,& mor
G tuus eſt. Et audiuit Dauid ꝙ mortuus eſſet Nabal,& dixit: Be
nedictus dominus qui iudicauit iudicium opprobrij mei de
manu Nabal,& ſeruum ſuum retinuit à malo,& malum Na-
bal reddidit dominus in caput eius: Miſitq́ Dauid,& locutus
eſt ad Abighail, vt ſumeret eam ſibi vxorem. Et venerunt ſer-
ui Dauid ad Abighail in Charmel,& locuti ſunt ad eam, dicẽ
do: Dauid miſit nos ad te, vt ſumat te ſibi vxorem. Et ſurre-
xit,& incuruauit ſe in faciẽ ſuper terram,& dixit: Ecce ancilla
tua ꝓ ancilla ad lauandũ pedes ſeruorũ dñi mei. Et feſtinauit,
et ſurrexit Abighail,& inſedit ſuper aſinũ,& quinq́ pullæ eius
ambulabant ad pedes eius,& iuit poſt nuncios Dauid,&
fuit ei vxor. Et Achinohan tulit Dauid de Izrehel,& fuerunt
etiam ambæ ſibi vxores. Saul autem dedit Michal filiã ſuam
vxorem Dauid, Palti filio Lais, qui erat de Gallim.

a de ſtirpe Caleb.

b id eſt, Sic uiuas, ut tibi & tuis omnibus ſit pax.

a uelut è media fũdæ curuatura.

b quod effuderis ſanguinẽ gratis, & tibi ius feceris. Et bene faciet

c me manu mea

¶ Saule in caſtris dormiente, Dauid lanceam eius & ſcyphum aufert. CAP. XXVI.

A VEnerunt autem Ziphæi ad Saul in Ghibhah, dicendo:
Nônne Dauid latet in Ghibhah Chachilah quæ eſt cõ
tra faciem Ieſimon? Surrexitq́ Saul,& deſcendit in deſertum
Ziph,& cum eo erant tria milia virorum electorum Iſrael, vt
quæreret Dauid in deſerto Ziph. Et caſtrametatus eſt Saul in
Ghibhah Chachilah, quæ eſt contra faciem Ieſimon iuxta vi-
am. Dauid autem manebat in deſerto. Et cognouit quòd ve-
niſſet Saul poſt ſe in deſertum Et miſit Dauid exploratores,
& cognouit, quod veniſſet Saul pro certo. Et ſurrexit Dauid,
& venit ad locum in quo caſtrametatus erat Saul,& vidit Da
B uid locum vbi iacebat Saul & Abner filius Ner, princeps mi
litiæ eius. Saul autẽ iacebat in loco caſtrorum,& populus ca
ſtrametati erant per circuitũ eius. Et reſpõdit Dauid,& dixit
ad Achimelech Chittęũ,& ad Abiſai filiũ Seruiah fratrẽ Ioab,
dicendo: Quis deſcendet mecũ ad Saul in caſtra? Et dixit Abi
ſai: Ego deſcendam tecum. Et venit Dauid,& Abiſai, ad po-
pulum nocte. Et ecce Saul iacens dormiebat in loco caſtro-
rum,& lancea eius fixa erat in terra ad caput eius,& Abner,&
populus iacebant per circuitũ eius. Dixit autẽ Abiſai ad Da-
uid: Concluſit deus hodie inimicum tuũ in manu tua. Et nũc
percutiam eum nunc lancea in terra vice vna,& non iterabo
ei. Dixitq́ Dauid ad Abiſai: Ne diſperdas eum. Quis enim ex-
tendet manum ſuam in Chriſtum domini,& innocens erit?
Dixitq́ Dauid: viuit dominus, niſi dominus percuſſerit eum,
C vel dies eius venerit,& moriatur, vel in prælium deſcenderit,
& perierit. Abſit mihi à dño, ne mittã manũ meam in Chriſtũ
domini. Et nunc tolle obſecro lanceam quæ eſt ad caput eius,
ſcyphum aquæ,& eamus. Et tulit Dauid lanceam,& ſcyphum
aquæ qui erat ad caput Saul,& abierunt. Et non fuit qui
videret, nec cognoſceret, nec vigilaret, ſed omnes dormie-
bant. Sopor enim [a] vehemens ceciderat ſuper eos. Et tranſi-
uit Dauid in aduerſum,& ſtetit ſuper verticem montis à lõge.
multus locus erat inter eos. Et clamauit Dauid ad populũ,&
ad Abner filium Ner, dicendo: Nônne reſpondebis Abner?
D Et reſpondit Abner,& dixit: Quis es tu qui clamaſti ad regẽ?
Dixit autem Dauid ad abner: Nônne vir es tu? Et quis ſicut tu
in Iſrael? Et vt quid non cuſtodiſti dominum tuum regẽ? ve-
nit enim vnus è populo ad perdendũ regem dominũ tuum.
Nõ eſt bonum hoc quod feciſti. Viuit domin⁹ quia obnoxij
morti eſtis, qui nõ cuſtodiſtis dominum veſtrum Chriſtũ do-
mini. Et nunc vide, vbi ſit lancea regia,& ſcyphus aquæ qui
E erat ad caput eius. Et cognouit Saul vocem Dauid,& dixit:
Num eſt vox tua hæc fili mi Dauid? Et dixit Dauid: Vox mea
eſt dñe mi rex. Et dixit: Vt quid dominus meus perſequitur
ſeruum ſuum? Quid em̃ feci? Et quod in manu mea malum?
Et nũc audiat quæſo dominus meus rex verba ſerui ſui. Si do
minus incitauit te contra me, odoret ſacrificium. Si verò filij
hominum maledicti ſunt coram domino, quia expulerunt me
hodie, ne habitem in hæreditate domini, dicendo: Vade, ſer-
ui dijs alienis. Et nunc ne cadat ſanguis meus in terram coram
facie domini, quia egreſſus eſt rex Iſrael ad quærendum puli-
cem vnum, quemadmodum perſequitur quiſpiam perdicem
in montibus. Dixitq́ Saul: Peccaui. Reuertere fili mi Dauid.
Non enim malefaciam tibi amplius, eo quòd precioſa fuit a-
nima mea in oculis die hac. Ecce ſtultè egi,& erraui multum
valde. Et reſpondit Dauid,& dixit: Ecce lancea regis. Tranſe-
at vnus è pueris & tollat eam. Dominus autem reddat vnicui
que iuſtitiam ſuam,& fidem ſuam, quia tradidit te hodie do-
minus in manum,& volui mittere manum meam in Chri-
ſtum domini. Et ecce ſicut magnificata eſt anima tua die hac
in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis domini,
& eruat me ex omni anguſtia. Dixitq́ Saul ad Dauid: Benedi-
ctus tu fili mi Dauid. Etiam faciendo facies,& valẽdo valebis,
& iuit Dauid in viam ſuam. Et Saul reuerſus eſt in locũ ſuum.

a Sopor domini

¶ Dauid fugit ad Achis regem Ghath, datur ei urbs Sclagh, agit innumeram prẹdam. CAP. XXVII.

A DIxit autem Dauid in corde ſuo: Nunc conſumar die
vna per manum Saul. Nônne eſt bonum quod eruen-
do eruam me in terra Peliſtim,& deſperet de me Saul,& non
quærat me amplius in omni termino Iſrael,& eruam me de
manu eius? Et ſurrexit Dauid,& tranſiuit ipſe,& ſexcenti viri
qui erant ſecum ad Achis filium Mahoch regem Ghath. Et ha
bitauit Dauid cum Achis in Ghath, ipſe,& viri eius ſingulus
cum familia ſua, Dauid,& duæ vxores eius Achinoham Izre-
helitis,& Abighail vxor Nabal Charmelitis. Et nunciatum eſt
B Sauli quòd fugiſſet Dauid in Ghath,& non addidit vltra, vt
quæreret eum. Dixit autem Dauid ad Achis: Si quæſo inueni
gratiam in oculis tuis, dent mihi locum in vna ex vrbibus re-
gionis,& manebo ibi. Et vt quid manet ſeruus tuus in ciuita-
te regia tecum? Et dedit ei Achis in die illa Siclagh. Ideo fuit Si
clagh regibus Iehudah vſque ad diem hanc. Fuit autem nu-
merus dierum quibus manſit Dauid in regione Peliſtim [b] an-
C nus & quatuor menſes. Et aſcendit Dauid,& viri eius,& im-
petum fecerunt in Gheſuritam,& Ghirzitan,& Hamalechi-
tam. Hi enim inhabitabant terram quæ fuit [c] à ſeculo, ingredi
ente te Sur vſq́ ad terrã Aegypti. Et percuſſit Dauid terram,
nec viuum reliquit virum & mulierem,& tulit oues, et boues
& aſinos & camelos ac veſtes et reuerſus eſt, et venit ad Achis.
Dixitq́ Achis: Quo iuiſtis ad prædam hodie? Et dixit Dauid:
Contra meridiem Iehudah,& contra meridiẽ Ierachmeeli,&
D contra meridiem Cheni. Et virum,& mulierem non relin
quebat viuum Dauid, vt adduceret in Ghath, dicendo: Ne
fortè nuncient contra nos, dicendo: Sic fecit Dauid,& ſic fuit
conſuetudo eius omnibus diebus quibus manſit in regione
Peliſtim. Et credidit Achis Dauid, dicendo: Abominando ab
ominatus eſt populum ſuum Iſrael,& erit mihi ſeruus in ſe-
culum.

b aliquot dies & quatuor menſes.

c ab antiquo

¶ Saul interfectis magis & hariolis, orto aduerſus ſe bello, conſulit pythonicam, ſuſcitatur Semuel. CAP. XXVIII.

A ET fuit, in diebus illis congregarunt Peliſtim caſtra ſua in
pugnam, vt pugnarent cum Iſrael. Dixitq́ Achis ad Da
uid: Sciendo ſcies quòd mecum egredieris in caſtra tu,& viri
tui. Dixitq́ Dauid ad Achis: Profecto ſcies quæ faciet ſeru⁹ tu-
us. Dixitq́ Achis ad Dauid: Profecto cuſtodem capiti meo
ponam te omnibus diebus. Semuel autem mortuus erat,&
planxerunt eum omnis Iſrael,& ſepelierunt eum in Ramah,&
in vrbe ſua. Saul autem remouit pythones,& magos de terra.
Et congregati ſunt Peliſtim,& venerunt,& caſtrametati ſunt
in Sunem,& congregauit Saul omnem Iſrael,& caſtrametati
ſunt in Ghilboah. Et vidit Saul caſtra Peliſtim,& timuit,& ex
pauit cor eius valde. Et conſuluit Saul dominum,& non re-
ſpondit ei dominus nec per ſomnia, nec ꝑ Vrim, nec per pro
phtas. Dixit autem Saul ſeruis ſuis: Quærite mihi mulierẽ ha-
bentem pythonem,& ibo ad eam,& inquiram per eam. Dixe
runtq́ ſerui eius ad eum: Ecce mulier habens pythonẽ in Hen
B dor. Et mutauit ſe Saul,& induit ſe veſtimentis aliis & abijt i-
pſe,& duo viri cum eo, veneruntq́ ad mulierem nocte,& di-
xit: Diuina quæſo mihi per pythonem,& fac aſcendere ad me
quem dixero tibi. Dixitq́ mulier ad eum: Ecce tu noſti q̃ fecit
Saul, q̃ abſcidit pythões et magos è terra. Et vt q̃d tu offendi-
culũ ponis animæ meæ, vt mori facias me? Et iurauit ei Saul ꝑ
dñm, dicẽdo: Viuit dñs, ſi euenerit tibi punitio propter hoc.
Dixitq́ mulier: Quem aſcendere faciam tibi? Et dixit: Semuelẽ
fac aſcendere mihi. Viditq́ mulier ſemuelẽ,& clamauit voce
magna,& dixit mulier ad Saul, dicẽdo: Vt quid decepiſti me,
& tu es Saul? Dixitq́ ei rex: Ne timeas; quid em̃ vidiſti? Et di-
xit mulier ad Saul: Diuũ vidi aſcendentẽ è terra. Dixitq́ ei: Qua
C lis forma eius? & ait: Vir ſenex aſcẽdit,& ipſe amictus pallio.
Et cognouit Saul ꝙ Semuel eſſet,& incuruauit ſe in faciẽ ſuper
terram,& adorauit. Dixitq́ Semuel ad Saul: Vt quid cõmoui
ſti me, vt faceres aſcendere me? Dixitq́ Saul: Anguſtiis afficior
valde,& Peliſtim pugnant contra me,& deus receſſit à me,&
non reſpondit mihi vltra, neq́ per manũ prophetarum, neq́
per ſomnia. Et vocaui te, vt ſcire me faceres, quid faciã. Dixitq́
Semuel: Et vt qui interrogas me,& dñs receſſit à te,& eſt cum
inimico tuo? Et fecit dñs ei quemadmodũ locutus eſt per ma
num meã. Et ſcidit dñs regnũ de manu tua,& dedit illud ſocio
tuo Dauid. Propterea ꝙ non audiſti voci dñi, nec feciſti iram
furoris eius cõtra Hamalech. Ideo hoc fecit tibi dñs die hac. Et
dabit dñs etiã Iſrael tecũ in manu Peliſtim. Et cras eris tu,& fi
lij tui mecũ. Etiam caſtra Iſrael dabit dominus in manu Peli-
ſtim. Et feſtinauit Saul,& cecidit plenitudo ſtaturæ eius in ter
rã,& timuit valde propter verba Semuel. Etiã vires non erãt
in eo, quia non comederat panem tota die,& tota nocte. Et
venit mulier ad Saul,& vidit quòd territus eſſet valde,& di-
xit ei: Ecce obtemperauit ancilla tua voci tuæ,& poſui ani-
D mam meam in manu mea,& parui verbis tuis, quæ locu-
tus es ad me. Et nunc obtempera quæſo etiam voci ancillæ
tuæ,& ponam ante te bucellam panis,& comede. Et erunt
in te vires, vt vadas per viam. Et renuit,& dixit: Non com-
edam. Et coegerunt eum ſerui eius,& etiam mulier,& au-
diuit voci eorum, ſurexitque è terra,& ſedit ſuper lectum.
Mulieri autem erat vitulus pinguis in domo,& feſtinauit,

Supra. 25. a.

Eccl. 46. d.

Supr. 15. f.

& iugulauit eum, & tulit farinam,& miſcuit,& coxit ex ea in-
fermentata.Et attulit ante Saul,& ante ſeruos eius,& comede
runt,& ſurrexerunt,& abierunt nocte ipſa.

¶Dauid cum Peliſtæis aduerſum Saul pugnaturus ab exercitu remittitur. CAP. XXIX.

A ET congregauerunt Peliſtim omnia caſtra ſua in Aphec,
& Iſrael caſtrametati erant [a] in fonte qui erat in Izrehel.
Principes autẽ Peliſtim tranſibant cẽteni,& milleni.Dauid au
tem,& viri eius trãſibant in nouiſſimo cũ Achis.Dixeruntq;
principes Peliſtim:Quid hic agunt Hebræi iſti?Dixitq; Achis
B ad principes Peliſtim:Nõnne iſte eſt Dauid ſeruus Saul regis
Iſrael,qui fuit mecũ iam diebus ,vel iam annis,& non inueni
in eo quicquam à die qua habitauit vſq; ad diẽ hanc?Et irati
ſunt aduerſus eũ principes Peliſtim,dixeruntq; ei principes Pe
liſtim:Fac redire virũ,& reuertatur ad locũ ſuum in quo con
ſtituiſti eũ,& non deſcẽdat nobiſcũ in prælĩũ.Et non ſit nobis
aduerſarius in prælio.Et in quo placebit hic domino ſuo?Nõ
ne in capitibus virorũ horum?Nõnne hic eſt Dauid,cui cane
C bant in choris,dicẽdo:Percuſſit Saul mille ſuos,Dauid decem
milia ſuos?Vocauit autem Achis Dauid,& dixit ei:Viuit do
minus,quia rectus es,& bonus in oculis meis,egrediente te,&
ingrediente te mecũ in caſtra.Non enim inueni in te malum à
die quo ingreſſus es ad me vſq; ad diẽ hanc,ſed in oculis prin
cipum non es bonus.Et nunc reuertere,& vade in pace,& nõ
facies malũ in oculis principum Peliſtim.Dixitq; Dauid ad A-
D chis:Quid enĩ feci,& quid inueniſti in ſeruo tuo à die qua fui
corã te vſq; ad diẽ hãc,ꝙ nõ veniã,& pugnẽ cõtra inimicos
domini mei regis?Et reſpõdit Achis,dixitq; ad Dauid: Noui
quòd bonus es in oculis meis,ſicut angelus dei.Sed principes
Peliſtim dixerunt:Nõ aſcendat nobiſcum in prælĩũ.Et nunc
ſurge mane,& ſerui domini tui qui venerunt tecũ,& ſurgite
mane,& illuceſcet vobis,& ite.Et ſurrexit Dauid, & viri eius,
vt iret mane,vt reuerteretur ad terram Peliſtim.Peliſtim verò
aſcenderunt in Izrehel.

¶Dauid remiſſus Siclagh ſuccẽſam inuenit,perſequitur ſuccenſionis autores,recuperat prædam. CAP. XXX.

A ET fuit,cum veniſſet Dauid & viri eius in Siclagh die ter
tia,Hamalecitę graſſati fuerãt uerſus meridiẽ,et Siclagh.
Et percuſſerant Siclagh,& cõbuſſerant eam igni. Et captiuas
duxerant mulieres,quæ erant in ea,à paruo vſq; ad magnum,
non interfecerunt quenq;, ſed duxerunt,& abierunt in viam
ſuam.Et venit Dauid,& viri eius ad ciuitatem,& ecce combu
ſta erat igni,& vxores eorum & filij eorum,& filiæ eorum ca
ptiui ducti erant.Et leuauit Dauid,& populus, qui erat cum
eo,vocẽ ſuam,& fleuerunt donec nõ eſſent in eis vires ad flen
dum.Et duæ vxores Dauid captiuę ductæ erant Achinoham
Izrehelita,& Abighail vxor Nabal Charmelitæ,Et anguſtiis
affectus eſt Dauid valde.Dixerũt enim populus ꝙ lapidaret
B eum,ꝙ amaritudine affecta eſſet anima oĩs populi vniuſcu-
iuſq; ſuper filiis ſuis,& ſuper filiabus ſuis.Et roborauit ſe Da-
uid in dñõ deo ſuo.Dixit aũt Dauid ad Ebiathar ſacerdotẽ fi-
liũ Achimelech:Applica quæſo mihi Ephod.Et applicauit E-
biathar Ephod Dauidi.Et interrogauit Dauid dñm,dicendo:
Nũ perſequar exercitũ hunc?Num attingam eum?Et dixit ei:
Perſequere,quia cõprehendẽdo cõprehendes,& eruẽdo eru-
es.Et abijt Dauid ipſe,& ſexcenti viri qui erãt ſecũ,& venerunt
C vſq; ad torrentẽ Beſor.Reliqui verò ſubſtiterunt.Et perſecu-
tus eſt eos Dauid ipſe,& quadringenti viri,& ſubſtiterũt du-
centi viri qui laſſi fuerant,ne tranſirent torrentẽ Beſor. Inue-
neruntq; virũ Aegyptium in agro,& attulerũt eũ ad Dauid,
& dederunt ei panẽ & comedit,& propinauerunt ei aquam.
Et dederunt ei fragmen carycæ,& duas ligaturas vuarum paſ
ſarum,& comedit.Et reuerſus eſt ſpiritus eius in eo. Non enĩ
comederat panem,nec biberat aquam tribus diebus,& trib9
D noctibus.Dixitq; ei Dauid:Cuius es tu,& vnde es?Dixitq; pu
er Aegyptius:Ego ſum ſeruus viri Hamalechitę,& dereliquit
me dñs meus,quia ægrotaui,hodie tres ſunt dies.Nos iuimus
ad pr̨edam,ad meridiem Cherethi,& ad id quod eſt Iehudah,
& ad meridiem Chaleb,& Siclagh cõbuſſimus igni. Dixitq;
ad eum Dauid:Num deſcendere facies me ad exercitũ illum?
Et dixit:Iura mihi per deũ,quòd non occides me,neq; trades
me in manũ domini mei,& aſcendere faciã te ad exercitum il-
lum.Et deſcendere fecit eũ. Et ecce diffuſſi erant in ſuperficie
omnis terræ comedentes,& bibentes & tripudiãtes propter
oĩa ſpolia magna quæ tulerant è terra Peliſtim,& è terra Ie-
hudah.Et percuſſit eos Dauid à crepuſculo vſq; ad veſperam
in craſtinũ,& non euaſit ex eis quiſq;,præter quadringentos
viros adoleſcentes qui equitauerũt ſuper camelos,& fugerũt.
Et eruit Dauid omnia quæ tulerunt Hamalec,& duas vxores
E ſuas eruit Dauid.Et non defuit eis à paruo vſq; ad magnũ:vſ-
que ad filios,& filias,& à ſpoliis vſq; ad omnia quæ tulerũt ſi-
bi, oĩa reduxit Dauid.Et tulit Dauid omes pecudes,& boues
duxerunt ante gregẽ ipſum.Et dixerũt:Hæc eſt præda Dauid.
Venitq; Dauid ad ducentos viros,qui laſſi fuerãt,vt non poſ
ſent ire poſt Dauid,& reſidere fecerant eos in torrẽte Beſor.
Egreſſi ſunt in occuſſum Dauid,& in occurſum populi,qui e-
rat ſecũ.Et acceſſit Dauid ad populũ,& ſalutauit eos pacifice.
Reſpondit aũt oĩs vir malus,& impius,ex viris qui iuerunt
F cũ Dauid,& dixerũt:Pro eo ꝙ non venerunt nobiſcũ,non da
bimus eis de ſpoliis quæ eruimus,ſed vnuſquiſq; vxorẽ ſuam,
& filios ſuos ducent,& ibũt.Dixit autẽ Dauid:Non facietis ſic
fratres mei.Quæ dedit dñs nobis,& cuſtodiuit nos,& dedit
exercitũ qui venit contra nos in manu noſtra.Et quis audiet
vos in re hac?Sed ſicut portio deſcẽdentis ad prælĩũ,erit por
tio manentis ad ſarcinas,pariter diuidẽtur.Et fuit à die illa &
ſupra,poſitũ eſt hoc in legẽ,& in ius in Iſrael vſq; ad diẽ hanc.
Et venit Dauid in Siclagh,& miſit de præda ſenioribus Iehu-
dah amicis ſuis,dicẽdo:Ecce vobis benedictio de ſpoliis inimi
corũ dñi.Iis qui erãt in Bethel,& qui in Ramoth ad meridiẽ,
& q in Iatther.Et qui in Haroer,& qui in Siphmoth,& qui in
Eſtemohah.Et qui in Rachel,& qui in vrbibus Ierachmeli,&
qui in vrbibus Cheni. Et qui in Chormah,& qui in Borha-
ſan,& qui in Hathah.Et qui in Chebron & omnibus locis in
quibus ambulauerat Dauid ipſe,& viri eius.

¶Saul inita cũ Peliſtæis pugna,cũ liberis occiditur. CAP. XXXI.

A PEliſtim autẽ pugnabãt cum Iſrael.Et fugerunt viri Iſrael
à facie Peliſtim,& ceciderunt vulnerati in mõte Ghilbo
ah.Et peſecuti ſunt Peliſtim Saul,& filios eius.Percuſſeruntq; 1.Par.10.a.
Peliſtim Ionathan.& Abinadab,& Malchiſuah filios Saul.Et
aggrauatũ eſt prælĩũ contra Saul,& inuenerunt eum iaculato
res viri cũ arcu,& timuit valde à iaculatoribus. Dixitq; Saul
armigero ſuo:Euagina gladiũ tuum,& ꝑfode me illo, ne for-
B tè veniant incircunciſi iſti,& perfodiant me,& illuſiones fiant
in me,& noluit armiger eius.Timebat enĩ valde.Et tulit Saul
gladiũ,& irruit ſuper eũ.Viditq; armiger eius, ꝙ mortuus eſ-
ſet Saul,& irruit etiam ipſe ſuper gladiũ ſuum,& mortuus eſt
cum eo.Mortuuſq; eſt Saul,& tres filij eius,& armiger eius,&
etiam omnes viri eius in die illa pariter.Et viderũt viri Iſrael,
qui erant in trãſitu vallis,& qui erant in tranſitu Iarden,quòd
fugiſſent viri Iſrael,& quod mortui eſſent Saul,& filij eius,&
reliquerũt ciuitates,& fugerunt.Veneruntq; Peliſtim,& habi
tauerunt in eis.Et fuit,in craſtino venerunt Peliſtim ad expo-
C liandum interfectos,& inuenerũt Saul,& tres filios eius iacen
tes in monte Ghilboah.Et abſciderunt caput eius,& ſpoliaue
runt arma eius,& miſerunt in terram Peliſtim per circuitum
ad annunciandum in templo idolorum ſuorum, & in po-
pulo.Et poſuerunt arma eius in templo Haſtaroth. Corpus
verò eius fixerunt in muro Bethſan.Et audierunt de eo habi-
D tatores Iabes Ghilhad,q̃ fecerũt Peliſtim ipſi Saul.Et ſurrexe
runt oĩs vir fortis,& ambulauerunt tota nocte,tuleruntq;
corpus Saul,& corpora filiorum eius de muro Bethſan, & 2.Reg.2.a.
venerunt in Iabes,& cõbuſſerũt ea ibi.Et tulerunt oſſa eorũ,
& ſepelierunt ſub arbore Iabes,& ieiunauerunt ſeptẽ diebus.

FINIS.

Liber



# Liber Semuelis ſecundus: Interprete Sante Pagnino,Lucenſi.

¶Dauid nuncium ſe Saulem interfeciſſe mentientem occidi iubet, plangit Saulem & Ionathan.

CAPVT I.

A ET FVIT POST MOR
tem Saul,Et Dauid reuerſus erat à cædẽ
do Hamalec,& manſerat Dauid in Si-
clagh diebus duobus.Et fuit,die tertio,
ecce vir venit è caſtris Saul & veſtes eius
ſciſſæ erant,& terra ſuper caput eius. Et
fuit,cum veniſſet ad Dauid,cecidit in ter
ram,& incuruauit ſe,Dixitq; ei Dauid:Vnde venis?Dixitq; ad
eum:E caſtris Iſrael erui me.Dixitq; ad eum Dauid:Quid eue
nerit,nuncia quæſo mihi.Et dixit:Fugit populus de prælio,
& etiam multitudo cecidit è populo,& mortui ſunt.Et etiam
Saul,& Ionathan fili9 eius mortui ſunt. Dixitq; Dauid ad pue
rum,qui nunciabat ſibi: Quomodo noſti quòd mortuus ſit
Saul, & Ionathan filius eius?Dixitq; puer,qui nunciebat ei:
B Per accidens veniendo,per accidens veni in montem Ghilbo
ah,& ecce Saul innixus erat lanceæ ſuæ,& ecce currus & equi-
tes perſequebantur eum.Et reſpexit poſt ſe,& vidit me,voca-
uitq; me.Et dixi ei:Ecce adſum.Dixitq; mihi:Quis es tu?Et di
xi ad eum:Hamalecites ſum.Dixitq; mihi:Sta quęſo ſuper me,
& interfice me,quia tenet me anguſtia,quia omnis adhuc ani-
ma mea eſt in me.Et ſteti ſuper eum,& interfeci eum.Sciebam
enim quòd non viueret.Mortuo illo,tuli diadema quod erat
ſuper caput eius,& armillam quæ erat in brachio eius,& ad-
duxi ea ad dominum meum huc.Et apprehendit Dauid veſti
menta ſua,& ſcidit ea,& etiam omnes viri qui erant ſecum,&
planxerunt,& fleuerunt,& ieiunauerunt vſque ad veſperam
ſuper Saul,& ſuper Ionathan filium eius,& ſuper populũ do-
mini,& ſuper domum Iſrael,puia mortui erant gladio. Dixit
autem Dauid ad puerum,qui nunciabat ſibi: Vnde es tu? Et
dixit:Filius viri peregrini Hamalecitæ ſum.Dixitq; ad eũ Da-
uid:Quomodo non timuiſti mittere manum tuam ad perdẽ
dum chriſtum domini?Vocauitq; Dauid vnum è pueris, &
C dixit:Accede,occide eum.Et pecuſſit eum.& mortuus eſt.Di
xitq; ad eum Dauid:Sanguis tuus ſuper caput tuum. Os enĩ
tuum teſtificatum eſt contra te,dicendo:Ego occidi chriſtum
domini.Et lamentatus eſt Dauid lamentationem hanc ſuper
Pſal.104. Saul,& ſuper Ionathan,filium eius.Dixitq;,vt docerent filios
Iehudah iaculari arcu:Ecce ſcriptum eſt [a] in libro Iaſar.O deſi
derabilis terra Iſrael,in excelſis tuis vulneratus eſt.Quomodo
ceciderunt potentes?Ne annuncietis in Ghath,& ne annun-
cietis in plateis Aſchelon,ne forte lætentur filiæ Peliſtim, ne
forte exultent filiæ incircunciſorum. Montes Ghilboah neq;
D ros,neque pluuia deſcendat ſuper vos,neque ſint agri oblatio
num,quia ibi proiectus eſt clypeus fortium,clypens Saul,ac ſi
non eſſet vnctus oleo.A ſanguine interfectorum ab adipe for
tium.Sagitta arcus Ionathan non redijt retrorſum,& gladi-
us Saul nõ eſt reuerſus inanis.Saul,& Ionathã amabiles,& de-
cori in vita ſua,& in morte ſua non ſunt ſeparati. Aquilis le-
uiores,leonibus fortiores fuerunt.Filiæ Iſrael ſuper Saul flete,
qui veſtiebat vos coccino cum deliciis,qui aſcendere faciebat
ornamentum aureum ſuper veſtem veſtram.Quomodo ceci
derunt fortes in medio belli?Ionathan in excelſis tuis occiſus
eſt.Anguſtiis afficior ſuper te frater mi Ionathan. Dulcuiſti
mihi valde.Mirabilior fuit amor tuus mihi amore mulierum.
Quomodo ceciderunt fortes,& perierunt arma bellica?

[a] in libro recti id eſt Moſis.Cõmẽdat enim lex uſum armorum

¶Vnctio Dauid in Chebron.conflictus militum Dauid & Isboſeth.

CAP. II.

A ET fuit,poſt hæc interrogauit Dauid dominũ, dicendo:
Num aſcendam in vnam ex vrbibus Iehudah? Dixitq;
dominus ad eum:Aſcende.Et dixit Dauid:Quo aſcendam?Et
dixit:In Chebron.Et aſcendit illuc Dauid,& etiam duæ vxo-
res ei9 Achinoham Izrehelitis,& Abighail vxor Nabal Char-
melitę.Et viros ſuos qui erant ſecum, aſcendere fecit Dauid,
vnumquenque cum familia ſua,& manſerũt in vrbibus Che
bron.Et venerunt viri Iehudah,& vnxerunt ibi Dauid in re-
gem ſuper domum Iehudah,Et nunciauerunt Dauid, dicen-
B do:Viri Iabes Ghilhad ſepelierunt Saul.Et miſit Dauid nun-
cios ad viros Iabes Ghilhad,& dixit ad eos:Benedicti vos à
domino,qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro 1.reg.31.d.
cum Saul,& ſepeliſtis eum.Et nunc faciat dominus vobiſcum
miſericordiam,& veritatem.Et ego etiam faciam vobiſcum
bonum hoc,quia feciſtis rem hanc.Et nũc confortentur ma-
nus veſtræ,& eſtote filij fortes,quia mortuus eſt dominus ve
ſter Saul.Et etiam me vxorem domus Iehudah in regem ſup
vos.Abner autẽ filius Ner princeps militiæ,qui erat ipſi Saul,
tulit Isboſeth filium Saul,& tranſire fecit eum [a] in caſtra.Et re
gnare fecit eum ſuper Ghilhad,& ſuper Aſuri,& ſuper Izre- a in Machanaim.
hel,& ſuper Ephraim,& ſuper Biniamin,& ſuper Iſrael vni-
uerſum.Quadragenarius erat Isboſeth filius Saul , quando
regnauit ſuper Iſrael,& duobus annis regnauit: tantum do-
mus Iehudah ſequebatur Dauid.Et fuit numerus dierum qui
C bus fuit Dauid rex in Chebron ſuper domum Iehudah,ſe-
ptem anni,& ſex menſes.Et egreſſus eſt Abner filius Ner,& ſer
ui Isboſeth filij Saul de caſtris in Ghibhon.Ioab fili9 Seruiah,
& ſerui Dauid egreſſi ſunt , & occurrerunt eis iuxta piſci-
nam Ghibhon pariter.Et manſerunt ij iuxta piſcinam hinc,&
illi iuxta piſcinam inde.Dixitq; Abner ad Ioab:Surgant nunc
pueri,& ludant ante nos.Dixitq; Ioab:Surgant.Et ſurrexerũt
& tranſierũt in numero duodecim.Ex Biniamin, & Isboſeth
filio Saul. Et duodecim ex ſeruis Dauid.Et apprehenderunt
D vnuſquiſque caput proximi ſui,& gladius ſuus in latus proxi
mi ſui,& ceciderunt pariter.Et vocauit locum ipſum Chel-
cath Haſſurim(Ager fortium)qui eſt in Ghibhon.Et fuit pr̨e
lium durum vſque valde in die illa.Et cæſus eſt Abner,& viri
Iſrael coram ſeruis Dauid. Erant autem ibi tres filij Seruiah,
Ioab,& Abiſai,& Haſael.Haſael autem leuis erat pedibus ſu-
is ſicut vnus è capreis qui ſunt in agro.Et perſecutus eſt Haſa
el Abner,& non declinauit eundo ad dexteram nec ad ſini-
ſtram à tergo Abner.Et reſpexit Abner poſt ſe & ait:Tu ne es
Haſael?Et dixit Sum.Dixitq; illi Abner:Declina ad dexteram
E tuam vel ad ſiniſtram tuam,& apprehende vnum è pueris,&
tolle tibi exuuias eius.Et noluit Haſael declinare à tergo illius.
Addidit autem adhuc Abner dicere ad Haſael:Recede à ter-
go meo.Vt quid percutiã te in terrã?Et ſi ꝑcuſſero te, quo-
modo leuabo faciem meam ad Ioab fratrem tuum?Et renuit
recedere.Et percuſſit eum Abner cuſpide lanceæ in quinta co
ſta,& egreſſa eſt lancea à tergo ipſius,& cecidit ibi,& mortu-
us eſt in loco ipſo.Et fuit,omnis qui veniebat ad locũ in quo
ceciderat Haſael,& mortuus fuerat,ſubſiſtebat.Et perſecuti
ſunt Ioab,& Abiſai Abner.Et ſol occubuit.Ipſi autẽ venerũt
vſq; Ghibah,quæ eſt contra faciem Ghiach per viam deſerti
F Ghibhon.Et congregati ſunt filij Biniamin poſt Abner, &
fuerunt in cœtũ vnum,& ſteterunt in ſummitate collis vnius.
Et clamauit Abner ad Ioab,& ait:Num in ſeculum deuora-
bit gladius?Nõne noſti ꝙ amaritudo ſit in nouiſſimo?Et vſ-
quequo non dices populo,vt auertatur à tergo fratrũ ſuorũ?
Dixitq; Ioab:Viuit deus,quia niſi locutus [b] fuiſſes,tunc mane
aſcendiſſet populus vnuſquiſque à tergo fratũ ſuorũ.Et clan-
xit Ioab buccina,& ſtetit omnis populus,& non ſunt perſecu
ti vltra Iſrael,nec addiderunt vltra pugnare.Abner autem,&
viri eius abierunt per campeſtria tota nocte illa,& tranſierunt
Iarden, & perambulauerunt totam Bithron, & venerunt c in Machanaim.
[a] ad caſtra.Ioab autem reuerſus eſt à tergo Abner,& congre

[b] ſcilicet mane quando ꝑ irriſionẽ pueros ad pugnã excitaſti.

gauit omnem populum,& defuerunt è ſeruis Dauid nouem,
& decem viri & Haſael.Serui autem Dauid percuſſerunt de
Biniamin,& de viris Abner trecentos,& ſexaginta viros,&
mortui ſunt.Tuleruntq; Haſael,& ſepelierunt eum in ſepul-
chro patris ſui,quod erat in Bethlechem,& ambulauerunt
tota nocte Ioab,& viri eius.Et illuxit eis in Chebron.

¶Ioab occidit Abner occiſum plangit Dauid. CAP. III.

A FVit autem bellum longum inter domum Saul,& do-
mum Dauid.Et Dauid ibat,& confortabatur.Domus
autem Saul ibat,& attenuabatur.Nati ſunt autem Dauid filij
1.Par.3.a. in Chebron.Et fuit primogenitus eius Amnon ex Achinohā
Izrehelitide.Secūdus verò eius Chilab ex Abighail vxore Na
bal Charmelitæ:& tertius Abſalom filius Mahachah filiæ Tal-
mai regis Gheſur:& quartus Adoniiah filius Chaggith:& qn
tus Sephathiah filius Abithal:& ſextus Ithrecham ex Heglah v-
xore Dauid:Iſti nati ſunt Dauid in Chebron.Et fuit,cum eſſet
bellum inter domum Saul,& domum Dauid,Abner tenebat
ſe,pro domo Saul.Sauli autem fuerat concubina,& nomen
B eius Riſpah,filia Aiah.Dixitq; Isboſeth ad Abner:Quare in-
greſſus es ad concubinam patris mei?Et iratus eſt Abner val
de propter verba Isboſeth,& dixit:Nūquid caput canis ego
ſum,vt contra Iehudah hodie faciam miſericordiam cum do
mo Saul patris tui,fratribus eius,& proximis eius?Et non tra
didi te in manu Dauid,& viſitaſti ſuper me iniquitatem mulie
ris hodie.Sic faciat dn̄s Abner,& ſic addat ei,quia ſicut iura-
uit dn̄s Dauid,ſic faciam ei:tranſire faciendo regnum à domo
Saul,& erigendo ſoliū Dauid ſuper Iſrael,& ſuper Iehudah,à
Dan vſq; Beer Sebah.Et nō potuit amplius reſpōdere ipſi Ab
ner quicq;,eò q timeret eū.Miſit autē Abner nuncios ad Da
uid loco ſui,dicendo:Cui eſt terra?Dicēdo:Pange pactū tuū
mecum,& ecce manus mea erit tecū,vt vertā ad te vniuerſum
C Iſrael.Et dixit:Bene,pangā tecum fœdus.Veruntamen vnum
poſtulo à te,dicendo:Non videbis faciē meam,niſi prius ad-
duxeris Michal filiā Saul,qn̄ venies ad videndū faciem meā.
Miſit autē Dauid nuncios ad Isboſeth filium Saul,dicēdo:Da
1.Reg.18.g. vxorem meā Michal,quā deſpondi mihi cētum præputiis Pe
liſtim.Et miſit Isboſeth,& tulit eā à viro à Pathiel filio Lais.
Et abiit ſecum vir eius,eundo & flēdo poſt eā vſq; ad Bachu
rim.Dixitq; ad eū Abner:Vade,reuertere.Et reuerſus eſt.Et
verbū Abner fuit cum ſenioribus Iſrael,dicendo:Tum heri,
tum nudiuſtertius quæſiuiſtis Dauid,vt eſſet rex ſuper vos.Et
nunc facite.Dn̄s enim dixit ad Dauid,dicēdo:Per manū ſerui
mei Dauid ſeruabo populum meum Iſrael,de manu Peliſtim.
& de manu omniū inimicorum eorū.Et locutus eſt etiā Ab-
D ner in auribus Biniamin.Abiitq; etiā Abner ad loquendū in
a gratum auribus Dauid in Chebron omne quod[a] bonum erat in ocu
lis Iſrael,& in oculis oīs domus Biniamin.Et venit Abner ad
Dauid in Chebron,& cum eo erant XX.viri.Et fecit Dauid
Abner,& viris qui erant ſecū conuiuiū.Dixitq; Abner ad Da-
uid:Surgā,& ibo,& congregabo ad dn̄m meum regem vni-
uerſum Iſrael,& percutiēt tecū fœdus,& regnabis ſecundū o-
mne quod deſiderabit aīa tua.Et dimiſit Dauid,Abner,& a-
biit in pace.Et ecce ſerui Dauid,& Ioab veniebant è caſtris,
& prędam multa ſecum adducebant Abner autem non erat
cum Dauid in Chebron,quia dimiſerat eū,& abierat in pace.
E Et Ioab,& oīs exercitus qui erat ſecū,venerunt,& nuntiaue-
runt Ioab,dicēdo:Venit Abner filius Ner ad regem,& dimi
ſit eū,& abiit in pace.Et venit Ioab ad regē,& dixit:Quid fe-
ciſti?Ecce venit Abner ad te.Propter quid dimiſiſti eum,& a-
3.Reg.2.a. biit eūdo?Noſti Abner filiū Ner,quia vt deciperet,te venit:&
vt ſciret exitū tuum,& introitū tuum,& vt ſciret omne quod
facis.Et egreſſus eſt Ioab à Dauid,& miſit nuncios poſt Ab-
ner,& reduxerunt eum à ciſterna Sirah,& Dauid neſciebat.
Et reuerſus eſt Abner in Chebron.Et diuertere fecit eū Ioab
ad medium portæ vt loqueretur ei in dolo,& percuſſit eū ibi in
quinta coſta,& mortuus eſt propter ſanguinem Haſael fratris
ſui.Et audiuit Dauid poſtea,& dixit:Innocēs ego,& regnum
meum cum dn̄o vſq; in ſeculū à ſanguine Abner filij Ner.Ca
F dant ſuper caput Ioab,& ſuper omnē domum patris eius.Et
non deficiat de domo Ioab fluēs,& leproſus,& tenens ſcipio
nem,& cadēs gladio,& carēs pane.Ioab aūt,& Abiſai frater
eius,interfecerūt Abner,eò q occiderat Haſael fratrē eorū in
Ghibhō in p̄lio:Dixit aūt Dauid ad Ioab & ad oēm populū q
erat ſecum.Scidite veſtimēta veſtra,& accingite vos ſaccis,&
plangite ante Abner.Et rex Dauid ibat poſt feretrū.Et ſepelie
runt Abner in Chebron.Et leuauit rex vocū ſuam,& fleuit ſu
per ſepulchrū Abner,& fleuerunt omnis populus.Et planxit
rex ſuper Abner,& dixit:Num ſicut moritur ſtultus,mortu⁹
G eſt Abner?Manus tuæ non fuerunt ligatæ,nec pedes tui com
pedibus addicti.Sicut corruit quiſpiā coram filiis iniquis,cor
ruiſti.Et addiderunt omnis populus flere ſuper eum.Et venit
omnis populus,vt comedere faceret ipſum Dauid panē,cum
adhuc eſſet dies:& iurauit Dauid,dicēdo:Sic faciat mihi deus,
& ſic addat,ſi antequam occūbat ſol,guſtauero panem,vel o-
mne quantuluncunq;.Et omnis populus cognouerūt,& pla-
cuit in oculis eorū.Quicquid fecit rex in oculis toti⁹ populi,
placuit.Et cognouerunt omnis populus,& om̄is Iſrael in die
illa,quòd non fuit à rege,vt mori faceret Abner filiū Ner.Di-
xit autē rex ſeruis ſuis:Nōnne ſcitis quòd princeps,& magn⁹,
cecidit die hac in Iſrael?Et ego hodie tener,& vnctus rex.
Viri autem iſti filij Seruiah fortiores ſunt me.Reddat domi-
nus facienti malum,iuxta malitiam ſuam.

¶Bahanah & Rechab occidunt Isboſeth filium Saul.
CAP. IIII.

A AVdiuit autē filius Saul,q mortu⁹ eſſet Abner in Che
bron,& debilitatæ ſunt manus eius,& omnis Iſrael ter
riti ſunt Duo autē viri principes turmarū erant filio Saul,no
men vnius Bahanah,& nomen alterius Rechab filij Rimmon
Beerothitæ de filiis Biniamin,quia etiam Beeroth reputaba-
tur in Biniamin.Fugeruntq; Beerothitæ in Ghithaim,& fue-
B runt ibi aduenę vſq; ad diē hanc.Ionathan autē filio Saul erat
filius claudus pedibus.Quinquēnis erat,quādo venit rumor
Saul,& Ionathan de Izrehel,& tulit eū nutrix eius,& fugit.Et
fuit,cū feſtinaret fugere,cecidit,& claudus effect⁹ eſt,& nomē
eius Mephiboſeth.Et abierunt filij Rimmon Beerothitæ Re-
chab,& Bahanah,& venerunt,cū incaleſceret dies,in domum
Isboſeth.Ipſe autē dormiebat in cubiculo meridiano.Et ecce a tanquam
ingreſſi ſunt in mediū domus[a] tollentium frumēta,& percuſ emptores frumentorum.
ſerunt eum in quinta coſta Rechab,& Bahanah frater eius,&
C fugerunt.Ingreſſi enim fuerant domū,ipſo dormiēte ſuper le
ctum ſuum in cubilo ſtrati ſui,& pecuſſerunt eum,& interfe-
cerunt eum,& remouerunt caput eius,tuleruntq; caput eius,
& abierunt per viam campeſtrem tota nocte.Et adduxerunt
caput Isboſeth ad Dauid in Chebron.Dixeruntq; ad regem:
Ecce caput Isboſeth filij Saul inimici tui,qui queſiuit animam
tuam,& dedit dominus domino meo regi vltiones die hac
de Saul,& ſemine eius.Reſpondit autē Dauid ad Rechab,&
Bahanah fratrem eius filios Rimmon Beerothitæ,& dixit eis: Supra 1.b.
Viuit dominus qui redemit animam meam ex omni angu-
D ſtia:quia eum qui nunciauit mihi,dicendo:Ecce mortuus eſt
Saul(& ipſe erat velut euangelizans in oculis ſuis)tenui eum,
& occidi eum in Siclagh,qui putabat,quòd darem ei præmi-
um nuncij.Quanto magis homines impios,qui interfecerunt
virum iuſtum in domo ſua ſuper lectum ſuum?Et nunc nōn-
ne requiram ſanguinem eius de manu veſtra,& auferam vos
è terra?Et præcepit Dauid pueris,& interfecerunt eos,& præ
ciderunt manus eorum,& pedes eorum,& ſuſpenderunt ſu-
per piſcinam in Chebron.Caput vero Isboſeth tulerunt,&
ſepelierunt in ſepulchro Abner in Chebron.

¶Dauid ſecundo ungitur in regē,capit arcē Siion,eiicit cæcos,& claudos,du-
cit uxores,gignit liberos,profligat Peliſtæos. CAP. V.

A VEnerunt autem omnes tribus Iſrael ad Dauid in Che-
bron,atq; dixerunt,dicendo:Ecce nos os tuū,& caro 1.Par.11.a.
tua ſumus.Tum heri,tum nudiuſtertius,cum eſſet Saul rex ſu-
per nos,



per nos,educebas,& introducebas Iſrael.Dixitq; dominus
tibi:Tu paſces populum meum Iſrael,& tu eris dux ſuper Iſ-
rael.Veneruntq; omnes ſeniores Iſrael ad regem in Chebron,
& percuſſit cum eis rex Dauid fœdus in Chebron corā dn̄o,
a id eſt,cogitabāt hic una impediēdum igreſſum Dauidis,cum eirem difficilē propoſuiſſet. & vnxerunt Dauid in regem ſuper Iſrael.Triginta annorū e-
rat Dauid,quādo regnauit,& quadraginta annis regnauit.In
Chebron regnauit ſuper Iehudah ſeptē annis,& ſex menſibus.
Et in Ieruſalaim regnauit triginta,& tribus annis ſuper Iſrael,
b Dixerat enim. & Iehudah.Et abiit rex,& viri eius in Ieruſalaim ad Iebuſæū
habitatorem terræ,qui dixit ad Dauid,dicēdo:Non ingredie
c & attigerit p̄rectum illud ſublime ris huc,niſi remoueris cæcos,& claudos:[a] dicendo:Nō ingre
B dietur Dauid huc.Et cepit Dauid arcē Siiō.Ipſa eſt ciuitas Da
d ſubaudi magnifiet. uid.[b] Dixitq; Dauid in die illa:Omnis qui percuſſerit Iebuſæ
um,[c] attinget catharactam,& claudos,& cæcos odio habi-
e non ueniet in eā domū. q.d.nec cęcū nec claudum eſſe oportet qui eo pertiget,ubi ſunt ſublimia illa idola cæca & manca. tos ab anima Dauid.[d] Ideo dicebant:Cæcus,& claudus[e] nō
intrabit domum.Et habitauit Dauid in arce,vocauitq; eā ci-
uitatem Dauid,& ædificauit Dauid per circuitum à Millo,&
intrinſecus.Et abiit Dauid eundo,& creſcendo,et dmin⁹ deus
exercituū erat cum eo.Miſit autem Chiram rex Tyri nuncios
ad Dauid,& ligna cedrina,et fabros lignarios,lapicidaſq; pro
1.Par.14.a. pariete,& ædificauerūt domum Dauid.Et cognouit Dauid,
q confirmaſſet eum dominus in regem ſuper Iſrael,& quòd
eleuatum eſſet regnum eius propter populū ſuum Iſrael.Ac-
cepit autem Dauid adhuc cōcubinas,& vxores de Ieruſalaim,
C poſtquam venit de Chebron,& nati ſunt adhuc Dauid filij,&
1.Par.3. filiæ.Et hæc ſunt nomina natorū ei in Ieruſalaim:Sammuah,
& Sobah,& Nathan,& Selomoh,& Ibchar,& Eliſuah,& Ne
phech,& Iaphiah,& Eliſamah,& Eliadah,& Elipheleth.Et au
dierunt Peliſtim,q vnxiſſent Dauid in regem ſuper Iſrael,& a-
ſcenderunt oēs Peliſtim ad quærendū Dauid.Et audiuit Da-
uid,& deſcendit in arcem.Peliſtim autē venerunt,& diffude-
runt ſe in valle Rephaim.Et interrogauit Dauid dn̄m,dicēdo:
Num aſcendam ad Peliſtim?Nū trades eos in manu mea?Di-
xitq; dominus ad Dauid:Aſcende,quia tradēdo tradam Peli-
Iſaiæ.28.f. ſtim in manu tua.Et venit Dauid in Bahalperaſim,& percuſ-
1.Par.14.b.c.d. ſit eos ibi Dauid,& dixit:Diuiſit dominus inimicos meos co-
D ram me ſecundum diuiſionem aquarum.Idcirco vocauit no
men loci ipſi⁹ Bahalperaſim.Et reliquerūt ibi ſculptilia ſua,&
combuſſit ea Dauid,& viri eius.Et appoſuerunt adhuc Peli-
ſtim aſcendere,& diffuderunt ſe in valle Rephaim.& interro-
gauit Dauid dn̄m,& dixit:Non aſcendes.Gyra poſt eos,&
venies ad eos ex aduerſo mororum.Et erit,cum audieris ſoni
tum greſſus in cacuminibus mororum,tunc mouebis te.Tūc
enim egredietur dominus ante te,ad percutiendum caſtra Pe
liſtim.Et fecit dauid ita quemadmodum præcepit ei domin⁹.
Et pecuſſit Peliſtim à Ghebah vſquequo venias in Ghazer.

¶Reducitur arca de domo Abinadab,ob arcę tactum percutitur
Huzza,ducitur arca in domum Hobededom,Dauid ſaltat,ſaltan
tem deſpicit Michal. CAP. VI.

A COllegit autem adhuc Dauid omnem electum in Iſrael,
1.Par.13.b. trigtnta milia.Et ſurrexit,& abiit Dauid,& omnis po-
pulus qui erat ſecum de viris Iehudah,vt aſcendere facerēt ar-
cam dei,ſuper quam inuocatum eſt nomen domini exercituū
ſedentis ſuper Cherubim.Et inſidere fecerunt arcam dei
1.Reg.7.a. ſuper plauſtrum nouum.Et tulerunt eam è domo Abinadab
quæ erat in Ghibhah.Huzza autem & Achio filij Abinadab
ducebant plauſtrum nouum,& tulerunt illud è domo Abi-
nadab,quæ erat in Ghibhah cū arca dei.Achio aūt ibat ante
arcam.Dauid verò,& omnis Iſrael ludebant coram domino
in omnibus lignis abiegnis,& citharis,& nablis,& tympanis,
B & ſiſtris,& cymbalis.Et venerunt ad aream Nachon.Et exten
dit manum ſuam Huzza ad arcam dei,& tenuit eam:quoniā
declinabant boues.Et iratus eſt furor domini contra Huzza,
& pcuſſit eum ibi deus propter temeritatem,& mortuus eſt
ibi apud arcam dei.Et iratus eſt Dauid eò quòd diuiſit domi-
1.Par.15.b. nus diuiſionem in Huzza,& vocauit nomen loci ipſius Peres
(id eſt,diuiſio)Huzza vſq; ad diem hanc.Et timuit Dauid do-
minum in die illa,& dixit:Quomodo ingredietur ad me arca
domini?Et noluit Dauid diuertere ad ſe arcam domini in ci-
uitatem Dauid,ſed diuertere fecit eam Dauid in domum Ho
bededom Ghitthæi.Et manſit arca domini in domo Hobe-
dedom Ghitthæi tribus menſibus.Et benedixit dominus Ho
bededom,& omni domui eius.Nunciatumq; eſt regi Dauid,
C dicendo:Benedixit dominus domui Hobededom,& omni-
bus qui erāt ei,propter arcam dei.Et abiit Dauid,& aſcende-
re fecit arcam dei è domo Hobededom in ciuitatem Dauid 1.Par.15.d.
cum lætitia.Et erat cum incederent portantes arcā domini ſex
paſſus,immolabat bouem,& bubalum.Dauid autē ſaltabat
totis viribus corā domino,& Dauid accinctus erat Ephod li-
neo.Et Dauid,& omnis domis Iſrael aſcendere faciebant arcā
domini cum taratantara,& ſonitu buccinæ.Et fuit,arca domi
ni ingrediente ciuitatem Dauid,Michal filia Saul proſpexit de
feneſtra,& vidit regem Dauid viriliter agentem,ſaltantem co
ram dn̄o,& deſpexit eum in corde ſuo.Et adduxerunt arcam
dn̄i,& collocauerunt eā in loco ſuo in medio tabernaculi,qđ
tetenderat ei Dauid,& obtulit Dauid holocauſta coram do-
mino,& pacifica.Et compleuit Dauid offerre holocauſta,&
D pacifica,& benedixit populo in nomine domini exercituū.
Et partius eſt vniuerſo populo toti multitudini Iſrael à viro
vſq; ad mulierem,vnicuique placentā panis vnam,& partem
pulchrā carnis vnam,& lagenam vnā.Et abiit oīs populus v-
nuſquiſq; in domū ſuam.Et reuerſus eſt Dauid ad ſalutādum
domum ſuam.Egreſſa eſt autē Michal filia Saul in occurſum
dauid,& dixit:Quā glorioſus fuit hodie rex Iſrael?Qui diſcoo
peruit ſe hodie in oculis ancillarū ſeruorū ſuorū ſecundū qđ
diſcooperuit ſe diſcooperiendo vnus è fatuis.Dixitq; Dauid
ad Michal:Coram domino,qui elegit me potius q̄ patrem
tuum,& q̄ omnē domum eius,præcipiendo mihi,vt eſſem
dux ſuper populū domini,ſuper Iſrael:ludam inquam coram
domino.Et vilior fiam amplius quàm hoc,& ero humilis in
oculis meis,& cum ancillis de quibus dixiſti,glorificabor.Et
Michal filiæ Saul non fuit nat⁹,vſq; ad diem quo mortua eſt.

¶Dauid prohibetur ædificare domum dn̄o,promittitur æternus rex
Chriſtus. CAP. VII.

A ET fuit,cum ſediſſet rex in domo ſua,& dominus requie
ſcere feciſſet eum in circuitu ab omnibus inimicis ſuis, 1.Par.17.a.
dixit rex ad Nathan prophetam:Vide nunc,ego habito in do
mo cedrina,& arca dei habitat in medio cortinæ.Dixitq; Na
than ad regem:Omne quod eſt in corde tuo,vade,fac,quia
dominus tecum eſt.Et fuit in nocte illa.Fuit verbum domini
ad Nathā,dicēdo:Vade,& dic ad ſeruum meum Dauid:Sic
dixit dominus:Nunquid tu ædificabis domum,vt habitem?
Non em̄ habitaui in domo à die qua aſcendere feci filios Iſra-
el ex Aegypto vſq; ad diem hanc,ſed ambulaui in tentorio,et
tabernaculo.In omni loco,per quem ambulaui cum omnib⁹
filijs Iſrael,nunquid verbum locutus ſum cum aliqua è tribu-
bus Iſrael,cui præcepi,vt paſceret populum meum Iſrael,dicē
B do:vt quid non ædificaſtis mihi domum cedrinam?Et nunc
ſic dices ſeruo meo Dauid:Sic dicit dominus exercituū:Ego
tuli te è tugurio euntem poſt oues,vt eſſes dux ſuper popu- 1.Reg.16.d.
lum meum Iſrael.Et fui te cum in omni loco quo ambulaſti. 4.Reg.8.c.
Et excidi omnes inimicos tuos à facie tua,& feci tibi nomen
magnum,iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra.Et ponā
locum populo meo Iſrael,& plantabo eum,& habitabit in
loco ſuo,& non mouebitur amplius,neq; addent filij iniqui,
vt affligant eū ſicut prius,ab ea ſcilicet die,qua præcepi,vt eſ-
ſent iudices ſuper populum meum Iſrael.Et requiem dabo ti
bi ab omnibus inimicis tuis:& annunciat tibi dominus,quòd
domum tibi faciet dominus.Cum completi fuerint dies tui,
& dormieris cum patribus tuis,ſtatuam ſemen tuum poſt te,
C quod egredietur è vente tuo,& firmabo regnū eius.Ipſe ędi-
ficabit domum nomini meo,& firmabo ſoliū regni eius vſq; 3.Reg.5.a. 1.Par.22.c.
in ſeculum.Ego ero illi in patrē,& ipſe erit mihi in filiū.Cum Heb.1.b.
inique geſſerit,arguam eum virga virorū,& plagis filiorum Pſal.88.

hominū.Miſericordia autem mea non recedet ab eo,quemad
modum recedere feci à Saul,quem recedere feci à facie tua.
Firma erit domus tua,& regnum tuum vſq; in ſeculum corā
te.Thronus tuus erit firmus vſq; in ſeculum.Secundū omnia
verba hæc,& ſecundū vniuerſam viſionem hanc,ſic locutus
eſt Nathan ad Dauid.Ingreſſus eſt autē rex Dauid,& ſedit co-
rā domino,& ait:Quis ego ſum domine deus,& quæ eſt do-
mus mea,quia adduxiſti me vſq; huc?Et parum fuit hoc in o-
culis tuis domine deus.Et locutus es etiam ſuper domum ſer-
ui tui in longinquū.[a] Et iſta eſt lex Adam domine deus.Et qd
addet vltra Dauid,vt loquatur ad te?Et tu noſti ſeruum tuū
domine deus.Propter verbum tuum,& ſecundum [b] cor tuū
feciſti omnem magnitudinem hanc,ad inſtruēdū ſeruum tuū.
Ideo magnificatus es domine deus.Nō eſt enim ſicut tu,& nō
D eſt deus præter te,ſecundum omnia quæ audiuimus auribus
noſtris.Et quis ſicut populꝰ tuus Iſrael,gens vna in terra,pro
pter quam iuit deus,vt redimeret ſibi populum,& poneret
ſibi nomen,& faceret vobis magnitudinem,& terribilia terræ
tuæ,à facie populi tui,quem redemiſti tibi ex Aegypto,genti-
bus,& diis eius.Et firmaſti tibi populum tuū tuum Iſrael,tibi
populum vſq; in ſeculum,& tu domine fuiſti eis deus.Et nunc
domine deus,verbum quod locutus es ſuper ſeruum tuum,
& ſuper domum eius,ſuſcita vſq; in ſeculum,& fac ſecundum
quod locutus es.Et [c] magnificetur nomen tuum vſq; in ſecu-
lum,dicendo:Dominus exercituum deus ſuper Iſrael.Et do-
mus ſerui tui Dauid erit ſtabilita coram te.Quia tu domine
exercituum deus Iſrael reuelaſti aurem ſerui tui,dicendo:Do-
mum ædificabo tibi.Ideo inuenit ſeruus tuus cor ſuum,vt o-
raret ad te orationem hanc.Nunc ergo domine deus,tu es de
us,& verba tua erunt veritas,& locutus es ad ſeruum tuū bo
num hoc.Et nunc incipe,& benedic domui ſerui tui,vt ſit in
ſeculum coram te,quia tu domine deus locutus es,& bene-
dictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſeculum.

a Et hæc lex hominis .ſ. quod in æternū firmetur domus eius?
b voluntatē tuam
c magnificabitur nomen tuū in ſeculū dicētibꝰ hominibus:Dominus exercituū eſt deus ſuper Iſrael.

¶ Dauid uincit Peliſtæos,quos facit ſibi tributarios,inſtituit officiarios.

CAP. VIII.

A ET fuit,poſt hæc percuſſit Dauid Peliſtim,& humiliauit
eos.Tulitq; Dauid frenum aquæductus de manu Peli-
ſtim.Et percuſſit Moab,& menſus eſt eos funiculo coæquādo
2.Para.18.a. terræ.Et menſus eſt duos funiculos ad mortificandum,& ple
num funiculum ad viuificādum.Et fuerunt Moabitæ ipſi Da
B uid ſerui,portantes munus.Et percuſſit Dauid Hadadhezer fi
lium Rechob regem Sobah,quando proficiſcebatur ad con-
ſtituendum terminum ſuum in flumine Perath.Et cœpit Da
uid ex eis mille & ſeptingentos equites,& viginti milia viro-
rum peditum,& ſubneruauit Dauid omnem currum,& ſer-
uauit ex eis centum currus.Et venit Aram Dammeſec ad auxi
liandum Hadadhezer regi Sobah,& percuſſit Dauid de Arā
viginti,& duo milia virorū.Et poſuit Dauid præſides in A-
ram Dammeſec,& fuerūt Aramæi ipſi Dauid ſerui portan-
tes munus.Et ſeruauit dominus Dauid in omni loco quò per
rexit.Tulitq; Dauid ſcuta aurea,quæ erant ſuper ſeruis Hada-
C dhezer,& adduxit ea in Ieruſalaim.Et de Bethach,& de Be-
rothai ciuitatibus Hadadhezer tulit rex Dauid æs multū val-
de.Audiuit aūt Toi rex Chamath ꝙ pcuſſit Dauid omnē ex-
ercitum Hadadhezer.Miſitq; Toi,Ioran filium ſuū ad regem
Dauid,vt ſalutaret eum pacificè,& benediceret ei,ꝙ pugnaſ-
ſet cum Hadadhezer,& percuſſiſſet eum.Gerebat enim bella
Toi cum Hadadhezer.Et in manu eius erant vaſa argentea,&
& vaſa aurea,& vaſa ærea.Etiā ea ſanctificauit rex Dauid dño
cum argento & auro,quæ ſanctificauerat de vniuerſis genti-
bꝰ,quas ſubegerat.De Aram,& de Moab,& de filiis Hammō,
& de Peliſtim,& de Hamalec,& de ſpoliis Hadadhezer filij Re
chob regis Sobah.Et fecit Dauid ſibi nomen,cum reuertere-
D tur à cædendo Aram,in valle ſalis,octo & decem milia.Et po
ſuit in Edom præſides.In omni Edom poſuit præſides.Et fue
runt omnes Edomæi ſerui Dauid,& ſeruauit dominus Dauid
in omni loco,quò ambulauit.Regnauitq; Dauid ſuper oēm
Iſrael.Et Dauid faciebat iudicium & iuſtitiam omni populo
ſuo.Ioab autē filius Seruiah erat ſup exercitum:Iehoſaphath
verò filius Achilud erat à commentariis.Et Sadoc filius Achi
thub,& Achimelech filius Ebiathar ſacerdotes,& Seraiah ſcri
ba.Benaiahu autem filius Iehoiadah,& Hacerethi,& Haphe-
lethi:& filij Dauid principes erant.

¶ Dauid filio Ionathan omnes Saulis agros reſtituit.

CAP. IX.

A DIxit autem Dauid:Num eſt adhuc qui remanſerit è do
mo Saul,vt faciam cum eo miſericordiā propter Io-
nathan?Et domui Saul,erat ſeruus,& nomen eius Sibah,&
vocauerunt eum ad Dauid.Dixitq; rex ad eū:Tu ne es Sibah?
Et dixit:Seruus tuus ſum.Dixitq; rex:Nū eſt adhuc vir è do-
mo Saul,vt faciam cum eo miſericordiam dei?Dixitq; Sibah
ad regem:Adhuc ſupereſt filius Ionathan claudꝰ pedibus.Di-
B xitq; ei rex:Vbi eſt?Et dixit Sibah ad regem:Ecce eſt in domo
Machir filij Hāmiel de Lodebar.Miſitq; rex Dauid,& tulit eū
è domo Machir filij Hammiel de Lodebar.Et venit Mephi-
boſeth filius Ionathā filij Saul ad Dauid,& proſtrauit ſe ſuper
faciem ſuam,& incuruauit ſe.Dixitq; Dauid:Mephiboſeth,&
dixit:Ecce ſeruus tuus.Dixitq; ei Dauid:Ne timeas,qa faciēdo
faciā tecum miſericordiam propter Ionathan patrem tuum,
C & reddere faciam tibi omnem agrum Saul patris tui,& tu co
medes panem ſuper menſam meā ſemper.Et incuruauit ſe,&
dixit:Quid eſt ſeruus tuus,quia reſpexiſti ſuper canem mortu
um,qui eſt ſicut ego?Et vocauit rex Sibah puerum Saul,& di
xit ad eum:Omne quod erat Sauli,& omni domui eius dedi
filio dñi tui.Coles aūt ei terrā tu,& filij tui,& ſerui tui,& affe
res,& erit filio dñi tui panis,& comedet ipſe.Mephiboſeth
autem filius domini tui,comedet ſemper panem ſuper men-
D ſam meam.Sibah verò erant quindecim filij,& viginti ſerui.
Dixitq; Sibah ad regem:Iuxta omnia quæ præcepit dominus
meus rex ſeruo ſuo,ſic faciet ſeruus tuus.Et Mephiboſeth co-
medet ſuper menſam meam veluti vnus de filijs regis.Mephi-
boſeth autem erat filius paruꝰ,& nomē eius Michah.Et omis
habitatio domus Sibah ſerui erant Mephiboſeth.Mephibo-
ſeth autem manebat in Ieruſalaim,quia ſuper menſam regis
ſemper comedebat.Ipſe claudicabat duobus pedibus ſuis.

¶ Nuncij Dauid ab Chanun rege Hammon barba raſa,& ueſti-
bus præciſis,ignominia afficiuntur,Dauid ulciſcitur ignominiam.

CAP. X.

A ET fuit poſt hæc,mortuus eſt rex filiorum Hammon,& 1.Par.19.a.
regnauit Chanun filius eius pro eo.Dixitq; Dauid:Faci
am miſericordiam cum Chanun filio Nachas,quēadmodum
fecit pater eius mecum miſericordiam.Et miſit Dauid ad con
ſolandum eum per manum ſeruorum ſuorū,ſuper patre ſuo.
Et venerunt ſerui Dauid in terram filiorum Hammon.Dixe-
runtq; principes filiorum Hammō ad Chanun dñm ſuum:
Num honorat Dauid patrem tuū in oculis tuis,quia miſit ad
te conſolatores?Nōnne vt inueſtigaret ciuitatē,& exploraret
eam,& euertat eā,miſit Dauid ſeruos ſuos ad te?Et tulit Cha-
nun ſeruos Dauid,& raſit dimidiū barbæ eorum,& præcidit
veſtes eorum per mediū vſq; ad nates eorum,& dimiſit eos.
B Et nunciauerūt Dauid,& miſit in occurſum eorū.Erāt em̄ vi-
ri confuſi valde.Dixitq; rex:Manete in Ierecho,vſq; quo ger-
minet barba veſtra,& reuertemini.Viderunt autē filij Ham-
mon [a] quòd abominationem fecerant Dauid,& miſerunt filij
Hammon,& mercede conduxerūt Aram Bethrechob,& A-
ram Sobah viginti milia peditum,& à rege Mahachah mille
viros,& ab Iſtob duodecim milia virorū.Et audiuit Dauid,
& miſit Ioab,& oēm exercitū robuſtorū.Egreſſi ſunt aūt filij
Hammon,& diſpoſuerunt bellū ad oſtiū portæ:& erant A-
ram Sobah,& Rechob,& Iſtob,& Mahachah ſeorſum in a-
gro.Et vidit Ioab,quòd eſſet cōtra ſe facies belli ante,& retro,
C & elegit ex oībus electis in Iſrael,& ordinauit ſe in occurſum
Aram.Reſiduum verò populi tradidit in manu Abiſai fra-
tris ſui,& diſpoſuit ſe in occurſum filiorum Hammō.Dixitq;:
Si robuſti-

a quod abominabiles facti eſſet ipſi Dauid.



Si robuſtior fuerit Aram me,eris mihi in ſalutem:Si verò filij
Hammon robuſtiores fuerint te,veniā ad ſeruandū te.Robo
ra te,& eſto robuſtus pro populo noſtro,& pro ciuitatibus
dei noſtri.Dñs autē faciat quod bonū eſt in oculis ſuis.Et ap-
propinquauit Ioab,& populus qui erat ſecum ad præliū cō-
tra Arā,& fugerūt à facie eius.Et filij Hammō viderūt,quòd
fugeret Aram,& fugerunt à facie Abiſai,& ingreſſi ſunt ciui-
D tatem.Reuerſusq; eſt Ioab à filijs Hammon,& venit in Ieruſa
laim.Viditq; Aram ꝙ cæſus eſſet coram Iſrael,& congregati
ſunt pariter.Et miſit Hadadhezer,& eduxit Arā qui erat trās
flumen,& venerunt ad exercitū eorū,& Sobach princeps mi-
litiæ Hadadhezer,erat ante eos.Et nunciatū eſt Dauid,& con
gregauit oēm Iſraelē,tranſiuitq; Iarden & venerūt ad exerci-
tū eorū,& ordinauerūt ſe Arā in occurſum Dauid,& pugna-
uerunt cū eo.Et fugit Aram à facie Iſrael,& interfecit Dauid
de Aram ſeptingentos currus,& quadraginta milia equitum,
& Sobach principem exercitus eius percuſſit,& mortuus eſt
ibi.Et viderunt omnes reges ſerui Hadadhezer quòd cæſi eſ-
ſent corā Iſrael,& fecerunt pacem cum Iſrael,& ſeruierūt eis,
timuerūtq; Aramæi venire ad ſeruādū vltra filios Hammon.

¶ Adulterium Dauid cū Bathſebah uxore Vriiah.Vriiah ſubdole
occiditur.Bathſebah fit uxor Dauid.

CAP. XI.

A ET fuit,in reuerſione anni,tempore quo egrediuntur re-
ges,miſit Dauid Ioab,& ſeruos ſuos cum eo,& omnem
Iſrael,& vaſtauerūt filios Hammon,& obſederunt Rabbah.
Dauid aūt manebat in Ieruſalaim.Et fuit,tempore veſpertino
ſurrexit Dauid de ſtratu ſuo,& deambulabat ſuper tectū do-
mus regiæ,& vidit mulierē lauantē ſe è tecto,(& mulier erat
decora aſpectu valde.)Miſitq; Dauid,& requiſiuit de muliere
& dixit quidā:Nōnne hæc eſt Bathſebah filia Eliā,vxor Vrii-
ah Chittæi?Et miſit Dauid nuncios,& tulit eam.Et ingreſſa eſt
ad eū,& rem habuit cū ea,& ipſa purgabat ſe ab immunditia
ſua,& reuerſa eſt in domū ſuā.Et concepit mulier,& miſit,&
nūciauit Dauid,& dixit:Prægnās ſum.Et miſit dauid ad Ioab:
B Mitte ad me Vriiah Chittæū.Et miſit Ioab Vriiah ad Dauid.
Et venit Vriiah ad eum.Et interrogauit Dauid de pace Ioab,
& de pace populi,& de pace belli.Dixitq; Dauid ad Vriiah:
Deſcende in domū tuā,& laua pedes tuos.Et egreſſus eſt Vrii
ah è domo regis.Et egreſſus eſt poſt eum donum regium.Et
dormiuit Vriiah ad oſtium domus regis cū omnibus ſeruis
domini ſui,& non deſcendit in domū ſuam.Et nunciauerunt
Dauid,dicēdo:Non deſcendit Vriiah in domū ſuam.Dixitq;
Dauid ad Vriiah:Nōnne de via tu venis?Quare non deſcen
diſti in domū tuam?Dixitq; Vriiah ad Dauid:Arca,& Iſrael,
& Iehudah manet in tabernaculis,& dominus meus Ioab,&
ſerui dñi mei in ſuperficie agri manēt,& ego ingrediar domū
meā,vt comedam,& bibam,& dormiā cum vxore mea?Per
vitam tuā,& vitam animæ tuæ,non faciam hoc.Dixitq; Da-
C uid ad Vriiah:Mane hic etiam hodie,& cras dimittam te.Et
manſit Vriiah in Ieruſalaim die illa,& ſequenti.Et vocauit eū
Dauid,& comedere fecit ante ſe,& bibere,& inebriauit eū.Et
egreſſus eſt veſperi ad dormiendū in ſtratu ſuo cum ſeruis dñi
ſui,& in domum ſuam nō deſcendit.Et fuit,mane ſcripſit Da-
uid literas ad Ioab,& miſit per manum Vriiah.Et ſcripſit in li
teris,dicendo:Ponite Vriiah è regione prælij fortis,& reuerti
mini ab eo,& percutiatur,& moriatur.Et fuit,cum obſerua-
ret Ioab ciuitatem,poſuit Vriiah in loco in quo cognouit ꝙ
eſſent viri fortes.Et egreſſi ſunt viri ciuitatis,& pugnauerunt
cum Ioab.Et mortui ſunt de populo,de ſeruis Dauid,& mor
tuus eſt etiā Vriiah Chittæus.Miſitq; Ioab,& nunciauit Da-
uid omnia geſta prælij.Et præcepit nuncio,dicendo:Cum cō-
Iudic.9.g. pleueris vniuerſa geſta prælij loqui ad regem,erit,ſi aſcenderit
furor regis,& dixerit tibi,quare acceſſiſtis ad ciuitatē,vt præ-
liarem ibi,nōne ſcitis quòd proiiciunt è muro?Quis percuſſit
D Abimelech,filium Ierubbeſeth,nōne mulier proiecit ſuper eū
fragmen molæ è muro,& mortuus eſt in Tebes,vt quid ac-
ceſſiſtis ad murū?dices,etiā ſeruus tuus Vriiah Chittæus mor
tuus eſt.Et abiit nuncius,& venit,& nunciauit Dauid omnia
pro quibus miſerat eum Ioab.Et dixit nuncius ad Dauid:Præ
ualuerunt aduerſum nos viri,& egreſſi ſunt aduerſum nos in
agrum,& fuimus contra eos,vſq; ad oſtium portæ.Et iecerūt
iaculatores in ſeruos tuos è muro,& mortui ſunt è ſeruis re-
gis,& etiam ſeruus tuus Vriiah Chittæus mortuus eſt.Dixitq;
Dauid ad nuncium:Sic dices ad Ioab:Ne diſpliceat in oculis
tuis hoc,quia hunc ſicut illū conſumit gladius.Robora bellū
tuum contra vrbem,& deſtrue eā:& tu conforta eum.Et au-
diuit vxor Vriiah,quòd mortuus eſt Vriiah vir ſuus,& plan
xit ſuper virum ſuum.Tranſiuitq; luctus,& miſit Dauid,&
collegit eam in domum ſuam,& fuit ei vxor,& peperit ei fili-
um.Diſplicuitq; quod fecit Dauid in oculis domini.

¶ Dauid arguitur homicidij Vriiah,pœnitet,moritur infans,naſci
tur Selomoh.

CAP. XII.

A MIſit autem dominus Nathan ad Dauid.Et venit ad e-
um,dixitq; ei:Duo viri erant in ciuitate vna,vnus di-
ues,& alter pauper.Diuiti erant oues & boues multi valde:
Pauperi verò non erat quicquam præter agnam vnam par-
uam,quam emerat,& victum præbuerat ei,& creuerat ſecū,
& cum filiis ſuis pariter de bucella eius comedebat,& de cali-
ce eius bibebat,& in ſinu eius dormiebat,eratq; illi ſicut filia.
Et venit viator ad virum diuitem,& pepercit ſumere de pecu
dibus ſuis,& de bobus ſuis ad parandum viatori,qui vene-
rat ad eum,& tulit agnam viri pauperis,& parauit eam viro,
qui venerat ad eum.Et iratus eſt furor Dauid in virū valde.
Dixitq; ad Nathan:Viuit dominus,quia obnoxius morti eſt
B vir,qui fecit hoc.Et agnam reſtituet bis quadruplicatam pro
eo quod fecit hoc.& ei non pepercit.Dixitq; Nathan ad Da-
uid:Tu es vir.Sic dicit dominus deus Iſrael:Ego vnxi te,vt eſ-
ſes rex ſuper Iſrael,& erui te de manu Saul.Dediq; tibi domū
domini tui,& vxores domini tui in ſinu tuo,& tradidi tibi
domum Iſrael,& Iehudah,& ſi parum eſt adiiciam tibi ſimilia
& ſimilia.Quare contempſiſti verbum domini faciēdo quod
malum eſt in oculis eius?Vriiah Chittæum percuſſiſti gladio,
& vxorem eius accepiſti tibi in vxorem,ipſum verò occidiſti
C gladio filiorum Hammon.Et nunc non recedet gladius de do
mo tua vſq; in ſeculum:eò quòd contempſiſti me,& tuliſti v-
xorem Vriiah Chittæi,vt eſſet tibi vxor.Sic dixit dominus:
Ecce ego conſurgere facio aduerſum te malum de domo tua,
& tollam vxores tuas in oculis tuis,& dabo proximo tuo,&
dormiet cū vxoribus tuis in oculis ſolis huiꝰ.Tu em̄ feciſti ab-
ſconditè,& ego faciam hoc coram omni Iſrael,& coram ſole.
Dixit autem Dauid ad Nathan:Peccaui domino.Dixitq; Na
than ad Dauid:Etiam dominꝰ tranſire fecit peccatum tuum,
D & non morieris.Veruntamen,quia contemnendo conte-
mnere feciſti inimicos domini,ꝑpter hoc,etiam filius qui na-
tus eſt tibi moriendo morietur.Et abiit Nathan in domum
ſuam.Percuſſit autem dominus puerum,quem pepererat v-
xor Vriiah Dauidi,& doluit.Et rogauit Dauid deū pro pue-
ro,& ieiunauit Dauid ieiunium,& venit,& pernoctauit,& ia
cuit ſuper terram.Surrexerunt autem ſeniores domus eius ad
eum,vt ſurgere facerent eum de terra,& noluit,neq; comedit
cum eis panem.Et fuit,die ſeptima mortuus eſt infans.Timue
E runtq; ſerui Dauid nunciare ei,quod mortuus eſſet infans,qa
dixerunt:Ecce cum eſſet infans viuus,locuti ſumus ad eum,&
non audiuit vocem noſtram,& quomodo dicemus ei,mor-
tuus eſt infans,vt faciat ſibi malum?Et vidit Dauid quod ſer-
ui ſui muſſitarent,& intellexit Dauid,quod mortuus eſſet in-
fans.Dixitq; Dauid ſeruis ſuis:Num mortuus eſt infans?Et di
xerunt:Mortuus eſt.Surrexitq; Dauid è terra,& lauit ſe,vn-
xitq; ſe,& mutauit veſtes ſuas:ingreſſusq; domum domini,&
adorauit.Et venit in domum ſuam,& petiuit,& poſuerunt
ſibi panē,& comedit.Dixeruntq; ſerui eius ad eum:Quid eſt
F hoc quod feciſti?Pro puero viuo ieiunaſti,& fleuiſti.Quādo
autē mortuꝰ eſt infans ſurrexiſti,& comediſti panem.Dixitq;:
Adhuc infante viuente ieiunaui,& fleui.Dixi enim:Quis ſcit

ſi miſerebitur mei dominus,& viuet infans?Nūc autem mor
tuus eſt,vt quid iam ieiuno?Num potero reducere eum am
plius?Ego vado ad eum,& ipſe non reuertetur ad me.Et con
ſolatus eſt Dauid Bathſebah vxorem ſuā,& ingreſſus eſt ad e-
am,& rem habuit cū ea.Et peperit filiū,& vocauit nomen e-
ius Selomoh,& dñs dilexit eū.Miſit per manū Nathan pro-
phetæ,& vocauit nomē eius [a] Iedidiah propter dñm Pugna- (a id eſt dilectus domini.)
uit aūt Ioab cum Rabbah filiorū Hammon:& cepit vrbem
regiam.Miſitq́ Ioab nuncios ad Dauid,dixitq́ ad Dauid:Di
micaui cōtra Rabbah,& etiam cepi vrbē aquarū.Et nunc cō-
G grega reſiduum populi,& caſtrametare contra ciuitatem,&
cape eā,ne forte capiam ciuitatem & vocetur nomen meum
ſuper eā.Et congregauit Dauid omnem populum,& abiit in
Rabbah,& pugnauit contra eam,cepitq́ eam.Et tulit diade-
ma regis eorū è capite eius.(Et pondus eius erat talentum au
ri,& lapis precioſus erat in eo)& fuit ſupra caput Dauid,&
prædā vrbis eduxit multā valde.Et populū qui erat in ea edu
xit,& poſuit in ſerra,& ī trahis ferreis,& in ſecurib⁹ tranſire fe
cit eos per fornacē. Et ſic fecit oībus ciuitatibus filiorū Ham
mon.Et reuerſus eſt Dauid,& omnis populus in Ieruſalaim.

¶Inceſtus Amnon cum ſorore ſua Thamar,punitur Abſalom occiſo Amnon fugit. CAP. XIII.

A ET fuit poſt hæc Abſalom filio Dauid erat ſoror pulchra,
& nomen eius Thamar.Et adamauit eā Amnon filius
Dauid.Et anguſtiis affectus eſt Amnon adeo,vt ægrotaret ꝓ
pter Thamar ſororem ſuam.Virgo enim erat,& difficile e-
rat in oculis Amnon facere ei quicquam.Et ipſi amnon erat
amicus,& nomen eius Ionadab filius Simhah fratris Dauid
(Ionadab autem erat vir ſapiens valde.) Dixitq́ ei: Quare es
ſic infirmus fili regis ſingulo mane?Cur non indicas mihi?Di-
xitq́ ei Amnon:Thamar ſororē Abſalon fratris mei adamo.
Dixitq́ ei Ionadab:Cuba ſuper lectum tuum,& ægrotare te
ſimula,& veniet pater tuus ad videndum te,& dices ad eum:
Veniat obſecro Thamar ſoror mea,& comedere faciat me
panem,& faciat in oculis meis pulmentum,vt videam,& co-
medam de manu eius.Et accubuit Amnon,& ægrotare ſe ſi-
mulauit.Et venit rex ad videndū eum.Dixitq́ Amnon ad re-
gem:Veniat obſecro Thamar ſoror mea,et faciat lagana in o-
B culis meis,duo lagana,& comedā de manu eius. Miſitq́ Da-
uid ad Thamar ad domum,dicēdo:Veni nunc in domū Am
non fratris tui,& fac ei pulmentum.Et iuit Thamar in domū
Amnon fratris ſui.(Ipſe autem iacebat.)Et tulit farinā,& mi-
ſcuit,& fecit lagana in oculis eius,& coxit lagana.Et tulit ſarta
ginem,& effudit coram eo.Et renuit comedere.Dixitq́ Am-
non:Educite omnem virum à me.Et eduxerunt omnē virum
ab eo.Dixitq́ Amnon ad Thamar:Affer pulmentum in cubi
culum,& comedā de manu tua.Tulitq́ Thamar lagana,quæ
parauerat,& attulit ad Amnon fratrem ſuum in cubiculum.
Et obtulit ei,vt comederet.Et apprehendit eā,dixitq́ ei:Veni,
cuba mecum ſoror mea.Dixitq́ ei:Ne frater mi,ne opprimas
C me.Non enim fit ſic in Iſrael.Ne facias ſtultitiam hanc.Et ego
quo pergere faciam probrum meum?Et tu eris veluti vnus
è ſtultis in Iſrael.Et nunc loquere obſecro ad regem,quia non
prohibebit me à te.Et noluit audire vocē eius,ſed præualuit
ei:& oppreſſit eam,& rem habuit cum ea.Et odio habuit eā
Amnon odio magno valde.Maius enim fuit odium,quo o-
dio habuit eam,amore quo dilexerat eam.Dixitq́ ei Amnō:
Surge,vade.Dixitq́ ei:Ob hāc cauſam malū maius eſt hoc ꝙ
aliud quod feciſti mecū,emittendo me.Et noluit audire eam.
Et vocauit puerum ſuum miniſtrum ſuū,& dixit:Emitte nūc
iſtam à me foras,& obſera oſtium poſt eam.Et ſuper eam erat
tunica polymita.Sic enim induebantur filiæ regis virgines
tunicis.Et eduxit eam miniſter illius foras,& obſerauit oſtium
poſt eam.Et tulit Thamar cinerem ſuper caput ſuum,& tuni
cam polymitam quæ erat ſuper ſe,ſcidit,& poſuit manum ſu-
am ſuper caput ſuum,& ibat eundo,& clamabat. Dixitq́ ad
eum Abſalom frater ſuus:Num [b] Amnon frater tuus fuit te- (b Aminon. Immutat eñ ei⁹ nomē deſpectus cauſa.)
D cum?Et nunc ſoror mea tace. Frater tuus eſt Ne ponas cor
tuum ad hoc.Et manſit Thamar deſolata in domo Abſalom
fratris ſui.Rex autem Dauid audiuit omnia hæc,& iratus eſt
valde.Non eſt autem locutus Abſalom cum Amnon à malo
vſq́ ad bonum.Odio habebat enim Abſalon Amnon,eò ꝙ
oppreſſerat Thamar ſororem ſuam.Et fuit,poſt duos annos
E dierum tondebāt pecudes ipſi Abſalom in Bahalchaſor,quæ
erat iuxta Ephraim,& vocauit Abſalom oēs filios regis.Et ve
nit Abſalō ad regem,& dixit:Ecce nunc tondēt pecudes ſeruo
tuo.Veniat obſecro rex & ſerui eius cū ſeruo tuo.Et dixit rex
ad Abſalom:Ne fili mi,ne quæſo veniamus oēs nos,ne gra
uemus te.Et cogebat eū.Et noluit ire,ſed benedixit ei.Dixitq́
Abſalom:An non veniet,quæſo,Amnon frater meus?Dixitq́
ei rex:Ad quid veniret tecum?Et coegit eum Abſalom,& mi-
ſit ſecum Amnon,& omnes filios regis.Præcepit autem Ab-
ſalom pueris ſuis,dicendo:Videte obſecro,cum iocundū fue-
rit cor Amnon vino,& dixero vobis,percutite Amnon,in-
terimite eū,ne timeatis.Nōnne quia ego præcepi vobis?Con
fortamini,& eſtote filij fortes.Et fecerunt pueri Abſalom ipſi
Amnon,quemadmodum præceperat Abſalom.Surrexerūtq́
omnes filij regis,& equitauerunt quiſq́ ſuper mulum ſuum,
F & fugerunt.Et fuit,ipſis exiſtentib⁹ in via,fama venit Dauid,
dicendo:Percuſſit Abſalom omnes filios regis,& non reman
ſit ex eis vnus.Surrexit autem rex,& ſcidit veſtimenta ſua,&
iacuit in terra,& omnes ſerui eius aſſiſtebant ſciſſis veſtibus.
Et reſpondit Ionadab fili⁹ Simhah fratris Dauid,& dixit:Ne
dicat dominus meus,omnes pueros filios regis interemerunt,
quia Amnon tantum mortuus eſt quoniā in ore Abſalom e-
rat poſitum à die qua oppreſſit Thamar ſororē ſuam.Et nūc
ne ponat dominus meus rex ſuper cor ſuum verbum,dicen-
do:Omnes filij regis mortui ſunt,quia amnon ſolus mortuus
eſt.Fugit autem Abſalom.Et eleuauit puer ſpeculator oculos
ſuos,& vidit,& ecce popul⁹ multus veniebat de via poſt mō
tem ex latere mōtis.Dixitq́ Ionadab ad regem:Ecce filij regis
veniunt.Iuxta vebum ſerui tui,ſic fuit.Et fuit,cum compleuiſ-
ſet loqui,ecce filij regis venerunt,& leuauerunt vocem ſuam,
& fleuerunt,& etiam rex,& omnes ſerui eius fleuerunt fletu
magno valde.Abſalō verò fugit,& abiit ad Talmai filiū Ham
michud regem Gheſur.Et luxit Dauid ſuper filium ſuum o-
mnibus diebus.Abſalom verò fugit,& abiit in Gheſur,& fuit
ibi tribus annis.Et deſiderauit anima Dauid regis egredi pro
pter Abſalō,qa cōſolatus fuerat ſuper Amnō ꝙ mortu⁹ eſſet.

¶Aſtu mulieris e Tecohah reuocatur Abſalō,& ſcribitur pondus capillorum eius. CAP. XIIII.

A COgnouit autem Ioab filius Seruiah quòd cor regis eſ-
ſet ad Abſalō.Et miſit Ioab in Tecohah,& tulit inde mu
lierem ſapientem,& dixit ad eam:Præ te fer luctum obſecro,
& indue te quæſo veſtimentis lugubribus,& ne vngas te o-
leo,& ſis veluti mulier iam diebus multis lugens ſuper mor-
tuum.Et ingredieris ad regē,& loqueris ad eum iuxta verbū
hoc.Et poſuit Ioab verba in ore eius.Et dixit mulier Tecohi-
tis ad regem,& cecidit ſuper faciem ſuam in terram,& incur-
uauit ſe,& dixit:Serua rex.Dixitq́ ei rex:Quid eſt tibi?Et dixit:
Profecto mulier vidua ſum,& mortuus eſt vir meus.Et ancil-
B læ tuæ erant duo filij,& rixati ſunt ambo in agro,& non erat
qui erueret eos.Et percuſſit vnus alterū,& occidit eum.Et ec-
ce ſurrexit tota familia contra ancillam tuam,& dixerunt:Da
percuſſorem fratris ſui,vt interficiamus eum proper animam
fratris ſui,quem occidit,& diſperdamus etiam hæredem.Et
extinguent prunam meam,quæ relicta eſt,vt non ponam vi-
ro meo nomen,& reliquias,ſuper faciem terræ.Dixit autem
rex ad mulierem:Vade in domum tuam,& ego iubebo pro-
te.Dixitq́ mulier Tecohitis ad regem:Super me domine mi
rex ſit pœna iniquitatis,& ſuper domum patris mei.Rex au-
C tem,& thronus eius ſit innocens.Dixitq́ rex Loquentem cō
tra te adduc ad me,& non addet vltra,vt tangat te.Dixitq́:
Recordetur obſecro rex domini dei ſui,ne multiplicari faciat
propinquum



propinquum ſanguinis ad perdendum,& non diſperdant fi-
lium meum.Et dixit:Viuit dominus,ſi ceciderit de capillo fi-
lij tui in terram.Dixitq́ mulier:Loquatur obſecro,ancilla tua
ad dominum meum regem verbum.Dixitq́.Loquere.Et ait
mulier:Et quare cogitaſti ſimile contra populum dei?Et ne
loquatur rex verbum hoc tanquam delinquens,vt non redu-
(Ex.18.g.33.e) cat rex expulſum ſuum. Moriendo enim morimur,& veluti
aquæ,quæ defluunt in terram,quæ non congregantur,& nō
accipiet deus animam.Sed cogitabit cogitationes,vt non ex-
pellat à ſe expulſum.Et nūc quòd venerim,vt loquerer ad re-
gem dominum meum verbum hoc cauſa eſt,quia terruerunt
me populus.Et dixit ancilla tua:Loquar nunc ad regem.For
ſitan faciet rex verbum ancillæ ſuæ.Audiet enim rex,vt libe-
D ret ancillam ſuam de manu viri volentis perdere me,& filium
meum pariter de hæreditate dei.Et dixit ancilla tua:Sit obſe-
cro verbum domini mei regis ad requiem.Sicut enim ange-
lus dei,ſic eſt dominus meus rex,vt audiat quod bonum eſt,
& quod malum,& dominus deus tuus ſit tecum.Et reſpōdit
rex,& dixit ad mulierem:Ne quæſo abſcondas à me verbum
quod ego interrogo te.Dixitq́ mulier:Loquatur obſecro do
E minus meus rex.Dixitq́ rex:Num conſilium Ioab tecum eſt
in his omnibus?Et reſpondit mulier,& dixit:Per vitam ani-
mæ tuæ domine mi rex,non eſt qui poſſit declinare ad dexte-
ram,vel ſiniſtram ab his quæ locutus eſt dominus meus rex.
Seruus enim tuus Ioab ipſe præcepit mihi,& ipſe poſuit in o-
re ancillæ tuæ omnia verba hæc.Vt verterem faciem verbi,
fecit ſeruus tuus Ioab verbum hoc.Dominus autem meus ſa
piens eſt ſecundum ſapientiā angeli dei,vt cognoſcat omnia
quæ ſunt in terra.Dixit aūt rex ad Ioab:Ecce nunc feci verbū
hoc.Vade,reduc puerum Abſalom.Et proſtrauit ſe Ioab ſu-
per faciem ſuam ſuper terram,& incuruauit ſe,& benedixit re
gi.Dixitq́ Ioab:Hodie cognouit ſeruus tuus,ꝙ inueni gratiā
in oculis tuis domine mi rex.Fecit enim rex verbum ſerui ſui.
Surrexit autem Ioab,& abiit in Gheſur,& adduxit Abſalom
F in Ieraſalaim.Dixitq́ rex:Reuertatur ad domum ſuam,& fa-
ciem meam non videat.Et reuerſus eſt Abſalom in domum
ſuam,& faciem regis nō vidit.Et ſicut Abſalom non erat vir
pulcher in vniuerſo Iſrael,qui valde ita ſplenderet.A planta
pedis eius,vſq́ ad verticem eius,non erat in eo macula.Et qn̄
tōdebat caput ſuum(erat autem à fine anni ad annū quo ton
debat,quia graue erat ei,& tondebat illud)ponderabat capil
los capitis ſui ducentis ſeclis pondere regio.Nati ſunt autem
Abſalom tres filij,& filia vna,& nomen eius Thamar.Ipſa e-
rat mulier pulchra aſpectu.Manſitq́ Abſalom in Ieruſalaim
duobus annis dierum,& faciem regis non vidit.Miſit autem
Abſalom ad Ioab,vt mitteret eum ad regem,& noluit veni-
re ad eum.Et miſit adhuc ſecundo,& noluit venire.Dixitq́ ſer
uis ſuis:Videte poſſeſſionē Ioab iuxta locum meum,& ei ſunt
ibi hordea.Ite,& comburite ipſa igni. Et ſuccenderunt ſerui
Abſalom poſſeſſionem igni.Surrexitq́ Ioab,& venit ad Ab
G ſalom in domum.Dixitq́ ad eum:Vt quid ſuccenderunt ſer-
ui tui poſſeſſionem,quæ eſt mihi,igni?Dixitq́ Abſalom ad Io
ab:Ecce miſi ad te,dicendo:veni huc,& mittam te ad regem,
vt dicas:Vt quid veni de Gheſur?Melius mihi erat,quòd ad-
huc eſſem ibi.Et nunc videam faciem regis.Et ſi eſt in me ini-
quitas,interficere me faciat.Et venit Ioab ad regem,& indica
uit ei.Et vocauit Abſalom,& venit ad regem,& incuruauit ſe
ei ſuper faciem ſuam ad terram coram rege,& oſculatus eſt
rex Abſalom.

¶Abſalom coniurat aduerſus patrem ſuum,regnum occupat,pater fugit. CAP. XV.

A ET fuit poſt hæc,fecit ſibi Abſalom currus & equos,&
quinquaginta viros currentes ante ſe.Et mane conſur-
gebat Abſalom,& ſtabat iuxta locum viæ portæ.Et erat,o-
mnem virū,cui eſſet cauſa vt veniret ad regem pro iudicio,
vocabat Abſalom,& dicebat:Ex qua ciuitate es tu?Et dice-
bat:Ex vna tribuum Iſrael ſeruus tuus eſt. Dicebatq́ ad eum
Abſalom:Vide,ſermones tui boni ſunt,& recti,& qui te au-
diat non eſt tibi à rege.Dicebatq́ Abſalom:Quis ponat me iu
dicem in terra,& ad me veniat omnis vir cui ſit cauſa,& iudi
cium,& iuſtitiam faciam ei?Et erat quum appropinquabat
B quiſpiam,& incuruabat ſe ei,extendebat manum ſuam,& ap-
prehendebat eum,& oſculabatur eum.Et faciebat Abſalom
hoc pacto vniuerſo Iſrael,qui veniebant pro iudicio ad re-
gem,& furabatur Abſalom cor virorum Iſrael.Et fuit,in fine
quadraginta annorum,dixit Abſalom ad regem:Ibo obſe-
cro,& reddam votum meum,quod voui domino in Che-
bron. Votum enim vouit ſeruus tuus,cum manerem in Ghe
ſur in Aram,dicendo.Si reducendo reduxerit me dominus in
Ieruſalaim,ſeruiam domino.Dixitq́ ei rex:Vade in pace.Et
ſurrexit,& abiit in Chebron.Miſit autem Abſalom explorato
res in vniuerſas tribus Iſrael,dicendo:Cum audieritis ſonitū
buccinæ,dicite:Regnauit Abſalom in Chebron.Cum Abſa-
lom autem iuerunt ducenti viri de Ieruſalaim inuitati,& ibāt
in ſimplicitate ſua,nec ſciebāt quicquam.Miſitq́ Abſalom ad
Achithophel Ghilonitam conſiliarium Dauid de ciuitate ſua
C de Ghiloh,dum immolaret victimas,& fuit coniuratio vali-
da,& populus ibat,& augebātur cum Abſalom.Et venit nū-
cius ad Dauid,dicendo:Fuit cor viri Iſrael poſt Abſalom.Di-
xitq́ Dauid omnibus ſeruis ſuis qui erant ſecum in Ieruſalaim:
Surgite:& fugiamus,quia non erit nobis euaſio à facie Abſa-
lom.Feſtinate ire,ne forte accelerer,& apprehendat nos,& im
pellat ſuper nos malum,& percutiat ciuitatem acie gladij.Di
xeruntq́ ſerui regis ad regem:Secundum omne,quod elegerit
dominus meus rex,ecce ſerui tui.Et egreſſus eſt rex,& omnis
familia eius pedibus ſuis. Et reliquit rex decem mulieres con-
D cubinas,vt cuſtodirent domum.Et egreſſus eſt rex,& omnis
populus pedibus ſuis,& ſteterunt in loco longinquo.Et vni-
uerſi ſerui eius ambulabant iuxta manum eius,& omnes Ce-
rethi,& omnes Pelethi,& omnes Chittæi ſexcenti viri,qui ve-
nerant pede ſuo de Ghath,tranſibant ante faciem regis.Dixit
autem rex ad Itthai Chitthæum:Vt quid venis etiam tu no-
biſcum?Reuertere,& mane cum rege,quia alienigena es,&
[a] etiam vagus es ad locum tuum.Heri venire tuum fuit,& ho (a plus ſatis mutas locum tuum.)
die mouere faciam te nobiſcum ad eundum.Ego autem va-
do,quo vado.Reuertere,& reduc fratres tuos.Tecum ſit mi-
ſericodia,& veritas.Et reſpondit Itthai ad regem,& dixit:Vi
uit dñs et viuat dñs meus rex,niſi in loco in quo fuerit dñs me
E us rex,tam in morte quàm in vita,ibi fuerit ſeruus tuus.Di-
xitq́ Dauid ad Itthai: Veni,& trāſi.Et tranſiuit Itthai Chit-
thæus,& oēs viri eius,& oīs paruulus qui erat ſecū.Et omnis
terra flebat voce magna,& omnis populus trāſibat.Rex au-
tem tranſibat per torrentem Chidron,et omnis populus trāſ
ibat contra faciem viæ ad deſertum.Et ecce etiam Sadoc,&
omnes Leuitæ ſecum portantes arcam fœderis dei,& ſtatue-
runt arcam dei.Et aſcendit Ebiathar,donec finiret omnis po
pulus tranſire de ciuitate.Dixitq́ rex ad Sadoc:Reduc arcam
dei in vrbem.Si inuenero gratiam in oculis domini reducet
me,& oſtendet mihi eam,& tabernaculum eius:Si autem ſic
F dixerit,non complacui in te,ecce ego,faciat mihi quod bonū
eſt in oculis ſuis,dixitq́ rex ad Sadoc ſacerdotem:Nōnne vi-
dens es?Reuertere in ciuitatem in pace.Et Achimahas filius
tuus & Ionathan filius Ebiathar,duo filij veſtri ſint uobiſ-
cum.Videte,ego moror in campeſtribus deſerti,donec veni-
at verbum à vobis,vt nuncietis mihi.Et reduxit Sadoc,& E-
biathar arcam dei in Ieruſalaim,& manſerunt ibi.Dauid au-
tem aſcendebat per aſcenſum oliuarum,aſcendens,& flens,&
caput ei opertum erat,& incedebat diſcalceatus:& omnis po
pulus qui erat ſecum,operuerunt vnuſquiſque caput ſuum,&
aſcendebant aſcendendo,& flendo.Et Dauidi nunciauit quiſ-
piam,dicendo:Achithophel eſt in cōiurationibus cum Abſa
G lom.Dixitq́ Dauid:Infatua obſecro conſilium Achithophel
domine.Et fuit,Dauid venit vſque ad verticem,vt incurua-

fet ſe ibi deo,& ecce in occurſum eius Chuſai Archites ſciſſus
tunica ſua,& terra ſuper caput ſuum.Dixitq́ ei Dauid:Si tran
ſieris mecum,eris mihi oneri:Si autem in ciuitatem reuertaris
& dixeris ad Abſalom,ſeruus tuus ſum rex,fui ſeruus patris
tui ex eo tempore,nunc ero ſeruus tuus,diſſipabis mihi con-
ſilium Achithophel.Et an non tecum eſt ibi Sadoc,& Ebia-
thar ſacerdotes?Et erit,omne verbum,quod audieris de do-
mo regis,indicabis Sadoc,& Ebiathar ſacerdotibus.Ecce ibi
ſunt cum eis duo filij eorum,Achimahas ipſi Sadoc,& Iona-
than ipſi Ebiathar,& mittetis per manum eorum ad me omne
verbum quod audieritis.Et venit Chuſai amicus Dauid in ci
uitatem,& Abſalom ingreſſus eſt Ieruſalaim.

¶Simhi maledicit fugienti Dauid,Abſalom conſilio Achithophel
concumbit cum concubinis patris ſui.
CAP. XVI.

A Dauid aũt trãſierat paululũ de vertice mõtis,& ecce Si
ba puer Mephiboſeth in occurſum ei⁹,& par aſinorũ
ſtratorũ,& ſuper eos erãt ducẽti panes,& centũ ligaturæ vuæ
paſſæ,& centũ maſſæ ficuũ,& vter vini.Dixitq́ rex ad Siba:
Quid hęc tibi?Dixitq́ Siba:Aſini ꝓ familia regis ad equitãdũ,
& panis,& ficus,vt comedant pueri,& vinum,vt bibat, qui
laſſus fuerit in deſerto.Dixitq́ rex:Et vbi eſt filius domini tui?
Et dixit Siba ad regem:Ecce manet in Ieruſalaim.Dixit enim:
Hodie reſtituet mihi domus Iſrael,regnum patris mei.Dixitq́
rex ad Siba:Ecce tua ſint omnia quæ ſunt Mephiboſeth.Et di
xit Siba:Incuruaui me,inueniam gratiam in oculis tuis domi
ne mi rex.Venit autem rex Dauid vſque ad Bachurim.Et ec-
ce inde vir egrediebatur è familia domus Saul,& nomen eius
Simhi,filius Ghera.Egrediebatur egrediendo,et maledicebat.
Et lapidabat lapidibus Dauid,& omnes ſeruos ragis Dauid.
B Et omnis populus,& omnes potentes erant à dextera eius,&
à ſiniſtra eius.Sic autem dicebat Simhi dum malediceret illi:
Egredere, egredere vir ſanguinũ, & vir impie.Reddidit tibi
dñs omnem ſanguinem domus Saul,pro quo regnaſti.De-
ditq́ dominus regnum,in manu Abſalom filij tui.Et ecce es
in malo tuo,quoniam vir ſanguinum es.Dixitq́ Abiſai filius
Seruiah ad regem:Vt quid maledicit canis mortuus hic do-
mino meo regi?Tranſeam obſecro,& remouebo caput eius.
Dixitq́ rex Quid mihi:& vobis filij Seruiah ſi maledicat?Et ſi
dominus dixit ei,maledic Dauid & quis dicet,cur feciſti ſic?Et
C dixit Dauid,ad Abiſai,& ad omnes ſeruos ſuos:Ecce filius me
us,qui egreſſus eſt de vtero meo,quærit animam meam, quã
to magis nunc filius Iemini?Sinite illum,& maledicat,quia di-
xit ei domin⁹.Forſitan reſpiciet dominus ad affictionem me
am,& reddet dominus mihi bonum pro maledictione eius
die hac.Et ibat Dauid,& viri eius per viam.Simhi autem ibat
per latus montis ex aduerſo ipſius eundo & maledicendo, la-
pides mittebat contra ipſum,et iactabat puluerẽ.Et venit rex,
& omnis populus qui erat cum eo,laſſi:& requieuit ibi.Abſa
lom autem,& omnis populus virorum Iſrael venerunt in Ie-
ruſalaim,& Achithophel cum eo.Et fuit,quando venit Chu-
ſai Archites amicus Dauid ad Abſalom,dixit Chuſai ad Abſa
lom:Viuat rex,viuat rex.Dixitq́ Abſalom ad Chuſai:iſta eſt
miſericordia tua ad amicum tuum?Vt quid non iuiſti cum
amico tuo?Dixitq́ Chuſai ad Abſalom: Non,ſed eius ero,
D quem elegerit dominus, & populus iſte,& omnes viri Iſrael,
illius ero,& cum eo manebo.Item,cui ego ſeruitur⁹ ſum?Nõ-
ne coram filio eius?Quemadmodum ſeruiui corã patre tuo,
ſic ero coram te.Dixit autem Abſalom ad Achithophel:Date
conſilium,quid faciamus.Dixitq́ Achithophel ad Abſalom:
Ingredere ad concubinas patris tui,quas dimiſit ad cuſtodi-
endam domum,& audiet omnis Iſrael,quòd [a] abominatio-
nem feceris in patrem tuum,& roborabuntur manus omniũ
qui ſunt tecum.Et extenderũt ipſi Abſalom tabernaculum ſu-
per tectum,& ingreſſus eſt Abſalom ad concubinas patris ſui
in oculis omnis Iſrael.Conſilium autem Achithophel quod
conſulebat in diebus illis,erat quemadmodum interrogaret

[a] rem adeo fœdam ut nũquam amplius illi recõciliãdus. Nam hoc populus uerebatur.

quiſpiam verbum dei.Sic erat omne cõſilium Achithophel,
etiam Dauidi,etiam ipſi Abſalom.

¶Achithophel diſſipato per Chuſai conſilio ſuo ſeipſum laqueo
ſuſpendit. CAP. XVII.

A Dixit autem Achithophel ad Abſalom:Eligã nũc duo-
decim milia virorum,& conſurgam,& perſequar Da
uid nocte.Et veniam ſuper eum.Ipſe autem eſt [a] laborans, [b] &
debilis manibus.Et terrebo eum,& fugiet omnis popul⁹, qui
eſt ſecum,& percutiam regem ſolum.Et reducam omnem po
pulum ad te,ſicut redit omnis vir,quem tu quæris ,& omis
populus erit pacificus.Et rectum fuit verbum in oculis Abſa
lom,& in oculis omnium ſeniorum Iſrael.Dixitq́ Abſalom:
Voca obſecro etiam Chuſai Architam,& audiemus quid o-
re ſuo etiam ipſe loquatur.Et venit Chuſai ad Abſalom,& di
xit Abſalom ad eum,dicendo:Secundum verbum hoc locu-
tus eſt Achithophel:Nunquid faciemus verbum eius,an nõ?
B Tu loquere.Dixitq́ Chuſai ad Abſalom:Non eſt bonum con
ſilium,quod conſuluit Achitophel vice hac.Dixitq́ Chuſai:
Tu noſti patrem tuum,& viros eius,quòd fortes ſunt,& ama
ri animo ſunt,ſicut vrſus orbatus in agro,& pater tuus eſt vir
bellicoſus,& nõ pernoctabit cum populo.Ecce nunc abſcon-
dit ſe ĩ vna è foueis,vel ĩ vno è locis:& erit,cũ ceciderit ex eis in
principio,& audierit audiens,dicet:Fuit plaga in populo,qui
erat poſt Abſalom.Et ipſe etiam vir fortis,cuius cor eſt ſicut
cor leonis,liquefiendo liquefiet.Scit enim omnis Iſrael,quòd
fortis eſt pater tuus,& filij fortes qui ſunt cum eo.Sed conſu-
lo,vt congregando congregetur ad te omnis Iſrael à Dan vſ-
que Berſebah tanquam arena,quæ eſt iuxta mare in multitu-
C dine,& facies tua vadat in bellum.Et veniemus ad eum in v-
num è locis in quo inuenietur,& caſtrametabimur aduerſum
eum quemadmodum cadit ros ſuper terram , & non relin-
quetur ex eo,& ex omnibus viris,qui ſunt ſecum,etiam vnus.
Et ſi in ciuitatem collegerit ſe,portabunt omnis Iſrael ad ciui
tatem funus, & trahemus eam vſque in torrẽtem,vſquequo
non iuueniatur ibi etiam lapis.Dixitq́ Abſalom,& omnis vir
Iſrael:Melius eſt conſilium Chuſai Architæ,conſilio Achitho
D phel.Dominus autem præceperat,vt deſtrueret cõſilium A-
chithophel,quod bonum erat,vt induceret dominus ſuper
Abſalom malum.Dixit autem Chuſai ad Sadoc,& Ebiathar
ſacerdotes:Sic,& ſic conſuluit Achithophel Abſalom, & ſe-
nioribus Iſrael:& ſic & ſic conſului ego.Et nunc mitte feſtinã
ter,& nunciate Dauid,dicendo:Ne moreris nocte in campe-
ſtribus deſerti,ſed etiam tranſeundo tranſibis,ne forte deglu-
tiatur rex,& omnis populus qui eſt cum eo.Ionathan autem
& Achimahas ſtabant in fonte Roghel,& abiit ancilla,& nun
ciauit eos,& ipſi abierunt,& nunciauerunt regi Dauid. Non
enim poterant videri ingredi vrbem.Et vidit eos puer,&
E nunciauit Abſalom.Et abierunt ambo feſtinanter, & ve-
nerunt ad domum viri in Bachurim, & ei erat puteus in a-
trio ſuo,& deſcenderunt illuc.Et tulit mulierį, & expandit
velamen in ſuperficie putei & expandit ſuper eum frumen-
ta contuſa, & non eſt agnita res. Et venerunt ſerui Abſa-
lom ad mulierem in domum,& dixerunt: Vbi eſt Achima-
has,& Ionathan?Dixitq́ eis mulier:Trãſierunt vadum aquæ.
Et quęſierunt,& non inuenerunt,& reuerſi ſunt in Ieruſalaim.
Et fuit,poſtquam abierunt illi,aſcenderunt de puteo,& abie-
runt, & nunciauerunt regi Dauid. Dixerũntque ad Dauid
F Surgite, & tranſite feſtinanter aquam. Sic enim conſuluit
contra vos Achithophel.Et ſurrexit Dauid, & omnis po-
pulus qui erat cum eo,& tranſierunt Iarden,donec illuceret
mane vſque ad vnum.Non defuit qui non tranſiret Iarden.
Achithophel autem vidit quòd non eſſet factum conſiliũ ſuũ
& iſtrauit aſinum,& ſurrexit,& abiit in domum ſuam,& in ci-
uitatem ſuam,& præcepta dedit familiæ ſuæ,& ſtrangulauit
ſe,& mortuus eſt,& ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui.Dauid
autem venit in Machanaim,& Abſalõ trãſiit Iarden,ipſe & o-
mnes viri Iſrael cum eo.Et Hamaſam poſuit Abſalom pro
Ioab

[b] laſſus



Ioab ſuper exercitum.Hamaſa aũt fili⁹ erat viri,& nomẽ eius
Ithra Iſraelita,qui ingreſſus eſt ad Abighail filiã Nachas ſoro
rem Seruiah matrem Ioab.Et caſtrametatus eſt Iſrael,& Ab-
G ſalom in terra Ghilhad.Et fuit,cũ veniſſet Dauid in Macha-
naim,Subi filius Nachas de Rabbah filiorum Hammon, &
Machir filius Hammiel de Lodebar,& Barzillai Ghilhadites
de Roghelim,lectum,& crateres & vaſa figulina,& frumẽta,
& hordea,& farinam,& polentam,& fabas,& lentes,& polẽ-
tã,& mel,& butyrũ,& pecudes,& caſeos vaccinos,obtulerũt
Dauid,& populo qui erat cum eo ad veſcendum. Dixerunt
enim:Populus famelicus,& laſſus,& ſitiens eſt in deſerto.

¶Abſalom prælio uictus,in quercu pendens,perimitur proiicitur in foueam,Da
uid accepto nuncio plangit. CAP. XVIII.

A Numerauit autem Dauid populum qui erat ſecum, &
poſuit ſuper eos tribunos,& centuriones.Et miſit Da
uid populum,tertiam partẽ in manu Ioab,& tertiã partẽ in
manu Abiſai filij Seruiah fratris Ioab,& tertiam partem in
manu Itthai Ghittæi.Dixitq́ rex ad pplm:Egrediẽdo egre-
diar etiã ego vobiſcum.Dixitq́ ppls:Non egredieris.Si enim
fugiendo fugerimus,non ponent ſuper nos cor,& ſi mortua
fuerit medietas noſtrum,non ponent ſuper nos cor. Nunc
enim tu es ſicut nos decem milia.Et nunc bonum eſt quod ſis
B nobis in ciuitate ad auxiliãdum.Dixitq́ ad eos rex:Quod bo
num eſt in oculis veſtris,faciam.Et ſtetit rex in loco portæ, &
omnis populus egrediebantur cẽteni & milleni.Præcepit au-
tem rex Ioab,& Abiſai,& Itthai,dicendo : Leniter ambulate
propter me erga Abſalom.Et omnis populus audierunt qñ
præcepit rex omnibus principibus propter Abſalom. Et e-
greſſus eſt populus in campũ in occurſum Iſrael,& fuit præ-
lium in ſaltu Ephraim.Et cæſi ſunt ibi populus Iſrael corã ſer-
uis Dauid,& fuit ibi plaga magna in die illa viginti milium.
Et fuit ibi prælium diſperſum in ſuperficie omnis terræ,et plu
res ſylua conſumpſit de populo,q̃ gladius in die illa. Et acci-
dit vt occurreret Abſalom ante ſeruos Dauid,& Abſalom e-
quitabat ſuper mulum. Et ingreſſus eſt mulus ſubter den-
ſitatem quercus magnæ, & tenuit ſe caput eius in quercu,
C & poſitus eſt inter cœlum,& terram.Mulus autem ,qui erat
ſub eo,tranſiuit.Et vidit vir quiſpiam,& nũciauit Ioab,& di
xit:Ecce vidi Abſalom ſuſpenſum in quercu.Dixit Ioab viro
nuncianti ſibi:Et ecce vidiſti,& cur nõ percuſſiſti eũ ibi in ter-
ra,& mea interfuiſſet dare tibi decem argenteos,& baltheum
vnum?Dixitq́ vir ad Ioab:Et ſi appenderẽ ſuper man⁹ meas
mille argẽteos huius rei gratia mihi exhibitos,non mitterem
manum meam in filium regis,quia in aurib⁹ noſtris pręcepit
rex tibi,& Abiſai,et Itthai,dicendo:Cauete ne quis puerũ tan
gat Abſalom.Vel feciſſem in animam meam mendacium,&
omne verbum nõ abſconditum eſſet à rege,& tu ſtares ex ad-
D uerſo.Dixitq́ Ioab:Non eſt bonum quod ſic expectem corã
te.Et tulit tria tela in manu ſua,& infixit ea in corde Abſalom
adhuc ipſo viuente in medio quercus.Et verterunt ſe decem
iuuenes armigeri Ioab,& percuſſerunt Abſalom, & occide-
runt eum.Et clanxit Ioab buccina,& ſtetit populus ne perſe-
queretur Iſrael,quia prohibuit Ioab populum.Et tulerũt Ab
ſalom,& proiecerunt eum in ſaltum,in foueam grandem, &
ſtatuerunt ſuper eum aceruum lapidum maguum valde, &
omnis Iſrael fugerũt vnuſquiſq́ in tabernacula ſua.Abſalom
autem tulerat,& erexerat ſibi in vita ſua monumẽtum,quod
erat in valle regia.Dixit em̃:Non eſt mihi filius,faciam hoc vt
memorare faciam nomen meũ.Et vocauit monumentũ no-
E mine ſuo.Et vocatum eſt illud locus Abſalom vſq́ ad diem
hanc.Achimahas autẽ filius Sadoc dixit:Curram nunc et nũ
ciabo regi,quod iudicauerit eum dominus de manu inimico
rum ſuorum.Dixitq́ ei Ioab:Non vir præmij eris die hac,ſed
nunciabis die altera.Die hac non nunciabis, eò q̃ filius regis
mortuus eſt.Dixitq́ Ioab ad Chuſi:Vade,nuncia regi quod
vidiſti.Et incuruauit ſe Chuſi ipſi Ioab,& cucurrit.Et addidit
adhuc Achimahas filius Sadoc,& dixit ad Ioab:Et ſit quicq̃d

ſit.Currã nunc etiã ego poſt Chuſi.Dixitq́ Ioab:Vt quid tu
curris fili mi,cum tibi merces nõ ſit futura?Et ſit quicquid ſit,
currã.Dixitq́ ei:Curre.Et cucurrit Achimahas per viã plani-
ciei,& tranſiuit Chuſi. Dauid autem ſedebat inter duas por-
tas,& iuit ſpeculator ſuper tectum portæ,ſuper murum,et e-
leuauit oculos ſuos & vidit,& ecce vir currebat ſolus.Et cla-
F mauit ſpeculator,& nunciauit regi. Dixitq́ rex : Si ſolus eſt,
nuncius eſt in ore eius.Et ibat eundo, & appropinquabat.Et
vidit ſpeculator virum alterum currentem,& clamauit ſpecu
lator ad ianitorem,& dixit:Ecce vir currens ſolus.Dixitq́ rex:
Etiam iſte nunciat.Dixitq́ ſpeculator:Video curſum prioris
veluti curſum Achimahas filij Sadoc.Dixitq́ rex,vir bonus
eſt hic,& cum nuncio bono venit.Et clamauit Achimahas,et
dixit ad regem,pax.Et incuruauit ſe regi in faciem ſuam ſuper
terram,& ait:Benedictus dominus deus tuus,qui tradidit vi
G ros,qui leuauerũt manus ſuas contra dominum meum regẽ.
Dixit autem rex:Pax ne eſt puero Abſalom?Dixitq́ Achima-
has:Vidi tumultum magnum dum mitteret ſeruum regium
Ioab,& me ſeruũ tuum,& nõ noui aliquid. Dixitq́ rex:Ver-
te te,ſta hic:& vertit ſe,& ſtetit.Et ecce Chuſi venit,& ait Chu
ſi:Nunciatur domino meo regi,q̃ iudicauit te dominus ho-
die de manu omnium inſurgentium contra te. Dixit aũt rex
ad Chuſi:Num eſt pax puero Abſalom?Dixitq́ Chuſi:Sint ſi
cut puer inimici domini mei regis,& vniuerſi qui inſurgunt
contra te in malum.Et conturbatus eſt rex, & aſcendit ſuper
thalamum portæ,& fleuit,& ſic dicebat,dum iret,fili mi Ab-
ſalom,fili mi,fili mi Abſalom,vtinam mortuus eſſem pro te
Abſalom fili mi,fili mi.

¶Dauid reſtitutus regno,reducitur in Ieruſalaim. CAP. XIX.

A Nunciatum eſt autem Ioab:Ecce rex flet,& luget ſuper
Abſalom.Et fuit ſalus in die illa in luctum omni popu
lo.Audiuit anim populus in die illa,dicendo:Dolet rex ſuper
filio ſuo.Et inſtar furis ſe habuit populus in die illo ingredien
do vrbem,quemadmodum inſtar furis ſe habet populus qui
erubeſcunt,dum fugiunt è prælio.Rex autem operuit faciem
ſuã,& clamauit rex voce magna.Fili mi Abſalom,Abſalõ fili
mi,fili mi.Et ingreſſus eſt Ioab ad regem in domũ,& dixit:pu
dore affeciſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum , qui
eruerunt animam tuam hodie,& animam filiorũ tuorum, &
filiarum tuatum,& animam vxorum tuarum,& animam cõ-
cubinarũ tuarum.Eò quòd diligis odio habentes te , & odio
habes diligentes te.Indicaſti enim hodie,q̃ non ſunt tibi prin-
cipes & ſerui.Noui enim hodie,q̃ ſi Abſalom viueret,& oẽs
B nos hodie mortui eſſemus,q̃ tũc rectum fuiſſet in oculis tuis.
Et nunc ſurge,egredere,et loquere ad cor ſeruorum tuorum.
Per dominum enim iuraui,quòd ſi non egreſſus fueris, non
manebit quiſquã tecum nocte.Et peius erit tibi hoc omni ma
lo,quod venit ſuper te ab adoleſcentia tua,vſque ad hoc tem-
pus.Surrexitq́ rex,& ſedit in porta,& omni populo nuncia-
uerunt,dicendo:Ecce rex ſedit in porta,& venit omnis popu
lus coram rege.Et Iſrael fugit vnuſquiſque in tabernacula ſua.
Et fuit,oĩs populus certabat in omnibus tribubus Iſrael,dicẽ
do:Rex eruit nos de manu inimicorum noſtrorum,& ipſe e-
ripuit nos de manu Peliſtim,& nunc fugit de terra propter
D Abſalom.Abſalom autem,quẽ vnximus ſuper nos mortuus
eſt in prælio.Et nunc vt quid ſiletis in reducẽdo regẽ?Rex aũt
Dauid miſit ad Sadoc,& Ebiathar ſacerdotes,dicendo:Loq-
mini ad ſeniores Iehudah,dicẽdo:Vt quid eritis vltimi ad re-
ducendũ regẽ in domũ ſuã?Siquidẽ verbũ oĩs Iſrael venit ad
regẽ in domũ ei⁹.Fratres mei eſtis,os meũ,& caro mea eſtis,et
vt q̃d eritis nouiſsimi ad reducendũ regẽ?Et ad Hamaſa dice
tis:Nunquid non os meũ,& caro mea es?Sic faciat mihi deus
& ſic addat,niſi princeps fueris exercitus coram me,omnib⁹
diebus pro Ioab.Et inclinauit cor omnis viri Iehudah veluti
viri vnius,& miſerũt ad regẽ.Reuertere tu,& oẽs ſerui tui. Et
reuerſus eſt rex , & venit vſque ad Iarden,& Iehudah venit

in Ghilgal,vt pergeret in occurſum regis,vt trãſire faceret re
gem in Iarden.Et feſtinauit Simhi filius Ghera filij Iemini,qui
erat de Bachurim,& deſcendit cum viro Iehudah, in occur-
ſum regis Dauid.Et mille viri erãt cũ eo de Biniamin,& Siba
D ſeruus domus Sauli et qndecim filij eiꝰ,& viginti ſerui eius ſe
cum,& eruperunt Iarden ante regẽ.Et trãſiuit ſcapha,vt tra-
ducerent familiam regiã,& facerent quod bonũ eſt in oculis
eius.Simhi autẽ filius Ghera procidit ante regẽ,dum trãſiret
per Iarden.Et dixit ad regem:Ne reputet mihi dñs meus ini-
quitatem.Ne memineris,ꝙ iniquè egit ſeruus tuus in die qua
egreſſus eſt dñs meꝰ rex de Ieruſalaim,vt ponat rex ſuper cor
ſuum.Nouit enĩ ſeruus tuus ſe peccaſſe,& ecce veni hodie pri
mus de omni familia Ioſeph,vt deſcenderẽ in occurſum dñi
mei regis.Et reſpondit Abiſai filius Seruiah,& dixit:Nũquid
E propter hoc non morietur Simhi,qui maledixit chriſto dñi?
Dixit aũt Dauid:Quid mihi,& vobis filij Seruiah, quia eſtis
mihi hodie aduerſarij?Nũ hodie morietur vir in Iſrael?Non
ne noui,ꝙ hodie ſum rex ſup Iſrael?Dixitq; rex ad Simhi:Nõ
morieris.Iurauitq; ei rex.Mephiboſeth autẽ filius Saul deſcen
dit in occurſum regis,& nõ aptauerat pedes ſuos,nec aptaue
rat labrum ſuum,& veſtes ſuas non lauerat à die qua abierat
rex,vſq; ad diẽ qua venit in pace.Et fuit,cum venit Ieruſalaim
in occurſum regis,dixit ei rex:Vt qd nõ veniſti mecũ Mephi-
Supra.16.a. boſeth?Dixitq;:Dñe mi rex,ſeruus meus decepit me.Dixit enĩ
ſeruus tuꝰ.Sternam mihi aſinam,& equitabo ſuper eã, et ibo
ad regem,claudus enim ſum,ego ſeruus tuus.Et accuſauit me
ſeruum tuũ apud te dominũ meum regẽ.Dñs aũt meus rex eſt
ſicut angelus dei.Fac quod bonũ eſt in oculis tuis.Non enim
fuit omnis familia patris mei,niſi obnoxia morti dño meo re
gi,& poſuiſti ſeruum tuum inter conuiuas menſæ tuæ.Et qua
F lis eſt mihi vltra iuſtitia,vt clamem vltra ad regẽ?Dixitq; rex:
3.Reg.2.b. Vt quid loqueris vltra verba tua?Dixi:Tu & Siba diuidite a-
gros.Dixitq; Mephiboſeph ad regem: Etiam omnia tollat,
poſtquã venit dominus meus rex in pace in domum ſuã. Bar
zillai autem Ghilhadites deſcendit de Roghelim, vt tranſiret
cum rege,Iarden vt tranſmitteret eum vltra Iarden. Et Bar-
zillai ſenex erat valde octoginta ſcilicet annorum, & ipſe pa-
uit regem dum manſit in Machanaim,quia vir magnus erat
valde.Dixitq; rex ad Barzillai.Tranſi mecum,& alam te me-
Supra.17.g. cum in Ieruſalaim.Dixitq; Barzillai ad regem:Quot ſunt dies
annorum vitæ meæ,vt aſcendã cum rege in Ieruſalaim?Octo
ginta annorum ſum hodie.Num diſcernam inter bonum &
malum?An guſtabit ſeruus tuus id quod comedam,& quod
bibam?Num audiã vltrà vocem cantorũ,& cãtatricũ? Et vt
quid erit ſeruus tuus adhuc oneri domino meo regi?Paulu-
lum trãſibit ſeruus tuꝰ Iarden cum rege.Et vt quid retribuet
mihi rex retributionẽ iſtam?Reuertatur obſecro ſeruꝰ tuus,
G & moriar in ciuitate mea,in ſepulchro patris mei, & matris
meæ.Et ecce ſeruus Chimham tranſibit cum domino meo re
ge.Fac ei quod bonum eſt in oculis tuis.Dixitq; rex: Mecum
tranſeat Chimham,& faciã ei quod bonum eſt in oculis tuis,
& quicquid volueris à me,faciam tibi.Et tranſiuit omnis po
pulus Iarden,& rex tranſiuit.Et oſculatus eſt rex Barzillai, &
benedixit ei,& reuerſus eſt in locum ſuum.Tranſiuit autẽ rex
in Ghilgal,& Chimham tranſiuit cum eo,& omnis populus
Iehudah tranſire fecerunt regem,& etiam dimidium populi
Iſrael.Et ecce omnis vir Iſrael veniens ad regem,dixit:Cur fu-
rati ſunt te fratres noſtri viri Iehudah,& tranſire fecerunt re-
gem,& familiam eius Iarden,& omnes viros Dauid cum eo?
Et reſpondit omnis vir Iehudah viro Iſrael:Quia ꝓpinquus
eſt rex mihi,& cur iraſceris propter hoc?Nunquid comeden
do comedimus aliquid ex rege?Num donatiuũ donauit no-
bis?Reſpondit vir Iſrael viro Iehudah,& dixit:Decem partes
ſunt mihi in rege,& etiam in Dauid complaceo plus q̃ tu.
Et cur flocci feciſti me,& non fuit verbum meum primũ mi-
hi,vt reducerem regem meum.Et durius fuit verbum viri Ie
hudah verbo viri Iſrael.

❡Sebah filius Bichri ſeparat Iſrael a Dauid,Ioab doloſe interficit Hamaſa, ca-
put Sebah traditur Ioab,numerantur officiarij regis.

CAP. XX.

A IBi autẽ caſu erat vir impius & nomen eius Sebah filius Bi-
chri vir Iemini,& clanxit buccina,& dixit: Non eſt nobis
pars Dauid,neque hæreditas nobis in filio Iſai.Vnuſquiſque
reuertatur ad tabernacula ſua Iſrael.Et aſcendit omnis vir Iſ-
rael à Dauid,poſt Sebah filium Bichri. Viri autem Iehudah
adhæſerũt regi ſuo à Iarden,vſque ad Ieruſalaim.Et venit Da
uid in domum ſuam in Ieruſalaim,& tulit rex decem mulie-
res concubinas,quas dimiſerat ad cuſtodiendam domum,&
B poſuit eas in domo cuſtodiæ,& pauit eas,& ad eas non eſt in
greſſus.Et fuerunt cuſtoditæ vſque ad diem mortis ſuæ in vi
duitate vitæ.Dixit autem rex ad Hamaſa:Congrega mihi vi-
ros Iehudah in tribus diebus,& tu hic ſta.Et abiit Hamaſa ad
conuocandum Iehudah.Et moratus eſt vltra tempus, quod
conſtituerat ei.Dixitq; Dauid ad Abiſai:Nunc peius faciet no
bis Sebah filius Bichri q̃ Abſalom.Tolle ſeruos domini tui,
C & perſequere eum,ne forte inueniat ſibi ciuitates munitas,&
effugiat ex oculis noſtris.Et egreſſi ſunt poſt eum viri Ioab,&
Cerethi,& Pelethi,& om̃es fortes,& egreſſi ſunt de Ieruſalaim
ad perſequendum Sebah filium Bichri.Ipſis exiſtentibꝰ apud
lapidem magnum, qui erat in Ghibhon, Hamaſa venit ante
eos.Ioab autem erat accinctus tunica veſtimenti ſui,& ſuper
eam cingulum gladij coniuncti lumbis eius in vagina ſua,&
ipſe egreſſus eſt,& cecidit gladius.Dixitq; Ioab ad Hamaſa:
D Num ſaluꝰ es frater mi?Et tenuit manu dextra Ioab barbam
Hamaſa,vt oſcularetur eum.Hamaſa autem non obſeruauit
ſe à gladio,qui erat in manu Ioab.Et percuſſit eum illo in qn-
ta coſta,& effudit inteſtina eius in terram,& non iterauit ei,&
mortuus eſt.Ioab autem,& Abiſai frater eius, perſecuti ſunt
Sebah filium Bichri.Et vir ſtetit iuxta Hamaſa è pueris Ioab,
& dixit:Qualis eſt ꝗ voluit eſſe pro Ioab,& qualis qui voluit
eſſe Dauidi poſt Ioab?Hamaſa autem inuolutꝰ ſanguine erat
in medio viæ.Et vidit vir,quòd ſubſiſteret omnis populus,
& amouit Hamaſa de via in agrum,& proiecit ſuper eũ veſti
E mentum,quum vidit,ꝙ omnis qui veniebat ad eum, ſubſiſte
ret.Quando autẽ amotus fuit,tranſiuit omnis vir poſt Ioab
ad perſequendum Sebah filium Bichri.Et tranſiuit per om̃es
tribus Iſrael in Abel,& in Bethmahachah,& omnia loca Be-
rim,& congregati ſunt,& venerunt poſt eum.Et venerunt,
& obſederunt eum in Abelah Bethmahachah, & diffu-
ſum extruxerunt aggerem iuxta ciuitatem. Et ſteterunt vi-
ri ciuitatis in antemurali. Et omnis populus qui erat cum
Ioab conquutiebant murum, vt eum ruere facerent. Et
clamauit mulier ſapiens de ciuitate:Audite,audite.Dicite ob-
ſecro ad Ioab:Appropinqua huc,& loquar ad te.Et acceſſit
ad eam.Et dixit mulier:Num tu es Ioab?Et dixit: Sum.Et di-
xit ei:Audi verba ancillæ tuæ.Et dixit:Audio. Dixitq; dicen-
F do:Loquendo loquebantur olim,dicendo:Interrogando in-
terogẽt in Abel,& ſic perfecta ſunt.Ego Abelah ſum inter pa
cificas & fideles Iſrael.Tu quæris interficere ciuitatem, & me-
tropolim in Iſrael.Quare diſſipas hæreditatem domini? Et re
ſpondit Ioab,& dixit:Abſit,abſit mihi,vt ſubuertam,& diſp-
dam.Non ita ſe habet res,ſed vir de monte Ephraim Sebah
filius Bichri nomen eius,leuauit manum ſuam contra regem
Dauid.Tradite illum ſolum,et recedam à ciuitate.Dixitq; mu
G lier:Ecce caput eius proiicitur ad te per murum.Et venit mu
lier ad omnem populum ſapientia ſua, & abſciderunt caput
Sebah filij Bichri,& proiecerunt ad Ioab.Et clanxit buccina,
et diſperſi ſunt ab vrbe vnuſquiſq; in tabernacula ſua.Ioab au Supra.8.d.
tem reuerſus eſt Ieruſalaim ad regem.Ioab autem erat ſup o-
mnem exercitum Iſrael.Benaiah verò filius Iehoiadah ſuper
Cerethi,& Pelethi.Et Adorã ſuper tributum,Iehoſaphath fi-
lius Achilud à cõmentariis.Et Seia ſcriba,& Sadoc,& Ebia-
thar ſacerdotes.Et etiã Hira Iairites erat princeps ipſi Dauid.

❡Fames trium annorum,ultio ſcelerum Saulis,in ſeptẽ filios eius
cruce ſuffixos.Quatuor inſignia bella Dauid aduerſus Peliſtæos.

CAP. XXI.

A FVit autẽ fames in diebus Dauid tribus annis,anno poſt
annum.Et requiſiuit Dauid faciẽ dñi,& dixit dominus:
Ieho.9.c. Propter Daul,& propter familiã ſanguinariam,eo quod in-
terfecit Ghibhonitas.Et vocauit rex Ghibhonitas,& dixit eis
Ghibhonitæ autem non de filiis Iſrael erant,ſed de reſiduis E-
moræorum,& filij Iſrael iurauerunt eis.Et quæſiuit Saul per-
cutere eos,quando zelatus eſt pro Iſrael, & Iehudah. Dixitq;
Dauid ad Ghibhonitas:Quid faciam vobis, & quo expiabo
peccatum,vt benedicatis hæreditati domini?Dixeruntq; ei
Ghibhonitæ.Non eſt nobis quæſtio ſuper argento & auro
cum Saul,& cum familia eius,& non eſt nobis voluntas quẽ-
quam interficiendi in Iſrael.Et dixit: Quicquid dixeritis faciã
vobis.Dixeruntq; ad regem:Virum qui conſumpſit nos, &
a inſidiatus eſt nobis qui[a] imputauit nobis,diſperdemus,vt non ſtet in omni termi
B no Iſrael.Dentur nobis ſeptem viri è filiis eius,& affigemꝰ eos
1.Re.18.a. domino in Ghibhah Saul electi domini.Dixitq; rex:Ego da-
bo.Et pepercit rex Miphiboſeth filio Ionathan filij Saul, pro
pter iuſiurandum domini,quod fuit inter Dauid, & Iona-
than filiũ Saul.Et tulit rex duos filios Riſpah filiæ Aiah, quos
peperit ipſi Saul Armoni,& Miphiboſeth,& quinque filios
Michal filiæ Saul,quos peperit ipſi Hadriel filio Barzilai Me-
holatitæ,& dedit eos in manu Ghibhonitarum,& ſuſpende-
runt eos in monte coram domino.Et mortui ſunt ſeptem hi-
pariter.Et occiſi fuerunt in diebus meſſis,in primis diebus,in
principio meſſis hordeaceæ.Et tulit Riſpah filia Aiah ſaccum
& extẽdit eũ ſibi ſuper petrã è principio meſſis,donec ſtillaret
aqua ſuper eos è cœlo,& non permiſit aues cœli requieſcere
1.reg.31.c. C ſuper eos in die,nec beſtiã agri in nocte.Et nunciatum eſt Da
uid quod fecerat Riſpah filia Aiah concubina Saul. Et abijt
Dauid,& tulit oſſa Saul,& oſſa Ionathan filij eius à maioribꝰ
Iabes Ghilhad,qui furati fuerãt ea de platea Bethſan, in qua
ſuſpenderant eos Peliſtim, in die qua percuſſerunt Peliſtim
Saul in Ghilboah.Et aſcendere fecit inde oſſa Saul,& oſſa Io-
nathan filij eius,& collegerunt oſſa affixorum. Et ſepelierunt
oſſa Saul, & Ionathan filij eius in terra Biniamin in Selah in
ſepulchro Chis patris eius.Et fecerunt omnia quæ præcepe-
rat rex, & propitiatus eſt deus terræ poſt hæc.Et fuit adhuc
D bellũ Peliſtinis cum Iſrael,& deſcẽdit Dauid,& ſerui eius cum
b fatigatꝰ eſt eo,& pugnauerũt cum Peliſtinis,&[b] defecit Dauid.Et Iſbibe-
nob,ꝗ erat de filiis[c] Haraphah.(Põdus aũt ferri haſtæ eiꝰ erat
c cuiuſdam gigãtis trecentorũ ſiclorũ põderis æris,& ipſe erat accinctus enſe no-
uo)cogitauit ꝑcutere Dauid.Et auxiliatus eſt ei Abiſai filius
Seruiah,& percuſſit Peliſtæũ,& interfecit eũ.Tunc iurauerũt
viri Dauid ei,dicẽdo:Non egredieris vltra nobiſcũ in præ-
d nec extingues. lium[d] ne extinguas lucernã Iſrael.Et fuit poſt hæc,fuit adhuc
bellũ in Ghob cũ Peliſtim.Tunc percuſſit Sibbechai Chuſa-
thites Saph,qui erat de filiis Haraphah.Et fuit adhuc bellũ in
1.Par.20.c. Ghob cum Peliſtim,& percuſſit Elchanan filius Iahare Be-
thlahalachmites Gholiath Ghittæum,& lignũ haſtæ eiꝰ erat tã-
quã liciatoriũ texentiũ.Et fuit adhuc bellũ in Ghath,et fuit ibi
vir magnę mẽſuræ.Digiti aũt manuũ eius,& digiti pedũ eius
ſex,& ſex,viginti & quatuor nũero,& etiã erat natꝰ de Hara-
phah. Et ꝓbris affecit Iſrael,& ꝑcuſſit eũ Ionathan, filius Si-
mhah fratris Dauid.Quatuor ij nati ſunt ipſi Haraphah in
Ghath,& mortui ſunt ꝑ manũ Dauid & ꝑ manũ ſeruorũ eiꝰ.

❡Canticum Dauid pro liberatione ab omnibus inimicis ſuis.

CAP. XXII.

A LOcutus eſt aũt Dauid domino verba cantici huius in
die qua liberauit dominus eum de manu omnium ini-
micorum ſuorũ,& de manu Saul.Et dixit:Dñs petra mea, &
arx mea,& liberator meꝰ mihi fuit.Deus fortitudo mea,ſpe-
rabo in eo,ſcutũ meũ,& cornu ſalutis meæ,eleuator meus,&
refugiũ meũ:ſaluator meus à rapina ſaluũ feciſti me.Laudabi
lem inuocabo dominum,& ab inimicis meis ſaluus ero. Cir-
cundederunt etenim me contritiones mortis,torrentes impij
terruerunt me.Dolores inferi circundedederunt me,pręuene
runt me laquei mortis.In tribulatione mea inuocaui dñm,&
ad deũ meum clamaui.Et exaudiuit de tẽplo ſuo vocẽ meũ,
& clamor meꝰ in aures eiꝰ.Et cõmota eſt,& cõtremuit terra,
fundamẽta cœli cõmota ſunt,& cõmota ſunt,qm̃ iratus eſt ei.
Aſcẽdit fumꝰ in ira eiꝰ,et ignis de ore eiꝰ deuorabit,carbones
ſuccẽſi ſunt ab eo.Et inclinauit cœlos,& deſcendit, & caligo
ſub pedibus eius.Et equitauit ſuper Cherub,& volauit,& vo
B lando viſus eſt ſup pennas vẽti.Et poſuit tenebras in circuitu
ſuo tabernacula,colligantiã aquarũ nubes cœlorum.Præ ful
gore in cõſpectu eius ſuccẽſi ſunt carbones ignis. Tonauit de
cœlo dominus,& altiſſimꝰ dedit vocẽ ſuam.Et miſit ſagittas
& diſperſit eos fulgur,& cõtriuit eos.Et apparuerunt effuſio
nes maris,reuelata ſunt fundamenta orbis,propter increpa-
tionẽ domini ab inſpiratione ſpiritus iræ eius.Miſit de ſum-
mo,aſſumpſit me,traxit me de aquis multis. Et liberauit me
ab inimico meo forti,ab odio habẽtibus me,quoniam robu-
ſtiores erant me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ.Et
fuit dominus baculus mihi. Et eduxit ad latitudinem me,
C & liberauit me,quoniam complacuit in me. Retribuit mi-
hi dominus ſecundum iuſtitiam meam, ſecundum mundi-
tiã manuũ mearũ,reddidit mihi.Quia cuſtodiui vias dñi, &
nõ impiè egi à deo meo.Quia om̃ia iudicia eius in conſpectu
meo, & à ſtatutis eius nõ receſſi.Et fui ꝑfectus ei, & cuſtodiui
me ab iniquitate mea.Et reſtituit dñs mihi ſecũdũ iuſtitiã meã
ſecundũ munditiã meã in cõſpectu oculorũ eius. Cũ pio eris
pius,cũ viro perfecto perfectus eris.Cũ mũdo mũdus eris,& a peruerſe te facies.
cũ ꝑuerſo[a] peruerſus eris.Et populũ pauperẽ ſaluũ facies, &
oculos tuos pones ſuper excelſos,humiliabis eos. Quia tu es
lucerna mea dñe,& dñs illuminabit tenebras meas.In te enim
cõtriui exercitũ,in deo meo trãſiliui murũ. Dei ꝑfecta eſt via,
eloquium dñi ſublimatũ,ſcutũ eſt omnibus ſperantibus in ſe.
Qm̃ quis eſt deus præter dñm,& quis fortis p̃ter deũ noſtrũ? b Deus roborat me bellica fortitudine,& dirigit integrã uiam meam.
[b] Deus fortitudo mea in exercitũ,ſoluit perfectã viã meã.Po-
nens pedes meos tanq̃ ceruarũ,& ſup excelſa mea ſtatuit me.
Docẽs manus meas ad bellũ,& contritus eſt arcus æreus bra-
chiis meis.Et dediſti mihi ſcutum ſalutis tuæ,& in manſuetu-
dine tua multiplicaſti me,Dilataſti paſſum meũ ſubter me, &
nõ declinauerũt tali mei.Perſecutꝰ ſum inimicos meos,& diſ-
perdidi eos,et nõ reuerſus ſum,donec cõſumpſi eos.Et cõſum
D pſi eos,& ꝑfodi eos,& non ſurgent,& ceciderũt ſub pedibus
meis.Et accinxiſti me fortitudine ad præliũ,incuruaſti inſurgẽ
tes mihi ſubtus me.Et inimicos meos dediſti mihi ceruicẽ, &
odio habẽtes me excidi.Aſpexerũt,& nõ fuit ſeruator,ad do-
minũ,& nõ exaudiuit eos.Et cõtudi eos ſicut puluerẽ terræ,
ſicut lutũ platearũ comminui eos,& diſtẽdi eos. Et eruiſti me
à cõtradictionibus populorũ.Cuſtodiſti me in caput gentiũ:
populus quẽ non noui,ſeruiuit mihi.Filij alieni mentiti ſunt
mihi.Ad auditũ auris audiẽt mihi.Filij alieni defluxerũt,& cõ
tremuerunt à clauſuris ſuis.Viuit dñs,& benedictꝰ fortitudo c inclytus pſalles.
mea,& exaltetur deus fortitudo ſalutis meæ.Deus dans vindi d Et erit talis,ſicut lux matutina oriente ſole matutina inquã abſq; nubibꝰ per quas a ſplendore & pluuia eſt germen de terra At nõ inſtar germinis parum durãtis eſt domꝰ mea a deo.
ctas mihi,& deiiciẽs populos ſub me.Et educens me ab inimi
cis meis,& ab inſurgẽtibus in me eleuabis me,à viro iniquo li
berabis me.Propterea cõfitebor tibi dñe in gẽtibus,& nomi
ni tuo pſallã.Magnificans ſalutes regis ſui,& faciens miſericor
diã Chriſto ſuo Dauid,& ſemini eius vſque in ſeculum.

❡Nouiſſima uerba Dauid,catalogus fortium eius.

CAP. XXIII.

A HAec autẽ ſunt verba Dauid nouiſſima. Dixit Dauid fi-
lius Iſai,& dixit vir qui cõſtitutus eſt excelſus Chriſtus
dei Iahacob,&[c] dulcis carminibus Iſrael.Spiritus domini lo-
cutus eſt per me,& ſermo eius fuit ſuper linguam meam. Di- e Et quidẽ cũcta ſalꝰ mea & omne deſiderũ meũ eſt quod nõ inſtar germinis ſit.Impij uero ſunt ut ſpinę in totum euulſę quæ nõ manu capiunt a quoquam.
xit deus Iſrael mihi,locutus eſt fortis Iſrael:Dominator homi
nũ iuſtus ſit,dominator cũ timore dei:[d] Et ſicut lux matutina
orietur ſol, mane abſque nubibus,à ſplendore & à pluuia her
ba de terra.Non enim ſic domus mea cum deo,qa pactũ æ-
ternũ poſuit mihi ritè diſpoſitũ in omnibꝰ,& cuſtoditũ.[e] Cũ-
cta enĩ ſalus mea,& omnis voluntas,quia non germinare fa
ciet.Impij autem tanquã ſpinæ mouẽtur vniuerſi,qa nõ ma-

nu capient.Et vir q̄ tetigerit eas replebitur ferro,& ligno lan
ceæ:& igne cōburendo comburentur in habitaculo.Iſta ſunt
a præcipuus inter tres. nomina fortium qui erant ipſi Dauid.Sedens in cathedra ſa-
piēs[a] caput magnorū,ipſe Hadino Heſnita,q̄ occidit octin-
gentos viros vice vna.Et poſt eū Elhazar filius Dodo filij A-
chochi inter tres fortes cū Dauid,qñ probris affecerunt Peli-
B ſtæos qui cōgregati erant illic in prælīū,& eò aſcenderunt vi-
ri Iſrael.Ipſe ſurrexit & percuſſit Peliſtim,donec deficeret ma-
nus eius,& adhæreret manus eius gladio.Et fecit dñs ſalutem
magnam in die illa,& populus reuerſus eſt poſt eum tantum
ad ſpoliandum.Et poſt eū Samma filius Aghe Hararites.Et
congregati ſunt Peliſtim in villa.& erat ibi poſſeſſio cāpi ple-
C na lentis,& populus fugerat à facie Peliſtim.Et ſtetit in medio
poſſeſſionis,& liberauit eum,& percuſſit Peliſtim,fecitqꝫ dñs
ſalutē magnā.Et deſcenderunt tres ex triginta principibus,&
venerunt in meſſe ad Dauid ad ſpeluncā Hadullam.& caſtra
Peliſtim caſtrametata erāt in valle Rephaim.Dauid aūt tunc
erat in præſidio,& præſides Peliſtim,tunc erant in Bethlechē.
Et deſyderauit Dauid,& ait:Vtinā quiſpiā propinaret mihi
aquā de ciſterna Bethlechē quæ eſt in porta.Et irruperūt tres
fortes in caſtra Peliſtim,& hauſerunt aquam de ciſterna Beth
lechem,quæ erat in porta,& portauerunt,& attulerūt ad Da
uid,& noluit bibere eam,ſed libauit eā domino.Et dixit:Ab-
ſit mihi dñe,vt faciā hoc.Num bibā ſanguinem virorum,qui
b aliorū.ſ. trium abierunt contra animas ſuas?Et noluit bibere eam.Hæc fece-
runt tres fortes.Abiſai aūt frater Ioab filius Seruiah erat prin-
ceps[b] trium & ipſe ſuſcitauit lanceā ſuam cōtra trecētos quos
c .ſ.priores occidit.Et ei erat nomen inter tres.Tribus nónne glorioſior
erat?Et erat eis princeps,ſed vſque ad tres[c] non ꝑuenit.Bena-
iahu filius Iehoiadah,filius viri fortis,magnus opibus,de Cab
ſeel.Ipſe ꝑcuſſit duos fortes vt leones Moab,& ipſe deſcendit
D & ꝑcuſſit leonē in medio ciſternæ in die niuis.Et ipſe ꝑcuſſit
virū Aegyptiū virū aſpectus,& in manu Aegyptij erat lācea,
et deſcēdit ad eū in virga,& rapuit lanceā de manu Aegyptij,
et interfecit eū lācea ſua.Hæc fecit Benaiahu fili⁹ Iehoiadah,&
ei erat nomen inter tres fortes,ipſis triginta glorioſior,ſed ad
tres nō peruenit.Et poſuit eum Dauid ad auditū ſuū.Haſahel
frater Ioab inter triginta.Elchanan filius Dodo de Bethlechē.
Samma Charodites,Elica Charodites.Cheles Paltites,Hira
filius Hicches Tecohites.Abihezer Hannethothites,Mebū-
nai Chuſathites.Salmon Achochites,Maharai Nethophati-
tes.Cheled filius Bahanah Nethophatites,Itthai filius Ribai
de Ghibhah filiorū Biniamin,Benaiahu Pirhathonites,Hid-
dai de torrēte Ghahas.Abihalbon Harbathites,Hazmaueth
Barchumites:Eliachba Sahalbonites,filij Iaſen Iehonathā.Sā-
mah Hararites,Achiam filius Sarar Ararites.Elipheleth filius
Achaſbai filius Mahachathi,Elihā fili⁹ Achithophel Ghiloni-
tes.Cheſrai Charmelites,Paharai Arbites.Ighal filius Nathā
de Sobah,Bani Gadites.Selec Hāmonites,Nacharai Beero-
thites armiger Ioab filij Seruiah.Hira Ithrites,Ghareb Ithri-
tes.Vriah Chittæus.Omnes triginta,& ſeptem.

¶Iſrael ob numeratum populum a Dauid percutitur peſte,intereūt triduo ſe-
ptuaginta milli uirorum. CAP. XXIIII.

A ET addidit furor dñi iraſci contra Iſrael,& concitauit Da
uid in eis dicendo:Vade,numera Iſrael,& Iehudah.Di-
xitqꝫ rex ad Ioab principem exercitus qui erat ſecū:Diſcurre
nunc per omnes tribus Iſrael à dan vſqꝫ Beer Sebah,& nume
rate populū,vt ſciā numerū populi.Dixitqꝫ Ioab ad regē.Ad
dat dñs deus tuus populo ſicut ſunt,& ſicut ſunt centū vici-
bus,& oculi dñi mei regis videant:ſed dominus meus rex,vt
quid vult hoc?Præualuit autē verbum regis ſuper Ioab,et ſu
per principes exercitus.Egreſſuſqꝫ eſt Ioab,& principes exer-
citus à facie regis vt numerarent populum Iſrael.Et tranſierūt
Iarden,& caſtramatati ſunt in Haroher ad dexterā vrbis quę
eſt in medio torrētis Ghad,& ad Iahazer.Et venerūt in Ghil-
had,& in terram Tachtim Chodſi,& venerunt in Dan Ia-
han,& circa Sidon.Et venerunt ad munitionē Tyri,& omes
B vrbes Chiuuæi,& Chenahanæi,& egreſſi ſunt ad meridiē Ie-
hudah in Beer Debah.Et circuierūt omnem terrā,& venerūt
in fine nouē menſium,& viginti dierū in Ieruſalaim.Deditqꝫ
Ioab numerū numerationis populi regi.Et fuit Iſrael octingē
ta milia virorū fortiū euaginantiū gladium,& viri Iehudah
quingenta milia virorū.Percuſſit autē cor Dauid eum,poſt-
quā numerauit populū.Dixitqꝫ Dauid ad dñm:Peccaui val-
de in eo quod feci.Et nunc domine fac trāſire quæſo iniquita
tem ſerui tui,quia ſtultè egi valde.Et ſurrexit Dauid manę,&
verbum dñi fuit ad Ghad prophetam videntē Dauid,dicen-
do:Vade & loquere ad Dauid:Sic dixit dñs.Tria offero tibi.
Elige tibi vnū ex his,& faciam tibi.Et venit Ghad ad Dauid,
& nūciauit ei.Dixitqꝫ illi:Nū vis,vt veniant tibi ſeptem anni
famis in terra tua,aut tribus menſibus fugere coram hoſtibus
tuis,& ipſe hoſtis ꝑſequatur te,aut ꝙ ſit tribus diebus peſtis
C in terra tua?Nūc cognoſce,& vide quale reſpondeā mittenti
me verbum.Dixitqꝫ Dauid ad Ghad:Anguſtiis afficior val-
de.Incidamus obſecro in manum dñi,quia multæ miſeratio-
nes eius,& in manū hominum ne incidā.Et dedit dñs peſtē in
Iſrael à mane vſqꝫ ad tēpus cōſtitutū,& mortui ſunt de pplo à
Dan vſqꝫ ad Beerſebath ſeptuaginta milia virorū.Et miſit ma
num ſuā angelus ad Ieruſalaim,vt diſperderet eam,& pœni-
tuit dñm ſuper malo.Dixitqꝫ angelo diſperdenti populum:
Sufficit nunc:Quieſcere fac manū tuam.Angelus aūt domini
erat iuxta areā.Araunah Iebuſæi.Dixitqꝫ Dauid ad dñm,cum
vidiſſet angelū cædentē populū,& dixit:Ecce ego peccaui,&
ego iniquè egi.Iſti autem qui oues ſunt,quid fecerunt?Veniat
obſecro manus tua cōtra me,& cōtra domū patris mei.Ve-
D nit aūt Ghad ad Dauid in die illa,& dixit ei:Aſcēde,erige do
mino altare in area Araunah Iebuſæi:Et aſcendit Dauid iu-
xta verbū Ghad quēadmodū præceperat dñs.Et reſpexit A-
raunah,& vidit regē & ſeruos eius trāſeuntes ad ſe,& egreſſus
eſt Araunah,& incuruauit ſe regi ſup faciē ſuā ſuper terrā.Di-
xitqꝫ Araunah:Cur venit dñs me⁹ rex ad ſeruum ſuū?Dixitqꝫ
Dauid:Vt emam à te areā,vt ædificē altare dño,& reſtringa
tur plaga à pplo.Dixitqꝫ Araunah ad Dauid:Accipiet,& of
ferat dñs meus rex quod bonū eſt in oculis ſuis.Vide boues
pro holocauſto,et plauſtra,& inſtrumēta boū pro lignis.Oīa
dedit Araunah regi.Dixitqꝫ Araunah ad regē:Domin⁹ deus
tu⁹ cōplaceat tibi.Dixitqꝫ rex ad Araunah:Nequaqꝫ,ſed emē-
do emam eam.Emam à te precio,& nō offeram dño,domi-
no meo holocauſta gratis.Et emit Dauid aream,& boues ar
gento Sechelim quinquaginta.Et ædificauit Dauid ibi altare
domino,& obtulit holocauſta,& pacifica.Et propitiatus eſt
dominus terræ,& reſtricta eſt plaga ab Iſrael.

FINIS.

# Liber primus Mela-chim,id eſt,Regum,qui apud nos dici-tur III. Liber Regum: Inter-prete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Seni Dauid quęritur Abiſagh adoleſcentula,Adoniiah inſcio pa-
tre occupat regnum,ungitur Selomoh,fugit Adoniiah.

CAPVT I.

A REX AVTEM DA-
uid ſenuerat,venerat in dies,& opiebāt
eum veſtibus,& non erat calor ei.Dixe-
runtqꝫ ei ſerui eius:Quærāt dño meo re-
gi puellam virginem,& ſtet coram rege
& eum foueat,& dormiat in ſinu tuo,
& calefaciat dominum meum regem.Et
quæſierunt puellā pulchram in omni termino Iſrael,& inue-
nerunt Abiſagh Sunamitem,& adduxerunt eam ad regem.
Puella autē erat pulchra valde,& regem fouebat,& miniſtra-
bat ei.Rex autem non cognouit eam.Adoniiah autem filius
Chagith eleuabatur,dicendo:ego regnabo.Et fecit ſibi curr⁹
& equites,& quinquaginta viros currentes ante ſe.Et non do
lore affecit eum pater ſuus à diebus eius,dicendo:Cur ſic feci
ſti?Et etiam iſte decorus erat forma valde,& ipſum pepererat
Mahachah poſt Abſalom.Et fuerunt verba eius cum Ioab fi-
lio Seruiah,& cum Ebiathar ſacerdote,& adiuuabant ſequē-
tes Adoniiah.Sadoc verò ſacerdos,& Benaiahu filius Iehoia
dah,& Nathan propheta,& Simhi,& Rehi,& fortes qui erāt
Dauidi,non erant cum Adoniiahu.Et immolauit Adoniahu
B oues,& boues,& pinguia iuxta lapidem Zocheleth,qui erat
apud fontem Roghel,& inuitauit omnes fratres ſuos filios re
gis,& omnes viros Iehudah ſeruos regis.Et Nathan prophe
tam,& Benaiahu,& fortes,& Selomoh fratrem ſuum nō inui
tauit.Dixitqꝫ Nathan ad Bathſebah matrem Selomoh,dicen
do:Nónne audis ꝙ regnet Adoniiahu filius Chagith,& do-
minus noſter Dauid neſciuit?Et nunc veni,conſulam tibi ob-
ſecro conſilium,& erue animam tuam,& animam filij tui Se-
lomoh.Vade,& ingredere ad regem Dauid,& dices ei:Nón-
ne tu nunc mi rex iuraſti ancillæ tuę,dicendo:Selomoh filius
tuus regnaturus eſt poſt me,& ipſe ſedebit ſuper ſolium meū.
Et cur regnauit Adoniiahu?Ecce adhuc te loquente ibi cum
rege,veniam poſt te,& cōplebo ſermones tuos.Et ingreſſa eſt
Bathſebah ad regem in cubiculum:Rex aūt ſenuerat valde,&
C Abiſagh Sunamitis miniſtrabat regi.Et inclinauit ſe Bathſa-
bah,& incuruauit ſe regi.Dixitqꝫ rex:Quid eſt tibi?Dixitqꝫ ei:
Domine mi,tu iuraſti per dominum deum tuum ancillæ tuę,
Selomoh filius tuus regnabit poſt me,& ipſe ſedebit ſuper ſo-
lium meum.Et nunc ecce Adoniiahu regnauit.Et nunc do-
mine mi rex neſciſti.Et immolauit boues,& pinguia,& pecu
des in multitudinem,& inuitauit omnes filios regis,Ebiathar
ſacerdotem,& Ioab principem exercitus.Selomoh autē ſer-
uum tuum nō inuitauit.Et tu noſti domine mi rex,quòd ocu
li omnis Iſrael ſuper te ſunt,vt indices eis,quis ſeſſurus ſit ſup
ſolium domini mei regis poſt ipſum.Et erit,cum dormierit
dominus meus rex cum patribus ſuis,ero ego,& filius meus
Selomoh peccatores.Et ecce adhuc ea loquente cū rege,Na-
than propheta venit.Et nunciauerunt regi,dicendo:Ecce Na
D than propheta.Et introiuit ante regem,& incuruauit ſe ſuper
faciem ſuam ſuper terram.Dixitqꝫ Nathan:Domine mi rex,tu
ne dixiſti Adoniiahu regnabit poſt me,& ipſe ſedebit ſuper
ſolio meo?Deſcendit enim hodie,& immolauit boues,& pin
guia,& pecudes in multitudinē,inuitauitqꝫ omnes filios re-
gis,& principes exercitus,& Ebiathar ſacerdotem.Et ecce ipſi
comedunt,& bibunt coram eo,atqꝫ dixerunt:Viuat rex A-
doniiahu.Me autem qui ſum ſeruus tuus,et Sadoc ſacerdotē,
& Benaiahu filium Iehoiadah,& Selomoh ſeruum tuum nō
inuitauit.Num à domino meo rege factum eſt verbum hoc
E & non ſcire feciſti ſeruos tuos,quis ſeſſurus eſſet ſuper ſolium
domini mei regis poſt ipſum?Et reſpondit rex Dauid,& di-
xit:Vocate ad me Bathſebah.Et ingreſſa eſt ante regem,& ſte
tit coram rege.Et iurauit rex,& dixit:Viuit dominus,qui re-
demit animam meam de omni anguſtia:quia quemadmodū
iuraui tibi per dominum deum Iſrael,dicendo,ꝙ filius Selo-
moh regnabit poſt me,& ipſe ſedebit ſuper ſolium meū pro
me,ecquidem ſic faciam die hac.Et inclinauit ſe Bathſebah in
faciem ſuper teram,& incuruauit ſe regi,& dixit:Viuat domi
nus meus rex Dauid in æternū.Dixit autem rex Dauid:Voca-
te ad me Sadoc ſacerdotem,& Nathan prophetam,& Bena
iahu filium Iehoiadah.Et ingreſſi ſunt ante regem.Dixitqꝫ rex
F eis:Tollite vobiſcum ſeruos domini veſtri,& equitare facite
Selomoh filium meum ſuper mulam quæ eſt mihi,& deſcēde
re facietis eum in Ghichon.Et vnget eum ibi Sadoc ſacerdos
& Nathan propheta in regem ſuper Iſrael,& clangetis bucci-



na,atqꝫ dicetis:Viuat rex Selomoh.Et aſcēdetis poſt eū,et ve
niet & ſedebit ſup ſolium meū,& regnabit pro me,& ipſi præ-
cipiā vt ſit dux ſup Iſrael,& ſuper Iehudah.Reſpōdit aūt Be-
naiahu filius Iehoiadah ad regem,& dixit Amen.Sic dicat do
minus deus domini mei regis:Quēadmodū fuit dominus cū
domino meo rege,ita ſit cum Selomoh,& magnificet ſolium
eius,pluſqꝫ ſolium domini mei regis Dauid.Et deſcendit Sa-
doc ſacerdos,& Nathan propheta,& Benaiahu filius Iehoia-
dah,& Cerethi,& Pelethi,& equitare fecerunt Selomoh ſup
mulam regis Dauid,& ire fecerunt eum in Ghichon.Tulitqꝫ
Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo,et vnxit Selomoh.
Et clanxerunt buccina,dixeruntqꝫ omnis populus:Viuat rex
Selomoh.Et aſcenderunt omnis populus poſt eum.Et popu
lus canebat tibiis,& lætabatur lætitia magna.Et ſcindebatur
terra à voce eorum.Audiuit autem Adoniiahu,& omnes in
uitati,qui erant ſecum,ipſi autem finierant comedere.Et audi
uit Ioab ſonitum buccinæ,& dixit:Cur vox ciuitatis tumul-
tuantis?Adhuc eo loquente,ecce Ionathan filius Ebiathar ſa-
cerdotis venit.Dixitqꝫ Adoniiahu:Ingredere,quia vir fortis
es & bonū nūciabis.Reſponditqꝫ Ionathan,& dixit ad Ado-
niiahu:Profecto dominus noſter rex Dauid regnare fecit Se-
lomoh.Et miſit ſecum rex,Sadoc ſacerdotem & Nathan pro
phetam,& Benaiahu filiū Ieoiadah,& Cerethi,& Pelethi,&
equitare fecerunt eū ſuper mulam regiam.Et vnxerunt eum
Sadoc ſacerdos,& Nathā propheta in regem in Ghichon.Et
aſcenderunt inde lætantes,& tumultuauit ciuitas.Hic eſt ſoni
tus quem audiſtis.Et etiā ſedit Selomoh ſuper ſolium regni.
Et etiam venerunt ſerui regis ad benedicendum domino no
ſtro regi Dauid dicendo:Benefaciat deus nomini Selomoh
magis q̄ nomini tuo,& magnificet ſoliū eius magis q̄ ſolium
G tuum.Et incuruauit ſe rex ſuper lectū.Et etiā ſic dixit rex:Bene
dictus dominus deus Iſrael,qui dedit hodie ſedentē ſup thro-
num meum,& oculi mei vidēt.Et territi ſunt,& ſurrexere o-
mnes inuitati qui erāt cū Adoniiahu,et abierūt vnuſquiſqꝫ in
viam ſuā.Adoniahu aūt timens à facie Selomoh ſurrexit,& a-
biit,& tenuit cornua altaris.Et nūciatū eſt Selomoh dicēdo:
Ecce Adoniiahu timēs regē Selomoh,apprehēdit cornu alta
ris dicēdo:Iuret mihi hac die rex Selomoh,ꝙ non interficiet
ſeruum ſuum gladio.Dixitqꝫ Selomoh:Si fuerit filius virtuo-
ſus,nō cadet de capillis eius ſuper terrā.Si verò malū inuētum
fuerit in eo,morietur.Et miſit rex Selomoh,& deſcendere fe-
cerunt eum ab altari,& venit,& incuruauit ſe regi Selomoh.
Dixitqꝫ Selomoh:Vade in domum tuam.

¶Moritur Dauid,Adoniiah petita Abiſagh concubina patris,occiditur.Abia
thar priuatur ſacerdotio.Simhi & Ioab interficiuntur. CAP. II.

A APpropinquauerūt aūt dies Dauid,ut moreretur.Præ-
cepitqꝫ Selomoh filio ſuo dicendo:Ego vado ꝑ viam
omnis terræ.Conforta te,& eſto vir.Et cuſtodi cuſtodiam
domini dei tui,vt ambules in viis eius,vt cuſtodias decreta
eius,præcepta eius,& iudicia eius,& teſtimonia eius ſicut ſcri
ptum eſt in lege Moſeh,vt ſecundet omnia quæ feceris,& o-
mnia ad quæ te verteris:vt confirmet dñs verbum ſuū,quod
locutus eſt mihi dicēdo:Si cuſtodierint filij tui viā ſuā,& am-
bulauerint corā me in veritate,toto corde ſuo,& tota anima
ſua,dicēdo:Nō abſcidetur tibi vir de ſolio Iſrael.Et etiā noſti
quæ fecerit mihi Ioab filius Seruiah,& quę fecerit duob⁹ prin
cipibus exercituū Iſrael,Abner filio Ner,& Hamaſa à filio Ie-
ther,q̄s occidit,& poſuit ſanguines belli in pace,& dedit ſan-
guines belli in baltheo ſuo q̄ erat in lūbis ſuis,& in calceamēto
B ſuo,quod erat in pedibus ſuis.Facieſqꝫ iuxta ſapiētiam tuā,&
nō deſcēdere facies caniciē eius pacificè ad ſepulchrū.Filiis aūt
Barzillai Ghilhaditæ facies miſericordiā,& erūt inter cōuiuas
mēſæ tuæ,quia ſic acceſſerūt ad me dū fugerē à facie Abſalom
fratris tui.Et ecce tecum eſt Simhi filius Ghera filij Iemini de
Bachurim qui maledixit mihi maledictione vehementi in die
qua ꝑgebā ad Machanaim & ipſe deſcēdit in occurſum meū
ad Iarden,& iuraui ei per dñm,dicēdo:Non mori faciam te,

gladio;Et nunc ne impunē dimittas eum,quia vir ſapiens es,
Act.2.e.13.e 1.Par.29.f. & noſti quæ faciat ei,& deſcendere facies caniciē eius cum ſan
guine ad ſepulchrum.Et dormiuit Dauid cum patribus ſuis,
& ſepultus eſt in ciuitate Dauid.Dies autem quibus regnauit
ſuper Iſrael fuere quadraginta anni. In Chebron regnauit ſe
ptē annis,& in Ieruſalaim regnauit triginta,et tribus annis.Se
lomoh aūt ſedit ſuper ſoliū Dauid patris ſui,& firmatū eſt re
gnū eius valde.Venit aūt Adoniiahu filius Chagith ad Bath
ſebah matrem Selomoh.Et dixit Bathſebah:Nū pacificus eſt
C ingreſſus tuus?Dixitq;:Pacificus.Et ait;Verbū mihi eſt ad te.
Et dixit:Loquere.Et dixit:Tu noſti,ꝙ meū erat regnum,& ſu
per me poſuerunt omnis Iſrael facies ſuas,vt regnarem.Et ver
ſum eſt regnū,& fuit fratri meo.A dño enim fuerat ei.Et nūc
petitionem vnā poſtulo à te:ne auertere facias faciem meam.
Et dixit ad eum:Loquere.Et dixit.Dic obſecro Selomoh re
gi.(Non enim auertere faciet faciem tuam)vt det mihi Abi
ſagh Sunamitē vxorem.Dixitq; Bathſebah.Bene,ego loquar
pro te ad regem.Et venit Bathſebah ad regem Selomoh,vt
loqueretur ei pro Adoniiahu.Et ſurrexit rex in occurſum eiꝰ,
& incuruauit ſe ei,& ſedit ſuper ſolium ſuum,& poſuit ſolium
D matri regis,& ſedit ad dexteram eius.Et ait: Petitionem vnā
paruam ego peto a te,ne auertere facias faciem meam.Dixitq;
ei rex:Pete mater mea.Non enim auertere faciam faciem tuā.
Et ait:Detur Abiſagh Sunamitis Adoniiahu fratri tuo in vxo
rem.Et reſpondit rex Selomoh,& dixit matri ſuæ;Et quare tu
poſtulas Abiſagh Sunamitē,pro Adoniiahu?Pete pro eo re
gnū.Ipſe eñ frater meus maior me eſt,& ei eſt Ebiathar ſacer
dos,& Ioab filius Seruiah.Et iurauit rex Selomoh per domi
nū dicēdo:Sic faciat mihi deus,& ſic addat,quia contra aīam
ſuam locutus eſt Adoniiahu verbū hoc.Et nunc viuit domi
nus qui firmauit me,& ſedere fecit me ſuper thronum Dauid
patris mei,& qui fecit mihi domum,ſicut locutus eſt,quia ho
die morietur Adoniiahu.Et miſit rex Selomoh per manum
Benaiahu filij Iehoiadah,&,irruit in eum,& mortuꝰ eſt.Et ad
Ebiathar ſacerdotem dixit rex: In Hanathoh vade ad agros
tuos,quia vir obnoxius morti es,& in die hac non interficiā
te,quia portaſti arcam domini dei ante Dauid patrem meū,
& quia afflictus fuiſti in omnibus in quibus afflictus fuit pa
ter meus.Et eiecit Selomoh Ebiathar,ne eſſet ſacerdos domi
ni,vt impleretur verbū domini quod locutus fuerat ſup do
mum Heli in Siloh.Et fama venit vſque ad Ioab, quia Ioab
E declinauerat poſt Adoniiahu,licet poſt Abſalō non declina
1.Reg.2.e. uerat.Et fugit Ioab ad tabernaculū dñi,& apprehendit cor
nu altaris.Et nunciatū eſt regi Selomoh,ꝙ fugiſſet Ioab ad
tabernaculū dñi,& ecce eſt apud altare.Miſitq; Selomoh Be
naiahu filium Iehoiadah dicendo:Vade,interfice eum.Et ve
nit Benaiahu ad tabernaculū dñi, dixitq; ad eū.Sic dicit rex:
Egredere.Et dixit;Nequaquā,ſed hic moriar.Et retulit Bena
iahu regi verbū dicēdo:Sic locutus eſt Ioab, & ſic reſpondit
mihi.Dixitq; ei rex:Fac ſicut locutus eſt,& interfice eū,& ſepe
a Eā ſāguinē quē ſine cauſa effudit Ioab remouebis a me. lies eū.[a]Et remouebis ſanguines gratis quos effudit Ioab à
me,& à domo patris mei.Et reddet dñs ſanguinem eius ſuper
caput eius,quia aggreſſus eſt duos viros iuſtiores, & melio
res ſe,& occidit eos gladio,& pater meus Dauid neſciuit Ab
ner videlicet filium Ner principem exercitus Iſrael,& Hama
F ſa filiū Iether principem militiæ Iehudah.Et reuententur ſan
2.Reg.3.e. 1.Re.20.e. guines eorū in caput Ioab,& in caput ſeminis eius in æternū.
Dauid aūt & ſemini eius,& domui eius,& throno eius ſit pax
vſque in ſeculū à domino.Et aſcendit Benaiahu filius Iehoia
dah,& aggreſſus eſt eū,& interfecit eum.Sepultusq; eſt in do
mo ſua in deſerto.Et poſuit rex Benaiahu filiū Iehoiadah pro
eo ſuper exercitum,& Sadoc ſacerdotē poſuit rex pro Ebia
thar.Et miſit rex,& vocauit Simhi,dixitq; ei:Aedifica tibi do
mū in Ieruſalaim & habitabis ibi,& non egredieris inde huc,
& illuc.Et erit,in die qua egreſſus fueris,& trāſieris torrētem
Chidron,ſciēdo ſcias,ꝙ moriēdo morieris.Sanguis tuus erit
in caput tuū.Dixitq; Simhi ad regē.Bonū eſt ꝟbū.Sicut locu
tus eſt dñs meus rex,ſic faciet ſeruus tuꝰ.Et māſit Simhi in Ie
ruſalaim diebꝰ multis.Et fuit,in fine triū annorū fugerūt duo
ſerui Simhi ad Achis filiū Mahachah regē Ghath,& nūciaue
runt Simhi dicēdo:Ecce ſerui tui ſunt in Ghath.Et ſurrexit Si
mhi,& ſtrauit aſinū ſuū,& abiit in Ghath ad Achis,vt q̃reret
ſeruos ſuos.Et abiit Simhi,& adduxit ſeruos ſuos de Ghath.
G Nūciatum eſt aūt Selomoh,ꝙ iuiſſet Simhi de Ieruſalaim in
Ghath,& reuerſus eſſet.Et miſit rex,& vocauit Simhi,dixitq;
ad eū:Nōnne iuraui tibi ꝑ dñm,& teſtificatꝰ ſum tibi dicēdo,
in die qua egreſſus fueris & abieris huc,& illuc,ſciēdo ſcias ꝙ
moriēdo morieris,& dixiſti mihi bonū eſt verbū qđ audiui?
Et quare nō cuſtodiſti iuſiurandū dñi,& præceptum qđ pr̨
cepi tibi? Dixitq; rex ad Simhi:Tu noſti omne malū,qđ no
uit cor tuū,quod feciſti Dauid patri meo.Reddidit aūt do
minus malū tuum in caput tuū.Et rex Selomoh benedictus,
& thronus Dauid ſit ſtabilis coram domino vſq; in ſeculū.Et
p̄cepit rex Benaiahu filio Iehoiadah,& egreſſus eſt,& irruit in
eū,& mortuus eſt.Et regnū cōfirmatū eſt in manu Selomoh.

¶Selomoh ducit filiam Parhoh uxorem,apparet ei dñs,dat ei ſapientiam,iudicium eius de duabus meretricibus. CAP. III.

A ET affinitate cōiunctus eſt Parhoh regi Aegypti & acce 2.Par.1.a.
pit filiā Parhoh,& adduxit eā in ciuitatē Dauid, donec
finiret ædificare domū ſuā,& domum dñi,& murum Ieruſa
laim per circuitū.Attamē populus immolabat in excelſis, q̃a
non erat ædificata domus nomini dñi vſq; ad dies illos.Dile
xit aūt Selomoh dñm,ambulando in præceptis Dauid patris
ſui,tantū in excelſis immolabat,& ſuffiebat.Et iuit rex in Gib
hon,vt immolaret ibi,quia ipſum erat excelſum magnū.Mil
le holocauſta obtulit Selomoh ſuper altare illud.In Ghibhon
viſus eſt dñs Selomoh in ſomnis noctis,dixitq; deus; Poſtula
quicq̃d vis,& dabo tibi.Dixitq; Selomoh:Tu feciſti cū ſeruo
tuo Dauid patre meo miſericordiā magnā, ſicut ambulauit
corā te in veritate,& in iuſtitia,& in rectitudine cordis tecū,
& cuſtodiſti miſericordiam magnā iſtā,& dediſti ei filiū ſeden
B tē ſuper thronū eius ſecundum diem hanc.Et nūc dñe deꝰ tu
regnare feciſti me ſeruum tuū pro Dauid patre meo.Ego aūt
ſum puer paruus,nec ſcio egredi,& ingredi.Et ſeruus tuus eſt
in medio populi tui,quē elegiſti,populi multi,qui non nume
rabitur nec ſupputabitur pr̨ multitudine.Dabisq; ſeruo tuo
cor intelligens, vt iudicet populū tuū,vt diſcernat inter bo
nū & malum.Quis nō poterit iudicare populum tuū grauē
iſtum?Et placuit verbum in oculis dñi,ꝙ poſtulauerat Selo
moh hoc.Dixitq; deus ad eum:Pro eo,ꝙ poſtulaſti hoc,et nō
poſtulaſti tibi dies m̄ltos,nec poſtulaſti tibi diuitias,neq; poſtu
laſti aīam inimicorū tuorū,ſed poſtulaſti tibi intelligētiā ad au
diendū iudicium.Ecce feci iuxta verba tua,ecce dedi tibi cor
ſapiens,& intelligens,vt ſimilis tibi non fuerit ante te,nec poſt
te ſurrecturus ſit ſimilis tibi.Et etiā qđ nō poſtulaſti dedi tibi,
etiam diuitias,etiā gloriā,vt non fuerit ſimilis tibi quiſquā in Matth.6. Sapiēt.7.b.
ter reges omnibus diebus tuis.Et ſi ambulaueris in viis meis,
vt cuſtodias decreta mea, & præcepta mea,ſicut ambulauit
C Dauid pater tuus,longos faciā dies tuos. Et euigilauit Selo
moh,&[a]ecce ſomniū.Et venit in Ieruſalaim,& ſtetit corā ar a id eſt eue
ca fœderis dñi,& obtulit holocauſta, fecitq; pacifica,& fecit nit illi quod
cōuiuiū vniuerſis famulis ſuis.Tūc venerūt du̧ mulieres[b]me ſomniauerat b cauponæ
retrices ad regē,& ſteterūt corā eo.Dixitq; mulier vna:Obſe
cro dñe mi.Ego et mulier iſta habitabamus in domo vna,&
peperi apud eā in domo.Et fit, die tertia, qua peperi, peperit
etiā mulier h̨c,et eramꝰ pariter.Nō erat aliꝰ nobiſcū in domo
p̄ter nos duas in domo.Mortuꝰ eſt autem filiꝰ mulieris huius
nocte,q̃a dormiuit ſup eū.Et ſurrexit media nocte,& tulit fi
lium meū qui erat apud me.(Ancilla autē tua dormiebat,)&
requieſcere fecit eum in ſinu ſuo;& filium ſuuum mortuum
collocauit in ſinu meo.Et ſurrexi mane,vt darē lac filio meo,
& ecce mortuꝰ erat.Et cōſyderaui eam mane,& ecce nō erat
filius meꝰ,quā pepereram.Dixitq; mulier altera:Nequaq;,ſed
filius meus viuit,& filius tuꝰ mortuꝰ eſt.H̨c aūt dicebat:Nō,
ſed



D ſed filius tuus mortuus eſt,& filius meus viuit.Et loquebātur
coram rege.Dixitq; rex:Hæc dicit,hic eſt filius meus qui viuit
& filius tuus mortuꝰ.Et hæc dicit:Nequaquā, ſed filius tuus
mortuus eſt,& filius meus viuꝰ.Dixitq; rex:Afferte mihi gla
diū.Et attulerūt gladiū coram rege.Dixitq; rex:Diuidite infan
tē viuū in duas partes,& date dimidiū vni,& dimidiū alteri.
Dixitq; mulier cuius filius viuus erat ad regē:(Cōmota enim
ſunt viſcera eiꝰ ſuper filio ſuo,)& dixit:Obſecro dñe mi,date
ei infantē viuū, & interficiendo ne interficiatis eū.Illa aūt dice
bat:Etiā mihi,etiam tibi non ſit,diuidite.Et reſpondit rex, &
dixit:Date ei infantem viuū,& interficiēdo nō interficiatis eū.
Hæc eſt mater eius.Et audierūt omnis Iſrael iudicium qđ iu
dicauit rex,& timuerūt à facie regis,quia viderunt,ꝙ ſapiētia
dei eſſet in corde eius ad faciendum iudicium.

¶Selomoh principes & pr̨fecti,apparatus ciborū,numerus equorū,& parabolarum,&c. CAP. IIII.

A ET fuit rex Selomoh,rex ſuper omnem Iſrael.Et iſti prin
cipes qui erant ei,Hazariahu filius Sadoc ſacerdotis. E
lichoreph,& Achiiah,& filij Siſa ſcrib̨,Iehoſaphath filius A
chilud à cōmentariis,Benaiahu filius Iehoiadah ſuper exerci
tum,& Sadoc,& Ebiathar ſacerdotes.Et Hazariahu filiꝰ Na
than ſuper præfectos,& Zabud filius Nathan ſacerdos ami
cus regis.Et Achiſar ſuper domum,& Adoniram filius Hab
dah ſuper tributum.Et ipſi Selomoh erant duodecim præfe
cti ſuper omnem Iſrael,& alebant regē,& domum eius, per
menſem in anno intererat vniuſcuiuſq; ex eis alere.Et h̨c no
mina eorum,filius Chur in monte Ephraim.Filius Decher in
B Machas,& in Sahalbim,& in Bathſemes,& Elon de Bethcha
nan.Filius Cheſed in Aruboth.Ei erat Sochoh,& omnis ter
ra Chepher.Filius Abinadab omnis terminꝰ Dor, Taphath
filia Selomoh erat ei vxor.Bahanah filiꝰ Achilud Tahanach,
& Meghiddo,& omnis Bethſean,qu̧ erat iuxta Sarthan ſub
ter Izrehel à Bethſean vſq; ad Abel Mecholah vſq; trans Ioch
meham.Filius Gheber in Ramoth Ghilhad.Ei erāt villæ Iair
filij Menaſſeh quæ erant in Ghilhad. Ei erat regio Arghob,
quæ erat in Baſan ſexaginta vrbes magnæ muratæ,& vectibꝰ
æreis munit̨.Achinadab filius Hiddo in Machanaim. Achi
mahas in Naphthali.Etiam ipſe accepit Boſmath filiam Selo
moth vxorem Bahana filius Chuſai in Aſer,& in Haloth. Ie
hoſaphath filius Paruachi Iſaſchar,Simhi filius Elah in Binia
C min.Et Geber filius Vri in terra Ghilhad,terra Sicon regis
Emoræi,& Hogh regis Baſan,& præfectus vnus qui erant in
terra.Iehudah & Iſrael multi ſicut arena quæ eſt iuxta mare in
Eccl.47.c. multitudinē comedentes,& bibentes,& lætātes.Selomoh au
tem dominabatur omnibus regnis à flumine terræ Peliſtim
vſque ad terminum Aegypti,offerentes munera, & ſeruiētes
Selomoh omnibus diebus vitæ eius.Erat autē cibꝰ Selomoh
per ſingulos dies,triginta cori ſimilæ,& ſexaginta cori farinæ.
Decem boues pingues,& viginti boues paſcuales,& centum
pecudes,præter ceruos,& capreas,& bubalos,& gallinaceos
impinguatos.Ipſe enim dominabatur omni loco trans flumē
à Tiphſach vſque ad Hazzah,omnibus regibus qui erant trās
flumen,& pax erat ei ex omnibus lateribus eius in circuitu. Et
habitauit Iehudah,& Iſrael confidēter,vnuſq̃ſq; ſub vite ſua,
& ſub ficu ſua à Dan vſque Beer Sebah omnibus diebus Selo
D moh.Et fuerunt ei XL.milia præſepia equorū pro curribus
eius,& duodecim milia equites.Et alebant præfecti iſti regem
Selomoh,& omnem qui appropinquabat ad menſam regis
Selomoh,vnuſquiſque in menſe ſuo,non deficiebāt in aliquo
Et hordea,& paleas pro equis,& mulis deferebant ad locum
Eccl.47.c. vbi erat vnuq̃ſque ſecūdum regulam ſuam.Dedit autē deus
ſapientiam Selomoh,& intelligentiam multā valde,& latitu
dinem cordis ſecundum arenam quæ eſt iuxta littus maris.Et
amplior fuit ſapientia Selomoh,ſapientia omnium filiorum
orientalium,& omni ſapientia Aegyptiorum. Et ſapientior
fuit omni homine,Ethan Ezrachita,& Heman, & Chalchol,
& Dardah filiis Machol.Et fuit nomen eius in omnibus gen
tibus per circuitum.Et locutus eſt tria milia parabolarū. Et
fuerunt cantica eius quinque milia.Et locutus eſt ſuper arbo
ribus à cedro quæ eſt in Lebanon vſque ad hyſſopū, quæ e
greditur de pariete.Et locutus eſt ſuper animalibus, & ſuper
volatilibus,& ſuper reptilibus,& ſuper piſcibus.Et veniebāt
ex omnibus populis ad audiendam ſapientiam Selomoh de
vniuerſis regibus terræ,qui audierunt ſapientiam eius.

¶Mittuntur ab rege Chiram ad Selomoh ligna in ædificationē templi.Numerus artificum. CAP. V. a id eſt Tyr

A MIſit aūt Charā rex[a]Sor ſeruos ſuos ad Selomoh.Au
dierat enim quod ipſum vnxiſſent in regem pro pa
tre ſuo,quia dilexerat Chiram ipſum Dauid omnibus diebꝰ.
Miſitq; Selomoh ad Chiram,dicendo:Tu noſti Dauid patrē
meū non potuiſſe ædificare domū nomini dñi dei ſui ꝓpter
bella quæ circundederunt eum,donec poſuit dñs eos ſub plā
tis pedum eius.Nunc autem requiem dedit dñs deus mihi in
circuitu.Non eſt aduerſarius,et non eſt occurſus malus.Et ec 2.Reg.7.b. 1.Par.22.c.
ce cogito ædificare domum nomini dei mei,ſicut locutus eſt
dñs ad Dauid patrē meum,dicendo:Filius tuus quem dabo
pro te ſup ſolium tuum,ipſe ædificabit domū nomini meo.
B Et nunc præcipe,vt præcidant mihi cedros de Lebanon, &
ſerui mei ſint cum ſeruis tuis.Mercedem autē ſeruorum tuo
rum,dabo tibi ſecundū omnia quæ dixeris.Tu enim noſti,ꝙ
non eſt inter nos vir ſciens cædere ligna ſicut Sidonij.Et fuit
cū audiſſet Chiram verba Selomoh, lætatus eſt valde,& ait;
Benedictus dñs hodie,qui dedit Dauid filium ſapientem ſup
populum multū hunc.Et miſit Chiram ad Selomoh,dicēdo:
Audiui quæ miſiſti ad me.Ego faciam oēm voluntatē tuam
in lignis cedrinis,& lignis abiegnis.Serui mei deponēt de Le
banon ad mare.Ego aūt ponā ea in ratibus in mari vſque ad
locū quē miſeris ad me,et diſſoluere faciam ea ibi.Et tu tolles,
& facies voluntatē meā præbēdo cibum domui meæ.Et Chi
ram dedit Selomoh ligna cedrina,& ligna abiegna iuxta oēm
C voluntatem eius.Selomoh autē præbuit Chiram viginti mi
lia coros tritici in cibum domui eius,& viginti coros olei cō
preſſi.Sic dedit Selomoh ipſi Chiram ꝑ ſingulos annos.Do
minus autem dedit ſapientiam Selomoh,ſicut locutus eſt ei.
Et fuit pax inter Chiram & Selomoh,& percuſſerunt fœdus
ambo.Et aſcendere fecit rex Selomoh [b]tributum ex omni Iſ b ſummam
rael,& fuit[c]tributum triginta milia virorū.Et miſit ex eis in uirorum c ſumma
Lebanon decem milia per menſem,viciſſim per menſem erāt
in Lebanon,duobus menſibus in domo ſua.Et Adonirā erat
D ſuper tributum.Et fuerunt Selomoh ſeptuaginta milia portā
tes onus,& octoginta milia cædentes ligna in monte. Præter
principes qui aſſiſtebant ipſi Selomoh,qui erant ſuper opus
tria milia,& trecenti,qui præerant populo,qui faciebat opꝰ.
Et præcepit rex & proficiſci fecerunt lapides grandes,lapides
precioſos ad fundandum domū,lapides dolatos.Et dolaue
rūt cemētarij Selomoh,& cemētarij Chiram, & Ghiblim, &
præparauerunt ligna,& lapides ad ædificandam domum.

¶Fabrica & forma templi,porticus,altaris,oraculi.

CAP. VI.

ET fuit, octogeſimo anno, & quadringenteſimo anno, 2.Par.3.a.
quo egreſſi ſunt filij Iſrael è terra Aegypti, anno quarto
A menſe aprili.(Ipſe eſt menſis ſecūdus)quo regnauit Selomoh
ſuper Iſrael cœpit ædificare domū domino.Domus autē quā
cœpit ædificare rex Selomoh domino,ſexaginta cubitorum
erat longitudo eius,& viginti latitudo eius,& triginta cubito
rum altitudo eius.Et veſtibulum erat ante templū domus,vi
ginti cubitorū lōgitudo eius ante latitudinē domꝰ,decem cu
bitorum latitudo eius ante domum.Et fecit domui feneſtras
latas extrinſecus, anguſtas intrinſecus. Et ædificauit iuxta
parietem domus thalamum per circuitum iuxta parietes
domus per circuitum templi, & oraculi, & fecit thalamos
per circuitum:Thalami inferioris,quinque cubitorum erat la
titudo, & medij ſex cubitorum latitudo, & tertij ſeptem

a ſcilicet thalamorum,ſeu domũcularũ. triplex erat craſſitudo muri,cõtractione extriſecus ad cubitum bis facta pariete intus exiſtẽte plano. Quæ ratio fuit uarię thalamorũ latitudinis.

cubitorum latitudo:quia contractiones muri in quibus capita ponerentur trabium,[a] poſuit forinſecus per domus circuitum,ne trabes ingrederentur parietem domus.Domus autẽ cum ædificaretur,ex integris lapidibus,vt allati erant,ædificata eſt.Et mallei,& ſecuris,& omne inſtrumentum ferreum, non fuit auditum in domo,quando ædificabatur.Oſtiũ thalami medij erat in latere domus dextro,& per cochleas aſcendebant ad medium,& de medio ad tertium.Aedificauit igitur domũ,& perfecit eã,& texit domum tignis excauatis inſtar foſſarum trabibus cedrinis.Et ædificauit thalamum cum
B omni domo.Quinq; cubitorũ erat altitudo eius,& apprehẽdebat domum cum lignis cedrinis.Fuit aũt verbum domini ad Selomoh,dicendo:Domus iſta quam tu ædificas,ſi ambulaueris in decretis meis,& iudicia mea feceris,& ſeruaueris omnia mandata mea,ambulando in eis,ſtatuam verbũ meum tecum,quod locutus ſum ad Dauid patrem tuũ,& habitabo in medio filiorũ Iſrael,& non derelinquam populũ meum Iſrael.Et ædificauit Selomoh domum,& perfecit eam.Et ędificauit parietes domus intrinſecus tabulis cedrinis à pauimento domus vſq; ad parietes contignatiõis operuit ligno intrinſecus.Et obduxit pauimentum domus tabulis abiegnis.Et ędificauit viginti cubitos à lateribus domus tabulis cedrinis à pauimento vſq; ad parietes.Et ædificauit id quod erat intra oraculum,vt eſſet ſanctitas ſanctitatum.Et quadraginta cubitorum erat domus.Ipſa eſt templũ exterius quod eſt ante oraculum.Et tabulæ cedrinæ[b] quibus tegebatur domus intrinſecus,ſculptæ erant ſculpturis inſtar pomorũ,& cælaturis inſtar florum.Omnia tabulis cedrinis tegebantur,nec lapis apparebat.Oraculum autem in medio domus intrinſecus para
C re fecit,vt poneret ibi arcam fœderis domini. Et faciei ipſius oraculi erat viginti cubitorum longitudo,& viginti cubitorum latitudo,& viginti cubitorum altitudo eius.Et operuit illud auro puriſſimo.Operuit autem altare cedrinis tabulis.Et texit Selomoh domũ intrinſecus auro mundo.[c] Et clauſit peſſulis aureis parietem,qui erat ante oraculum,& texit illũ auro.Et totam domũ operuit auro,donec perficeretur tota domus.Et totum altare,quod erat in pariete exteriori oraculi,texit auro.Fecit autem in oraculo duos Cherubim è lignis[d] pineis.Decem cubitorum altitudo eius.Et quinque cubitorũ erat ala Cherub vna,& quinq; cubitorũ ala Cherub altera.Decem cubiti erant à ſummitatibus alæ vnius,vſque ad ſummitates alæ alterius.Et decem cubitorum erat Cherub ſecundus.Menſura eadẽ,& inciſio eadem erat duobus Cherubim.Altitudo Cherub vnius decẽ cubitorũ,& ſimiliter Cherub ſecundi.Et poſuit Cherubim in medio dom⁹ interioris, & extendebant alas Cherubim.Et tangebat ala vna parietẽ, & ala Cherub ſecundi tangebat parietem ſecundũ.Et reliquę
D eorũ alæ in medio domus tangebant ſe inuicem.Texitq; Cherubim auro.Et in omnibus parietibus domus per circuitum figurauit ſculpturas ſeu cælaturas Cherubim,& palmarũ, & cęlaturas florũ intrinſecus,& extrinſecus.Et pauimentũ domus texit auro intrinſecus,[e] & extrinſecus.Et oſtio oraculi fecit fores è lignis pineis:ſuperliminare,& poſtes erant quinq; laterum.Et duo oſtia è lignis pineis,& cælauit in eis cælaturas Cherubim,& palmarum,& cælaturas florum,& texit auro. Et extendit ſuper Cherubim,& ſuper palmas aurum.Et ſic fecit portæ templi poſtes è lignis pineis quadrilateros,& duo oſtia è lignis abiegnis,& duo latera oſtij vnius rotũda,& duo latera oſtij ſecũdi rotũda.Et cælauit cælaturas,& Cherubim, & palmarum,& cælaturas florũ.Operuitq; auro directo quę erant ſculpta.Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum dolatorum,& ordine trabium cedrinarum. Anno quarto fundata eſt domus domini menſe Aprili.Et anno vndecimo in menſe octobri(ipſe eſt menſis octauus) completa eſt domus ſecundum omnia ad eam pertinentia,& ſecundum omnes regulas ſuas,& ædificauit eam annis ſeptem.

b quæ erãt domui intrinſecus.

c Et traiecit uectes aureos per ſuperficies parietũ ipſius oraculi & operuit,totum auro.

d oliuarum

e id eſt,tam in interno oraculo,q̃ in externa domo.

¶ Aedificatio domus Selomoh,domus ſaltus,domus filiæ Parhoh,forma columnarum,ænearũ baſiũ,& concharũ ænearum. CAP. VII.

A DOmum autem ſuum ædificauit Selomoh tredecim annis,& compleuit totam domũ ſuam.Et ædificauit domũ[a] ſaltus Lebanon.Centũ cubitorum erat longitudo ei⁹,& quinquaginta cubitorum latitudo eius,& triginta cubitorũ altitudo eius.Super quatuor ordines columnarum cedrinarum ædificauit eam.Trabes autem cedrinæ erant ſuper colũnas.Et tecta eſt tabulis cedrinis deſuper,trabes quæ erant ſup columnas quadraginta & quinque,quindecim per ordinem ſingulũ.Et feneſtrarũ erant tres ordines,& feneſtra erat cõtra feneſtram tripliciter.Et omnia oſtia,& poſtes quadrata erant, & ſic feneſtella quæ erat ſuprà portam,& feneſtra erat contra feneſtrã tripliciter.Porticũ autem columnarũ fecit.Quinquaginta cubitorũ erat longitudo eius,& XXX.cubitorum altitudo ei⁹.Et porticus erat ante columnas,& columnæ alię, & trabs ante eas.Et porticũ ſolij in qua iudicaret,hoc eſt porticum iudicij fecit.Et tecta eſt cedrinis tabulis à pauimento vſq; ad pauimentũ.Et domui ſuæ in qua manebat atriũ aliud intra porticũ,ſecundum opus iſtud erat.Et domũ fecit filiæ
B Parhoh,quam acceperat Selomoh ſecundum porticũ hanc. Omnia hæc erant ex lapidibus precioſis ſecundum menſuras è lapidibus dolatis,ſerratis ſerra intrinſecus,& extrinſecus, & à fundamento,vſque ad lapides ſuper quos capita ponebantur trabium,qui erant ad menſuram palmi,& extrinſecus vſque ad atrium maius.Et fundatum lapidibus precioſis,lapidibus magnis,lapidibus decem cubitorum, & lapidibus octo cubitorum.Et ſupra à fundamento erant lapides pretioſi ſecundum menſuras lapidum dolatorum,& cedrinæ tabulæ. Et atrio maiori per circuitum erant tres ordines è petris dolatis,& ordo trabium cedrinarum,& atrio domus domini interioris,& porticui dom⁹.Et miſit rex Selomoh,& tulit Chiram de Tyro.Filius mulieris viduæ erat de tribu Naphthali.Pater verò eius vir prius faber ærarius.Plenuſq; erat ſapientia,& intelligentia & ſcientia ad faciendũ omne opus in ære, & venit ad regem Selomoh.Et fecit omne opus eius. Et formauit duas columnas æreas.Octo,& decem cubitorum erat altitudo columnæ vnius,& filum duodecim cubitorum cir
C cundabat columnam ſecundã.Et duo capitella fecit,vt poneret ſuper capita columnarum fuſa ex ære.Quinque cubitorũ erat altitudo capitelli vnius.Et quinque cubitorum altitudo capitelli ſecundi.Retiacula opere retiaculi,cohærentia opere catenarum capitellis,quæ erant ſuper caput columnarum.Septem erant capitello vno,& ſeptem capitello ſecundo.Et fecit columnas,& duos ordines per circuitũ ſuper retiaculũ vnũ, vt tegerent capitella,quæ erant ſuper caput malogranatorũ, & ſic fecit capitello ſecundo.Capitella aũt,quæ erant ſuper caput columnarũ,erat opus lilij in porticu,quatuor cubitorũ. Et capitella ſuper duas columnas etiam deſuper è regione loci medij,qui erat trans retiaculũ.Malogranatorum aũt CC. erant ordines per circuitum ſuper capitellũ ſecundum.Et ſtatuit colũnas in porticu templi.Et ſtatuit columnã dexteram, & vocauit nomen eius Iachim,& ſtatuit columnã ſiniſtram, & vocauit nomen eius Bohaz.Et ſuper caput columnarum erat opus lilij.Et perfectum eſt opus columnarũ.Fecit autem mare fuſum decem cubitorum à labro eius vſque ad labrum eius rotundum in circuitu.Et quinque cubitorũ erat altitudo ei⁹,& filum triginta cubitorum ambiebat illud per circuitũ. Et ſphærulæ ſubter labiũ eius,per circuitum circundantes illud,decem cubitis ambientes mare per circuitum.Duo ordi
D nes ſphærularũ fuſarum erant in fuſione eius.Stabat mare ſup duodecim boues.Tres reſpiciebant ad aquilonẽ,& tres reſpiciebant ad occidentem,& tres reſpiciebant ad meridiem, & tres reſpiciebant ad orientem.Et mare ſuper eos deſuper erat & oĩa poſteriora eorum intrinſecus erant.Denſitas eius erat palmus,& labium eius erat ſecũdum opus labij calicis,in quo ſculptus erat flos lilij.Duo milia batos cõprehẽdebat. Et fecit baſes decem æreas,quatuor cubitorum lõgitudo baſis vnius, & qua-

a ſyluæ



tuor cubitorum latitudo eius,& trium cubitorum altitudo eius.Et hoc opus baſis.Clauſuræ erant ipſis,& clauſurę
E inter vectes,qui erant vt ſcalarum gradus.Et ſuper clauſuras qui erant inter vectes,erant leones, boues,& Cherubim,& ſuper vectes baſis deſuper,& ſubter leones,& boues,copulationes opere extenſo.Et quatuor rotæ ærez erant baſi ſingulę, et tabulæ æreæ,& quatuor angulis eius humeri erant,& ſubter concham humeri fuſi erãt ex latere cuiuſlibet copulationum. Et os eius intra capitellum erat,& ſuperi⁹ in cubito,& os eius erat rotundum opere baſis cubitus, & dimidium cubiti. Et etiam ſuper os eius erant cælaturæ,& clauſuræ earũ quadratæ,non rotundæ.Et quatuor rotæ erant ſubter clauſuras,& cardines rotundarum in baſi.Altitudo rotæ vnius erat cubitus,& dimidium cubiti. Opus autem rotarum erat ſicut opus rotæ currus,& cardines earum,& radij earum, & canthi earum,& ligamina earum,omnia erãt fuſa.Et quatuor humeri ſuper quatuor angulos baſis vnius:ex baſe erant humeri eius.Et in ſummitate baſis,dimidij cubiti altitudine,rotunditas erat p circuitũ:& ſup verticẽ baſis erant axes ei⁹,& clauſuræ eius ex ea.Et cælauit ſuper tabulis cardinum ei⁹, & ſuper
F clauſuris eius Cherubim,leones,& palmas ex latere vniuſcuiuſque per circuitum.Secundum hoc fecit decem baſes,fuſura vna,menſura vna inciſio vna erat cunctis ipſis.Et fecit decem cõchas æreas.Quadraginta batos capiebat cõcha vna. Quatuor cubitorum erant ſingulæ conchæ ſuper baſem vnam decem baſibus.Et poſuit baſes quinque ad latus domus à dextera,& quinque ad latus domus à ſiniſtra eius. Et mare poſuit à latere domus dextero ad orientem contra meridiẽ. Fecit autem Chiram conchas,& ſcopas,& pelues,& compleuit Chiram facere omne op⁹ quod fecit regi Selomoh in domo domini.Columnas duas,& vaſa rotunda inſtar craterarum capitellorum,quæ erant ſuper caput columnarum duarum,& retiacula duo,vt operirẽt duo illa vaſa rotunda,quæ erant ſuper caput columnarum. Et malogranata quadringenta duobus retiaculis.Duo ordines malogranatorum erãt
G retiaculo vno ad operiẽdum duo illa vaſa capitellorum,quæ erant ſuper faciem columnarum.Et baſes decem, & conchas decem ſuper baſes.Et mare vnum, & boues duodecim ſubter mare.Et lebetes,& ſcopas,& crateras,& omnia vaſa hæc quæ fecit Chiram regi Selomoh in domo domini,erãt ex ęre limato.In planicie Iarden fudit ea rex in argilla terra,inter Succoth & Sarthan.Et omiſit Selomoh pondus vaſorum. Propter multitudinẽ nimiam non eſt exploratum põdus æris. Et fecit Selomoh omnia vaſa,quæ erant in domo domini,altare aureum,& menſam ſuper quam erant panes facierum aureã, & candelabra quinq; à dextera,& quinque à ſiniſtra ante oraculum ex auro puriſſimo,& flores,& lucernas,& forcipes ex auro.Et hydrias,& pſalteria,& pelues,& cochlearia, & acerras ex auro puro.Et cardines oſtiis domus interioris ſanctitati ſanctitatum,oſtiis domus templo aurei.Et perfectum eſt omne opus quod fecit rex Selomoh in domo domini, & intu-
2.Par.5.a. lit Selomoh ſanctitates Dauid patris ſui argentum,& aurum, & vaſa poſuit in theſauris domus domini.

¶ Relata in templum arca,nebula templum implet,benedicitur templum, mactantur uictimæ,fit ingens celebritas. CAP. VIII.

Ibidem.
A TVnc congregauit Selomoh ſeniores Iſrael,& oẽs principes tribuum,principes patrum filiorum Iſrael ad regem Selomoh in Ieruſalaim,vt aſcendere facerent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid.Ipſa eſt Siion.Et conuerũt ad regem Selomoh omnes viri Iſrael in menſe ſeptembri in ſolẽnitate.Ipſe eſt menſis ſeptimus.Et venerunt omnes ſeniores Iſrael,& tulerunt ſacerdotes arcam,& aſcendere fecerunt arcam domini,& tabernaculum eccleſiæ,& omnia vaſa ſanctitatis, quæ erant in tabernaculo.Et aſcendere fecerunt ea ſacerdotes & Leuitæ.Rex autem Selomoh,& omnis congregatio Iſrael, quæ conuenerant ad eum,erant ſecum ante arcam immolantes oues,& boues,quę non enumerabantur,nec ſupputabantur præ multitudine.Et adduxerunt ſacerdotes arcam fœderis domini ad locum ſuum,ad oraculum domus,ad ſanctitatem ſanctitatum ſub alas Cherubim.Nam Cherubim expendebant alas ſuper locum arcæ,& operiebant Cherubim arcã & vectes eius deſuper.Et elongare fecerunt vectes,& apparebant capita vectium è ſanctitate coram oraculo,& non apparebant extrinſecus,fueruntq; ibi vſque ad diem hanc.Nõ erãt
B in arca niſi duæ tabulæ lapideæ,quas repoſuerat ibi Moſeh Exo.34.d.
in Choreb,quando pepigit fœdus cũ filiis Iſrael,quãdo egreſſi ſunt è terra Aegypti.Et fuit,cum exirent ſacerdotes è ſanctitate,nubes repleuit domum domini.Et non potuerunt ſacerdotes ſtare ad miniſtrandum propter nubem.Repleuerat eñ gloria domini domum domini.Tunc dixit Selomoh:Dominus dixit,vt habitaret in caligine.Aedificãdo ędificaui domũ habitaculi tibi,habitaculum vt habites in ſecula. Et vertit rex faciem ſuam,& benedixit omni congregationi Iſrael, omnis autem congregatio Iſrael ſtabat.Et ait:Benedictus dominus deus Iſrael,qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meum,et potentia ſua impleuit,dicendo:A die qua eduxi populũ meũ Iſrael ex Aegypto,non elegi ciuitatem ex vniuerſis tribubus Iſrael ad ædificãdum domum,vt eſſet nomen meum ibi.Sed elegi Dauid,vt eſſet ſuper populum meũ Iſrael.Et fuit in corde Dauid patris mei,vt ædificaret domũ nomini dei Iſrael Dixit autem dominus ad Dauid patrem meum:Pro eo q̃ fuit in corde tuo,vt ædificares domum nomini meo,benefeciſti, q̃a fuit in corde tuo.Veruntamen tu non ædificabis domũ, ſed filius tuus qui[a] egreſſus eſt de lũbis tuis,ipſe ædificabit domũ nomini meo.Firmauitq; dñs verbũ ſuũ qđ locut⁹ eſt,et ſurrexi p Dauid patre meo,& ſedi ſup thronũ Iſrael, quẽadmodũ locutus eſt dominus,& ædificaui domũ nomini domini dei
C Iſrael.Et poſui ibi locum arcæ,in qua eſt fœdus domini,quod pepigit cum patribus noſtris,quando eduxit eos è terra Aegypti.Stetit autem Selomoh ante altare domini, coram omĩ congregatione Iſrael,& extendit palmas ſuas ad cœlum,& di- 2.Mac.2.b.
xit:Domine deus Iſrael,non eſt ſimilis tibi deus in cœlo deſuper,nec ſuper terram deorſum,cuſtodiens pactum,& miſericordiam ſeruis tuis,qui ambulant coram te toto corde ſuo. Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauid patri meo,quę locutus es ei, & locutus es ore tuo,& potentia tua impleſti ſecundum diem 2.Re.7.b.c.
hanc.Et nunc domine Iſrael,cuſtodi ſeruo tuo Dauid patri meo,quæ locutus es ei,dicendo:Non excidetur tibi vir à facie mea ſedens ſuper thronum Iſrael:ſi tamẽ cuſtodierint filij tui viam ſuam,vt ambulent coram me,ſicut ambulaſti corã me. Et nunc deus Iſrael,ſtabiliatur obſecro verbum tuum, quod locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Num vere habitabit deus ſup terrã?Ecce cœli,& cœli cœlorũ non[b] cõtinẽt te,quanto magis domus hæc quã ædificaui?Sed reſpice ad orõnẽ ſerui tui,& ad depcationẽ ei⁹ dñe deus mi:vt audias clamorẽ, & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie: vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ iſtam nocte ac die,in loco de quo dixiſti,Erit nomẽ meum ibi:vt audias orationem,quam orat ſeruus tuus in loco iſto.Et exaudi deprecationem ſerui tui,&
D populi tui Iſrael,q̃ orauerint in loco iſto.Et exaudies de loco habitationis tuæ de cœlis,& exaudies,& parces.Cum peccauerit vir in proximum ſuum,& exegerit ab eo iuramentum, vt faciat iurare eum,& venerit iuramentũ ante altare tuum in domo hac:tu exaudies in cœlo,& facies, & iudicabis ſeruos tuos,vt condemnes impium,dando viam eius in caput eius & iuſtifices iuſtum,dando ei ſecundum iuſtitiam eius.Cũ cæſus fuerit populus tuus Iſrael coram inimico,ſi peccauerint tibi,& reuerſi fuerint ad te,& confeſſi fuerit nomen tuum,& orauerint,& deprecati fuerint te in domo hac.Tu exaudies in cœlo,& parces peccato populi tui Iſrael,& reduces eos in terram quam dediſti patribus eorũ.Cum clauſum fuerit cœlũ, & non fuerit pluuia,eò q̃ peccauerint tibi,& orauerint in loco iſto,& confeſſi fuerint nomen tuum,& à peccato ſuo auerſi fuerint,quum afflixeris eos:Tu exaudies in cœlo, & parces

a egredietur. quia tunc nõdũ erat natus Selomoh, licet alij eſſent iã nati.2.Samu.7.

b capiunt.

peccato ſeruorum tuorum,& populi tui Iſrael. Docebis eñ
eos viam bonam per quam ambulent,et dabis pluuiam ſu-
per terram tuam,quam dediſti populo tuo in hæreditatem.
Fames ſi fuerit in terra,peſtis ſi fuerit, ariditas, ærugo, locu-
ſta,bruchus cum fuerit,ſi obſederit eum inimicus eius in ter-
ra portarum ſuarum,omnis plaga,omnis infirmitas: Omnis
oratio,omnis dep̃catio,quę fuerit omni homini,omni pp̃lo,
tuo Iſrael,ſi cognouerint vnuſquiſqꝫ plagã cordis ſui,& expã
derit man⁹ ſuas in domo hac,tu exaudies de cœlo,de loco ha-
bitationis tuę,& parces,ac facies,dabiſqꝫ vnicuiqꝫ ſecundum
omnes vias ſuas cuius cognouiſti cor.Tu enim noſti ſol⁹ cor
omnium filiorum hominum.Vt timeant te omnibus diebus
quibus viuunt in ſuperficie terræ,quam dediſti patribus no-
E ſtris.Et etiam de alienigenis,qui nõ de populo tuo Iſrael ſunt
ſi venerint de terra longinqua propter nomen tuum:ſi audie
rint nomen tuum magnum,& potentiam tuam validam, &
brachium tuum extentum,& venerint,& orauerint in domo
hac,tu exaudies de cœlo,de loco reſidentiæ tuæ: Facieſqꝫ iu-
xta omnia pro quibus inuocauerint te alienigenæ, vt ſciant
omnes populi terræ nomen tuum,vt timeant te ſicut popu-
lus tuus Iſrael,& cognoſcant quòd nomen tuum inuocatum
eſt ſuper domum hanc quam ædificaui.Si egreſſus fuerit po-
pulus tu⁹ ad bellum contra inimicum ſuum,per viam ꝑ quã
miſeris eos,& orauerint ad dominum in via ciuitatis quã ele-
giſti,& domum quam ædificaui nomini tuo,exaudies de cœ-
lo orationem eorũ,& deprecationẽ eorũ, & facies iudicium
eorum.Si peccauerint tibi(non eſt enim homo qui non pec-
cet,)& iratus fueris contra eos,tradideriſqꝫ eos coram inimi-
co,& captiuos duxerint ipſos,captiuos ducentes eos in terrã
inimici longinquam,vel propinquã:& reuerſi fuerint ad cor
ſuum in terra,in qua captiui ducti fuerunt,& reuerſi fuerint,
& deprecati fuerint te in terra illorum,qui captiuos eos duxe
2.Par.6.g. runt,dicendo:peccauimus,& iniquè egimus, impiè egimus,
3.Ioh.1.d. & reuerſi fuerint ad te toto corde ſuo,& tota anima ſua in ter
Eccl.7.c. ra inimicorũ ſuorũ,ꝗ captiuos duxerũt eos,& orauerint ad te
cõtra viã terrę ſuæ,quã dediſti patribus eorũ,ciuitatis quã ele
giſti,& dom⁹ quã ædificaui nomini tuo:exaudies de cœlo,de
loco reſidẽtię tuæ orationẽ eorũ,& dep̃cationẽ eorũ,& facies
iudicium eorum:Parceſqꝫ populo tuo qui peccauerunt tibi,
& omnibus præuaricationibus eorũ quibus pręuaricati ſunt
contra te.Et dabis eos in miſericordias coram eis,qui capti-
uos duxerunt eos,& miſerebuntur eorum.Populus enim tu⁹
& hæreditas tua ſunt,quos eduxiſti ex Aegypto è medio for-
nacis ferreæ:vt ſint oculi tui aperti ad deprecationẽ ſerui tui,
& ad deprecationem populi tui Iſrael,vt exaudias eos omni
tempore quo inuocauerint te.Tu enim ſeparaſti eos tibi in hę
reditatem de vniuerſis populis terræ,ſicut locutus es per ma
num Moſeh ſerui tui,quando eduxiſti patres noſtros ex Ae-
gypto domine deus.Et fuit,cum compleuiſſet Selomoh ora-
F re ad dominum omni oratione,& deprecatione hac,ſurrexit
à facie altaris domini,à genu flectendo ſuper genua ſua,& ma
nibus ſuis,expanſis ad cœlum.Et ſtetit,& benedixit omni con
gregationi Iſrael,voce magna dicendo:Benedictus dominus
qui dedit requiem populo ſuo Iſrael,iuxta omnia quæ locut⁹
eſt.Non cecidit verbum vnum ex omni verbo eius bono qđ
locutus eſt per manum Moſeh ſerui ſui.Sit dominus deus no
ſter nobiſcum,ſicut fuit cum patrib⁹ noſtris. Ne derelinquat
nos,neqꝫ deſerat nos,vt ad ſe inclinare faciat cor noſtrum,vt
ambulemus in vniuerſis viis eius, & cuſtodiamus præcepta
eius,& decreta eius,& iudicia eius,quæ præcepit patribus no
ſtris.Et ſint verba mea hæc,quibus deprecat⁹ ſum coram do-
mino propinqua domino deo noſtro per diem, & noctem,
vt faciat iudiciũ ſerui ſui,& iudiciũ populi ſui Iſrael per ſingu
los dies.Vt cognoſcant omnes populi terræ,quòd dominus
G eſt deus,nec eſt vltrà.Et ſit cor eorum perfectum cum domi-
no deo noſtro,vt ambulent in decretis eius,& cuſtodiãt præ
cepta eius,ſecundum diem hanc.Rex autem, & omnis Iſrae

cum eo ſacrificabant ſacrificium coram domino.Et ſacrifica-
uit Selomoh ſacrificiũ pacificorum,quod ſacrificauit domi-
no,boues viginti & duo milia,& oues centum viginti milia,
& dedicauerunt domum domini rex,& omnes filij Iſrael. In
die illa ſanctificauit rex medium atrij quod erat ante domum
domini.Fecit quippe ibi holocauſtum,& ſacrificium,& adi-
pes pacificorum,quia altare æreum quod erat coram domi-
no,erat paruum,vt non comprehenderet holocauſtum,& ſa
crificium,& adipes pacificorum.Fecitqꝫ Selomoh in tempo
re illo feſtiuitatem,& omnis Iſrael cum eo congregatione ma
gna ab introitu Chamath,vſque ad torrentem Aegypti corã
domino deo noſtro ſeptem dieb⁹,& ſeptem diebus,quatuor-
decim diebus.Die autem octauo dimiſit populum,& benedi
xerunt regi,& abierunt in tabernacula ſua,læti,& iocũdi cor-
de ſuper omne bonum,quod fecerat dominus Dauid ſeruo
ſuo,& Iſrael populo ſuo.

¶ Dominus apparet Selomoh ſecundo,dat oppida Chiram,ædificat ciuitates,facit Chenahanæos tributarios,mittit claſſem pro auro. CAP. IX.

A ET fuit,cum compleuiſſet Selomoh ædificare domũ do
mini,& domum regiam,& omne deſyderiũ Solomoh
quod voluit facere:apparuit dominus Selomoh ſecũdò,ſicut
apparuerat ei in Ghibhon.Dixitqꝫ dñs ei:Exaudiui orationẽ
tuã,& deprecationem tuam quam deprecatus es coram me. 2.Par.7.c.
Sanctificaui domum hanc,quam ædificaſti,vt ponerem no-
men meũ ibi vſqꝫ in ſeculum.Et erunt oculi mei, & cor meum
ibi omnibus dieb⁹.Tu autem ſi ambulaueris coram me,ſicut Supra.6.b.
ambulauit Dauid pater tuus in perfectione cordis,& rectitu-
dine,vt facias ſecundũ omnia quæ præcepi tibi,decreta mea,
& iudicia mea ſeruaueris, firmabo thronum regni tui ſuper
Iſrael in ſeculum ſicut locutus ſum ad Dauid patrem tuum,di
cendo:Non abſcindetur tibi vir à throno Iſrael.Si auertendo 2.re.7.b.c.
auerſi fueritis vos,& filij veſtri à me,& non cuſtodieritis præ
cepta mea,& decreta mea quæ dedi coram vobis,ſed abieri-
tis,& ſeruieritis diis alienis & incuruaueritis vos eis, excidam
Dauid è ſuperficie terræ,quam dedi eis,& domum quam ſan
B ctificaui nomini meo,dimittam à facie mea,& erit Iſrael in pa
rabolam,& in fabulam in omnibus populis. Et domus iſta
[a]quæ eſt altiſsima,omnis qui trãſierit iuxta eam,obſtupeſcet, a erit ſubla-
& ſibilabit,& dicet:Propter quid fecit dominus ſic terrę huic ta.
& domui huic?Et dicent:Eò quòd dereliquerunt dominum
ſuum,qui eduxit patres eorum è terra Aegypti,& apprehen-
derunt deos alienos,& incuruauerunt ſe illis,& ſeruierunt eis.
Idcirco induxit dñs ſuper eos omne malum hoc.Et fuit,in fi-
ne viginti annorum quib⁹ ædificauit Selomoh duas domos,
domum domini,& domum regiam,Chiram rex Tyri dona- 2.Par.8.a.
uerat Selomoh ligna cedrina,& abiegna,& aurum ſecũdum
omnem voluntatem eius,tunc dedit rex Selomoh ipſi Chirã
C viginti vrbes in terra Galil.Et egreſſus eſt Chiram è Tyro, vt
videret vrbes quas tradiderat ei Selomoh,& non placuerũt
in oculis eius.Et dixit:Quales ſunt vrbes iſtæ,quas dediſti mi
hi frater mi?Et appellauit eas terram Chabul,vſque ad diem
hanc.Miſit autem Chiram ad regem centum,& viginti talen-
ta auri.[b]Et hæc eſt res quam aſcendere fecit rex Selomoh ad a Et hoc mu
ædificandum domum domini,& domum ſuam,& Millo, & nus eſt,quod
murũ Ieruſalaim,& Chaſor,& Meghiddo,et Ghezer.Parhoh accepit rex.
rex Aegypti aſcendit,& cepit Ghezer,& ſuccendit eam igni,
& Chenahanæum qui habitabat in ciuitate interfecit,& tradi
dit eam pro muneribus filiæ ſuæ vxori Selomoh.Et ædifica-
uit Selomoh Ghezer,& Bethchoron inferiorẽ.Et Bahalath,
& Thamor in deſerto in terra.Et omnes vrbes theſaurorum
quæ erant ipſi Selomoh,& ciuitates curruum,& ciuitates e-
quitum,& deſiderium Selomoh,quod deſyderauit ædifica-
re in Ieruſalaim,& in Lebanum,& in omni terra domini ſui.
Omnem populum qui remanſerat de Emoræo,Chittæo,Pe- c aſcẽdere
D rizæo, Chiuuæo & Iebuzæo, qui non de filiis Iſrael erat: fecit Selõoh
filios ſcilicet eorum qui remanſerant poſt eos in terra, quos ad offerẽdũ
non potuerunt filij Iſrael occidere,[c] fecit Selomoh tributa- tributũ ſerui-
rios tutis uſqꝫ ad diem hanc.



rios vtque ad diem hanc.De filiis verò Iſrael non dedit Selo-
moh ſeruum,ſed erant viri bellatores,& ſerui eius, & princi-
pes eius,& duces eius,& principes curruum eius,& equitum
eius,iſti ſunt principes præfectorum,qui erant ſuper opus Se
lomoh,quinquaginta,& quingenti,qui preærãt populo qui
faciebat opus.Sed filia Parhoh deſcendit de ciuitate Dauid in
domum ſuam,quam ædificauerat ei.Tunc ædificauit Millo.
Obtulit autem Selomoh tribus vicibus in anno holocauſta,
& pacifica ſuper altare quod ædificauerat domino,& adole-
uit ſuper illud quod erat corã domino, & perfecit domum.
Et nauem fecit rex Selomoh in Heſiongheber,quæ erat iuxta
Eloth,iuxta ripam maris Suph in terra Edom.Miſitqꝫ Chirã
in naui ſeruos ſuos viros nautas,gnaros maris cũ ſeruis Selo-
moh.Et venerunt in Ophir,& tulerũt inde aurũ,quadringen
ta & viginti talenta,& adduxerunt ad regem Selomoh.

¶ De regina Seba,de ſcutis aureis,de ſolio eburneo,curruum,& equitum Selomoh numerus. CAP. X.

A REgina autem Seba audiens famam Selomoh in nomi-
2.Par.9.a. ne domini venit vt tentaret eum in ænigmatibus.Et in
Matt.12.d. greſſa eſt Ieruſalaim cum exercitu graui valde camelis portã-
Lucæ 11.d. tib⁹ aromata,& aurum multum valde,& lapides precioſos.
Venitqꝫ ad regem Selomoh,et locuta eſt ad eum omne quod
erat in corde ſuo.Et indicauit ei Selomoh omnia verba eius.
Non fuit verbum abſconditum à rege quod non indicauerit
ei.Et vidit regina Seba omnem ſapientiam Selomoh, & do-
mum quam ædificauerat,& cibos menſæ eius,& habitacula
ſeruorum eius,& aſſiſtentiam miniſtrorum eius,& veſtimen-
ta eorum,& pincernas eius,& gradus eius quibus aſcẽdebãt
in domũ domini,et non erat in ea vltra ſpiritus.Dixitqꝫ ad re-
gem:Verũ fuit verbũ quod audiui in terra mea, ſuper rebus
B tuis & ſapientia tua.Et non credidi verbis,donec veni,et vide
runt oculi mei,& ecce non fuit nunciatum mihi dimidiũ.Ad-
didiſtis ſapientiam,& bonum ſuper famam quam audiui.Bea
ti viri tui,& beati ſerui tui ij,qui ſtant coram te,ſemper audiẽ-
tes ſapientiam tuam.Sit dominus deus tuus benedictus qui
complacuit in te,vt poneret te ſuper ſolium Iſrael,eò ꝙ dile-
xerit dominus Iſrael in ſeculum:& poſuit te regem,vt faceres
iudicium,& iuſtitiam.Deditqꝫ regi centum & viginti talenta
auri,& aromata multa valde,& lapides precioſos.Non vene
runt talia aromata vltrà in multitudine,quæ dedit regina Se-
a ligna almu ba regi Selomoh.Et etiã nauis Chiram quę portabat aurum
gim id eſt, ex Ophir,detulit ex Ophir[a] coralia multa valde,et lapides pre
breſilia cioſos.Fecitqꝫ rex è coraliis fulcimenta domus domini & do-
mus regis,& cytharas,& lyras cãntoribus.Non venerunt ta-
lio coralia,nec viſa ſunt vſque ad diem hanc.Rex autem Selo
moh dedit reginæ Seba omnem voluntatem ſuam quam pe
C tiuit,præter ea quæ dedi ei manu regi Selomoh.Et vertit ſe et
abiit in terram ſuam,ipſa & ſerui eius.Erat autem pondus au
ri quod veniebat ad Selomoh per annos ſingulos ſexcentorũ
& ſexaginta & ſex talentorum auri.Præter viros mercatores,
& negotiationẽ aromatariorum,& oẽs reges Arabiæ,& du
ces terræ.Fecit aũt rex Selomoh ducẽta ſcuta ex auro[b] tracto.
b ſolido Sexẽtos aureos tradidit ꝓ ſcutis ſingulis.Et trecẽtos clypeos
ex auro tracto.Tres minas auri tradidit ꝓ ſingulis clypeis, &
poſuit eos rex in domo ſaltus Lebanon.Fecit autem rex ſoliũ
eburneum grande,& operuit illud auro obrizo. Sex gradus
c fulcra,ſu- erant ſolio,& ſummitas rotunda erat ſolio à parte poſteriori
ſtacula,ue- &[c] loca hinc & inde ad locum ſeſſionis,& duo leones ſtabant
lut manus. apud loca.Et duodecim leones ſtabant ibi ſup ſex gradus hinc
& inde.Non fuit factum tale in omnibus regnis.Et omnia va
ſa potus regis Selomoh erant aurea,& omnia vaſa dom⁹ ſal-
tus Lebanon ex auro mundo:Non erat argentum,nec repu-
tabatur in diebus Selomoh quicquam. Quia nauis Tharſis
erat regi per mare cum naui Chiram.Semel in tribus annis ve
niebat nauis Tharſis,& portabat aurum,& argentum,dentes
elephantum,& ſimias,& pauos.Et magnificatus eſt rex Selo-
moh præ omnibus regibus terræ in diuitiis,& ſapientia. Et

omnes habitatores terræ quærebant faciem Selomoh,vt au-
dirent ſapientiam eius,quam poſuerat deus in corde eius. Et
afferebant vnuſquiſque munus ſuum,vaſa argẽtea,& vaſa au
rea,& veſtes,& arma,& aromata,equos,& mulos ꝑ ſingulos
annos.Et congregauit Selomoh currus,& equites.Et fuerunt
ei mille,& quadringenti currus,& duodecim milia equites,&
poſuit eos in ciuitatibus curruum,& cum rege in Ieruſalaim.
Et dedit rex argentum in Ieruſalaim tanquam lapides, & ce-
dros dedit tanquam ſycomoros,quæ ſunt in cãpeſtri in multi
tudine.Et exitus equorum ipſi Selomoh erat ex Aegypto, &
congregatio negotiatorum regis accipiebant[a] netum in pre-
cium.Et aſcendebat,& egrediebatur quadriga ex Aegypto a ſummam
pro ſexcentis argenteis, equus verò pro quinquaginta & cen equorũ pro
tum,& ſic omnes reges Chittæorum,& reges Aram per ma- precio.
num eorum educebant.

¶ De ſeptingentis vxoribus & trecẽtis cõcubinis Selomoh,& aduerſariis ei ſuſcitatis,moritur Selomoh,regnat Rechabhan pro eo.

CAP. XI.

A REx autẽ Selomoh adamauit mulieres alienigenas mul-
tas,& filiam Parhoh,Moabitidas, Hammonitidas, E-
domæas,Sidonias,& Chittæas:de gentibus de quibus dixit
dominus filiis Iſrael:non ingrediemini ad eos,& ipſi nõ ingre-
dientur ad vos.Siquidem declinare facient cor veſtrum poſt Eccl.47.c.
deos ſuos.Eis adhæſit Selomoh amando.Et fuerũt ei vxores Deu.17.d.
reginę ſeptingentæ,& concubinæ trecentæ.Et declinare fece- Exo.34.b.
runt mulieres eius cor eius.Et fuit tẽpore ſenectutis Selomoh
vxores eius inclinauerunt cor eius poſt deos alienos, & non
erat cor eius perfectum cum domino deo ſuo, ſicut cor Da-
uid patris ſui.Et iuit Selomoh poſt Haſtoroth deũ Sidonio-
B rum,& poſt Milchom abominationem Hammonitarum.Et
fecit Selomoh malum in oculis domini, & non adimpleuit,
vt iret poſt dominum ſicut Dauid pater eius.Tunc ędificauit
Selomoh excelſum ipſi Chemos abominationi Moab in mõ-
te qui eſt è regione Ieruſalaim,& Molech abominationi filio-
rum Hammon.Et ſic fecit omnibus vxoribus ſuis alienigenis:
ſuffiebant,& immolabant diis ſuis.Et iratus eſt dominus con
tra Selomoh,quia declinauerat cor eius à domino deo Iſrael,
qui conſpectus fuerat ei duabus vicibus.Et præceperat ei ſu-
per verbo hoc,vt non iret poſt deos alienos,& non cuſtodi-
uit quod præcepit dominus.Dixit autem dominus ad Selo- Supra.9.b.
moh:Pro eo quòd fuit hoc apud te,et non cuſtodiſti pactum
meum,& decreta mea quæ præcepi tibi,ſcindendo ſcindam
C regnum à te,& dabo illud ſeruo tuo.Veruntamen in diebus
tuis non faciam hoc propter Dauid patrem tuum.De manu
filij tui ſcindam illud.Veruntamen totum regnum non ſcin-
dam.Tribum vnã dabo filio tuo propter Dauid ſeruũ meũ,
& propter Ieruſalaim quam elegi:Suſcitauit autem dominus
aduerſarium ipſi Selomoh Hadad Edomæum,de ſemine re-
gio qui erat in Edom.Et fuit cum eſſet Dauid in Edom,quan 2.Reg.8.d.
do aſcendit Ioab princeps militiæ ad ſepeliendum interfectos
& percuſſiſſet omnem maſculum in Edom.Sex enim mẽſibus
manſit ibi Ioab,& omnis Iſrael,donec exterminaret omnem
maſculum in Edom.Fugit Hadad ipſe,& viri Edomæi de ſer
uis patris ſui ſecũ,vt ingrederentur Aegyptum. Hadad autẽ
erat puer paruulus.Et ſurrexerunt de Midian,& venerunt in
Paran,& tulerunt viros ſecum de Paran,& ingreſſi ſunt Ae-
gyptum ad Parhoh regẽ Aegypti,& dedit ei domũ et cibũ
iuſſit vt ſubminiſtrarẽt ei,& terrã dedit ei. Et inuenit Hadad
gratia in oculis Parhoh valde,& dedit ei vxorẽ ſororẽ vxoris
D ſuæ,ſororẽ Tachpenes reginę. Et peperit ei ſoror Tachpenes
Ghenubath filiũ ei⁹,& ablactauit eũ Tachpenes in medio do
mus Parhob,et fuit Ghenubath in domo Parhoh inter filios
Parhoh. Et Hadad audiuit in Aegypto,ꝙ dormiſſet Dauid
cũ patribus ſuis,& ꝙ mortuus eſſet Ioab princeps militiæ,
& dixit Hadad ad Parhoh:Dimitte me,& ibo ad terram meã.
Dixitqꝫ ei Parhoh:Quo enim indiges mecum, vt quæras ire
ad terram tuam?Et dixit: Nullo,ſed dimittendo dimitte me.

Et ſuſcitauit deus ei aduerſarium Rezon filium Eliadah,qui
fugerat ab Hadarhezer rege Sobah domino ſuo.Et congre=
gauit aduerſus eum viros,& fuit princeps exercit⁹,cum inter
ficeret Dauid eos.Abieruntq; Dammeſec,& habitauerunt in
E ea,& regnauerunt in Dammeſec:Eratq; aduerſarius Iſraeli o=
mnibus diebus Selomoh,vnà cum malo quod fecit Hadad.
Et deteſtatus eſt Iſrael, regnauitq; ſuper Syriam. Iarobham
autem filius Nebath Ephrataei de Seradah (& nomen ma=
tris eius Seruhah mulier vidua) ſeruus ipſi Selomoh,leuauit
manum contra regem:Et ob hanc rem leuauit manum con=
tra regem;Selomoh ædificauit Millo,clauſit diruptionem ci=
uitatis Dauid patris ſui. Vir autem Iarobham erat potens ro
bore:& vidit Selomoh puerum,quòd ad faciendum opera
eſſet idoneus,& præfecit eum omni oneri domus Ioſeph. Et
fuit,in tempore illo Iarobham egreſſus eſt de Ieruſalaim,et in
uenit eum Achiiah Silonites propheta in via,& erat opertus
veſte noua,& erãt ambo ſoli in agro.Et apprehẽdit Achiiah
veſtem nouam,quæ erat ſuper ſe,& ſcidit illam in duodecim
ſciſſiones.Dixitq; ad Iarobham:Tolle tibi decem ſciſſiões. Sic
enim dixit dominus deus Iſrael:Ecce ego ſcindo regnũ de ma=
nu Selomoh,& dabo tibi decem tribus.Et tribus vna erit ei
F propter ſeruum meum Dauid,& propter Ieruſalaim ciuita=
tem quam elegi ex omnibus tribubus Iſrael. Eo quod dereli=
querunt me,& incuruauerunt ſe Haſtaroth deo Sidoniorũ,
Chemos deo Moab,& Milchom deo filiorum Hammon: &
non ambulauerunt in viis meis,vt facerent quod rectum eſt
in oculis meis,& decreta mea,& iudicia mea,ſicut Dauid pa=
ter eius.Et non tollam omne regnum de manu eius, ſed ducẽ
ponam eum omnibus diebus vitæ eius propter Dauid ſer=
uum meum,quem elegi.Quia cuſtodiuit præcepta mea,& de
creta mea.Et tollam regnũ de manu filij eius, & dabo ex illo
tibi decem tribus.Filio autem eius dabo tribum vnam,vt ſit
lucerna Dauid ſeruo meo omnibus diebus coram me in Ieru
G ſalaim ciuitate quam elegi mihi:vt ponerem nomen meũ ibi.
Te autem aſſumam, & regnabis in omnibus quæ deſydera=
bit anima tua,eriſq; rex ſuper Iſrael.Et erit,ſi audieris omnia
quæ præcepero tibi,& ambulaueris in viis meis,& feceris qđ
rectum eſt in oculis meis,vt cuſtodias decreta mea,& præce=
pta mea,ſicut fecit Dauid ſeruus meus,ero tecum, & ædifica=
bo tibi domum firmam,ſicut ædificaui Dauid,& dabo tibi Iſ
rael.Et affligam ſemen Dauid propter hoc:veruntamen non
omnibus diebus.Quæſiuit autem Selomoh interficere Iarob
ham,& ſurrexit Iarobham,et fugit in Aegyptum ad Siſach re
gẽ Aegypti. Fuitq; in Aegypto,donec moreretur Selomoh.
Reliqua acta Selomoh,& omnia quæ fecit,& ſapientia eius,
nónne ſcripta ſunt in libro verborum Selomoh?Dies autem
quibus regnauit Selomoh in Ieruſalaim ſuper omnem Iſrael,
fuerunt quadraginta anni.Dormiuitq; Selomoh cum patri=
bus ſuis,& ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui,regnauitq;
Rechabham filius eius pro eo.

¶Sciſſio regni,Rechabham,filio Selomoh ſuper duabus,Iarobhã ſuper de
cem tribubus imperante,Iarobham facit uitulos aureos.

CAP. XII.

A 3.Pa.10.a. ABiit autem Rechabham in Sechem.In Sechem ẽm ve=
nerat omnis Iſrael,vt regem conſtituerẽt eum.Et fuit,
cum audiſſet Iarobham filius Nebath(& ipſe adhuc erat in
Aegypto,quia fugerat à facie regis Selomoh, & habitauerat
Iarobham in Aegypto,miſerantq; & vocauerant eum,)vene
runt Iarobham,& omnis congregatio Iſrael,& locuti ſunt ad
Rechabham,dicendo:Pater tuus aggrauauit iugum noſtrũ,
ſed tu nunc alleuia de ſeruitute patris tui dura,& de iugo eius
graui,quod poſuit ſuper nos,& ſeruiem⁹ tibi.Dixitq; ad eos:
Ite vſque ad tres dies,& reuertimini ad me.Et abiit populus.
Et cõciliatus eſt rex Rechabham cum ſenioribus,qui ſteterãt
coram Selomoh patre eius,adhuc eo viuente,dicendo:Quo=
B modo conſulitis,vt reſpondeam populo huic, verbum? Lo=
cuti ſunt ad eum,dicẽdo:Si hodie fueris ſeruus populo huic,
ſeruieriſq; eis,& reſponderis eis,locutuſq; fueris ad eos verba
bona,erunt tibi ſerui oĩbus diebus.Et dereliqt conſiliũ ſenio=
rum,qđ conſuluerant ei,& conſuluit iuuenes,qui nutriti fue=
rãt cũ eo,qui ſtabant coram eo,dixitq; ad eos:Quid cõſultis,
vt reſpondeamus populo huic,qui locuti ſunt ad me,dicen=
do:alleuia iugum quod poſuit pater tuus ſuper nos?Et locu=
ti ſunt ad eum iuuenes,qui nutriti fuerant cum eo , dicendo:
C Sic dices populo huic,qui locuti ſunt ad te,dicẽdo: pater tu⁹
aggrauauit iuſtum noſtrum,tu autem alleuia à nobis.Sic lo=
queris ad eos:Minor digitus meus groſſior eſt lumbis patris Eccl.47.d.
mei.Et nunc pater meus onus impoſuit vobis iugum graue.
Ego autem addam iugo veſtro.Pater me⁹ corripuit vos fla=
gellis,ego autem corripiam vos ſcorpionibus. Venitq; Ia=
robhã,et omnis populus ad Rechabham die tertio,ſicut lo=
cutus fuerat rex,dicendo:reuertimini ad me die tertio.Reſpõ=
ditq; rex populo dura,& reliquit conſilium ſeniorum, quod
conſuluerant ei.Et locutus eſt ad eos ſecundum conſilium iu=
uenum,dicendo:Pater meus aggrauauit iugum veſtrum,ego
autem addam iugo veſtro.Pater meus corripuit vos flagel=
lis,ego autem corripiam vos ſcorpionibus.Et non exaudiuit
D rex populum.Fuit enim cauſa à domino , vt firmaret verbũ Supra.11.f.
ſuum,quod locutus fuerat dominus per manum Achiiah Si=
lonitæ ad Iarobham filium Nebath. Et vidit omnis Iſrael,ꝙ
non exaudiuit rex eos:& reſponderunt populus ad regẽ ver=
bum,dicendo:Quæ nobis pars in Dauid?Et non eſt hæredi=
tas in filio Iſai.Vade in tabernacula tua Iſrael.Nunc prouide
E domui tuæ Dauid. Et abiit Iſrael in tabernacula ſua. Super
filios autem Iſrael, qui habitabant in vrbibus Iehudah, re=
gnauit Rechabham.Miſit autem rex Adoram,qui erat ſuper
tributum,& lapidauerunt eum omnis Iſrael lapide, & mor=
tuus eſt.Rex autem Rechabham roborauit ſe, vt aſcenderet
currum,& fugeret in Ieruſalaim.Et præuaricati ſunt Iſrael in
domum Dauid vſque ad diem hanc.Et fuit, cum audiſſet o=
mnis Iſrael,quòd reuerſus eſſet Iarobham,miſerunt,& voca=
uerunt eum ad congregationẽ,& regem conſtituerunt eum
ſuper omnem Iſrael.Non fuit poſt domum Dauid niſi tribus
Iehudah ſola.Et venit Rechabham in Ieruſalaim,& congrega
uit omnem domum Iehudah, & tribum Biniamin, centum
& octoginta milia electorum facientium bellum,vt pugnaret
cum domo Iſrael,vt reduceret regnum ad Rechabhã filium
Selomoh.Fuit autem verbum dei ad Semahiah virum dei,di 2.Par.11.a.
F cendo:Dic ad Rechabham,filium Selomoh, regem Iehudah,
& ad omnem domum Iehudah,& Biniamin,& reſiduum po
puli,dicendo:Sic dicit dominus:Ne aſcendatis,& ne pugne=
tis cum fratribus veſtris filiis Iſrael. Reuertimini vnuſquiſ=
que in domum ſuam.Quia à me factum eſt verbum hoc. Et
audierunt verbum domini,& reuerſi ſunt vt irent iuxta ver=
bum domini.Aedificauit autem Iarobham Sechem in mon=
te Ephraim,& habitauit in ea.Et ingreſſus eſt inde,& ædifica
uit Penuel.Dixitq; Iarobham in corde ſuo: Nunc reuertetur
regnum ad domum Dauid.Si aſcenderit populus iſte ad faciẽ
dum ſacrificia in domo domini in Iaruſalaim, reuertetur cor
populi huius ad dominum ſuum Rechabham regẽ Iehudah,
G & interficient me,& reuertentur ad Rechabhã regẽ Iehudah.
Et cõſiliat⁹ eſt rex,& fecit duos vitulos aureos, dixitq; ad eos: Supra.11.f.
Nimis eſt vobis,vt aſcendatis in Ieruſalaim.Ecce dij tui Iſrael, Exo.32.b.
qui aſcendere fecerunt te è terra Aegypti.Et poſuit vnum in
Bethel,& alterum poſuit in Dan.Et fuit verbum hoc in pecca
tum,& abierunt populus coram vno vſque Dan.Et fecit do=
mum excelſorum,& fecit ſacerdotes quoſdam de populo,qui
non erant de filijs Leui.Et fecit Iarobham ſolennitatem men=
ſe octauo:quintadecima die menſis , ſecundum ſolennitatem
quæ erat in Iehudah,& obtulit ſuper altare. Similiter fecit in
Bethel immolãdo vitulis quos fecerat,& conſtituit in Bethel
ſacerdotes excelſorum quæ fecerat.Et obtulit ſuper altare qđ
fecerat in Bethel quintadecima die menſis,octaui menſis,quẽ a finxerat
[a]eduxerat de corde ſuo,& fecit ſolẽnitatem filiis Iſrael & aſcẽ=
dit ſuper



dit ſuper altare,vt ſuffiret.

¶Iarobham ſacrificans uitulis increpatur a propheta,extendit in
illum manũ,areſit manus,propheta a leone diſcerpitur.

CAP. XIII.

A ECce autem vir dei venit de Iehudah, in verbo domini
in Bethel.Iarobham autẽ ſtabat iuxta altare,vt ſuffiret.
Et clamauit contra altare in verbo domini,& dixit:Altare al=
tare,ſic dixit dominus:Ecce filius naſcetur domui Dauid,Ioſi=
iahu nomen eius,& immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorũ,
qui ſuffiunt ſup te,& oſſa hoĩm cõburẽt ſup te.Et dedit in die
illa portentũ,dicẽdo:Hoc eſt portentum qđ locutus eſt dñs:
Ecce altare ſcindetur,& effundetur cinis qui eſt ſup eũ.Et fuit,
4.Reg.23.d. cum audiſſet rex verbum viri dei,quod clamauerat contra al
B tare in Bethel,extendit Iarobham manum ſuam de altari di=
cendo:Apprehendit eum.Et exaruit manus eius quam exten
derat contra eum,& non potuit retrahere ad ſe. Altare autẽ
ſciſſum eſt,& effuſus eſt cinis de altari ſecundum portentum
quod dedrat vir dei in verbo domini.Et reſpondit rex,& di
xit ad virum dei:Ora quæſo faciem domini dei tui, & ora ꝓ
me,vt reuertatur manus mea ad me.Et orauit vir dei faciem
domini,& reuerſa eſt manus regis ad eum,fuitq; ſicut prius.
Et locutus eſt rex ad virum dei:Ingredere mecum domum,
& conuiuare,& dabo tibi donum.Dixitq; vir dei ad regem:
Si dederis mihi dimidium domus tuæ , non veniam tecum,
neque comedam panem,neq; bibam aquam in loco iſto . Sic
enim præcepit mihi in verbo domini,dicendo: Non come=
des panem,neque bibes aquam,neq; reuerteris per viam per
C quam veniſti.Et abiit per viam aliam,& non eſt reuerſus per
viam per quam venerat in Bethel.Propheta autem vnus ſe=
nex habitabat in Bethel:& venit filius eius,& narrauit ei omẽ
opus,quod fecerat vir dei hodie in Bethel,verba quæ locut⁹
fuerat ad regem,& narrauerunt ea patri ſuo.Locutuſq; eſt ad
eos pater eorũ:Per quã viã abiit?Et oſtẽderunt filij eius viam
ꝑ quã ambulauerat vir dei q venerat de Iehudah.Dixitq; filiis
ſuis:Sternite mihi aſinũ.Et ſtrauerunt ei aſinũ,& equitauit ſuꝑ
eũ.Et abiit poſt virum dei,& inuenit eum ſedentẽ ſubter quer
cum,dixitq; ad eum:Tu ne es vir dei qui veniſti de Iehudah?
Et dixit:Sum.Dixitq; ad eum:Veni mecum domum,& come
de panem.Dixitq;:Non poſſum reuerti tecum , & venire te=
cum,neque comedam panem,neque bibam tecum aquam in
D loco iſto.Verbum enim ad me fuit in verbo domini.Nõ co
medes panem,neque bibes ibi aquam.Non reuerteris vt va=
das per per quam veniſti.Dixitq; ei:Etiam ego propheta ſum
ſicut tu.Et angelus locutus eſt ad me in verbo domini, dicen
do:Reduc eum tecum in domum tuam,& comedat panem,
& bibat aquam.Mentitus eſt ei.Et reuerſus eſt cum eo, & co=
medit panem in domo eius,& bibit aquam.Et fuit, ipſis ſe=
dentibus ad mẽſam fuit verbum domini ad prophetam qui
reduxerat eum. Et clamauit ad virum dei qui venerat de Iehu
E dah,dicẽdo:Sic dicit dominus:Pro eo ꝙ rebellis fuiſti ori do=
mini,& non ſeruaſti præceptum quod præcepit tibi domin⁹
deus tuus,ſed reuerſus es,& comedeſti panem,& bibiſti aquã
in loco de quo locutus eſt ad te,ne comedas panem, neq; bi=
bas aquam,non ingredietur cadauer tuum in ſepulchrum pa
trum tuorum.Et fuit,poſtquam comedit panẽ,& bibit, ſter=
nere iuſſit ei aſinum,hoc eſt prophetæ quẽ reduxerat.Et abiit
& inuenit eum leo in via,& occidit eum.Et fuit,cadauer eius
proiectum erat in via,& aſinus ſtabat iuxta eum,& leo ſtabat
iuxta cadauer.Et ecce viri tranſeuntes viderunt cadauer pro=
iectum in via,& leonem ſtantem iuxta cadauer, & venerunt,
& locuti ſunt in ciuitate,in qua propheta ſenex manebat. Et
F audiuit propheta qui reduxerat eum de via , & dixit : Vir
dei eſt,qui rebellis fuit ori domini.Et tradidit eum dominus
leoni,& confregit eum,& occidit eum iuxta verbum domi=
ni,quod locutus fuerat ei.Locutuſq; eſt ad filios ſuos,dicen=
do:Sternite mihi aſinum:Et ſtrauerunt.Et abiit,& inuenit ca=
dauer eius proiectum in via,& aſinum & leonem ſtantes iu=
xta cadauer.Non comedit leo cadauer, neque confregit aſi=
num.Et tulit propheta cadauer viri dei,& poſuit illud ſuper
G aſinum,& reduxit illud,& venit ad ciuitatem prophetæ ſenio
ris,vt plangeret,& ſepeliret eum.Et poſuit cadauer eius in ſe=
pulchro ſuo,& planxerunt ſuper eum:Heu frater mi. Et fuit,
poſtquam ſepeliuit eum,dixit ad filios ſuos,dicendo:Cũ mor
tuus fuero,ſepelite me in ſepulchro,in quo vir dei eſt ſepult⁹,
& apud oſſa eius ponite oſſa mea.Quia eſſendo erit verbum
quod exclamauit in verbo domini contra altare quod eſt in
Bethel,& contra omnes domos excelſorum,quæ ſunt in vrbi
bus Someron.Poſt verbum hoc non eſt reuerſus Iarobham
à via ſua mala,ſed reuerſus eſt,& fecit de nouiſsimis populi ſa
cerdotes excelſorum.Qui volebat conſecrabat manum ſuã,
& erat ſacerdos excelſorum.Et fuit propter hoc in peccatum
domus Iarobham,& ad extirpandum,& ad delendum è ſu=
perficie terræ.

¶Vxor Iarobham conſulit Achiiah prophetam.Ille prædicit filij eius mortem to-
tiuſque regni exitium.moritur Iarobham. Syla rex Aegypti diripit
domum domini,moritur Rechabham,ſuccedit Abiam.

CAP. XIIII.

A IN tẽpore illo ægrotauit Abiiah filius Iarobham.Dixitq; Ia
robham ad vxorem ſuam:Surge nunc,& muta te, & non
cognoſcant quòd ſis vxor Iarobham,& vade in Siloh . Ecce
ibi eſt Achiiah propheta.Ipſe locutus eſt ſuꝑ me ꝙ eſſem rex
ſuper populum hunc.Et tolles in manu tua decem panes , & 3.11.f.
cruſtulas,& œnophorum mellis,& vade ad eum.Ipſe indica=
bit tibi quid futurum ſit puero.Et fecit ſic vxor Iarobham,&
ſurrexit,& abiit in Siloh,& venit in domũ Achiiah . Achiiah
B autem non poterat videre,quia caligauerant oculi eius præ
ſenectute eius.Dominus autem dixit ad Achiiah:Ecce vxor Ia
robham venit,vt quærat verbum à te,ſuper filio ſuo,quia æ=
grotat:Talia,& talia loqueris ad eã.Et fuit,cum intraret ipſa,
aliam ſe præferebat.Et fuit,cum audiſſet Achiiah ſonitũ pedũ
eius venientis ad oſtiũ,dixit:Ingredere vxor Iarobham . Cur
aliam præ te fers?Ego autem miſſus ſum ad te durus nũcius.
Vade,dic ad Iarobham:Sic dixit dñs de⁹ Iſrael:Pro eo quòd
exaltaui te è medio populi,& poſui te ducẽ ſuper populum
meum Iſrael.Et ſcidi regnum à domo Dauid,& dedi illud ti=
bi,& non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid,qui cuſtodiuit præce
pta mea,& qui ambulauit poſt me toto corde ſuo,vt faceret
C tantum quod rectum erat in oculis meis.Sed malefeciſti faciẽ
do præ omnibus q fuerunt ante te,& iuiſti,& feciſti tibi deos
alienos,& conflatiles ad irritandum me.Me autem proieciſti
poſt corpus tuum.Idcirco ego adduco malum ſuper domũ
Iarobham,& excidam de Iarobham mingentem ad parietem
clauſum,& derelictum in Iſrael,& ſuccidam poſteros domus
Iarobham,ſicut ſucciditur ſterquiliniũ,donec cõſumetur. Eũ
qui mortuus fuerit de Iarobham in ciuitate,comedent canes.
Eum verò qui mortuus fuerit in agro,comedẽt volucres cæ=
D li.Dominus enim locutus eſt.Tu autem ſurge,vade in domũ
tuam.Quando ingredietur pedes tui vrbem morietur puer.
Et plangent eum omnis Iſrael,& ſepelient eum.Iſte enim ſolus
ingredietur de Iarobham in ſepulchrum, quia inuentum eſt
verbum bonum in eo à domino deo Iſrael,in domum Iaro=
bham.Et ſtatuet dominus ſibi regẽ ſuper Iſrael,qui excidet do
mum Iarobham illa die.Et quid eſt hoc etiam nunc? Et per=
cutiet dominus Iſrael,ſicut mouetur arundo in aqua,& euel=
let Iſrael è terra bona iſta,quam dedit patribus eorum,& diſ=
perget eos trans flumen,eò ꝙ fecerunt Lucos ſuos irritantes
dominum.Et tradet Iſrael propter peccata Iarobham q pec=
E cauit,& peccare fecit Iſrael.Et ſurrexit vxor Iarobhã, & abiit
& venit in Tirſah.Ipſa ingrediente limen domus,mortuus eſt
puer.Et ſepelierunt eum & planxerũt eum omnis Iſrael iuxta
verbum domini,quod locutus fuerat per manum ſerui do=
mini Achiiahu prophetæ . Reſidua autem verborum Iaro=
bham,quib⁹ pugnauit,& quibus regnauit, ecce ſcripta ſunt
in libro verborum dierum regũ Iſrael.Dies aũt quibus regna

uit Iarobhã XX.& duo anni fuere.Dormiuitqꝫ cum patribꝰ
F ſuis.Et regnauit Nadab filius eius pro eo.Rechabham autem
2.Par.12.d. filius Selomoh regnauit in Iehudah.Quadraginta & vniꝰ an=
norũ erat Rechabham qñ regnauit;& VII.& X.annis regna
uit in Ieruſalaim ciuitate,quam elegit dñs,vt poneret nomen
ſuũ ibi ex omnibus tribubus Iſrael.Nomen autẽ matris eius
fuit Nahamah Hãmonitis.Fecitqꝫ Iehudah malũ in oculis do
mini.Et æmulari fecerũt eum præ omnibus quæ fecerũt pa=
tres eorũ in peccatis ſuis quæ peccauerunt. Et ædificauerunt
etiã ſibiipſi excelſa,& ſtatuas,& Lucos ſuper oẽm collem excel
ſum,& ſubter omne lignũ viride.Et etiã ſcortator erat in ter=
G ra,fecerunt ſecũdũ oẽs abominationes gentiũ,quas eiecit dñs
Supra.10.c. à facie filiorũ Iſrael.Et fuit,anno quinto regis Rechabhã aſcẽ=
dit Sila rex Aegypti cõtra Ieruſalaim.Et tulit theſauros domꝰ
dñi,& theſauros domus regiæ,& omnia tulit.Et tulit omnia
ſcuta aurea,quę fecerat Selomoh.Et fecit rex Rechabham pro
eis ſcuta ærea,& cõſtituit in manu principũ curſorũ,qui obſer
uabant oſtiũ domus regiæ.Et fuit,tẽpore quo ingrediebatur
rex domũ dñi,portabãt ea curſores,& reportabant ea ad tha
lamũ curſorũ.Reſidua aũt verborũ Rechabhã, & oĩa quæ
fecit,nõnne ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ regũ Iehudah?
Et bellũ fuit inter Rechabhã,& Iarobhã oĩbus diebus.Dormi
uitqꝫ Rechabhã cũ patribus ſuis,& ſepultus eſt cum patribus
ſuis in ciuitate Dauid.Et nomen matris eius Nahamah Ham
monitis.Et regnauit Abiiam filius eius pro eo.

¶Regnauit ſuper Iehudam impius Abiiam,ſuccedit iuſtus Aſa,bellum inter Aſa,& Bahaſa regem Iſrael:Iehoſaphath ſuccedit Aſæ,Nadab ſuccedit Iarobham,Bahaſa occidit Nadab. CAP. XV.

A ET anno octauo decimo regis Iarobham filij Nebath,re
gnauit Abiiam ſuper Iehudah. Tribus annis regnauit
in Ieruſalaim.Nomen autem matris eiꝰ fuit Mahacah filij Ab
ſalom.Et ambulauit in omnibus peccatis patris ſui,quæ fece=
rat ante eũ.Et non fuit cor eius perfectum cum dño deo ſuo
ſicut cor Dauid patris ſui.Quia propter Dauid dedit dominꝰ
deus eius ei lucernã in Ieruſalaim,vt ſuſcitaret filium eius poſt
eum,& ſtare faceret Ieruſalaim.Quia fecit Dauid quod rectũ
erat in oculis dñi,& nõ declinauit ab oĩbus ꝙ pręcepit ei omi=
B bus diebus vitæ ſuæ,pręter rẽ Vriiah Chittæi.Et bellũ fuerat
2.Reg.12.a. inter Rechabhã,& Iarobhã oĩbus diebus vitæ eius. Reſidua
autẽ verborũ Abiiam,& omnia quæ fecit,nõnne ſcripta ſunt
2.Par.13.a. in libro verborũ dierum regum Iehudah?Et bellum fuit inter
Abiiam,& Iarobham.Et dormiuit Abiiam cũ patribus ſuis,
& ſepelierunt eum in ciuitate Dauid.Et regnauit Aſa filiꝰ eiꝰ,
pro eo.Anno autem vigeſimo Iarobhã regis Iſrael, regnauit
Aſa ſuper Iehudah.Et quadraginta & vno annis regnauit in
C Ieruſalaim. Et nomen matris eius Mahachah filia Abſalom.
2.Par.14.a. Fecitqꝫ Aſa quod rectum erat in oculis dñi,ſicut Dauid pater
eius.Et trãſire fecit ſcorta maſcula de terra,& abſtulit vniuer=
ſa idola quę fecerãt patres ſui.Et etiam Mahachah matrẽ ſuã
amouit,ne eſſet regina,quæ fecerat idolũ Luco,& ſuccidit A=
ſa idolum eius,& cõbuſſit in torrente Chidron.Excelſa autem
non abſtulerũt.Veruntamen cor Aſa erat perfectum cum do
mino omnibus diebus ſuis.Et intulit ſanctificatiões patris ſui,
& ſanctificationes domus dñi,argentũ,& aurũ,& vaſa. Bellũ
D autem erat inter Aſa,& Bahaſa regem Iſrael,omnibus diebus
eorum.Et aſcendit Bahaſa rex Iſrael aduerſum Iehudah,& æ=
dificauit Ramah,vt nõ permitteret egredientem,& ingrediẽ=
tem Aſa regi Iehudah.Et tulit Aſa omne argentum,& aurum
quæ remanſerãt in theſauris domus dñi, & theſauris domus
regiæ,& dedit ea in manu ſeruorũ ſuorũ,miſitqꝫ ea rex Aſa ad
Benhadad filium Tabrimmon filij Chezion regẽ Aram qui
habitabat in Dãmaſec,dicendo: Fœdus fuit inter me,& te , &
inter patrem meũ,& patrem tuum.Ecce miſi tibi munus ar=
gentũ,& aurum.Vade irrita pactum tuum cum Bahaſa rege
E Iſrael.Et recedat à me.Et audiuit Benhadad regem Aſa,& mi
ſit principes exercitus qui erant ſibi contra vrbes Iſrael,& per
cuſſit Hiion,& Dã,& Abelbethmahachah,& vniuerſam Chi
neroth cũ omni terra Naphthali. Et fuit,cũ audiſſet Bahaſa,
deſtitit ædificare Ramah ,& manſit in Tirſah.Rex autem A=
ſa congregare fecit omnem Iehudah.Non fuit exemptus. Et
tulerunt lapides Ramah,& ligna eius quæ ædificauerat Baha
ſa,& extruxit ex eis rex Aſa Chebah Biniamin,& Miſpah.Re=
ſidua autem omnium verborũ Aſa,& omne robur eius,et o=
mne quod fecit,& vrbes quas extruxit,nõnne hęc ſcripta ſunt
in libro verborũ dierum regũ Iehudah?Veruntamen tempo
re ſenectutis ſuæ ægrotauit pedibus ſuis. Dormiuitqꝫ Aſa cũ
F patribus ſuis,& ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciuitate Da=
uid patris ſui,regnauitqꝫ Iehoſaphath filius eius pro eo. Na=
dab autẽ filius Iarobham regnauit ſuper Iſrael anno ſecundo
Aſa regis Iehudah,& regnauit ſuper Iſrael duobus annis. Fe=
citqꝫ malum in oculis dñi.Et ambulauit in via patris ſui,& in
peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.Et conſpirauit aduer
ſus eum Bahaſa filius Achiiah de domo Iſſachar,& percuſſit
eum Bahaſa in Ghibbethon,quæ fuerat Peliſtæis.Nadab au=
tem,& omnis Iſrael occidebant Ghibbethon. Interfecitque
G eum Bahaſa anno tertio Aſa regis Iehudah, & regnauit pro
eo.Et fuit,cum regnaſſet,percuſſit omnem domũ Iarobhã.
Non reliquit omnem animã ipſi Iarobham,donec diſperde=
ret eum iuxta verbũ domini,quod locutus fuerat per manũ
ſerui ſui Achiiah Silonitæ.Propter peccata Iarobham,ꝙ pec
cauit,& peccare fecit Iſrael,propter irritationem eius, qua ir=
ritauit dominum deum Iſrael,Reſidua autem verborum Na
dab,& omnia quæ fecit,nõnne ſcripta ſunt in libro verborũ
dierum regũ Iſrael?Et bellum fuit inter Aſa,& Bahaſa regem
Iſrael omnibus diebus eorũ.Anno tertio Aſa regis Iehudah
regnauit Bahaſa filius Achiiah ſuper omnem Iſrael in Tirſah
viginti,& quatuor annis.Fecitqꝫ malum in oculis dñi,& am=
bulauit in via Iarobham,& in peccato eius,quo peccare fecit
Iſrael.

¶Iehu prophetat contra Bahaſa,occiditur,eligitur Homri,a quo obſeſſus Zimri,incenſa domo,exurit ſeipſum.Eligitur Tibni, Homri ſuccedit Achab,ducit in uxorẽ Izebel Sidonia,reædificatur Ierechoh.

CAP. XVI.

A FVit autem verbum domini ad Iehu filiũ Chananai con=
tra Bahaſa,dicendo:Pro eo ꝙ exaltaui te de puluere, &
poſui te ducẽ ſuper populũ meũ Iſrael,& ambulaſti in via Ia=
robham,& peccare feciſti populum meum Iſrael, vt irritares
me peccato eorũ.Ecce remoueo ego poſteros Baſa,& poſte=
ros domus eius.Et dabo domũ tuam ſicut domum Iarobhã Supra.15.g.
filij Nebath.Eum qui mortuus fuerit ex Bahaſa in ciuitate,co
medent canes:qui verò mortuus fuerit ex eo in agro , come= 2.Par.16.a.
dent aues cœli.Reſidua autem verborũ Bahaſa,& quæ fecit,
B & fortitudo eius,nõnne ſcripta ſunt in libro verborũ dierum
regum Iſrael?Et dormiuit Bahaſa cum patribus ſuis,& ſepul=
tus eſt in Tirſah,& regnauit Elah filius eius pro eo.Et etiã per
manũ Iehu filij Chanani prophetę,verbum dñi fuit ſuper Ba=
haſa,& ſuper domũ eius,& ſuper omne malũ quod fecit in o=
culis dñi irritando eum opere manuũ ſuarũ, vt eſſet ſicut do=
mus Iarobham,& pro eo quod percuſſit eum.Anno vigeſi=
mo,& ſexto anno Aſa regis Iehudah,regnauit Elah filius Ba=
haſa ſuper Iſrael in Tirſah duobus annis.Et coniurauit aduer= 4.Reg.9.g.
C ſus eum ſeruus eius Zimri,princeps mediæ partis curruum.
Et ipſo in Tirſah bibente, & ebrio exiſtẽte,in domo Arſa,qui
erat ſuper domũ Tirſah.Venit Zimri,& percuſſit eum,& oc=
cidit eum anno vigeſimo,& ſeptimo Aſa regis Iehudah, & re
gnauit pro eo.Et fuit,cum regnaret,& ſederet ſuper ſoliũ eius
percuſſit omnẽ domum Bahaſa.Non reliquit ex ea mingen=
tem ad parietem,& propinquos eius,& amicos eius. Et per=
didit Zimri omnem domum Bahaſa iuxta verbum dñi, qđ
locutus fuerat ſuper Bahaſa,per manum Iehu prophetæ.Pro
pter oĩa peccata Bahaſa,& peccata Elah filij eius,qui pecca=
D uerunt,& peccare fecerunt Iſrael irritando dñm deũ Iſrael, in
vanitatibus ſuis.Reſidua aũt verborũ Elah,& oĩa quæ fecit,
nõnne hæc ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ regũ Iſrael?An
no vi=



no vigeſimo,& ſeptimo Aſa regis Iehudah,regnauit Zimri ſe
ptem diebus in Tirſah.Populus aũt caſtrametati fuerãt cõtra
Ghibbethon quæ fuerat Peliſtinis.Audiuitqꝫ populus qui ca
ſtrametati erãt,dicendo;coniurauit Zimri,& etiã percuſſit re
gem,& regem cõſtituerunt omnis Iſrael Homri principẽ ex=
ercitus ſuper Iſrael in die illa in caſtris.Aſcẽditqꝫ Homri, & o=
mnis Iſrael cum eo de Ghibbethon,& obſederunt Tirſah. Et
fuit,cum vidiſſet Zimri,ꝙ capta eſſet ciuitas,venit ad palatiũ
domus regiæ,& cõbuſſit ſuper ſe domũ regiã igni,& mortuꝰ
eſt,ꝓpter peccata ſua,ꝗbus peccauit,faciendo qđ malũ eſt in
oculis dñi,ambulando in via Iarobham,& in peccatis eiꝰ quę
E fecit peccare faciendo Iſrael.Reſidua aũt verborum Zimri,&
coniuratio eius qua cõiurauit,nõnne ſunt ſcripta in libro ver
borũ dierum regum Iſrael?Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in
duas partes,media pars populi erat poſt Tibni filiũ Ghinath,
vt regnare facerent eũ,& altera media pars erat poſt Homri.
Præualuit populus ꝙ erat poſt Homri,populo qui erat poſt
Tibni filium Chinath,& regnauit Homri. Anno trigeſimo,
& vno anno Aſa regis Iehudah regnauit Homri ſuper Iſrael
duodecim annis.In Tirſah regnauit ſex annis.Emitqꝫ mõtem
Someron à Semer duobus talentis argenti,& ædificauit mõ
F tem,vocauitqꝫ nomẽ ciuitatis quã ædificauit nomine Semer
domini montis Someron.Et fecit Homri malũ in oculis do=
mini,& peius fecit omnibus qui fuerũt ante ſe. Ambulauitqꝫ
in omni via Iarobham filij Nebath,& in peccato eius qui pec
care fecit Iſrael irritando dominum deum Iſrael in vanitatibꝰ
ſuis.Reſidua autẽ verborũ Homri,& omnia quæ fecit,et for=
titudo eius quam fecit,nõnne ſunt ſcripta in libro verborum
dierum regũ Iſrael?Dormiuitqꝫ Homri cum patribus ſuis, &
ſepultus eſt in Someron,& regnauit Achab filius eius pro eo.
Achab autem filius Homri regnauit ſuper Iſrael anno trigeſi=
mo & octauo Aſa regis Iehudah.Regnauitqꝫ Achab filiꝰ Ho
mri ſup Iſrael in Someron XX.& duobus annis. Fecitqꝫ A=
G chab filius Homri peius in oculis dñi,omnibus qui fuerũt an=
te ſe.Et fuit,ſibi leue,vt ambularet in peccatis Iarobham filij
Nebath?Et tulit vxorẽ Izebel filiã Ethbahal regis Sidoniorũ,
te abiit,et ſeruiuit Bahal,incuruauitqꝫ ſe ei.Et ſtatuit altare ipſi
Bahal in domo Baal,quod ædificauerat in Someron.Fecitqꝫ
Achab Lucũ,addiditqꝫ Achab facere ad irritãdum dñm deũ
Iſrael præ omnibus regibus Iſrael qui fuerũt ante eum.In die
bus ſuis ædificauit Chiel Bethhaelita Ierichoh.In Abiram pri
Ieho.6.d. mogenito ſuo fundauit eã,& in Seghub minimo ſuo ſtatuit
portas eius,iuxta verbum domini quod locutus fuerat ꝑ ma
num Iehoſuah filij Nun.

¶Eliiahu paſcitur a coruis,mittitur ad mulierẽ in Sarphath,ſuſcitat filium eius. CAP. XVII.

A DIxit autem Eliiahu Tiſbites de aduenis Ghilhad,ad A=
Ecci.48.a. Iacobi.5.d. chab:Viuit dominus deus Iſrael,cuius ſteti in conſpe=
ctu,ſi erit annis his ros,& pluuia,niſi ſecũdum verbum meũ.
Fuitqꝫ verbum domini ad eum,dicendo:Vade hinc,& verte
te ad orientem,& abſconde te in torrente Cherith,qui eſt con
tra Iarden.Et erit,de torrente bibes,& coruis præcepi vt pa=
Pſal.106.d. ſcant te ibi. Et abiit,fecitqꝫ iuxta verbum domini.Et abiit,ſe=
ditqꝫ in torrente Cherith,qui erat contra Iarden.Et corui affe
rebant ei panem,& carnem mane,& panem,& carnem veſpe
ri:& de torrente bibebat.Et fuit,in fine dierum ſiccatus eſt tor
rens.Non enim fuerat pluuia in terra.Fuitqꝫ verbum domi=
Lucæ.4.d. ni ad eum,dicendo:Surge,vade in Sarphath,quæ eſt ipſi Si=
B don,& manebis ibi.Ecce præcepi ibi mulieri viduę,vt paſcat
te.Surrexitqꝫ,& abiit in Sarphath,& venit ad portam ciuita=
tis.Et ecce ibi mulier vidua colligens ligna.Et vocauit eam, &
dixit:Affer obſecro mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam.
Et abiit,vt tolleret.Et vocauit eã,& dixit:Tolle obſecro buc=
cellam panis in manu tua.Et ait:Viuit dominus deus tuus, ſi
eſt mihi panis ſubcinericius,præter plenam volam farinæ in
hydria,& paululũ olei in lẽticula.Et ecce colligo duo ligna, vt
ingrediar,& præparem illã mihi,& filio meo,& comedamus
illam,& moriamur.Dixitqꝫ ad eam Eliiahu:Ne timeas. Vade,
fac ſecundum verbum tuum.Veruntamen fac mihi inde ſub=
C cinericium panem paruum prius,& affer mihi. Tibi autem,et
filio tuo facies poſtea.Sic enim dixit dominus deus Iſrael:Hy=
dria farinæ non conſumetur,& lenticula olei nõ deficiet , vſqꝫ
ad diem quo dabit dominus pluuiam ſuper faciem terræ. Et
iuit,& fecit ſecũdum verbum Eliiahu.Et comedit ipſa,& ipſe,
& familia eius per dies.Hydria farinæ nõ defecit, & lenticula
olei non defecit,iuxta verbũ domini quod locutus fuerat per
manum Eliiahu.Et fuit,poſt hæc ægrotauit filius mulieris do
minæ domus. Fuitqꝫ infirmitas eius fortis valde,donec nõ re=
maneret in eo halitus.Dixitqꝫ ad Eliiahu:Quid mihi & tibi vir
D dei?Veniſti ad me,vt memorare faceres iniquitatẽ meam , &
mori faceres filium meum?Et dixit ad eam:Da mihi filiũ tuũ.
Et tulit eum de ſinu illius,& aſcendere fecit eũ in cœnaculum
in quo manebat,& iacere fecit eum ſuper lectũ ſuũ.Et clama=
uit ad dominum,& dixit:Domine deus,num etiam viduæ cũ
qua habito malefeciſti,vt interficeres filium eiꝰ?Et menſus eſt
ſe ſuper puerum tribus vicibus,& clamauit ad dominum,&
dixit:Domine mi deus,reuertatur obſecro anima pueri huius
ad interiora eius.Et exaudiuit dominus vocem Eliiahu,& re=
uerſa eſt anima pueri ad interiora eius,& reuixit.Tulitqꝫ Eliia=
hu puerum,& depoſuit eum de cœnaculo in domum,& de=
dit illum matri ſuæ.Dixitqꝫ Eliiahu: Vide,viuit filius tuus. Di=
xitqꝫ mulier ad Eliiahu:Nunc iam noui,quòd vir dei es,et ver
bum domini in ore tuo eſt veritas.

¶Eliiahu mittitur ad Achab,ſacrificat, occidit omnes prophetas Bahal,impetrat pluuiam.

CAP. XVIII.

A ET fuerunt dies multi,& verbum domini fuit ad Eliiahu
anno tertio,dicendo:Vade,oſtende te ipſi Achab,& da=
bo pluuiam ſuper faciem terræ.Et abiit Eliiahu, vt oſtẽderet
ſe Achab.Fames aũt valida erat in Someron. Et vocauit A=
chab Hobadiahu,qui erat ſuper domũ.(Hobadiahu aũt erat
timens dñm valde.)Et fuit,cũ excidere faceret Izebel prophe=
tas dñi,tulit Hobadiahu centum prophetas,& abſcondit eos
quinquagenos ſingulos in ſpelũca,& pauit eos pane,& aqua.
Dixitqꝫ Achab ad Hobadiahu:Vade in terram ad vniuerſos
fontes aquarũ,& ad oẽs torrentes,ſi forte inueniamus herbã,
& viuos reſeruemus equos,& mulos,[a]& non excidere facia= a ne omniũ
mus de iumentis.Diuiſeruntqꝫ ſibi terrã, vt pertranſirent eã. iumẽtorũ fa
B Achab abiit per viã vnam ſolus,& Hobadiahu abiit per viã ciamus iactu
alterã ſolus.Et fuit,Hobadiahu exiſtẽte in via,ecce Eliiahu ve= ram.
nit in occurſum eius.Et agnouit eum,& proſtrauit ſe ſuper fa
ciem ſuam,& dixit:Nõnne tu es dominus meus Eliiahu? Di=
xitqꝫ ei:Sum.Vade,dic dño tuo:Ecce Eliiahu. Et dixit: Quid
peccaui,ꝙ tradis ſeruum tuum in Manu Achab,vt interficiat
me?Viuit dominus deus tuus,ſi eſt gens,& regnum ad quod
non miſerit dominus meus,vt quęreret te.Et dixerunt: Non
eſt.Et adiurauit regnũ,& gentem,quia non inuenit te.Et nũc
dicis:Vade,dic domino tuo:Ecce Eliiahu.Et erit,ego ibo à te,
& ſpiritus domini tollet te ad locum quem non cognoſcam,
& veniam vt nunciem Achab,& nõ inueniet te,& interficiet
C me.Seruus autem tuus timet dominum ab adoleſcentia ſua.
Nõnne indicatum fuit domino meo id quod feci,cum occi=
deret Izebel prophetas dñi?Abſcondi ex prophetis dñi,cẽtũ
viros,ꝗnquagenos,& ꝗnquagenos viros in ſpelunca,& paui
eos pane,& aqua.Et nunc dicis:Vade,dic domino tuo : Ecce
Eliiahu,& interficiet me.Dixitqꝫ Eliiahu:Viuit dominus exer=
cituum in cuius ſteti conſpectu,quia hodie oſtendam me ei.
Et abiit Hobadiahu in occurſum Achab,& nũciauit ei.Et iuit
Achab in occurſum Eliiahu.Et fuit,cũ vidit Achab Eliiahu,
dixit Achab ad eum:Nõnne tu es ille qui cõturbas Iſrael? Et
dixit:Non turbaui Iſrael,ſed tu & domus patris tui,cum reli=
queritis mandata domini,& ambulaueritis poſt Behalim. Et
nunc mitte,cõgrega ad me vniuerſum Iſrael ad montem Car
mel,& prophetas Bahal quadringentos,& quinquaginta, &

D propheras Luci quadringentos comedẽtes in menſa Izebel.
Miſit autem Achab ad omnes filios Iſrael,& cõgregauit pro
phetas in monte Carmel.Et acceſſit Eliiahu ad vniuerſum po
pulum,& dixit:Vſquequo claudicatis in duas cogitationes?
[a] Si domin9 eſt deus,ite poſt eum:& ſi Bahal,ite poſt eum. Et — a Si Iehouah eſt deus,ite poſt eum.
non reſpondit ei populus verbum.Dixitqꝫ Eliiahu ad popu-
lum:Ego remanſi propheta domini ſolus.Prophetæ autem
Bahal ſunt quadringenti,& quinquaginta viri.Denturqꝫ no-
bis duo iuuenci,& eligant ſibi iuuencum vnũ,& in fruſta con
cidant eum,& ponant ſuper ligna,ignem autem non ſuppo-
nant,& ego parabo iuuencum alterum,& ponã ſuper ligna,
& ignem non ſupponam.Inuocate autem nomen deorum
veſtrorum,& ego inuocabo nomen domini,& erit,de9 qui
exaudierit per ignem,ipſe ſit deus.Reſponditqꝫ omnis popu-
lus,et dixit:Bonum eſt verbum.Dixitqꝫ Eliiahu ad prophetas
Bahal: Eligite vobis iuuencum vnum,& parate primum, qa
plures eſtis,& inuocate nomen deorum veſtrorum,& ignem
ne ſupponatis.Et tulerunt iuuencum,quem dederat eis,& fe-
E cerunt,& inuocauerunt nomen Bahal à mane vſqꝫ ad meri-
diem,dicendo:Bahal exaudi nos.Et non erat vox,nec erat re-
ſpondens.Tranſiliebantqꝫ ſuper altare,quod fecerant.Et fuit,
in meridie illudebat eis Eliiahu,atque dicebat: Clamate voce
magna.Si deo ipſo eſſet ſermo cum quopiam,vel ſi eſſet ap-
prehenſio inimicorum,aut ſi eſſet iter ei,forſitan dormit,et ex
citabitur.Clamabãtqꝫ voce magna,& incidebant ſe iuxta mo
rem ſuum cultris,& lanceolis,vſquequo effunderetur ſanguis
ſuper eos.Et fuit,cum tranſiſſet meridies,prophetabãt vſque
quo offerent ſacrificium.Et non erat vox,neque reſpondens,
nec attentio.Dixitqꝫ Eliiahu ad omnem populum : Accedite
me.Et acceſſerunt omnis populus ad eum. Et curauit altare
Gene.32.f. domini dirutum.Tulitqꝫ Eliiahu duodecim lapides,iuxta nu
merum duodecim filiorum Iahacob,ad quem fuit verbum
F domini,dicendo:Iſrael erit nomen tuum.Et ædificauit ex lapi
dibus altare in nomine domini.Fecitqꝫ aquæductum ſecun-
dum locum duorum ſatorũ ſementis in circuitu altaris.Et pa
rauit ligna,& in fruſta concidit iuuencum,& poſuit ſuper li-
gna,& dixit:Implete quatuor hydrias aqua,& fundite ſuper
holocauſtum,& ſuper ligna.Et dixit:Iterate.Et iterauerũt. Et
dixit:Tertiò facite.Et tertiò fecerunt.Et ibant aquę per circui
tum altaris,& etiã aquæductum impleuit aqua.Et fuit,cũ of-
ferret ſacrificium,acceſſit Eliahu propheta,& dixit: Dñe deus
Abraham,Iſchac,& Iſrael,hodie cognoſcatur qd9 tu es de9 in
Iſrael,& ego ſeruus tuus,& qꝫ in verbo tuo feci omnia hæc.
Exaudi me domine,exaudi me,& cognoſcat populus hic, qꝫ
tu es dominus deus,& tu conuertiſti cor eorum retrorſum.
Et cecidit ignis domini, & conſumpſit holocauſtum , & li-
gna , & lapides , & puluerem, & aquam quæ erat in aquæ-
ductu , linxit. Viditque omnis populus , & proſtrauerunt
ſe in facies ſuas , & dixerunt :Dominus eſt deus,& dominus
eſt deus . Dixitque Eliahu ad eos: Apprehendite prophetas
Bahal.Nemo euadat ex eis.Et apprehenderunt eos.Et deſcen
dere fecit eos Eliiahu ad torrentem Chiſon, & iugulauit eos
G ibi.Dixitqꝫ Eliahu ad Achab:Aſcende,comede,& bibe, quia
ſonus eſt multitudinis pluuiæ.Aſcenditqꝫ Achab,vt comede
ret,& biberet.Eliahu verò aſcendit in verticẽ Carmel, & pro
ſtrauit ſe in terrã,& poſuit faciẽ ſuã inter genua ſua.Et dixit ad
puerum ſuũ:Aſcende nunc,& reſpice ad viam maris.Et aſcen
dit,& reſpexit,& ait:Non eſt quicquam.Et dixit:Reuertere ſe
ptem vicibus.Et fuit,in ſeptima dixit:Ecce nubes parua ſicut
vola viri aſcẽdit è mari.Et dixit:Aſcende,dic Achab:Liga cur
rum,& deſcende,ne remoretur te pluuia.Et fuit, vſque huc,
& vſque illuc,& cœli contenebrati ſunt nubibus & vento, &
fuit pluuia magna.Et equitauit Achab,& abiit in Izrehel.Ma
nus autem domini fuit ſuper Eliahu,& accinxit lũbos ſuos,&
currebat ante Achab donec venias in Izrehel.

¶ Eliiahu fugiens Izebel,paſcitur a domino per angelum, queritur ſe relictum ſolum,iubetur ungere Chazahel,& Iehu,& Eliſah.

CAP. XIX.

A NVnciauit autem Achab Izebel omnia quæ fecerat Eliia
hu,& omnes quos occiderat,omes prophetas gladio.
Miſitqꝫ Izebel nuncium ad Eliiahu,dicendo:Sic faciant dij,&
ſic addant,niſi hoc tempore cras poſuero animã tuam , ſicut
animam vnius ex illis.Viditqꝫ,& ſurrexit,& abiit ſecundũ ani
mum ſuum:& venit in Beer Sebah,quæ erat ipſi Iehudah , &
dimiſit puerũ ſuum ibi.Ipſe autẽ perrexit in deſertum itine-
nere diei,& venit,& ſedit ſubtus geniſtam vnam,& petiuit a-
nimæ ſuæ,vt moreretur,& dixit:Sufficit nunc domine, tolle
animam meam.Non enim melior ſum patribus meis. Et ac-
cubuit,dormiuitqꝫ ſubtus geniſtam vnam .Et ecce tempore
illo angelus tetigit eum,& dixit ei:Surge,comede.Et reſpexit,
& ecce ad caput ſuum panis inter prunas coctus, & ſcyphus
aquæ,& comedit,& bibit.Et reuerſus eſt,& accubuit.Reuer-
ſus eſt autem angelus domini ſecundò,& tetigit eum,& dixit:
B Surge,comede:quia longè a te eſt via.Surrexitqꝫ,& comedit,
& bibit,& abiit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus,
& quadraginta noctibus,vſque ad montem dei Choreb. Et
ingreſſus eſt illic ſpeluncam,& manſit ibi.Et ecce verbum do
mini ad eum,dixitqꝫ ei:Quid tibi hic Eliiahu?Et dixit: Zelãdo
zelatus ſum pro domino deo exercituum.Dereliquerunt eñ — Rom.11.a.
pactum tuum filij Iſrael,altaria tua deſtruxerunt, & prophe-
tas tuos occiderunt gladio,& remanſi ego ſolus, & quærunt
animam meam,vt auferant eam.Et ait:Egredere,& ſta in mõ-
te coram domino.Et ecce dominus tranſit,& ventus grãdis,
& fortis ſubuertens montes,& confringens petras coram do
C mino.Non in vento dominus.Et poſt ventum commotio.
Non in commotiõe dominus.Et poſt commotionem ignis.
Non in igne dominus.Et poſt ignem vox[a] tacita tenuis . Et — a placida ſiue quieta,& tranquilla: in q.ſ.erat deus. Indicans ſe placidum nec uelle ita homines perdere,ut nos aliquando cupimus. Luc. 9.
fuit,cum audiſſet Eliiahu,operuit faciem ſuam pallio ſuo . Et
egreſſus eſt,& ſtetit ad oſtium ſpeluncæ.Et ecce ad eum vox,
& dixit:Quid tibi hic Eliiahu?Et dixit:Zelãdo zelat9 ſum pro
domino deo exercituum,quia dereliquerunt pactum tuũ filij
Iſrael.Altaria tua deſtruxerũt,& prophetas tuos occiderunt
gladio,& remanſi ego ſolus,& quærũt animam meam,vt au-
ferant eam.Dixitqꝫ dominus ad eum:Vade,reuertere in viam
tuam in deſertũ Dammeſec,& venies,et vnges Chazael in re-
gem ſuper Aram . Et Iehu filium Nimſi vnges in regem ſu
per Iſrael, & Eliſah filium Saphath de Abelmecholah vnges
in prophetam pro te.Et erit,eum qui euaſerit à gladio Cha-
zael,interficiet Iehu:& qui euaſerit à gladio Iehu,interficiet E- — 4.Reg.9.a. Ecci.48.a. Rom.11.a.
D liſah.Et remanere faciam in Iſrael ſeptem milia , omnia genua
quæ non curuauerunt ſe ipſi Bahal,& omne os quod nõ o-
ſculatũ eſt eum. Et abiit inde,& repperit Eliſah filiũ Saphath.
Ipſe autem arabat.Duodecim paria erant ante ſe,& ipſe inter
duodecim.Et tranſiuit Eliiahu ad eum,& proiecit palliũ ſuũ
ſuper eum.Et reliquit boues,& cucurrit poſt Eliiahu,& dixit:
Oſculer obſecro patrem meum,& matrem meam,& veniam
poſt te.Et dixit ei:Vade,reuertere.Quid enim feci tibi? Et re-
uerſus eſt ab eo,& tulit par boum,& mactauit illud,& inſtru
mento boum coxit eis carnem,& dedit populo, & comede-
runt.Surrexitqꝫ & abiit poſt Eliiahu,& miniſtrabat ei.

¶ De una & altera obſidione Someron,per Benhadad regem Aram. CAP. XX.

A BEnhadad aũt rex Aram cõgregauit omnem exercitum
ſuum,& triginta & duo reges erant ſecũ,& equi,& cur
rus.Et aſcendit,obſeditqꝫ Someron,& pugnauit cum ea.Mi-
ſitqꝫ nuncios ad Achab regem Iſrael in ciuitatem,dixitqꝫ ei:Sic
dicit Benhadad:Argentum tuũ meum eſt,& aurum tuũ meũ
eſt,& vxores tuæ,& filij tui optimi mei ſunt.Et reſpondit rex
Iſrael,& dixit:Secundum verbum tuum domine mi rex,tuus
ſum,& oĩa quæ ſunt mihi.Et reuerſi ſunt nuncij,atqꝫ dixerũt:
Sic dixit Benhadad,dicendo:[b]Quũ miſero ad te dicẽdo:argẽ
tum tuũ,& aurũ tuũ,& vxores tuas,& filios tuos mihi dabis. — b Quoniam miſi ad te.
[c]Niſi hoc tp̃e cras mittã ſeruos meos ad te,& ſcrutabũtur do — c Imo
mum tuam,& domos ſeruorum tuorum.Et erit omne cõcu
piſcibile oculorum tuorum ponent in manibus ſuis,& tollẽt.
Vocauit



B Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores terræ,& ait:Cogno-
ſcite obſecro,& videte,quoniam malum iſte quærit.Miſit eñ
ad me pro vxoribus meis, & pro filijs meis,& pro argento
meo,& pro auro meo,& non prohibui ei.Dixerũtqꝫ ad eum
omnes ſeniores,& omnis populus:Ne audias,neque acquie-
ſcas.Dixitqꝫ nunciis Benhadad:Dicite domino meo regi: O-
mnia pro quibus miſiſti ad ſeruum tuum in initio faciam, rẽ
autem hanc non poſſum facere.Et abierunt nuncij,& retule-
runt ei rem.Miſitqꝫ ad eum Benhadad,& ait:Sic faciant mihi
dij,& ſic addant,ſi ſuffecerit puluis Someron pugillis omnis
populi,qui eſt in pedibus meis.Et reſpondit rex Iſrael, & di-
a cingens arma,ſicut qui exuit.i.ne canat triũphum ante uictoriã. — xit:Loquimini.Ne ſe laudet [a] accinctus,ſicut diſcinctus.Et fu
it,cum audiſſet verbum hoc(bibebat autem ipſe, & reges in
tabernaculis)dixit ſeruis:Ponite inſtrumenta bellica.Et poſue
C runt contra ciuitatem.Et ecce propheta vnus acceſſit ad A-
chab regem Iſrael,& dixit:Sic dixit dominus: Nõnne vidiſti
omnem multitudinem magnam hanc?Ecce ego trado eam in
manu tua hodie,& ſcies quòd ſum dominus. Dixitqꝫ Achab:
Per quem?Et ait:Sic dixit dominus: Per pueros principum
prouinciarum.Et dixit:Quis incipiet bellum?Et dixit: Tu. Et
recenſuit pueros principum prouinciarum,& fuerunt ducen
ti duo,& triginta.Et poſt eos recenſuit omnem populum o-
mnium filiorum Iſrael ſeptem milia. Et egreſſi ſunt meridie.
Benhadad autem bibebat ebrius in tabernaculis, ipſe & re-
ges triginta,& duo reges auxiliantes ei.Et egreſſi ſunt pueri
principum prouinciarum in initio,& miſit Benhadad,& nũ-
ciauerunt ei,dicendo:Viri egreſſi ſunt de Someron.Et ait:Si-
D ue pro pace egreſſi fuerint,capite eos viuos,ſiue ad bellum e-
greſſi fuerint,viuos capite eos.Et ij egreſſi ſunt de vrbe: pueri
principum prouinciarum,& exercitus qui erat poſt eos. Et
percuſſerunt vnuſquiſque virum contra ſe venientem,& fuge
runt Aram,& perſecutus eſt eos Iſrael,& euaſit Benhadad rex
Aram ſuper equo,& equites itidem euaſerunt.Egreſſus eſt au
tem rex Iſrael,& percuſſit equos,& currus,& percuſſit Aram
plaga magna.Et acceſſit propheta ad regem Iſrael,& dixit ei:
Vade,confortare,& ſcito,& vide quòd facias.In reuerſione
enim anni rex Aram aſcendit contra te.Serui autem regis A-
ram dixerunt ad eum:Dij montium ſunt dij eorum, idcirco
præualuerunt nobis.Veruntamen pugnemus contra eos in
campeſtri,& videbis quòd præualebimus eis.Et verbum hoc
fac:Fac recedere reges vnumquenque è loco ſuo,& pone du-
ces pro eis.Tu autem numerabis tibi exercitum ſecundum ex
ercitum qui cecidit à te,& equos ſicut equos,& currus ſicut
currus,& pugnabimus cum eis in campeſtribus,& videbis
E quòd præualebimus eis.Et audiuit vocem eorum,et fecit ſic.
Et fuit in reuerſione anni,recenſuit Benhadad Aram,& aſcen
dit in Aphec ad bellum cum Iſrael.Filij autem Iſrael numerati
ſunt,& fuerunt omnes,& abierunt in occurſum eorum.Et ca
ſtrametati ſunt filij Iſrael contra eos tanquam duo parui gre-
ges.Aramæi autem repleuerunt terram.Et acceſſit vir dei, &
ait ad regem Iſrael,&.ait:Sic dixit dominus:Pro eo quòd di-
xerunt Aramæi,deus montium dominus,& non deus valliũ
ipſe eſt,dabo omnem multitudinem magnam hanc in manu
tua,& ſcietis quòd ſum dominus.Et caſtrametati ſunt iſti con
tra illos ſeptem diebus.Et fuit,die ſeptima appropinquauit
prælium,& percuſſerunt filij Iſrael de Aram centum milia pe-
ditum die vna.Et fugerũt reſidui in Aphec in ciuitatem,& ce
cidit murus ſuper viginti,& ſeptem milia virorum,qui remã-
ſerant. Benhadad autem fugit, & venit in ciuitatẽ de cubicu-
F lo in cubiculum.Dixeruntqꝫ ei ſerui ſui:Ecce obſecro, audiui-
mus quod reges domus Iſrael,reges miſericordes ſunt.Pona-
mus obſecro ſaccos in lũbis noſtris,& funes in capite noſtro,
b id eſt,nomen ' fratris tanquam bonũ omen ſuſcipiẽtes,feſtinauerũt,et præoccupauerũt dicentes: — & egrediamur ad regem Iſrael:forſitan viuificabit animã tuã.
Et accinxerunt ſaccos in lũbis ſuis,& funes in capitibus ſuis,&
venerunt ad regẽ Iſrael,atqꝫ dixerunt: Seruus tuus Benhadad
dixit:Viuat obſecro anima mea.Et dixit:Si adhuc viuit,frater
meus eſt.Et viri [b] augurati ſunt,& feſtinauerunt,& acceleraue
runt ab eo,& dixerunt:Frater tuus Benhadad.Et dixit:Veni-
te & tollite eum.Et egreſſus eſt ad eum Benhadad,& aſcende-
G re fecit eum ſuper currũ,dixitqꝫ ad eũ:Ciuitates quas tulit pa-
ter me9 à patre tuo reſtituã, plateas pones tibi in Dammeſec,
ſicut poſuit pater meus in Someron:[a] & ego cum fœdere di- — a & reſpõdit Achab.
mittam te.Et pepigit cum eo pactum,& dimiſit eum. Vir au
tem vnus de filijs prophetarum,dixit ad proximum ſuum in
verbo domini:Percute me quæſo.Et renuit vir percutere eũ.
Dixitqꝫ ei:Pro eo quòd non audiſti vocem domini,ecce rece-
dis à me,& percutiet te leo.Et abiit ab eo.Et inuenit eum leo,
& pecuſſit eum.Et inuenit virũ alterũ,& dixit:Percute me ob
ſecro.Et percuſſit eum vir percutiendo,& vulnerando. Et a-
biit propheta,& ſtetit in occurſum regi iuxta viam,& muta-
uit ſe cum [b] pilleo ſuper oculos ſuos. Et fuit,rege tranſeunte, — b cinere
clamauit ad regem,& ait:Seruus tuus ingreſſus eſt in medium
prælij,& ecce vir receſſit,& adduxit ad me virum,& dixit:Cu
ſtodi virum iſtum,ſi deficiendo defecerit,erit anima tua pro
anima ipſius,vel talentum argenti appendes.Et fuit,ſeruo tuo
agente huc,& illuc ipſe non fuit.Dixitqꝫ ad eum:Rex Iſrael,ſic
eſt iudicium tuum.Tu definiuiſti.Et feſtinauit,& amouit [c] pi- — c cinerem Infra.22.f.
leum ab oculis ſuis,& agnouit eum rex Iſrael quod de prophe
tis eſſet.Et dixit ad eum:Sic dixit dominus:Quia dimiſiſti vi-
rum obnoxium morti de manu,erit anima tua pro anima i-
pſius,& populus tuus pro populo ipſius.Et abiit rex Iſrael in
domum ſuam triſtis,& furibundus,& venit in Someron.

¶ Izebel ob uineam negatã iubet occidi Naboth. Eliſahu increpat Achab,ille pœnitentiam agit. CAP. XXI.

A ET fuit poſt hæc,vinea erat Naboth Izrehelitæ,quæ erat
in Izrehel apud ædem Achab regis Someron.Et locut9
eſt Achab ad Naboth,dicendo:Da mihi vineam tuam, & e-
rit mihi in hortum oleris.Eſt enim propinqua domui meæ,&
dabo tibi pro ea vineam meliorẽ illa.Si placuerit in oculis tu-
is,dabo tibi argentũ precij ipſius.Dixitqꝫ Naboth ad Achab:
Abſit mihi à domino,vt dem hæreditatem patrum meorum
tibi.Venitqꝫ Achab in domum ſuam triſtis, & furibundus,
propter verbum quod locutus fuerat ſibi Naboth Izreheli-
ta,qui dixit:Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum,&
iacuit ſuper lectum ſuum,vertitqꝫ faciem ſuam & non come-
dit panem.Et venit ad eum Izebel vxor eius,& locuta eſt ad
B eum:Vt quid ſpiritus tuus triſtis eſt,& non comedis panem?
Et locutus eſt ad eam:Quia locutus ſum ad Naboth Izreheli-
tam,dixiqꝫ ei:Da mihi vineam tuam pecunia vel ſi cõplacue-
ris,dabo tibi vineam pro ea,& dixit:Non dabo tibi vineam
meam.Dixitqꝫ ei Izebel vxor eius:[d] Tu nunc facies regnum ſu — d Tu nũc regem agis ſup Iſrael.
per Iſrael.Surge,comede panem,& iocundetur cor tuum: e-
C go dabo tibi vineam Naboth Izrehelitæ.Scripſitqꝫ literas no
mine Achab,& ſignauit eas anulo eius,& miſit literas ad ſenio
res,& optimates,qui erant in ciuitate ipſius,qui habitabant
cum Naboth.Et ſcripſit in literis,dicendo:Prędicate ieiunium
& ſedere facite Naboth in capite populi.Et ſtare facite duos
viros impios contra eũ,& teſtificabuntur cõtra eum,dicẽdo:
[e] Benedixiſti deo,& regi.Et educite eum,& lapidate eũ,& mo — e Maledixiſti
riatur.Fecerũtqꝫ viri ciuitatis ipſius ſeniores,& optimates qui
habitabãt in ciuitate ipſius ſecundũ qd9 miſerat ad eos Izebel,
ſecundũ qd9 ſcriptũ erat in literis quas miſerat ad eos.Prædica
D uerũt ieiuniũ,& ſedere fecerũt Naboth in capite populi.Vene
runtqꝫ duo viri impij,& ſederũt cõtra eũ,& teſtificati ſunt con
tra eũ viri impij,videlicet cõtra Naboth,corã populo,dicen-
do:Benedixit Naboth deo,& regi.Et deduxerunt eũ extra ci
uitatem,& lapidauerunt eum lapidibus,& mortuus eſt. Mi-
ſeruntqꝫ ad Izebel,dicendo:Lapidatus eſt Naboth,& mor-
tuus eſt.Et fuit,cum audiſſet Izebel,quòd lapidatus eſſet Na-
both,& mortuus eſſet,dixit Izebel ad Achab:Surge,poſſide
vineam Naboth Izrehelitæ,qui renuit dare tibi pro pecunia.
Non enim Naboth viuit ſed mortuus eſt.Et fuit,cum audiſ-
E ſet Achab,qꝫ mortuus eſſet Naboth,ſurrexit Achab,vt deſcẽ
deret ad vineã Naboth Izrehelitę,vt poſſideret eã.Et fuit ver

bum domini ad Eliiahu Tiſbiten,dicendo:Surge,deſcende in
occurſum Achab regis Iſrael,qui eſt in Someron. Ecce in vi-
nea Naboth eſt,ad quam deſcendit,vt poſſideat eam. Et lo-
quæris ad eum,dicendo.Sic dixit dominus:Nõnne occidiſti,
& etiam poſſediſti?Loquerisꝙ ad eum,dicendo:Sic dixit do-
minus:In loco in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lin
gent canes ſanguinem tuum,etiam tuum.Dixit autem Achab
ad Eliiahu:Num me tanquam inimicus meus inueniſti?Et di-
F xi:Inueni,quia [a] traditus es ad faciendum malum in oculis do
a uendidiſti teipſũ.ſ. uxori. mini.Ecce ego adduco ſuper te malum, & auferam poſteros
4.Reg.9.b. tuos,& ſuccidam de Achab mingentem ad parietem,& clau
Supra.15.g. ſum,& derelictum in Iſrael.Et dabo domum tuam ſicut do-
Supra.16.d. mum Iarobham filij Nebath,& ſicut domum Bahaſa filij A-
4.Reg.9.g. chiiah propter irritationem qua irritaſti,& peccare feciſti Iſra
el.Et etiam ſuper Izebel locutus eſt dominus,dicendo: Canes
comedent Izebel intra antemurale Izrehel.Eum qui mortuus
fuerit de Achab in ciuitate, comedent canes,& qui mortuus
fuerit in agro comedẽt volucres cœli.Verè non fuit ſicut A-
chab,qui tradiderit ſeipſum ad faciẽdum malum in oculis do
mini,quia incitauit eum Izebel vxor eius.Et abominationes
fecit valde,vt iret poſt idola,iuxta omnia quæ fecerunt Emo-
ræi,quos expulit dominus à facie filiorum Iſrael.Et fuit, cum
G audiſſet Achab verba hæc,ſcidit veſtimenta ſua,& poſuit ſac
cum ſuper carnem ſuam,& ieiunauit,& dormiuit in ſacco, &
ambulauit ſenſim.Fuit autem verbum domini ad Eliiahu Tiſ
biten,dicendo:Num vidiſti quòd humiliauit ſe Achab à fa-
cie mea?Pro eo quod humiliauit ſe à facie mea,non inducam
2.Par.18.a. malum in diebus eius.In diebus filij eius inducam malum ſu-
per domum eius.

Conueniunt Achab & Iehoſaphath,quadringentis pſeudoprophetis prophetantibus falſa:Michaiehu uera prædicit,percutitur, incarceratur:Achab ſagitta uulneratꝰ,moritur:ſuccedit Achaziahu: moritur quoque Iehoſaphath,cui ſuccedit Iehoram.

C A P. X X I I.

A QVieuerunt autem tribus annis,non exiſtente bello in-
ter Aram,& Iſrael.Et fuit,anno tertio deſcendit Ieho
ſaphath rex Iehudah ad regem Iſrael.Dixitꝙ rex Iſrael ſeruis ſu
is:Nõnne noſtis quòd noſtra fuit Ramoth Ghilhad,& nos ta
cemus ab accipiendo eam de manu regis Aram?Dixitꝙ ad Ie
hoſaphath:Veniéſne mecum ad prælium in Ramoth Ghil-
4.Reg.10.c. had?Dixitꝙ Iehoſaphath ad regem Iſrael:Sicut ego,ſic tu: ſi-
cut populus meus,ſic populus tuꝰ:ſicut equi mei,ſic equi tui.
Dixitꝙ Iehoſaphath ad regem Iſrael: Quęre obſecro hac die
verbum domini.Et congregauit rex Iſrael prophetas fermè
quadringentos viros,dixitꝙ ad eos: Num ire debeo in Ra-
moth Ghilhad ad prælium,an quieſcere?Et dixerunt: Aſcen-
de,& dabit dominus in manu regis.Dixitꝙ Iehoſaphath: Nũ
quid non eſt hic propheta domini vltrà vt inquiramus ab eo?
Dixitꝙ rex Iſrael ad Iehoſaphath:Adhuc eſt vir vnus,vt inqui
ramus dominum ab eo,ſed ego odi eum,quia non vaticina-
tur mihi bonum,ſed malum Michaiehu filius Imla.Dixitꝙ Ie-
B hoſaphath:Ne dicat rex ita. Vocauit autem rex Iſrael eunu-
chum vnum,& dixit:Feſtinare fac Michaiehu filium Imla.Rex
autem Iſrael,& Iehoſaphath rex Iehudah ſedebant vnuſquiſꝙ
ſup ſolium ſuum induti veſtibus in area ad oſtium portæ So-
meron,& omnes vates vaticinabantur ante eos. Fecitꝙ ſibi
Sidchiiah filiꝰ Chenahanah cornua ferrea,& dixit:Sic dixit do
minus:His percuties Aramæos,donec conſumas eos.Et o-
mnes vates vaticinabantur,ſic dicendo:Aſcende in Ramoth
Ghilhad,& proſperaberis,& tradet dominus in manu regis.
Nuncius autem,qui ierat ad vocandum Michaiehu,locutꝰ eſt
ad eum, dicendo:Ecce obſecro verba prophetarum ore vno
bonum annunciant regi.Sit obſecro verbum tuum,ſicut ver
bum vnius ex eis,& loquere bonum.Dixitꝙ Michaiehu: Vi-
uit dominus,quia quod dixerit dominus mihi,illud loquar.
Et venit ad regem.Dixitꝙ rex ad eum:Michaiehu,num ire de
bemus in Ramoth Ghilhad ad bellum,an deſiſtere?Dixitꝙ ad
eum:Aſcende,& proſperaberis,& tradet dominus in manu

C regis.Dixitꝙ ad eum rex vſque ad tot vices:Ego adiuro te,vt
nõ loquaris mihi,niſi veritatem in nomine domini.Et ait:Vi-
di vniuerſum Iſrael diſperſum ſuper montes, ſicut oues qui-
bus non erat paſtor.Dixitꝙ dominus:Non eſt dominus iſtis.
Reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace.Dixitꝙ rex
Iſrael ad Iehoſaphath:Nõnne dixi tibi,quòd non vaticinare-
tur mihi bonum,ſed malum?Et ait:Idcirco audi verbum do-
mini: Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum,& omnẽ
exercitum cœli ſtantem iuxta eum à dextera eius,& à ſiniſtra
eius.Dixitꝙ dominus : Quis decipiet Achab,vt aſcendat, &
cadat in Ramoth Ghilhad?Et dixit hic,ſic:& alter dicebat,ſic:
Et egreſſus eſt ſpiritus,& ſtetit coram domino,& ait:Ego de-
cipiam eum.Dixitꝙ dominus ad eum:In quo?Et ait: Egredi-
ar,& ero ſpiritus mendax in ore omnium vatum eius. Et di-
D xit:Decipies,& etiam præualebis.Egredere,& fac ita.Et nunc:
ecce dedit dominus ſpiritum mendacem in ore omnium va-
tum iſtorum tuorum,& locutus eſt dominꝰ ſuper te malum.
Et acceſſit Sidchiiahu filius Chenahanah,& percuſſit Micha-
iehu in maxillam,& dixit:Quando tranſiuit ſpiritus domini
à me,vt alloqueretur te?Dixitꝙ Michaiehu: Ecce videbis in
die illa,qua ingredieris de cubiculo in cubiculum,vt abſcõdas
te.Dixitꝙ rex Iſrael:Tolle Michaiehu,& redire fac eum ad A-
mon principem ciuitatis,& ad Ioas filium regis,& dices: Sic
dicit rex:Ponite hunc in domo carceris,& comedere fac eum
panem arctum,& aquam arctam,donec veniam in pace. Di-
xitꝙ Michaiehu:Si reuertendo reuerſus fueris in pace,non eſt
locutus dominus per me,& ait:Audite populi omnes.Aſcen
dit autem rex Iſrael, & Iehoſaphath rex Iehudah in Ramoth
Ghilhad.Dixitꝙ rex Iſrael ad Iehoſaphath:Mutabo me,& in-
E grediar bellum,tu autem indue te veſtibus tuis.Et mutauit ſe
rex Iſrael,& ingreſſus eſt bellum.Rex autem Aram præcepit
principibus curruum,qui erant ſibi,triginta & duobus, dicẽ
do:Non pugnabitis cum paruo,vel magno,niſi cum rege Iſ-
rael ſolum.Et fuit,cum vidiſſent principes curruum Iehoſu-
phath,dixerunt:Certe rex Iſrael eſt.Et declinauerunt contra e-
um ad pugnandum.Et exclamauit Iehoſaphath. Et fuit, cum
vidiſſent principes curruum,quòd non eſſet rex Iſrael ipſe,a-
uerſi ſunt ab eo.Vir autem iaculatus eſt arcu in ſimplicitate
ſua,& percuſſit regem Iſrael inter coniuncturas, & loricam.
Dixitꝙ aurigę ſuo:Verte manum tuam,& educ me de caſtris,
quia vulneratus ſum.Et aſcendit prælium in die illa.Rex autẽ
Iſrael ſtabat in curru contra Aramæos,& mortuus eſt veſpe-
re,& effluebat ſanguis plagæ in ſinu currus.Et tranſiuit præ-
co per caſtra ocumbente ſole,dicendo:vnuſquiſque eat in ci-
uitatem ſuam,& vnuſquiſque in terram ſuam. Mortuus eſt Supra.21.e.
autem rex,& venit in Someron,& ſepelierunt regem in Some
ron.Lauitꝙ currũ in piſcina Somerõ,& linxerũt canes ſangui
nẽ eius,& arma lauerũt,iuxta verbũ dñi,quod locutus fuerat.
F Reſiduũ autẽ verborũ Achab,& oĩa quę fecit,& domus ebur
nea,quã ædificauit,et oẽs vrbes quas ædificauit,nõne ſunt ſcri
pta in libro verborũ dierum regũ Iſrael?Et dormiuit Achab
cũ patribꝰ ſuis,& regnauit Achaziahu filius eius ꝓ eo. Iehoſa
phath autẽ filius Aſa regnauit ſuper Iehudah anno quarto
Achab regis Iſrael.Iehoſaphath verò vir triginta & quinque
annorum erant,quando regnauit,& viginti,& quinꝙ annis
regnauit in Ieruſalaim.Nomen autem matris eius Hazubah
filia Silchi.Et ambulauit in omni via Aſa patris ſui,& non de-
clinauit ab ea faciendo quod rectum eſt in oculis domini.Ve-
runtamen excelſa non remouerunt adhuc populo immolan
te,& ſuffiente in excelſis.Et pacem fecit Iehoſaphath cum rege
Iſrael.Reſiduũ aũt verborũ Iehoſaphath,& robur eiꝰ qđ fecit
G & quo pugnauit,nõne ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ re-
gũ Iehudah? Et [a] reſiduũ ſcorti maſculi qđ remãſerat in diebꝰ a genus erat ſacerdotũ cinædorum.
Aſa patris ſui,tulit è terra.Et rex non erat in Edom,præfectus
erat rex.Iehoſaphath fecit naues Tharſis,vt irẽt in Ophir pro
auro,& nõ iuerũt,quia cõfractæ ſunt naues in Heſionghaber.
Tunc dixit Achaziahu filius Achab ad Iehoſaphath: Vadant
ſerui mei



ſerui mei cum ſeruis tuis in nauibus, & noluit Iehoſaphath.
Dormiuitꝙ Iehoſaphath cum patribus ſuis,& ſepultus eſt cũ
patribus ſuis in ciuitate Dauid patris ſui,& regnauit Iehoram
filius eius pro eo.Achaziahu filius Achab regnauit ſuper Iſ-
rael in Someron,anno ſeptimo decimo Iehoſaphath regis Ie-
hudah,& regnauit ſuper Iſrael duobꝰ annis. Fecitꝙ malum in
oculis domini.Ambulauitꝙ in via patris ſui,& in via matris
ſuæ,& in via Iarobham filij Nebath,qui peccare fecit Iſrael.
Seruiuitꝙ Bahal,& incuruauit ſe ei,& irritauit do-
minum deum Iſrael,ſecundum omnia
quæ fecerat pater eius.

F I N I S.

# Liber Melachim,

## id eſt,Regum ſecundus: Interprete Sante Pagnino,Lucẽſi.

Achaziah lapſus de cancello in cœnaculum,ęgrotans,conſulit Bahalzebub.Quinquagenarij miſſi ad Eliiahu cõſumuntur igne cœleſti,increpat ꝑ Eliiahu,moriturꝙ Achaziah,ſuccedit Iehorã.

C A P V T I.

A DEFECIT AVTEM MO-
ab ab Iſrael mortuo Achab.Cecidit au-
tem Achaziah de cãcello in cœnaculum
ſuum,quod erat in Someron,& ægro-
tauit:miſitꝙ nuncios,& dixit ad eos:Ite,
inquirite ꝑ Bahalzebub deum Hecron,
ſi viuam de infirmitate hac.Angelus au-
tem domini locutus eſt ad Eliiahu Tiſbiten: Surge, aſcende in
occurſum nunciorũ regis Someron,& loquere ad eos,an non
eſt deus in Iſrael,vt eatis ad inquirendum per Bahalzebub de-
B um Hecron?Et idcirco ſic dicit dominꝰ:De lecto ſuper quem
aſcendiſti,non deſcendes,ſed moriendo morieris.Et abiit Elii
ah.Et reuerſi ſunt nuncij ad eum.Dixitꝙ ad eos: Vt quid re-
uerſi eſtis?Dixeruntꝙ ad eum:Vir aſcendit in occurſum no-
ſtrum,dixitꝙ nobis:Ite,reuertimini ad regem,qui miſit vos,&
loquimini ad eum,ſic dixit dominus:An non eſt deus in Iſrael
vt mittas ad inquirẽdum per Bahalzebub deum Hecron? Id
circo de lecto ſuper quem aſcendiſti,non deſcendes,ſed mori
endo morieris.Dixitꝙ ad eos:Qualis diſpoſitio eſt viri,qui a-
ſcendit in occurſum veſtrum,& locutus eſt vobis ſermones
iſtos?Dixerũtꝙ ad eum:Vir piloſus,& cingulo pelliceo accin-
ctus renes ſuos.Et ait:Eliiah Tiſbites eſt.Miſitꝙ ad eum prin-
cipem quinquagenarium,& quinquaginta eius.Et aſcẽdit ad
eum.Et ecce ſedebat in vertice montis.Locutuſꝙ ad eum:Vir
C dei,rex locutus eſt:Deſcende.Et reſpondit Eliiahu: Locutuſꝙ
eſt ad principem quicquagenarium:El ſi vir dei ſum, deſcen-
dat ignis è cœlo,& conſumat te,& quinquaginta tuos.Et de-
ſcendit ignis è cœlo,& conſumpſit eum,& quinquaginta eiꝰ.
Et reuerſus eſt,miſitꝙ ad eum principem quinquagenarium
alium,& quinquaginta eius.Et reſpondit & locutus eſt ad e-
um:Vir dei,ſic dixit rex:Feſtina,deſcende:Et reſpondit Eliiah,
dixitꝙ ad eos:Si vir dei ſum,deſcendat ignis è cœlo,& conſu-
mat te,& quinquaginta tuos.Et deſcendit ignis è cœlo,& con
ſumpſit eũ,& quinquaginta eius.Et reuerſus eſt,& miſit prin-
cipẽ quinquagenarium tertium,& quinquaginta eius.Et aſcẽ
dit et venit princeps qnquagenarius tertius,& incuruauit ſe
ſuper genua ſua contra Eliiahu,& precatus eſt eũ. Locutuſꝙ
eſt ad eũ:Vir dei, precioſa ſit quæſo anima mea,& anima ſer-
uorũ tuorũ,horum quinquaginta in oculis tuis.Ecce deſcen-
dit ignis è cœlo,& cõſumpſit duos principes qnquagenarios
primos,& quinquaginta eorũ,& nũc precioſa ſit anima mea
in oculis tuis.Locutus eſt autem angelus domini ad Eliiahu:
D Deſcende cum eo,ne timeas à facie eius.Et ſurrexit,deſcenditꝙ
cum eo ad regem.Et locutus eſt ad eũ:Sic dixit dominus:Pro

eo quòd miſiſti nuncios ad inquirendum Bahalzebub deum
Hecron:(An non eſt deus in Iſrael ad quærendũ per verbum
eius?)Idcirco de lecto ſuper quem aſcendiſti,nõ deſcendes,ſed
moriendo morieris.Et mortuꝰ eſt iuxta verbũ domini, quod
locutus fuerat Eliiahu.Et regnauit Iehoram pro eo,anno ſecũ
do Iehoram filij Iehoſaphath regis Iehudah, quia non fuerat
ei filius.Reſidua autem verborum Achaziah quæ fecit,nõnne
ipſa ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael.

Eliiahu diuidit aquas pallio,in cœlum rapitur.Aquæ mortiferæ immiſſo per Eliſaah ſale,ſanantur.Pueri Eliſaah irridẽtes lacerãte.

C A P. I I.

A ET fuit, cũ aſcendere faceret dñs Eliiahu per turbinem
in cœlũ,abiit Eliiahu,& Eliſaah,de Ghilghal. Dixitꝙ Elii
ahu ad Eliſaah:Sede obſecro hic,quia dominus miſit me vſꝙ
in Bethel.Dixitꝙ Eliſaah:Viuit dominus,& viuit anima tua,
ſi dereliquero te.Et deſcenderunt in Bethel.Et egreſſi ſunt filij
prophetarum qui erant in Bethel,ad Eliſaah,atque dixerunt:
Nunquid noſti,quòd hodie dominꝰ tollit dominum tuum à
B capite tuo?Dixitꝙ:Etiã noui,tacete. Dixitꝙ ei Eliiahu Eliſaah,
ſede,obſecro hic,quia dñs miſit me in Iericho. Et dixit: Viuit
dominus,& viuit anima tua.Si dimiſero te.Et venerunt in Ie-
richo.Et acceſſerunt filij prophetarum qui erant in Iericho ad
Eliſaah,dixeruntꝙ ad eum:Num noſti quod hodie dominus
tollit dominum tuum à capite tuo?Et ait:Etiam noui, ſilete.
Dixitꝙ ei Eliiahu:Sede obſecro hic, quia dominus miſit me
ad Iarden.Et ait:Viuit dominus,& viuit anima tua,ſi dereli-
quero te.Et abierunt ambo.Quinquaginta autem viri de fi-
liis prophetarum abierunt, ſteteruntꝙ è regione è longe, &
ambo ſteterunt iuxta Iarden.Tulitꝙ Eliiahu pallium ſuum,&
inuoluit,& percuſsit aquas.Et diuiſerũt ſe huc,& illuc,& tranſ
ierunt ambo per ſicum.Quum autem tranſiſſent, Eliiahu di-
xit ad Eliſaah:Poſtula quod faciam tibi,antequam tollar à te.
Dixitꝙ Eliſaah:Et ſit obſecro [a] menſura duarum partiũ de ſpi a id eſt,quãtum duobus alijs tu dares.
ritu tuo ſuper me.Et ait:Difficillem rem poſtulaſti. Si videris
me ablatum à te,erit tibi ſic.Sin autem,non erit. Et fuit ipſis
pergentibus pergendo,& loquendo, ecce currus igneus, & Ecci.48.a.
C equi ignei,diuiſeruntꝙ vtrunque.Et aſcendit Eliahu per tur-
binem in cœlum.Eliſaah autem videbat,& clamabat: Pater
mi,pater mi,currus Iſrael,& equites eius.Et non vidit eum
amplius,& apprehendit veſtimenta ſua,et ſcidit ea in duas ſciſ
ſiones.Et eleuauit pallium Eliiahu,quod ceciderat ab eo,& re
uerſus eſt,& ſtetit iuxta ripam Iarden.Tulitꝙ pallium Eliiahu
quod ceciderat ab eo,& percuſſit aquas,& dixit: Vbi eſt dñs
deus Eliiahu,etiam ipſe? [b] Et percuſſit aquas, & diuiſerunt ſe b Et cũ percuſſiſſet aq̃s diuiſerunt
huc,& illuc,& tranſiuit Eliſaah.Et viderunt eum filij prophe-
tarum,qui erant in Iericho è regione,atque dixerunt: Requie-
uit ſpũs Eliiahu.Et ſup Eliſaah venerũt in occurſum eius,& in-
curuauerũt ſe ei ſu ꝑ terrã.Et dixerũt ei: Ecce obſecro, ſunt cũ
ſeruis tuis quinquaginta viri robuſti.Eant nunc, & quærant
dominum tuum,ne forte tulerit eum ſpiritus domini,& pro-
iecerit eum in vnum è montibus aut in vnam è vallibus.Et di
xit:Ne mittatis.Et coegerunt eum [c] quandiu tardauit.Et di- c donec erubuit
xit:Mittite.Et miſerunt quinquaginta viros, quæſieruntꝙ
tribus diebus,& non inuenerunt eum.Et reuerſi ſunt ad eum.
Ipſe autem habitabat in Iericho.Dixitꝙ ad eos:Nõne dixi vo-
bis, ne eatis?Dixerũt autem viri ciuitatis ad Eliſaah:Ecce obſe
cro habitatio ciuitatis bona eſt,ſicut dominus meus videt,&
aquę malę,et terra habitatores orbat.Et dixit tollite mihi phia
D lam nouã,& ponite in ea ſal.Et attulerunt ei.Et egreſſus eſt ad d originem
[d] exitũ aquarũ,& proiecit illuc ſal,& dixit:Sic dixit dñs:Sana-
ui aquas iſtas.Non erit inde vltra mors,& orbans. Et ſanatæ
ſunt aquæ vſque ad diem hanc,iuxta verbum Eliſaah quod lo
cutus fuerat.Et aſcendit inde in bethel.Et ipſo aſcendente per
viam,pueri parui egreſſi ſunt ex vrbe,& illudebãt ei dixerũtꝙ 1.Mac.2.f.
ei:Aſcende calue,aſcende calue.Et reſpexit poſt ſe,& vidit eos,
maledixitꝙ eis in nomine domini,& egreſſæ ſunt duæ vrſæ è
ſylua,& lacerauerunt ex eis quadraginta & duos pueros.Et a-
biit inde in montẽ Charmel,& inde reuerſus eſt in Someron.

¶Tribus regibus, Iſrael, Iehudah, & Edom pugnaturis contra Moab, deficiunt aquæ, impetrantur a domino per Eliſaah, uincuntur Moabitæ, rex eorum immolat filium.

CAP. I I I.

A IEhoram autem filius Achab regnauit ſuper Iſrael in Some
ron anno octauo decimo Iehoſaphath regis Iehudah, re-
gnauitq; duodecim annis. Fecitq; quod malũ eſt in oculis do-
mini, veruntamen non ſicut pater ſuus, & ſicut mater ſua. Et
remouit ſtatuam Bahal, quam fecerat pater ſuus. Veruntamẽ
peccatis Iarobham filij Nebath q peccare fecit Iſrael, adhæſit,
non receſſit ab eis: Meſaah autẽ rex Moab habebat greges, &
reddebat regi Iſrael centum milia agnos, & centũ milia arietes
cum lana. Et fuit, cũ mortuus eſſet Achab defecit rex Moab
contra regem Iſrael. Et egreſſus eſt rex Iehoram die illa de So-
meron, & recenſuit vniuerſum Iſrael. Et abiit, & miſit ad Ieho
ſaphath regem Iehudah, dicendo: Rex Moab defecit cõtra me.
Num venies mecum contra moab in prælium? Et dixit ei: A-
ſcendam. Sicut ego, ſic tu: ſicut populus meus, ſic populus tu-
us: ſicut equi mei, ſic equi tui. Et dixit: Per quam viam aſcende
mus? Et dixit: Per viam deſerti Edom. Et abiit rex Iſrael, & rex
Iehudah, & rex Edom. Et circuierunt per viam ſeptem die-
B bus, & non erat aqua caſtris, nec iumentis quæ erant ad pedes
eorum. Dixitq; rex Iſrael: Ahah. Vocauit enim dominus tres
reges iſtos, vt traderet eos in manu Moab. Dixitq; Iehoſa-
phath: An non eſt hic propheta domini, vt inquiramus do-
minum ab eo? Reſponditq; vnus è ſeruis regis Iſrael, & dixit:
Hic eſt Eliſaah filius Saphath, qui fundebat aquam ſuper ma-
num Eliiahu. Dixitq; Iehoſaphath: Eſt ne ſecum vebum domi
ni? Et deſcenderunt ad eum rex Iſrael, & Iehoſaphath, & rex E-
dom. Dixitq; Eliſaah ad regem Iſrael: Quid mihi, & tibi? Vade
ad prophetas patris tui, & ad prophetas matris tuæ. Dixitq;
rex Iſrael: Nequaquam, quia conuocauit dominus tres reges
iſtos, vt traderet eos in manu Moab. Dixitq; Eliſaah: Viuit do
minus exercituum, in cuius ſteti conſpectu, quia niſi faciem Ie-
hoſaphath regis Iehudah honorarem, ſi reſpexiſſem ad te, &
ſi vidiſſem te. Et nunc tollite mihi pulſatorem, & fuit cum pul
ſando pulſaret, fuit ſuper eum prophetia domini. Et ait: Sic di
xit dominus: Fac torrentem hunc foſſas, foſſas. Sic enim dixit
C dominus: Non videbitis ventum, neque videbitis pluuiam,
& torrens ipſe implebitur aqua, & bibetis vos, & greges ve-
ſtri, & iumẽta veſtra. Et leue eſt hoc in oculis domini. Dabitq;
Moab in manu veſtra. Et percutietis omnem ciuitatem muni
tam, & omnem ciuitatem electam, & omnem arborem bonã
cadere facietis, cũctoſq; fontes aquarum obturabitis, & oẽm
agrum bonũ operietis lapidibus. Et fuit mane, quando offer-
tur ſacrificium ecce aquæ veniebant è via Edom, & repleta eſt
D terra aqs. Vniuerſus aũt Moab audierũt, ꝙ aſcendiſſent reges
ad pugnandum aduerſus eos, & cõgregauerunt ſe ab omĩ ac-
cincto cingulo, & ſupra et ſteterunt ſuper terminũ. Et ſurrexe-
runt mane, & ſol ortus erat ſuper aquas. Videruntq; Moab è
regione, aquas rubras ſicut ſanguis. Et dixerunt: Sanguis eſt.
Digladiando gladiati ſunt reges, & percuſſerunt vnuſquiſque
proximum ſuum. Et nunc ad ſpolia Moab. Veneruntq; ad
[a] caſtra Iſrael. Et ſurrexerunt Iſrael, & pecuſſerunt Moabitas.
Fugeruntq; à facie eorum, & percuſſerunt[b] eos, & percuti-
endo Moabitas. Et vrbes dextruxerunt, & in omnem agrum
optimum proiecerunt vnuſquique lapidem ſuum, & repleue
runt illum, & omnem fontem aquarum obturauerunt, & o-
mnem arborem bonam cadere fecerunt,[c] donec dimitterent
lapides eius in pariete Chareſeth, & circundederunt fundibu
larij, & percuſſerunt eam. Et vidit rex Moab, quòd præuale-
ret ſibi bellum, & tulit ſecum ſeptingentos viros euaginantes
gladium, vt irrumperet ad regem Edom, & non potuerũt.
Et tulit filium [d] ſuum primogenitum, qui regnaturus erat ꝓ
eo, & obtulit illum holocauſtum ſuper murum. Et fuit ira ma
gna ſup Iſrael, & profecti ſunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram.

a turmam
b in ea. ſ. turma ſeu loco caſtrorũ. q. d. & ibi & in fuga percuſſerunt Moabitas.
c adeo ut nõ dimiſeri niſi lapides in muro Chareſeth, d eius. ſ. regis Edom, qui ob id indignatus eſt contra Iſrael vide Amo. 2.

¶Pauperculæ uiduæ Eliſaah dat oleum, hoſpitæ Sunamiti impetrat prolem quam mortuam ſuſcitat, dulcificat pulmentum, multiplicat panes.

CAP. I I I I.

A MVlier autem vna de vxoribus filiorum propheta-
rum clamauit ad Eliſaah, dicendo: Seru⁹ tuus vir me
us mortuus eſt, & tu noſti, quòd ſeruus tuus timebat domi-
num. Creditor autem venit, vt tollat duos natos meos ſibi in
ſeruos. Dixitq; ad eam, Eliſaah: Quid faciam tibi? Indica mihi,
quid eſt tibi in domo? Et ait: Non eſt ancillæ tuæ quicquam in
domo, niſi vas olei. Et dixit: Vade, pete tibi vaſa ab iis qui fo-
ris ſunt, ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua, non pauca petes.
Et ingredieris, & claudes oſtium ſuper te, & ſuper filios tuos,
& fundes ſuper omĩa vaſa hæc. Et quod plenum fuerit, remo-
uere facies. Iuitq; ab eo, & clauſit oſtiũ ſup ſe, & ſup filios ſuos.
Ipſi afferebant ad eã, & ipſa infundebat. Et fuit, cũ impleuiſſet
vaſa, dixit ad filium ſuum: Affer mihi adhuc vas. Dixitq; ad
eam: Non eſt vltra vas. Et ſtetit oleum. Venitq;, & indicauit
B viro dei, & ait: Vade, vẽde oleum, & redde creditori tuo. Tu
autem cum filiis tuis viues de reſiduo. Et fuit dies, & tranſibat
Eliſaah in Sunem, & ibi erat mulier magna, & vim fecit ei, vt
comederet panem. Et fuit, quando tranſibũt, declinabat illuc,
vt comederet panem. Dixitq; viro ſuo: Ecce nunc noui quòd
vir dei ſanctus eſt, tranſiens per nos iugiter. Faciamus nũc cœ
naculum, parietis paruum, ponamuſq; ei ibi lectum, & men-
ſam, & ſellam, & candelabrum. Et erit, qunm venerit ad nos,
declinabit illuc. Fuitque dies, & venit illuc, & declinauit in
C cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitque ad Ghechazi pu-
erum ſuum: Voca Sunamitem hanc. Et vocauit eam, &
ſtetit ante eum. Dixitq; ei: Dic ad eam: Ecce ſolicita fuiſti pro
nobis ſolicitudine iſta. Quid vis vt faciam tibi? Num eſt lo-
quendum tibi ad regem, vel ad principem exercitus? Et dixit:
In medio populi mei habito.[a] Et dixit: Et quid eſt faciendum
ei? Et dixit Ghechazi: Equidem filius non eſt ei, & vir eius ſe-
nex eſt. Et ait, Voca eam. Et vocauit eam, & ſtetit in oſtio, & di
xit: In tempore iſto viuente te amplexaberis filium. Et ait: Ne
domine mi vir dei, ne mentiaris ancillæ tuæ. Et concepit mu-
lier, & peperit filium ad tempus ipſum iuxta tẽpus vitæ quod
locutus fuerat ei Eliſaah. Et creuit puer. Et fuit, in die qua egreſ
ſus eſt ad patrem ſuum, ad meſſores, dixit patri ſuo: Caput
D meum, caput meum. Dixitq; ad puerum: Tolle eum ad ma-
trem ſuam, tulitq; eum, & adduxit eum ad matrem ſuam. Et
ſedit ſuper genua eius vſque ad meridiem, & mortuus eſt. Et
aſcendit, & accumbere fecit eum ſuper lectum viri dei, & o-
ſtium clauſit ſup eum. Et egreſſa eſt, vocauitq; virum ſuum,
& ait: Mitte obſecro mihi vnum è pueris, & vnam aſinam, &
curram vſque ad virum dei, & reuertar. Et dixit: Cur vadis ad
eum? Hodie non ſunt Calendæ, nec ſabbatum. Et dixit: Pax. Et
ſtrauit aſinam, dixitq; puero: Duc, & vade, ne moreris equitan
do, niſi dixero tibi. Et iuit, & venit ad virum dei in montem
Carmel. Et fuit, cum vidiſſet vir dei illam ecõtra, dixit ad Ghe
chazi puerum ſuum: Ecce Sunamitis illa. Nunc curre obſecro
E in occurſum eius, & dic ei: Num eſt[b] pax tibi? Num eſt
pax viro tuo? Num eſt pax puero? Et dixit: Pax. Et venit
ad virum dei in montem, & apprehendit pedes eius. Et
acceſſit Ghechazi, vt expelleret eam. Dixitque vir dei: Dimit
te eam, quia anima eius amara eſt ei: & dominus cælauit à me,
& non indicauit mihi. Et ait: Nunquid petiui filium à domi-
no meo? Nũquid non dixi, ne errare facias me? Dixitq; ad Ghe
chazi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in ma-
nu tua, & vade. Si inueneris quenquam ne ſalutes eum: & ſi
ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondebis ei, & pones bacu-
lum, meum ſuper faciem pueri. Dixit autem mater pueri: Vi-
uit dominus, viuit anima, & ſi dimiſero te. Et ſurrexit, & iuit
poſt eam. Ghechazi autem tranſiuit ante eos, & poſuit baculũ
ſuper faciẽ pueri, & non erat vox, nec attẽtio. Et reuerſus eſt in
F occurſum eius, & nũciauit ei, dicẽdo: Nõ ſurrexit puer. Ingreſ
ſuſq; eſt Eliſaah in domũ, & ecce puer mortuus poſit⁹ erat ſup
lectũ eius. Et ingreſſus eſt, & clauſit oſtiũ ſuper vtrunq;, ora-
uitq; ad dominũ. Et aſcẽdit, & incubuit ſuper puerũ. Poſuitq;
os ſuum

a q. d. bene mecũ agitur inter meos, nec eiuſmodi reb⁹ indigeo.
b ſanitas
Lucæ. 10.



os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & ma
nus ſuas ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum, & cale-
facta eſt caro pueri. Et reuerſus eſt, & deambulanit per domũ
ſemel huc, & ſemel illuc, & aſcendit, incuruauitq; ſe ſuper eum.
Et ſternutauit puer vſq; ad ſeptem vices, & aperuit puer ocu-
los ſuos. Vocauitq; Ghechazi, & dixit: Voca Sunamitẽ hanc.
Et vocauit: venitq; ad eum. Et ait: Tolle filium tuum. Et ve-
nit, & proſtrauit ſe ad pedes eius, & incuruauit ſe ſup terram,
tulitq; filium ſuum, & egreſſa eſt. Eliſaah autem reuerſus eſt in
Ghilghal. Fames autem erat in terra, & filij prophetarum ha-
bitabant coram eo. Dixitq; puero ſuo: Pone ollam grandem,
G & coque pulmentum filijs prophetarum. Et egreſſus eſt vnus
in agrum, vt colligeret olera, & inuenit vitem agreſtem, colle
gitq; ex ea colocyntidas agreſtes, plenum veſtimentũ ſuum, &
venit, & concidit in ollam pulmenti: non enim cognouerãt.
Fuderunt autem viris, vt comederent. Et fuit, edentibus illis
de pulmento, clamauerunt, atq; dixerũt: Mors in olla vir dei.
Et non potuerunt comedere. Et dixit: Tollite farinam. Et pro-
iecit in ollam, & dixit: Funde populo. Et comederunt, & non
fuit quicq; mali in olla. Vir autem venit de Baal Saliſah, et de-
tulit ad virum dei panes primitiarum, viginti panes hordea-
ceos, & ſpicas plenas, virides, in veſte ſua. Et dixit: Da populo,
vt comedant. Et dixit miniſter eius: Quomodo dabo hoc co-
ram centum viris? Et dixit: Da populo, & comedent. Sic enim
dixit dominus: Comedent, & ſupererit. Et dedit coram eis. Et
comederunt, & ſuperfuerunt iuxta verbum domini.

¶Nahaman princeps militiæ regis Aram, per Eliſaah curatur a lepra.

CAP. V.

A NAhaman autem princeps militiæ regis Aram erat vir
magnus corã domino ſuo, & honorata perſoua. Per
illum enim dedit dominus ſalutem Aram. Vir autem erat po
tens robore, ſed leproſus; Et de Aram egreſſi fuerant exercitus
& captiuam duxerant è terra Iſrael puellam paruam, & erat
ante vxorem Nahaman: Dixitq; ad dominam ſuam: Vtinam
dominus meus eſſet coram propheta qui eſt in Someron, tũc
B curaſſet eum à lepra ſua. Et venit & nunciauit domino ſuo, di
cendo: Sic & ſic locuta eſt puella, quæ eſt è terra Iſrael. Dixitq;
rex Aram: Vade, ingredere, & mittam literas ad regem Iſrael.
Et abiit, & tulit in manu ſua decem talenta argenti, & ſex mi-
lia aureos, & decem mutatoria veſtimenta. Et detulit literas ad
regem Iſrael, dicendo: Et nunc cum venerit epiſtola hæc ad te,
ecce miſi ad te Nahaman ſeruum meum, & curabis eum à le-
pra ſua. Et fuit, cum legiſſet rex Iſrael epiſtolam, ſcidit veſtimen
ta ſua, & ait: Num deus ego ſum, vt mortificem, & viuificem:
quia iſte mittit ad me, vt curem virum à lepra ſua? Eapropter
ſcitote nunc, & videte, quòd occaſionem quærat contra me.
Et fuit, cum audiſſet Eliſaah vir dei, quòd ſcidiſſet rex Iſrael ve
C ſtimenta ſua, miſit ad regem, dicendo: vt quid ſcidiſti veſtimen
ta tua? Veniat nunc ad me, & ſciat quòd eſt propheta in Iſra-
el. Venitq; Nahaman in equo ſuo, & in curru ſuo, & ſtetit ad
oſtium domus Eliſaah. Miſitq; ad eum Eliſaah nuncium, dicen
do: Vade, & laua te ſeptem vicibus in Iarden, & reuertetur ca
ro tua tibi, & mundabitur. Et iratus eſt Nahaman, & abibat,
& dicebat: Ecce cogitaui in me. Egredietur egrediendo, & ſta-
bit & inuocabit nomen domini dei ſui, & eleuabit manum ſu
D ſuam ad locum & mundabit leproſum. Nõnne meliores ſunt
[a] Amanah, & Parpar fluuij Dammeſec, omnib⁹ aquis Iſrael?
An non lauabo me, & mundabo me? Et vertit ſe, & ibat cum
ira: & acceſſerunt ſerui eius, & locuti ſunt ad eum, atque di-
xerunt: Pater mi, ſi rem grandem vates locutus fuiſſet tibi, nõ-
ne feciſſes? Et quanto magis, quum dixerit tibi, laua te, & mun
dus eris? Et deſcendit, & abluit ſe in Iarden ſeptem vicibus, iu-
xta verbum viri dei, & reuerſa eſt caro eius ſicut caro pueri
parui, & mundatus eſt. Et reuerſus eſt ad virum dei ipſe & o-
mnis turma eius, & venit, ſtetitq; ante eum, & dixit: Ecce nunc
noui, quòd non eſt deus in omni terra, niſi in Iſrael. Et nunc
tolle obſecro benedictionem à ſeruo tuo. Et dixit: Viuit dñs,
cuius ſteti in conſpectu, ſi accepero. Et cogebat eũ, vt tolleret,
& renuit. Dixitq; Nahaman: & nõ dabitur nũc ſeruo tuo on⁹
E paris mulorum de terra? Nõ enim faciet vltra ſeruus tuus ho-
locauſtum, & ſacrificium diis alieris, niſi domino. Pro re tamẽ
hac parcat dominus ſeruo tuo: quando ingredietur dominus
meus rex in domum Rimmon, vt adoret ibi, & ipſe innixus
fuerit ſuper manum meam, & adorauero in domo Rimmon
in adoratione mea, in domo Rimmon, ignoſcat dominus ſer-
uo tuo in re hac. Dixitq; ei: Vade in pace. Et abiit ab eo quaſi
F miliare terræ. Dixit autem Ghechazi puer Eliſaah viri dei: Ec-
ce prohibuit dominus meus Nahaman Aramæum hunc, vt
non acciperet de manu eius quæ attulit. Viuit dominus, niſi
cucurrero poſt eum, & accepero ab eo aliquid. Et ſecutus eſt
Ghechazi Nahaman. Viditq; Nahaman currentẽ poſt ſe, &
deſiliit de curru in occurſum eius, & dixit: Nunquid eſt pax?
& dixit: Pax. dominus meus miſit me, dicendo: Ecce tempore
hoc venerũt ad me duo pueri de mõte Ephraim de filijs pro-
phetarum: da obſecro eis talentum argenti, & duo mutatoria
veſtimenta. Dixitq; Nahaman: Complace, & tolle duo talen-
ta: & coegit eum: & ligauit duo talenta argenti in duobus ſac
culis, & duo mutatoria veſtimenta, & poſuit ſuper duos pue
ros ſuos, & portauerũt ante eum. Et venit ad [a] munitionem,
& tulit de manu eorum, et repoſuit in domo, & dimiſit vi-
G ros, & abierunt. Ipſe autem ingreſſus eſt, & ſtetit ante domi-
num ſuũ. Dixitq; ei Eliſaah: Vnde Ghechazi? Et dixit: Non iuit
ſeruus tuus huc, & illuc. Dixitq; ad eum: Nõnne cor meũ iuit
tecũ, quum vertit ſe vir de curru ſuo in occurſum tui? An nõ
noui tẽpus quo ibas ad accipiendũ pecuniam, & ad accipien
dum veſtes, vt emeres oliueta, & vineas, & pecudes, & boues
& ſeruos, & ancillas. Et lepra Nahaman adhærebit tibi, & ſe-
mini tuo in ſeculũ. Et egreſſus eſt à facie ei⁹ leproſus ſicut nix.

Lucæ 4. c.
a Abanah
a locũ dom⁹ munitam in quo ſolẽt pretioſa recõdi.

¶Eliſaah ferrum natare facit. Rex Aram inuadit Iſrael. Mulieres fame urgente comedunt filios.

CAP. V I.

A DIxerunt autem filij prophetarum ad Eliſaah: Ecce nũc
locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt no-
bis. Ibimus nunc vſque ad Iardem, & tollemus inde vnuſquiſ
que tignum vnum, & faciemus nobis ibi locum in quo habi-
temns. Et dixit: Ite. Dixitq; vnus: Complace obſecro, & veni
cum ſeruis tuis. Et dixit: Ego veniam. Et abiit cum eis. Vene-
runtq; ad Iarden, & cædebant ligna. Et fuit, vno cadere facien
te trabem, ferrum cecidit in aquam, & clamauit, & dixit: Ahah
B domine mi, et ipſum erat cõmodatum. Dixitq; vir dei: Vbi
cecidit? Et oſtendit ei locum. Præciditq; lignum, & proiecit il-
luc, & ſupernatare fecit ferrum. Et dixit: Tolle, & extendit ma
num ſuam, & tulit illud. Rex autem Aram pugnabat cum Iſ-
rael. Et conſiliatus eſt cum ſeruis ſuis, dicendo: In loco talis &
talis erit mãſio mea. Miſit autem vir dei ad regem Iſrael, dicẽ-
do: Caue ne tranſeas ad locum illum. Illuc enim Aramæi de-
ſcendunt. Et miſit rex Iſrael ad locum quem dixerat ei vir
dei, & monuerat eum, & obſeruauit ſe ibi non ſemel, nec ſecun
dò. Et conturbatum eſt cor regis Aram propter hoc, & vo-
C cauit ſeruos ſuos, & ait eis: vt quid non indicatis mihi quis è
nobis eſt regis Iſrael? Dixitq; vnus è ſeruis eius: Non domine
mi rex, ſed Eliſaah propheta, qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſra-
el verba quæ loqueris in penetrali cubiculi tui. Dixitq;: Ite, &
videte vbi ſit, & mittam & tollam eum. Nunciatumq; ei, di-
cendo: Ecce eſt in Dotham. Miſitq; illuc equos, & currus, & ex
ercitum grauem, & venerunt nocte, & circundederunt ciuita
tem. Surrexit autem mane miniſter viri dei, vt ſurgeret, & e-
greſſus eſt: & ecce exercitus circundans ciuitatem, & equi, &
currus. Dixitq; puer eius ad eum: Ahah domine mi, quomo-
do faciemus? Et dixit: Ne timeas, quia plures ſunt qui nobiſ-
cum, quam qui cum eis. Orauit autem Eliſaah, & ait: domine
aperi obſecro oculos ei⁹, & videat. Et aperuit dñs oculos pue
D ri, & vidit, & ecce mõs plenus eqs, & currus igneus in cicuitu
Eliſaah. Et deſcenderunt ad eum. Orauitq; Eliſaah ad dñm, &
ait: Percute obſecro gentem iſtam cæcitatibus. Et percuſ-

fit eos cæcitatibus iuxta verbum Eliſaah. Dixitq; ad eos Eli-
ſaah: Nō eſt hæc via, nec eſt hæc ciuitas. Venite poſt me, & du
cam vos ad virum quem quæritis. Et duxit eos in Someron,
Et fuit, cum ingreſſi eſſent Somerō, dixit Eliſaah: Domine ape
ri oculos iſtorum, & videant. Et aperuit dn̄s oculos eorum, et
viderunt, & ecce in medio Someron. Dixit autem rex Iſrael ad
E Eliſaah, cum vidiſſet eos: Nū percutiendo percutiā pater mi?
Et ait: Non percuties. Num quos cepiſti gladio tuo, & arcu
tuo percutis? Pone panem & aquā ante eos, & comedant, &
bibant, & vadant ad dominum ſuum. Et præparauit eis appa
ratum magnū. Et comederunt, & biberunt. Et dimiſit eos, &
abierunt ad dominum ſuum, & non addider unt vltra exerci
tus Aram vt venirent in terram Iſrael. Et fuit poſt hæc, congre
gauit Bēhadad rex Aram omnia caſtra ſua, et aſcendit, & ob-
ſedit Someron. Fuitq; fames magna in Someron. Et ecce ob-
ſidebāt eam, donec eſſet caput aſini octoginta argenteis, &
F quartum cabi ſtercoris columbarum quinque argenteis. Et
fuit, rege Iſrael tranſeunte ſuper murum, mulier clamauit ad
eum, dicendo: Saluam me fac domine mi res. Et dixit: Non
te ſaluam faciat dominus. Vnde ſaluam faciam te? Num de
area, vel de torculari? Dixitq; ei rex: Quid eſt tibi? Et ait: Muli-
er hæc dixit mihi: Da filium tuum, & comedamus eum hodie.
Filium autem meum comedemus cras. Et coximus filium me
um, & comedimus eum. Dixitq; ad eam die altera: Da filium
tuum, & comedemus eum, & aſcondit filium ſuum. Et fuit, cū
audiſſet rex verba mulieris, ſcidit veſtimenta ſua. Et eo tranſe-
G unte ſuper murum, vidit popul⁹, & ecce ſaccus erat ſuper car-
nem eius intrinſecus. Et ait: Sic faciat mihi deus, & ſic addat, ſi
ſteterit caput Eliſaah filij Saphath ſuper eum hodie. Eliſaah au
tem ſedebat in domo ſua, & ſeniores ſedebant ſecum. Miſitq;
rex virum à facie ſua. Antequam veniret nuncius ad eum, di-
xit ad ſeniores: Num vidiſtis quòd miſerit filius homicidæ hu
ius, vt auferre faciat caput meum? Videte, cum venerit nunci-
us, claudite oſtium, & opprimite eum in oſtio. Nònne ſonitus
pedum domini eius poſt eum eſt? Adhuc eo loquente cū eis,
ecce nuncius deſcendebat ad eum & ait: Ecce hoc malum à do
mino eſt. Quid expectabo dominum amplius?

¶ Eliſaah prædicit habitatoribus Someron, abundantiam, fugatur exercitus regis Aram, opprimitur dux incredulus.

CAP. VII.

A DIxit autem Eliſaah: Audite verbum domini. Sic dixit
dominus: iuxta tempus hoc cras ſatum ſimilæ ſeclo, &
duo ſata hordei ſeclo in porta Someron. Et reſpondit dux, cu
ius rex innitebatur ſuper manum, ad virum dei, & ait: Si dn̄s
faceret feneſtras in cælo, nunquid erit hoc? Et dixit: Ecce vide-
bis oculis tuis, ſed inde non comedes. Quatuor autē viri erāt
leproſi ad oſtiū portæ. Dixeruntq; vnuſquiſque ad proximū
ſuum: Quid manemus hic, donec moriamur? Si dixerimus, in
grediamur ciuitatē, fames eſt in ciuitate, & moriemur ibi, & ſi
B manſerimus hic, moriemur. Et nunc venite, & transfugiamus
ad caſtra Aram. Si viuificauerint nos, viuemus: & ſi mortifica
ueriut nos moriemur. Et ſurrexerunt in crepuſcnlo, vt veni-
rent ad caſtra Aram. Veneruntq; vſq; ad extremū caſtrorum
Aram? & ecce non erat ibi quiſq;. Dn̄s autē audiri fecerat in ca
ſtris Aram ſonitū curruū, & ſonitum equorū, ſonitū exercitus
magni. Dixeruntq; vnuſquiſq; ad fratrē ſuum: Ecce mercede
conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Chittæorū, & reges
Aegyptiorū, vt veniant cōtra nos. Et ſurrexerunt, & fugerunt
in crepuſculo, & reliquerunt tētoria ſua, & equos ſuos, & aſi-
nos ſuos, caſtra ſecundū ꝙ erant, & fugerūt pro anima ſua. Et
venerūt leproſi ij vſq; ad extremū caſtrorū, & venerūt ad ten-
C toriū vnū, & comederunt, & biberunt. Tuleruntq; inde argen
tum, & aurū, & veſtes, & abierunt, & abſconderunt. Et reuer-
ſi ſunt, & venerunt ad tentoriū aliud & tulerūt inde, & abie-
runt, & abſconderunt. Dixeruntq; vnuſquiſq; ad proximum
ſuum: Non rectè facimus. Dies hæc dies boni nuncij eſt, & nos
tacemus? Et ſi expectauerimus vſq; ad lucē matutinā inuenier
nos punitio. Et nunc venite, & eamus, & nunciemus in domo
regis. Et venerunt, & clamauerunt ad portarium ciuitatis, &
nunciauerūt eis, dicēdo: Venimus ad caſtra Arā, & ecce nō eſt
ibi quiſq;, nec vox hominis, niſi equi ligati & aſini ligati, & tē
toria ſecundū quòd erāt. Et clamauerunt portarij, & nuncia-
uerūt in domo regis intrinſecus. Surrexitq; rex nocte, & dixit
ſeruis ſuis: Indicabo nunc vobis quod fecerūt nobis Aramæi.
Sciuerūt ꝙ famelici ſumus, & egreſſi ſunt è caſtris, vt latitēt in
agro, dicēdo: Cū egreſſi fuerint è ciuitate, capiem⁹ eos viuos,
& vrbē ingrediemur. Et reſpondit vnus è ſeruis eius, & dixit:
Tollātur nūc quinq; ex equis, q remāſerūt in ea. Ecce ipſi ſunt
in vniuerſa multitudine Iſrael, qui remāſerūt in ea. Ecce inquā
ipſi ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael, qui cōſumpti erant, &
D mittamus, & videamus. Et tulerunt duos curſus equorū, &
miſit rex poſt caſtra Arā, dicēdo: Ite, & videte. Et abierūt poſt
eos vſq; ad Iardē. Et ecce om̄is via plena erat veſtibus, & vaſis
quæ proiecerūt Aramæi dū feſtinarēt. Et reuerſi ſunt nūcij, &
indicauerūt regi. Et egreſſus eſt popul⁹, & diripuit caſtra Arā.
Et fuit ſatū ſimilæ ſeclo, & duo ſata hordei ſeclo iuxta verbum
dn̄i. Rex autē cōſtituit ducē cuius innitebatur ſuper manū ſup
portā, & conculcauit eū populus in porta, & mortu⁹ eſt ſicut
locutus fuerat vir dei, qui locutus eſt quādo deſcendit rex ad
eū. Et fuit, ſecundū quòd locutus eſt vir dei ad regē, dicendo:
duo ſata hordei ſeclo, & ſatū ſimilæ ſeclo erit ſecundū tempus
iſtud cras in porta Someron. Et reſpondit dux ad virū dei, &
ait: Et ſi faceret dn̄s feneſtras in cœlo, nūquid erit hoc? Et dixit:
Ecce tu videbis oculis tuis, ſed inde non comedes. Et fuit ei ſic.
Et conculcauerunt eum populus in porta, & mortuus eſt.

¶ Prædicit Eliſaah mulieri Sunamitidi famem ſeptem annorum. Suffocato Benhadad regnat Chazael in Aram. Regnat Ioram filius Iehoſaphath ſuper Iehudah. Edom recedit a Iehudah. Ioræ ſuccedit Achaziahu filius ſuus ex Nataliahu.

CAP. VIII.

A ELiſaah autem locutus eſt ad mulierem, cuius viuere fece-
rat filium, dicēdo: Surge, & vade, tu & familia tua, & per Supra.5.f.
egrinare vbi potueris peregrinari. Vocauit enim dominus
famem, & etiam venit ſuper terram ſeptem annis. Surrexitq;
B mulier, & fecit iuxta verbum viri dei. Et abiit ipſa, & familia e-
ius, & peregrinata eſt in terra Peliſtim ſeptem annis. Et fuit, in
fine ſeptem annorum, reuerſa eſt mulier è terra Peliſtim. Et e-
greſſa eſt, vt clamaret ad regē pro domo ſua, & pro agro ſuo.
Rex autem Loquebatur ad Ghechazi puerum viri dei, dicen
do: Narra obſecro mihi omnia magnalia quę fecit Eliſaah. Et
fuit, eo narrante regi quod viuere fecerat mortuum, ecce mu-
lier cuius viuificauerat filium, clamabat ad regem pro domo
ſua, & pro agro ſuo. Dixitq; Ghechazi: Domine mi rex. Hæc
eſt mulier, & hic eſt filius eius, quem viuificauit Eliſaah. Et inter
rogauit rex mulierem, & narrauit ei. Deditq; ei rex eunuchum
C vnum, dicendo: Reſtitue omnia quæ erant ei, & omnes fruct⁹
agri à die qua reliquit terram vſque ad hoc tempus. Et venit
Eliſaah in Dammeſec, Benhadad autem rex Aram ęgrotabat.
Nunciatumq; ei, dicendo: Venit vir dei huc vſq;. Et ait rex ad
Chazael: Tolle in manu tua munus, & vade in occurſum viri
dei, & requires dominum ab eo, dicēdo: Nunquid viuam de
infirmitate hac? Et abiit Chazael in occurſum eius, & tulit mu
nus in manu ſua, & om̄e bonum Dammeſec, onus quadragin
ta camelorum, & venit, ſtetitq; coram eo, & ait: Filius tuus
Benhadad rex Aram miſit me ad te, dicendo: Nunquid viuā
D de infimitate hęc? Dixitq; ei Eliſaah: Vade, dic ei: Viuendo vi-
ues. At oſtendit mihi dominus, quòd moriendo morietur.
Et ſtare fecit faciem ſuam, & poſuit donec tardauit. Fleuitq;
vir dei. Dixitq; Chazael: Quare dominus meus flet? Et ait:
Quia noui, quòd facturus es filiis Iſrael malum. Munitiones
eorum mittes in ignem, & iuuenes eorum gladio occides &
paruulos eorum allides, & prægnētes eorum diuides. Dixitq;
Chazael: Quid eſt em̄ ſeruus tuus canis, vt faciat rē magnam
hanc? Dixitq; Eliſaah: Oſtēdit mihi dn̄s te fore regē ſuper Arā.
Et receſſit ab Eliſaah, et venit ad dn̄m ſuū. Dixitq; ei: Quid dixit
tibi Eli-



tibi Eliſaah? Et ait: Dixit mihi: Viuendo viues. Et fuit, in craſti-
E no tulit pannū è pilis caprarū & intinxit in aquā & expandit
2.Par.21.b. ſuper faciem eius, & mortuus eſt, et regnauit Chazael pro eo.
Anno aūt quinto Iorā filij Achab regis Iſrael, & Iehoſaphath
regis Iehudah regnauit Iehorā filius Iehoſaphath rex Iehudah.
Filius trigita, & duorū annorū erat qn̄ regnauit et octo annis
regnauit ī Ieruſalaim. Et ambulauit ꝑ viā regū Iſrael, quēadmo
dū fecerūt dom⁹ Achab. Filia em̄ Achab erat ei vxor. Fecitq;
F malum in oculis domini. Sed noluit dominus diſperdere Ie-
2.Reg.7 b. hudah propter Dauid ſeruum ſuū, quemadmodū dixerat ei,
vt daret ei lucernam, & filiis eius cunctis diebus. In diebus e-
ius defecit Edom à poteſtate Iehudah, & regnare fecerunt ſu-
per ſe regem. Et tranſiuit Iorā in Sehir, & omnes currus cum
eo. Et fuit, ipſe ſurrexit nocte, & percuſſit Edom, qui circunde
derat eū, & principes curruū, fugitq; populus in tabernacula
ſua. Et defecit Edom à poteſtate Iehudah vſq; ad diem hanc.
Tunc defecit Libnah in tēpore illo. Reſiduū autē verborū Io-
ram, & omnia quæ fecit, nònne ſunt ſcripta in libro veborum
dierū regum Iehudah? Dormiuitq; Ioram cū patribus ſuis, &
G ſepultus eſt cū patribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit A-
2.Par.22.a. chaziahu filius ei⁹ pro eo. Anno duodecimo Iorā filij Achab
regis Iſrael regnauit Achaziahu filius Iehorā regis Iehudah.
Viginti & duorum annorum erat Achaziahu, cum regnauit,
& anno vno regnauit in Ieruſalaim. Nomē autē matris eius
erat Hataliahu filia Homri regis Iſrael. Et ambulauit per viam
domus Achab. Fecitq; malum in oculis domini, ſicut domus
Achab. Gener em̄ domus Achab erat Et abiit cū Ioram filio
Achab in prælīū contra Chazael regē Aram in Ramoth Ghil
had, & percuſſerunt Aramæi Iorā. Et reuerſus eſt Ioram rex,
vt curaret ſe in Izrehel à plagis quibus percuſſerāt eū Aramæi
in Ramah, dum pugnaret contra Chazael regem Arā. Acha
ziahu autem filius Iehoram rex Ieudah deſcendit, vt videret
Ioram filium Achab in Izrehel quia ægrotabat.

¶ Iehu fit rex Iſrael, interficit Iehoram regem Iſrael, & Achaziahu regem Iehudah, & Izebel e feneſtra præcipitatam quam comederunt canes.

CAP. IX.

A ELiſah autem propheta vocauit vnum è filijs propheta-
rum, dixitq; ei: Accinge lūbos tuos, & tolle lenticulam
3.Re.19.c. olei huius in manu tua, & vade in Ramoth Ghilhad. Et veni-
ens illuc, vide Iehu filium Iehoſaphath filij Nimſi, & venies, &
ſtatues eum de medio fratrum ſuorum, & introduces eum in
cubiculum ante cubiculum. Et tolles lenticulam olei, & fundes
ſuper caput eius, & dices: Sic dixit dominus: Vnxi te in regem
ſuper Iſrael. Et aperies oſtium, & fugies, & non expectabis. Et
abiit puer, puer prophetæ in Ramoth Ghilhal. Et venit, & ec-
ce principes exercitus ſedebant, & dixit: Verbum eſt mihi ad
te ô princeps. Dixitq; Iehu: Ad quem ex omnibus nobis. Et di
xit: Ad te ô princeps. Surrexitq;, & ingreſſus eſt domum, & fu
B dit oleū ſuper caput eius, dixitq; ei: Sic dixit dominus deus Iſ-
3.Re.21.f. rael: Vnxi te in regem ſuper populum domini, ſuper Iſrael. Et
percuties domum Achab domini tui, & vlciſcar ſanguinem
3.Re.18.g. ſeruorum meorum prophetarum, & ſanguinem omnium ſer
3.Re.16 a. uorum domini de manu Izebel. Et peribit omnis domus A-
chab, & ſuccidam de Achab mingentem ad parietem, & clau-
ſum, & derelictum in Iſrael. Et dabo domum Achab, ſicut do
mum Iarobham filij Nebath, & ſicut domum Bahaſa filij A-
chiiah. Izebel autem comedent canes in agro Izrehel, & non
erit ſepeliens. Et aperuit oſtium, & fugit. Iehu autē egreſſus eſt
ad ſeruos domini ſui. Dixitq; ei quidam: Eſt ne pax? Cur venit
inſanus ille ad te? Dixitq; ad eos: Vos noſtis virum, & eloquiū
C eius? Et dixerunt: Falſum eſt. Indica nunc nobis. Et dixit: Sic, &
ſic, dixit mihi, dicendo: Sic dixit dominus: Vnxi te in regem ſu
per Iſrael. Et feſtinauerunt, & tulerunt vnuſquiſq; veſtimentū
ſuum, & poſuerunt ſubter eum ſuper faſtigium graduum, &
Supra.8.g. clanxerunt tuba, atque dixerunt: Regnauit Iehu. Et coniura-
uit Iehu filius Iehoſaphath filij Nimſi contra Ioram. Ioram
autem obſeruauera: Ramoth Ghilhad, ipſe, & omnis Iſrael à
facie Ghazael regis Aram. Et reuerſus fuerat Iehoram rex, vt
curaret ſe in Izrehel à vulneribus, quibus vulnerauerant eum
Aramæi, dum pugnaret cōtra Chazael regem Aram. Dixitq;
Iehu: Si eſt voluntas veſtra, ne egrediatur euaſor è ciuitate, vt
vadat ad annunciandum in Izrehel. Et equitauit Iehu, & abiit
D in Izrehel. Ioram enim cubabat ibi, & Achaziah rex Iehudah
deſcenderat ad videndum Ioram. Speculator autem ſtabat ſu Supra.8.g.
per turrem in Izrehel, & vidit globum Iehu, eo veniente, & di
xit: Globum video. Dixitq; Iehoram: Tolle equitantem, & mit
te in occurſum eorum, & dicat: Num eſt pax? Et abiit equitās
equum in occurſum eius, & dixit: Sic dixit rex: Eſt ne pax? Di-
xitq; Iehu: Quid tibi, & paci? Gyra poſt me. Et nunciauit ſpe-
culator, dicendo: Venit nuncius vſque ad eos, & non reuerti-
tur. Miſitq; equitantem equum ſecundum, & venit ad eos, &
ait: Sic dixit rex: Num eſt pax? Et dixit Iehu: Quid tibi, et paci?
Gyra poſt me. Nunciauitq; ſpeculator, dicendo: Venit vſque
ad eos, & non reuertitur. Inceſſus autem eſt ſicut inceſſus Iehu
E filij Nimſi, quia furioſè incedit. Dixitq; Iehoram: Liga. Et liga-
uit currum eius. Et egreſſus eſt Iehoram rex Iſrael, & Achazia
hu rex Iehudah vnuſquiſq; in curru ſuo, & egreſſi ſunt in oc-
curſum Iehu. Et inuenerunt eum in agro Naboth Izrehelitæ.
Et fuit, cum vidiſſet Iehoram Iehu, dixit: Num eſt pax Iehu? Et
dixit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Izebel matris tuæ, & ve
neficia eius multá ſunt. Et conuertit Iehoram manus ſuas, &
fugit. Dixitq; Achaziahu: Dolus Achaziah. Iehu autem imple-
uit manum ſuam arcu, & percuſſit Iehoram inter brachia e-
ius, & egreſſa eſt ſagitta è corde eius, & incuruauit ſe in curru
ſuo. Dixit autem ad Bidcar ducem ſuum: Tolle, proiice eum
in partem agri Naboth Izrehelitæ. Memini enim ego & tu cū
equitaremus copulati poſt Achab patrem eius, quòd domi-
nus leuauit aduerſus eum prophetiam hanc. Si non ſanguinē 3.Re.21.f.
Naboth, & ſanguinem filiorum eius, vidi heri nocte, dicit do-
F minus. Reddam tibi in agro hoc, dicit dominus. Et nunc tol-
le, & proiice eum in agrum, iuxta verbum domini. Achaziah
autem rex Iehudah vidit, & fugit per viam domus horti. Per
ſecutusq; eſt eum Iehu, & ait: Etiam hunc percutite ſuper cur-
rum. In aſcenſu Ghur quæ eſt iuxta Ibleham. Et fugit in Me-
ghiddo, & mortuus eſt ibi. Et equitare fecerunt eum ſerui eius
in Ieruſalaim, ſepelieruntq; eum in ſepulchro ſuo cum patrib⁹
ſuis in ciuitate Dauid. Anno autem vndecimo, anno Ioram fi
lij Achab regnauit Achaziah ſuper Iehudah. Venitq; Iehu in
G Izrehel. Izebel autem audiuit, & poſuit fucum in oculis ſuis,
& decorauit caput ſuum, & reſpexit de feneſtra. Et Iehu ingre 3.Reg.16.c.
diebatur per portam, & dixit: Num pax fuit ipſi Zimri occi-
ſori domini ſui? Et leuauit faciem ſuam ad feneſtram, & dixit:
Quis eſt mecum, quis? Et reſpexerunt ad eum duo vel tres eu-
nuchi. Et dixit: Deiicite eam. Et deiecerunt eam. Et aſperſus
eſt de ſanguine eius in parietem, & in equos, & conculcauit e-
am. Et venit, & comedit, & bibit, & dixit: Viſitate nunc male
dictam illam, & ſepelite eam, quia filia regis eſt. Et abierunt, vt
ſepelirent eam, & non inuenerunt ex ea, niſi caluariam, & pe- 3.Reg.21.f.
des, & palmas manuum. Et reuerſi ſunt & nunciauerunt ei. Et
xit: verbum domini eſt quod locutus eſt per manum ſerui ſui
Eliiahu Tisbitæ, dicendo: In agro Izrehel comedent canes car
nem Izebel. Et erit cadauer Izebel, ſicut ſtercus ſuper faciem a-
gri in agro Izrehel, vt nemo dicat, hæc eſt Izebel.

¶ Iehu occiſis ſeptuaginta filiis Achab, iugulat quadraginta duos fratres Achaziahu, omnibus quoque ſacerdotibus Bahal aſtu interfectis, ex eius templo latrinas facit.

CAP. X.

A ACHab autem fuerant ſeptuaginta filij in Someron. 3.Re.16.c.
Scripſitq; Iehu literas, & miſit in Someron ad princi-
pes Izrehel ſeniores, & ad nutricios Achab, dicendo: Et nunc
cum venerit epiſtola hæc ad vos, (& vobiſcum ſunt filij do-
mini veſtri, & vobiſcum ſunt currus, & equi, & ciuitas mu
nita, & arma.) Videte meliorem, & qui placet de filiis domi-
ni veſtri, & ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro

domo domini veſtri. Timueruntq; vehementiſſime, atque
dixerunt: Ecce duo reges non ſteterunt coram eo, & quo
modo ſtabimus nos? Et miſerunt qui erant ſuper domum, &
qui erant ſuper ciuitatem, & ſeniores, & nutricij ad Iehu, dicẽ-
do: Serui tui ſumus, & omnia quæ dixeris nobis, faciem⁹. Nõ
B conſtituemus regem quenquam. Quod bonum eſt in oculis
tuis, fac. Scripſit autem ad eos epiſtolam ſecundam, dicendo:
Si mei eſtis, & voci meæ obeditis, tollite capita virorum filio-
rum domini veſtri, & venite ad me tempore hoc cras in Izre-
hel. Filij autem regis ſeptuaginta viri, cum maioribus ciuita-
tis nutrientibus eos, erant. Et fuit, cum veniſſet epiſtola ad e-
os, tulerunt filios regis & iugulauerunt ſeptuaginta viros, &
poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum in
Izrehel. Venit autem nuncius, & indicauit ei, dicendo: Attule
C runt capita filiorum regis. Et dixit: Ponite ea in duobus acer-
uis ad oſtium portæ vſq; mane. Et fuit mane, & egreſſus eſt, et
3. Re. 21. c. ſtetit & ait ad omnẽ populũ: Iuſti vos eſtis. Ecce ego coniura
ui contra dominum meum, & interfeci eum, ſed quis percuſſit
omnes hos? Scitote nunc, quòd non cecidit de ſermone domi
ni in terram, quem locutus eſt dominus contra domum A-
chab. Et dominus fecit quod locutus eſt per manus ſer-
ui ſui Eliiahu. Percuſſitq; Iehu omnes qui remanſerant de do-
mo Achab in Izrehel, & omes optimates eius, propinquoſq;
eius, ac ſacerdotes eius, donec non reliquit ei ſuperſtitem. Et
ſurrexit, & venit, & abiit in Someron ad domũ tonſtrinæ pa-
ſtorum in via. Et Iehu inuenit fratres Achaziahu regis Iehu-
dah, & dixit: Qui eſtis? Et dixerunt, fratres Achaziahu ſumus,
& deſcendimus ad ſalutandum filios regis, & filios reginæ. Di
xitq;: Comprehendite eos viuos. Et comprehenderunt eos vi
uos, & iugulauerunt eos in ciſterna domus tonſtrinæ, quadra
ginta & duos viros, & non reliquit ex eis quenquam. Et abiit
D inde, & inuenit Iehonadab filiũ Rechab in occurſum ſibi, & ſa
lutauit eum, & ait ei: Nunquid eſt cor tuum rectum, quemad
modum eſt cor meum cũ corde tuo? Dixitq; Iehonadab: Eſt,
& eſt. Da, inquit, manum tuam. Et dedit ei manum ſuam. Et
aſcendere fecit eum ad ſe in curru. Et dixit: Veni mecum, & vi
de zelum meum pro domino. Et equitare fecit eum in curru
ſuo. Et venit in Someron, & percuſſit omnes qui remanſerant
de Achab in Someron, donec diſperdidit ipſum, iuxta verbũ
domini, quod locutus fuerat ad Eliiahu. Congregauit autem
Iehu omnem populũ, dixitq; ad eos: Achab coluit Bahal pa-
rum, Iehu colet eum multum. Et nunc omnes prophetas Ba-
hal, omnes ſeruos eius, & omes ſacerdotes eius vocate ad me.
Quiſquam ne deficiat. Sacrificium enim grande eſt mihi erga
Bahal. Omnis qui defecerit, non viuet. Iehu autẽ faciebat calli
dè, vt perderet cultores Bahal. Dixitq; Iehu: Sanctificate cœtũ
pro Bahal, & vocauerunt. Miſitq; Iehu in omnem Iſrael, & ve
E nerunt omnes cultores Bahal, & non remanſit quiſquam qui
non venerit. Et ingreſſi ſunt domum Bahah. Et repleta eſt do
mus Bahal ab extremo vſq; ad extremum. Dixitq; ei qui erat
ſuper theſauro veſtium: Profer veſtimentum omnibus culto
3. Re. 16. g. ribus Bahal. Et protulit eis veſtes. Ingreſſus eſt autem Iehu, &
Iehonadab filius Rechab domũ Bahal, dixitq; cultoribus Ba-
hal: Scrutamini, & videte ne forte ſit hic vobiſcum de ſeruis
domini, niſi cultores Bahal ſoli. Et ingreſſi ſunt, vt facerẽt ſacri
ficia, & holocauſta. Iehu autem poſuit ſibi foris octoginta vi-
ros, & ait: Vir qui euaſerit de hominibus quos ego adduco
F ad manus veſtras, anima eius erit pro anima illi⁹. Et fuit, cum
compleuiſſet facere holocauſtum, dixit Iehu curſoribus, & du
cibus: Ingredimini, percutite eos, quiſquam ne egrediatur. Et
percuſſerunt eos acie gladij, & proiecerunt occiſos ipſi curſo
res, & duces. Et ierunt vſq; ad ciuitatem domus Bahal. Et edu
xerunt ſtatuas domus Bahal, & combuſſerunt eam, & dirue-
runt ſtatuam Bahal. Et diruerunt domum Bahal, & poſuerũt
eam pro latrinis vſque hodie. Et deleuit Iehu Bahal de Iſrael.
Veruntamen à peccatis Iarobham filij Nebath, qui peccare fe
cit Iſrael, non declinauit Iehu, vitulis ſcilicet aureis qui erant
D in Bethel, & qui erant in Dan. Dixit autem dominus ad Iehu:
Pro eo quod benefeciſti, vt faceres quod rectum erat in ocu- Infra. 15. e.
lis meis, iuxta omnia quæ erant in corde meo, feciſti domui
Achab, filij quartæ generationis ſedebunt tibi ſuper ſolium Iſ
rael. Iehu autem non cuſtodiuit, vt ambularet in lege domini
dei Iſrael toto corde ſuo. Non declinauit à peccatis Iarobhã,
qui peccare fecit Iſrael. In diebus illis cœpit dominus excidere
in Iſrael. Et percuſſit eos Chazael in omni termino Iſrael. A
Iarden ad ortum ſolis omnem terram Ghilhad Ghaditen, &
Reubeniten, & Menaſſiten ab Haroher, quæ eſt iuxta torren-
tem Arnon, & Ghilhad, & Baſan. Reſiduum autem verborũ
Iehu, & omnia quæ fecit, & omnis fortitudo eius, nónne ſunt
ſcripta in libro verborum dierum regum Iſrael? Dormiuitq;
Iehu cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Someron, & re-
gnauit Iehoachaz filius eius pro eo. Dies autem quibus regna-
uit Iehu ſuper Iſrael, fuerunt viginti, et octo anni in Someron.

¶ Hathaliah interficit omne ſemẽ regium, Ioab filius achaziahu abſconditur,
Ioab fit rex, Hathaliah interficitur. C A P. X I.

A HAthaliah autem mater Achaziahu vidit quòd mortu
us eſſet filius ſuus, & ſurrexit, & perdidit omne ſemen
regium. Et tulit Iehoſebah filia regis Ioram, ſoror Achaziahu 2. Par. 22. d.
Ioas filium Achaziahu, & furata eſt eum è medio filiorum re-
gis qui interficiebantur, ipſum, & nutricem eius in cubiculo
lectorum. Et occultauerunt eum à facie Hathaliahu, & non eſt
interfectus. Fuitq; ſecum in domo domini abſconditus ſex an
nis. Hathaliah autem regnabat ſuper terram. Anno autem ſe-
ptimo miſit Iehoiadah & tulit centuriones, duces & curſo- 2. Par. 23. a.
res, & introduxit eos ad ſe in domum domini, & percuſſit cũ
eis fœdus, & iurare fecit eos in domo domini, & oſtendit eis
filium regis. Præcepitq; eis, dicẽdo: Hoc eſt quod facietis. Ter
tia pars ex vobis ingrediantur ſabbato, & cuſtodiãt cuſtodiã
domus regiæ. Et tertia pars erit in porta Sur, & tertia pars in
porta quæ eſt poſt curſores, & cuſtodietis cuſtodiam domus
à demolitione. Et due pates ex vobis, omnes egredientes ſab-
B bato cuſtodiant cuſtodiã domus domini circa regem. Et cir-
cundabitis regem per circuitum vnuſquiſque & arma eius in
manu eius. Qui venerit ad ſeptum, interficiatur. Et eſtote cum
rege, quando egreditur, & quando ingreditur. Et fecerunt cen
turiones iuxta omnia quæ præceperat Iehoiadah ſacerdos. Et
tulerunt vnuſquiſq; viros ſuos ingredientes ſabbato, cũ egre-
dientibus ſabbato: & venerunt ad Iehoiadah ſacerdotem. De-
ditq; ſacerdos centurionibus lanceas, & clypeos quæ fuerant
regis Dauid, quæ erant in domo domini. Et ſteterunt curſores
C vnuſquiſq;, & arma eius in manu eius, à latere dom⁹ dextero,
vſq; ad latus domus ſiniſtrum, ad ipſum altare & domum, iu
xta regem per circuitum. Et eduxit filiũ regis, & poſuit ſuper
eum diadema, & ornamentum, & regem conſtituerunt eum.
Vnxeruntq; eum plauſerũtq; manu, atq; dixerunt: Viuat rex.
Audiuit autem Hathaliah ſonitum currentium populorum,
& ingreſſa eſt ad populum in domum domini. Et vidit, & ec
ce rex ſtabat iuxta columnam ſecũdum morem, & principes,
& tubæ ante regem, & omnis populus terræ lætus, & clange-
bant tubis. Et ſcidit Hathaliah veſtimẽta ſua, & clamauit: Con
iuratio, coniuratio. Et præcepit Iehoiadah ſacerdos centurio-
nibus præpoſitis exercit⁹, dixitq; ad eos: Educite eam è ſepto,
& qui ſecutus fuerit eam, interficiatur gladio. Dixerat enim ſa-
cerdos, ne moriatur in domo domini. Dederuntq; ei locum
D & venit per viam introitus equorum domus regiæ, & inter-
fecta eſt ibi. Percuſſit autem Iehoiadah fœdus inter dominũ,
& regem, & populum, vt eſſet populus domini, & inter regẽ,
& populum. Et ingreſſi ſunt omnis populus terrę domũ Ba-
hal, & diruerunt illam, & aras eius, & imagines eius confrege-
runt bene, & Mattan ſacerdotem Bahal occiderunt ante aras.
Et poſuit ſacerdos præfectos ſuper domum domini. Tulitq;
centuriones, & duces, & curſores, & omnem populum terræ
& deſcendere fecerunt regem è domo domini, & venerũt per
viam portę curſorum in domũ regiam, & ſedit ſuper thronũ
regum. Et



regum. Et lætatus eſt omnis populus terræ, & ciuitas requie-
uit. Hathaliahu autem occiderunt gladio, in domo regia.

¶ Sacerdotibus non inſtaurantibus templum Iehoas aufert pecuniã, & in eius
uſum expendit: interficit a duob⁹ ſeruis ſuis, ſuccedit Amaſiahu filius ſuus.
C A P. X I I.

A SEptem annorum erat Iehoas, quũ regnauit. Anno ſepti-
mo Iehu regnauit Iehoas, & quadraginta annis regnauit
in Ieruſalaim. Nomen autem matris eius Sibiah de Beer Se-
bah. Fecitq; Iehoas quod rectum eſt in oculis domini omni-
bus duebus ſuis quibus docuit eum Iehoiadah ſacerdos: Ve-
runtamen excelſa non remouerunt. Adhuc populus immola
bat, & ſuffiebat in excelſis. Dixitq; Iehoas ad ſacerdotes: Omnẽ
pecuniam ſanctitatum quæ introducetur in domum domini,
pecuniam tranſeuntis viri, pecuniam animarum æſtimationis
eius, omnem pecuniam quæ aſcenderit ſuper cor viri, vt ad-
ducant in domum domini, tollent ſibi ſacerdotes vnuſquiſq;
a inſtaurabunt à noto ſuo, & [a] fortificabunt rimas domus ſecundum omnes
quæ inuentæ fuerint ibi, rimas. Et fuit, anno vigeſimo, & ter-
tio anno regis Iehoas non fortificauerant ſacerdotes rimas tẽ
pli Et vocauit rex Iehoas Iehoiadah ſacerdotem, & ſacerdo-
tes. Dixitq; ad eos: Cur non fortificaſtis rimas templi? Et nunc
B ne accipiatis pecuniam à notis veſtris, ſed ad rimas dom⁹ tra
dite eam. Et morem geſſerunt ſacerdotes, vt non acciperent
pecuniam à populo, neque fortificarent rimas domus. Et tu-
lit Iehoiadah ſacerdos arcam vnius, & perforauit foramen in
oſtio eius, & poſuit eam apud altare in dextera, cum ingredi-
tur vnuſquiſque in domum dñi, & poſuerunt ibi ſacerdotes,
C cuſtodes [b] liminis, omnẽ pecuniam, quæ adducebatur in do-
b uaſorum mum domini. Et erat, qñ videbãt, quòd multa pecunia eſſet
in arca, aſcẽdebat ſcriba regis, & ſacerdos magnus, & ligabãt,
& numerabant pecuniam, quæ inueniebatur in domi dñi. Et
c ſignatã ſeu numeratam. tradebant pecuniã [c] paratam per manus faciẽtium opus qui
præerant in domo dñi, & educebant eam ad fabros lignarios,
& ad ædificatores qui operabantur in domo dñi: ad cementa
rios & cæſores lapidum, & vt emerent ligna, & lapides do-
latos, vt fortificarent rimas domus dñi: & ad omne quod e-
grediebatur ſuper domum ad muniendum. Veruntñ non fie
bant in domo domini crateræ argenteæ, pſalteria, pelues, tu-
bæ, omnia vaſa aurea, & omnia vaſa argentea, ex pecunia quę
inferebatur in domũ dñi. Facientibus em̃ op⁹ dabant eam, &
fortificabant ex ea domũ dñi. Et non rationẽ faciebant redde-
re homines per quorum manus dabant pecunias, vt darent fa
cientibus opus, ſed in fide faciebant. Pecunia pro delicto, & pe
cunia pro peccatis non inferebatur in domum domini. Sacer
D dotum erat. Tunc aſcendit Chazael rex Aram, & pugnauit cõ
tra Ghath, cepitq; eam. Et poſuit Chazael faciem ſuã, vt aſcen
deret contra Ieruſalaim. Tulit autem Iehoah rex Iehudah o-
mnia ſanctifi cata quæ ſanctificauerant Iehoſaphath, & Ieho-
ram & Achaziahu patres eius reges Iehudah, & ſanctificata
ſua, & omne aurum quod inuentum eſt in theſauris domus
domini, & domus regis, & miſit ad Chazael regem Aram, et
aſcendit à Ieruſalaim. Reſidua autem Iehoas, & omnia quæ fe-
cit, nõne ſunt ſcripta in libro verborum dierum regum Iehu-
dah? Et ſurrexerunt ſerui eius, & coniurauerunt coniuratio-
nem, & percuſſerunt Iehoas in domo Millo, quæ deſcendit in
Silla. Iozachar autem filius Simhath, & Iehozabad filius So-
mer ſerui eius percuſſerunt eum, & mortuus eſt. Et ſepelierunt
eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit Amaſia-
hu filius eius pro eo.

¶ Iehoachaz rex Iſrael, filius Iehu traditur in manus Aramęorum,
moritur, ſuccedit Ioas filius ſuus moritur Eliſah.
C A P. X I I I.

A ANno vigeſimo, & tertio anno Ioas filij Achaziahu re
gis Iehudah regnauit Iehoachaz filius Iehu ſuper Iſrael
in Someron ſeptem & decem annis. Et fecit quod malum eſt
in oculis domini, & ambulauit poſt peccata Iarobhã filij Ne-
bath, qui peccare fecit Iſrael, non declinauit ab eis Iratuſq; eſt
furor domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu Chazael
regis Aram, & in manu Benhadad filij Chazael omnibus di
ebus. Et deprecatus eſt Iehoachaz faciem domini, & exaudiuit
eum dominus. Vidit enim oppreſſionem Iſrael, qua oppreſſit
eos rex Aram. Et dedit dominus Iſraeli ſeruatorem, & egreſſi
ſunt de poteſtate Aram, habitaueruntq; filij Iſrael in taberna-
culis ſuis ſicut heri, & nudiuſtertius. Veruntamen non receſſe-
B runt à peccatis domus Iarobham, qui peccare fecit Iſrael, per
ea ambulauit, & etiam lucus ſtetit in Someron. Non enim di-
miſit ipſi Iehoachaz de populo, niſi quinquaginta equites, &
decem currus, & decem milia peditum. Diſperdiderat enim e-
os rex Aram, & poſuerat eos veluti puluerem ad triturandũ.
Reſidua autem Iehoachaz, & omnia quæ fecit, & fortitudo e-
ius, nónne ſunt ſcripta in libro verborum dierum regum Iſra
el? Dormiuitq; Iehoachaz cum patribus ſuis, & ſepelierunt eũ
in Someron, regnauitq; Ioas filius eius pro eo. Anno trigeſi-
mo, & ſeptimo anno Ioas regis Iehudah regnauit Iehoas filius
Iehoachaz ſuper Iſrael in Someron ſedecim annis. Et fecit ma
lum in oculis domini Non declinauit ab omni peccato Iaro-
bham filij Nebath, qui peccare fecit Iſrael, in eo ambulauit. Re
ſidua autem Ioas, & omia quæ fecit, & fortitudo eius, qua pu
gnauit cum Amaſiahu rege Iehudah nónne ſunt ſcripta in li-
bro verborum dierum regum Iſrael. Dormiuitq; Ioas cum
patribus ſuis. Iarobham autem ſedit ſuper ſolium eius. Sepul-
C tuſq; Ioas in Someron cum regibus Iſrael. Eliſaah autẽ ægro-
tauit ægrotatione ſua de qua mortuus, & deſcendit ad eum
Iohas rex Iſrael, & fleuit ſuper faciem eius, & dixit: Pater mi, pa
ter mi, currus Iſrael, & equites eius. Dixitq; ei Eliſaah: Tolle ar-
cum & ſagittas. Et accepit arcum, & ſagittas. Dixitq; ad regem
Iſrael apprehende manu tua arcum. Et apprehendit manum
ſuam, & poſuit Eliſaah manus ſuas ſuper manus regis. Et dixit
D Aperi feneſtram ad orientem. Et aperuit. Dixitq; Eliſaah: Iace.
Et iecit. Et ait: Sagitta ſalutis domini, & ſagitta ſalutis contra
Aram. Percutieſq; Aram in Aphec, donec conſumas. Et ait:
Tolle ſagittas. Et tulit. Dixitq; ad regem Iſrael: Percute terram.
Et percuſſit tribus vicibus, & ſtetit. Et iratus eſt contra eum
vir dei, & ait: Percutiendum erat quinque vel ſex vicibus, tũc
percuſſiſſes Aram, donec conſumpſiſſes. Nunc autem tribus
vicibus percuties Aram. Et mortuus eſt Eliſaah, & ſepelierunt
eum. Caſtra autem Moab venerunt in terram ſequenti anno. Eccl. 48. b.
Et fuit, quibuſdam ſepelientibus virum, ecce viderunt caſtra,
& proiecerunt virum in ſepulchrũ Eliſaah. Et abiit, & tetigit
vir oſſa Eliſaah, & vixit, & ſurrexit ſuper pedes ſuos. Chazael
autem rex Aram oppreſſit Iſrael omnibus diebus Iehoachaz.
Et miſeratus eſt dominus eis, & miſertus eſt eorum, & conuer
ſus eſt ad eos propter pactum ſuum cum Abraham, Iſchac,
& Iahacob, & noluit diſperdere eos, nec proiecit eos à facie
ſua, vſq; ad hoc tempus. Mortuus eſt autem Chazael rex A-
ram, & regnauit Benhadad filius eius pro eo. Et reuerſus eſt Ie
hoas filius Iehoachaz, & tulit ciuitates de manu Benhadad fi-
lij Chazael, quas tulerat de manu Iehoachaz patris ſui in præ
lio. Tribus vicibus pcuſſit eũ Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

¶ Amaſiahu rex Iehudah interficit occiſores patris, percutit Edom, capi-
tur a Ioa rege Iſrael, diripitur a Ioa tẽplum domini, Ioas moritur,
ſuccedit Iarobham filius eius, occiditur Amaziahu in La
chis, ſuccedit Hazariah filius, Ierobham uero
mortuo, ſuccedit Zechariah.
C A P. X I I I I.

A ANno ſecundo Ioas filij Iehoachaz regis Iſrael regnauit
Amaſiahu filius Ioas regis Iehudah. Viginti & quinq; 2. Par. 25. a.
annorum erat, quando regnauit, viginti autem & nouem an-
nis regnauit in Ieruſalaim. Nomen verò matris eius Iehohad-
dan de Ieruſalaim. Et fecit quod rectum erat in oculis domi-
ni. Veruntamen non ſicut Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ
B fecit Ioas pater eius, fecit. Veruntamen excelſa non abſtulerũt.
Adhuc popul⁹ immolabat, & ſuffiebat in excelſis. Et fuit, quũ
roboratum eſſet regnum in manu eius, percuſſit ſeruos ſuos,
qui percuſſerant regem patrem ſuum. Filios autem percuſſo
rum non occidit, ſicut ſcriptũ eſt in libro legis Moſeh, in quo

Deut.24.c. Ezec.18.c. præcepit dominus dicendo: Non morientur patres pro filiis,
& filij nō morientur pro patribus, ſed vnuſquiſque pro pec-
cato ſuo morietur. Ipſe pcuſsit Edom in valle ſalis decem mi
lia, & cepit Selah in bello, & vocauit nomen eius Iocteel vſq;
C ad diem hanc. Tunc miſit Amaſiahu nuncios ad Ioas filium
Iehoachaz, filij Iehu regis Iſrael, dicendo: veni, videamus nos
facie. Miſitq; Iehoas rex Iſrael ad Amaſiahu regem Iehudah,
dicendo: Carduus qui eſt in Lebanon miſit ad cedrum quæ
eſt in Lebanon, dicendo: Da filiam tuam filio meo vxorem,
& tranſiuit beſtia agri, quæ eſt in Lebanon, & cōculcauit car-
duum. Percutiēdo percuſsiſti Edom, & eleuauit te cor tuum.
Gloriare, & ſede in domo tua. Et vt quid prouocas te in ma-
lum, vt cadas tu, & Iehudah tecum. Et nō audiuit Amaſiahu.
Et aſcendit Iehoas rex Iſrael, & viderunt ſe facie, ipſe & Amaſi
ahu rex Iehudah in Bethſemes, quæ eſt ipſi Iehudah. Et cæſus
D eſt Iehudah coram Iſrael, & fugerunt vnuſquiſque in taberna-
cula ſua. Amaſiahu verò regem Iehudah filium Iohoas filij A-
chaziahu, cepit Ioas rex Iſrael in Bethſemes, & venit in Ieru-
ſalaim. Et diruit murum Ieruſalaim à porta Ephraim, vſque
ad portam anguli quadringentis cubitis. Tulitq; omne au-
rum, & argentum, & vaſa quę inuenta ſunt in domo domini,
& in theſauris domus regię, & filios obſides, & reuerſus eſt
in Someron. Reſidua autem Iehoas quæ fecit, & fortitudo e-
ius, & quomodo pugnauit cū Amaſiahu rege Iehudah, non
E ne ſunt ſcripta in libro verborū dierum regum Iſrael? Dormi
uitq; Iehoas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Someron cū
regibus Iſrael, & regnauit Iarobham filius eius pro eo. Vixit
autem Amaſiahu filius Ioas rex Iehudah poſtquam mortu-
us eſt Iehoas filius Iehoachaz regis Iſrael, quindecim annis. Re
ſidua autem Amaſiahu, nōnne ſunt ſcripta in libro verborum
dierum regum Iehudah? Et coniurauerunt aduerſus eum con
iurationem in Ieruſalaim, & fugit in Lachis. Et miſerunt poſt
eum in Lachis, & occiderunt eum ibi. Et tulerunt eum in e-
2.Par.26.a. quis, & ſepultus eſt in Ieruſalaim cum patribus ſuis in ciui-
tate Dauid. Tulerunt autem vniuerſus populus Iehudah Ha-
zariah. (Et erat ſedecim annorum,) & regem conſtituerunt e-
um pro patre ſuo Amaſiahu. Ipſe ædificauit Elath, & reſtituit
eam ipſi Iehudah poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis.
Anno quintodecimo, Amaſiahu filij Ioas regis Iehudah, re-
F gnauit Iarobā filius Ioas ſup Iſrael in Somerō quadraginta et
vno annis. Et fecit malum in oculis domini. Nō declinauit ab
omnibus peccatis Iarobham filij Nebath, qui peccare fecit Iſ-
rael. Ipſe reſtituit terminum Iſrael ab introitu Chamath vſq;
ad mare ſolitudinis, iuxta verbum domini dei Iſrael, quod lo-
G cutus fuerat per manum ſerui ſui Ionah filij Amithai prophe
tæ qui erat de Gathhachepher. Vidit enim dominus afflictio
a acerbam nem Iſrael [a] mutabilem valde. Et non erat clauſus, nec dereli-
ctus, neq; auxilians Iſraeli. Et non eſt locutus dominus, vt dele-
ret nomen Iſrael, vt non eſſet ſub cœlo. Et ſeruauit eos per ma
num Iarobham filij Ioas. Reſidua autem Iarobham, & omnia
quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit, & qua reſtituit Dā-
meſec, & Chamath ipſi Iehudah in Iſrael, nōnne ſunt ſcripta in
libro verborum dierum regū Iſrael? Et dormiuit Iarobham
cum patribus ſuis cum regibus Iſrael, & regnauit Zechariah
filius eius pro eo.

¶ Hazariah leproſo ſuccedit Iothan, Sallum interficit Iarobham regem Iſrael, regnatq; pro eo, deinde Menachem, Pechahiah, Pechach, Hozeah. Mortuo Iothan rege Iehudah ſuccedit Achaz filius eius. CAP. XV.

A ANno vigeſimo, & ſeptimo anno, Iarobham regis Iſra
el, regnauit Haſariah filius Amaſiah regis Iehudah. Se-
decim annorum erat quando regnauit, & quinquaginta, &
duobus annis regnauit in Ieruſalaim. Et nomen matris eius Ie
choliahu, de Ieruſalaim. Et fecit quod rectum erat in oculis do
mini iuxta omnia quæ fecerat Amaſiahu pater eius. Verunta
men excelſa non abſtulerunt, adhuc populus immolabat, &
2.Para.26.d ſuffiebat in excelſis. Percuſsit autem dominus regem, & fuit
leproſus vſque ad diem quo mortuus eſt. Et habitauit in do-
mo libera. Iothan verò filius regis erat ſuper domum iudicās
B populum terræ. Reſidua autem Hazariahu, & omnia quæ fe
cit, nōnne ſunt ſcripta in libro verborum dierum regum Ie-
hudah. Et dormiuit Hazariah cum patribus ſuis, & ſepelierūt
eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit Iothan
filius eius pro eo. Anno trigeſimo & octauo anno Hazaria-
hu regis Iehudah regnauit Zechariahu filius Iarobham ſuper
Iſrael in Someron ſex menſibus. Et fecit malum in oculis do-
C mini quemadmodum fecerunt patres eius. Non declinauit à
peccatis Iarobham filij Nebath qui peccare fecit Iſrael. Et con
iurauit aduerſus eum Sallum filius Iabes, & percuſsit eum co-
ram populo, & occidit eum, & regnauit pro eo. Reſidua au- Supra.10.a.
tem Zechariahu, ecce ipſa ſunt ſcripta in libro verborum
dierum regum Iſrael. Hoc eſt verbum domini quod locutus
fuerat ad Iehu, dicendo: Filij quartæ generationis ſedebunt ſu
per thronum Iſrael, fuitq; ita. Sallum autem filius Iabes regna
uit anno trigeſimo & nono Hazariahu regis Iehudah, & re-
gnauit per menſem dierum in Someron. Et aſcendit Mena-
chem filius Ghadi de Tirſah. Venitq; in Somerō & percuſsit
Sallum filium Iabes in Someron & interemit eum, regnauitq;
pro eo. Reſidua autem Sallum & coniuratio eius qua coniu-
rauit, ecce ſunt ſcripta in libro verborum dierum regum Iſ-
D rael. Tunc percuſſit Menachem Tiphſah, & omnes qui erant
in ea, & terminos eius à Tirphſah, quia non aperuerat, percuſ
ſit, & omnes prægnantes eius ſcidit. Anno trigeſimo & nono
anno Hazariahu regis Iehudah regnauit Menachē filius Gha-
di ſuper Iſrael decem annis in Someron. Et fecit malum in ocu
lis domini. Non receſsit à peccatis Iarobham filij Nebath qui
peccare fecit Iſrael omnibus diebus ſuis. Venit Pul rex Aſſur
contra terram. & dedit Menachem ipſi Pul mille talenta argē
ti, vt eſſet manus eius ſecum ad roborandum regnum in ma-
nu eius. Et indixit Menachem argentum ſuper Iſrael, ſuper o-
mnes potentes ſubſtantia, vt darent regi Aſſur quinquaginta
ſeclos argenteos ſinguli. Et reuerſus eſt rex Aſſur, & non ſtetit
ibi in terra. Reſidua autem Menachem, & omnia quæ fecit, nō
ne ſunt ſcripta in libro verborum dierum regū Iſrael? Et dor-
E miuit Menachem cum patribus ſuis, & regnauit Pechachiah
filius eius pro eo. Anno quinquageſimo anno Hazariah regis
Iehudah regnauit Pechachiah filius Menachem ſuper Iſrael in
Someron duobus annis. Fecitq; quod erat malum in oculis
domini. Non receſsit à peccatis Iarobham filij Nebath, qui
peccare fecit Iſrael. Et coniurauit aduerſus eum Pechach filius
Remaliahu dux eius, & percuſſit eum in Someron in palatio
domus regiæ cum Arghob, & cum Arieh, & cum eo quin-
quaginta viri de filiis Ghilhaditarum, & interfecit eum, regna
uitq; p eo. Reſidua autē Pecachiah, oīa quæ fecit, ecce ſunt ſcri
pta in libro verborū dierū regū Iſrael. Anno qnquageſimo,
F & ſecūdo Hazariah regis Iehudah regnauit Pechach, filius Re
maliahu ſup Iſrael in Somerō viginti annis. Fecitq; qđ malū
erat in oculis domini. Non receſſit à peccatis Iarobham filij
Nebath, q peccare fecit Iſrael In dieb9 Pechach regis Iſrael ve
nit Tiglathpileſer rex Aſſur, & tulit Hiion, et Abelbethmaha-
chah, & Ianoach, & Chedes, & Chaſor, & Ghilhad, & Galilah
omēm terram Naphthali, & tranſtulit eos in Aſſur. Et coniu
rauit coniuratione Hoſeah filius Elah contra Pechach filium
Remaliahu, & percuſſit eum, & occidit eum, regnauitq; pro
eo anno vigeſimo Iothan filij Huzziiah. Reſidua autem Pech-
ach, & omnia quæ fecit, ecce ſunt ſcripta in libro verborum
dierum regum Iſrael. Anno ſecundo Pechach filij Remaliahu 1.Par.27.a.
regis Iſrael regnauit Iothan filius Huzziiahu regis Iehudah. Fi
lius viginti, & quinque annorum erat quando regnauit, & ſe-
G decim annis regnauit in Ieruſalaim. Nomen autem matris e-
ius Ieruſa filia Sadoc. Et fecit quod rectum erat in oculis do-
mini. Iuxta omnia quæ fecit Huzziiahu pater eius fecit. Verū
tamen excelſa non abſtulerunt. Adhuc populus immolabat,
& ſuffiebat in excelſis. Ipſe ædificauit portam domus domini
ſuperiorem. Reſidua autem Iothan, & omnia quæ fecit, nōn-
ne ſunt



ne ſunt ſcripta in libro verborum dierum regum Iehudah? In
diebus ipſis cœpit dominus mittere in Iehudah Reſin regem
Aram, & Pechach filium Remaliahu. Dormiuitq; Iothan cū
patribus ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciuitate Da-
uid patris ſui, regnauitq; Achaz filius eius pro eo.

¶ Achaz rex Iehudah conſecrat filium in igne, de præliis eius aduerſus regem Iſrael, De altari in Dammeſec, Mortuo Achaz ſuccedit Chizchiiahu. CAP. XVI.

A ANno ſeptimo decimo Pechach filij Remaliahu regna
uit Achaz filius Iothan regis Iehudah. Viginti anno-
rum erat Achaz quando regnauit, & ſedecim annis regnauit
2.Par.28.a in Ieruſalaim. Et non fecit quod rectum eſt in oculis domini
dei ſui, ſicut Dauid pater eius. Et abiit in via regum Iſrael, & e-
tiam filium ſuum tranſire fecit per ignem ſecundum abomi-
nationes gentium, quas expulit dominus à facie filiorum Iſra-
el. Et immolauit & ſuffiuit in excelſis, & collibus, & ſubter o-
mne lignum viride. Tunc aſcēdit Reſin rex Aram, & Pechach
Eſaiæ.7.a filius Remaliahu rex Iſrael in Ieruſalaim in prælium, & obſede
runt Achaz, & non potuerunt expugnare. In tempore illo re-
ſtituit Reſin rex Aram Elath ipſi Aram, & extirpauit Iehudæ-
os de Eloth, & Edomæi venerunt in Elath, & habitauerunt
ibi vſq; ad diem hāc. Miſit autem Achaz nuncios ad Tiglath-
B peleſer regem Aſſur, dicendo: Seruus tuus, & filius tuus ſum.
Aſcende, & ſerua me de manu regis Aram, & de manu regis
Iſrael, qui ſurrexerunt aduerſum me. Et tulit Achaz argētum,
& aurum quod inuentum eſt in domo domini, & in theſauris
domus regiæ, & miſit regi Aſſur munus. Et exaudiuit eum rex
Aſſur. Aſcendit autem rex Aſſur in Dammeſec & cepit eam,
& tranſmigrare fecit in Chir, & Reſin interemit. Perrexitq; rex
Achaz in occurſum Tiglathpeleſer regis Aſſur in Dammeſec.
Viditq; altare, quod erat in Dammeſec, & miſit rex Achaz ad
Vriiah ſacerdotem ſimilitudinem altaris, & figuram eius ſecū
dū om̄e opus eius. Extruxitq; Vriiah ſacerdos altare. Iuxta oīa
q̄ miſit rex Achaz è Dāmeſec, ſic fecit Vriiah ſacerdos, donec
venit rex Achaz è Dāmeſec. Venit aūt rex è Dāmeſec, & vidit
C altare, & acceſsit ad altare, & obtulit ſup illud. Et ſuffiuit holo-
cauſtū ſuū, & ſacrificiū ſuum, & libauit libamē ſuum, & ſparſit
ſanguinem pacificorum, qui erat ei ſuper altare. Altare autem
æreum, quod erat coram domino, appropinquare fecit à fa-
cie domus inter altare, & domum domini, & poſuit illud iu-
xta latus altaris ad aquilonem. Et præcepit rex Achaz Vriiah
ſacerdoti, dicendo: Super altare maius ſuffi olocauſtum matu
tinum, & ſacrificium veſpertinum, & holocauſtum regium,
& ſacrificium eius, & holocauſtum vniuerſi populi terræ, &
ſacrificium eorum, & libamina eorum, & omnem ſanguinem
holocauſti, & vniuerſum ſanguinem victimæ ſuper illud ſpar
ges. Altare verò æreum erit mihi ad quærendum. Et fecit Vrii
D ah ſacerdos iuxta omnia, quæ præcepit rex Achaz. Et abſcidit
rex Achaz clauſuras baſium, & remouit ab eis conchā, & ma-
re deponi fecit de bobus æreis, qui erant ſub eo. Et poſuit eos
ſuper pauimentum lapideum. Et velum ſabbati quod ædifi-
cauerant in domo, & ingreſſum regis extrinſecum circuire fe-
cit domum domini propter regem Aſſur. Reſidua autem A-
chaz quæ fecit, nōnne ſunt ſcripta in libro verborum dierum
regum Iehudah? Dormiuitq; rex Achaz cum patribus ſuis, &
ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit
Chizchiiahu filius eius pro eo.

¶ Hoſeah rex captus, una cum regno transfertur in aſſyrios. CAP. XVII.

A ANno duodecimo Achaz regis Iehudah, regnauit Ho
ſeah filius Elah in Someron ſuper Iſrael nouem annis.
Fecitq; malum in oculis domini. Veruntamen non ſicut re-
ges Iſrael qui fuerunt ante eum. Aduerſus eum aſcendit Salma
neſer rex Aſſur, et fuit ei Hoſeah ſeruus. Reddebatq; ei munus.
Et inuenit rex Aſſur in Hoſeah coniurationem, quod miſit nū
cios ad So regem Aegypti, & non obtulit munus regi Aſſur
annuatim. Et clauſit eum rex Aſſur, & vinxit eū in domo car-
ceris & aſcendit rex Aſſur in omnem terram. Et aſcendit in So
meron, & obſedit eam tribus annis. Anno autem nono Ho-
ſeah cepit rex Aſſur Someron, & tranſtulit Iſrael in Aſſur, &
habitare fecit eos in Chelach, & in Chabor flumine Gozan, &
ciuitatibus Medorum. Et fuit, cum peccaſſent filij Iſrael do-
B mino deo ſuo, qui aſcēdere fecit eos è terra Aegypti, ne eſſent
ſub poteſtate Parhoh regis Aegypti, timuerunt deos alienos.
Et ambulauerunt in [a] decretis gentium, quas eiecerat domi- a ceremoniis
nus à facie filiorum Iſrael, & regum Iſrael, quæ fecerunt. Et [b] oc b fucauerūt, ſeu paliauerūt
cultè fecerunt filij Iſrael, verba non recta coram domino deo ſermones falſos ſuper deo
ſuo. Et ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis à tur- ſuo.
re cuſtodum, vſq; ad ciuitatem munitam. Et ſtatuerūt ſibi ſta-
tuas, & Lucos ſuper om̄em collem eleuatum, & ſubter omne
lignum viride. Et ſuffiuerunt ibi in omnibus excelſis ſicut gen
tes quas tranſtulerat dominus à facie eorum, & fecerunt mala
ad irritandum dominum. Et ſeruierunt idolis, de quibus dixit
dominus: Non facietis hoc. Et teſtificari fecit dominus in Iſra- c & oīs uidētis, dicendo:
C el, & in Iehudah per manum omnium prophetarum [c] omnē Iere.25.b.
viſionem, dicendo: Reuertimini à viis veſtris malis, & cuſtodi
te præcepta mea, & decreta mea, iuxta omnē legē quā præce-
pi patrib9 veſtris, & quā miſi ad vos p manū ſeruorū meorū
prophetarum. Et non audierunt, & indurauerunt ceruicem
ſuam iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui nō crediderunt do
mino deo ſuo. Et contempſerunt decreta eius, & pactum eius
quod pepigit cum patribus eorum, & teſtimonia eius, quib9
teſtificatus eſt eis. Et ambulauerunt poſt vanitatem, & vani fa
cti ſunt, & poſt gentes quæ erant in circuitu eorum de quibus
præcepit dominus, vt non facerent ſicut illæ: Et dereliquerūt
omnia præcepta domini dei ſui, & fecerunt ſibi conflatile, du-
os vitulos, & fecerunt Lucū, & incuruauerunt ſe vniuerſæ mi
litiæ cœli, & ſeruierunt Bahal. Et tranſire fecerunt filios ſuos, et
filias ſuas per ignem, & diuinauerunt diuinationes, & augura
bantur: & tradiderunt ſe, vt facerent malum in oculis domini,
vt irritarent eum. Et iratus eſt dominus valde contra Iſrael, &
remouit eos à facie ſua. Non remanſit niſi tribus Iehudah ſo-
la. Etiam Iehudah non cuſtodiuit præcepta domini dei ſui, &
ambulauerunt in decretis Iſrael quæ fecerunt. Et reprobauit
dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in 3.Reg.12.c.
D manu diripientium, donec proiiceret eos à facie ſua. Quoniā
ſcidit ſe Iſrael à domo Dauid. Et regem conſtituerūt Iarobhā
filiū Nebath, & [d] expulit Iarobhā Iſrael, ne iret poſt dominū, d abſtraxit Iere.25.b.
& peccare fecit eos peccatum grande. Et ambulauerunt filij Iſ
rael in vniuerſis peccatis Iarobham quæ fecit. Non receſſerūt
ab eis. Donec remouit dominus à facie ſua ſicut locutus fuerat
per manum omnium ſeruuorum ſuorum prophetarum, &
tranſmigrare fecit Iſrael è terra ſua in Aſſur vſq; ad diem hanc.
Adduxitq; rex Aſſur è Babel, & è Chutha, & Hauuah, & Cha
math, & Sepharuaim, & habitare fecit in ciuitatibus Somerō
pro filiis Iſrael. Et poſſederunt Someron, & habitauerunt in
vrbibus eius. Et fuit, in principio, quo habitauerunt ibi, non
timuerunt dominum, & miſit dominus in eis leones, & occi-
debant ex eis. Dixeruntq; regi Aſſur, dicendo: Gētes quas trāſ-
E migrare feciſti: & habitare feciſti in vrbibus Someron, neſciūt
[e] iudicium dei terræ. Et miſit in eos leones, & ecce interimunt e ritum
eos, eo quòd neſciunt iudicium dei terræ. Et præcepit rex Aſ-
ſur dicendo: Pergere facite illuc vnū è ſacerdotibus quos trāſ-
migrare feciſtis inde. Et pergat, & vadat illuc, & doceat eos iu
dicium dei terræ. Et venit vnus è ſacerdotibus quos tranſmi-
migrare fecerant Someron, & habitauit in Bethel, & docebat
eos quomodo timerent dominum. Et fecerunt ſingulæ gen-
tes deos ſuos, & poſuerunt in domo excelſorum, quæ fecerāt
Someronitæ, ſingulæ gentes in vrbibus ſuis in quibus habita
bant. Et viri Babel fecerunt ſuccoth Benoth. Viri autē Chuth
F fecerunt Nerghal, & viri Chamath Aſimah. Hauuæi autem fe
cerunt Nibchaz & Tartach. Sepharuæi autem comburebant
filios ſuos igni Adramelech, & Hanamelech diis Sepharuæo-
rum. Et timebant dominum, & fecerunt ſibi aliqui eorum ſa-

ſerdotes excelſorum,& ſacrificabant eis in domo excelſorum,
Dominum timebant,& diis ſuis ſeruiebant iuxta iudicium gẽ
tiũ,quas trãſmigrare fecerãt inde,Vſq; ad diẽ hanc faciunt iu
xta priſtinũ ritũ,Non timent dñm,neq; faciunt iuxta decreta
eorũ,& iuxta iudiciũ eorũ,& iuxta legẽ,& iuxta præceptũ quę
præcepit dominus filiis Iahacob cui impoſuit nomen Iſrael,
Et pepigerat dominus cum eis pactum,& præceperat eis,di-
Gene.32.f. G cendo:Non timebitis deos alienos,nec incuruabitis vos eis,
nec ſeruietis eis,nec immolabitis eis.Sed dominum qui aſcen
dere fecit vos è terra Aegypti in fortitudine magna,& in bra
chio extento timebitis,& ei genu flectetis,& ei ſacrificabitis.
Et ſtatuta,& iudicia,& legem,& præceptum,quæ ſcripſit vo
bis cuſtodietis,vt faciatis cunctis diebus,& non timebitis de-
os alienos.Et pacti quod pepigi vobiſcum ne obliuiſcamini,
& non timebitis deos alienos.Sed dominũ deum veſtrum ti-
mebitis,& ipſe liberabit vos è manu omnium inimicorum
veſtrorum.Et non audierunt,ſed iuxta conſuetudinem ſuam
primam faciunt.Fueruntq; gentes iſtæ timentes dominum,
& ſculptilibus ſuis ſeruiebant, etiam filij eorum,& filij filiorũ
eorum.Secundum quod fecerunt patres eorum, ipſi faciunt
vſque ad diem hanc.

¶Chizchiiahu rex Iehudah confringit ſerpentem æreum, demolitur idola,Salmaneſer capta Someron transfert Iſraelem in Aſſyrios, Sancherib inuadit Iehudah minatur Chizchiiahu.

CAP. XVIII.

A ET fuit anno tertio Hoſeah filij Elah regis Iſrael, regnauit
2.Par.29.a. Chizchiiahu filius Achaz regis Iehudah.Viginti,& quin-
que annorum erat quando regnauit,& vigintinouem annis
regnauit in Ieruſalaim.Nomen autem matris ei⁹ Abi filia Ze-
chariah.Fecitq; quod rectum erat in oculis domini iuxta oĩa
Num.21.c. quæ fecit Dauid pater eius.Ipſe remouit excelſa,& contriuit
ſtatuas,& ſuccidit Lucum,confregitq; ſerpentem æreum,quẽ
B fecerat Moſeh,quia vſque ad dies illos filij Iſrael ſuffiebant ei.
Et vocauit eum Nechuſtam.In domino deo Iſrael ſperauit.Et
poſt eum non fuit ſimilis illi inter cunctos reges Iehudah,& q
fuerunt ante eum.Adhæſitq; domino,& nõ declinauit ab eo.
Cuſtodiuitq; præcepta eius,quæ præcepit dominus Moſeh.
Et fuit dominus cum eo.In omni loco ad quem egredieba-
tur,proſperè agebat.Rebellauitq; contra regem Aſſur,& nõ
ſeruiuit ei.Ipſe percuſſit Peliſtæos vſq; ad Hazzah, & termi-
nos eius,à turri cuſtodum vſq; ad ciuitatem munitam.Et fuit
anno quarto regis Chizchiiahu(ipſe erat annus ſeptimus Ho
Supra.17.a. ſeah filij Elah regis Iſrael)aſcendit Salmaneſer rex Aſſur cõtra
C Someron,& obſedit eam.Et ceperunt eam in fine trium anno
rum anno ſexto Chizchiah(ipſe eſt annus nouus Hoſeah regis
Iſrael(capta eſt Someron.Et tranſmigrare fecit rex Aſſur Iſra-
el in Aſſur,& ducere fecit eos in Chalach,& in Cabor flumen
Ghozan,& ciuitates Madai.Eò quòd non audierunt voci do
mini dei ſui,& tranſgreſſi ſunt pactum eius omnia quæ præ-
cepit dominus Moſeh ſeruus domini,& non audierunt,nec fe
cerunt.Quarto decimo autem anno regis Chizchiiahu aſcen
dit Sancherib rex Aſſur contra omnes ciuitates Iehudah mu-
nitas,& cepit eas.Miſitq; Chizchiiahu rex Iuhudah ad regem
2.Par.32.a. Aſſur in Lachis,dicendo;Peccaui.Recede à me.Quod impo
ſueris mihi,feram.Et impoſuit rex Aſſur Chizchiiah regi Iehu
D dah CCC.talenta argenti.& XXX.talẽta auri.Deditq; Chiz
Iſaiæ.36.a. Eccl.48.c. chiiah omne argentum quod repertum eſt in domo domini,
& in theſauris domus regiæ.In tempore illo abſcidit Chizchii
ah valuas templi domini,& columnas quas obtexerat Chiz-
chiiahu rex Iehudah,& dedit eas regi Aſſur.Miſit autem rex
Aſſur Tarthan,& Rabſaris,& Rabſacheh de Lachis ad regem
Chizchiiahu cum exercitu graui in Ieruſalaim,& aſcenderunt,
& venerunt in Ieruſalaim: aſcenderunt inquam , venerunt,
& ſteterunt in aquæductu piſcinæ quæ eſt in via agri fullonis.
Et vocauerũt regem,& egreſſus eſt ad eos Eliachim filius Chil
chiiahu qui erat ſuper domum,& Sebna ſcriba,& Ioach fili⁹
Aſaph à commentariis.Dixitq; ad eos Rabſacheh:Dicite ob-
ſecro ad Chizchiiahu:Sic dicit rex magn⁹ rex Aſſur. Quæ eſt — a An dicis utiq; uerbo labiorum cõſilio & fortitudini bellicæ?
fiducia hæc,cui fiſus es?[a] Dixiſti tãtum verbum labiorum cõ-
ſilium,& fortitudo ad prælium.Nunc cui fiſus es,quia rebel-
E lis fuiſti mihi.Nunc ecce ſperaſti in baculo arundineo abſciſſo
iſto in Aegypto,cui ſi innitatur quiſpiam,ingredietur in ma-
num eius,& perforabit eã.Sic eſt Parhoh rex Aegypti omni-
bus confidentibus in eo.Si autem dixeritis mihi in domino
deo noſtro confidimus:nõnne hic eſt cuius remouit Chizchii
ahu excelſa,& altaria?Dixitq; ad Iehudah.& Ieruſalaim,coram
altari hoc incuruabitis vos in Ieruſalaim?& nũc [b] fideiube ob — b teipſũ debitorẽ offer, ſeu teipſum adiunge.
ſecro domino meo regi Aſſur,& dabo tibi duo milia equos,
ſi potueris dare equitantes ſuper eos.Et quomodo vertere fa
cies faciem ducis vnius ſeruorum domini mei minimorum,
vt confidas in Aegypto propter currus, & equites? Et nunc
num abſque domino aſcendi ad locum iſtum,vt diſperdam il
lum?Dominus dixit mihi:Aſcende contra terram hanc,vt di-
ſperdas eam.Dixitq; Eliachim,filius Chilchiahu, & Sebna, &
Ioach ad Rabſacheh:Loquere obſecro ſeruis tuis[c] Arameicè: — c Syriace
F (Siquidem intelligimus)et ne loquaris nobiſcum Iehudaicè in
auribus populi qui eſt ſuper murũ.Dixitq; ad eos Rabſacheh:
Num ad dominum tuum,& ad te miſit me dominus meus,
vt loquerer verba iſta?Nõnne ad viros qui ſedent ſuper mu-
rum,vt comedant ſtercus ſuum,& bibant aquam vrinæ ſuæ
nobiſcum?Stetitq; Rabſacheh,& exclamauit voce magna Ie-
hudaicè,& locutus eſt,& dixit: Audite verbum regis magni
regis Aſſur.Sic dixit rex:Ne ſeducat vos Chizchiiahu, quia
non poterit eruere vos è manu eius.Et ne ſperare faciat vos
Chizchiiahu in domino,dicendo;Eruendo eruet nos domi-
nus,& non tradetur ciuitas hæc in manu regis Aſſur. Ne au-
diatis Chizchiiahu.Sic enim dixit rex Aſſur:Facite mecũ be-
nedictionem,& egredimini ad me,& comedite vnuſquiſque
de vite ſua,& vnuſquiſque de ficu ſua.Et bibite vnuſquſquiſ-
G que aquam ciſternæ ſuæ.Donec veniam,& tollam vos ad ter
ram,ſicut terram veſtram,terram frumenti,& vini,terram pa
nis,& vinearum,terram oliuæ olei,& mellis,& viuite, & non
moriemini,& ne audiatis Chizchiiahu cum perſuaſerit vobis,
dicendo:Dominus eruet nos.Num eruendo eruerunt dij gen
tium vnuſquiſque terram ſuam è manu regis Aſſur? Vbi eſt
deus Chamath,& Arphad?Vbi eſt de⁹ Sepharuaim Henah,
& Hiuuah?Num eruerunt Someron è manu mea?Quis inter
omnes deos terrarum,qui eruerint terram ſuam è manu mea?
Num eruet dominus Ieruſalaim è manu mea?Et tacuerũt po-
pulus,& non reſponderunt ei verbum,quia pręceptum regis
erat,dicendo:Non reſpondeatis ei.Veneruntq; Eliachim fili-
us Chilchiiahu,qui erat ſuper domum,& Sebna ſcriba,& Io-
ach filius Aſaph à commentariis ad Chizchiiahu ſciſsis veſti-
bus,& nunciauerunt ei verba Rabſacheh.

¶Angelus domini,occiſis centum & octogintaquinq; milibus confundit exercitum Sancherib,qui & ipſe occiditur a propriis filiis.

CAP. XIX.

ET fuit,cum audiſſet rex Chizchiiahu,ſcidit veſtimenta
A ſua,& operuit ſe ſacco,ingreſſuſq; eſt domum domini. Iſaiæ.37.a.
Et miſit Eliiachim,qui erat ſuper domum,& Sebnam ſcribã,
& ſeniores ſacerdotum opertos ſaccis ad Ieſahaiahu prophe-
tam,filium Amos.Dixerunt autẽ ad eum,ſic dixit Chizchiia-
hu:Dies anguſtiæ,& increpationis,& conuitij in deum,eſt di-
es hæc.Venerunt enim filij vſq; ad matricẽ,& virtus non eſt
pariendi.Si fortè audiat dñs deus tuus omnia verba Rabſa-
cheh,quem miſit rex Aſſur dñs ſuus,vt probris afficeret deũ
viuentem,& argueret verbis quæ audiuit dñs deus tuus.Et le
ua orationem pro reſiduo quod inuenitur.Veneruntq; ſerui
B regis Chizchiiahu ad Ieſahaiahu.Dixitq; illis Ieſahaiahu,ſic di-
cetis domino veſtro,ſic dixit dominus:Ne timeatis à facie ver
borum quæ audiſti,quibus probris affecerunt pueri regis Aſ
ſur me.Ecce pono in eo ſpiritum,& audiet auditum,& reuer
tetur in terrã ſuam,& cadere faciam eum gladio in terra ſua.
Et reuerſus eſt Rabſacheh,& inuenit regem Aſſur pugnãtem
contra



contra Libna.b Audierat enim,quòd profectus erat de La-
a Aethiopię chis.Audiuitq; de Tirhacah rege [a]Cnus,dicẽdo:Ecce egreſſus
eſt,vt pugnet tecũ.Et reuerſus eſt,& miſit nũcios ad Chizchiia
hu dicẽdo,ſic dicetis Chizchiiahu regi Iehudah dicendo: Ne
C decipiat te deus tu⁹ in q̃ tu cõfidis,dicẽdo: Nõ tradet Ieruſa-
laim in manu regis Aſſur.Ecce audiſti q̃ fecerũt reges Aſſur v-
niuerſis terris,perdẽdo eas,& tu liberaberis? Nũ liberauerunt
eas dij gentiũ,quos deleuerũt patres mei Gozã,& Harã,& Re
ſeph,& filij Hedẽ,qui erãt in Telaſar?Vbi eſt rex Chamath, et
rex Arpad,et rex ciuitatis Sepharuaim Henah,& Chiuuah.Et
tulit Chizchiiahu literas de manu nunciorũ,& legit eas, & a-
ſcendit in domum domini,& expandit eas Chizchiiahu corã
domino.Orauit autem Chizchiiahu coram dño,et dixit:Dñe
deus Iſrael ſedens ſuper Cherubim,tu es deus ſolus omnium
regnorum terræ.Tu feciſti cœlum,& terram.Inclina dñe au-
rem tuam,& audi.Aperi dñe oculos tuos,& vide,& audi oĩa
verba Sancherib,q̃ miſit,vt ꝓbris afficeret deũ viuentẽ.Verè
D dñe vaſtauerũt reges Aſſur gẽtes,& terrã eorũ,& poſuerunt
deos eorũ in ignẽ.Nõ enim dij erãt,ſed op⁹ manuũ hominũ,
lignum & lapis,& perdiderunt eos.Et nunc dñe deus noſter
ſaluos fac nos obſecro de manu ei⁹, & ſcient omnia regna ter
ræ,ꝙ tu es dñs deus ſolus.Miſit autem Ieſahaiahu fili⁹ Amos
ad Chizchiiahu,dicẽdo:Sic dixit dominus deus Iſrael:Pro q-
bus oraſti me ſuper Sancherib regem Aſſur, audiui. Hoc eſt
b Deſpecta tibi fuit,o rex Aſſur,et ſubſannata uirgo filia Siion. verbũ,quod locutus eſt dominus ſuper eum:[b] Contẽpſit te,
ſubſannauit te virgo filia Siion,poſt te caput mouit filia Ieru
ſalaim.Quem probris affeciſti,& quem conuitiatus es,& ſup
E quem exaltaſti vocem,& leuaſti in excelſum oculos tuos? Ad
ſanctum Iſrael.Per manum nunciorum tuorum probris affe
ciſti dominum,& dixiſti:In multitudine curruum meorum a-
ſcendiſti excelſa montium,latera Lebanon,& ſuccidam altitu
dinem cedrorum eius,electas abietes illius,& ingrediar habi-
taculum finis eius,ſaltum Charmeli eius.Ego fodi venam, &
c obſidionis. bibi aquas alienas,& ſiccaui planta pedum meorum omnes
d quod in lõginquũ a longinquo ipſã feci Ieruſalaim et in dies multos iam olim ipſam formaui?Modo ne adducã eam ut ſit in deſolationem? riuos [c] munitos.Nunquid non audiſti [d] à longe quod feci in
diebus antiquis,& plaſmaui illud?nunc adduxi illud,& erit ad
deſolandum,in aceruos deſtructionum ciuitates munitas? Et
habitatores earum abbreuiati manu,contriti & pudore affe
cti,erunt vt herba agri,& olus germinis herba tectorũ & per-
cuſſa vento ante ſegetem?Seſsionem tuam,exitũ tuum & in-
troitum tuum ego noui,& inquietationem tuam contra me.
F [e] Pro eo quòd iratus es aduerſum me tumultus tuus aſcẽdit
e Eapꝑter ingetatio tua cõtra me,& quies tua aſcẽderunt ad aures meas. in aures meas,& ponam hamum meum in naribus tuis,& ca
mum meum in labiis tuus,& redire faciam te per viã per quã
veniſti.Et hoc tibi ſignum:Comede anno iſto cadiua. Anno
autem ſecundo ſponte germinata.Anno verò tertiò ſemina-
te,& metite,& plantate vineas, & comedite fructum earum.
Et addet,quæ euaſit familia Iehudah,quæ remanſit, radicem
deorſum,& faciet fructũ ſurſum.De Ieruſalaim enim egredie-
tur reſiduum,& euaſio de monte Siion.Zelus domini exerci-
tuum faciet hoc.Quamobrem ſic dixit dominus ſuper regem
Aſſur:Non ingredietur vrbem hanc,& non iaciet illuc ſagit-
tam,& non præoccupabit eam clypeo,& non effundet iuxta
Tob.1.d. eam aggerem. Per viam qua venit,reuertetur, & ciuitatem
Eccl.48.d. hanc non ingredietur, dicit dominus.Et protegam ciuita-
Iſaiæ.37.g. 1.Mac.7.f. tem hanc , vt ſeruem eam propter me , ,& propter Da-
2.Mac.8.e. uid ſeruum meum.Et fuit,nocte illa egreſſus eſt angelus domi
G ni,& percuſsit in caſtris Aſſur centum octoginta & quinque
milia.Et ſurrexerunt mane,& ecce omnes ipſi cadauera mor-
tuorum.Et profectus eſt,& abiit.Et reuerſus eſt Sancherib rex
Aſſur,& habitauit in Nineueh.Et fuit,eo adorante in domo
Niſroch deum ſuum.Adramelech,& Sareſer filij eius percuſ-
ſerunt eum gladio.Ipſi autem euaſerunt in terram Ararath,&
regnauit Eſarchadon filius eius pro eo.

¶Aegrotat Chizchiiahu,accipit ſignum ſanitatis in horoſcopo; recipit munera a rege Berodach,increpatur ab Ieſahaiahu ob oſtentatos theſauros,moritur:ſuccedit Menaſſeh filius eius.

CAP. XX.

A IN diebus illis ægrotauit Chizchiiahu ad moriendum. Et 2.Par.32.f.
venit ad eũ Ieſahaiahu filius Amos ꝓphetę,dixitq; ad eũ, Iſaiæ.38.a. Eccl.48.d.
ſic dixit dñs: Pręcipe domui tuę,q̃a morieris,& nõ viues.Et
vertit Chizchiiahu faciem ſuam ad parietẽ,& orauit ad domi
num,dicendo:Obſecro domine.Memento quæſo ꝙ ambula
uerim coram te in veritate,& corde perfecto,& quod bonũ
eſt in oculis tuis fecerim.Et fleuit Chizchiiahu fletu magno.
Et fuit,Ieſahaiahu non egreſſus fuerat ad atrium medium, &
verbum domini fuit ad eum,dicendo:Reuertere,& dic Chiz-
chiiahu duci populi mei:Sic dixit dominus deus Dauid pa-
B tris tui:Audiui orationem tuam.Vidi lachrymam tuam.Ec-
ce ſano te.Die tertia aſcendes in domum domini.Et addã die-
bus tuis XV.annos,& de manu regis Aſſur eruam te,& ciui-
tatem iſtam,& protegam ciuitatem iſtam propter me,& ꝓ-
pter Dauid ſeruum meum.Dixitq; Ieſahaiahu:Tollite maſſam
ficuum.Et tulerunt,& poſuerunt ſuper vlcus,& ſanatum eſt.
Dixitq; Chizchiiahu ad Ieſahaiahu:Quod ſignum,quòd ſana
turus ſit dominus me,& aſcenſurus ſim die tertio in domum
domini?Dixitq; Ieſahaiahu:Hoc tibi ſignum à dño, quod fa-
cturus ſit dominus verbum quod locutus eſt. Num vis va-
dat vmbra decem gradibus,an reuertatur decem gradibus?
C Dixitq; Chizchiiahu:Leue eſt vmbræ declinare decem gradi-
bus.Nolo hoc.Sed vt reuertatur vmbra retrorſum decẽ gra
dibus.Et clamauit Iaſahaiahu propheta ad dominum,& re-
duxit vmbram per gradus quos deſcenderat,per gradus A- Iſaiæ.39.a.
chaz retrorſum decem gradibus.In tempore illo miſit Bero-
dach Baladan,filius Baladan,rex Babel literas,& munera ad
Chizchiiahu.Audierat enim,ꝙ ægrotaſſet Chizchiiahu.Et au
diuit eos Chizchiiahu,& oſtendit eis omnem domum deſide
rabilem ſuam,argentum,& aurum,& aromata,& vnguẽtum
optimum,& domũ vaſorum ſuorũ, & omne qđ inuentum
eſt in theſauris ſuis.Non fuit quicq;,quod non oſtenderit eis
Chizchiiahu in domo ſua,& in omni poteſtate ſua.Venit au
tem Ieſahaiahu propheta ad regem Chizchiiahu,dixitq; ad e-
um:Quid dixerũt viri iſti,& vnde venerũt ad te?Dixitq; Chiz
chiiahu:De terra longinqua venerunt,de Babel. Et ait: Quid
D viderunt in domo tua?Dixitq; Chiizchiiahu: Oĩa quę ſunt
in domo mea,viderunt.Non fuit quicq;,quod non oſtende-
rim eis in theſauris meis.Dixit autem Ieſahaiahu ad Chizchiia
hu : Audi verbum domini: Ecce dies ueniunt, & deferetur
omne quod eſt in domo tua,& quæ condiderunt patres tui
vſq; ad diem hanc in Babel.Non remanebit quicq;,dixit do-
minus.Et de filiis tuis,qui egredientur de te,quos generabis,
tollent:& erunt eunuchi in palatio regis Babel.Dixitq; Chiz-
chiiahu ad Ieſahaiahu:Bonum eſt verbum domini,quod lo-
cutus es.Et dixit:Nõnne bonum eſt,cum pax & veritas futu-
ra ſit in diebus meis?Reſidua autem Chizchiiahu,& om̃is for
titudo eius,& quòd fecit piſcinam,& aquæductum,& intro-
duxit aquas in ciuitatẽ,nõnne ſunt ſcripta in libro verborum
dierum regum Iehudah?Dormiuitq; Chizchiiahu cum patri
bus ſuis,& regnauit Menaſſeh filius eius pro eo.

¶Impius Menaſſeh inſtaurat idola,moritur:ſuccedit filius eius Amon, quo per ſeruus interfecto,ſuccedit filius Ioſiiahu pietate inſignis.

CAP. XXI.

A DVodecim annorum erat Menaſſeh cum regnauit, &
quinquaginta & quinq; annis regnauit in Ieruſalaim.
Nomen autem matris eius erat Chephſibah. Fecitq; malum
in oculis domini,iuxta abominationes gentium,quas,expulit
dominus à facie filiorum Iſrael.Conuerſuſq; eſt,& ædificauit 2.Par.33.a.
excelſa quæ perdiderat Chizchiiahu pater eius,& erexit alta-
ria ipſi Bahal,& fecit Lucum,ſicut fecerat Achab rex Iſrael,&
incuruauit ſe omni militiæ cœli,& ſeruiuit eis.Et extruxit alta
ria in domo domini,de qua dixit dominus,in Ieruſalaim po- 2.Regũ.7.b.
nam nomen meũ.Extruxitq; aras vniuerſę militię cœli in duo
bus atriis domus dñi.Et tranſire fecit filium ſuum per ignem,
B & obſeruauit tempora,& auguratus eſt,& fecit pythonẽ,&
magos multiplicauit,vt faceret malũ ĩ oculis dñi,ad irritandũ

eum.Et poſuit ſculptile Luci quod fecerat in domo, de qua
2.Rehū.7.b. 3.Regū.8.b. dixerat dominus ad Dauid,& ad Selomoh filium eius,in do-
mo hac,& in Ieruſalaim,quā elegi de cunctis tribubus Iſrael,
ponam nomen meum in ſempiternum.Et non addam,vt mo
ueri faciam pedem Iſrael è terra,quam dedi patribus eorū,ſi
tamen cuſtodierint,vt faciant iuxta omnia quæ præcepi eis,et
iuxta omnem legē quam præcepit eis ſeruus meus Moſeh. Et
Iere.15.a. non audierūt,& errare fecit eos Menaſſeh,vt facerent peius ꝙ
gentes,quas deleuit deus à facie filiorū Iſrael.Locutusq; eſt do
C minus per manū ſeruorū ſuorum prophetarū,dicendo:Pro
eo ꝙ fecit Menaſſeh rex Iehudah abominationes iſtas, facien-
do peius omnibus quæ fecerunt Emoræi,qui fuerunt ante e-
um,et peccare fecit etiā Iehudah in idolis ſuis.Idcirco dixit dñs
deus Iſrael:Ecce ego inducā malum ſuper Ieruſalaim,& Iehu-
dah:adeo vt omnis audientis illud,tinniant ambæ aures.Et ex
a menſuram ſ. punitionis Samariç, id eſt,eā eadem menſura puniam. tendam ſuper Ieruſalaim [a] lineā Someron,& pondus domus
Achab,& abſtergam Ieruſalaim,ſicut abſtergit quiſpiā ſcutel-
lam,& terſam vertit ſuper faciem ſuam.Et derelinquā reſidu-
os hæreditatis meæ,& tradā eos in manu inimicorum eorū,
eruntq; in rapinā,& in direptionem omibus inimicis ſuis. Eo
ꝙ fecerunt malum in oculis meis,& irritauerūt me à die qua
egreſſi ſunt patres eorū ex Aegypto vſq; ad diē hanc.Et etiam
ſanguinem innoxiū effudit Menaſſeh multū valde,donec im-
b ab uno extremo ī aliud. pleret Ieruſalaim [b] de latere ad latus,præter peccatū ſuū,quo
peccare fecit Iehudah,vt faceret malū in oculis domini. Reſi-
dua autem Menaſſeh,& vniuerſa quæ fecit,& peccatum eius
quod peccauit,nónne ſunt ſcripta in libro verborū dierū re-
D gum Iehudah?Dormiuitq; Menaſſeh cum patribus ſuis,& ſe-
pultus eſt in horto domus ſuç in horto Huzza,regnauitq; A-
mon filius eius pro eo.Viginti,& duorū annorum erat Amō
quando regnauit,& duobus annis regnauit in Ieruſalaim.No
men autem matris eius erat Meſulemeth filia Charus de Ioth-
bah:fecitq; malum in oculis domini,ſicut fecerat Menaſſeh pa
ter ſuus.Et ambulauit in omni via per quā ambulauit pater
ſuus,Seruiuitq; idolis quibus ſeruierat pater ſuus,& incurua
uit ſe eis.Et dereliquit dñm deum patrū ſuorum,& non am-
bulauit in via domini.Et coniurauerunt ſerui Amon contra
eum,& interfecerunt regem in domo ſua.Et percuſſit popu-
lus terræ omnes qui coniurauerant aduerſum regem Amon,
& regem conſtituit populus terrç Ioſiiahu filium eius pro eo.
Reſidu autē Amon quæ fecit,nónne ſunt ſcripta in libro ver
borum dierum regum Iehudah?Et ſepeliuit eum in ſepulchro
ſuo in horto Huzza,regnauitq; Ioſiiahu filius eius pro eo.

¶ Ioſiahu inuento libro Deuteronomij,conſulit dominum per Chul-
dah propheriſſam. CAP. XXII.

A OCto annorum erant Ioſiiahu cum regnauit,& trigin-
1.Par.34.a. ta,& vno anno regnauit in Ieruſalaim.Nomen autem
matris eius erat Iedidah,filia Hadaiah,de Boſath. Fecitq; qđ
rectum erat in oculis domini,& ambulauit in omni via Da-
uid patris ſui,& non declinauit ad dexterā,& ſiniſtram.Et fuit
octauo decimo anno regis Ioſiiahu,miſit rex Sophan filium
Aſaliahu filij Meſulam ſcribam ad domum domini, dicendo:
c ut ceſſet colligere Aſcende ad Chilchiiahu ſacerdotem magnū,[c] & perficiat con
flare pecuniam,quæ illata eſt in domum domini,quam colle-
gerunt cuſtodes liminis à populo,& tradat eam facientibus
d inſtaurādū opus præfectis in domo domini.Et tradant eam facientibus
B opus quod eſt in domo domini,ad [d] roborandum rimas do
mus.Fabris,& ædificatoribus,cementariis,& ad emendum li
gna,& lapides exciſos,ad roborandum domum.Tantum nō
ſupputetur cum eis argētum,quod datur ad manum eorum,
ſed in fide faciant.Dixit autē Chilchiiahu ſacerdos magnus ad
Saphan ſcribam:Librum legis inueni in domo domini. Et
dedit Chilchiiahu librum ipſi Saphan, legitq; illum.Venit au
tem Saphan ſcriba ad regem,& retulit regi rem,& dixit: Con
flauerunt ſerui tui argentum quod inuentum eſt in domo, &
dederunt illud manui facientium opus,prçfectis in domo do
mini.Nunciauitq; Saphan ſcriba regi,dicendo:Librum dedit
C mihi Chilchiiahu ſacerdos,legitq; illum Saphan coram rege.
Et fuit,cum audiſſet rex verba libri legis,ſcidit veſtimenta ſua.
Præcepit autem rex Chilchiiahu ſacerdoti,& Achicham filio
Saphan,& Hachbor filio Michaiah,& Saphan ſcribæ,& Ha-
ſaiah ſeruo regis,dicēdo:Ite inquirite dñm ꝓ me & ꝓ popu-
lo,& pro omni Iehudah ſuper verba libri qui inuentus eſt hu
ius,quia magna eſt ira domini,quæ ſuccenſa eſt contra nos,eò
quòd non audierūt patres noſtri verba libri huius,vt facerēt
iuxta omne quod ſcriptum eſt nobis.Abiit autē Chilchiiahu
ſacerdos,& Achicham,& Hachbor,& Saphan,& Haſaiah ad
Chuldah prophetiſſam,vxorē Sallū filij Ticuah filij Charchā
cuſtodis veſtium.Ipſa autē habitabat in Ieruſalaim in domo
doctrinæ,& locuti ſunt ad eam.Dixitq; ad eos,ſic dixit domi-
nus deus Iſrael:Dicite viro,qui miſit vos ad me,ſic dixit domi
D nus:Ecce ego adduco manum ſuper locū iſtum,ſuper habita
tores eius,omnia verba libri quē legit rex Iehudah.Pro eo qđ
dereliquerunt me,& ſuffierūt diis alienis,vt irritarēt me in o-
mni opere manuum ſuarū,ſuccenſus eſt furor meus in loco i-
ſto,& non extinguetur.Ad regem autem Iehudah,qui mittit
vos ad requirendum dominum,ſic dicetis,ſic dixit dominus
deus Iſrael:Quoniā propter verba quæ audiſti, mollitum eſt
cor tuum,& humiliatus es à facie domini,quādo audiſti quæ
locutus ſum ſuper locū iſtum,& ſuper habitatores eius,vt ſint
in deſolationem,& in maledictionē,& ſcidiſti veſtimenta tua,
& fleuiſti coram me:ego etiam audiui,dixit dominus.Idcirco
ecce ego colligam te ad patres tuos,& colligeris ad ſepulchra
tua,in pace,& non videbunt oculi tui omne malum quod in
duco ſuper locum hunc.Et retulerunt regi verbum.

¶ Ioſiahu legit Deuteronomium coram populo.demolitur idola.
occiſis eorum ſacerdotibus,celebrat Peſach.occiditur in Meghid
do.ſucceditq; filius eius Iehoachaz,quo capto,ſubſtituitur Iehoa-
chim,qui Eliachim. CAP. XXIII.

A MIſit autem rex,& congregauerunt ſe ad eum omnes
ſeniores Iehudah,& Ieruſalaim.Aſcenditq; rex in do
mum domini,& omnis vir Iehudah,& omnes habitatores Ie
ruſalaim erant cum eo,& ſacerdotes,& prophetæ,& omnis
populus,à paruo vſq; ad magnum. Legitq; in auribus eorū 2.Par.34.f.
omnia verba libri fœderis,qui inuentus eſt in domo domini.
Stetit autem rex ſuper columnā,& pepigit fœdus coram do-
mino,vt ambularent poſt dominum,& cuſtodirēt præcepta
eius,& teſtimonia eius,decretaq; eius toto corde,& tota ani-
ma,vt ſuſcitarent verba fœderis huius,quæ ſcripta ſunt in li-
bro hoc.Et ſtetit omnis populus in fœdere.Prçcepit autē rex
Chilchiiahu ſacerdoti magno,& ſacerdotibus ſecundis,& cu-
ſtodibus [a] liminis, vt educerent de templo domini omnia
vaſa,quæ facta fuerant ipſi Bahal,& Luco,& vniuerſæ mili- a uaſorum Ecci.49.a.
tiæ cœli.Et combuſſit ea extra Ieruſalaim in valle Chidron,&
B tulit puluerem eorū in Bethel.Et ceſſare fecit ſacerdotes,quos
poſuerant reges Iehudah,vt ſuffirent in excelſis,in vrbibus Ie-
hudah,& in circuitibus Ieruſalaim,& ceſſare fecit ſuffientes
Bahal,ſoli,& lunæ,& ſignis,& omi militiæ cœli.Et educere fe
cit Lucum è domo domini extra Ieruſalaim in valle Chidrō,
& combuſſit eum in valle Chidron.Et comminuit in pulue-
rem,& proiecit ſuper ſepulchrum filiorum populi.Et deſtru
xit domos ſcortorum maſculorum,qui erant in domo domi
ni,in quibus mulieres texebant cortinas Luco. Et eduxit oēs
ſacerdotes de vrbibus Iehudah,& [b] immunda eſſe declarauit
excelſa in quibus ſuffiebant ſacerdotes à Ghebah vſq; ad Beer b pugnauit excelſa
Sebah,& deſtruxit excelſa portarum,quæ erant ad oſtiū por-
tæ Iehoſuah principis ciuitatis,quæ erant ad ſiniſtram viri in
C porta ciuitatis.Veruntamen non aſcendebāt ſacerdotes excel
ſorum ad altare domini in Ieruſalaim,ſed comedebant infer-
mentata in medio fratrum ſuorum. Immundum locum eſſe
declarauit Topheth,quod erat in valle filij Himnon,ne tranſi
re faceret quiſquā filium ſuum,& filiam ſuam per ignem ipſi
Molech.Et ceſſare fecit equos quos poſuerant reges Iehudah
ſoli ab introitu domus domini ad cubiculum Nethanmelech
eunuchi,quod erat in ſuburbanis,& curr⁹ ſolis cōbuſſit igni.
Et aras



Et aras quæ erant ſuper tectum cœnaculi Achaz,quas fecerāt
reges Iehudah,& altaria quæ fecerat Menaſſeh in duobus a-
triis domus domini deſtruxit rex,& currendo proiicere fecit
puluerem eorum in torrente Chidron.Excelſa autem, quæ e-
rant coram Ieruſalaim,quæ erant à dextris mōtis olueti,quæ
ædificauerat Selomoh rex Iſrael Haſtoroth abominationi Si-
doniorum,& Chemos abominationi Moab,& Milchom ab
3.Re.12.g. ominationi filiorum Hammon purgauit rex.Et contriuit ſta
tuas,& ſuccidit Lucos,repleuitq; locum eorum oſsibus homi
num.Et etiam altare quod erat in Bethel,excelſum quod fece
rat Iarobham filius Nebath,qui peccare fecit Iſrael,etiam al-
tare ipſum,& excelſum deſtruxit,combuſſitq; excelſum, con-
triuit in puluerem,& combuſſit Lucum.Et vertit ſe Ioſiiahu,
D & vidit ſepulchra quç erāt ibi in mōte.Et miſit,& tulit oſſa è ſe
3.Regū.13.a. a purgauit, ſ. ind. pulchris,& cōbuſſit ſup altare,& [a] immundū eſſe cēſuit illud,
iuxta verbū dñi qđ prædicauerat vir dei,q ꝑdicauit hæc. Et
ait:Quid titulus iſte quem video?Dixerunt autem ad eum vi
ri ciuitatis:Sepulchrum viri dei,qui venit de Iehudah,& præ
dicauit hæc,quæ feciſti ſuper altare Bethel.Et dixit:Dimitte il-
lum. Quiſquam ne moueat oſſa eius. Et eruerunt, oſſa e-
ius, oſſa prophetæ, qui venerat de Someron. Et etiam o-
mnes domos excelſorum,q̄ erāt in ciuitatibus Somerō, quas
fecerant reges Iſrael ad irritandum,remouere fecit Ioſiiahu.Fe
citq; eis iuxta omnia opera quæ fecerat in Bethel.Et iugulauit
omnes ſacerdotes excelſorum,qui erant ibi, ſuper altaria, &
combuſſit oſſa hominum ſuper ea,& reuerſus eſt in Ieruſala-
E im.Præcepit autem rex omni populo,dicendo:Facite Peſach
2.Para.35.a. 3.Eſd.1.a. domino deo veſtro,ſicut ſcriptum eſt in libro fœderis huius.
Non enim factum eſt ſicut Peſach hoc,à diebus Iudicum,qui
iudicauerunt Iſrael,& omnibus diebus regum Iſrael,& regū
Iehudah.Sed octauo decimo anno regis Ioſiiahu factum eſt
Peſach hoc domino in Ieruſalaim.Et etiam Pythones,& ma-
gos,& ſimulachra, & idola Teraphim & omnes abomina-
tiones,quæ conſpiciebantur in terra Iehudah,& in Ieruſalaim
remouit Ioſiiahu, vt ſtatueret verba legis ſcripta in libro
quem inuenit Chilchiiahu ſacerdos in domo domini. Et ſicut
ipſe non fuit ante eum rex qui reuerſus ſit ad dominum to-
to corde ſuo, & tota anima ſua, & tota validitate ſua iuxta
omnem legem Moſeh,& poſt eum non ſurrexit ſicut ipſe. Ve
rumtamen non eſt reuerſus dominus ab ira furoris ſui ma-
F gni, quo iratus eſt furor eius contra Iehudah propter irrita-
tiones,quibus irritauit eum Menaſſeh.Dixit autem dominus:
Etiam Iehudah remouebo à facie mea,ſicut remoui Iſrael, &
reprobabo ciuitatem hāc,quam elegi Ieruſalaim, & domum
de qua dixi,erit nomen meum ibi.Reſidua autem verborum
Ioſiiahu,& omnia quæ fecit,nónne ſunt ſcripta in libro verbo
rum dierum regum Iehudah?In diebus eius aſcendit Parhoh
Nechoh rex Aegypti contra regem Aſſur,iuxta flumen Pe-
rath,& abiit rex Ioſiiahu in occurſum eius, & occidit eum in
Meghiddo,cum vidiſſet eum.Et equitare fecerunt eum ſerui
2.Para.35.a. ſui mortuum è Meghiddo,& adduxerunt eum in Ieruſalaim,
2.Para.36 c. & ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo.Tulitq; populus terræ Ie
hoachaz filium Ioſiiahu,& vnxerunt eum,& regem conſtitue
runt eum pro patre ſuo.Viginti,& trium annorum erat Ie-
hoachaz,quando regnauit,& tribus menſibus regnauit in Ie
ruſalaim.Nomen autem matris eius,erat Chamuthal filia Ir-
G meiahu de Libnah,Fecitq; malum in oculis domini,iuxta o-
mnia quæ fecerunt patres ſui.Et ligauit eum Parhoh Nechoh
in Riblah in terra Chamath,dum regnaret in Ieruſalaim, &
impoſuit mulctam ſuper terram centum talenta argenti,& ta
lentum auri.Et regem conſtituit Parhoh Nechoh Eliachim fi
lium Ioſiiahu pro Ioſiiahu patre ſuo,& vertit nomen eius Ie
hoiachim:Iehoachaz autē tulit,& venit in Aegyptū,& mortu
us eſt ibi.Argentum autem, & aurū dedit Iehoachim ipſi Pa-
rhoh.Veruntamen æſtimare fecit terram,vt daret argentum
ad imperium Parhoh.Ab vnoquoq; ſecundū æſtimationem
ſuam exigebat argentū,& aurū à populo terræ,vt daret Pa-
rhoh Nechoh. Viginti, & quinq; annorum erat Iehoiachim,
quādo regnauit,& vndecim annis regnauit in Ieruſalaim.No
men aūt matris eius erat Zebudah filia Pedaiah de Rumah.
Fecitq; malū in oculis dñi,iuxta omia quæ fecerūt patres eius.

¶ Moritur Iehoiachim,ſuccedit Iehoiachim,Ieruſalaim obſidetur
a Babylonijs.Iehoiachim ſe tradit regi Babylonio,transfertur in
Babel,ſubſtituitur ei Mathaniah, qui & Sidchiiahu.
CAP. XXIIII.

A IN diebus eius aſcēdit Nebuchadneſar rex Babel,& fuit ei
Iehoachim ſeruus tribus annis,& reuerſus eſt,& rebellauit
contra eum.Miſit autem dominus contra eum exercitus Caſ
dim,& exercitus Aram,& exercitus Moab, & exercitus filio-
rum Hammon,& miſit eos in Iehudah,vt diſperderet eum iu
xta verbum domini,quod locutus fuerat per manum ſeruo-
rum ſuorum prophetarū.Veruntamen iuxta os domini fuit
hoc contra Iehudah,vt remoueret eū à facie ſua propter pec-
cata Menaſſeh,ſecundum omnia quæ fecit.Et etiam ſanguinē
innocentem quem effudit,& repleuit Ieruſalaim cruore innō
B centi,& noluit dominus parcere.Reſidua autem Iehoiachim,
& omnia quæ fecit, nónne ſunt ſcripta in libro verborum die
rum regum Iehudah? Dormiuitq; Iehoiachim cum pa-
tribus ſuis,& regnauit Iehoiachim filius ei⁹ pro eo.Et non ad
didit vltra rex Aegypti,vt egrederetur è terra ſua.Tulerat eñ
rex Babel à flumine Aegypti vſque ad flumen Perath, quic-
quid erat regis Aegypti.Octo & decem annorum erat Ieho
iachim,quando regnauit,& tribus menſibus regnauit in Ie-
ruſalaim.Nomen autē matris eius Nechuſta filia Elnathan de
Ieruſalaim.Fecitq; malum in oculis domini iuxta omnia quæ
fecerat pater eius.In tempore illo aſcenderunt ſerui Nebucha
neſar regis Babel in Ieruſalaim,& venit ciuitas in obſidionē.
Venitq; Nebuchadneſar rex Babel contra ciuitatem,& ſerui
C eius obſidebant eam.Et egreſſus eſt Iehoiachim rex Iehudah
ad regem Babel ipſe,& mater eius,& ſerui eius,& principes e-
ius,& eunuchi eius.Et ſuſcepit eum rex Babel anno octauo
quo regnauit.Et eduxit inde omnes theſauros domus domi-
ni,& theſauros domus regiæ,& concidit vniuerſa vaſa aurea
quæ fecerat Selomoh rex Iſrael in templo domini, ſicut locu-
tus eſt dominus,& tranſtulit omnem Ieruſalaim,& vniuerſos Eſter.2.a.
principes,& omnes fortes viribus,decem milia in tranſmigra
tionem:& omnem artificem,& [a] incluſorē:non remanſit prç
ter pauperes populi terrç.Et tranſtulit Iehoachim in Babel,& a cuſtodem, uigilem: qui portarū areū aut carcerum cuſtodiæ excubat.
D matrem regis,& vxores regis,& eunuchos eius,& fortes ter-
ræ ire fecit in captiuitatem,de Ieruſalaim in Babel.Et omnes
viros exercitus,ſeptem milia,& artifices, & [b] incluſores mille, b cuſtodes
omnes fortes facientes bellum,adduxitq; eos rex Babel in ca-
ptiuitatem in Babel.Et regem conſtituit rex Babel Mathani-
ah patruum eius pro eo,& vertit nomen eius in Sidchiiahu. Iere.37.a. &.52.a.
Viginti,& vnius anni erat Sidchiiahu quādo regnauit,& vn-
decim annis regnauit in Ieruſalaim.Nomen autem matris e-
ius erat Chamuthal filia Irmeiah de Libnah.Et fecit malum in
oculis domini,iuxta omnia quæ fecerat Iehoiachim. Quia fu
ror domini erat contra Ieruſalaim.& Iehudah,donec proiice
re faceret eos à facie ſua:et defecit Sidchiiahu cōtra regē Babel.

¶ Rebellante Sidchiiahu Ieruſalaim obſidetur a Nebuchadneſar.
Sidchiiahu capitur.urbs,& templum ſuccenduntur.Sidchiiahu in-
terfectis coram ſe filiis ſuis,exoculatur.Iehudah denuo transfertur
in Babel.exaltatur Iehoiachim. CAP. XXV.

A FVit autem anno nono regni eius,menſe decimo,decima
menſis venit Nebuchadneſar rex Babel ipſe,& omnis ex Iere.39.a. & 52.a.
ercitus eius contra Ieruſalaim, & caſtrametatus eſt aduerſus
eam,& extruxerunt contra eam turrim ligneam,per circui-
tum.Et venit ciuitas in obſidionem vſque ad vndecimum an
num regis Sidchiiahu.Nona menſis prçualuit fames in ciuita
te,& non erat panis populo terræ. Et rupta eſt ciuitas, & o-
mnes viri bellatores fugerunt nocte per viam portæ inter du
os muros qui ſunt iuxta hortum regium,(& Caſdem iuxta ci
B uitatem per circuitum erant,)et abierunt per viā vallis.Et per
ſecuti ſunt exercitus Caſdim regem,& comprehēderunt eum

in campeſtribus Iericho. Et omnis exercitus eius diſperſus eſt
ab eo. Et comprehenderunt regem,& aſcendere fecerũt eum
ad regem Babel in Riblah,& locuti ſunt cum eo iudicium. Fi
lios autem Sidchiiahu iugulauerunt in oculis eius,& oculos
Sidchiiahu cæcauit,& vinxit eum compedibus,& adduxit eũ
in Babel. Menſe autem quinto, ſeptima mẽſis(ipſe eſt annus
Pſal.71. nonus decimus regis Nebuchadneſar regis Babel) venit Ne-
C buzaradan magiſter laniorum,ſeruus regis Babel in Ieruſala-
im. Et combuſſit domum domini,& domum regiam, & o-
mnes domos Ieruſalaim,& omnem domum magnam com-
buſſit igni. Et muros Ieruſalaim per circuitum deſtruxit om̃is
exercitus Caſdim,qui erat cum magiſtro laniorum. Reſiduũ
autem populi,qui remanſerat in ciuitate,& trãsfugarum qui
transfugerant ad regem Babel,& reſiduum multitudinis trãſ
tulit Nabuzaradan magiſter laniorum. Et de pauperibus ter
ræ reliquit magiſter laniorum vinitores & agricolas. Colu-
Iere.27.d. mnas autem æreas,quæ erãt in domo domini,& baſes,& ma
re æreum,quod erat in domo domini, confregerũt Caſdim,
D & tulerunt æs eorum in Babel. Et ollas,& ſcopas,& pſalteria,
& cochlearia,& omnia vaſa ærea,in quibus miniſtrabant,tu-
erũt. Et acerras,& pelues. Quæ aurea,aurea:& q̃ argẽtea,argẽ
tea:tulit magiſter laniorum. Columnas duas,mare vnum, &
baſes quas fecerat Selomoh in domo domini. Non erat pon
dus æris omnium vaſorum horum. Octo & decem cubito-
rum erat altitudo columnæ vnius,& capitellum ſup eam ære
um,& altitudo capitelli erat trium cubitorum,& retiaculum,
& malogranata ſuper capitellum per circuitum. Omnia æ-
E rea,& ſicut iſta erant columnæ ſecundȩ ſuper retiaculum. Et
tulit magiſter laniorum,Seraiah ſacerdotem primum,& Se-
phaniahu ſacerdotem ſecundum,& tres cuſtodes vaſorum.
Et de ciuitate tulit eunuchum vnum,qui erat præfectus ſuper
viros bellatores,& quinque viros ex iis,qui videbant faciem
regis,qui inuenti fuerunt in ciuitate. Et ſcribam principem mi
litiæ,qui colligere faciebat populum terræ,& ſexaginta viros
de populo terræ,qui inuenti ſunt in ciuitate. Et tulit eo Nebu
zaradan magiſter laniorum,& ire fecit eos ad regem Babel in
Riblah. Et percuſſit eos rex Babel,& interfecit eos in Riblah
in terra Chamath,& translatus eſt Iehudah è terra ſua. Popu-
Iere.40.b. lo autem qui remanſerat in terra Iehudah,quem remanere fe-
cerat Nebuchadneſar rex Babel,pręfecit eis Gehdaliahu filium
F Achicham filij Saphan. Audierũt autem omnes principes ex
ercituum ipſi,& viri,quòd præfeciſſet rex Babel Ghedaliahu,
& venerunt ad Ghedaliahu in Miſpah,Iſmahel filius Nethani
ah,& Iochanan filius Careah,& Seraiah filius Tanchumeth
Nethophathites,& Iaazaniahu filius Mahachati, ipſi & viri
eorum. Et iurauit eis Ghedaliahu,& viris eorum,dixitq; eis:
a a ſeruis Chaldæorum Ne timeatis [a] ſeruire Chaſdim. Manete in terra,& ſeruite regi
Babel,& bene erit vobis. Et fuit,menſe ſeptimo venit Iſmahel
filius Nethaniah filij Eliſamah de ſemine regni,& decẽ viri cũ
eo,ꝑcuſſerũtq; Ghedaliahu,& mortuꝰ eſt,et Iehudęos,& Chaſ
dim,qui erãt cũ eo in Miſpah. Et ſurrexit omnis populꝰ à par
uo vſque ad magnum,& principes exercituum,& iuerunt in
Aegyptum. Timuerunt enim à facie Caſdim. Et fuit,anno vi-
G geſimo,& ſeptimo trãſmigrationis Iehoiachim regis Iehu-
dah,duodecimo mẽſe,vigeſima,& ſeptima mẽſis,leuauit Euil
merodach rex Babel anno quo regnauit,caput Iehoiachim re
gis Iehudah de domo carceris. Et locutꝰ eſt cũ eo bona. Et po
ſuit thronum eius ſuper thronum regum, qui erant ſecum in
Babel. Et mutauit veſtes carcerarias eius,& comedebat panẽ
ſemper in conſpectu eius omnibus diebus vitæ ſuæ.
Portio autem eius, portio quotidiana
dabatur ei à rege per ſingulos dies
omnibus diebus vi-
tæ eius

F I N I S.

# Liber qui Hebraicè

## dicitur,Dibre haiamin,id eſt,Verba dierũ: Græcè,Paralipomenon, id eſt,Derelictorum. Interprete Sãte Pagnino, Lucenſi.

¶ Breuis repetitio totius genealogiæ Adam,uſq; ad filios Heſau & Iſrael.

CAPVT I.

A ADAM, SETH, ENOS. Gen.2.b. & 4.d.5.g.
Chenan,Mahalalel,Iared,Chanoch,Me
thuſelach,Lemech,Noach,Sem,Cham,
& Iepheth. Filij Iepheth,Ghomer,& ma
ghog,& Madai, & Iauan, & Tubal, &
Meſech,& Tiras. Filij autem Ghomer,
Aſchenaz,& Riphath,& Togharmah.
Filij verò Iauan,Eliſah,& Tarſis,Chitthim,& Dodanim. Fi-
lij Cham,Chꝰ,& Miſraim,Puth,& Chenahan. Filij vꝰò Chus,
Seba,& Chauilah,& Sattha,& Rahamah,& Sabthecha. Filij
autem Rahamah,Seba,& Dedan. Chus autem genuit Nim-
rod,Ipſe cœpit eſſe potens in terra. Miſraim verò genuit Lu-
dim,& Hanamim,& Lehabim,et Naphtuchim,et Patruſim,
& Chasluchim,è quibus egreſsi ſunt Peliſtim,& Caphtorim.
B Chenahan aũt genuit Sidũ primogenitũ ſuũ,& Cheth. Et Ie-
buſæũ,& Emoræũ,& Ghirghaſæũ. Et Chiuuæũ,& Harchęũ,
& Sinæſũ. Et Aruadęũ,& Semaręũ,& Chamathæũ. Filij Sem,
Helã,& Aſſur,& Arpachſad,& Lud,& Arã,& Hus,& Chul,
& Chether,& Meſech. Arpachſad autem genuit Selach. Et Se
lach genuit Heber. Ipſi autem Heber nati ſunt duo filij. No-
men vnius Pelech,Quia in diebus eius diuiſa eſt terra. Et no-
men fratris eius Iоctan. Ioctan autem genuit Almodad,& Se
leph,& Chaſarmaueth,& Ierach. Et Adoram,& Vzal,& Di-
clah. Et Hebal,& Abimael,& Seba. Et Ophir,& Chauilah, &
Iobab. Oẽs iſti filij Ioctã. Sẽ,Arpachſad,Selach,Heber. Pelegh,
Rehu. Serugh,Nachor,Terach. Abram,ipſe eſt Abraham. Fi
lij Abraham,Iſchac,& Iſmael. Et hæ generationes eorum. Pri
mogenitus Iſmael,Nebaioth,& Chedar,& Adbeel, & Mib-
ſam. Miſmah,& Dumah,Maſſa,Chadad,& Tema. Iethur,Na
phis,& Chedmah. Iſti ſunt filij Iſmael. Filij autẽ Chethurah cõ Gene.26.b.
C cubinæ Abraham:ea peperit Zimran,& Iochſan,& Medan,
& Midian,& Isbach,& Suah. Et filij Iochſan,Seba,& Dedan.
Et filij Midian Ephah,& Hepher,& Chanoch,& Habidah,& Gene.25.a. Gene.25.c.
Eldahah. Omnes iſti filij Cheturah. Genuit autem Abraham Gene.36.b.
Iſchac. Filij Iſchac,Heſau,& Iſrael. Filij Heſau Eliphaz,Rehuel,
& Iehus,& Iahalam,& Corach. Filij Eliphaz, Teman,& O-
mar,Sephi,& Ghahattham,Chenaz,& Timnah,& Hama-
lec. Filij Rehuel,Nachath. Zerach,Sammah,& Mizzah. Filij
autem Sehir,Lothã,& Sobal,& Sibhon,& Hanah,& Diſon,
& Eſer,et Diſan. Filij autem Lothan,Chori,& Homan,& ſo-
ror Lothan,Timnah. Filij Sobal, Haliam, & Manachath, &
Hebal,Sephi,& Onan. Filij autem Sibhon. Aia,& Hanah. Fi-
lij Hanah,Diſon. Filij autem Diſon,Chamran,& Esban,& Ith
ran,& Cheran. Filij Eſer Bilham,Zahauan,& Iahacham. Filij
D Diſon Hus,& Aram. Iſti ſunt autem reges qui regnauerũt in
terra Edom,antequam regnaret rex ſuper filios Iſrael:Belah fi
lius Behor,& nomen ciuitatis eius Dinhabah. Et mortuus eſt
Belah,& regnauit pro eo Iobab filius Zerach de Boſrah. Et
mortuus eſt Iobab,& regnauit pro eo Chuſam de terra Te-
mani. Et mortuus eſt Chuſam,& regnauit pro eo Hadad fili-
us Bedad,qui percuſsit Midian in agro Moab. Et nomen ci-
uitatis Hauith. Et mortuus eſt Hadad,& regnauit ꝓ eo Sam-
lah,de Maſrechah. Et mortuus eſt Samlah,& regnauit pro eo
Saul de Rechoboth flumine. Et mortuus Saul ,& regnauit
pro eo Bahalchanan filius Hacbor. Et mortuus eſt Bahalcha-
nan,& re



nan, & regnauit pro eo Hadad,& nomen vrbis eius fuit Pa
hi,& nomen vxoris eius,Mehethabel filia Matred filię Meza-
hab. Et mortuus eſt Hadad. Et fuerunt duces Edom, dux Ti-
mnah , dux Haliah,dux Ietheth. Dux Aholibamah, dux Elah,
dux Pinon,dux Chenaz, dux Teman,dux Mibſar,dux Mag-
diel,dux Hiran. Iſti duces Edom.

¶ Genealogia Iehudah, uſque ad Iſai patrem Dauid. CAP. II.

A ISti filij Iſrael,Reuben,Simhon,Leui,& Iehudah Iſachar,&
Gene.29.g. &.30.a.&.35 c d. Zebulun. Dan,Ioſeph, & Biniamin. Naphthali, Ghad,&
Aſer. Filij Iehudah,Her,& Onan,& Selah,tres nati ſunt ei de
a Filia Suahit,Gene.38. Infra.4.a. Matth.1.a. [a]Bathſuah Chenahanitide. Et fuit Her primogẽitus Iehudah
malus in oculis domini,& occidit eum. Thamar autem nurꝰ
eius peperit ei Peres, & Zerah. Omnes filij Iehudah,quinq;.
Ioſue.7.a. Filij Peres,Cheſron,& Chamul. Filij autem Zerah,Ximri:&
B Ethan,& Heman,& Chalchol,& Darah: om̃es ij quinq;. Filij
verò Charmi,Hachar turbator Iſrael,qui præuaricatus eſt in
anathemate. Filij autem Ethan Hazariah. Filij verò Cherſon
qui nati ſunt ei Ierachmeel,& Ram,& Chelubai. Ram autem
Ruth.4.d. genuit Haminadab:Haminadab autem genuit Nachſon prin
cipem filiorum Iehudah:Nachſon autem genuit Salma:Sal-
ma autem genuit Bohaz:Bohaz autẽ genuit Hobed:Hobed
autem genuit Iſai:Iſai autẽ genuit primogenitum ſuum Eliah
& Abinadab II. et Simha III. Nethanel IIII .Raddai V. Oſem
1.Re.16.b.& 17.b. VI. Dauid VII. Sorores autem eorũ Seruiah & Abighail. Fi-
lij autem Seruiah,Abiſai,et Ioab,& Haſahel tres; Abigahil au
tẽ genuit Hamaſa: Pater verò Hamaſa fuit Iether Iſmahelita.
Chaleb autẽ filius Cheſron genuit Hazubah mulierem,et Ieri
C oth. Et iſti filij eiꝰ Ieſer,& Sobab,& Ardon. Et mortua eſt Ha
zubah,& accepit ſibi Chaleb Ephrath, & peperit ſibi Chur.
Chur aũt genuit Vri:Vri aũt genuit Beſalel. Et poſtea ingreſ-
ſus eſt Cheſron,ad filiã Machir patris Ghilhad. Et ipſe accepit
eam,& erat filiꝰ ſexaginta annorum,& peperit ſibi Segub. Se
gub autẽ genuit Iair,et fuerunt ſibi viginti & tres ciuitates in
terra Ghilhad. Et accepit Gheſur,& Arã, [b] Chauuoth Iair ab
b uillas Iair ab incolis: eis;Chenath,& viculos eius ſexaginta ciuitates. Om̃es iſti filij
Machir patris Ghilhad. Et poſtquã mortuus eſt Cheſron in
Chaleb Ephrata,& vxor Cheſrõ Abiiah peperit ſibi Aſchur
patrem Tecoah. Fuerunt autem filij Ierachmeel primogeniti
Cheſron,primogenitus Ram,& Bunah,et Orem,& Oſem
D Achiiah. Et fuit vxor altera ipſi Ierachmeel,& nomẽ eius Ha-
tharah,ipſa eſt mater Onam. Et fuerunt filij Ram primoge-
niti Ierachmeel,Mahas & Iamin & Hecher. Fuerũt aũt filij O-
nan Sammai,& Iadah. Filij verò Samai, Nadab , & Abiſur.
Et nomẽ vxoris Abiſur Abighail,& peperit ſibi Achban &
Molid. Filij aũt Nadab,Seled,& Appaim. Et mortuus eſt Se
led abſq; filiis. Filij aũt Appaim Iſchi. Filij aũt Iſchi Seſan. Et
filij Seſan Achlai. Filij aũt Iadah fratris Sammai,Iether,& Io-
nathan. Et mortuus eſt Iether abſq; liberis. Filij aũt Ionathan,
E Peleth,& Zaza. Iſti fuerũt filij Ierachmeel. Et nõ fuerũt ipſi Se
ſan filij,ſed filiæ. Et ipſi Seſan fuit ſeruus [c] Miſritha,& nomẽ eiꝰ
Iarchah. Et dedit Seſan filiam ſuam Iarchah ſeruo ſuo in vxo-
c Ægyptius rem,& peperit ſibi Hathai. Hathai aũt genuit Nathan:Nathã
aũt,genuit Zabad:Zabad aũt,genuit Eplal:Eplal aũt, genuit
Hobed:Hobed aũt,genuit Iehu:Iehu autẽ, genuit Hazariah:
Hazariah aũt,genuit Cheles:Cheles aũt,genuit Elhaſah:Elha-
ſah aũt genuit Siſmai:Siſmai aũt,genuit Sallum:Sallum autẽ,
genuit Iechamiah:Iechamiah autem,genuit Eliſamah. Filij
aũt Chaleb fratris Ierachmeel Meſah primogenitus eius. Ipſe
F fuit pater Ziph. Et filij Mareſah patris Chebron. Et filij Che-
bron Chorach & Tappuach & Rechem , & Semah . Semah
aũt,genuit Racham patrem Iorchoham:& Rechẽ,genuit Sa-
mai. Filius aũt Samai,Mahon:Mahon aũt,fuit pater Bethſur:
Hepha aũt,concubina Chaleb peperit Charam,& Moſa , &
Ghazez,& Charan,genuit Ghazez. Filij aũt Iachdai Reghẽ,
& Iothã & Cheſan,& Peleth,& Hephah & Sahaph. Cõcubi-
na Chaleb Mahachah,peperit Seber,& Tirchanah. Et pepe-
rit Sahaph patrẽ Madmannah,& Seuah patrẽ Machbenah,
G & patrem Ghibha,filia aũt Chaleb Hachſach. Iſti fuerunt filij
Chaleb filij Chur primogeniti Ephratha Sobal pater Chiria
thieharim. Salma pater Bethlechem,Chareph pater Bethgha
der. Et fuerunt filij Sobal patri Chiriathieharim,qui videbat
dimidium requietionũ. Et familiæ Chiriathieharim Ithræus,
& Putæus,& Sumatęus,& Miſraatæus. Ab iſtis egreſsi ſunt
Soraatæus,& Iſthaulitæus. Filij Salma,Bethlechẽ,& Netho-
phathi coronæ domus Ioab,& dimidiũ requietionis Sorhi.
Et familiæ ſcribarũ habitãtiũ in Iahabes Tirhatim Simhatim
Suchatim. Iſti ſunt Chimin qui venerunt de Chamath patris
domus Rechab.

¶ Genealogia Dauid in Chebron,& Ieruſalaim. CAP. III.

A ISti aũt fuerunt filij Dauid,qui nati ſunt ei in Chebron. Pri
mogenitus Amnon,de Achinohã Izrehelitide,ſecũdꝰ Da- 2.Reg.3.a.
niel,de Abighail Carmelitide. Tertius Abſalom filius Maha-
chah filiæ Talmai regis Gheſur. Quartus Adoniah,filius Cha
ghith. Quintus Sephathiah,de Habital. Sextus Ithream , de
Heglah vxore ſua . Sex nati ſunt ei in Chebron. Et regnauit 2.Reg.5.c.
ibi ſeptem annis & ſex menſibus , & triginta, & tribus an-
nis regnauit in Ieruſalaim . Et iſti nati ſunt ei in Ieruſalaim,
B Simha , & Sobab , & Nathan , & Selomoh quatuor de
Bathſuah filia Hammiel . Et Ibchar , & Eliſamah, Eliphe-
leth , & Noghah, & Nephgh , & Iapiah , & Eliſamah, & E-
liadah,& Elipheleth,nouẽ. Omnes filij Dauid præter filios cõ
cubinarũ,& Thamar ſororẽ eorũ. Et filius Selomoh , Recha-
bham,Abiiah filius eius,Aſa filius eius,Iehoſaphath filiꝰ eius.
Ioram filius eius,Achaziahu filius eius,Ioas filius eius. Ama-
C ziahu filius eius,Hazariahu filius eius,Iothã filiꝰ eius, Achaz Matth.1.b.
filius eius,Chizchiiahu filius eius,Menaſſeh filius eius ,Amon
filius eius,Ioſiiahu filius eius. Filij aũt Ioſiiahu primogenitus
Iochanan,ſecundus Iehoiachim,tertius Sidchiiahu, quartus
Sallum. Filij autẽ Iehoiachim, Iechoniah filius eius, Sidchiiah
filius eius. Filij aũt Iechoniah,Aſſir,Sealthiel filiꝰ eius. Et Mal-
chiram,& Pedaiah,& Senaſar,Iechamiah,Hoſamah, & Ne-
D dabiah. Filij aũt Pedaiah, Zerubbabel, & Simhi:& filius Ze-
rubbabel Meſullam,& Chananiah, & Selomith ſoror eorũ.
Et Ghaſubah,& Ohel,& Berechiah, & Chaſadiah & Iuſab-
cheſed quinq;. Filius autẽ Chananiah, Pelathiah,& Ieſahaiah:
filij Rephaiah filij Arnam filij Obadiah filij Secheniah. Et filij
Secheniah,Semahaiah. Filij aũt Semahaiah,Chatus,& Ighal,
& Bariah,& Nehariah,& Saphath ſex. Filius aũt Nehariah,
Eliohenai,& Chizchiiah,& Hazricã tres. Filij aũt Eliohenai
Hodaiauehu. Eliaſib,& Pelaiah,& Haccub, & Iochanan, &
Delaiah,& Hanani ſeptem.

¶ Filiorũ Iehudah,& Simhon genealogia. CAP. IIII.

A FIlij Iehudah,Peres,Cheſron et Charmi,& Cur,& Sobal.
Reaiah aũt filius Soobal,genuit Iachath. Iachath autẽ, Supra 2.a. Gene.38.d.
genuit Achumai,& Lahad. Iſtæ familiæ Sorhati. Et hæc pa-
terna ſucceſſio Hethã,Iſrehel,& Iſma,& Idbas,& nomen ſoro
ris eorũ Selelphoni. Penuel aũt pater Chedor,& Hezer pater
Chuſah. Iſti filij Chur primogeniti Ephratha patris Bethle-
chem. Aſchur aũt patri Tecoah fuerũt duæ vxores , Chelah,
& Naharah. Et peperit ei Naharah, Achuzam, & Chepher,
& Temni,& Hahachaſtari. Iſti filij Nacharah . Filij aũt Che-
lah,Sereth, Ieſohar,& Etnan. Chos aũt genuit Hanub,& Ha
ſobebah,& familias Acharchel filij Charum. Fuit aũt Iahabes
B honorabilior fratribꝰ ſuis. Et mater eiꝰ vocauit nomẽ eius Ia-
habes,dicẽdo:Quia pepi cũ dolore. Et inuocauit Iahabes deũ
Iſrael,dicẽdo:Si bñdicẽdo bñdixeris mihi, et multiplicaueris
terminũ meũ,& fuerit manꝰ tua mecũ,& feceris me eruere à
malo,vt nõ dolore afficiar. Et attulit deus qđ petijt. Chelub
aũt frater Suchah,genuit Mechir. Ipſe eſt pr̃ Eſthon . Eſthon
aũt genuit Bethrapha,& Paſeach & Techinnah patrẽ vrbis
Nachas. Iſti viri Rechah :Filij aũt Chenaz Hothniel,& Sera-
iah Filij aũt Hothniel Chethath. Mehonothai autem genuit
Hophrah. Seraiah aũt genuit Ioab patrẽ vallis artificũ,quia a

C tifices fuerũt. Filij aũt Chaleb filij Iephuneh, Hiru Elah & Naham. Filij autem Elah, Chenaz. Filij aũt Iehalelel Ziph, & Ziphah. Tiriah, & Aſarel. Et filius Hezrah Iether, & Mered, & Hepher, & Ialon, & genuit Miriã, & Sammai, & Iſbach patrẽ Eſthemoah. Et vxor eius Iehudiiah peperit Iered patrẽ Ghedor, & Gheber patrem Socho, & Iechutiel patrẽ Zanoach. Et iſti filij Bithiah filiæ Parhoh, quã accepit Mered. Filij autẽ vxoris Hodiia ſororis Nachan patris Chehilah, Hagharmi, & Eſthemoah Hamahachathi. Filij autẽ Simon, Amnon, & D Rinah filius Chanan, & Tilon. Filij aũt Iſhi Zocheth, & Ben [Gene.18.a.] Zocheth. Filij Selah, filij Iehudah Her pater Lecua, & Lahadah pater Mareſah. Et familia domus operis Byſſim in domo Asbeah. Et Iochim, & viri Chozebah, et Ioas, et Saraph, ꝗ dñati ſunt In Moab, et habitatores Lechẽ, et verba antiqua enarramus. Iſti ſunt figuli, & habitatores loci plãtationum, et macerię cum rege in opere ſuo habitauerunt ibi: Filij Simhõ Nemuel, & Iamin, Iarib, Ierah, Saul, Salum filius eius, Mib- [Gene.46.a.] E ſam filius eius, Miſmah filius eius. Filij autem Miſmah, Chamuel filius eius, Zacchur filius eius, Simihi filius eius. Ipſi Simhi fuerunt filij XVI. & filiæ VI. Fratribus autem eius nõ fuerunt filij multi, et omnem familiam ſuam non multiplicauerũt vſq; ad filios Iehudah. Habitauerunt autem in Beer Sebah, et Moladah, et Chaſarſuhal, & in Bilhah, & in Heſem, et in Tolad. Et in Betheul, et in Chormah, et in Sichlah. Et in Bethmarchaboth, et Chaſarſuſim, et in Bethbiri, et in Saharaim. Hæ ciuitates eorum, donec regnauit Dauid. Et villæ eorum Hetham, & Hain, Rimmon, & Tochen, & Haſan ciuitates qnque. Et oẽs viculi earũ ꝗ erant in circuitibus ciuitatum F iſtarũ vſq; ad Bahal. Hæc habitatio eorum, & genealogia eorũ ipſis. Et Meſobah, & Iamlech, & Ioſah filius Amaſiah. Ioel, & Iehu filiꝰ Ioſibiah filij Seraiah filij Haſiel. Et Eliohenai, & Iahacobah, Ieſochaiah, et Haſaiah, & Hadiel & Ieſimeel, & Benaiah Et Ziza filius Siphhi filij Allõ filij Iedaiah filij Simri filij Semahaiah. Iſti ſunt qui veniunt per nomina principes in familijs ſuis, & domo patrum ſuorum multiplicati ſunt in multi- G tudinẽ. Et abierũt ad introitũ Ghedor vſq; ad orientem vallis, vt quærerent paſcua pecoribus ſuis. Et inuenerũt paſcuũ pingue, & bonum, & terram latam locis, & quietam, & fertilem, quia de Cham fuerunt habitantes ibi ante. Et venerunt iſti ſcripti per nomina in diebus Iechizchijahu regis Iehudah, & ꝑcuſſerũt tabernacula eorũ, & habitacula quæ inuẽta ſunt ibi, & interfecerũt eos vſq; ad diẽ hanc, & habitauerunt pro eis. Qm̃ paſcuum pro pecoribus ſuis erat ibi. Et ex eis de filijs Simhon abierunt in montem Sehir viri quingenti. Et Pelathiah: & Nehariah, & Rephaiah, & Huzziel filij Iſhi in capite eorum. Et ꝑcuſſerunt reſiduum eorum qui euſaerunt de Hamalec, & habitauerunt ibi vſq; ad diem hanc.

¶ Genealogiæ filiorum Reuben, Ghad, & dimidiæ tribus Menaſſeh. CAP. V.

A [Gene.35.d & 49.a.] Filij autem Reuben primogeniti Iſrael. Ipſe enim fuit primogenitus, & cũ violaſſet ipſe torum patris ſui, data eſt primogenitura eius filijs Ioſeph filij Iſrael. Et non eſt, dum recenſetur generatiõis ſeries in primogenitura. Quia Iehudah fortis fuit inter fratres ſuos, & dux ex eo. & primogenitura ipſi Ioſeph data eſt. Filij Reuben primogeniti Iſrael, Chanoch et Pallu, Cheſron, & Charmi. Filij Ioel Semahaiah filius eius. [Gene.49.a. Exodi.6.c. Num.26.a.] Gogh filius eius. Simhi filius eius, Michah filius eius. Reaiah filius eius Bahal filius eius. Beerah filius eius. Quem trãſmigra- B re fecit Tiglath Pilneeſer rex Aſſur. Ipſe princeps ipſi Reubenitæ. Et fratres eius per familias ſuas, dũ recẽſetur generatiõis ſeries per generatiões ſuas, caput Iehiel, & Zechariahu. Et Belhal filius Hazaz filij Semah filij Ioel: Ipſe habitabat in Zaroher, vſq; ad Nebo, & Bahalmeõ. Et ad orientẽ habitauit vſq; ad ingreſſum deſerti à flumine Perath: quia greges eorũ multiplcati fuerãt in terra Ghilhad. In diebus autem Saul fecerũt bellum cũ [a] Hageriim, & mortui ſunt per manũ eorũ, & habitauerũt in tabernaculis eorũ in omni facie orientis ad Ghilhad. Filij verò Ghad è regiõe eorũ habitauerũt in terra Baſan vſq; Salchah. Ioel dux & Sapham ſecundus. Iahanai autẽ, & Saphath in Baſan. Fratres verò eorum ſecundũ domum patrũ ſuorũ Milchael, & Meſullam, & Sebah, & Iorai, & Iahachan, & Ziah & Hebed ſeptẽ. Iſti filij Abichail, filij Churi, filij Iaroach, filij Ghilhad, filij Michael, filij Ieſiai, filij Iachdo, filij Buz. Achi filius Habdiel filij Gunni dux per domum C patrum ſuorum. Et habitauerunt in Ghilhad, in Baſan, & in viculis eius & in vniuerſis ſuburbanis Saron vſque ad exitus eorum. Omnes hi recenſiti ſunt per ſeriem generationis in diebus Iothã regis Ieudah, & in diebus Iarobham regis Iſrael. Filij Reuben & Ghaditæ, & dimidiæ tribus Menaſſeh de filijs robuſtis, viris portãtibus ſcutũ, & gladiũ, & tendentibus arcum, & doctis bellum quadraginta & quatuor milia, & ſeptingẽti, & ſexaginta egrediẽtes ad pugnã. Et fecerunt bellum cum [b] Hageriim, & Iethur, & Naphis, & Nodab. Et auxiliati ſunt eis, traditiq; ſunt in manu eorũ Hageriim, & vniuerſi qui fuerant cũ eis, qa ad deũ clamauerũt in bello, & exorabilis fuit eis, quia ſperauerũt in eo. Et prædati ſunt greges eorũ came- D los eorum quinq; milia, & pecudes ducẽtas & quinquaginta milia, & aſinos duo milia, & animas hoĩm centũ milia. Quia vulnerati multi corruerũt, qa à deo fuit bellũ, & habitauerũt pro eis vſq; ad trãſmigrationẽ. Filij aũt dimidiæ tribus Menaſſeh habitauerũt in terra à Baſan vſq; ad Bahal Chermon, & Senir, & montẽ Chermõ. Ipſi multiplicati fuerãt. Et iſti capita domus patrũ eorũ, & Hepher, & Iſhi, & Eliel, & Hazriel, & Irmeiah, & Hodauiah, & Iachdiel viri fortes robore, viri nominati, capita domui patrum ſuorum. Et preuaricati ſunt in deum patrũ ſuorum, & fornicati ſunt poſt deos populorũ terræ, quos diſperdere fecit deꝰ à facie eorũ. Et ſuſcitauit deus Iſraelis ſpiritum Pul regis Aſſur, & ſpiritum Tiglath Pilneſer regis Aſſur: & tranſtulit eos Reubẽiten, & Ghaditen, & dimidiã tribum Menaſſeh. Et adduxit eos in Chalach, & Chabor, & Harah, & fluuium Ghozan vſq; ad diem hanc.

[a] Hagarenis

[b] Hagarenis

¶ Genealogiæ filiorum Leui. CAP. VI.

A Filij Leui Gherſon, Chehath, & Merari. Filij autem Chehat Hamram, Iſhar, & Chebron & Huzziel. Filij autem [Gene.46.b. Infra.23.b.] Hamram Aharon, & Moſeh, & Miriam. Filij autem Aharõ, Nadab, & Abihu Elhazar, & Ithamar. Elhazar, genuit Pinechas, Pinechas, genuit Abiſuah: Abiſuah aũt, genuit Bucchi. Bucchi aũt genuit Huzzi: Huzzi aũt, genuit Zerachiah: Zerachiah aũt, genuit Meraioth, Meraioth genuit Amariah, Amariah aũt, genuit Achitub: Achitub aũt, genuit Sadoc: Sadoc aũt, genuit Achimahas: Achimahas aũt, genuit Hazariah: Hazariah aũt genuit Iochanan, Iochanan aũt, genuit Hazariah Ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in domo, quã ædificauit Selomoh in Ieruſalaim. Genuit aũt Hazariah, Amariah: B Amariah aũt, genuit Achithub: Achitub aũt, genuit Sadoc: Sadoc aũt genuit Sallum: Sallum aũt genuit Chilchiiah. Chilchiiah aũt, genuit Hazariah: Hazariah autẽ genuit Seraiah: Seraiah autẽ, genuit Iehoſadac: Iehoſadac autẽ, abijt dũ tranſmigrare fecit dñs Iehudah, et Ieruſalaim per manum Nebuchadneſar. Filij Leui Gherſon, Chehath, & Merari. Et hæc nomina filiorum Cherſon. Libni, et Simhi. Filij aũt Chehath Hamrã, & Iſhar & Chebron, & Huzziel. Filij Merari, Machali, & Muſi. [Exodi.6.c.] Et iſtæ familiæ Leui per familias ſuas. Ipſi Gherſon Libni filius eius, Iachath filius eius, Zimmah filius eius, Ioach filius eius, Hiddo filius eius. Zerach filius eius. Ieathrai filius eius. Filij Cheath Hamminadab filius eius, Corach filius eius. Aſſir filius eius. Elchanah filius eius, et Ebiaſaph filius eius. & Aſſir filius eius. Tachath filius eiꝰ, & Vriel filius eiꝰ, Huzziah filius eiꝰ, & Saul filius eiꝰ. Filij aũt Elchanah, Hamaſai, & Achimoth. Elchanah filij Elchanah Sophai filiꝰ eiꝰ, & Nachath filius eius. Eliab filius eiꝰ, Ierochã filius eiꝰ, Elchanah filius eiꝰ. Fi- C lij Semuel primogenitus Vaſni, & Abiiah. Filij Merari Machali Libni filius eius, Simhi filius eius, Haſaiah filius eius, Simha filius eius, Chachiiah filius eius, Haſaiah filius eiꝰ. Iſti ſunt aũt quos ſtatuit Dauid in locis cantici domus dñi à requie arcæ. Et miniſtrauerũt corã habitaculo tabernaculi eccleſiæ in cantico, donec ædificauit Selomoh domũ dñi in Ieruſalaim, & ſteterũt iuxta morẽ ſuum in miniſterio ſuo. Iſti ſunt aũt qui ſtabãt, & filij eorũ de filiis Cheathitarũ: Hemã cantor filiꝰ Ioel filij Semuel. Filij Elchanah, filij Ierochã filij Eliel, filij Toach. Filij Suph, filij Elchanah, filij Machath, filij Hamaſai. Filij Elchanah, filij Ioel, filij Hazariah, filij Sephaniah. Filij Tachath filij Aſſir, filij Ebiaſaph, filij Corach. Filij Iſhar, filij Chehath, D filij Leui, filij Iſrael. Et frater eius Aſaph ꝗ ſtabat ad dexteram eius Aſaph filius Berechiahu filij Simha. Filij Michael, filij Bahaſeiah, filij Malchiiah. Filij Ethni, filij Zerach, filij Hadaiah. Filij Ethan, filij Zimmah, filij Simhi. Filij Iachath, filij Gherſon, filij Leui. Filij aũt Merari fratres eorũ ad ſiniſtrã, Ethã filius Chiſi, filij Abdi, filij Malluch. Filij Chaſabiah, filij Amaſiah, filij Chilchiiah. Filij Amſi filij Bani, filij Semer. Filij Machali, filij Muſi, filij Merari, filij Leui. Fratres aũt eorũ, & Leuitæ dati ſunt ad omne miniſteriũ habitaculi domus dei. Aharon aũt, & filij eius ſuffiebant ſuper altare holocauſti, & ſuper altare ſuffimenti ad omne opus ſancti ſanctorũ, & ad expiandũ Iſrael ſecundũ oĩa quæ præceperat Moſeh ſeruus dei. Iſti ſunt aũt filij Aharon, Elhazar filius eius, Pinechas filius eius, Abiſuah filius eius. Bucchi filius eius, Huzzi filius eius, Zerachiah filius eius. Meraioth filius eius, Amariah filius eius, Achitub filius eius. Sadoc filius eius, Achimahas filius eius. Iſta ſunt aũt habitacula eorũ per palatia eorũ, in termino eorum, E filiis Aharon per familiã Chehathi ipſis erat ſors. Dederũt autẽ eis Chebrõ in terra Iehudah, & ſuburbana eius in circuitibus eius. Agros autem vrbis, & villas eorũ dederũt Chaleb filio Iephunneh. Filiis aũt Aharon dederunt vrbes euaſionis Chebron, & Libnah, & ſuburb. eiꝰ. Iatthir, & Eſthemoah, & ſuburb. eius. Et Chilẽ, & ſuburb. eius. Debir, & ſuburb. eius. Haſan, & ſuburb. eius. Et Bethſemes, & ſuburb. eius. De tribu autem Biniamin Ghebah & ſuburbana eius, & Hallemeth, & ſuburbana eius, & Hanathoth, & ſuburbana eius. Omnes vrbes eorũ, tredecim vrbes per familias eorũ. Filij aũt Chehath reſidui de familia tribus, de dimidia tribu, dimidij Menaſſeh in ſortes vrbes decẽ. Filiis aũt Gherſon ꝑ familias ſuas F de tribu Iſaſchar, & de tribu Aſer & de tribu Naphthali, et de tribu Menaſſeh in Baſan ciuitates tredecim. Filiis Merari per familias ſuas de tribu Ruebẽ, & de tribu Ghad, & de tribu Zebulun in ſortẽ ciuitates duodecim. Dederunt aũt filij Iſrael Leuitis ciuitates, & ſuburbana earũ. Dederũtq; ꝑ ſortẽ ex tribu filiorũ Iehudah, & ex tribu filiorũ Simhõ, & ex tribu filiorum Biniamin vrbes has quas vocabãt per nomina. Et de familiis filiorũ Chehath fuerunt vrbes termini ſui de tribu Ephraim. Et dederunt eis vrbes euaſionis Sechem, & ſuburbana eius in [Iohe.21.b.] monte Ephraim, & Ghazer, & ſubur. eius. Et Iochmeham, & ſuburbana eius, & Bethchoron, & ſuburbana eius. Et Aialõ, & ſuburbana eius, & Ghathrimmon, & ſuburba. eius. Et ex dimidia tribu Menaſſeh, Haner, & ſuburba. eius, & Bilhã, & ſuburbana eius, familiæ filiorum Chehath ꝗ reſidui erant. G Filiis Gherſon de familia dimidiæ tribus Zenaſſeh Gholan in Baſan, & ſuburbana eius. Hahſtaroth, & ſuburbana eius. Et de tribu Iſaſchar. Chedes, & ſuburbana eius. Dobrath, & ſuburbana eius. Et Ramoth, & ſuburbana eius, & Hanẽ, & ſuburbana eius. Et de tribu Aſer Maſal, & ſuburbana eius, & Abdon, & ſuburbana eius. Et Chuchch, & ſuburbana eius, & Recoh, & ſuburbana eius. Et de tribu Naphthali Chedes, in Galil, & ſuburbana eius, & Chammon, & ſuburbana eius, & Chiriathaim, & ſuburbana eius, Filiis Merari reſiduis de tribu Zebulun, Rimmono, & ſuburbana eius. Tabor, & ſuburbana eius. Et de iis quæ erant trans Iarden Ierecho ad orientem Iarden de tribu Reubẽ Beſer in deſerto, & ſuburbana eius. Et Iahaſah, & ſuburbana eiꝰ. Et Chedemoth, ſuburb. eius, & Mephahath, & ſuburbana eius. Et de tribu Ghad Ramoth in Ghilhad, & ſuburbana eiꝰ, et Machanaim, & ſuburbana eius. Et Chesbõ, & ſuburbana eius, & Iahazer, & ſuburbana eius.



¶ Genealogiæ filiorum Iſaſchar, Biniamin, Naphthali, Menaſſeh, Ephraim & Aſer. CAP. VII.

A Fs autẽ Iſaſchar Tolah, & Puah, Iaſub, & Simron quator. [Gene.46.b.] Filij autem Tolah Huzzi, & Rephaiah, & Ieriel, & Iachamai. Et Ibſam, & Semuel principes per domum patrũ ſuorum. De Tolah fortes robore per generationes ſuas. Numerus eorum in diebus Dauid viginti duo milia, & ſexcenti. Filij Huzzi Izrachiah. Filij autem, Izrachiah Michael, & Hobadiah, & Ioel. Ieſiiah quinque principes omnes ipſi. Et cum B eis per generationes ſuas per domum patrum ſuorum milites exercitus belli triginta, & ſex milia. Quia multiplicauerunt vxores, & filios. [Gene.6.c.] Et fratres eorum per omnes familias Iſaſchar fortes viribus octoginta & ſeptem milia recenſiti ſunt per ſeriem generationis eorum per omnes. Biniamin Belah, & Becher, & Iedihael tres. Filij autem Belah Esbon, & Huzzi, & Huzziel, & Ieremoth, & Hiri, quinque principes domus familiarum potentes viribus, & recenſiti ſunt per ſeriem generationis eorum viginti, & duo milia, & triginta, & quatuor. Filij autem Becher Zemirah, & Iohas, & Elihezer, & Elihohenai, & Homri, & Ieremoth, & Abiiah, & Hanathoth, & Hallameth omnes iſti filij Becher. Recenſiti ſunt per ſeriem generationis eorum per generationes ſuas principes domus familia- C rum ſuarum fortes robore viginti milia, & ducenta. Filij aũt Iedihael Bilhan. filij verò Bilhan, Iehus, & Biniamin, & Ehud & Chenahanah, & Zithã, & Tharſis, & Achiſachar. Omnes iſti filij Iedihael principes familiarum fortes viribus ſeptem, & decem milia, & ducenti egredientes ad militiam ad bellum. Et Suphim, et Chuppim filij Hir Chuſim filij Acher. Filij Naphthali Iachaſiel, & Gũni, & Ieſer, & Sallum filij Bilhah. Filij Menaſſeh, Haſriel quem peperit concubina eius. Aramiiah peperit Machir patrem Ghilhad. Machir autem accepit vxorem ipſi Chuppim et Suphim, & nomen ſororis eius Mahachah. Nomen aũt ſecũdi Selophchad. Fueruntq; ipſi Selophchad filiæ. Et peperit Mahachah, vxor Machir filium, & vocauit D nomen eius Peres, & nomen fratris eius Seres, filij aũt eius Vlam & Rechem. Filij autẽ Vlam Bedan. Iſti filij Ghilhad filij Machir, filij Menaſſeh. Soror autẽ eius Molecheth peperit Iſhod, & Abihezer, & Machalah. Fuerũt autem filij Semidah, Achian, & Sechem, & Licchi, & Aniham. Filij autẽ Ephraim Suthelach, & Bered filius eius, & Tachath filius eius, & Elhadah filius eius, & Tachath filius eius. Et Zabad filius eius, & Suthelach filius eius, & Hezer, & Elhad. Et occiderunt eos viri Ghath qui nati erant in terra. Deſcenderant enim vt accipe- E rent greges eorum. Et luxit Ephraim pater eorũ diebus multis, & venerunt fratres eius ad cõſolandũ eũ. Et ingreſſus eſt ad vxorem ſuam, & concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Berihah [a] propter malũ quod fuit in domo eius. Et filia eius Seerah. Et ædificauit Bethchoron inferiorem, & ſuperiorem, & Vzen Seerah. Et Rephach filius eius, & Reſeph, & Telach alius eius & Tachã filius eius Lahadã filius eius. Hãmiud filius eius, Eliſamah filius eius. [b] Nõ filius eius, Iehoſuah filius eius, Poſſeſſio ante eorũ, & habitationes eorũ Bethel, & viculi eius ad orientẽ Naharã, & ad occidentẽ Ghezer, & vi- F culi eius, & Sechem, & viculi eius vſque ad Hazah, & viculos [Gene.49.b.] eius. Et iuxta loca filiorum Menaſſeh Bethſeã, & viculos eius. Tahanach, & viculos eius. Meghiddo, & viculos eius Dor, & viculos eiꝰ. In his habitauerunt filij Ioſeph filij Iſrael. Filij Aſer Imnah, & Iſuah, & Iſui, & Berihah, & Serach, ſoror eorũ. Filij aũt Beriah. Cheber, & Machiel. Ipſe eſt pater Birzauith. Cheber aũt genuit Iaphleth, & Somer, & Chothã, & Suha ſororẽ eorũ. Filij aũt Iaphleth Paſach, et Bimhal, et Haſuath. I- G ſti filij Iaphleth. Filij aũt ſemer Achi et Rohaghah Iechubbah,

[a] id eſt, in malo, quia in malo tempore natꝰ fuit in domo eiꝰ.

[b] Filius eius fuit Non. nomen. ſ. proprium.

& Aram. Filius ante Helem fratris eius Sophach, & Imnah, et Seles, et Hamal. Filij Sophach, Suach, & Charnepher, et Suah, & Beri, & Imrah, Beſer, & Hod, & Samna & Silſah, & Ithran, & Beera. Filij autem Iether Iephunneh, & Piſpha, & Ara. Filij autẽ Hulla Arach, & Channiel, & Riſiah. Omnes iſti filij Aſer principes domus familiarũ electi, fortes viribus, capita principum, & recẽſiti ſunt per ſeriem generationis eorũ ad militiã in bello, numerus eorum viri viginti, & ſex milia.

¶ Alia Genealogia filiorum Biniamin.

CAP. VIII.

A Gene.46.c. Supra.7.b. BIniamin autẽ genuit Belah primogenitum ſuũ, Asbel ſecundum, & Achrach tertium, Nochah quartũ, & Raphah quintum. Et fuerunt filij ipſi Belah Adar, & Ghera, & Abiud. Et Abiſuah, & Nahaman, & Achoach, & Ghera, & Sephuphan, & Churã. Iſti ſunt autem filij Echud, Iſti ſunt principes familiarum habitantium in Ghebah, & tranſtulit eos in Manachath. Nahaman autem & Achiiah, & Gherah: ipſe trãſtulit eos, & genuit Huzzah, & Achichud. Sacharaim autẽ genuit in agro Moab poſtq̃ dimiſerat ipſos: & vxores eius erãt Chuſim, & Baharah. Et genuit de Chodes vxore ſua Iobah,
B & Sibiah, & Meſa, & Malcham. Et Iehus, & Sachiah, & Mirmah. Iſti filij eius principes familiarum. De Chuſim verò genuit Abithub, & Elphahal. Filij autẽ Elphahal, Heber, & Miſhã, & Samed. Ipſe ædificauit Ono, & Lod, & villas ei⁹. Et Berihah, & Semah. Ipſi principes familiarum habitantium in Aialon. Ipſi fugauerunt habitatores Ghath. Et Achio, Saſac, & Ieremoh. Et Zebadiah, & Harad, & Hader. Et Michael, & Iſphah, & Iocha filij Berihah. Et Zebadiah, & Meſullã, & Chizchi, & Cheber. Et Imerai, & Izliah, & Iobab filij Elphahal. Et Iachin, & Zichri, & Zabdi. Et Eliohenai, & Sillethai, & Eliel. Et Hadaiah, & Beraiah, & Simrhath filij Simhi. Iſphan autem & Heber, & Eliel. Et Habdon, & Zichri, & Chanan. Et Chananiah, & Helam, & Hanthothiiah. Et Iphdeiah, & Peniel filij Saſac.
C Samſerai autem, & Sechariah, & Hathaliah, Iahareſiah, &
Infra.9.a Eliiah, & Zichri filij Ierocham. Iſti principes familiarum per generationes ſuas. Principes iſti habitauerunt in Ieruſalaim. Et in Ghibhon habitauerunt Abighibhon. Et nomen vxoris eius Mahachah. Et filius eius primogenit⁹ Habdon, & Sur, & Chis, & Bahal, & Nadab. & Ghedor, & Achio & Zecher. Et Michloth genuit Simah. Et etiã iſti è regiõe fratrum ſuorũ habitauerunt in Ieruſalaim cum fratribus ſuis. Ner autẽ genuit
D 1.Reg.14.g. Infra.9.g. Chis. Chis autem genuit Saul. Saul autem genuit Iehonathã & Malchiſuah, & Abinadab, & Esbahal. Filius aũt Iehonathã Meribbahal. Meribbahal autẽ genuit Michah. Filij verò Michah: Pithon & Melech, & Taareah, & Achaz. Achaz autem genuit Iehohadah, Iehohadah autem genuit Hallemeth, & Hazmaueth, & Zimri. Zimri autẽ genuit Moſa. Moſa autem genuit Binha, Raphah filius eius, Elhaſah filius eius, Aſel filius eius. Ipſi autem Aſel fuerunt ſex filij. Et iſta nomina eorum. Hazricham primogenitus eius, & Iſmahel, & Sehariab, et Hobadia, & Chanan. Omnes iſti filij Aſel. Filij autem Heſech fratris eius, Vlam primogenitus eius Iehus ſecundus, & Elipheleth tertius. Fuerunt autem filij Vlam viri fortes robore tendentes arcum, & multiplicantes filios, & filios filiorum centũ, & quinquaginta. Omnes iſti de filijs Biniamin.

¶ De ſacerdotibus, Leuitiſq; & officiis eorum.

CAP. IX.

A OMnis autem Iſrael recenſiti ſunt per ſeriem generationis. Et ecce ipſi ſcripti ſunt in libro regum Iſrael & Iehudah, translatiq; ſunt in Babel propter præuaricationẽ ſuã. Et qui habitabant primi qui erant in poſſeſſione ſua in vrbibus ſuis Iſrael ſacerdotes Leuitæ, & Nethinim. Et in Ieruſalaim habitauerunt de filiis Iehudah, & de filiis Biniamin, & de filiis Ephraim, & Menaſſeh. Huthai filius Hammihud filij Homri filij Imri, filij Bani de filiis Peres filij Iehudah. Et de Siloni Haſaiah primogenitus, & filij eius. Et de filiis Zerach Iehuel, &
B fratres eius ſexcẽti, & nonaginta. Et de filiis Biniamin in Sallu filius Meſullam filij Hodauiah filij Haſennah. Et Ibniiah filij Ierocham. Et Elah filius Huzzi filij Michri, & Meſullam fili⁹ Sephathiah filij Rehuel, filij Ibniiah. Et fratres eorũ per generationes ſuas nongenti, & quinquaginta, & ſex. Omnes iſti viri principes familiarum per domum patrũ ſuorum. Et de ſacerdotibus Iedabiah, & Iehoiarib, & Iachin. Et Hazariah filius Chilchiiah, filij Meſullam, filij Sadoc, filij Meraioth, filij Achi-
C tub ducis domus dei. Et Adaiah filius Ierochã, filij Paſchur, filij Malchiiah, & Mahaſai filius Hadiel, filij Iachzerah, filij Meſullã, filij Miſillemeth filij Immer. Et fratres eorum principes per domũ familiarũ ſuarum mille, & ſeptingenti, & ſexaginta fortes robore in opere miniſterij domus dei. Et de Leuitis Semahaiah filius Chaſub filij Hazricham, filij Chaſabiah de filiis Merari. Et Bachbacgar faber, & Ghalah, & Matthaniah filius Michah, filij Zichri, filij Aſaph. Et Hobadiah filius Semahaiah, filij Ghelal, filij Ieduthun, & Berechiah filius Aſa, filij Elchanah, q habitabat in villis Nethophathi. Ianitores aũt Sallum, & Haccub, & Talmõ, & Achiman, & fratres eorũ Sallum princeps. Et huc vſq; in porta regis ad orientem ipſi ianitores per turbas filiorum Leui, Sallumq; filius Choræ, filij Ebiaſaph, filij Corach & fratres eius per domum patris ſui, Corchitæ ſuper opus miniſterij, cuſtodes [a] liminum taberna- a miſorum b patres
D culi, & [b] familiæ eorum per turmas domini cuſtodes introit⁹. Et Pinechas filius Elhazar dux erat ſuper eos coram domino cum eo. Et Zechariah filius Meſſelemiah ianitor oſtij tabernaculi eccleſiæ. Omnes ij electi ianitores in liminibus ducenti, & duodecim. Ipſi cum villis ſuis recenſiti ſunt per ſeriem generationis. Ipſos fundauit Dauid, & Semuel vidẽs in fide ſua. Et ipſi, & filij eorum in portis domus domini in domo tabernaculi in vigiliis. Ad quatuor partes erant ianitores ad orien-
E tem, occidentem, aquilonem, & meridiem. Et fratres eorum in villis ſuis veniendo in ſeptimo die de tempore ad tempus cum eis. In fide enim iſtorum quatuor potentium ianitorum erant Leuitæ. Et erant ſuper cubicula, & ſuper theſauros domus dei. Et in circuitu domus dei manebant, quia ſuper eos erat cuſtodia. Et ipſi erant [c] ſuper apertione ſingulo mane. Et c ſup claues ad apiẽdũ.c. ex eis erant ſuper vaſa miniſterialia. In numero enim inferebãt ea, & in numero educebant ea. Et ex ipſis conſtituti erant ſuper vaſa, & ſuper omnia vaſa ſancta, & ſuper ſimilam, & vinũ,
F & oleum, & thus, & aromata. Et de filiis ſacerdotum erãt vnguentarij vnguẽti aromatici. Et Mathitthiah de Leuitis ipſe primogenitus Sallum Corchitæ [d] in fide erat ſuper opus ſar- d ob fidelitatem, ne quis eſcas illas obliguriret. taginum. Et quidam de filiis Chehathitarum, de fratribus eorum, erant ſuper panem diſpoſitionis, ad parandum ſingulis ſabbatis. Et iſti cantores principes familiarum Leuitarum in e eis incũbebat opus. Supra.8.c. cubiculis dimiſſi liberi; quia die ac nocte [e] ſuper eos in opere. Iſti capita familiarũ Leuitis p̃ gñatiões ſuas capita. Iſti habitauerũt in Ieruſalaim. Et in Ghibhon habitauerũt Abighibhõ,
G Iehiel, & nomẽ vxoris ei⁹ Mahachah. Filius aũt ei⁹ primogenitus Habdon, & Sur, & Chis & Bahal, & Ner, & Nadab. Et Chedor, & Achio, & Zechariah, & Michloth. Michloth autẽ genuit Simam. Et etiã ipſi [f] contra fratres ſuos habitauerũt in f e regione Ieruſalaim cũ fratribus ſuis. Ner aũt genuit Chis. Chis autem genuit Saul. Saul autem genuit Ionathan & Malchiſuah, & Abinadab, & Eſbaal. Filius aũt Ionathan Meribbahal. Meribbahal autem genuit Michah. Filij autem Michah Pithhon, & Melech & Tachreah. Achaz autem genuit Iaharah. Iaharah autem genuit Hallemeth, & Hazmaueth, & Zimbri. Zimbri aũt genuit Moſah. Moſah aũt genuit Binah, & Rephaiah filius eius, Elhaſah filius eius, Aſel filius eius. Ipſi aũt Aſel fuerũt ſex filij. Et iſta nomina eorum, Hazrichã primogenitus eius, & Iſmahel, & Sahariah, & Hobadiah, & Chanã. Iſti filij Aſel.

¶ Pugnat Saul contra Peliſtæos, occiditurq; cum filiis ſuis.

CAP. X.

A PEliſtim aũt pugnauerunt cũ Iſrael. Fugitq; vir Iſrael à facie Peliſtim, & ceciderunt vulnerati in mõte Ghilboah. Et perſecuti ſunt Peliſtim Saul, & filios eius, & percuſſerunt

Peliſtim



1.Reg.31.a. Peliſtim Ionathan, & Abinadab, & Malchiſuah filios Saul. Et aggrauatum eſt bellum contra Saul, & inuenerunt eum iaciẽtes arcu, & vulneratus eſt à iaculatoribus. Dixitq; Saul ad armigerum ſuum: Euagina gladium tuum, & perfode me eo, ne fortè veniant incircuncisi iſti, & illudant mihi. Et noluit armiger eius. Timebat enim valde. Et accepit Saul gladium, & ia-
B ctauit ſe ſuper eum. Et vidit armiger eius quod mortu⁹ eſſet Saul, & iactauit ſe etiam ipſe ſuper gladium, & mortuus eſt. Et mortuus eſt Saul, & tres filij eius, & omnis domus eius pariter mortui ſunt. Et viderunt omnes viri Iſrael qui erãt in valle, q̃ fugiſſent, & quod mortui eſſent Saul, & filij eius, & dere-
C liquerunt vrbes ſuas, atq; fugerunt. Et venerunt Peliſtim, & habitauerunt in eis. Et fuit, in craſtino venerunt Peliſtim ad expoliandum cæſos, & inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in monte Ghilboad. Et ſpoliauerunt eum, & tulerunt caput eius, & arma eius, & miſerunt in terram Peliſtim per circuitũ, vt nunciarent ſculptilibus ſuis, atq; populo. Et poſuerunt arma eius in domo dei ſui, & caput eius ſuſpenderunt in domo
D Daghon. Et audierunt omnes viri Iabes Ghilhah omnia quę fecerunt Peliſtim ipſi Saul. Et ſurrexerunt robuſtiſsimi quiq;, & tulerũt corpus Saul, & corpora filiorum eius. Attulerũtq; a oſſa ea in Iabes, & ſepelierunt [a] corpora eorum ſubter quercum in Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus. Et mortuus eſt Saul propter præuaricationem ſuam qua præuaricatus eſt cõtra dominum, contra verbum domini quod non cuſtodiuit. Et etiam quia interrogauit per pythonem ad quærendũ. Et nõ quæſiuit dominum. Et interfecit eum, & conuertit regnũ ad Dauid filium Iſai.

¶ Mortuo Saul ungitur Dauid, Numerantur fortes eius.

CAP. XI.

A 2.Regũ.5.a. ET congregati ſunt omnis Iſrael ad Dauid in Chebron, dicendo: Ecce os tuum & caro tua ſumus. Etiam heri, etiam nudiuſtertius, etiam cum eſſet Saul rex, tu educebas, & introducebas Iſrael. Dixitq; dominus deus tuus tibi. Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper populũ meũ Iſrael. Veneruntq; omnes ſeniores Iſrael ad regẽ in Chebron, & percuſſit cum eis Dauid fœdus in Chebron coram domino. Vnxeruntq; Dauid in regem ſuper Iſrael iuxta verbũ do-
B mini per manum Semuel. Et iuit Dauid, & omnis Iſrael in Ieruſalaim. Ipſa eſt Iebus, & ibi Iebuſæi habitatores terræ Dixeruntq; habitatores Iebus ad Dauid: Non ingredieris huc. Et cepit Dauid arcem Siion. Ipſa eſt ciuitas Dauid. Dixitq; Dauid: Omnis qui percuſſerit Iebuſæum in primis erit dux & princeps. Et aſcendit in primis Ioab filius Seruiah. Et fuit dux Habitauit autem Dauid in arce. Idcirco vocauerunt eam ciuitatem Dauid. Aedificauitq; vrbem per circuitum à Millo vſque ad gyrum. Ioab autem reparauit reſiduũ vrbis. Et abiit Dauid eundo, & creſcendo, & dominus exercituum erat cum eo. Iſti ſunt autem duces fortium, qui erant ipſi Dauid, qui robuſti erant cum eo in regno eius cum omni Iſrael. Vt regem
2.Reg.23.a. conſtituerent eum iuxta verbum domini ſuper Iſrael. Iſte eſt autem numerus fortium qui erant ipſi Dauid, Iarobham fili⁹ Chachmoni princeps inter triginta. Iſte ſuſcitauit haſtã ſuam
C contra trecentos quos vulnerauit vice vna. Et poſt eum Elhazar filius patrui ſui Achochitæ. Ipſe inter tres potentes. Iſte fuit cum Dauid in Paſdammim & Peliſtim congregati erant ibi ad prælium. Et erat pars agri plena hordeo, & populus fugerat à facie Peliſtim. Et ſteterunt in medio agri, & liberauerunt eum, & percuſſerunt Peliſtim, & ſeruauit dominus ſalute magna. Et deſcenderunt tres è triginta principibus ad petrã ad Dauid, ad ſpeluncam Hadullam, & caſtra Peliſtim caſtrametabantur in valle Rephaim. Dauid autem tunc erat in arce. Et ſtatio Peliſtim tunc erat in Bethlechem. Et deſyderauit
D Dauid, & dixit: Vtinam quiſpiam propinaret mihi aquã de ciſterna Bethlechem, quæ eſt in porta. Et irruperunt tres per caſtra Peliſtim, & hauſerunt aquã de ciſterna Bethlechẽ, quæ erat in porta, & acceperũt & attulerũt ad Dauid. Et noluit Dauid bibere eam, ſed libauit eã dño, & dixit: Abſit mihi à deo meo, ne faciam hoc. Nunquid ſanguinem virorum iſtorum bibã cum diſcrimine animarũ eorum? Quia cum diſcrimine
E vitæ ſuæ attulerunt eam, & noluit bibere eam. Hæc fecerunt tres potentes. Et Abſai frater Ioab ipſe erat princeps triũ. Et ipſe ſuſcitauit lanceam ſuam contra trecentos quos vulnerauit, & ei nomen inter tres. Ex tribus inter duos glorioſus, & fuit eis princeps, ſed vſq; ad tres non peruenit. Benaiah filius Iehoiadah filij viri robuſti magni operibus de Cabſeel. Ipſe percuſſit duos fortes, vt leones Moab. Et ipſe deſcendit, & p̃cuſſit leonem in medio ciſternæ in die niuis. Et ipſe percuſſit virum Aegyptium virum menſurę magnæ quinq; cubitorũ. Et in manu Aegyptij erat ſicut liciatorium texentium. Et de-
F ſcendit ad eum cum virga, & rapuit lanceam è manu Aegyptij, & occidit eum lancea eius. Hæc fecit Benaiahu filius Iehoiadah. Et ei nomen inter tres potentes. Ex triginta ecce ipſe inclytus eſt. Sed ad tres non peruenit. Poſuit autem eum Dauid ad auditum ſuum. Potentes autem exercituũ Haſahel frater Ioab, Elcanan filius patrui ei⁹ de Bethlechẽ. Sammoth Harodites, Cheles Pelonites. Hira filius Hicches Techohites, Abihezer Hanthotites. Sibbechai Chuſatites, Hilai Achochites, Meharai Nethophathites, Cheled filius Bahanah Nethophathites, Ithai filius Ribai de Ghibhath filiorum Biniamin, Benaiahu Pirhatonites. Churai de torrentibus Ghahas, Abiel Harbathites. Hazmaueth Bacharumites, Eliachba Sahalboni-
G tes. Filij Sem Ghizonites Ionathan filius Saghe Hararites. Achiam filius Sachar Hararites. Eliphal filius Vr. Chepher Mecherathites, Achiiah Pelonites Cheſrõ Charmelites, Naharai filius Ezbai. Ioel frater Nathã, Mibchar filius Geri. Selech Hãmonites, Nacharai Berothites armiger Ioab filij Seruiah. Hiram Itthræus Ghareb Ithræus. Vriiah Chittæus, Zabad fili⁹ Achlai. Hadina filius Siza Reubenites, dux ipſi Reubenitæ, & cum eo triginta. Chanã filius Mahachah, & Iehoſaphath Mitthnites. Huzziiah Haſterathites, Samah, & Iehiel filij Chothã Haroherites, Iedihahel filius Simri, & Iocha frater eius Tiſites Eliel Machanites, Ieribai, & Ioſauiah filij Elnahan, & Ithmah Moabites. Eliel & Hobed, & Iahaſiel Meſobaiah.

¶ Qui tranſierunt ad Dauid, cum adhuc fugeret Saulem.

CAP. XII.

A HI ſunt autem qui venerũt ad Dauid in Sichlagh adhuc clauſum à facie Saul filij Chis. Et ipſi erant inter potentes auxiliatores belli. Armati arcu dextra, & ſiniſtra iaciẽtes lapides & ſagittas arcu de fratribus Saul de Biniamin. Dux Achihezer, & Ioas filij Semahah Ghibhathites, & Ieziel, & Peleth, filij Hazmaueth, & Berachah, & Iehu Hanthothites. Et Iſmahaiah Ghibhonites fortis inter triginta, & ſuper triginta. Et Irmeiah & Iachaziel, & Iochanan, & Iozabad Ghedarathites, Elhuzai, & Ierimoth, & Behaliah, & Semariahu, & Sephathiahu Charuphites. Elchanah & Iſiiahu, & Hazarel & Iohezer, & Iaſobham Chorchites. Iohelah, & Zebadiah filij Ierocham de Ghedor. Et de Ghadi diuiſi ſunt ad Dauid ad munitionem in deſerto, fortes viribus viri militiæ ad bellum, diſpo-
B ſiti ad clypeum, & lanceam, facies autem leonis facies eorum. Et ſicut capræ ſuper montes ad feſtinandum. Hezer dux, Hobadiah ſecundus, Eliab tertius, Maſmannah quartus, Irmeiah quintus, Harthai ſextus, Eliel ſeptimus, Iochanan octauus, Elzabad nonus, Irmeiahu decimus, Machbanai vndecimus. Iſti de filiis Ghad duces exercitus vnus perſequebatur centum minor, & maior mille. Iſti ſunt qui tranſierunt Iarden menſe primo, & ipſe repletus erat ſuper omnes ripas ſuas, & fugauerunt omnes incolentes valles ad orientem, & occiden-
C tem. Et venerunt de filiis Biniamin, & Iehudah ad præſidium ad Dauid. Egreſſusq; eſt Dauid ante eos, & reſpondit, & dixit eis: Si pacifice veniſtis ad me, vt auxiliemini mihi, ſit mihi ſup̃ vos cor pariter. Si autem ad decipiẽdum me, pro aduerſariis meis abſq; iniquitate in manibus meis, videat de⁹ patrum noſtrorum, & increpet. Spirit⁹ verò induit Hamaſai

duce triginta. Tui erimus inquit Dauid,& tecum filij Iſai erimus,pax pax tibi,& pax vt iuuemus te,q̃a iuuauit te deꝰ tuus. Et ſuſcepit eos Dauid,& poſuit eos principes turmæ. De Menaſſeh ante transfugerunt ad Dauid, cum veniſſet cum Peliſtim contra Saul in prælium. Et non iuuit eos,quia cõſilio dimiſerunt eum principes Peliſtim,dicendo: Cum capitibꝰ noſtris transfugiet ad dñm ſuũ Saul. Cum pergeret in Sichlagh transfugerunt ad eum de Menaſſeh,Hadnah, & Iozabad, & Iedihael,& Michael,& Iozabad,& Elihu,& Sillethai duces milium qui erant in Menaſſeh. Et hi auxiliati ſunt Dauidi contra turmam. Quia fortes viribus erant omnes,& fuerunt principes in exercitu. Ad tempus enim de die in diem veniebant ad Dauid,vt auxiliarentur ei vſque ad caſtra magna quaſi, caſtra dei. Iſti ſunt autem numeri ducum expeditorum ad pugnam qui venerũt ad Dauid in Chebron,ut cõuerterẽt regnũ Saul ad eum iuxta os dñi. Filij Iehudah portantes clypeũ, & haſtã ſex milia octingenti expediti ad pugnã. De filiis Simhon fortes viribus ad pugnam ſeptem milia,& centum de filiis Leui quatuor milia,& ſexcenti. Et Iehoiadah dux de Aharon,& cũ eo tria milia,& ſeptingenti. Et Sadoc adoleſcens fortis viribꝰ, & domus patris eius principes viginti,& duo. Et de filiis Biniamin fratris Saul tria milia. Et vſque adhuc multitudo eorũ cuſtodiebãt cuſtodiam domus Saul. De filiis verò Ephraim, viginti milia,& octingenti fortes robore viri nominati in domo familiarum ſuarum. Et ex dimidia tribu Menaſſeh octo, & decem milia qui nominati ſunt per nomina,vt venirẽt ad cõſtituendum regem Dauid. De filiis verò Iſaſchar,ſcientes intelligentiã in tẽporibus vt ſciret quid faceret Iſrael,principes eorũ ducenti. Et oẽs fratres eorũ ad ſermonẽ eorũ erãt. De Zebulun egrediẽtes ad pugnam diſpoſiti ad bellũ cum omnibꝰ inſtrumentis bellicis quinquaginta milia,&[a] ad diſponẽdum in non corde,& corde. De Naphthali ante principes mille, & cũ eis cũ clypeo,& haſta triginta,& ſeptem milia. De Danitis præparati ad prælium viginti,& octo milia,& ſexcenti. Et de Aſer egredientes ad pugnam ad diſponendum bellum quadraginta milia. Et trans Iarden de Reubenitis & Ghaditis, & dimidia tribu Menaſſeh cum omnibus inſtrumentis pugnæ bellicis centũ,& viginti milia. Oẽs iſti viri bellatores inſtructores aciei corde perfecto venerũt in Chebron ad conſtituẽdũ regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael,& etiam omne reſiduũ Iſrael corde vno erant,vt regem conſtituerent Dauid. Et fuerunt ibi cum Dauid diebus tribus comedentes, & bibentes. Præparauerant enim eis fratres eorum. Et etiam propinqui eis vſque ad Iſaſchar,& Zebulun & Naphthali afferebant panem cum aſinis & camelis,& mulis,& bobus, eſcam farinam palatas,vuas paſſas,& vinum,& oleũ,& boues,et oues in multitudne. Lætitia enim erat in Iſrael,

a ad inſtruendam aciem abſq; duplici corde.

¶ Reducitur arca de Chiriathiiharim in Ieruſalaim,Interit Huzzah.

CAP. XIII.

ET conſilium iniit Dauid cum tribunis & centurionibus cum omni duce, Et ait Dauid ad omnem cœtum Iſrael: Si vobis bonum videtur,& à domino deo noſtro, diſpergamus,mittamus ad fratres noſtros qui remanſerunt,in omnes terras Iſrael. Et cum eis ad ſacerdotes, & Leuitas in vrbibus ſuburbanorum ſuorũ,& congregentur ad nos: & reducatur arca dei noſtri ad nos. Non eñ req̃ſiuimus eã in diebus Saul. Et dixerunt oẽs cœtus,vt faceret ſic. Rectũ eñ fuit verbum in oculis oĩs populi. Et congregauit Dauid cunctũ Iſrael à Nilo Aegypti vſq; ad introitum Chamath,vt adducerent arcam domini è Chiriathiiharim. Et aſcendit Dauid,& omnis Iſrael Bahalathah in Chiriathiiharim,quæ eſt in Iehudah,vt aſcendere faceret inde arcam dei domini ſedentis ſuper Cherubim, ſuper quam inuocatum eſt nomen. Et vehere fecerunt arcam dei ſuper plauſtrum nouum è domo Abinadab. Huzzah autem[b] & frater eius ducebant plauſtrum. Dauid autem, & omnis Iſrael ludebant coram deo omni fortitudine, & in canticis,& in cytharis,& pſalteriis,& tympanis, & cymbalis, & tubis. Et venerunt vſque ad arcam Ghidon,& miſit Huzzah manum ſuam,vt teneret arcam,quoniam declinabant boues. Et[a] iratus eſt furor domini in Huzzah,& percuſſit eum eò ꝙ miſit manum ſuam ad arcam,& mortuus eſt ibi coram deo. Et[b] ira fuit ipſi Dauid,quia diuiſit dominus diuiſionẽ in Huzzah,& vocauit locum ipſum[c] Peres Huzzah,vſque ad diem hanc. Et timuit Dauid deum in die illa,dicendo: Quomodo introducam ad me arcam dei? Et non declinare fecit Dauid arcam ad ſe in ciuitatem Dauid,ſed declinare fecit eã ad domũ Hobededom Ghittæi. Et manſit arca dei in domo Hobededom,in domo eius tribus menſibus. Et benedixit dominus domui Hobededom,& omnibus quæ erant ei.

1.Reg.6.a.

b & Achio ducebant.

a commotꝰ

b cõmotio, turbatio

c diuiſio,diſpſio Huzz. Infra.15.b.

¶ Chiram mittit ligna & artifices,Dauid acceptis uxoribus gignit liberos, Bina uictoria Dauid contra Peliſtæos. CAP. XIIII.

MIſit autem Chiram rex[d] Sor nuncios ad Dauid, & ligna cedrina,& artifices parietis,& artifices lignorũ ad ædificandum ei domum. Cognouitq; Dauid quòd confirmaſſet eum dominus regem ſuper Iſrael,quodq; eleuatum eſſet[e] deſuper regnum eius propter populũ ſuum Iſrael. Accepit autem Dauid adhuc vxores in Ieruſalaim. Et genuit Dauid adhuc filios,& filias. Et iſta nomina eorum qui nati fuerunt ei in Ieruſalaim,Semmuah,& Sobab: Nathan, & Selomoh. Et Ibchar,& Eliſuah,& Elipheleth. Et Noghah, & Nephegh,& Iaphiah. Et Eliſamah,& Beheliadah, & Elipheleth. Et audierunt Peliſtim ꝙ vnctus eſſet Dauid rex ſuper omnẽ Iſrael. Et aſcenderunt omnes Peliſtim ad quærendum Dauid. Et audiuit Dauid,& egreſſus eſt contra eos. Peliſtim autem venerunt,& diffuſi ſunt in valle Rephaim. Et conſuluit Dauid deum,dicendo: Num aſcendam ad Peliſtim,& trades eos in manu mea? Et dixit ei dominus: Aſcende,& tradã eos in manu tua. Et aſcenderunt Bahalperaſim. Et percuſſit eos ibi Dauid. Et dixit Dauid:[f] Diuiſit deus inimicos meos per manum meam ſecundum diuiſionem aquæ. Idcirco vocauerunt nomen loci ipſius Bahalperaſim. Dereliqueruntq; ibi deos ſuos. Et dixit Dauid,& combuſſerunt eos igne. Et addiderunt adhuc Peliſtim,& diffuſi ſunt in valle. Conſuluitq; adhuc Dauid deum; Et dixit ei deus: Non aſcendes poſt eos. Circunda eos, & venies ad eos ex aduerſo pyrorum. Et erit,cum audieris ſonitum greſſus in capite pyrorum,tunc egredieris in prælium. Egreſſus eſt enim deus ante te vt percutiat caſtra Peliſtim. Et fecit Dauid quemadmodum præcepit ei deus,& percuſſerũt caſtra Peliſtim à Ghibhon vſque ad Ghazerah. Et egreſſum eſt nomen Dauid in vniuerſas terras. Et dominus dedit pauorem eius ſuper omnes gentes.

d Tyri

e In ſublime

2.Re.5.c.d.

f Diſperſit ſecundum diſperſionem aquæ,unde nomẽ loco ager diſperſionũ. Baal.n.poſſeſſionem,agrũ, ſeu poſſeſſũ locum ſignificat.

¶ Leuitæ reducũt arcam,Dauid ſaltat,deſpicitur a Michal filia Saul.

CAP. XV.

ET fecit ſibi domos in ciuitate Dauid, & parauit locum pro arca dei,& tetendit ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid: Non eſt fas vt portent arcam dei niſi Leuitæ. Hos enim elegit dominus ad portandum arcam domini,& ad miniſtrãdum ei vſq; in ſeculum, Congregauitq; Dauid vniuerſum Iſrael in Ieruſalaim,vt aſcendere faceret arcam domini in locũ ſuum,quem parauerat ei. Et congregauit Dauid filios Aharon,& Leuitas. De filiis Chehath, Vriel princeps, & fratres eius centũ & viginti. De filiis Gherſon Ioel princeps,& fratres eius centum & triginta. De filiis Eliſaphan Semahaiah princeps,& fratres eius ducenti, De filiis Chebron Eliel princeps & fratres eius octoginta. De filiis Huzziel Hamminadab princeps,& fratres eius centum & duodecim. Vocauitq; Dauid Sadoc,& Ebiathar ſacerdotes,& Leuitas. Vriel, Haſaiah, & Ioel Semahaiah,& Eliel,& Hãminadab. Et dixit eis: Vos eſtis[g] capita familiarũ Leuiticarũ. Sanctificamini,vos,& fratres veſtri,& aſcẽdere facietis arcã dñi dei Iſrael ad locũ,quẽ ei parauit. Quia eñ à principio vos non adfuiſtis,diſperſionem fecit dñs deꝰ nr̃ in nobis,q̃a nõ q̃ſiuimus eũ ſecũdũ ritũ. Sãctificati

ſunt

g capita patrum.i.præcipui patres ipſis Leuitis. Supra.13.d.



ſunt autem ſacerdotes,& Leuitæ,vt aſcendere facerent arcã domini dei Iſrael: & tulerunt filij Leui arcam dei,quemadmodum præcepit Moſeh iuxta verbum domini humero ſuo in vectibus ſuper ſe. Dixitq; Dauid principibus Leuitarum, vt ſtatuerent fratres ſuos cantores cum inſtrumẽtis muſicis,pſalteriis,& cytharis,& cymbalis,audire facientes,exaltando vocem in lætitia. Et ſtatuerunt Leuitæ,Heman filium Ioel & de fratribus eius Aſaph filium Berechiahu,& de filiis Merari fratribus eorum Ethan,filium Chuſaiahu. Et cum eis fratres eorum ſecũdi ordinis Zechariahu,Ben,& Iahaziel, & Semiramoth,& Iechiel,& Hunni,Eliab,& Benaiahu,& Mahaſeiahu, & Mathithiahu,& Eliiephalehu,& Michneiahu,& Hobededom,& Iehiel ianitores. Cantores autẽ Heman,Aſaph, & Ethan in cymbalis æneis,vt audire facerẽt. Et Zechariah,& Haziel,& Semiramoth,et Iechiel,& Hunni,& Eliab,et Mahaſeiahu,et Benaiahu in pſalteriis ſup Halamoth. Et Mathithiahu,et Eliiephalehu, & Michneahu,& Hobededom,& Iehiel,& Hazaziihu in cytharis ſuper Haſeminith Lenaſeah. Chenaniahu autem princeps Leuitarũ in prophetia,principatum tenebat in prophetia qui intelligens erat. Et Berechiah,& Elchanah ianitores arcæ. Sebaniahu autem & Iehoſaphath,& Nethanel, & Hamaſai,& Zechariahu,& Benaiahu,& Eliehezer ſacerdotes clãgebant tubis corã arca dei: & Hobededom,& Iechiiah ianitores arcæ. Et fuit,Dauid,et Seniores Iſrael,et tribuni ibãt, vt aſcẽdere facerent arcã fœderis dñi de domo Hobededõ in lętitia. Et fuit,cũ audiuiſſet deꝰ Leuitas portantes arcã fœderis dñi,immolabant ſeptẽ boues,& ſeptẽ arietes. Dauid aũt amictus erat pallio byſſino,& oẽs Leuitæ portantes arcã,& cantores, & Chenaniah princeps prophetiæ,& cãtores,& ſuper Dauid erat Ephod lineũ. Et omnis Iſrael aſcendere faciebant arcam fœderis domini in iubilo,& ſonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis audire facientibus in pſalteriis,& cytharis. Et fuit, arca fœderis domini veniente vſque ad ciuitatem Dauid,Michal filia Saul aſpiciebat per feneſtrã,& vidit regem Dauid ſaltantem & ludentem,& deſpexit eum in corde ſuo.

2.Regũ.6.c.

¶ Allata arca,Dauid conſtituit miniſtros. Laudat dominum.

CAP. XVI.

ET attulerunt arcam dei,& pertingere fecerũt eam in medium tabernaculi,quod tetenderat ei Dauid,& obtulerunt holocauſta,& pacifica coram deo. Et compleuit Dauid offerre holocauſtum,& pacifica,& benedixit populo in nomine domini. Et diuiſit omni viro Iſrael à viro vſque ad mulierem,vnicuique placentam panis,& fruſtum carnis & pultẽ. Et poſuit coram arca domini de Leuitis miniſtros,& ad recordandum,& ad confitendum,& ad laudendũ dominum deum Iſrael. Aſaph dux. Et ſecundus eius Zechariah,Iehiel,& Semiramoth,& Iechiel,& Mathithiah,& Eliab,& Benaiahu, & Hobededõ,& Iehiel inſtrumentis pſalteriorum & in cytharis,& Aſaph in cymbalis audire faciẽs ſonitum. Et Benaiahu. & Iachaziel ſacerdotes in tubis iugiter corã arca fœderis dei. In die ipſa tunc poſuit Dauid ducem ad confitendum domino per manum Aſaph,& fratrum eius. Cõfitemini domino, inuocate nomen eius,notificate in populis opera eius. Cantate ei,pſallite ei. Loquimini de omnibus mirabilibus eiꝰ.[a] Laudamini in nomine ſancto eius. Lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum,& fortitudinem eius, quærite faciem eius ſemper. Recordamini mirabilium eiꝰ quæ fecit,prodigiorum eius & iudiciorum oris eius. Semen Iſrael ſerui eiꝰ, filij Iahacob electi eius. Ipſe dominus deus noſter,in vniuerſa terra iudicia eius. Recordamini in ſeculũ pacti eius,verbi qđ præcepit mille generationibus. Quod pepigit cum Abrahã, & iuramenti ſui ad Iſchac. Et ſtatuit illud ipſe Iahacob in præceptum,Iſraeli in pactum ſempiternũ,dicendo: tibi dabo terram Chenahan portionem hęreditatis veſtræ. Cum eſſetis viri numero pauci,quaſi res exigua,& peregrinãtes in ea. Et ambulauerunt de gente ad gentem,& de regno ad populum alterum. Non permiſit homini,vt vim inferrent eis, & corripuit pro eis reges. Ne tangatis Chriſtos meos,& in prophetis meis ne malignemini. Cantate domino omnis terra, annunciate de die in diem ſalutare eius. Narrate in gentibꝰ gloriam eius,in omnibus populis mirabilia eius. Quia magnus dominus,& laudabilis valde,& terribilis ſuper omnes deos. Omnes enim dij populorum idola. Dominus autem cœlos fecit. Confeſſio,& decor coram eo,fortitudo,& lætitia in loco eius. Afferte domino familiæ populorũ, afferte domino gloriam,& honorem. Afferte domino gloriam, nomini eiꝰ, leuate ſacrificium,& venite in conſpectu eius, incuruate vos domino in decore ſanctitatis. Pauete à facie eius vniuerſi habitatores terræ,etiam firmabit orbem,ne commoueatur. Lætentur cœli,& exultet terra,& dicant in gentibus,dominꝰ regnauit. Tonet mare,& plenitudo eius,exultet ager, & omne quod eſt in eo. Tunc exultabunt ligna ſyluæ coram domino quia venit iudicare terram. Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et dicite,ſerua nos deus ſalus noſtra,& congrega nos,& erue nos de gentibus,vt confiteamur nomini ſancto tuo,vt laudemur in laude tua. Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo,& vſque in ſaculum. Et dicãt omnis populus,Amen,& laudate dominum. Dereliquit autem ibi coram arca fœderis domini Aſaph,& fratres eius,vt miniſtrarent coram arca iugiter per ſingulos dies. Et Hobededom,& fratres eorum ſexaginta & octo, & Hobededom filius Iedithun, & Choſah,& ianitores. Et Sadoc ſacerdotem,& fratres eius ſacerdotes coram tabernaculo domini in excelſo quod erat in Gibhon. Vt offerrẽt holocauſta domino ſuper altare holocauſti iugiter mane,& veſperi. Et iuxta omne quod ſcriptum eſt in lege domini quam pręcepit Iraeli. Et cum eis Heman,& Ieduthun, & reſiduum electorum,qui nominati ſunt per nomina ad confitendum domino. Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et cum eis Heman & Ieduthun cum tubis,& cymbalis,vt audire facerent, & inſtrumentis cantici dei. Filios autem Ieduthun ad portã. Et abierunt oĩs populus, vnuſquiſq; in domum ſuam, & reuerſus eſt Dauid ad benedicendum domui ſuæ.

2.Reg.6.d.

Pſal.104.b. Iſaiæ.12.a.

a Gloriamini

¶ Prohibetur Dauid ædificare domum domino,promittitur Chriſtus.

CAP. XVII.

ET fuit,cum habitaret Dauid in domo ſua, dixit Dauid ad Nathã prophetã: Ecce habito in domo cedrina, & arca fœderis domini eſt ſub cortinis. Et dixit Nathan ad Dauid: Omne quod eſt in corde tuo fac,quia deꝰ tecũ eſt. Et fuit nocte ipſa,fuit verbũ dei ad Nathan,dicendo: Vade,& dic ad Dauid ſeruũ meũ: Sic dixit dñs: Non ædificabis mihi domum ad habitandũ. Non eñ habitaui in domo à die qua aſcendere feci filios Iſrael,vſq; ad diẽ hanc,ſed fui de tabernaculo in tabernaculũ,et de habitaculo ad habitaculũ in omnibus in quibus ambulaui cũ omni Iſrael. Nunquid verbum locutus ſum vni ex iudicibus Iſrael,quibus præcepi vt paſcerent populũ meum,dicendo: Vt quid non ędificaſtis mihi domum cedrinam? Et nunc ſic dices ſeruo meo Dauid: Sic dixit dominꝰ exercituũ: Ego tuli te è tegurio è pecudibus,vt eſſes dux ſup populum meum Iſrael. Et fui tecũ in omnibus ad quæ perrexiſti,& ſuccidi omnes inimicos tuos à facie tua,& feci tibi nomẽ iuxta nomen magnorũ qui ſunt in terra. Et poſui locũ populo meo Iſrael,& plantaui eum, & habitabit in loco ſuo, & non commouebitur vltra,& non addent filij iniquitatis,vt atterant eũ,quẽadmodum in principio. Et à diebus in quibus præcepi iudicibus ſuper populum meũ Iſrael,& humiliaui omnes inimicos tuos,& annũciaui tibi. Et domum ædificabit tibi dominus. Et erit,cum completi fuerit dies tui,vt eas cum patribus tuis,ſuſcitabo ſemen tuum poſt te,quod erit de filiis tuis,& ſtabiliam regnum eius. Ipſe ædificabo mihi domum, & firmabo ſolium eius vſque in ſeculũ. Ego ero ei in patrẽ, & ipſe erit mihi in filium. Et miſericordiã meã non remouebo ab eo,ſicut remoui ab eo qui fuit ante te. Et ſtatuã eum in domo mea,& in regno meo vſque in ſeculum, & thronus eius

2.Re.7.a.

erit firmus in ſeculum, Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vni-
C uerſam viſionem hanc, ſic locutus eſt Nathã ad Dauid. Venit
aũt rex Dauid, & ſedit coram domino, & dixit: Quis ego ſum
domine deus, & quæ eſt domus mea; quia feciſti me venire
huc uſq;? Et parum fuit hoc in oculis tuis deus, & locutus es ſu
per domum ſerui tui ad longinquũ, & vidiſti me ſecundum
diſpoſitionem hominis excellentis domine deus. Quid addet
vltrà Dauid erga te, ad glorificãdum ſeruum tuum? Tu enim
ſeruum tuum noſti. Domine propter ſeruum tuum, & ſecun-
dum cor tuum feciſti magnitudinem hanc, vt notificares o-
mnia magnalia. Domine non eſt ſimilis tibi, nec eſt deus præ-
ter te, iuxta omnia quę audiuimus auribus noſtris. Et quis eſt
ſicut populus tuus Iſrael, gens vna in terra, ad quam perrexit
deus, vt redimeres ſibi populum, vt poneres tibi magnitudi-
D nes, & terribilia, vt expelles à facie populi tui quem redemiſti
ex Aegypto gentes. Et poſuiſti populum tuum Iſrael tibi in
populum vſque in ſeculum. Et tu domine fuiſti eis in deum.
Et nunc domine, verbum quod locutus es ſuper ſeruo tuo, et
ſuper domo eius, confirmetur vſque in ſeculũ. Et fac ſicut lo-
cutus es, Et permaneat, & magnificetur nomen tuum vſq; in
ſeculum, vt dicant, dominus exercituum deus Iſrael, deus eſt
Iſraeli, & domus Dauid ſerui tui firma ſit coram te. Tu enim
a reuelaſti deus meus [a] aperuiſti aurem ſerui tui, vt ędificares ei domum.
Ideo inuenit ſeruus tuus, vt oret coram te. Et nunc domine tu
ipſe es deus, & locutus es ſuper ſeruo tuo bonum hoc. Et nũc
cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit in ſeculũ corã te. Tu
enim dñe benedixiſti, & benedicta erit in ſeculum.

¶ Prælia Dauid contra Peliſtæos. CAP. XVIII.

A 2. Reg. 8. a. ET fuit poſt hæc, percuſsit Dauid Peliſtim, & humiliauit
eos. Et tulit Ghath, & villas eius de manu Peliſtim. Et
percuſſit Moab, & fuerunt Moabitæ ſerui Dauid deferen-
tes munus. Et percuſſit Dauid Hadadhezer regem Sobah in
Chamath, dum pergeret vt ſtatueret poteſtatem ſuam in flu-
B mine Perath. Et accepit Dauid ab eo mille currus, & ſeptẽ mi-
lia equites, & viginti milia virorum peditum. Subneruauitq;
Dauid omnem currum, & reſeruauit ex eis centum currus. Et
venit Aram Darmeſec vt auxiliaretur Hadadhezer regi So-
b Syria bath, & percuſſit Dauid de [b] Aram viginti & duo milia viro-
c ſedẽ locauit rum. Et [c] poſuit Dauid in Arã Darmeſec, & fuerunt Aramęi
Dauidis ſerui, deferentes munus. Et ſeruauit dominus Dauid
in omnibus ad quæ perrexit. Et tulit Dauid clypeos aureos,
qui erant ſuper ſeruis Hadadhezer. Et adduxit eos in Ieruſa-
laim. Et de Tibchath, & Chun vrbibus Hadadhezer tulit Da
uid æs multũ valde, de quo fecit Selomoh mare æneũ, & co-
C lumnas, & vaſa ænea. Et audiuit Tohu rex Chamath, ꝙ per-
cuſſiſſet Dauid omnem exercitum Hadadhezer regis Sobah.
Et miſit Adoram filium ſuum ad regem Dauid, vt poſtularet
ab eo pacem, & ad benedicendum ei, eò ꝙ pugnauit cũ Ha-
dadhezer, et percuſſit eum. Quia vir bellorũ Thohu erat cum
Hadadhezer. Et omnia vaſa aurea & argentea & ænea. Etiam
ipſa ſanctificare fecit rex Dauid domino cum argẽto & auro,
quod tulerat ex vniuerſis gentibus, de Edom, & Moab & de
D filijs Hammon, & de Peliſtim, & de Hamalec. Abſai autẽ filius
Seruiah percuſſit Edom in valle ſalis decem & octo milia.
d pręſides Et poſuit in Edom [d] præſidia. Et fuerũt omnes Edomæi ſerui
Dauid, & ſeruauit dominus Dauid in omnibus ad quæ perre
xit. Regnauitq; Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & faciebat iudi
cium, & iuſtitiam omni populo. Ioab autem filius Seruiath
erat ſuper exercitum, & Iehoſaphath filius Achilud à commẽ
tariis, Sadoc autem fili⁹ Achithub, & Abimelech filius Ebia-
thar ſacerdotes, Sauſah aũt ſcriba. Et Benaiahu filius Iehoia-
e principes dah ſuper Gerethi, & Pelethi. Filij autẽ Dauid [e] primi ad ma-
num regis.

¶ Chanun rex Hammon, afficit contumelia nuncios Dauid.
CAP. XIX.

A 2. Reg. 10. a. ET fuit poſt hæc, mortuus eſt Nachas rex filiorum Ham
mon, & regnauit filius eius pro eo. Dixitq; Dauid: Faciã
miſericordiam cum Chanun filio Nachas. Fecit enim pater
eius mecum miſericordiam. Miſitq; Dauid nuncios ad con-
ſolandum eũ ſuper patre ſuo. Et venerunt ſerui Dauid in ter-
ram filiorum Hammon ad Chanun, vt conſolarentur eum.
Et dixerunt principes filiorum Hammon ad Chanun: Nun-
quid honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quia miſit
ad te conſolantes? Nónne propterea vt inquirant, & ſubuer-
tant, & explorent terrã venerunt ſerui eius ad te? Et tulit Cha
nun ſeruos Dauid, & raſit eos, & præſcidit tunicas eorum per
medium vſque ad nates, & dimiſit eos. Et abierunt, & nuncia-
uerunt ipſi Dauid per viros. Et miſit in occurſum eorũ. (Erãt
B enim viri ignomina affectii valde.) Et dixit rex: Manete in Ieri
cho, donec germinet barba veſtra, & reuertemini. Et viderũt
filij Hammon quod fœtuiſſent cum Dauid. Et miſit Chanun,
& filij Hammon mille talenta argenti, vt conducerent merce
de ſibi de Aram Naharim, & de Arammahachah, & de So-
bah currus & equites, & mercede conduxerunt ſibi duo et tri
ginta milia curruum, & regem Mahachah, & populũ eius. Et
C venerunt & caſtrametati ſunt ante Medba. Et filij Hammon
congregati ſunt de vrbibus ſuis, & venerũt ad bellum. Et au-
diuit Dauid, & miſit Ioab, & omnem exercitum fortium. Et
egreſſi ſunt filij Hammon, & diſpoſuerunt prælium ad portã
vrbis, & reges qui venerunt ſeorſum erant in agro. Et vidit
Ioab, ꝙ eſſet facies prælij contra ſe, ante & retro, & elegit ex
omnibus electis Iſrael, & direxit aciem in occurſum Aram. Re
ſiduum verò populi dedit in manu Abſai fratri ſuo, & direxe
runt aciẽ in occurſum filiorum Hammon. Dixitq;: Si fortior
fuerit me Aram, eris mihi in ſalutẽ. Si verò filij Hammon fue-
rint fortiores te, ſeruabo te. Confortare, & confortemur pro
populo noſtro, & pro vrbibus dei noſtri. Dominus autẽ qđ
bonũ eſt in oculis ſuis faciat. Et appropinquauit Ioab, et ppl's
qui erant cũ eo cõtra Aram in præliũ, & fugerunt à facie eius.
Filij aũt Hamon viderunt ꝙ fugiſſet Arã & fugerũt etiã ipſi
D à facie Abſai fratris eius & ingreſſi ſunt ciuitatem. Et ingreſſus
eſt Ioab Ieruſalaim. Et viderunt Aramæi, ꝙ cæſi eſſent coram
Iſrael, & miſerunt nuncios, & eduxerunt Aramæos qui erant
trans flumen. Et Sophach princeps exercit⁹ Hadadhezer erat
ante eos. Et nunciatum eſt Dauidi, & congregauit omnem Iſ-
rael, & tranſiuit Iarden, & venit ad eos, & direxit aciem con-
tra eos. Et direxit aciem Dauid in occurſum Aram in præliũ,
& pugnauerunt cum eo. Et fugit Aram à facie Iſrael. Et occi-
dit Dauid de Aram ſeptem milia curruũ, & quadraginta mi-
lia virorum peditum, & Sophach principem exercit⁹ intere-
mit. Et viderunt ſerui Hadadhezer, ꝙ cęſi eſſent coram Iſrael,
& pacem fecerunt cum Dauid, & ſeruierunt ei. Et noluit Arã
ſeruare filios Hammon vltrà.

¶ De inſignibus aliis bellis Dauid.
CAP. XX.

A ET fuit tempore reuerſionis anni, tempore quo egrediũ-
tur reges, duxit Ioab robur militiæ, & vaſtauit terrã fi-
liorum Hammon. Et venit, & obſedit Rabbah. Dauid autem 2. Re. 11. a.
manebat in Ieruſalaim. Et percuſſit Ioab Rabbah, & deſtru-
xit eam. Tulit autem Dauid coronam regis eorum à capite
eius. Et inuenit in ea pondus talenti auri, & in ea lapidem pre
B cioſum. Et fuit ſupra caput Dauid, & ſpolia vrbis eduxit mul
ta valde. Et populum qui erat in ea, eduxit, & ſerrauit ſerra, &
carpentis ferreis, & ſerris. Et ſic fecit Dauid vniuerſis vrbibus
filiorum Hammon. Et reuerſus eſt Dauid, & omnis populus
Ieruſalaim. Et fuit, poſtea ſtetit bellum in Ghezer cũ Peliſtim.
Tunc percuſſit Sibbechai Chuſathites, Sippai de natis [a] Re- a gigantum
C phaim, & humiliati ſunt. Et fuit adhuc bellum cum Peliſtim,
& percuſſit Elchanan filius Iahur Lachmi fratrem Gholiath
Ghittæum. Et lignum haſtæ eius erat veluti liciatorium texẽ 2. Reg. 21. d.
tium. Et fuit adhuc bellum in Ghath, & erat vir menſuræ ma
D gnæ, & digiti eius ſex, & ſex, viginti et quatuor. Et etiã ipſe na-
tus erat ipſi Raphah. Et probris afficiebat Iſrael, & percuſſit
eum Iehonathan filius Simha fratris Dauid. Iſti nati ſunt ipſi
Raphah



Raphah in Ghath. Et ceciderunt per manũ Dauid, & per ma-
num ſeruorum eius.

¶ Ob numeratum populum Dauid peſte percutitur, qua interierunt ſeptuaginta
milia hominum. CAP. XXI.

A a Satan ET ſtetit [a] aduerſarius contra Iſrael, & incitauit Dauid vt
3. Reg. 34. a. numeraret Iſrael. Dixitq; Dauid ad Ioab, & ad principes
populi: Ite numerate Iſrael à Beer Sebah vſq; ad Dan. Et affer
te ad me, vt ſciam numerum eorum. Dixitq; Ioab, Addat do
minus populo ſuo ſicut ſunt centum vicibus. Nũquid nõ do
mine mi rex omnes ipſi domino meo ſũt ſerui? Vt quid quæ-
rit hoc dominus meus? Vt quid erit ad delictum Iſraeli? Ver
bum aũt regis præualuit ipſi Ioab. Et egreſſus eſt Ioab, & am
bulauit ꝑ vniuerſum Iſrael, & venit Ieruſalaim. Deditq; Ioab
numerum recenſiti populi ipſi Dauid. Et fuit omnis Iſrael mil
le milia, & cẽtũ milia virorũ educẽtiũ gladiũ. Iehudah aũt qua
dringenta & ſeptuaginta milia viror educentiũ gladiũ. Le-
ui vero, & Biniamin non numerauit in medio eorum, quia
abominabile fuit verbum regis ipſi Ioab. Diſplicuit autem in
oculis dei propter verbum hoc, & percuſſit Iſrael. Dixitq; Da
uid ad deum: Peccaui valde, quia feci rem hãc, & nũc tranſire
fac obſecro iniquitatẽ ſerui tui, quia inſipienter egi valde. Et
locutus eſt dominus ad Ghad videntem Dauid, dicendo: val
de & loquere ad Dauid, dicendo: Sic dixit dominus: Tria ego
extendo ſuper te, elige tibi vnum ex his, & faciam tibi. Et ve-
B nit Ghad ad dauid, dixitq; ei: Sic dixit dominus: Recipe tibi,
Aut tribus annis famem. Aut trib⁹ menſibus deficiens eſſe à
facie hoſtium tuorum, & gladium inimicorum te attingentẽ.
Aut tribus diebus gladium dñi, & peſtem in terra, & angelũ
dñi vaſtantẽ in omni termino Iſrael. Et nunc vide quid reſpõ
deam mittenti me. Et dixit Dauid ad Ghad: Anguſtia eſt mi-
hi vehemens. Incidam quæſo in manum dñi, quia multę mi-
ſerationes eius valde, & in manum hominum ne incidam. Et
dedit dñs peſtilentiam in Iſrael, & ceciderunt de Iſrael LXX.
milia virorũ. Et miſit deus angelum in Ieruſalaim, vt perderet
eam, & cum vaſtaret, vidit dñs, & miſertus eſt ſuper malo. Et
dixit angelo vaſtanti: Sufficit. Nunc ceſſet manus tua. Ange-
lus autem ſtabat iuſta aream Ornam Iebuſæi. Et leuauit Da-
uid oculos ſuos, & vidit angelum domini ſtantem inter terrã,
& cœlum, & gladium eius euaginatum in manu eius extentũ
contra Ieruſalaim. Et cecidit Dauid, & ſeniores operti ſaccis,
C ſuper facies ſuas. Et dixit Dauid ad deum. Nónne ego dixi, vt
numeraret populum? Et ego ipſe ſum qui peccaui. Et malefa-
ciendo malefeci. Et iſtæ oues quid fecerunt? Domine de⁹ me⁹,
ſit quæſo manus tua in me, & in domũ patris mei, & in popu
lum tuum non ſit plaga. Angelus aũt domini dixit ad Ghad,
vt diceret ad Dauid quod aſcenderet Dauid ad erigendum al
tare domino in area Ornan Iebuſæi. Et aſcendit Dauid iuxta
verbum Ghad quod locutus fuerat in nomine dñi. Et cõuer-
ſus eſt Ornan, & vidit angelum, & IIII. filij eius cum eo abſcõ
derunt ſe. Et Ornan triturabat triticum. Et venit Dauid ad
Ornan, & aſpexit Ornan, & vidit Dauid. Et egreſſus eſt de a-
rea, & incuruauit ſe ipſi Dauid pronus in terram. Dixitq; Da-
uid ad Ornan: Da mihi locum areæ, & ædificabo in eo altare
domino. Argento pleno da eum mihi, & prohibebitur pla-
ga à populo. Et dixit Ornan ad Dauid: Tolle tibi, & faciat do
minus meus rex, quod bonum eſt in oculis ſuis. Vide, dedi bo
D ues pro holocauſtis, & tribulas pro lignis, & triticum pro ſa-
crificio. Omnia dedi. Dixitq; rex Dauid ad Ornan: Nequaq;,
ſed emendo emam argento pleno. Nõ enim accipiam quod
eſt tibi domino, & offeram holocauſtum gratis. Et dedit Da-
uid ipſi Ornan pro loco, ſeclos aureos ponderatos ſexcẽtos.
Et ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocauſta,
& pacifica, Et clamauit ad dominum, & exaudiuit eũ in igne
è cœlo ſuper altare holocauſti. Dixitq; dominus angelo, & cõ-
uertit gladium ſuum in vaginam ſuam. In tempore illo, quan
do vidit Dauid, quòd exaudiuit eũ dominus in area Ornan
Iebuſæi, immolauit ibi. Tabernaculum autem domini quod
fecit Moſeh in deſerto, & altare holocauſti in tẽpore illo erat
in Bamah in Gibhon. Et non potuit Dauid ire ante illud, vt
requireret deum, quia territus erat propter gladiũ angeli dñi.

¶ Dauid prohibitus ædificare domum domino, commendat eam
Selomoh. CAP. XXII.

A DIxitq; Dauid: Hæc eſt domus domini dei, & hoc altarę
in holocauſtum pro Iſrael. Et dixit Dauid, vt congre-
garent peregrinos qui erant in terra Iſrael. Et ſtatuit latomos
ad cædendum lapides dolatos, vt ædificarent domum dei.
Et ferrum in multitudine ad clauos, ad oſtia portarum, & ad
commiſſuras præparauit Dauid, & æs in multitudine abſque
pondere. Et ligna cedrina abſque numero, quia attulerũt [a] Si- a Sidonij & Tyrij
donim, & Sorim ligna cedrina in multitudine ad Dauid. Et
dixit Dauid: Selomoh filius meus puer eſt, & tenellus. Domus
autem ædificanda domino, ad magnificentiam: ad excellẽtiã,
ad nomen, & gloriam, in omnibus terris: parabo itaq; nũc ei.
Et parauit Dauid in multitudine ante mortẽ ſuã. Et vocauit
Selomoh filium ſuum, & præcepit ei, vt ædificaret domũ do-
B mino deo Iſrael. Dixitq; Dauid ad Selomoh filiũ ſuum: Ego
cogitaui, & fuit in corde meo, vt ædificarem domum nomi-
ni dñi dei mei. Et fuit ad me verbum dñi, dicendo: Sanguinẽ
in multitudine effudiſti, & bella magna feciſti. Nõ ædificabis
domũ nomini meo, quia ſanguinem multum effudiſti in ter
ram coram me. Ecce filius natus tibi, ipſe erit vir quietus, & re
quieſcere faciã eum ab omnibus inimicis ſuis in circuitu, q͞a
Selomoh erit nomen eius, & pacem, & quietem dabo ſuper
Iſrael in diebus eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo, & 2. Reg. 7. b.
ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmaboq; ſo- 3. Reg. 5. a.
C lium regni eius ſuper Iſrael vſq; in ſeculum. Nũc fili mi erit do
minus tecum, & proſperabis, & ædificabis domum dñi dei
tui, quemadmodũ locutus eſt ſuper te. Verũtamẽ det tibi do
minus intellectum, & intelligentiã, & præcipiat tibi ſuper Iſ-
rael, & ad cuſtodiendũ legem dñi dei tui. Tũc proſperabis, ſi
cuſtodieris vt facias ꝑcepta, & iudicia quæ præcepit dñs Mo
ſeh ſuper Iſrael. Confortare, & roborare, ne timeas, & ne pa-
ueas. Et ecce ſecundum paupertatẽ meã præparaui pro do-
mo dñi auri talenta centum milia, & argenti mille milia talen-
ta. Aes vero, & ferrũ abſq; põdere, quia in multitudine fuit. Et
ligna, & lapides præparaui, & his addes. Tecũ aũt ſunt in mul
titudine facientes opus, latomi, & artifices lapidis, & ligni, &
D omnis ſapiens in omni opere. Auri, argenti, æris, & ferri, non
eſt numerus. Surge, & fac, & erit dominus tecum. Præcepitq;
Dauid cunctis principibus Iſrael, vt auxiliarentur Selomoh fi
lio ſuo. Nónne dñs deus noſter vobiſcum eſt. Et requieſcere
faciet vos vndiquaque, quia dedit in manu mea habitatores
terræ, & ſubiecta eſt terra coram domino, & coram populo
eius. Nunc præbete cor veſtrum, & animam veſtram ad quę
rendum dominum deum veſtrum. Et ſurgite & ædificate ſan
ctuarium dñi dei ad introducendum arcã fœderis dñi, & va-
ſa ſanctuarij dei pro domo, quæ ædificatur nomini domini.

¶ Dauid ſenex, regẽ conſtituit Selomoh, ac enumeratis Leuitis, eiſdẽ
aſſignat officia. CAP. XXIII.

A DAuid autem erat ſenex, & ſaturus dierũ, & regem con
ſtituit Selomoh filium ſuum ſuper Iſrael. Et congrega
uit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitas. Numera
tiq; ſunt Leuitæ à filio triginta annorum, & ſupra. Et fuit nu-
merus eorum per capita ſua, per viros, triginta, & octo mi-
lia. Ex ipſis ad ſolicitandum ſuper opus domus domini fue-
runt viginti & quatuor milia, & præfecti, & iudices ſex milia.
Et q̃tuor milia ianitores, & q̃tuor milia laudãtes dñm cum in
ſtrumẽtis quæ feci ad laudãdũ. Et diſtribuit ex eis diſtributio- Supra. 6. a.
nes filiis Leui ipſi Gherſon Chehath, & Merari. Ipſi Gherſuni
Lahadã, & Simhi. Filij Lahadã dux Iechiel, & Zetham, & Ioel
B tres. Filij Simhi Selomith, & Chaziel, & Charan tres. Iſti prin
cipes familiarũ ipſi Lahadã. Filij aũt Simhi Iachath, Zinah, &
Iehus, & Berihah. Iſti filij Simhi q̃tuor. Et fuit Iachath dux, &
Zizah ſecũdus, & Iehus, & Beriah nõ multiplicauerunt filios.

Exo. 2. b. c. Heb. 5. b.

Et fuerunt domui patris in numeratione vna. Filij Chehath Hamram, Iſhar Chebron, & Huzziel quatuor. Filij Hamrã Aharon, & Moſeh. Et ſeparatus eſt Aharon, vt ſanctificaret ipſe ſanctitatem ſanctitatũ ipſe, & filij eius in ſeculum, vt ſufficerent coram dño, vt miniſtraret ipſe, & benediceret in nomine eius vſque in ſeculum. Moſeh aũt viri dei filij vocabuntur in tribu Leui. Filij Moſeh Gherſon, & Elihezer. Filij aũt Gherſon Sebuel[a] primus. Et fuerunt filij Elihezer Rechabiah dux. Et non fuerunt ipſi Elihezer filij alij. Filij autẽ Rechabiah multiplicati ſunt[b] ſuprà. Filij Iſhar Selomith dux. Filij Chebron, Ieriiahu dux. Amariah ſecundus, Iechaziel tertius, & Iecha-

Exod. 2. d. — a dux. — b in ſublime

C man quartus. Filij Huzziel, Michah[c] primus. Iſiah ſecundus. Filij Merari Machali, & Muſi. Filij Machali, Elhazar, & Achis Et mortuus eſt Elhazar, & non fuerunt ei filij, ſed filiæ. Et acceperunt eas filij Chis fratres earũ. Filij Muſi, Machali, & Heder, & Ieremoth tres. Iſti filij Leui per domum familiarũ ſuarum, principes familiarum cum numerationibus ſuis ſecundum numerum nominũ per capita ſua facientes opus ad miniſterium domus domini à filio XX. annorum, & ſuprà. Dixit enim Dauid: Requieſcere fecit dominus deus Iſrael popu-

c præcipuus

D lum ſuum, & habitauit in Ieruſalaim vſque in ſeculum. Et etiã Leuitis non erit portare tabernaculum, & omnia vaſa eiꝰ ad miniſterium eius. Quia iuxta verba Dauid nouiſſima fuit numerus filiorum Leui, à filio XX. annorũ, & ſuprà. Quia ſtatꝰ eorũ ad manum filiorum Aharon in miniſterio domꝰ domini in atriis, & in cubiculis, & in mundicia, in omni ſanctitate, & opere miniſterij domus dei. Et in pane ordinaro, & in ſimila, & in ſacrificio, & in laganis infermentatorũ, & in ſartagine, & in toſto, & in omni menſura, & menſura. Et ad ſtãdum ſingulo mane ad confitendum, & laudandum dominum, & ſic veſperi. Et ad omne offerre holocauſtorũ domino, ad ſabbata, ad Calendas, & ad ſolennitates, iuxta numerũ, iuxta ordinẽ ſuper eis iugiter coram dño. Et cuſtodient cuſtodiam tabernaculi[d] fœderis, & cuſtodiã ſanctuarij, & cuſtodiam filiorum Aharon fratrum in miniſterio domus domini.

d teſtimonij

*Aſſignat Dauid officia filijs Aharon.*

## CAP. XXIIII.

A De filiis autem Aharon partitiones eorũ, erãt filij Aharon Nadab, & Abihu, Elhazar, & Ithamar. Et mortuꝰ eſt Nadab, & Abihu ante patrem ſuum, & filij non fuerũt eis. Et ſacerdotio functi ſunt Elhazar, & Ithamar. Et diuiſit eos Dauid, & Sadoc de filiis Elhazar, & Achimelech de filiis Ithamar ſecundum numerationẽ eorũ in miniſterio eorũ. Et inuẽti ſunt filij Elhazar plures in capitibus virorũ quàm filij Ithamar. Et diuiſerũt eos. De filiis Elhazar duces per domũ familiarum XVI. & de filiis Ithamar per domũ familiarũ ſuarũ VIII. Et diuiſerunt eos ſortibus, iſtos cũ iſtis, quia fuerũt principes ſanctuarij, & principes dei, de filiis Elhazar, & de filiis Ithamar. Et deſcripſit eos Semahaiah filius Nethanel ſcriba, de Leui co-

Leuit. 10. a.

B ram rege, & principibus, & Sadoc ſacerdoce, & Achimelech filio Abiathar, & principibus familiarũ ſacerdotũ, & Leuitarũ: domus patris vna adhęſit ipſi Elhazar, & propinqua alia adhęſit ipſi Ithamar. Exiuit autẽ ſors prima ipſi Iehoiarib, ipſi Iedahaiah ſecunda, Charim tertia, Schorim quarta, Malchiiah quinta, Miiamin ſexta, Hacchos ſeptima, Abiiah octaua, Ieſuah nona, Sehaniah decima, Eliaſib vndecima, Iachim duodecima, Cuppa decimatertia, Ieſebab quartadecima, Bilghah

C quintadecima, Immer ſextadecima, Chezir ſeptimadecima, Piſſes octauadecima, Pethaciah nonadecima, Iechezchel vigeſima, Lachim vna & vigeſima, Ghamul ſecunda & vigeſima, Deliahu tertia & vigeſima, Mahaziahu quarta & vigeſima. Iſtæ numerationes eorũ in miniſterio eorũ, vt ingrediãtur domum domini ſecundum ordinem ſuum per manum Aharõ patris eorum, quemadmodum præcepit ei dominus deus Iſrael. Et filij Leui reſidui ſunt. De filijs Haram, Subael. De filiis Subael, Iechdeiahu. De Rechabiahu. De filiis Rechabiahu, dux Ieſiiahu. De Iſhari Selomoth. De filiis Selomoth, Iachath, Filij

D autem eius Ieriiahu, Amariahu ſecundus, Iechaziel tertius, Iechamã quartus. Filij Huzziel Michah. De filiis Michah Samir. Frater Michah Ieſiiah. De filiis Ieſiiah Zechariahu. Filij Merari Machali, & Muſi. Filij Iehaziiahu, Beno. Filij Merari, de Iehaziiahu, Beno, & Soham, & Zacchur, & Hibri. De Machali Elhazar, & non fuerunt ei filij. Chis, filij Chis Ierachmeel, Filij aũt Muſi Machali, & Heder, & Ieremoth. Iſti filij Leuitarum per domũ familiarũ ſuarũ. Et proiecerunt etiã ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aharon ante Dauid regem. Et Sadoc, & Achimelech, & principes familiarum ſacerdotalium, & Leuiticarum familiarum dux contra fratrem ſuum minorem.

*Ordinantur cantores, eorumque uices, & ſortes.*

## CAP. XXV.

A Et diuiſit Dauid, & principes exercitus, in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Ieduthun qui prophetabãt in cytharis, in pſalteriis, & in cymbalis. Et fuit numerus eorũ, qui erant viri operis ad miniſterium ſuum. De filiis Aſaph Zacchur, & Ioſeph, et Nethaniah, & Aſarelah. Filij Aſaph ad iuſsionem Aſaph, qui prophetabat ad iuſsionem regis. De Ieduthun. Filij Ieduthun Ghedaliahu, & Seri, & Ieſaiahu, Cha-

B ſabiahu, & Matthithiahu ſex ad iuſsionem patris eorũ Ieduthun in cythara, qui prophetabat ad cõfitendum & laudandum dominum. De Heman filij Heman Bucchiiahu, Matthaniahu, Huzziel, Sebuel, & Ieremoth, Chananiah, Chanani, Eliathath, Ghiddalthi, & Romanthiezer, Ioſbechaſah, Mollothi. Hothir, Machazioth. Omnes iſti filij Heman videntis regis in verbis dei ad exaltandũ cornu. Deditque deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Omnes iſti ad iuſsionẽ patris ſui, in cantico domus domini, in cymbalis, pſalteriis, & cytharis ad miniſterium domus dei, ad iuſsionẽ regis, Aſaph, & Ieduthun, & Heman. Et fuit numerus eorum cum fratribꝰ ſuis doctis in cantico domini, omnis intelligens ducenti octoginta

C & octo. Et proiecerunt ſortes, cuſtodiam, contra cuſtodiã. Sicut paruus ſic magnus intelligere faciens cum dicente, Et egreſſa eſt ſors prima ipſi Aſaph. De Ioſeph Ghedaliahu ſecunda Ipſe & fratres eius, & filij eius duodecim. Tertia Zacchur filij eius, & fratres eius duodecim. Quarta ipſi Iſri, filij eius, & fratres eius duodecim. Quinta Natthaniahu, filiis eiꝰ, & fratribus eius duodecim. Sexta Bucchiiahu filiis eius, & fratribus eius duodecim. Septima Ieſarelah filiis eius & fratribus eius duodecim. Octaua Ieſaiahu filiis eius, & fratribus eius duodecim: Nona Matthaniahu filiis eius, & fratribus eiꝰ duodecim. Decima Simhi filiis eius, & fratribus eius duodecim. Vndecima Hazarel filiis eius, & fratribus eius duodecim. Duodecim Chaſabiah filiis eius, & fratribus eius duodecim. Tertiade-

D cima Subael filiis eius, & fratribus eius duodecim. Quartadecima Matthithiahu filiis eius, & fratribꝰ eiꝰ duodecim. Quintadecima Ieremoth filiis eius, & fratribus eius duodecim. Sextadecima Chananiahu filiis eius, & fratribus eius duodecim. Septimadecima Ioſbechaſah, filiis eius, & fratribus eius duodecim. Octauadecima Chanani filiis eiꝰ, et fratribus eiꝰ duodecim. Nonadecima, Mallothi filiis eius, & fratribus eiꝰ duodecim. Vigeſima, Eliathah filiis eius, & fratribus eius duodecim. Vna & vigeſima, Hothir filiis eius, & fratribus eius duodecim. Secunda & vigeſima, Ghiddalti filiis eius, & fratribus eius duodecim. Tertia & vigeſima, Machazioth filiis eius, & fratribus eius duodecim. Quarta & vigeſima, Romamthiezer filiis eius, & fratribus eius duodecim.

*Ordinantur ianitores templi, & quæ porta cuique ſit obſeruanda.*

## CAP. XXVI.

A Diuiſiones aũt ianitorũ hæ ſunt: De Chorchim Meſelemiahu filius Core de filiis Aſaph. Et de Meſelemiahu filij Zechariahu primogenitus, Iedihael ſecundus, Zebabiahu tertius, Iathniel quartus, Helam quintus, Iehochanan ſextus, Elihohenai ſeptimus. Et de Hobededom filij Semahaiah primogenitus, Iehozabad ſecundus, Ioach tertius, & Sachar quartus, & Nethanel quintus, Hammiel ſextus, Iiſſchar ſeptimus,



ſeptimus, Pehullethai octauꝰ, quia benedixit illi deus. Semahiah autem filio eius nati ſunt filij dominantes domui patris ſui. Erãt enim ſtrenui viri. Filij Semaiah Hothni, & Rephael, & Hobed Elzabad, fratres eius filij fortitudinis. Elihu, & Semachiahu. Omnes iſti de filiis Hobededom. Ipſi & filij eorũ, & fratres eorũ viri fortes in fortitudine ad miniſterium ſexaginta, & duo de Hobededom. Et de Meſelemiahu filij & fra-

B tres filij fortes octo & decem. Et de Choſah de filiis Merari filij Simri princeps. Non enim fuerat primogenitus, & poſuit eum pater ſuus principem. Chilchiiahu ſecundꝰ, Thebaliahu tertius, Zechariahu quartus. Omnes filij, & fratres Choſah tredecim.[a] De iſtis diuiſionibus ianitorũ, de principibus virorũ cuſtodiarum contra fratres ſuos, ad miniſtrandum in domo domini. Et proiecerunt ſortes: Sicut paruus, ſic magnus per domũ familiarũ ſuarum ad ſingulas portas. Et cecidit ſors ad orientem ipſi Selemiahu: & Zechariahu filio eius conſiliario cum intellectu proiecerunt ſortes, & egreſſa eſt ſors eius ad aquilonẽ. Ipſi Hobededom ad auſtrum, & filiis eius domꝰ[b] cõciliorum. Ipſi Suppim, & Choſah ad occidentem cum porta,

a Iſtis facta eſt diuiſio ianitorũ ut præcipuis inter ſtrenuos qui haberẽt cuſtodiã e regione fratrũ ſuorum. — b Aſuppim

C qua itur per viam aſcenſionis, cuſtodia cõtra cuſtodiam. Ad orientem Leuitæ ſex, ad aquilonem per diem quatuor, ad meridiem per diem quatuor, & ad[c] conciliorum per ſingula loca duo. Ad domum inſtrumentorum ad occidentẽ quatuor pro via, duo per ſingulas domos. Iſtæ ſunt diuiſiones ianitorum filiorum Chorchitarum, & filiorum Merari. Et Leuitæ Achiiah ſuper theſauros domus dei, & theſauros ſanctitatũ. Filij Lehadan filij Gerſunitarũ: De Lahadan principes familiarum. De Lahadan Gerſunitarũ Iechieli. Filij Iechieli Zethã, & Ioel fratres eius ſuper theſauros domus domini. De Hãrami, de Iſhari, de Cherboni, & Hozzieli. Et Sabuel filij Gerſom filij Moſeh dux ſuper theſauros. Et fratres eius de Elhiezer Rachabiahu filius eius, & Ieſahiahu filiꝰ eius, & Ioram filiꝰ eius, et Zichri filius eius, & Selomith filius eius. Ipſe Selomith & fra-

c ad Aſuppi duo & duo, Ad Pharbar uerſus occaſũ quatuor in aſcẽſu, & duo in Pharbar.

D tres eiꝰ ſuper oẽs theſauros ſanctificatorum quæ ſanctificare fecit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni, & centuriones, & principes exercitus. De bellis, & de ſpoliis ſanctificare fecerunt ad roborandum domum domini. Et omne quod ſanctificauit Semuel videns, & Saul filius Chis, & Abner filiꝰ Ner, & Ioab filiꝰ Seruiah. Omne quod ſanctificauit ad iuſsionem Selomith, & fratrum eius. De Iſbari Chenaniahu, & filij eius ad opus forinſecus ſup Iſrael pręfecti, & iudices. De Cherboni Chaſabiahu & fratres eius viri robuſti, mille & ſeptingẽti ſuper officium Iſrael trans Iarden ad occidentem. Ad omne opus domini, & ad miniſterium regiũ. De Chebroni Iediiah dux ipſi Chebroni ſecundum generationes eius per familias. Anno quadrageſimo regni Dauid quæſiti ſunt, & inuẽti ſunt in eis fortes viribus in Iahazer Ghilhad. Et fratres eius viri robuſti mille, & ſeptingenti principes familiarum. Et conſtituit eos Dauid rex ſuper Reubenitas, & Ghaditas, & dimidiã tribum Menaſſitarum ad omnem rem dei, & rem regis.

*De præfectis & principibus miniſtrantibus regi.*

## CAP. XXVII.

A Filij autem Iſrael ſecundum numerũ ſuum, principes familiarum, & tribuni, & centuriones, & præfecti eorũ miniſtrantes regi ſecundum omnẽ rem diuiſionũ, quæ ingrediebãtur, & egrediebantur per menſes ſingulos per omnes menſes anni. Diuiſio vna viginti & quatuor milium. Super diuiſione prima in menſe primo Iaſobeham filius Zabdiel, & in diuiſione eius viginti, & quatuor milia. De filijs Peres princeps cunctorũ principũ exercituũ in mẽſe primo. Et ſup diuiſiones mẽſis ſecũdi Dodai Achochites, & diuiſio eius, & Micloth dux, et in diuiſiõe eius viginti & quatuor milia. Princeps exercitꝰ tertij menſe tertio Benaiahu filiꝰ Iehoiadah ſacerdotis princeps, & in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Ipſe eſt Benaiahu fortis inter triginta, & ſuper triginta, & in diuiſiõe eiꝰ Hammizadab filius eius. Quarti in mẽſe quarto Haſael frater Ioab, & Zebadiab filius eius poſt eum. Et in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Quinti in menſe quinto princeps Samhuth

B Izrach. Et in diuiſione eius viginti, & quatuor milia. Sexti mẽſe ſexto Hiram filius Hicches, Techothites, & in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Septimi menſe ſeptimo Cheles Pelonites de filiis Ephraim, & in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Octaui menſe octauo Sibbechai Chuſathites de Zarchi, & in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Noni menſe nono Abihezer Hanthotites de filiis Iemini, & in diuiſiõe eius viginti & quatuor milia. Decimi menſe decimo Maharai Nethophathites de Zarchi, & in diuiſiõe eius viginti & quatuor milia. Vndecimi vndecimo menſe Benaiah Pirhathonites de filiis Ephraim, & in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Duodecimi duodecimo menſe Cheldai, Nethophathites, de

C Hothniel, & in diuiſione eius viginti & quatuor milia. Et ſuper tribus Iſrael ſuper Reubenitas dux Elihezer filius Zichri, ſuper Simhonitas, Sephathiahu filius Mahachah. Super Leui Ghaſabiah filiꝰ Chemuel. Super Aharon Sadoc. Super Iehudah Elihu de fratribus Dauid. Super Iſſchar Homri filius Michael. Super Zebulun Iſmahaiahu filius Hobadiahu. Sup Naphthali Ieremoth filius Hazriel. Super filios Ephraim Hoſeah filius Hazaziahu. Super dimidiam tribum Menaſſeh Ioel filiꝰ Pedaiahu. Super dimidium Menaſſeh in Ghilhad Iddo filius Zechariahu. Sup Biniamin Iahaziel filius Abner. Sup Dan Hazarel filius Ierocham. Iſti principes tribuum Iſrael. Et non leuauit Dauid numerum eorũ à filio viginti annorũ & infra: quia dixit dominus vt multiplicaret Iſrael veluti ſtellas cœli. Ioab filius Seruiah cœpit numerare, & nõ compleuit. Et fuit propter hoc ira ſuper Iſrael, & non aſcendit numerꝰ in numerum verborũ dierum regis Dauid. Super theſauros autem regis fuit Hazmaueth filius Hadiel: Et ſuper theſauros in regione, in vrbibus, & in villis, & in turribus fuit Iehonathã filius Huzziiahu. Et ſuper facientes opus agri in cultura terræ Hezri filius Chelub. Et ſuper vineas Simhi Ramathites. Et ſuper

D ea quæ ſunt in vineis ſuper cellaria vini Zabdi Siphmites. Et ſuper olиueta, & ſicomoros quæ ſunt in campeſtribus Bahalcanan Ghederites, & ſuper cellaria olei Iohas. Et ſuper boues qui paſcebantur in Saron Sithri Saronites, & ſuper boues in vallibus Saphath filius Hadlhai. Et ſuper camelos Obil Iſmehelites, & ſuper aſinas Iecdeiahu Meronothites. Et ſuper pecudes Iaziz Hagherites. Omnes iſti principes ſubſtantiæ quæ erant regi Dauid. Iehonathan autem patruus Dauid cõſiliariꝰ vir intelligens, & ſcriba ipſe, & Iechiel filius Chachmoni cum filiis regis. Achitophel autem conſiliarius regis, & Chuſai Archites amicus regis. Et poſt Achitophel Iehoiadad filius Benaiahu, & Ebiathar, & princeps exercitus regis Ioab.

*Dauid prohibita ſibi templi ædificatione, hortatur populũ, & Selomoh filium, ad id perficiendum.*

## CAP. XXVIII.

A Et congregauit Dauid omnes principes Iſrael, principes tribuum, & principes diuiſionum miniſtrantium regi, & tribunos & centuriones, & principes ſubſtantiæ, & poſſeſſionis regis, & filiorum eius cum eunuchis & potentibus, & omnem fortem viribꝰ in Ieruſalaim. Et ſurrexit Dauid rex ſuper pedes ſuos, & ait: Audite me fratres mei, & populꝰ meꝰ In corde meo fuit, vt ædificarem domum quietis arcæ fœderis domini, & ſcabello pedum dei veſtri, & præparaui ad ædificandum. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, quia vir bellorum es, & ſanguinem effudiſti. Et elegit dominꝰ deus Iſrael me ex omni domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſrael in ſeculum. De Iehudah enim elegit ducem, & è domo Iehudah domum patris mei, & è filiis patris mei me voluit, vt regnarem ſuper vniuerſum Iſrael. Et ex omni-

1. Reg. 7. b. — Sap. 9. b.

B bus filiis meis (multos enim filios dedit mihi dominus) elegit Selomoh filiũ meũ, vt ſederet ſuper thronũ regni dñi ſuper Iſrael. Dixitque mihi: Selomoh filius tuus, ipſe ædificabit domũ meã, & atria mea. Elegi enim eum in filiũ, & ego ero illi in patrẽ. Et firmabo regnũ eiꝰ vſque in ſeculũ, ſi robuſtus fuerit ad fa

m ij.

ciendum præcepta mea,& iudicia mea ſecundum diem hãc. Et nunc in oculis omnis Iſrael cœtus domini,& in aurib⁹ dei noſtri cuſtodite,& quærite cuncta mandata domini dei noſtri,vt poſſideatis terram bonam,& hæreditare faciatis filios veſtros poſt vos vſque in ſeculum. Et tu Selomoh fili mi ſcito deum patris tui,& ſerui ei corde pfecto,& animo voluntario, Omnia enim corda ſcrutatur dominus,& oẽm imaginatione cogitationũ intelligit.

Pſal.7.

C Si quæſieris eũ, inuenietur tibi,et ſi dereliqueris eum,proiiciet te in æternum. Vide nunc quod dominus elegit te,vt ædifices domum ſanctuario. Conforta te,& fac. Dedit autem Dauid Selomoh filio ſuo ſimilitudinẽ porticus,& domorum eius,& cellariorum eius,& cœnaculorum eius,& cubiculorum eius intrinſecorum,& domus propitiatorij. Et ſimilitudinẽ omnis quod fuerat in ſpiritu cũ eo in atrio domus domini,& in omnibus cubiculis per circuitũ in theſauris dei,& in theſauris ſanctitatũ. Et in diuiſionibus ſacerdotũ,& Leuitarũ,& in omni opere miniſterij domus dñi. Et in omnibus vaſis miniſterij domus dñi. In auro,in põdere auri,in omnibus vaſis ſingulorum miniſteriorum: in omnibus vaſis argenteis in põdere,& in omnibus vaſis ſingulorũ miniſteriorũ. Pondus in candelabris aureis & lucernis eorũ aureis,in põdere cãdelabri & candelabri & lucernarũ eius: & candelabris argenteis in pondere pro candelabro & lucernis eius ſecũdũ miniſterium cuiuslibet cãdelabri.

D Et auri pondus pro menſis propoſitionis,pro ſingula menſa,& argentũ pro mẽſis argenteis. Et pro fuſcinulis,& crateribus,& acerris aurũ mundum,& pro crateribus aureis in põdere,pro ſingulo cratere,& pro crateribus argenteis in põdere pro ſingulo cratere. Et pro altari ſuffimenti aurum purificatũ in pondere,& pro figura quadrigæ Cherubim aurũ,pro expandentibus & tegentibus arcã fœderis domini. Omnia in ſcriptura de manu domini ſuper me,intelligere fecit omnia opera ſimilitudinis. Dixitq́ Dauid Selomoh filio ſuo: Confortare,& roborare,& fac,ne timeas,& ne paueas,quia dominus deus,deus meus tecum erit. Et non dimittet te,& non derelinquet te,donec perficias omne opus miniſterij domus domini. Et ecce diuiſiões ſacerdotũ,& Leuitarũ in omne miniſteriũ domus dei,& tecũ ſunt in omni opere omni ſpontaneo in ſapientia omni miniſterio,& principes,& omnis populus omnibus verbis tuis.

¶ Quę Dauid eiuſque principes obtulerint in templi ædificationẽ,moritur Dauid,ſuccedit Selomoh. CAP. XXIX.

DIxit autem Dauid rex ad omnẽ cœtum: Selomoh filiũ meum vnum,elegit deus puerum,& tenellum. Et op⁹ grande eſt. Non enim hominis eſt ædes,ſed domini dei. Totis autem viribus meis præparaui domini dei mei aurũ,[a] ad aurum:& argentum,ad argentum:& æs,ad æs:& ferrum,ad ferrum:& ligna,ad ligna:lapides onychinos,&[b] gemmas,lapides[c] ſtibinos,& diuerſorũ colorũ,& omnem lapidem precioſum,& lapides marmoreos in multitudine. Et adhuc ob meã erga domũ dei mei affectionẽ,eſt mihi peculiare aurũ,& argẽtum,qd' dedi domui dei mei[d] propter gradum,ex omnibus quæ præparaui domui ſanctuarij: Tria milia ſcilicet talẽta auri de auro Ophir,& ſeptẽ milia talẽta argenti purgati ad cõplanandũ parietes domorũ.

a ad id qd' aureum &c.
b lapides impletionũ.qui ſ.incluſi implẽt auream ciuitatem.
c lucidos
d ob excellẽtiam

B Aurũ,ad aurum:argẽtum,ad argentum,& ad omne opus per manũ artificũ: & quiſquis ſpõte offert,conſecret manum ſuam hodie dño. Et ſpõte obtulerunt principes familiarũ,& principes tribuum Iſrael,& tribuni,& centuriones,& principes operis regis. Et dederũt ad miniſterium domus dei,auri talenta quinque milia,& ſolidos decẽ milia,& argẽti talenta decẽ milia,& æris decẽ & octo milia talẽta,& ferri centũ milia talẽta:& cum quo inuenti ſunt lapides,dederunt in theſaurũ domus dñi per manũ Iechiel Gherſunitæ. Et lætati ſunt populus,cũ ſponte offerrent ipſi:qa corde perfecto ſponte obtulerunt dño:& etiã Dauid rex lætatus eſt lætitia magna.

C Et benedixit Dauid dño in oculis omnis cõgregationis. Et ait Dauid: Benedictus es tu domine de⁹ Iſrael patris mei à ſeculo vſq; in ſeculũ. Tibi dñe magnificẽtia,& potẽtia,& gloria,& victoria,& honor. Cuncta em̃ quæ in cœlo ſunt,& terra,tua ſunt. Tuũ eſt dñe regnum & exaltatio ſuper oẽm principẽ. Et diuitiæ,& gloria à facie tua,& tu dñaris omnibus. Et in poteſtate tua,virtus,& fortitudo.

D Et in poteſtate tua eſt magnificare,& confortare omnia. Et nunc deus noſter cõfitemur,& laudamus nomẽ gloriæ tuæ. Quis em̃ ego ſum,& quis eſt populus meus,q́ obtineamus potentiam ad ſponte offerendum ſecundũ hoc. A te enim ſunt oĩa,& de manu tua dedimus tibi. Peregrini enim ſumus corã te,& aduenæ ſicut oẽs patres noſtri. Dies noſtri ſicut vmbra ſuper terrã & nõ eſt expectatio. Dñe deus noſter omnis copia hæc,quam parauimus ad ædificandum tibi domũ nomini ſancto tuo,de manu tua eſt,& tua ſunt oĩa. Noui aut deus mi,q́ tu pbas cor,& rectitudines voles. Ego in rectitudine cordis mei ſponte obtuli vniuerſa hæc,& nunc populũ tuum,qui reperti ſunt hic,vidi cũ gaudio ad ſponte offerendũ tibi.

Supra.2.b.

E Dñe deus Abrahã,Iſchac,& Iſrael patrũ noſtrorũ,cuſtodi hoc in ſeculũ[a] imaginationem cogitationũ cordis populi tui,& para cor eorũ tibi. Et Selomoh filio meo da cor perfectũ,vt cuſtodiat præcepta tua,teſtimonia tua,& ſtatuta tua,vt faciat omnia,& ædificet ædem quam pparaui. Et dixit Dauid vniuerſæ eccleſiæ Benedicite quæſo domino deo veſtro. Et benedixerũt omnis eccleſia dño deo patrũ ſuorum. Et inclinauerũt ſe,et genu flexerũt ſe domino,& regi. Immolauerunt q́ victimas domino,& obtulerũt holocauſta domino in craſtino diei illius tauros mille,

a ad formationem cogitationum

F arietes mille,agnos mille,& libamina eorum,& victimas in multitudine pro omni Iſrael. Et comederũt,& biberũt coram domino in die illa in lætitia magna,& regem conſtituerunt ſecundò Selomoh filium Dauid,& vnxerũt domino ducem,& Sadoc ſacerdotem. Seditq́ Selomoh ſuper ſolium dñi rex pro Dauid patre ſuo,& proſperatus eſt. Et paruerũt ei omnis Iſrael. Et vniuerſi principes,& potentes,& omnes filij regis Dauid dederunt manum ſub Selomoh rege. Et magnificauit dñs Selomoh excellẽter in oculis omnis Iſrael. Et dedit illi gloriam regni,qualis nõ fuit omni regi ante eum ſuper Iſrael.

3.Reg.1.c.

G Dauid aũt filius Iſai regnauit ſup vniuerſum Iſrael. Et dies quibus regnauit ſuper Iſrael quadraginta anni. In Chebrõ regnauit ſeptem annis,in Ieruſalaim verò regnauit triginta & trib⁹ annis. Et mortuus eſt in ſenectute bona,ſaturus dieb⁹,diuitiis,& gloria,regnauitq́ Selomoh filius eius pro eo. Res aũt Dauid regis primæ & nouiſsimæ,ecce ipſæ ſcriptæ ſunt in verbis Semuel videntis,& in libro Nathan prophetæ,& in verbis Ghad videntis:cum omni regno eius,& fortitudine eius,& temporum quæ tranſierunt ſuper eum,& ſuper Iſrael,& ſuper vniuerſum regem terrarum.

3.Reg.2.c.

FINIS.

# Liber Dibre haiamin:qui & Paralipomenon II. quãquam Hebreis eſt unus liber. Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Oblatio Selomoh in excelſo Ghibhon. Oraculum ad ſe diuinum, quo accipit ſapientiam. Numerus curruum & equitum eius.

CAPVT I.

A ROBORAVIT SE autem Selomoh filius Dauid in regno ſuo,& dñs de⁹ eius erat cũ eo,& magnificauit eum in ſublime. Dixitq́ Selomoh vniuerſo Iſrael,tribunis,& cẽturionib⁹,& iudicib⁹,& omni duci ſup Iſrael principibus familiarũ. Et ierũt Selomoh,& oĩs cœtus in excelſum,qd' erat in Ghibhon. Ibi em̃ erat tabernaculum[a] fœderis dei,qd' fecit Moſeh famulus dñi in deſerto.



a teſtimonij

Sed arcã dei aſcẽdere fecerat Dauid de Chiriathieharim,quãdo pparauit ei locũ Dauid. Extendit em̃ ei tabernaculũ in Ieruſalaim. Et altare æneũ quod fecit Beſalel fili⁹ Vri filij Chur,

Exod.38.a.

B ibi corã tabernaculo dñi. Et reqſiuit illud Selomoh,& cœt⁹. Aſcenditq́ Selomoh illuc ad altare æneum corã dño,quod erat in tabernaculo fœderis,& obtulit ſuper illud holocauſta mille. In nocte ipſa apparuit deus Selomoni. Dixitq́ ei: Poſtula quod dem tibi. Dixitq́ Selomoh deo: Tu feciſti cũ Dauid patre meo miſericordiã magnam,& regnare feciſti me p eo. Nunc dñe deus ſtabiliatur verbũ tuum cũ Dauid patre meo.

C Tu enim regnare feciſti me ſuper populũ multum,ſicut puluerem terræ. Nunc ſapientiã,& ſcientiã da mihi,vt egrediar corã populo iſto,& ingrediar. Quis em̃ iudicabit populum tuum hunc magnũ? Dixit aũt de⁹ ad Selomoh: Pro eo q́ fuit hoc in corde tuo,& nõ poſtulaſti diuitias,ſubſtãtias,et gl'iam,& animas odio habentiũ te,& etiã dies multos nõ poſtulaſti,petiſti aũt tibi ſapientiã,& ſcientiã,vt iudices populum meũ ſuper quẽ regnare feci te,Sapientia,& ſcientia data eſt tibi. Diuitias aũt & ſubſtãtias,& gloriam dabo tibi,vt nõ fuerit ſic inter reges qui fuerunt ante te,& poſt te non erit ſic.

1.Par.28.b. Sap.9.b.

D Et venit Selomoh ab excelſo,quod erat in Ghibhon,in Ieruſalaim corã tabernaculo fœderis,& regnauit ſuper Iſrael. Et congregauit Selomoh currus,& equites. Et fuerunt ei mille quadringenti currus,& duodecim milia equites,& collocauit eos in vrbibus curruũ,& cũ rege in Ieruſalaim. Præbuitq́ rex argentum & aurum ſicut lapides,& cedros dedit ſicut ſycomoros,quæ ſunt in cãpeſtribus in multitudine. Exitũ quoq; equorum,qui erant Selomoni ex Aegypto:[b] & è Cheue negotiatores regis de Cheue accipiebant precio. Et aſcendebãt,& educebant ex Aegypto quadrigã ſexcentis argenteis,& equũ quinquaginta & centũ,& ſic vniuerſis regibus Chittim & regibus Arã,per manum eorum educebant.

b Cõgregatiuum negociatores regis cõgregationem equorũ accipiebant certo precio. uide 3.Reg.10.

¶ Mittit Selomoh ad Churam regẽ Sor pro lignis & artificibus. CAP. II.

A DIxit aũt Selomoth vt ædificaret domum nomini dñi,et domũ regno ſuo. Et numerauit Selomoh ſeptuaginta milia virorũ portantium,& octoginta milia virorũ cædentium in monte,& præpoſitos ſuper eos tria milia & ſexcẽtos. Et miſit Selomoh ad Churam regẽ[c] Sor,dicendo: Sicut feciſti cum Dauid patre meo,& miſiſti ei cedros,vt ædificaret ſibi domum ad habitandum in ea,ecce ego ædifico domũ nomini dei mei,ad ſanctificandũ eam,& ad ſuffiendũ coram illo ſuffimentum aromaticum,&[d] diſpoſitionem iugem,& holocauſta mane & veſpere,ſabbatis,& calendis,& ſolennitatibus dñi dei noſtri,in ſeculũ enim eſt hoc ſuper Iſrael. Domus autẽ quam ædifico magna eſt. Magnus eſt enim deus noſter præ

c Tyri 3.Reg.5.a.
d iugem panis ordinationem

B omnibus diis. Et quis obtinebit vires ad ædificandum ei domum? Si cœlum,& cœli cœlorum non capiũt eum,quis ego ſum,vt ædificem ei domum? Sed ad ſuffiendum corã eo,domum ædifico. Et nunc mitte mihi virum ſapientem ad faciendũ in auro,& argẽto,& ære,& ferro,& purpura,& coccino,et hyacintho,& ſcientẽ cælare cælaturas cũ ſapientibus q ſunt mecũ in Iehudah,& in Ieruſalaim,quos præparauit Dauid pater meus. Et mitte mihi ligna cedrina,abiegna,& algummim de Lebanon. Noui enim q́ ſerui tui ſciunt cædere ligna Lebanon. Et ecce ſerui mei erunt cum ſeruis tuis ad parandũ mihi ligna in multitudinem,quia domus quam ædifico magna eſt,& mirabilis. Et ecce cæſoribus ſcindentibus ligna dedi triticorum percuſſorum ſeruis tuis coros viginti milia. Et hordeorum coros viginti milia,& vini batos viginti milia,et olei

C batos viginti milia. Dixit autem Churam rex Sor per ſcripturã,& miſit ad Selomoh: Pro eo q́ dilexit dñs populum ſuũ,poſuit te ſuper eos regẽ. Dixitq́ Churam: Benedictus dominus deus Iſrael,qui fecit cœlũ,& terrã. Qui dedit Dauid regi filium ſapientẽ,ſcientẽ intellectũ,& intelligẽtiã,vt ædificaret domũ dño,& domũ pro regia ſua. Et nũc miſi virũ ſapientẽ,ſcientem intelligentiã,qui fuit ipſius Churam patris mei. Filiũ mulieris de filiabus Dan,& pater eius erat[a] Soræus,ſcientẽ facere

a Tyrius

D in auro,& argẽto,in ære,ferro,lapidibus,& lignis,in purpura hyacintho,& byſſo,& coccino,& ad cælandũ oẽm cælaturã,& ad cogitandũ oẽm cogitationẽ,quæ dabitur ei cum ſapientibus tuis & ſapientibus dñi mei Dauid patris tui. Et nũc triticum,& hordeum,oleum & vinũ,quæ dixit dñs me⁹,mittat ſeruis ſuis,& nos cædemus ligna de Lebanon,prout opus fuerit tibi,& afferemus ea tibi per rates ad mare Iappo: & tu aſcendere facies eã in Ieruſalaim. Et numerauit Selomoh omes viroẽ peregrinos,qui erãt in terra Iſrael,poſt dinumerationẽ quas dinumerauit eos Dauid pater ſuus,& inuenti ſunt cẽtũ,& qnquaginta milia,& tria milia & ſexcenti. Fecitq́ ex eis ſeptuaginta milia baiulos,& octoginta milia cæſores in mõte. Et tria milia & ſexcenti erant ſolicitatores ad faciendum operari populum.

¶ Aedificatur templum domini cum porticu,domo ſanctorũ,uelo, columnis. CAP. III.

A ET cœpit Selomoh ædificare domũ in Ieruſalaim in mõte Moriiah,qui monſtratus fuerat Dauid patri ſuo,quãdo parauit in loco Dauid in area Ornan Iebuſæi. Et cœpit ædificare mẽſe ſecundo,die ſecundo,anno quarto regni ſui. Et iſtæ diſpoſitiones ſecundũ quas cõſultũ fuit Selomoh,vt ædificaret domũ dei. Lõgitudo cubitorũ erat,in menſura prima,cubitorũ inquã ſexaginta,et latitudo cubitorũ viginti. Et porticus quæ habuit formã longitudinis,iuxta formã latitudinis domus,erat cubitorum viginti. Altitudo aũt cẽtum & viginti,& texit eã intrinſecus auro mũdo. Domum autẽ magnã te-

1.Reg.6.a.

B xit lignis abiegnis,& texit eã auro bono,& aſcendere fecit ſuper eã palmas,& catenas. Et texit domum lapide precioſo ad gloriã. Aurũ aũt,erat aurũ ex loco Paruaim. Texitq́ domũ,trabes,poſtes,& parietes eius,& oſtia ei⁹ auro,& cælauit Cherubim in parietibus. Fecitq́ domũ ſanctitatis ſanctitatũ,lõgitudo eius ſecundũ latitudinẽ domus,cubitorũ viginti,& latitudo eius cubitorũ viginti,& texit eã auro bono talentis ſexcẽtis. Pondus aũt clauorũ ſeclorũ quinquaginta auri erat,&

C cœnacula texit auro. Fecitq́ in domo ſanctitatis ſanctitatum Cherubim duos opere inſtar puerorũ,& texerunt eos auro. Alarũ aũt Cherubim lõgitudo erat cubitorũ viginti. Ala vna cubitorũ qnq;,tãgebat parietẽ domus:& ala altera cubitorũ qnque,tãgebat alã Cherub alterius. Et ala Cherub alteri⁹ cubitorũ quinq;,tãgebat parietẽ domus,& ala altera cubitorũ quinque,iuncta erat alę Cherub alterius. Alæ Cherubim iſtorum expanſę erant per cubitos viginti,& ſtabant ſuper pedes

D ſuos,& facies eorum verſus domũ. Fecitq́ velum ex Hyacintho,& purpura,& cocco,& byſſo,& aptauit ei Cherubim. Et fecit ante domum colũnas duas cubitorũ triginta & quinque in longitudine,& capitellũ,quod erat in ſummitate eius cubitorum quinque. Et fecit catenas in oraculo,& poſuit ſuper caput columnarum. Fecitq́ malogranata centum,& poſuit in catenis,& ſtatuit columnas antę templum,vnam à dextera,& alteram,à ſiniſtra. Vocauitq́ nomen dexteræ Iachim,& nomen ſiniſtræ Bohaz.

¶ De altari æneo,mari fuſili,conchis,candelabris,menſis,cochleatibus,atrio ſacerdotũ,&c. CAP. IIII.

A FEcit autem altare æneũ,viginti cubitorũ longitudo eius,& viginti cubitorũ latitudo eius,& decẽ cubitorũ altitudo eius. Fecitq́ mare fuſile decẽ cubitorũ à labio eius,vſq; ad labium eius rotundũ in circuitu. Et quinque cubitorũ altitudo eius,& linea triginta cubitorũ circundabat illud per circuitum. Et imago boum ſubter illud per circuitum circundãtium illud decẽ cubitis ambiebant mare per circuitum. Duo ordines erant boum fuſorũ ſecundum fuſurã illius. Stabat ſuper duodecim boues. Tres reſpiciebant ad aquilonem,& tres reſpiciebant ad occidentẽ. Tres autem reſpiciebant ad meri-

B diem,& tres reſpiciebant ad orientem,& mare ſuper eos deſuper. Omnia autem poſteriora eorũ erant intrinſecus. Por-

rò denſitas eius erat palmi vnius,& labium eius ſicut opus la-
bij calicis floris lilij.Comprehendebat batos,tria milia capie-
bat,Et fecit conchas decẽ,& poſuit quinque à dextera, & qn-
que à ſiniſtra ad lauandum in eis opus holocauſti impellebãt
in eas.Et mare vt lauarent ſe ſacerdotes.Et fecit cãdelabra au-
rea decem ſecundum normã eorũ,& poſuit in templo qnq; à
dextra,& quinque à ſiniſtra.Et fecit menſas decẽ,& poſuit in
templo,quinque à dextera,& quinque à ſiniſtra,& fecit crate
ras aureas centum.Et fecit atrium ſacerdotum,& atrium ma-
gnum,& oſtia ipſi atrio,& oſtia eorum texit ære.Mare autem
C poſuit à latere dextro ad orientem contra meridiem.Fecit au
tem Churam,lebetes,& ſcopas,& pelues,& compleuit Chu-
ram facere opus quod fecit regi Selomoh in domo dei.Colũ
nas duas,& funiculos,& coronas ſuper caput columnarum
duarum,& retiacula duo ad operiendum duos funiculos co
ronarum,qui erant ſuper caput columnarum.Et malograna
ta quadringenta in duobus retiaculis.Duo ordines malogra
natorum erant retiaculo vno ad operiẽdum duos funiculos
coronarum quæ erant ante columnas.Baſes fecit , & cõchas
fecit ſuper Baſes.Mare vnũ,& boues duodecim ſubter illud,
Et lebetes,& ſcopas,& tridentes,& omnia vaſa eorum fecit
Churã pater eius regi Selomoh in domo domini ex ære mũ-
a. craſſa do.In regione Iarden fudit rex in [a] argilloſa terra , inter Suc-
coth & Seredathah.Et fecit Selomoh omnia vaſa hæc in mul
D titudine grandi.Non enim inueſtigabatur pondus æris.Et fe
cit Selomoh omnia vaſa quæ erant dom⁹ dei.Et altare æreũ,
& menſas,& ſuper eas panes facierum.Et candelabra,& lucer
nas eorũ,vt arderent iuxta ordinem in oraculo ex auro pur-
gato.Et flores,& lucernas,& forcipes ex auro quod erat per-
fectum.Et pſalteria,& pelurs,& cochlearia,& acerras ex auro
mundo.Et oſtiũ domus,oſtia eius interiora ipſi ſanctitati ſan-
ctitatum,& oſtia domus ipſi templo ex auro.

¶ Theſauris & arca introducta in templũ,gloria domini templũ replet. CAP. V.

A ET perfectum eſt omne opus quod fecit Selomoh in do-
3.Regũ.7.g. & 8.a. mo domini.Et intulit Selomoh [b] ſanctificationes Dauid
b id eſt ea q̃ Dauid deo cõſecrauerat. patris ſui.Et argentum,& aurum,& omnia vaſa poſuit in the
ſauris domus dei.Tunc congregauit Selomoh ſeniores Iſrael,
& omnes principes tribuum,principes familiarum de filiis Iſ
rael in Ieruſalaim,vt aſcendere facerent arcam fœderis domi-
ni è ciuitate Dauid.Ipſa eſt Sion. Et cõgregati ſunt ad regem
omnes viri Iſrael in ſolennitate,quæ eſt menſis ſeptimi. Et ve-
nerunt omnes ſeniores Iſrael,& portauerunt Leuitæ arcã.Et
aſcendere fecerunt arcam et tabernaculũ eccleſiæ,& omnia va
B ſa ſanctitatis,quæ erant in tabernaculo aſcendere fecerunt ſa-
cerdotes Leuitę.Rex autem Selomoh,& omnis cœtus Iſrael,
qui conuenerant ad eum ante arcam,immolabant pecudes,et
boues,qui non numerabantur,& non numerabantur pro-
pter multitudinem.Et adduxerunt ſacerdotes arcam fœderis
domini ad locum ſuum,ad oraculum templi, ad ſanctitatem
ſancitaum,ſubter alas Cherubim. Et Cherubim expande-
C bant alas ſuper locum arcæ,& tegebant Cherubim arcam,et
vectes eius deſuper.Et elongauerunt vectes,& videbantur ca
pita vectium arcæ coram oraculo,& non apparebant forin-
ſecus.Et fuit ibi vſque ad diẽ hanc.Non erant in arca niſi duę
tabulæ quas poſuit Moſeh in Choreb,quas excidit dñs cum
filij Iſrael egrederentur ex Aegypto.Et fuit,cum egreſsi eſſent
D ſacerdotes de ſanctitate.(Omnes enim ſacerdotes qui inuenti
ſunt ſanctificauerunt ſe)Non erat obſeruare diſtinctiones.Le
uitæ,cantores de omnibus ipſis,de Aſaph,de Heman,de Iedu
thun,& de filiis eorum,& de fratribus eorũ,induti erant byſ-
ſo,in cymbalis,& in pſalteriis,& cytharis ſtãtes ad oriẽtem al-
taris,Et cum eis ſacerdotes centum, & viginti clãgẽtes tubis.
Et erant veluti vnus clangentibus,& cantantibus,vt audire fa
cerent ſonitum vnum,laudando & confitendo domino,cum
eleuarent vocem cum tubis,& cymbalis & inſtrumentis mu-
ſicis,& cum laudarent dominum,quoniam bonus,quoniam
B in ſeculum miſericordia eius,dominus impleta eſt nube do-
mus domini.Et non poterant ſacerdotes ſtare ad miniſtran-
dum propter nubem.Impleuerat em̃ gloria dñi domũ dei.

¶ Sermo Selomoh ad populum, eiuſque precatio ad deum. CAP. VI.

A TVnc ait Selomoh:Dominus dixit quòd habitaret in ca
ligine.Ego aũt ædificaui domum,habitaculum tibi, & 3.Reg.8.b.
locũ habitationi tuæ in ſecula.Et conuertit rex faciem ſuam,et
benedixit vniuerſo cœtui Iſrael.Omnis autẽ cœtus Iſrael ſta-
bat.Et ait:Benedictus dominus deus Iſrael,qui locutus eſt ore
ſuo Dauid patri meo,& per manus eius compleuit dicendo:
A die qua eduxi populum meum è terra Aegypti , non elegi
ciuitatem è cunctis tribubus Iſrael ad ædificandum domũ,vt
eſſet nomen meum ibi,& non elegi virum,vt eſſet dux ſuper
populum meum Iſrael.Sed elegi Ieruſalaim , vt eſſet nomen
meum ibi,& elegi Dauid vt eſſet ſuper populum meũ Iſrael.
Et fuit,in corde Dauid patris mei,vt ædificaret domum no-
mini domini dei Iſrael.Dixit autem dominus ad Dauid patrẽ
meum:Pro eo quod fuit in corde tuo,vt ædificares domum
B nomini meo,benefeciſti,quia fuit in corde tuo.Sed tu nõ ædi
ficabis domum,ſed filius tuus,qui egredietur de lumbis tuis,
ipſe ædificabit domum nomini meo.Et ſtatuit dominus ver
bum ſuum quod locutus fuerat , & ſurrexi pro Dauid pa-
tre meo , & ſedi ſuper thronum Iſrael,ſicut locutus eſt domi-
nus, & ædificaui domum nomini domini dei Iſrael. Et po-
ſui ibi arcam in qua eſt pactũ domini,quod pepigerat cum
filiis Iſrael.Stetit autem coram altari domini contra omnem
cœtum Iſrael,& extendit man⁹ ſuas.Fecit enim Selomoh ſug-
geſtum inſtar conchæ æneum,& poſuit illud in medio atrij,
quinque cubitorum longitudo eius, & quinque cubitorum
latitudo eius,& cubitorum trium altitudo eius . Stetitq; ſu-
per illud,& genu flexit ſe ſuper genua ſua contra omnem cœ-
tum Iſrael,& extendit palmas ſuas ad cœlum.Et ait:Domine
deus Iſrael,non eſt ſicut tu deus in cœlo,& in terra cuſtodiens
C pactum,& miſericordiam ſeruis tuis ambulantibus coram te 2.Mach.2.
toto corde ſuo,Qui cuſtodiſti ſeruo tuo patri meo quod lo
cutus es ei,& locutus es ore tuo,& potentia tua impleſti ſecũ
dum diem hanc.Et nunc domine de⁹ Iſrael cuſtodi ſeruo tuo
Dauid patri meo,quod locutus es ei,dicendo.Non excidetur
tibi vir à facie mea ſedens ſuper thronum Iſrael,tantũ ſi cuſto-
dierint filij tui viam ſuam,vt ambulent in lege mea, quemad-
modum ambulaſti coram me.Et nunc domine deus Iſrael fir
metur verbum tuum,quod locutus es ſeruo tuo Dauid. Sed
num,verè habitabit deus cum homine ſuper terram?Ecce cœ
lum & cœli cœlorum nõ capiunt te,quanto magis dom⁹ hęc
quam ædificaui?Et reſpicias ad orationem ſerui tui,& ad de-
precationem eius domine deus meus,vt audias clamorem,et
D orationem,quam ſeruus tuus orat coram te.Vt ſint oculi tui
aperti ſuper domum iſtam die ac nocte,ſuper locum in quo
dixiſti q̃ poneres nomẽ tuũ,vt audias orõnẽ quã orat ſeruus
tuus in loco iſto.Et exaudias deprecationẽ ſerui tui & popu-
li tui Iſrael,quã orauerint in loco iſto,& tu exaudies è loco ha
bitatiõis tuę è cœlo,& exaudies,& parces.Si peccauerit q̃ſpiã
in proximũ ſuum,& exegerit ab eo iuramentum,vt faciat iu-
rare eum,& venerit iuramentum coram altari tuo in domo
iſta.Tu audies de cœlo, & facies , & iudicabis ſeruos tuos,
reddendo impio,dando viam eius in caput eius,& iuſtifican
do iuſtum,dando ei ſecundum iuſtitiam eius.Et ſi cæſus fue-
rit populus tuus Iſrael coram inimico,cum peccauerint tibi,
& conuerſi fuerint,& confeſſi fuerint nomen tuum,& oraue-
E rint,& deprecati fuerint coram te in domo hac.Tu audies de
cœlo,& parces peccato populi tui Iſrael,& reduces eos ad ter
ram,quam dediſti eis,& patribus eorum.Cum clauſum fue-
rit cœlum,& non fuerit pluuia,cum peccauerint tibi, & ora-
uerint in loco iſto,& confeſsi fuerint nomen tuũ,& à peccato
ſuo conuerſi fuerint,cum afflixeris eos.Tu exaudies de cœlo, Infra.20.b.
& parces peccato ſeruorum tuorum,& populi tui Iſrael.Do
cebis



cebis enim eos viam bonam per quã ambulent,& dabis plu-
uiam ſuper terram,quam dediſti populo tuo in hæreditatẽ.
Fames ſi fuerit in terra,peſtis ſi fuerit,ariditas,& rubigo,locu
ſta & bruchus cum fuerit:ſi obſederit eũ inimicus eius in ter-
ra intra portas ſuas,omnis plaga:omniſq; infirmitas:oẽm o-
rationẽ,omnẽq; deprecationẽ,quæ fuerit omni homini,& o-
mni populo tuo Iſrael,ſi cognouerint vnuſquiſq; plagã ſuã,
& dolorem ſuum,& expanderit manus ſuas ad domũ iſtam:
tu exaudies de cœlo,habitaculo ſeſſionis tuæ,& parces,& da-
F bis vnicuiq; iuxta vias ſuas,quia noſti cor eius.Tu enim ſolus
noſti cor filiorum hominũ.Vt timeant te,vt ambulent in viis
tuis omnibus diebus,quibus viuunt ſuper faciẽ terræ, quam
dediſti patribus noſtris.Et etiam alienigenam,qui non eſt de
populo tuo Iſrael ipſe,& veniens è terra longinqua,p̃pter no
men tuum magnũ,& manum tuam robuſtam, & brachium
tuum extentum,& venerint & orauerint in domo iſta.Tu ex
audies de cœlo,habitaculo ſeſſionis tuæ. Et facies ſecundum
omnia,pro quibus inuocauerit te alienigena,vt ſciant omnes
populi terræ nomen tuũ,& timeant te ſicut ppl's tuus Iſrael,
& cognoſcant,q̃ nomen tuum inuocatum eſt ſuper domum
hanc,quam ædificaui.Si egreſſus fuerit populus tuus ad bel-
lum contra inimicos ſuos per viam qua miſeris eos,& oraue
rit ad te in via ciuitatis huius,quam elegiſti,& domus quam
ædificaui nomini tuo,Exaudies de cœlo orationẽ eorum, &
deprecationem eorum,& facies iudicium eorum.Si peccaue-
rint tibi(Non enim eſt homo qui non peccet)& iratus fueris
contra eos,& tradideris eos coram inimico,& captiuos du-
3.Reg.8.a. Eccl.7.c. xerint eos,captiuos ducentes eos ad terram longinquam vel
1.Iohã.1.d. propinquam:& redierint ad cor ſuum in terra,ad quam ca-
G ptiui ducti ſunt,& conuerſi fuerint,& orauerint ad te in terra
captiuitatis ſuæ,dicendo:peccauimus,iniquè egimus , impiè
egimus:& cõuerſi fuerint ad te toto corde ſuo & tota anima
ſua in terra captiuitatis ſuæ ad quam captiuos duxerunt eos,
& orauerint in via terræ eorum,quam dediſti patribus eorũ
& ciuitatis quam elegiſti,& domus quam ædificaui nomini
tuo:Exaudies de cœlo,de habitaculo ſeſſionis tuæ, orationẽ
eorũ,& deprecationẽ eorũ,& facies iudiciũ eorum,& parces
pp'lo tuo,qui peccauerunt tibi.Nũc deus meus ſint q̃ſo oculi
tui apti & aures tuæ intẽtæ ad orationẽ loci huius.Et nũc ſur
Pſalm.131. ge dñe deus in requiem tuam,tu & arca fortitudinis tuæ.Sa-
cerdotes tui domine deus,induantur ſalute,& ſancti tui læten
tur in bono.Domine deus ne auertas faciem chriſti tui.Memẽ
to miſericordiarum Dauid ſerui tui.

¶ Ignis deuorat ſacrificiũ,fit ingens ſolennitas,dñs apparet Selomoh.

CAP. VII.

A CVmq; compleſſet Selomoh orare,ignis deſcendit è cœ
2.Mac.2.c. lo,& conſumpſit holocauſtum, & victimas, & gloria
domini repleuit domum.Et non potuerunt ſacerdotes ingre
di domum domini,quia repleuit gloria domini,domum do
mini.Et omnes filij Iſrael videbant,quando deſcẽdebat ignis
& gloria domini ſuper domum,& incuruauerunt ſe faciete-
nus in terram ſuper pauimentum & adorauerunt:& confite-
bantur domino,quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſe-
ricordia eius.Rex aũt.& omnis populus immolabant victi-
mam coram domino.Et immolauit rex Selomoh victimam
boues viginti & duo milia , & oues centum & viginti mi-
lia,& dedicauerunt donum dei rex,& vniuerſus populus.Sa-
cerdotes aũt in cuſtodiis ſuis ſtabant, & Leuitæ cum inſtru-
mentis muſicis domini,quæ fecit Dauid rex ad confitendum
dño,quoniam in ſeculũ miſericordia eius,dum Laudaret Da
uid per manum eorum.Sacerdotes aũt clangebant cõtra eos,
B & oĩs Iſrael ſtabãt.Sanctificauit præterea rex Selomoh mediũ
atriũ,quod erat ante domum dñi.Fecit em̃ ibi holocauſta,&
adipes pacificorũ,quia altare æneũ,quod fecit Selomoh,non
poterat ſuſtinere holocauſtũ,& victimã,& adipes.Et fecit Se
lomoh ſolennitatẽ in tp̃e illo ſeptẽ diebus,& om̃is Iſrael cum
eo,cœtus magnus valde,ab ingreſſu Chamath vſq; ad torrẽ-
tem Aegypti.Fecerunt etiã in die octauo [a] collectam.Dedica- a feſtum retentionis.retinẽdo.ſ.adhuc populũ & diſcẽdo,Vale.
tionẽ em̃ altaris fecerunt ſeptẽ diebus,& ſolennitatẽ ſeptẽ die-
bus.Die aũt vigeſima & tertia menſis ſeptimi dimiſit populũ
ad tabernacula ſua lætos,& iucundos corde ſuper bono &
C quod fecit dñs Dauid,& Selomoh,& Iſrael populo ſuo.Cõ- 3.Reg.9.a.
pleuitq; Selomoh domum domini,& domũ regiã , & omne
quod venit in cor Selomoh, vt feceret in domo domini, &
in domo ſua proſpere fecit.Apparuit aũt dominus Selomoh
nocte,& ait ei:Audiui orationẽ tuã,& elegi locũ iſtum mihi
in domum ſacrificij.Si clauſero cœlum,& non fuerit pluuia,
& ſi præcepero locuſtæ,vt deuoret terram,& ſi miſero peſti-
lentiã in populum meum. Et humiliauerint ſe popul⁹ meus
ſuper quos inuocatũ eſt nomen meũ,& orauerint,& exquiſi-
uerint faciẽ meam,& cõuerſi fuerint à viis ſuis malis,ego ex au
diam de cœlo,& parcam peccato eorũ,& ſanabo terrã eorũ.
Nunc oculi mei erunt aperti,& aures meæ intentæ ad oratio
nem loci huius.Et nunc elegi,& ſanctificaui domũ hanc,vt ſit
nomen meum ibi vſque in ſeculum.Et erunt oculi mei,& cor
meum ibi cunctis diebus.Tu aũt ſi ambulaueris corã me,ſicut
D ambulauit Dauid pater tuus,vt facias iuxta omnia,quæ præ
cepi tibi,& ſtatuta mea,& iudicia mea cuſtodieris. Suſcitabo
ſolium regni tui,quemadmodum pollicitus ſum Dauid patri
tuo,dicendo:Non ſuccidetur tibi vir dominãs in Iſrael.Si au
tem auerſi fueritis,& dereliqueritis ſtatuta mea, & præcepta
mea,quæ dedi corã vobis,& ambulaueritis & ſeruieritis diis
alienis,& incuruaueritis vos eis.Euellã eos è terra mea,quã de
di eis,& domũ iſtã quam ſanctificaui nomini meo,proiiciam
à facie mea,& dabo eã in parabolã,& in [b] exemplum cũctis po b fabulam, ſeu p̃uerbiũ
pulis.Et domus iſta quæ fuit excelſa omni trãſeunti per eam,
erit ſtupori,& dicet:Propter qđ fecit dominus ſic terrę huic,
& domui huic?Et dicent:Eo q̃ dereliquerint dñm deũ patrũ
ſuorũ qui eduxit eos è terra Aegypti, & apprehẽderint deos
alienos,& incuruauerunt ſe eis, & ſeruierint eis,idcirco addu
xi ſuper eos omne malum hoc.

¶ De ciuitatibus(abſoluta,domo dei)per Selomoh ædificatis.

CAP. VIII.

G ET fuit,in fine viginti annorũ,q̃bus ædificauit Selomoh 3.Reg.9.b.
domũ dñi,& domũ ſuã,ciuitates quas dedit Churã Se-
lomoni,ædificauit Selomoh,& habitare fecit ibi filios Iſrael.
Et abiit Selomoh in Chamath Sobah,& obtinuit eã.Et ædifi
cauit Tadmor in deſerto,& vniuerſas vrbes theſaurorũ, q̃s
ædificauit in Chamath.Et ædificauit Bethchoron ſuperiorẽ,
et Bethchoron inferiorẽ ciuitates munitas muris,portis,et ve
ctibus.Et Bahalath,& oẽs vrbes theſaurorũ quæ fuerunt Se
lomoni,& omnes vrbes quadrigarũ,& vrbes equitũ,& om̃e
volitum Selomoh quod voluit ædificare in Ieruſalaim,& in
B Lebanon,& in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ. Oẽm populum
qui remãſit de Chittæis,& Emoræis,& Perizæis,& Chiuuęis
& Iebuſæis,qui nõ de Iſrael erant,ſed de filiis eorũ qui reman-
ſerãt poſt eos in terra,quos nõ cõſumpſerũt filij Iſrael: [c] fecit
tributarios vſque in diem hanc.Et de filiis Iſrael, [d] quos non c hos aſcendere coegit Selomoh ad pẽdẽdum tributum.
poſuit ſeruos in opere regio.Ipſi enim erãt viri bellatores,&
principes principum eius,& principes curruũ eius,& equitũ
eius.Iſti ſunt aũt principes qui ſtabãt, qui erãt regi Selomoh, d nullos poſuit Selomoh ſeruos
quinquaginta & ducenti qui dominabantur populo.Et filiã
Parhoh aſcẽdere fecit Selomoh de ciuitate Dauid in domum
C quã ædificauit ei.Dixit em̃:Nõ habitabit vxor mea in domo
Dauid regis Iſrael,quia ſanctitas eſt,quia ingreſſa eſt eam arca
dñi.Tunc obtulit Selomoh holocauſta dño ſuper altare dñi,
qđ ædificauit ante porticũ.Et per ſingulos dies, vt offerrent
iuxta præceptũ Moſeh in ſabbatis,& Calendis,& ſolennitati-
bus tribus vicibus p̃ annũ,in ſolennitate infermetatorũ, & in
ſolennitate hebdomadarũ,& in ſolẽnitate tabernaculorum.
Et ſtatuit iuxta ordinẽ Dauid patris ſui diuiſiones ſacerdotũ

in miniſterio ſuo,& Leuitas in cuſtodiis ſuis,vt laudarent,& miniſtrarent corā ſacerdotibus per ſingulos dies,& ianitores in diuiſionibus ad ſingulas portas.Sic eñ erat præceptũ Dauid viri dei.Et non declinauerũt à præcepto regis ſuper ſacerdotibus,& Leuitis in omni re,& in theſauris.Et pparauit omne opus Selomoh vſq; in diẽ,qua fundata eſt domus dñi,& donec compleuit perficere domũ dñi. Tunc iuit Selomoh in Heſiongheber,& in Eloth ad littus maris in terram Edom.Et miſit ad eum Churam per manum ſeruorũ ſuorum naues,& ſeruos gnaros maris.Et iuerunt cũ ſeruis Selomoh,in Ophir Et tulerunt inde quadringenta & quinquagita talenta auri,et attulerunt ad regem Selomoh.

¶ Colloquium Selomoh & reginæ Seba,& munera mutuo collata,mors Selomoh. CAP. IX.

A
3.Reg.10.a. Matth.12.d. Lucæ,11.d.

Regina aũt Seba audiuit famā Selomoh,& venit ad tentandum Selomoh in ænigmatibus in Ieruſalaim cum exercitu graui valde,& camelis portantibus aromata, & aurum in multitudine,& lapides precioſos,& venit ad regẽ Selomoh,& locuta eſt cum eo quicquid erat in corde ſuo.Et indicauit ei Selomoh omnia verba eius,& non latuit quicquā à Selomoh,quod ipſe non indicauerit ei.Et vidit regina Seba ſapientiam Selomoh,& domũ quā ædificauerat: & cibos menſæ eius,& habitacula ſeruorũ eius,& functionẽ miniſtrorũ eius,& veſtimenta eorũ,& pincernas eius,& veſtimẽta eorum,& aſcenſum eius,per quẽ aſcẽdebat in domũ dñi,& non erat vltra in ea ſpiritus.Dixitq; ad regẽ:Verũ eſt verbũ quod audiui in terra mea de rebus tuis.& de ſapientia tua.Et nõ credebā verbis eorũ,donec venirem,& viderent oculi mei.Et ecce non fuit indicatum mihi dimidium multitudinis ſapientiæ tuæ.Addidiſti famæ quā audiui.Beati viri tui,& beati ſerui tui iſti,qui ſtant coram te ſemper,& audiunt ſapientiam tuā.
B
Sit dominus deus tuus benedictus qui voluit te,vt poneret te ſuper thronum ſuũ in regem dño deo tuo,propterea q; diligit deus tu9 Iſrael,vt ſtare faciat eum in ſeculum,poſuit te ſuper eos regem ad faciendũ iudicium,& iuſtitiā.Dedit aũt regi centũ,& viginti talenta auri,& aromata in multitudinem valde,& lapides precioſos.Nõ fuit vtiq; ſicut aroma iſtud,quod dedit regina Seba regi Selomoh.Et etiā ſerui Churam,& ſerui Selomoh qui attulerunt aurum de Ophir,attulerunt ligna Algumim,& lapides precioſos.Et fecit rex de lignis Algumim tigna in domo dñi,& domo regia,& cytharas,& pſalteria cātoribus.Et non ſunt viſa ſicut ipſa ante in terra Iehudah. Rex aũt Selomoh dedit reginæ Seba oẽm voluntatem eius,quam poſtulauit,præter id quod attulerat ad regẽ. Et reuerſa eſt,& abiit in terrā ſuam ipſa,& ſerui eius.Erat autem pondus auri quod veniebat ad Selomoh annuatim ſexcenta & ſexaginta & ſex talenta auri.Præter viros mercatores,& negociatores adducentes,& omnes reges Harab,& duces terræ adducentes aurum & argentum Selomoni. Et fecit rex Selomoh ducenta ſcuta ex auro ductili.Sexcẽti [a] aurei ductiles aſcendebāt ſuper ſcuto ſingulo.Et trecentos clypeos ex auro ductili.Trecenti aurei aſcendebant ſuper clypeo ſingulo,& poſuit eos in domo ſaltus Lebanon.Fecit autẽ rex ſolium eburneum grande,& texit illud auro mundo.Et ſex gradus erant ſolio,[b] & gradus ex auro erant ipſi ſolio tenẽtes,& [c] manus hinc & inde ad locũ ſeſſionis,& duo leones ſtantes iuxta man9.Et duodecim leones ſtabant iuxta ſex gradus hinc & inde.Non eſt factũ ſic in vniuerſis regnis.Et omnia vaſa potus regis Selomoh aurea.Et omnia vaſa dom9 ſaltus Lebanon ex auro mũdo.Nõ argentum reputabatur in diebus Selomoh,quicquā. Naues enim regis ibant in Tarſis cum ſeruis Churam ſemel in tribus annis,& deferebant naues Tarſis portantes aurum,& argentum,dentes elephantum,& ſimias,& pauos.Magnificatusq; eſt rex Selomoh præ omnibus regibus terræ in diuitiis,& ſapientia.Et omnes reges terræ quærebant faciem Selomoh,vt audirent ſapientiam eius,quam dedit deus in corde eius.Et ipſi deferebant vnuſquiſque munus ſuum,vaſa argẽtea,& vaſa aurea,& veſtes,arma & aromata,equos,& mulos annuatim.Et fuerunt Selomoni quatuor milia præſepia equorum,& curruum,& duodecim milia equitum.Et dimiſit eos in vrbibus curruum,quidam tamẽ erant cũ rege in Ieruſalaim. Et dominatus eſt omnibus regibus à flumine vſque ad terrā Peliſtim,& vſque ad terminum Aegypti.Et præbuit rex argentum in Ieruſalaim ſicut lapides,& cædros præbuit quaſi ſycomoros,quæ ſunt in campeſtribus in multitudine.Et educebāt equos ex Aegypto ad Selomoh,& de cunctis terris. Reſidua autem Selomoh primorum,& nouiſſimorũ,nõnne ſunt ſcripta in libro Nathan prophetæ,& in prophetia Achiiah Silonitæ,& in viſionibus Iahaddi videntis contra Iarobham filiũ Nebath?Et regnauit Selomoh in Ieruſalaim ſuper omnem Iſrael quadraginta annis.Et dormiuit Selomoh cum patribus ſuis.Et ſepelierunt eum in ciuitate Dauid patris ſui,regnauitq; Rechabham filius eius pro eo.

C D E F G

[a] nũmi ex ſolido auro
[b] & ſcabellũ aureũ,ipſi ſolio adhærẽtia.
[c] fulcra

¶ Temeritas regis Rechabham,diuiſio regni.

CAP. X.

A
Abiit autem Rechabham in Sechem quia in Sechẽ venerant omnis Iſrael,vt regem conſtituerent eũ.Et fuit,quũ audiſſet Iarabham filius Nebath, qui erat in Aegypto,qui fugerat à facie Selomoh regis,reuerſus eſt Iarobhā de Aegypto.Et miſerũt,& vocauerunt eum,& venit Iarobham,& omnis Iſrael,& locuti ſunt ad Rechabhā,dicẽdo:Pater tu9 aggrauauit iugũ noſtrum,& nũc alleuia de ſeruitute patris tui dura,& de iugo eius graui,quod poſuit ſuper nos,& ſeruiemus tibi.Et dixit ad eos:Adhuc tres dies,& reuertimini ad me,& abiit populus.Et cõſuluit rex Rechabham ſenes qui ſteterant coram Selomoh patre eius,ipſo viuente,dicẽdo:Quomodo cõſulitis,vt reſpondeā populo huic verbum?Et locuti ſunt ad eũ,dicẽdo:Si fueris in bono populo huic,& placueris eis,& locutus fueris ad eos verba bona,erunt tibi ſerui omnibus diebus.Et reliquit cõſilium ſenũm,quod conſuluerāt ei. Et conſuluit adoleſcentes qui nutriti erant ſecũ qui ſtabant coram eo:Et dixit ad eos:Quid vos cõſulitis,& reſpondebimus verbũ populo huic,qui locuti ſunt,dicendo:Alleuia de iugo quod poſuit pater tuus ſuper nos.Et locuti ſunt cũ eo adoleſcentes,qui nutriti erant cum eo,dicendo:Sic dices populo qui locuti ſunt ad te,dicendo:Pater tuus aggrauauit iugũ noſtrum,& tu alleuia à nobis,ſic dices ad eos:Minor digit9 me9 groſſior eſt lumbis patris mei.Et nunc pater meus onerare fecit ſuper vos iugum graue,& ego addam iugo veſtro,pater meus caſtigauit vos virgis,& ego ſcorpionibus.Et venit Iarobham,& oĩs ppls ad Rechabham die tertio,quẽadmadum locut9 fuerat rex,dicẽdo:Reuertimini ad me die tertio.Reſpõditq; eis rex dura,& dereliquit rex Rechabham conſiliũ ſenũ. Et locutus eſt ad eos iuxta conſilium adoleſcentum,dicendo: Pater meus aggrauauit iugum veſtrũ,& ego addam ſuper illud.Pater meus caſtigauit vos flagellis,& ego ſcorpionibus. Et non audiuit rex populum.Erat enim cauſatũ à deo,vt firmaret dominus verbum ſuum,quod locutus fuerat per manum Achiiahu Silonitæ ad Iarobham filiũ Nebath. Et omĩs Iſrael viderunt q; non audiſſet rex eos,& reſponderunt populus ad regem,dicendo:Quæ nobis pars in Dauid?Et nõ eſt hæreditas in filio Iſai.Vnuſquiſq; in tabernacula tua Iſrael.Nunc prouide domui tuæ Dauid.Et abiit omnis Iſrael in tabernacula ſua.Super filios autem Iſrael habitantes in vrbibus Iehudah,regnauit Rechabham.Et miſit rex Rechabham Hadorā qui erat ſuper tributum & lapidauerunt eũ filij Iſrael lapide,& mortuus eſt.& rex Rechabham ſategit aſcendere currum ad fugiendum in Ieruſalaim. Et præuaricati ſunt contra domũ Dauid vſq; ad diem hanc.

B C D

¶ Rechabham uetatur pugnare contra Iarobham,de decẽ & octo uxoribus,ſexaginta concubinis,uiginti octo filiis,& ſexaginta filiabus eius. CAP. XI.

A
Venit autem Rechabham in Ieruſalaim,& congregauit domum Iehudah,& Biniamin centum,& octogita milia electorum facientium bellum,vt dimicaret cum Iſrael,vt reduceret regnum ad Rechabham.Et fuit verbum domini ad Semahiahu virum dei,dicendo:Dic ad Rechabham filiũ Selomoh regẽ Iehudah,& ad vniuerſum Iſrael in Iehudah,& in Biniamin,dicẽdo:Sic dixit dñs:Nõ aſcẽdetis,& non pugnabitis cũ fratribus veſtris. Reuertimini vnuſquiſq; in domũ ſuā quia à me factum eſt verbum hoc.Et audierunt verba dñi,& reuerſi ſunt,ne irent contra Iarobham. Et habitauit Rechabhā in Ieruſalaim,& ædificauit vrbes ad munitionem in Iehudah.Et ædificauit Bethlechem,& Hethā & Techoah.Et Bethſur,& Socho,& Hadulam.Et Ghath,& Mareſah,& Ziph. Et Adoraim,& Lachis,& Hazechah.Et Sorhaah,& Aialon,& Chebron,quæ erant in Ieudah,& Biniamin vrbes munitas. Et roborauit munita,& poſuit in eis duces.& cellaria ſibi,& olei,& vini.Et in ſingulis vrbibus ſcuta,& haſtas,& roborauit eas multum valde.Et fuit ſibi Iehudah,& Biniamin.Sacerdotes autem,& Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſrael,ſteterunt iuxta eum de cunctis finibus ſuis.Dereliquerũt enim Leuitæ ſuburbana ſua,& poſſeſſionem ſuam,& ierunt in Iehudah,in Ieruſalaim,quia eiecit eos Iarobham,& filij eius ne miniſtrarent domino.Et conſtituit ſibi ſacerdotes pro excelſis,& dæmoniis,& vitulis quos fecit.Et poſt Leuitas ipſos de cunctis tribubus Iſrael,qui ponebant cor ſuum,vt quærerent dominum deum Iſrael,veniebant in Ieruſalaim ad immolandum deo patrum ſuorum.Et roboraerũt regnũ Iehudah,& confirmauerunt Rechabham annis tribus.Ambulauerunt enim in via Dauid,& Selomoh,annis tribus. Accepit autem ſibi Rechabhā vxorem Machalath filiam Ierimoth filij Dauid [a] Abichail filiam Eliab,filij Iſai.Et peperit ei filios Iehus,& Semariah,& Zaham.Et poſt eam accepit Mahachah filiam Abſalom,& peperit ei Abiiah,& Harthai,& Ziza,& Selomith.Et amauit Rechabham,Mahachah filiam Abſalom præ omnibus vxoribus ſuis,& concubinis ſuis.Vxores enim octo & decem accepit,concubinas ſexaginta.Et genuit viginti & octo filios,& ſexaginta filias.Conſtituit autem Rechabhā in principem Abiiah filium Mahachah & in ducem inter fratres ſuos,vt regnare faceret eum.Et erudire faciebat,& diſpergebat de omnibus filiis ſuis in cunctis terris Iehudah,& Biniamin.In cunctis vrbibus munitis poſuit eſcam copioſẽ,& petiuit multitudinem vxorum.

3.Reg.12.c.
B C D
[a] filiam Abihail filiæ Eliab

¶ Siſac rex Aegypti ſpoliat templum domini,moritur Rechabam,ſuccedit filius eius Abiiah. CAP. XII.

A
Et fuit,quum confirmaſſet regnum Rechabham,& cũ roboraſſet illud dereliquit legem Domini,& omnis Iſrael cum eo.Et fuit,anno quinto regis Rechabham,aſcendit Siſac rex Aegypti contra Ieruſalaim(Præuaricati enim fuerant in dominum deum)mille & ducentis curribus,& ſexaginta milibus equitum.Et non erat numerus populi qui venerunt cum eo ex Aegypto Lubin,Succhiim,& Chuſiim.Et cepit vrbes munitas quæ erant in Iehudah,& venit vſque ad Ieruſalaim.Semahaiah autem propheta venit ad Rechabham,& ad principes Iehudah qui congregati erant in Ieruſalaim à facie Siſac,& dixit ad eos:Sic dixit Dominus:Vos dereliquiſtis me,& ego etiam dereliqui vos in manu Siſac.Et humiliauerunt ſe principes Iſrael,& rex,& dixerũt:Iuſtus eſt dñs.Et cũ videret dñs q; humiliaſſent ſe,fuit verbum dñi ad Semahaiah,dicẽdo: Humiliati ſunt,non diſperdam eos,daboque eis paululum euaſionis,& non ſtillabit furor meus contra Ieruſalaim per manum Siſac.Sed erunt ei ſerui,& ſcient ſeruitutem meam,& ſeruitutem regnorum terrarum. Et aſcendit Siſac rex Aegypti contra Ieruſalaim,& tulit theſauros domus Domini,& theſauros domus regiæ,omnia tulit.Et tulit clypeos aureos,quos fecit rex Selomoh.Et fecit rex Sechabham pro eis clypeos æneos,& conſtituit ad manum principum curſorum,qui cuſtodiebant oſtium domus regiæ.Et erat,ingreſſo rege domum domini,veniebant curſores,& tollebant eos,& referebant eos ad thalamum curſorum.Et quia humiliauit ſe auerſa eſt ab eo ira domini,& non fuit ad diſperdendum ad conſumptionem.Et etiam in Iehudah fuerunt bona.Et roborauit ſe rex Rechabham in Ieruſalaim,& regnauit,quia quadraginta,& vnius annorum erat Rechabham,dũ regnauit,& ſeptem,& decem annis regnauit in Ieruſalaim vrbe quam elegit dominus,vt poneret nomen ſuum ibi ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autem matris eius erat Nahamah Hammonitis.Et fecit malum,quia non præparauit cor ſuum,vt quæreret dominum. Verba autem Rechabham prima.& nouiſſima,nõnne ſcripta ſunt in verbis Semahaiah prophetæ,& Iddo videntis dum recenſet ſeriem generationum?Et bella Rechabham,& Iarobham omnibus diebus.Et dormiuit Rechabham cum patribus ſuis,& ſepultus eſt in ciuitate Dauid,& regnauit Abiiah filius eius pro eo.

B C D
3.Reg.14.f.

¶ Victoria Abiiah regis Iehudah,cõtra Iarobham,Abiiah accipit ſibi uxores quatuordecim,e quibus ſuſcipit uiginti & duos filios,& ſedecim filias. CAP. XIII.

A
3.Reg.15.a.
Anno octauodecimo regis Iarobham,regnauit Abiiah ſuper Iehudah.Tribus annis regnauit in Ieruſalaim.Nomẽ autem matris eius Michaiahu,filia Vriel de Ghibhah.Et bellum fuit inter Abiiah,& Iarobham.Et iunxit milites ad bellum Abiiah in fortitudine virorum bellicoſorum quadraginta milium electorum.Et Iarobham diſpoſuit cum eo bellum cum octingentis milibus viris electis,potentibus viribus.Et ſurrexit Abiiah è monte Semaraim,qui erat in mõte Ephraim,& dixit:Audite me Iarobhā,& omnis Iſrael.Nõnne veſtra intereſt ſcire quòd dominus deus Iſrael dedit regnũ Dauid ſuper Iſrael in ſeculum,ipſi,& filiis eius pacto ſalis [a]? Et ſurrexit Iarobham filius Nebath ſeruus Selomoh filij Dauid,& defecit contra dominum ſuum.Et congregauerunt ſe ad eum viri vacui,filij impij,& roborauerunt ſe contra Rechabham filium Selomoh.Rechabham autem erat puer,& tener corde,& non roborauit ſe ante eos.Et nunc vos dicitis roborari vos coram regno domini,quod eſt in manu filiorum Dauid.Eſtis autem multitudo magna,& vobiſcum ſunt vituli aurei,quos fecit vobis Iarobham pro diis. Nõnne expuliſtis ſacerdotes domini filios Aharon,& Leuitas,& feciſtis vobis ſacerdotes ſicut populi terrarum?Omnis qui venit ad conſecrandum manum ſuam,cum tauro filio bouis,& arietibus ſeptem,erit ſacerdos iis qui non ſunt dij.Nos autem ſumus domini dei noſtri,& non dereliquimus eum,ſacerdoteſq; miniſtrant domino filij Aharon,& Leuitæ ſunt in opere,& ſuffiunt domino holocauſta ſingulo mane,& ſingulo veſperi. Et ſuffimentum aromaticum,& propoſitio panis ſuper menſam mundam,& candelabrum aureum,& lucernæ eius,ad accendendum ſingulo veſperi.Cuſtodimus enim cuſtodiam domini dei noſtri,& vos dereliquiſtis deum.Et ecce nobiſcum pro duce deus,& ſacerdotes eius,& tubæ vociferationis ad taratātarizandum contra vos.Filij Iſrael,ne pugnetis cum domino deo patrum veſtrorum,quia non proſperabimini. Iarobhā autem circuire fecit inſidias,vt veniret à tergo,& eſſent ante Iehudah,& inſidiæ à tergo eorum. Et reſpexerunt Iehudah,& ecce eis bellum ante,& retro,& clamauerunt ad dominum,& ſacerdotes clangebant tubis.Et vociferati ſunt viri Iehudah.Et fuit vociferante viro Iehudah,percuſſit dominus Iarobham,& vniuerſum Iſrael coram Abiiah & Iehudah.Fugerũtque filij Iſrael à facie Iehudah,& tradidit eos deus in manu eorum,& percuſſerunt eos,Abiiah,& populus eius plaga magna.Et ceciderunt vulnerati ex Iſrael quinquaginta milia virorum electorum. Et humiliauerunt ſe filij Iſrael in tempore illo,& roborati ſunt filij Iehudah,quia innixi ſunt domino deo patrum ſuorum. Et perſecutus eſt Abiiah Iarobham,& cepit ab eo ciuitates Bethel,& villas eius,& Ieſanah,& villas eius,& Ephron,& villas eius.Et non retinuit amplius Iarobham fortitudinem in diebus Abiiah.Et percuſſit eum dominus,& mortuus eſt.Et roborauit ſe Abiiah,& accepit ſibi vxores q̃tuordecim,& genuit viginti et duos filios,& ſedecim filias.Reſidua aũt Abiiah,et viarũ ei9,et

B C D
[a] id eſt,incorruptibili ut ſal a corruptiõe ſeruat.

verborum eius ſcripta ſunt in Midras prophetæ Hido. Et
dormiuit Abiah cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ci-
uitate Dauid. Et regnauit Aſa filius eius pro eo. In diebus eius
requieuit terra decem annis.

¶Geſta Aſa, & eius populi contra populum Aegyptium.
CAP. XIIII.

A ET fecit Aſa quod bonum, & rectum eſt in oculis domi-
ni Dei ſui. Et remouit altaria aliena, & excelſa, & confre-
git ſtatuas, & ſuccidit lucos: Et dixit Iehudah, vt quæreret do-
minum deum patrum ſuorum, & faceret legem, & mandatū.
Et remouit de cūctis vrbibus Iehudah excelſa, & ſimulachra.
& requieuit regnum ante eum. Et ædificauit vrbes munitas
in Iehudah, quia requieuit terra, & non fuit cum eo bellum an
B nis iſtis, quia requieſcere fecit Dominus eum. Dixit autem ad
Iehudah: Aedificemus ciuitates has, & vallemus muro, & tur
ribus, portis, & vectibus, adhuc exiſtente terra coram nobis,
quia quæſiuimus dominum deum noſtrum, quæſiuimus, &
requieſcere fecit nos vndique. Et ædificauerunt, & proſperati
ſunt. Fuit autem Aſa exercitus portans ſcutum, & haſtam de
Iehudah trecenta milia, & de Biniamin portantium clypeum,
& tendentium arcum, ducenta, & octoginta milia. Omnes i-
ſti viri robuſti. Egreſſus eſt autem contra eos Zerach Aethi-
C ops cum exercitu mille millium, & curribus trecentis, & venit
3.Reg.15.b. vſque ad Mareſah. Et egreſſus eſt Aſa contra eum, & diſpoſue
runt bellum in valle Sephathah iuxta Mareſah. Et clamauit A-
ſa ad dominum deum ſuum, & ait: Domine non eſt opus a-
pud te vt auxilieris cum multis ei, cui non eſt fortitudo. Adiu
ua nos domine Deus noſter. Tibi enim innitimur, & in nomi
ne tuo venimus contra multitudinem hanc. Dominus deus
noſter tu es. Non præualeat contra te homo. Et percuſſit do
minus Aethiopes coram Aſa, & coram Iehudah, & fugerunt
Aethiopes. Et perſecutus eſt eos Aſa, & populꝰ, qui erat cum
D eo vſque ad Gherar, & ceciderunt Aethiopes donec non eſ-
ſet eis vita, quia contriti ſunt coram domino, & coran caſtris
eius. Et tulerunt ſpolia multa valde. Et percuſſerunt omnes
ciuitates per cicuitum Gherar, quia pauor domini fuit ſuper
eos. Et diripuerunt omnes vrbes, quia præda multa erat in e-
is. Et etiam rabernacula gregum percuſſerunt, & ceperunt pe
cora in multitudine, & camelos, & reuerſi ſunt in Ieruſalaim.

¶Rex Aſa monitu Hazariahu prophetæ, ablatis idolis, ſacrificauit domino, abdicat matrem ſuam imperio &c.
CAP. XV.

A SVper Haſariahu autem filium Hoded, fuit ſpiritus dei.
Et egreſſus eſt ante Aſa, & dixit ei: Audite me, Aſa, & o-
mnis Iehudah, & Biniamin. Dominus vobiſcum, eò quod fui
ſtis cum eo. Et ſi quæſieritis eum inuenietur vobis: & ſi dereli
queritis eum derelinquet vos. Dies autem multi erunt Iſraeli
[a] abſque deo vero, & abſque ſacerdote doctore, & abſque le-
ge. Et reuertetur in anguſtia ſua ad dominum deum Iſrael. Et
quærent eum, & inuenietur eis. Et in temporibus illis non e-
rit pax egredienti, & ingredienti: ſed occiſiones multæ in cun-
ctis habitatoribus terrarum. Et concident gens gentē, & ciui-
tas ciuitatem, quia deus [b] conturbauit eos in omni anguſtia.
Vos autem confortamini, & ne debilitentur manus veſtræ,
B quia eſt merces operi veſtro. Et quū audiſſet Aſa verba hęc,
& prophetiam Hoded prophetæ, confortatus eſt, & tranſire
fecit [c] abominationes de omni terra Iehudah, & Biniamin, &
de vrbibus quas cepit de monte Ephraim, & inſtaurauit alta
re domini, quod erat ante porticum domini. Et cōgregauit v-
niuerſum Iehudah, & Biniamin, & aduenas cum eis de Ephra
im, & Menaſſeh, & Simhon, quia transfugerunt ad eum de Iſ
rael in multitudinem, quum viderent, quòd dominus deus e-
ius eſſet cum eo. Et congregati ſunt in Ieruſalaim, mēſe tertio,
anno quinto decimo regni Aſa. Et immolauerūt domino in
die illo de ſpoliis quæ adduxerant, boues ſeptingētos, & oues
C ſeptē milia. Et venerunt in pactum, vt quærerent dominum
deum patrum ſuorum toto corde ſuo, & tota anima ſua. Et
omnis, qui non quæſierit dominum deum Iſrael moriatur à
paruo vſque ad magnum, à viro vſque ad mulierem. Iuraue-
runtq; domino voce magna, & in iubilo, & in tubis, & bucci
nis. Et lætati ſunt omnis Iehudah ſuper iuramento. Toto em̄
corde iurauerunt, & tota voluntate ſua quæſierunt eum, & in
uentus eſt eis, & requiem præſtitit dominus eis per circuitū.
Et etiam Mahachah matrem Aſa rex remouere fecit ab impe
rio, quia fecit in luco ſimulachrum. Et excidit Aſa ſimulachrū
D eius, cōtriuit, & combuſſit in torrente Chidron. Excelſa autē
nō remouerūt de Iſrael. Attū cor Aſa fuit perfectū omnibus
diebus ſuis. Et intulit ſanctificationes patris ſui, & ſanctificatio
nes ſuas, in domum dei, argentum, & aurum, & vaſa. Et bellū
non fuit vſque ad annum trigeſimum & quintum regni Aſa.

a erga eū q non eſt deus ueritatis, & erga eū qui non eſt ſacerdos doctrinę & erga eam quę non eſt lex dei.
b contriuit
c idola

¶Aſa metu Bahaſæ regis Iſrael, init fœdus cum Benhadad rege aram.
CAP. XVI.

A ANno trigeſimo & ſexto regni Aſa aſcendit Bahaſa rex
Iſrael contra Iehudah, & ædificauit Ramah, vt non p-
mitteret egredientem, & ingredientem de Aſa rege Iehudah.
Et protulit Aſa argentum, & aurum de theſauris domus do-
mini, & domus regiæ, & miſit ad Benhadad regem Arā, qui
habitabat in Darmeſec, dicendo: Fœdus inter me & te eſt, &
inter patrem meum & patrem tuum: ecce miſi ad te argētum,
& aurum. Vade, irrita fœdus tuum cum Bahaſa rege Iſrael,
& aſcendere fac à me. Et audiuit Benhadad regem Aſa. Et mi
B ſit principes exercituum qui erant ſibi, ad vrbes Iſrael, & per-
cuſſerunt Hiion, & Dan, & Abelmaim, & omnes theſauros vr
bium Naphthali. Et fuit, quum audiſſet Bahaſa, deſiit ædifica
re Ramah, & ceſſare fecit opus ſuum. Aſa autem rex aſſumpſit
vniuerſum Iehudah, & tulerunt lapides Ramah, & ligna e-
ius, quibus ædificabat Bahaſa, & ædificauit ex eis Ghebah,
Miſphah. In tempore autem illo venit Chanani videns ad A-
ſa regem Iehudah. Ei dixit ei: Quia innixus es regi Aram, & nō
innixus es domino deo tuo, idcirco euaſit exercitus regis A-
ram, de manu tua. Nōnne Aethiopes, & Lubin fuerunt in ex Supra.14.c. 2.Mac.9.2.
C ercitu in multitudine, cum curribus, & equitibus, ad multi-
plicandum valde, & quum innixus fuiſti domiuo, ttadidit e- Iohan.7.f.
os in manu tua? Quia domini oculi luſtrant totam terram,
vt roborent ſe qui ſunt corde perfecto erga eum. Stulte egiſti
in hoc, quandoquidem ex hoc tempore erunt tecum bella.
Iratusq; eſt Aſa aduerſus videntem, & poſuit eum in domo
carceris, quia fuit in ira cum eo propter hoc: & oppreſſit Aſa
quoſdam de populo in tempore illo. Et ecce verba Aſa pri-
ma, & nouiſſima, ecce ipſa ſcripta ſunt in libro regum Iehu-
D dah, & Iſrael. Et ægrotauit Aſa anno trigeſimo, & nono re-
gni ſui, in pedibus vſque ad verticem fuit ægrotatio eius. Et e-
tiam in infirmitate ſua non quæſiuit dominum, ſed fidit me-
dicis. Et dormiuit Aſa cum patribus ſuis. Et mortuus eſt an-
no quadrageſimo primo regni ſui. Et ſepelierunt eum in ſepul
chro ſuo, quod foderat ſibi in ciuitate Dauid. Et accumbere
fecerunt eum in lecto quem impleuerat aromatibus, & aro-
matibus confectis è diuerſis ſpeciebus aromatario opere, &
combuſſerunt eum combuſtione magna vſque valde.

¶Aſæ ſuccedit Iehoſaphath, is populo incutit timorem domini.
CAP. XVII.

A REgnauit autem Iehoſaphath filius eius pro eo, & inua-
luit contra Iſrael. Et poſuit exercitum in cunctis vrbi-
bus Iehudah munitis, & poſuit præſidia in terra Iehudah, &
in vrbibus eius Ephraim, quas ceperat Aſa pater eius. Et fuit
domiuus cum Iehoſaphath, qa ambulauit in viis Dauid pa-
tris ſui primis, & non quæſiuit Behalim. Sed deum patris ſui
quæſiuit, & in præceptis eius ambulauit, & non ſecuudum
opus Iſrael. Confirmauitque dominus regnum in manu eius.
Et dederūt omīs Iehudah munera ipſi Iehoſaphath, & fuerūt
B ei diuitiæ, & gloria copioſè. Et eleuauit cor ſuū in viis dn̄i, &
adhuc remouere fecit excelſa, & lucos de Iehudah. Anno aūt
tertio q̃ regnauit miſit prīcipes ſuos Bēchail, & Hobadiah &
Zechariah



Zechariah, & Nethanel, & Michaiahu, vt docerent in ciuitati
bus Iehudah. Et cum eis Leuitas, Semaiahu, & Nethaniahu, &
Zebadiahu, & Haſael, & Semiramoth, & Iehonathan, & Ado
niiahu, & Thobiiahu, & Thobadoniahu, & Leuitas, & cum
eis Eliſamah, & Iehoram ſacerdotes. Et docuerūt in Iehudah.
Et cum eis erat liber legis domini. Et circuierunt per vniuer-
ſas vrbes Iehudah, & docebant populum. Et fuit pauor do-
C mini ſuper omnia regna terrarum quæ erant in circuitu Iehu
dah, & non pugnauerunt cum Iehoſaphath. Et de Peliſtim ad
ducebant ad Iehoſaphath munus, & argenti vectigal. Etiam
Harabes adducebant ei pecorum arietes ſeptem milia, & ſe-
ptingentos, & hircos ſeptem milia, & ſeptingentos. Et fuit, Ie-
hoſaphath vadens, & creſcens vſque ad ſublime. Et ædificauit
in Iehudah ædes, & vrbes theſaurorum. Et opus multum fuit
in vrbibus Iehudah, & viri bellatores, potentes viribus erant
in Ieruſalaim. Et iſti numeri eorum per domum patrum ſuo-
rum. In Iehudah principes milium, Hadnah princeps, & cum
D eo potentes viribus trecenta milia. Et ad manū eius Iehocha-
nan princeps, & cum eo ducenti & octoginta milia. Et ad ma
num eius Hamaſaiah filius Zichri ſponte oblatus domino,
& cum eo ducenta milia potentium viribus. Et de fi-
liis Biniamin, potens viribus Eliadah, & cum eo armati arcu
& clypeo ducenta milia. Et ad manum eius Iehozabad, & cū
eo centum & octoginta milia accincti ad militiam. Hi erāt pa
rati ad obſequium regis, præter eos quos ponebat rex in vr-
bibus munitis in omni Iehudah.

¶Achab conſultis quadringentis pſeudoprophetis, incarcerat Michaiehu: ipſe moritur ictu ſagittæ.
CAP. XVIII.

A ET fuerunt ipſi Iehoſaphath diuitiæ, & gloria copioſe, &
affinitate iunctus eſt Achab. Deſcenditq; in fine annorū
2.Reg.22.a. ad Achab in Someron, & mactauit ei Achab oues, & boues
copioſe, & populo qui erat cum eo, perſuaſitq; ei vt aſcende-
ret in Ramoth Ghilhad. Dixitq; Achab rex Iſrael ad Iehoſa-
phath regem Iehudah: Nunquid perges mecum in Ramoth
Ghilhad? Et dixit ei: Sicut ego, ſic tu: & ſicut populus tuus, ſic
populus meus: & tecum ero in bello. Dixitq; Iehoſaphath ad
regem Iſrael: Conſule obſecro hodie verbum domini. Et con
gregauit rex Iſrael prophetas quadringētos viros, & dixit ad
eos: Num pergere debemꝰ in Ramoth Ghilhad ad bellum an
quieſcere? Et dixerunt: Aſcende, & tradet deus in manu regis.
B Dixitq; Iehoſaphath: Num eſt hic propheta domini adhuc, vt
requiramus ab eo. Et ait rex Iſrael ad Iehoſaphath: Adhuc vir
vnus eſt ad requirendum dominum ab eo. Sed ego odi eum,
quia non vaticinatur mihi bonum, ſed omnibus diebus ſuis
malum. Ipſe eſt Michaiehu filius Imla. Dixitq; Iehoſaphath: Ne
dicat rex ſic. Vocauitq; rex Iſrael eunuchum vnū, & dixit, [a] Fe
ſtina Michaiehu filium Imlai. Rex autem Iſrael, Iehoſaphath
a Accelera. rex Iehudah ſedebāt vnuſquiſq; ſuper ſoliū ſuū, induti veſtibꝰ,
& ſedebant in area ad oſtium portæ Someron, & omnes pro
C phetæ vaticinabantur coram eis. Et fecit ſibi Sidchiiahu filius
Chenahahah cornua ferrea, & dixit: Sic dixit dominꝰ: His ven
tilabis Aramæos, donec conſumas eos. Et omnes prophetæ
vaticinabantur, ſic dicendo: Aſcende in Ramoth Ghilhad, &
proſperaberis, & dabit dominus in manu regis. Nuncius autē
qui perrexerat ad vocandum Michaiehu, locutꝰ eſt ad eum,
dicendo: Ecce verba prophetarum ore vno bonum annun-
ciant regi. Sitq; obſecro verbum tuum ſicut vnum ex eis, & lo
quaris bonum. Dixitq; Michaiehu: Viuit dominꝰ, quia quod
dixerit deus meus, illud loquar. Et venit ad regem. Dixitq; rex
D ad eum: Michah num pergere debemus in Ramoth Ghilhad
ad bellum, an quieſcam? Et dixit: Aſcendite, & proſperabimi-
ni, & tradētur in manu veſtra. Et dixit ad eum rex: Vſque ad
tot vices, ego adiuro te, vt non loquaris mihi niſi veritatem
in nomine domini. Et ait: Vidi vniuerſum Iſrael diſperſos ſu-
per montes, ſicut oues quibus non eſt paſtor. Et dixit domi-
nus: Non ſunt domini iſtis. Reuertatur vnuſquiſq; in domū
ſuam in pace. Et ait rex Iſrael ad Iehoſaphath, Nōne dixi tibi
non vaticinabitur mihi bonum, ſed malum? Et dixit: Ideo au
dite verbū domini. Vidi dominum ſedentē ſuper ſolium ſu-
E um, & omnem exercitum cœli ſtantem iuxta dexteram eius, &
ſiniſtram eius. Et dixit dominus: Quis decipiet Achab regem
Iſrael, vt aſcēdat, & corruat in Ramoth Ghilhad? Et iſto dicen
te ſic, & illo dicente ſic, egreſſus eſt ſpiritus, & ſtetit coram do-
mino, & ait: Ego decipiam eum. Et dixit dominus ad eum: In
quo? Et dixit: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omniū
prophetarum eius. Et dixit: Decipies, & etiam præualebis. E-
gredere, & fac ita. Et nunc ecce dedit dominus ſpiritum men-
dacem in ore omnium prophetarum tuorum iſtorum, & do
minus locutus eſt contra te malum. Et acceſſit Sidchiiahu filiꝰ
Chenahanah, & percuſſit Michaiehu in maxillam & ait: Per
quam viam tranſiuit ſpiritus domini à me, vt loqueretur te-
cum? Dixitq; Michaiehu: Ecce tu videbis in die illo quo ingre
F dieris cubiculum per cubiculum vt abſcondas te. Dixitque
rex Iſrael: Tollite Michaiehu, & reducite eum ad Amon prin- a filiū regis
cipem ciuitatis, & ad Ioas [a] filium Hamalec. Et dicetis: Sic di-
xit rex: Ponite hunc in domo carceris, & comedere facite eum
panem arctum, & aquam afflictionis, donec reuertar in pace.
Et dixit Michaiehu: Si reuertendo reuerſus fueris in pace, non
eſt locutus dominus per me. Et ait: audite populi vniuer-
ſi. Et aſcendit rex Iſrael, & Iehoſaphath rex Iehudah in Ra-
G moth Ghilhad. Dixitq; rex Iſrael ad Iehoſaphath: Mutabo me,
& ingrediar prælium. Tu autem indue te veſtibus tuis. Et mu
tauit ſe rex Iſrael. Et ingreſſi ſunt prælium, Rex autem Arā pr̨æ
ceperat principibus curruum qui erant ſibi, dicendo: Non
pugnabitis cum magno, vel paruo, ſed cum rege Iſrael tantū.
Et fuit, cum vidiſſent principes curruum Iehoſaphath, dixe-
runt: Rex Iſrael eſt. Et verſi ſunt contra eum ad pugnandum.
Er clamauit Iehoſaphath, & dominus auxiliatus eſt ei, & rece-
dere fecit eos deus ab eo. Et fuit, cum vidiſſent principes cur-
ruum, quòd non eſſet rex Iſrael, auerſi ſunt ab eo. Et vir traxit
arcum in ſimplicitate ſua, & percuſſit regē Iſrael inter iunctu-
ras & inter loricam. Et ait aurigę: Verte manum tuā, & educ
me de caſtris, quia ægroto. Et aſcendit bellum in die illo, & rex
Iſrael ſtabat in curru contra Aram vſq; ad veſperam. Et mor
tuus eſt tempore quo occumbit ſol.

¶Iehoſaphath increpatus a propheta Iehu reuocat populum ad cultum dei.
CAP. XIX.

A REuerſus eſt autem Iehoſaphath rex Iehudah in domū
ſuam in pace in Ieruſalaim. Et egreſſus eſt ante eum Ie-
hu filius Chanani videns, & dixit ad regem Iehoſaphath: Nū-
quid impio auxiliandnm eſt, & odio habentes dominum dili
ges? Et propter hoc ſuper te eſt ira à facie domini. Sed res bo
næ inuentæ ſunt tecum, quia excidiſti lucos de terra, & præpa
raſti cor tuum, vt requireres dominum. Et habitauit Iehoſa-
B phath in Ieruſalaim. Et reuerſus eſt, & egreſſus eſt cum popu-
lo a Beer Sebah vſque ad montem Ephraim, & reduxit eos
ad dominum deum patrum ſuorum. Conſtituitq; iudices in
terra, in cunctis ciuitatibus Iehudah munitis, ciuitate & ciui-
tate. Et dixit ad iudices: Videte quid facitis. Non enim ho-
mini iudicabitis, ſed domino [b] vt vobiſcum ſit ſecundum b & iuxta uos ille eſt iure iudicij.
C rem iudicij. Et nunc ſit pauor domini ſuper vos, cuſtodite & Deu.10.d.
facite, quia non eſt cum domino deo noſtro iniquitas, & ac- Rom.2.b.
ceptio perſonarum, & acceptio muneris. Et etiam in Ieruſala- Gal.2.b.
im conſtituit Iehoſaphath de Leuitis, & ſacerdotibus, & de Ephe.6.b.
principibus familiarum Iſrael ad iudicium domini, & ad cau Col.3.d.
ſam, & reuerſi ſunt Ieruſalaim. Et præcepit eis dicendo: Sic a- Actu.10.d. 1.Pe.1.c.
geris in timore domini, in fide, & corde perfecto. Et omnem
cauſam quæ venerit ad vos de fratribus veſtris qui habitāt
D in vrbibus ſuis inter ſanguinē, & ſanguinem inter legē & præ-
ceptum, & ſtatuta, & iudicia, præmonebitis eos, & non pec-
cabunt domino, & non erit ira ſuper vos, & ſuper fratres ve-
ſtros, ſic facietis, & non peccabitis. Et ecce Amariahu ſacerdos
ſummus ſuper vos, in omni re domini, & Zebadiahu filius Iſ
mahel dux domus Iehudah in oī re regia, & magiſtri Leuitæ c cum faciē te bonum
corā vobis. Cōfortamini, & facite, & erit dominus [c] cū bono.

¶ Admiranda uictoria dei pro Iehoſaphath contra Moab, Hammon & Aram.

CAP. XX.

A ET fuit poſt hæc, venerunt filij Moab, & filij Hammon, & cum eis de Hammonitis contra Iehoſaphath ad prælium. Et venerunt, & nunciauerunt Iehoſaphath, dicendo: Venit contra te multitudo magna de tranſmare, de Aram, & ecce ſunt in Chaſeſontamar, ipſa eſt Henghedi. Et timuit, & poſuit Iehoſaphath faciem ſuam ad quærendum dominum, & prædicauit ieiunium vniuerſo Iehudah, & congregati ſunt Iehudah [a] ad quærendum dominum: etiam de vniuerſis vrbi-

a ut ſciſcitaretur a dño

B bus Iehudah venerunt ad quærendum dominum. Et ſtetit Iehoſaphath in cœtu Iehudah, & Ieruſalaim, in domo domini ante atrium nouum. Et ait: Domine deus patrum noſtrorum, nónne tu ipſe es deus in cœlo, & dominaris cũctis regnis gentium, & in manu tua eſt fortitudo, & potentia, & non eſt qui tibi poſſit reſiſtere? Nónne tu deus noſter expuliſti habitatores terræ huius à facie populi tui Iſrael & dediſti eam ſemini Abraham amici tui in ſeculum? Et habitauerunt in ea, & ædificauerunt tibi in ea ſanctuarium nomini tuo, dicendo: Si venerit ſuper nos malum, gladius iudicij, & peſtilentia, & fames, ſtabimus coram domo hac, & coram te, quia nomen tuũ eſt in domo hac. Et clamabimus ad te in anguſtiis noſtris, & exaudies & ſaluos facies. Et nunc ecce filij Hammon, & Moab, & mons Seir, per quos non permiſiſti Iſraelitas tranſire, dum venirent è terra Aegypti, ſed declinauerũt ab eis, et nõ diſpdide-

Supra.9.e.

Deu.2.a.

C runt eos. Et ecce ipſi retribuũt nobis, veniẽdo ad eiiciẽdũ nos de hæreditate tua, quã hæreditate accipere feciſti nos. De⁹ noſter, nõne iudicabis eos? Non em̃ eſt fortitudo in nobis corã multitudine magna hac, quæ venit cõtra nos. Nos autẽ neſcimus qd faciamus, ſed in te ſunt oculi noſtri. Et om̃is Iehudah ſtabat corã dño, etiam paruuli eorum, vxores eorum, & filij eorum. Iachaziel autem filius Zechariahu filij Benaiah filij Hiehiel, filij Mathaniah Leuites de filijs Aſaph, fuit ſuper eum ſpiritus domini in medio cœtus. Et ait: Attẽdite omnis Iehudah, & habitatores Ieruſalaim, & tu rex Iehoſaphath. Sic dixit dominus vobis: Vos ne timeatis, & ne paueatis à facie multitudinis magnæ huius, quia non vobis eſt bellum, ſed deo. Cras deſcendite contra eos. Ecce ipſi aſcendunt per gradum Sis, & inuenietis eos in fine torrentis contra ſolitidinem Ieruel. Non vobis pugnãdum eſt in hoc, ſtate, & ſtate, videte ſalutem do-

D mini vobiſcum Iehudah & Ieruſalaim, ne timeatis, & ne paueatis. Cras egredimini contra eos, & dominus erit vobicum. Et incuruauit ſe Iehoſaphath in faciem in terram. Et omnis Iehudah, & habitatores Ieruſalaim proſtrauerunt ſe coram domino, incuruando ſe domino. Et ſurrexerunt Leuitæ de filijs Chehathitarum, & de filiis Chorchitarum, ad laudandum dominum deum Iſrael voce magna in excelſum. Et ſurrexerunt mane, & egreſſi ſunt per deſertum Iecoah. Et quũ egrederentur, ſtetit Iehoſaphath, & dixit: Audite me, Iehudah, & habitatores Ieruſalaim, [b] Credite in dominum deum veſtrum, & roborabimini, credite prophetis eius, & proſperabimini. Et cõſiliatus eſt cum populo, & conſtituit cantores domini, & lau-

b Stabiles ſitis in domino deo ueſtro & ſtabiliemini uide Eſa.7.

E dantes in decore ſanctuarij, dum egrederentur ante accinctos ad prælium, & dicerent: Confitemini domino, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et in tempore quo cœperunt cũ clamore, & laude, [c] poſuit dominus inſidias contra filios Hammon, Moab, & montem Sehir, qui venerant contra Iehudah, & percuſſerunt ſe. Et ſteterunt filij Hammon, & Moab, cõtra habitatores montis Sehir, vt interficerent, & diſperderent. Et quum ipſi conſumpſiſſent habitatores Sehir, auxiliati ſunt vnuſquiſq; proximo ſuo ad interfectionem. Iehudah autem venit ad ſpeculam ſolitudinis, & reſpexerunt ad multitudinem, & ecce erant cadauera iacentia in terra, & non erat euaſio. Et

c ſuſcitauit dominus inſidiãtes quoſdam ſup̃ illos

F uenit Iehoſaphath, & populus eius ad diripiendum ſpolia eorum. Inueneruntq; in eis abundanter, & ſubſtantiam, & [d] cadauera, & ſupellectilia concupiſcibilia, & diripuerunt ſibi abſque pondere. Et diebus tribus prędati ſunt ſpolia, quia multa erant. Die autem quarta congregati ſunt in valle [a] Berachah quia ibi benedixerunt domino. idcirco vocauerunt nomen loci illius vallem Berachah, vſque ad diem hanc. Et reuerſi ſunt omnis vir Iehudah in Ieruſalaim, & Iehoſaphath in capite eorũ, vt reuerterent in Ieruſalaim cũ lætitia. Lætificauit em̃ eos dominus de inimicis ſuis. Et ingreſſi ſunt Ieruſalaim cum pſalteriis, & cytharis, & tubis in domũ domini. Et fuit pauor dei ſuper omnia regna terrarum, quum audiſſent quòd pugnaſſet dñs cũ inimicis Iſrael. Quieuitq; regnũ Iehoſaphath, et reque-

e ueſtes, & uaſa deſideraſbilia

a bñdictiõis Hæc eadem apud Ioelẽ dicitur uallis Iehoſaphath

G ſce ne fecit eũ deus ſuus vndique, & regnauit Ioſaphalth ſuper Iehudah. Quinq; & triginta annorũ erat cum regnauit, & viginti, & quinq; annis regnauit in Ieruſalaim, & nomen matris eius Hazubah filia Silchi. Et ambulauit in via Aſa patris ſui, & non declinauit ab ea faciendo rectum in oculis domini. Veruntamen excelſa non [b] abſtulerunt, & adhuc populus non præparauerat cor ſuum deo patrum ſuorum. Reſidua autem Iehoſaphath primorum, & nouiſſimorum, ecce ſunt ſcripta in verbis Iehu filij Chanani, quæ tranſtulit in librum regum Iſrael. Et poſt hoc iũxit ſe Iehoſaphath rex Iehudah cum Achaziah rege Iſrael. Ipſe impiè fecit faciẽdo, & iũxit ſeipſum cũ eo, vt faceret naues ad eundum in Tarſis. Et fecerunt naues in Heſionghaber. Vaticinatus eſt autem Elihezer filius Dadonahu de Mareſah contra Iehoſaphath, dicendo: Quia iunctus es cũ Achaziahu, interrupit dominus opera tua, & contritæ ſunt naues, & non valuerunt ire in Tarſis.

b fuerunt ablata

¶ Moritur Iehoſaphath, ſuccedit Iehoram, is fratres ſuos occidit, a Peliſtæis opprimitur, & uentris fluxu interit.

CAP. XXI.

A DOrmiuit autem Iehoſaphath cum patribus ſuis, & ſepult⁹ eſt cum patribus ſuis in ciuitate dauid. Et regnauit Iehoram filius eius pro eo. Et ei erant fratres filij Iehoſaphath Hazariah, & Iechiel, & Zechariahu, & Hazariahu, & Michael, & Sephathiahu. Omnes iſti filij Iehoſaphath regis Iehudah. Et dedit eis pater eorum dona multa argenti, & auri, & precioſorum, cum vrbibus munitis in Iehudah. Regnum

B autem dedit Iehoram, quia ipſe erat primogenitus. Et ſurrexit Iehoram ſuper regnum patris ſui, & roborauit ſe, & occidit omnes fratres ſuos gladio, et etiam de principibus Iſrael. Triginta, & duorum annorum erat Iehoram cum regnauit, et octo annis regnauit in Ieruſalaim. Ambulauitq; per viam regũ Iſrael, quemadmodum fecerunt domus Achab. Filia enim Achab fuit ei vxor, & fecit malũ in oculis domini. Et noluit dominus diſperdere domum Dauid propter fœdus, quod pepigerat cum Dauid, & quemadmodum dixerat, quòd daret ei lucernã, & filiis eius omnibus diebus. In diebus eius defecit Edom, ne eſſet ſub poteſtate Iehudah, & regnare fecerunt ſuper ſe regem. Et tranſiuit Iehoram cum principibus ſuis, & omni

2.Reg.7.b.

C curru cum eo. Et ſurrexit nocte, & percuſſit Edom, qui circũdederat eum, & principes curruum. Et defecit Edom, ne eſſet ſub poteſtate Iehudah vſque ad diem hanc. Tunc defecit Libnah in tempore ipſo, ne eſſet ſub poteſtate eius, quia dereliquit dominum deum patrum ſuorum. Etiam ipſe fecit excelſa in montibus Iehudah, & fornicari fecit habitatores Ieruſalaim, & compulit Iehudah. Et venit ad eum ſcriptura ab Eliiahu propheta, dicendo: Sic dixit dominus deus Dauid patris tui: Pro eo quòd non ambulaſti in viis Iehoſaphat patris tui, & in viis Aſa regis Iehudah. Sed am-

D bulaſti in via regum Iſrael, & fornicari feciſti Iehudah, & habitatores Ieruſalaim, ſicut fornicata eſt domus Achab, & etiam fratres tuos, familiam patris tui, meliores te occidiſti, ecce dominus percutit plaga magna populum tuum, & filios tuos, & vxores tuas, & omnes ſubſtantias tuas; tu autẽ eris in infirmitatibus multis, in infirmitate viſcerum tuorum, donec egrediantur in teſtina tua præ infirmitate per ſingulos dies. Et ſuſcitauit dominus contra Iehoram ſpiritum Peliſtim, & Harabum qui erãt iuxta terminum Aethiopum.

Et aſcende-



Et aſcenderunt in Iehudah, & ſciderunt eam, & diripuerunt omnem ſubſtantiam, quæ inuenta eſt in domo regia, & etiam filios eius, & vxores eius, & non remanſit ei filius, niſi Iehoachaz minor inter filios eius. Et poſt totũ hoc percuſſit eũ dominus in inteſtinis eius infirmitate, cui non erat medela. Et fuit ad dies ex diebus, & in tempore quo egreſſus eſt finis dierũ annorum duorum, egreſſa ſunt inteſtina eius cum infirmitate eius, & mortuus eſt in infirmitatibus malis. Et non fecerunt ei populus eius combuſtionem ſecundum combuſtionem patrũ ſuorum. Triginta & duorum annorum erat cum regnauit, & octo annis regnauit in Ieruſalaim. Ambulauitq; abſq; deſiderio. Et ſepelierunt eum in ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris regum.

¶ Iehoram ſuccedit Achaziahu, is interficitur a Iehu rege Iſrael, Ioas filius eius occultatus ſeruatur.

CAP. XXII.

A ET conſtituerunt regem habitatores Ieruſalaim Achaziahu filium eius minimum pro eo. Omnes enim primos occiderat exercitus, qui venit cum Harabibus ad caſtra. Et regnauit Achaziahu filius Iehoram regis Iehudah. Quadraginta & duorum annorum erat Achaziahu cum regnauit, & an-

4.Reg.8.f.

B no vno regnauit in Ieruſalaim. Nomen autem matris eius Hathaliahu filia Homri. Etiam ipſe ambulauit in viis domus Achab. Mater enim eius conſuluerat ei, vt impiè ageret. Et fecit malum in oculis domini, ſicut domus Achab. Ipſi enim fuerunt ei conſiliarij, poſtquam mortuus eſt pater eius ad perditionem ei. Etiam conſilio eorum ambulauit. Et perrexit cum Iehoram filio Achab rege Iſrael, ad bellum contra Chazael regem Aram in Ramoth Ghilhad. Et percuſſerunt Aramæi Ioram. Et reuerſus eſt, vt curaret ſe in Izrehel, quia plagæ erant ei, quibus percuſſerunt eum in Ramah dum pugnaret cum Chazael rege Aram. Et Hazariahu filius Iehoram regis Iehudah deſcendit, vt videret Iehoram filium Achab in Izrehel, qa

C ægrotabat. Adeò autem erat conculcatio Achaziahu, vt veniret ad Iehorã. Et cum veniſſet, egreſſus eſt cum Iehoram cõtra Iehu filium Nimſi, quem vnxit dominus, vt ſucciderer domum Achab. Et fuit, cum iudicium faceret Iehu cum domo Achab, inuenit principes Iehudah, & filios fratrũ Achaziahu miniſtrantes ipſi Achaziahu, & interfecit illos. Et quæſiuit Achaziahu, & comprehendit eum, (& ipſe latebat in Somerõ) & adduxerunt eum ad Iehu, & interemit eum, & ſepelierunt eum. Dixerunt enim, filius Iehoſaphath eſt, qui quæſiuit dominum toto corde ſuo, & non erat potẽtia domui Achaziahu, ad obtinendum regnum. Athaliahu autem mater Achaziahu vidit, quòd mortu⁹ eſſet filius ſuus ſurrexit & interfecit omne

D ſemen regium domus Iehudah. Et accepit Iehoſabhath filia regis Ioas filium Achaziahu, & furata eſt eum è medio filiorum regis, qui interficiebantur, & poſuit eum & nutricem eius in cubiculo lectorum. Et abſcondit eum Iehoſabhath filia regis Iehoram, vxor Iehoiadah ſacerdotis: (Ipſa enim erat ſoror Achaziahu) à facie Hathaliahu, & non interemit eum. Et fuit cũ eis in domo dei abſconditus ſex annis. Hathaliahu, autem regnabat ſuper terram.

¶ Ioas Achaziahu filius conſtituitur rex, occiditur Hathaliahu.

CAP. XXIII.

A ANno autem ſeptimo confortatus eſt Iehoiadah, & aſſumpſit centuriões, Hazariahu filium Ierocham, & Iſmahel filium Iehochanian, & Hazariahu filiũ Hobed, & Mahaſaiahu filium Hadiahu, & Eliſaphath filium Zichri ſecum in fœdere. Et circuierunt per Iehudah, & congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iehudah, & principes familiarum Iſrael, & venerunt in Ieruſalaim. Et percuſſit omnis cœtus fœdus in domo dei cum rege, dixitq; ad eos: Ecce filius regis regnabit ſicut locutus eſt dominus ſuper filios Dauid. Hoc eſt quod facietis: Tertia pars ex vobis qui venitis ad ſabbatum eritis cũ ſacerdotibus, & Leuitis, & ianitoribus liminum. Et tertia pars in domo regis, & tertia pars in porta fundamenti, & omnis populus in atriis domus domini. Et ne ingrediantur domum

4.Reg.11.a.

B domini niſi ſacerdotes, & miniſtri de Leuitis: Ipſi ingrediãtur quia ſanctitas ſunt. Et omnis populus obſeruẽt cuſtodiam domini. Et circundent Leuitæ regem vndiq; vnuſquiſque, & inſtrumenta ſua in manu ſua. Et qui ingreſſus fuerit domũ, moriatur. Et eſtote cum rege, eo ingrediente, & egrediente. Et fecerunt Leuitæ, & vniuerſus Iehudah, iuxta om̃ia quæ præcepit Iehoiadah ſacerdos. Et [a] aſſumpſerunt ſinguli viros ſuos venientes ad ſabbatum cum egredientibus à ſabbato. [b] Non enim dimiſerat Iehoiadah ſacerdos diuiſiones. Et dedit Iehoiadah ſacerdos centurionibus lanceas, & clypeos, & peltas quæ fuerant regis Dauid, quæ erant in domo dei. Et conſtituit omnem populum, & ſinguli gladios habebant in manu ſua, à

a apprehẽderunt, retinuerunt.

b Non enĩ aperuit egreſſum Iehoiadah ſacerdos diuiſis turmis

C latere domus dextero, vſq; ad latus domus ſiniſtrum altari, & domui, iuxta regem per circuitum. Et eduxerunt filium regis, & poſuerunt ſuper eum diadema & teſtimonium. Et regem conſtituerunt eum, & vnxerunt eum Iehoiadah, & filij eius, atque dixerunt: Viuat rex. Et audiuit Hathaliahu vocem populorum currentium, & laudantium regem, & venit ad populũ in domum dei. Et vidit, & ecce rex ſtabat ſuper gradum ſuum in introitu, & principes, & tubæ iuxta regem, & omnem populum terræ lætantem, & clangentem tubis, & cantores cum inſtrumentis muſicis, & ſcientes laudare, ſcidit Hathaliahu veſtimenta ſua & dixit: Coniuratio, coniuratio. Egreſſus eſt autem Iehoiadah ſacerdos ad centuriones, & pręfectos exercit⁹, & dixit ad eos: Educite illam extra ſepta, & qui ſecut⁹ fuerit eã,

D moriatur gladio. Dixit enim ſacerdos: Non interficiatis eam in domo domini. Et impoſuerunt ei manus, & venit ad introitum portæ equorum domus regiæ, & interfecerunt eam ibi, Et pepigit Iehoiadah fœdus inter ſe, & vniuerſum populum & regem, vt eſſet populus domini. Et ingreſſi ſunt omnis populus domum Bahal, & deſtruxerũt eam, altaria eius, & ſimulachra eius confregerunt, & Matthan ſacerdotem Bahal occiderunt ante altaria. Et poſuit Iehoiadah præpoſitos domus domini per manum ſacerdotum Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo domini ad offerendum holocauſta domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſeh in lætitia, & cãtico [c] iuxta manus Dauid. Et conſtituit ianitores ad portas domus Domini & non ingrediebatur immundus in qualibet re. Aſſumpſitq; centuriones, & magnates, & dominantes populo, & omnem populum terræ. Et deſcendere fecerunt regem de domo domini, & introierunt per medium portę ſuperioris in domum regiam, & ſedere fecerunt regem ſuper ſolium regni. Et lætati ſunt omnis popul⁹ terræ, & vrbs quieuit. Hathaliahu autem interfecerunt gladio.

c iuxta diſpoſitionẽ Dauid

¶ Ioas uiuo Iehoiadah ſeruat legẽ, eo mortuo negligit, occidit Zechariah prophetam, interficitur a ſeruis ſuis, ſuccedit ei Amaſiahu.

CAP. XXIIII.

A SEptem annorum erat Ioas quũ regnauit, & quadraginta annis regnauit in Ieruſalaim. Nomen autem matris eius Sibah de Beer Sebah. Et fecit Ioas rectum in oculis domini, omnibus diebus Iehoiadah ſacerdotis. Accepit autem Iehoiadah ei vxores duas: & genuit filios, & filias. Et fuit poſt hoc fuit in corde Ioas, vt innouaret domum domini. Et congregauit ſacerdotes & Leuitas, & dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iehudah, & cõgregate de uniuerſo Iſrael argentũ ad ro-

4.Reg.12.a.

B borãdum domũ dei noſtri per ſingulos annos, & feſtinabitis rẽ, & non feſtinauerũt Leuitæ. Et vocauit rex Iehoiadh [d] principem, & dixit ei: Cur nõ quæſiſti à Leuitis, vt afferrent de Iehudah, & de Ieruſalaim [e] mun⁹ Moſeh ſerui dñi, & à cõgregatione Iſrael in tabernaculũ teſtimonij? Quia Hathaliahu impia, & filij eius deſtruxerunt domũ dei, & etiã omnes ſanctificatiões domus dei fecerunt ipſi Behalim. Et dixit rex, & fecerunt arcã vnã, & poſuerunt eã in porta domus dñi forinſec⁹, & dederũt vocem in Iehudah, & Ieruſalaim, vt afferent domino [f] donũ Moſeh ſerui dei ſuper Iſrael in deſerto. Lætati ſunt

d primum antiſtitem

e ſuſceptionẽ

C autẽ oẽs principes, & om̃is pp̃lus, & attulerũt, & proiecerũt in arcã, donec implerẽt. Et erat, tẽpore quo afferebant arcã ad præpoſitũ regis per manũ Leuitarũ, quũ videbãt, q multum

f ſuſceptionẽ ſ. quã i deſerto ab Iſraele ſuſcepit Moſeh.

eſſet argentum,ingrediebatur ſcriba regis,& præpoſitus ſa-
cerdotis primi:& effundebant arcam,& portabant eam & re
ſtituebant eam in loco ſuo.Sic fecerunt per ſingulos dies, Et
congregauerunt argentum in multitudine,Et dedit illud rex,
& Iehoiadah facienti opus miniſterij domus domini.Et con-
duxerunt cæſores,& artifices ad innouandum domũ domi-
ni,& etiam fabros ferri,& æris ad fortificandum domum do
D mini.Et fecerunt facientes opus,& obducta eſt [a] cicatrix ope-
[a] reparatio ris per manum eorum,& ſtare fecerunt domum dei,in diſpo
ſitione ſua,& roborauerunt eam,Et cum conſummaſſent,at-
tulerunt coram rege & Iehoiadah reſiduũ argenti,& fecerunt
ex eo vaſa domus domini,vaſa miniſterij,& mortaria,& co-
chlearia,& vaſa aurea & argẽtea.Et offerebant holocauſta in
domo dñi iugiter cũctis dieb⁹ Iehoiadah.Et ſenuit Iehoiadah,
& ſaturatus eſt diebus,& mortuus eſt.Centũ & triginta anno
rũ erat,qñ mortu⁹ eſt,Et ſepelierũt eũ in ciuitate Dauid cũ regi
bus quia fecit bonũ in Iſrael & cũ deo,& domo eius,Poſtquã
E aũt mortu⁹ eſt Iehoiadah,venerũt principes Iehudah,& incur
uauerunt ſe regi.Tunc obtemperauit rex eis,Et dereliquerunt
domum domini dei patrum ſuorũ,& ſeruierunt lucis,& ſcul-
ptilibus,Et fuit ira cõtra Iehudah,& Ieruſalaim propter deli-
ctum eorũ hoc.Et miſit ad eos prophetas, vt conuerterent e-
os ad Dominũ,& teſtificati ſunt eis,& nõ auſcultauerunt,Spi-
ritus autem dei induit Zechariah filium Iehoiadah ſacerdotis,
& ſtetit ſuper populum,& dixit eis: Sic dixit deus: Vt quid
tranſgredimini mãdata domini?Et nõ proſperabimini. Quia
Mat.23.d. dereliquiſtis dominum, derelinquet vos, Et coniurauerunt
F aduerſum eũ,& obruerunt eum lapidibus,iuxta præceptum
regis in atrio domus domini,Et non eſt recordatus Ioas rex
miſericordiæ quam fecit Iehoiadah pater eius cũ eo,& interfe
cit filium eius,Et cum moreretur,dixit:Videat dominus:& re
quirat,Et fuit,in reuolutione anni aſcendit contra eum exer-
citus Aram,& venerunt in Iehudah,& Ieruſalaim,& perdide
runt omnes principes populi è populo,& omnia ſpolia eorũ
G miſerunt ad regem Darmeſec.Quia cum paucis viris venit ex
ercitus Aram,& dñs tradidit in manu eorum exercitũ in mul
titudine vehementi,quia dereliquerunt dominum deum pa-
trum ſuorũ,& cum Ioas fecerunt iudicia.Et cum abirent ab
eo, dereliquerunt eũ in languoribus multis, Coniurauerunt
contra eum ſerui ſui propter ſanguinem filiorum Iehoiadah
ſacerdotis,& occiderunt eũ in lecto ſuo,& mortuus eſt, ſepe-
lieruntq́ eum in ciuitate Dauid.Et non ſepelierunt eum in ſe-
pulchris regum.Iſti ſunt autem qui coniurauerunt contra eũ.
Zebad filius Simhath Hammonites,& Iehozabad filius Sim
[b] magna pecuniæ ſuſceptio p̃ ipſum & inſtauratio domus dei. rith Moabites.Porro filij eius,& [b] multitudo donorum ſuper
eum,& fundamentum domus dei:ecce ſcripta ſunt in Midras
libri regum.Et regnauit Amaſiahu filius eius pro eo.

¶ Vincit Amaſiahu Edomæos.Vincitur autem ipſe,& capitur a Ioas rege Iſrael,& occidit.

CAP. XXV.

A VIginti & quinque annorum erat cum regnauit Ama-
ſiahu.Et viginti & nouẽ annis regnauit in Ieruſalaim.
4.Reg.14.a. Nomen autem matris eius Iehohaddan de Ieruſalaim.Fecitq́
rectum in oculis domini,veruntamen non corde perfecto:Et
fuit,quum roboratum eſſet regnum ſibi,occidit ſeruos ſuos,
qui percuſſerunt regem patrẽ ſuum,Filios autem eorum nõ
interemit:quia ſicut ſcriptum eſt in lege,in libro Moſeh, vbi
præcepit dñs,dicendo:Non morientur patres pro filiis,& fi-
Deu.24.c. 4.Reg.4.b. Ezec.18.b. lij non morientur pro patribus,ſed vnuſquiſq́ propter pec-
catum ſuũ,morietur.Et congregauit Amaſiahu Iehudah, &
conſtituit eos per domũ familiarũ tribunos,& centuriones in
B omni Iehudah,& Biniamin.Et recenſuit eos à filio viginti an-
norum et ſupra,inuenitq́ eos trecenta milia electorum egredi
entium ad pugnã tenentium haſtam,& clypeum. Et conduxit
mercede de Iſrael cẽtum milia fortiũ robore cent um talenſit
argenti.Vir autem dei venit ad eum, dicendo.Rex ne veniat
tecum exercitus Iſrael,quia non eſt dominus cum Iſrael, cum
omnibus filiis Ephraim. Alioqui,ingredere,fac,roborare ad
bellum,& cadere faciet te deus coram inimico.Eſt enim forti-
tudo deo ad adiuuandũ & cadere faciendum,Dixitq́ Amaſia
C hu ad hominem dei:Et quid faciendum eſt de centum talentis
quæ dedi exercitui Iſrael?Et dixit vir dei:Eſt domino ad dan-
dum tibi multum valde.Separauit autem Amaſiahu exerci-
tum qui venerat ad ſe de Ephraim,vt iret ad locum ſuum. Et
iratus eſt furor eorum valde contra Iehudah,& reuerſi ſunt
ad locum ſuum in ira furoris,Amaſihahu autem roboratus
eſt,& eduxit populum ſuũ,& abiit in vallem ſalis,& percuſſit
de filiis Sehir decem milia.Et decem milia viuos ceperunt filij
Iehudah,& adduxerunt eos ad verticem petrę, & proiecerũt
eos à vertice petræ,& omẽs hi crepuerunt.Filij autem exerci-
D tus quem remiſit Amaſiahu,ne iret ſecum ad bellum, diffuſi
ſunt in vrbes Iehudah à Someron vſq́ ad Bethchoron,& per
cuſſerunt ex eis tria milia,& diripuerunt prædam multam.Et
fuit,poſtq́ venit Amaſiahu à cædẽdo Edomæos,adduxit de
os filiorum Sehir,& ſtatuit eos ſibi in deos,& coram eis incur
uauit ſe,& eis ſuffiuit.Et iratus eſt furor domini in Amaſiahu,
& miſit ad eum prophetam,& dixit ei:Vt quid quæſiſti de-
E os populi qui non eruerunt populum ſuum è manu tua? Et
fuit,cum loqueretur ad eũ,dixit ei rex:Nunquid conſiliarium
regis poſuerunt te?Ceſſa,vt quid percutient te?Et ceſſauit p̃-
pheta,& dixit;Noui,quod cogitauerit deus perdere te, quia
feciſti hoc,& non audiſti conſilium meum.Et cõſiliatus eſt A-
maſiahu rex Iehudah,& miſit ad Ioas filium Iehoachaz filij Ie-
hu regem Iſrael,dicendo: Veni videamus nos facie.Et miſit
Ioas rex Iſrael ad Amaſiahu regem Iehudah,dicendo:Cardu-
us qui eſt in Lebanon,miſit ad cedrum quæ eſt in Lebanon,
dicendo:Da filiam tuam filio meo vxorem.Et tranſiuit beſtia
F agri,quæ erat in Lebanon,& conculcauit carduum. Dixiſti:
Ecce percuſſiſti Edom,& leuauit te cor tuum ad honorifican
dum,Nunc ſede in domo tua,Vt quid prouocas in malum
vt cadas tu,& Iehudah tecum?Et non audiuit Amaſiahu, qa
à deo erat,vt traderet eos in manu,quia quæſierunt deos E-
dom,Et aſcendit Ioas rex Iſrael,& viderunt ſe facie,ipſe & A-
maſiahu rex Iehudah in Bethſemes,quæ erat in Iehudah,Et cę
ſus eſt Iehudah coram Iſrael,& fugerunt vnuſquiſq́ ad taber-
nacula ſua,Et Amaſiahu regem Iehudah filium Ioas filij Ieho-
achaz,cepit Ioas rex Iſrael in Bethſemes,& adduxit eum in Ie-
ruſalaim,& rupit murum Ieruſalaim à porta Ephraim vſque
ad portam anguli quadringentis cubitis.Et omne aurum, &
G argentum, & omnia vaſa,quæ inuenta ſunt in domo dei a-
pud Hobededom,& in theſauris regis,& filios nobiles redu-
xit in Someron.Vixit autem Amaſiahu filius Ioas rex Iehu-
dah poſtquã mortu⁹ eſt Ioas filius Iehoachaz rex Iſrael, quin-
decim annis.Reſidua autem Amaſiahu primorum,& nouiſſi
morum,nõnne ecce ſcripta ſunt in libro regum Iehudah,& Iſ
rael?A tempore autem,quo receſſit Amaſiahu à domino cõ
iurauerunt contra eum coniurationem in Ieruſalaim,& fugit
in Lachis,& interfecerunt enm ibi.Et portauerunt eum ſuper
equos,& ſepelierũt eum cũ patribus ſuis in ciuitate Iehudah.

¶ Huzziiahu percuſſus lepra moritur,ſuccedit Iothan.

CAP. XXVI.

A TVlerunt autem omĩs populus Iehudah Huzziiahu (&
ipſe erat ſedecim annorũ) & regem conſtituerunt eum 4.Reg.14.e
pro patre ſuo Amaſiahu.Ipſe ædificauit Eloth,& reſtituit eã
ipſi Iehudah,poſtq́ dormiuit rex cum patribus ſuis.Sedecim
annorum erat Huzziiahu cum regnauit,& quinquaginta,&
duobus annis regnauit in Ieruſalaim.Nomẽ autẽ matris eius
Iecholiah de Ieruſalaim.Et fecit rectum in oculis domini iuxta
omnia quæ fecit Amaſiahu pater eius.Et fuit,vt quæreret de
um in diebus Zechariahu [a] intelligentis viſiones dei:& in die-
bus quibus quæſiuit dominũ proſperari fecit eum deus.Et e- [a] inſtructi in timoribus dei.
greſſ eſt & pugnauit cum Peliſtim,& rupit murũ Ghath,&
murũ Iabneh,& murũ Aſdod,& ædificauit vrbes in Aſdod
& in Peliſtim.Et adiuuit eum deus contra Peliſtim,& contra
Harabas q habitabant in Gurbahal et Mehunim. Et dabant
Hammoni-



Hammonitæ munus ipſi Hazariahu,& iuit nomen eius vſq́
ad introitum Aegyti,quia robuſtus fuit vſq́ in excelſum. Et
ędificauit Huzziiahu turres in Ieruſalaim ſuper portam angu
li,& ſuper portam vallis,& ſuper angulum,& roborauit eas.
B Extruxitq́ turres in deſerto,& fodit ciſternas multas,qa grex
multus erat ei ,& in campeſtribus,& in planitie agricolæ, &
vinitores in montibus,& in Charmel,quia diligebat terram.
Fuit autem ipſi Huzziahu exercitus facientium bellum ingre
dientium ad pugnam in exercitu ſecundum numerum nume
ri eorum per manum Iehihel ſcribæ,& Mahaſeiahu præfecti
ad manum Chananiahu de principibus regis. Omnis nume-
rus principum familiarum fortium viribus duo milia, & ſex-
centi.Et ad manum eorum exercitus militiæ trecentorum mi-
lium,& ſeptem milium,& quingentorum facientium bellum
cum fortitudine roboris,ad auxiliandum regi cõtra inimicũ.
C Et præparauit Huzziiahu cuncto exercitui clypeos,& haſtas,
& galeas,& loricas, & arcus,& lapides fundarum. Et fecit in
Ieruſalaim machinas arte artificis,vt eſſent in turrib⁹,& in an-
gulis ad iaciendum ſagittas,& lapides grandes,egreſſumq́ eſt
nomen eius procul,quia mirificauit eum deus auxiliando, do
nec roboratus eſt.Et cum roboratus eſſet,eleuatum eſt cor e-
ius,ad corrumpendum,& præuaricatus eſt contra dominũ
deum ſuum,& ingreſſus eſt templum domini,vt ſuffiret ſup̃
altare ſuffimenti.Et ingreſſus eſt poſt eum Hazariiahu ſacer-
dos.Et cum eo ſacerdotes domini octoginta filij robuſti. Et
ſteterunt contra Huzyiiahu regem,& dixerunt ei:Non eſt tu-
um Huzziahu ſuffire domino,ſed ſacerdotum filiorum Aha-
D ron(qui ſanctificati ſunt) eſt ſuffire. Egredere de ſanctuario,
Zach.14.a. quia præuaricatus es,& non erit tibi ad gloriam à domino
deo. Iratusq́ eſt Huzziiahu,& in manu ſua erat ſuffimentum
vt ſuffiret.Et cum iraſceretur cum ſacerdotibus, lepra orta
eſt in fronte eius coram ſacerdotibus in domo domini ſuper
altare ſuffimenti.Et reſpexit eum Hazzariahu ſacerdos ſum-
4.Reg.15.a. mus,& omnes ſacerdotes,& ecce erat leproſus in fronte ſua,
& feſtinare fecerunt eum inde. Et etiam ipſe feſtinauit egredi,
quia percuſſit eum dominus.Et fuit Huzziiahu rex leproſus
vſque ad diem quo mortuus eſt,& habitauit in domo ſepa-
rata leproſus,quia exciſus fuerat è domo domini.Iothan au-
tem filius eius erat ſuper domum regis,& iudicabat populum
terræ.Reſidua autem Huzziiahu ,primorum & nouiſſimo-
rum,ſcripſit Ieſahaiahu filius Amos prophetæ. Et dormiuit
Huzziiahu cum patribus ſuis.Et ſepelierunt eum cum patri-
bus ſuis in agro ſepulchri,qui erat regibus.Dixerunt enim;Le
proſus eſt.Et regnauit Iothan filius eius pro eo.

¶ Hammonitas uincit,moriturq́ Iothan,ſuccedit ei Achaz filius.

CAP. XXVII.

A VIginti & quinque annorum erat Iothan,cum regnauit
& ſedecim annis regnauit in Ieruſalaim.Nomẽ autem
4.Reg.15.g. matris eius,Ieruſah filia Sadoc.Fecitq́ rectum in oculis dñi iu
xta omnia quæ fecit Huzziiahu pater eius.Veruntamen non
eſt ingreſſus templum domini,& adhuc populus peruerſe a-
gebat.Et ipſe ædificauit portam domus domini excelſam, &
B in muro arcis ædificauit multum.Vrbesq́ ædificauit in mon
te Iehudah,& in ſaltib⁹ ædificauit palatia,& turres.Et ipſe pu
gnauit cum rege filiorum Hammon,& roboratus eſt ſuper
eos.Et dederunt ei filij Hammon anno ipſo centum talenta
C argenti,& decem milia coros tritici,& hordei decem millia.
Hoc reddiderunt ei filij Hammon,& anno ſecundo,& tertio.
Roboratusq́ eſt Iothan,quia præparauit vias ſuas coram do
mino deo ſuo.Reſidua autem Iothan , & omnia bella eius &
D viæ eius,ecce ſunt ſcripta in libro regũ Iſrael, & Iehudah. Vi-
ginti & quinque annorum erat cum regnauit,& ſedecim an-
nis regnauit in Ieruſalaim Dormiuitq́ Iothan cum patribu s
ſuis,& ſepelierunt eum in ciuitate Dauid,& regnauit Achaz fi
lius eius pro eo.

¶ Impietates Achaz regis Iehudah,quo mortuo ſuccedit Iechizchiiahu. Achaz traditur Aram,et ab eodem cæditur.

CAP. XXVIII.

A VIginti annorum erat Achaz cum regnauit,& ſedecim
annis regnauit in Ieruſalaim,& non fecit rectum in o- 4.Reg.6.a.
culis domini ſicut Dauid pater eius.Abiit per vias regum Iſ-
rael;& etiam ſtatuas fecit ipſi Behalim. Et ipſe ſuffiuit in valle
Benhinnom,& combuſſit filios ſuos igni iuxta abominatio-
nes Gentium,quas expulit dominus à facie filiorum Iſrael.Et
immolabat,& ſuffiebat in excelſis,& ſuper colles,& ſub omni
ligno viridi.Tradiditq́ eum dominus deus eius in manu re-
gis Aram & percuſſerunt eum,& ceperũt ex eo prædam ma-
gnam,& adduxerunt Darmeſec,& etiam in manu regis Iſrael
traditus eſt,& percuſſit eum plaga magna.Occidit autem Pe
cach filius Remaliahu in Iehudah centum & viginti milia die
vno,omnes filios robuſtos,eò quòd reliquiſſent dominum
deum patrum ſuorum.Et occidit Zichri potẽs Ephraim Ma
haſeiahu filium regis, & Hazricham ducem domus,& Elcha
B nach ſecundum à rege.Ceperuntq́ filij Iſrael de fratribus ſuis
ducenta milia mulierum,filiorum,& filiarum,& etiam ſpolia
multa diripuerunt ab eis.Et adduxerunt ſpolia in Someron.
Ibi autem erat propheta domini Hoded nomẽ eius,& egreſ
ſus eſt coram exercitu qui veniebat in Someron,dixitq́ ei Ec-
ce propter iram dei patrum veſtrorum contra Iehudah tradi
dit eos in manu veſtra,& occidiſtis eos in furore,qui vſque ad
cœlum peruenit. Et nunc filios Iehudah,& Ieruſalaim dicitis
ſubiicere in ſeruos,& ancillas vobis. Nõnne verè vobiſcum
ſunt delicta domino deo veſtro?Et nunc audite me,& reduci
te captiuitatem quam captiuam duxiſtis de fratribus veſtris,
quia ira furoris domini eſt ſuper vos,Et ſurrexerunt viri de
principib⁹ filiorum Ephraim Hazariahu filius Iechohanon,
Berechiahu fili⁹ Miſillemoth & Iechizchiiahu filius Sallum,&
Hamaſa filius Chadlai contra venientes è pugna, & dixerunt
eis:Non adducetis captiuitatem huc,quia delictum contra
dominum eſt ſuper nos.Vos dicitis addere ſuper peccata no
ſtra,& ſup̃ delicta noſtra.Magnum enim delictum eſt nobis,
C & ira furoris ſuper Iſrael.Et reliquit exercitus captiuitatem &
prædam coram principibus,& omni cœtu.Et ſurrexerunt vi
ri qui expoſiti fuerunt per nomina,& apprehenderunt capti-
uitatem,& omnes nudos eorum veſtierunt de ſpoliis,& veſti
re fecerunt eos, calceare fecerunt eos , & comedere fecerunt
eos,ac bibere fecerunt eos,vnxeruntq́ eos,& duxerunt eos
in aſinis oẽm infirmũ,& adduxerũt eos Iericho ciuitatem pal
marũ apud fratres eorũ,& reuerſi ſunt in Somerõ.In tẽpore
illo miſit rex Achaz ad reges Aſſur, vt auxiliarentur ſibi. Et
adhuc Edomæi venerunt,& percuſſerunt de Iehudah, & ce-
perunt captiuitatem.Peliſtim autem diffuderunt ſe per vrbes
planiciei,& ad meridiem Iehudah.Et ceperunt Bethſemes, &
Aialon, & Ghederoth, & Socho,& villas eius, & Timnah,
& villas eius,& Ghimzo,& villas eius,& habitauerũt ibi.Hu-
miliauit enim dominus Iehudah propter Achaz regem Iehu
dah,quia vlciſci fecit de Iehudah,& preuaricatus eſt præuari-
cationem in dñm.Et venit ad eum Tiglath Pilneeſer rex Aſ- [a] afflixit eũ potius quam roborauit
ſur,& [a] obſedit eum,& non roborauit eum,quamuis diuiſe-
D rit Achaz domum domini,& domum regis, & principum,
& dederit regi Aſſur, & non fuit ad auxilium ſibi.Et tempo-
re quo erat anguſtiis affectus addidit vt præuaricaretur in do
minum ipſe Achaz,& immolauit diis Darmeſec percutienti-
bus eum.Et dixit qm̃ dij regum Aram adiuuant eos,eis im-
molabo,& adiuuabũt me.Et ipſi fuerũt ei ad faciendũ ruere e-
um,& omni Iſrael.Et cõgregauit Achaz oĩa vaſa domus dei,
& cõfregit omnia vaſa domus dei,& clauſit oſtia domus dñi,
& fecit ſibi altaria in omni angulo in Ieruſalaim.Et in ſingulis
vrbibus Iehudah fecit excelſa ad ſuffiendũ diis alienis,& iraſci
fecit dñm deũ patrũ ſuorũ.Reſidua autẽ eius,& omniũ viarũ
eius,primorũ & nouiſſimorũ, ecce ſcripta ſunt in libro regũ
Iehudah,& Iſrael.Et dormiuit Achaz cũ patrib⁹ ſuis,& ſepeli
erunt eũ in ciuitate,in Ieruſalaim,quia nõ adduxerunt eum ad
ſepuchra regũ Iſrael.Et regnauit Iechizchiiahu fili⁹ eius p̃ eo.

¶Iechizchiiahu cuncta a maioribus in templo domini neglecta inſtaurat. CAP. XXIX.

A IEchizchiiahu regnauit cum eſſet viginti & quinque anno
rum,& viginti & nouem annis regnauit in Ieruſalaim.No
4.Regũ.18.a men autẽ matris eius Abiiah filia Zechariahu.Fecitq; rectum
in oculis domini iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius.I-
pſe anno primo quo regnauit menſe primo,aperuit valuas
domus domini,& roborauit eas.Adduxitq; ſacerdotes,atq;
Leuitas,& congregauit eos ad plateam orietalem.Dixitq; ad
eos:Audite me Leuitæ.Nunc ſanctificate vos, & ſanctificate
domum domini patrum veſtrorum,& educite immundiciã
de ſanctitate.Quia præuaricati ſunt patres noſtri,& fecerunt
malum in oculis domini dei noſtri,& dereliquerunt eum. Et
B verterunt facies ſuas à tabernaculo domini,& dederunt cerui
cem.Et iam clauſerunt oſtia porticus,& extinxerunt lucernas
ſuffimentumq; non ſuffierunt, & holocauſtum non obtule-
runt in ſanctitate deo Iſrael.Et fuit ira domini ſuper Iehudah,
a ſtuporem & Ieruſalaim,tradiditq; eos in commotionem,in [a] deſolatio-
nem,& in ſibilum,quemadmodum cernitis oculis veſtris. Et
en corruerunt patres noſtri gladio, & filij noſtri, & filiæ no-
ſtræ,& vxores noſtræ in captiuitatem propter hoc. Nunc in
b ut auertat corde meo eſt percutere fœdus cum domino deo Iſrael, [b] &
auertet à nobis irã furoris ſui.Filij mei nũc ne erretis.Vos eñ
elegit dñs,vt ſtetis coram eo ad miniſtrandũ ei,& ei miniſtre
C tis & ſuffiatis.Et ſurrexerunt Leuitæ Machath filius Hamaſai,
& Ioel fili⁹ Hazariahu de filiis Chahati,& de filijs Merari Chis
filius Habdi,& Hazariahu fili⁹ Iehalelel,& de Gherſunitis Io-
ah filius Zimmah,& Heden filius Ioah.Et de filiis Seliſaphan,
Simri,& Iehiel,& de filiis Aſah Zechariahu, & Mathaniahu.
Et de filiis Heman Iechiel & Simhi, & de filiis Ieduthun, Se
mahaiah,& Huzziel.Congregaueruntq; fratres ſuos,& ſancti
ficati ſunt,& ingreſſi ſunt iuxta mandatum regis, iuxta verba
domini ad mundandum domum domini.Et ingreſſi ſunt ſa-
cerdotes intra domum domini ad mundandum,& eduxerũt
omnem immunditiam,quam inuenerunt in templo domini,
in atrio domus domini.Et tulerunt Leuitæ,vt educerent ad
torrentem Chidron foras. Cœperunt autem in vna menſis
D primi ſanctificare,& die octaua menſis,ingreſſi ſunt porticum
domini,& ſanctificauerunt domum domini diebus octo, &
die ſextadecima menſis primi perfecerunt.Et ingreſſi ſunt inte
rius ad Chizchiiahu regem,& dixerunt:Mundauimus omnẽ
domum domini,altare holocauſti,& omnia vaſa eius,& men
ſam diſpoſitionis,& omnia vaſa eius.Et omnia vaſa quæ elon
gare fecerat rex Achaz in regno ſuo,dum p̃uaricaretur: præ-
parata ſunt,& ſanctificata ſunt,& ecce ſunt coram altari do-
mini.Et mane ſurrexit Iechizchiiahu rex,& congregauit prin
cipes ciuitatis,& aſcendit in domum domini.Et adduxerunt
tauros ſeptem,& arietes ſeptem,& agnos ſeptem,& hircos ca
E prarum ſeptem pro peccato,pro regno,& pro ſanctitate, &
pro Iehudah,dixitq; filiis Aharon ſacerdotibus, vt offerrent
ſuper altare domini.Et mactauerunt boues,& ſuſceperunt ſa
cerdotes ſanguinem,& aſperſerunt ſuper altare,& mactaue-
runt arietes,& aſperſerunt ſanguinem ſuper altare.Et applicu
erunt hircos pro peccato coram rege,& cœtu,impoſuerũtq;
c pro peccato obtulerũt manus ſuas ſuper eos.Et mactauerunt eos ſacerdotes,& [c] ex-
piauerunt ſanguinem eorum ſuper altare ad expiandum vni-
uerſum Iſrael,quia pro omni Iſrael iuſſit rex fieri holocauſtum
& ſacrificium pro peccato.Et ſtatuit Leuitas in domo domi
ni cum cymbalis,pſalteriis,& cytharis,iuxta præceptum Da-
uid,& Ghad videntis regis,& Nathan prophetæ, quia per
manum domini fuit præceptum,per manum prophetarum
F eius.Steteruntq; Leuitæ cum inſtrumentis muſicis Dauid, &
ſacerdotes cum tubis.Et dixit Chizchiiahu,vt offerrent holo
cauſtum ſuper altare.Et in tempore quo cœpit holocauſtum,
cœpit canticum domini,& tubæ,& per manus inſtrumento-
rum Dauid regis Iſrael.Et omnis cœtus adorabant,& canticũ
cantoris & tubæ clangebant omnes donec perficerent holo-
cauſtum.Et cum perfeciſſent offerre,incuruauerunt ſe, rex, &
omnes qui inuenti ſunt cum eo, & adorauerunt. Et dixit Ie-
chizchiahu rex & principes Leuitis, vt laudarent dominum
verbis Dauid,& Aſaph videntis.Et laudauerunt vſq; ad læti-
tiam,& incuruati ſunt,& adorauerunt. Et reſpondit Iechiz-
chiiahu,& dixit:Nunc [a] impleſtis manum veſtram domino, a cõſecraſtis
Accedite,& adducite victimas,& laudes in domo domini.Et
G attulerunt cœtus victimas,& laudes,& omnis volũtarius cor
de holocauſta.Et fuit numerus holocauſti quod attulerũt cœ
tus,boues ſeptuaginta,arietes centum,agnos ducentos, in ho
locautum domino omnia hæc:& ſanctificatiões,[b] boues ſex- b .ſ.pro pacificis
centos,& pecudes tria milia. Veruntamen ſacerdotes erant
pauci,& non poterant excoriare holocauſta,& iuuarunt eos
fratres eorum Leuitæ donec conſummaretur opus, donecq;
ſanctificarent ſe ſacerdotes.Leuitæ enim erant recti corde, vt
ſanctificarent ſe præ ſacerdotibus.Et etiam holocauſtum pro
multitudine cum adipibus pacificorum,& libaminibus ad ho
locauſtum,& præparatum eſt miniſterium domus domini.
Et lætatus eſt Iechizchiiahu,& omnis populus,eo quòd præ-
paraſſet deus populo,quia repente fuit res.

¶De peſach per Iechizchiiahu celebrato. CAP. XXX.

A MIſit autem Iechizchiiahu ad om̃em Iſrael,& Iehudah,
& etiam epiſtolas ſcripſit ad Ephraim,& Menaſſeh,
vt venirent ad domum domini in Ieruſalaim,vt facerent pe-
ſach domino deo Iſrael.Et conſiliatus eſt rex,& principes eius
& omnis cœtus in Ieruſalaim,vt facerent peſach menſe ſecun-
do.Non enim potuerunt facere illud tempore ipſo,quia ſa-
cerdotes nõ erant ſanctificati ad ſufficiẽtiam,& populus non
erat cõgregatus in Ieruſalaim.Et placuit verbum in oculis re-
gi,& in oculis omnis cœtus,& ſtatuerunt verbũ,vt traſire face
rent vocẽ in vniuerſum Iſrael à Beer Sabah vſq; Dan,vt veni-
rent ad faciẽdum peſach domino deo Iſrael in Ieruſalaim, [c] qa c quia iam
non propter multitudinem fecerunt,ſicut ſcriptum eſt :Perre multo tẽpore
xeruntque curſores cum epiſtolis de manu regis, & principũ ip nõ fecerãt ut ſcriptum
eius in vniuerſum Iſrael,& Iehudah:& iuxta pręceptum regis, erat.
dicẽdo:Filij Iſrael reuertemini ad dñm deum Abraham, Iſ-
chac,& Iſrael.Et reuertet̃ ad eos, q euaſerũt vobis è manu re-
B gis Aſſur.Et ne ſitis ſicut patres veſtri,& fratres veſtri,qui pręę
uaricati ſunt in dominum deum patrum ſuorum ,& tradidit
eos in deſolationem,quemadmodum cernitis. Nunc ne in-
duretis ceruicem veſtram,ſicut patres veſtri.Date manum do
mino,& venite ad ſanctuarium eius,quod ſanctificauit in ſe-
culum,& ſeruite domino deo veſtro,& auertetur à vobis ira
furoris eius.Quia cum reuerſi fueritis ad dominum,fratres ve
ſtri,& filij veſtri miſericordiam conſequentur coram eis, qui
captiuos duxerunt eos,vt reuertantur ad terram hanc,quia
clemens,& miſericors eſt dominus deus noſter,& non remo-
uebit faciem à vobis ſi reuerſi fueritis ad eum.Et curſores trãſ
ierunt de ciuitate in ciuitatem per terram Ephaim,& Menaſ-
ſeh vſque ad Zebulun.Et irridebãt eos,& ſubſannabant.At-
tamen viri de Aſer,& Menaſſeh,& Zebulun humiliauerunt
ſe,& venerunt in Ieruſalaim.Etiam in Iehudah fuit manus dei,
vt daret eis cor vnum ad faciendum pręceptum regis,et prin
C cipum iuxta verbum domini.Congregatiq; ſunt in Ieruſala-
im populus multus,vt facerent ſolennitatem infermentato-
rum menſe ſecundo,cœtus multus valde.Et ſurrexerunt,& re
mouerunt altaria,quæ erant in Ieruſalaim,& altaria ſuffimen
torum remouerũt,& proiecerunt in torrentem Chidron.Et
immolauerunt peſach quartadecima menſis ſecundi.Sacerdo
tes,& Leuitæ,pudore erant affecti, [d] & ſanctificauerunt ſe,&
adduxerunt holocauſta in domum domini.Et ſteterunt in lo d expectãdo ſcilicet.
co ſuo ſecundum morem ſuum,ſecundum legem Moſeh viri
dei ſacerdotes ſpargebant ſanguinem de manu Leuitarum.
Quia multi erant in cœtu,qui non ſanctificauerant ſe,& Leui
tæ erant ſuper immolatione Peſachim pro omni non mũdo
ad ſanctificandum domino.Quia multitudo populi,multitu
do de Ephraim,& Menaſſeh,Iſaſchar,& Zebulun,non mun-
dauerunt



dauerant ſe.Sed comederunt peſach,non ſecundum quod ſcri
ptum eſt.Sed orauit Iechizchiiahu pro eis,dicendo;Dominus
bonus expiabit eum. Quia om̃e cor ſuum parauit ad quæren
dum deum,dominum deum patrum ſuorum,quanquam nõ
ſecundum purificationem ſanctitatis.Et exaudiuit dominus
D Iechizchiiahu,& ſanauit populum. Feceruntq; filij Iſrael qui
inuenti ſunt in Ieruſalaim,ſolennitatem infermentatorum ſe-
ptem diebus cum lætitia magna,& laudabant dominum per
ſingulos dies Leuitæ & ſacerdotes cum inſtrumentis ſonoris
domino.Locutusq; eſt Iechizchiiahu ad cor omnium Leui-
tarum inteligentium intellectum bonum domino,& comede
runt per ſolennitatem ſeptem diebus, immolantes victimas
pacificorum,& confitentes domino deo patrum ſuorum.Et
conſilium inierunt omnis cœtus,vt ſic facerent ſeptẽ diebus a-
liis,& fecerunt ſeptem diebus cum lætitia.Quia Chizchiiahu
rex Iehudah ſepoſuit cœtui mille tauros,& ſeptem milia ouiũ.
Principes verò ſeparauerunt cœtui tauros mille,& oues de-
cem milia.Et ſanctificauerunt ſe ſacerdotes in multitudine. Et
lætati ſunt omnis cœtus Iehudah & ſacerdotes,& Leuitæ, &
omnis cœtus qui venerant de Iſrael.Et peregrini,qui venerũt
de terra Iſrael,& habitantes in Iehudah.Et fuit læticia magna
in Ieruſalaim,quia à dieb⁹ Selomoh filij Dauid,regis Iſrael,nõ
fuit ſimilis in Ieruſalaim.Surrexerunt autem ſacerdotes,& Le
uitæ,& benedixerunt populo,& exaudita eſt vox eorum, &
venit oratio eorum ad habitaculum ſanctitatis eius ad cœlũ.

Iechizchiiahu reuocato ad dominũ populo,ſacerdotes conſtituit, quibus partes dari iubet. CAP. XXXI.

A ET cum perfeciſſent totum hoc egreſſi ſunt omnis Iſrael
qui inuenti ſunt in vrbibus Iehudah,& fregerũt ſtatuas
& ſucciderunt lucos,& demoliti ſunt excelſa,& altaria de vni-
uerſo Iehudah,& Biniamin,& in Ephraim, & Menaſſeh, do-
nec conſumerent.Reuerſiq; ſunt omnes filij Iſrael, vnuſquiſq;
ad poſſeſſionem ſuam,ad vrbes ſuas.Et ſtatuit Iechizchiiahu
diuiſiones ſacerdotum,& Leuitarum in diuiſionibus ſuis,v-
numquenque ſecundum miniſterium ſuum,ſacerdotes,& Le
uitas ad holocauſtum,& pacifica ad miniſtrandum,& confi-
tendum,& laudandum in portis caſtrorum domini.Pars au-
tem regis de ſubſtantia eius ad offerendum holocauſta mane,
B & veſpere,& holocauſta ſabbatis,& Calendis,& ſolennitati-
bus,ſicut ſcriptum eſt in lege domini.Et dixit populo habita-
toribus Ieruſalaim,vt darent partem ſacerdotum,& Leuita-
rum,vt confotarentur in lege domini.Et cum multiplicata eſ
ſet res,multiplicauerunt filij Iſrael primitias frumenti,vini, &
olei,& dactyli,& omnis fructus agri,& decimam omnium in
multitudinem adduxerunt.Et filij Iſrael,& Iehudah,qui habi
tabant in vrbibus Iehudah,etiam ipſi decimam boum,& pe-
cudum,& decimam ſanctitatum,quæ ſanctificata erant domi
no deo ſuo adduxerunt,& poſuerunt aceruatim.Menſe tertio
cœperunt aceruos fundare,& menſe ſeptimo conſummaue-
runt.Et venerunt Iechizchiiahu,& principes,& viderunt acer
uos,& benedixerunt domino,& populo eius Iſrael.Et inqui-
ſiuit Iechizchiahu à ſacerdotibus,& Leuitis de aceruis. Et di-
xit ad eum Hazariahu ſacerdos primus de domo Sadoc,& di
xit:A tempore quo incœperunt oblationes adducere ad do-
mum domini comedimus,& ſaturati ſumus,& ſuperfuerunt
vſq; ad multitudinem,quia dominus benedixit populo ſuo,
& ſupereſſe fecit multitudinem hanc.Et dixit Iechizchiahu,vt
C pararent gazophylacia in domo domini.Et parauerũt.Et ad
duxerunt primitias,& decimas,& ſancta fideliter.Et ſuper ea
erat dux Chananiahu Leuita,& Simhi frater eius ſecundus,Et
Iechiel, & Hazariahu,& Nathath,& Hazahel,& Ierimoth,&
Ioſabad,& Eliel,& Iſmachiahu,& Machath,& Benaiahu p̃po
ſiti de manu Chananiahu,& Simhi fratris eius ſecundum im-
perium Iechizchiiahu regis,& Hazariahu ducis domus dei.
Chore verò filius Imnah Leuites ianitor ad orientem erat ſu-
per ſponte oblata deo ad dandum eleuationem domino, &
ſuper ſanctificationes ſanctificationũ.Et ad manũ eius Heden
& Miniamin,& Ieſuah,& Semahaiahu,Amariahu,& Sechnia
hu,in ciuitatibus ſacerdotum fideliter,vt darent fratribus ſuis
D ſecundum diuiſiones,ſicut magno ſic paruo. [a] Præter proge a Nẽpe excepta familia
niem eorum maſculis à filio trium annorum,& ſupra, omni eorũ maſculis a filio trigita
ingredienti domum domini,per ſingulos dies ſecundum mi- annorũ & ſupra omni
niſterium eorum,ſecundum obſeruationes eorum in diuiſio &c.
nibus ſuis.Et [b] progeniem ſacerdotum per domum patrum b familiæ
ſuorum,& Leuitarum,à filio viginti annorum,& ſupra, ſecũ
dum obſeruationes ſuas in diuiſionibus ſuis. [c] & progeniem
in cunctis paruulis eorum,vxoribus eorum,& filiis eorum,& c Et reliquę familię repe
filiabus eorum,omniq; cœtui:quia in fide eorum ſe ſanctifica ſemper uer bum dare .ſ.
bant in ſanctitate [d].Et filiis Aharon ſacerdotibus in agro ſub d offerendo
urbano vrbium eorum,in ſingulis ciuitatibus,viri qui nomi ſ.ea quę ſacrificabant & ſi
nati ſunt per nomina,darent partes omni maſculo,tam de ſa dei eorũ cõ
cerdotibus,& omni progenie,quàm de Leuitis.Et fecit ſimile mittebantur.
Iechizchiiahu in omni Iehudah.Et fecit bonum,& rectum, &
verum coram domino deo ſuo.Et omni opere,quod cœpit
in miniſterio domus dei,& in præcepto,vt quæreret deum
ſuum toto corde ſuo,fecit,& proſperatus eſt.

¶Sancherib inuaſurus Ieruſalaim ab angelo proſternitur,moritur Iechizchiiahu,ſuccedit Menaſſeh. CAP. XXXII.

A P[e] Oſt hæc,& veritatem horum,venit Sãcherib rex Aſ-
ſur,& ingreſſus eſt Iehudah,& caſtrametatus eſt contra e Poſt uerba hęc & fidelitatem hãc .ſ.
ciuitates munitas.Et dixit,vt diuideret eas ad ſe.Et vidit Ie- ipſius regia et
chizchiiahu,q venit Sancherib,& q facies eius eſſet ad bellũ. illuſtrorum eius.
contra Ieruſalaim:& conſilium iniit cum principibus ſuis, & 4.Reg.18.
potentibus ſuis,vt obturarent aquas fontium,qui erãt extra Iſaiæ.36.a.
ciuitatem,& adiuuerunt eũ.Et congregati ſunt populus mul
tus,& clauſerunt omnes fontes,& torrentem inundantem in
medio terræ,dicendo:Vt quid venient reges Aſſur, & inue-
B nient aquas multas?Et confortatus eſt,& ædificauit omnem
murum dirutum,& reparauit turres,& forinſecus murum
altum.Et roborauit Millo vrbẽ Dauid,& fecit gladios in mul
titudinem,& clypeos.Et poſuit principes bellorum ſuper po
pulum,& congregauit eos ad ſe,ad plateam portæ ciuitatis,
& locutus eſt ad cor eorum,dicendo:Confortamini & robo
ramini,ne timeatis,& ne paueatis à facie regis Aſſur,& à facie
vniuerſæ multitudinis,quæ eſt cum eo,quia nobiſcum plures
ſunt,q̃ cum illo.Cum ipſo eſt brachium carnis,nobiſcum ve-
rò eſt dñs deus noſter,vt adiuuet nos,& pugnet bella noſtra.
Et confirmauit ſe popolus propter verba Iechizchiiahu re-
gis Iehuda.Poſt hac miſit Sancherib rex Aſſur ſeruos in Ieru
ſalaim.(Et ipſe erat contra Lachis,& oĩs poteſtas eius erat cũ
illo(ad Iechizchiiahu regem Iehudah,& ad omnem Iehudah
qui erat in Ieruſalaim,dicendo:Sic dixit Sancherib rex Aſſur:
C Cui fiditis,& [f] manetis in obſidione in Ieruſalaim? Nõnne Ie- f id eſt cõcluſi in obſeſſa
chizchiiahu ſeducit vos,vt tradat vos ad moriendum fame, urbe.
& ſiti,dicẽdo:Dñs deus noſter eruet nos è manu regis Aſſur?
Nõnne ipſe Iechizchiahu remouit excelſa eius,& altaria eius,
& dixit ipſi Iehudah,& Ieruſalaim, dicendo:coram altari vno
adorabitis,& ſuper illud ſuffietis?Nõnne cognoſcitis,quid fe
ci ego,& patres mei omnibus populis terrarũ? Nunquid po
tentes potuerunt dij Gentium terrarum eruere terram ſuam
è manu mea?Quis fuit inter vniuerſos deos Gẽtium iſtarum,
quas occiderunt patres mei,qui potuerit eruere populum ſu
um è manu mea,vt poſſit de⁹ veſter eruere vos è manu mea,
D Et nunc ne ſeducat vos Chizchiiahu,& ne perſuadeat vobis
ſimile,& ne credatis ei.Si non potuit omnis deus, oĩs gens &
regnum,eruere populum ſuum è manu mea,& è manu patrũ
meorum, quantò magis deus veſter non eruet vos è manu
mea?Et adhuc locuti ſunt ſerui eius contra dominum deum,
& contra Iechizchiiahu ſeruum eius.Et epiſtolas ſcripſit pro-
bris afficiendo dominum deum Iſrael,& dicendo contra eũ,
dicendo:Sicut dij Gentium terrarum, qui non eruerunt po-
pulum ſuum è manu mea,ſic non eruet deus Iehizchiiahu po
pulum ſuum è manu mea.Et clamauerunt voce magna Iehu
daicè contra populum Ieruſalaim qui erat ſuper murum, vt

E timerent,& terrerent eos,vt caperẽt ciuitatem.Et locuti ſunt
contra deum Iſrael,ſicut contra deos populorum terre opus
manuum hominis,Et orauit Iechizchiiahu rex,& Ieſahaiahu
filius Amos prophetæ contra hoc,et vociferati ſunt ad cœlũ.
Et miſit dominus angelum,& excidit omnem potentem exer
citus,& ducem,& principem in caſtris regis Aſſur,reuerſusq;
eſt cum rubore vultus in terram ſuam,& ingreſſus eſt domũ
dei ſui,& egreſſi è viſceribus eius ibi interemerũt eum gladio,
eum gladio.Seruauitq; dominus Iechizchiiahu,& habitato-
res Ieruſalaim è manu Sancherib regis Aſſur,& è manu omni
um,& portauit eos,vt non timerent ab iis qui erant in circui
tu.Et multi afferebant munera domino in Ieruſalaim,& pre-
cioſa Chizchiiahu regi Iehudah, & exaltatus eſt in oculi s o-
F mnium Gentium poſthac.In diebus illis ægrotauit Chizchiia
hu vſque ad mortem,& orauit ad dominũ.Et locutus eſt ei do
minus,& ſignum dedit ei.Et non ſecundum retributionẽ ſibi
factam,reddidit Iechizchiiahu,quia eleuatum eſt cor eius,&
fuit contra eum ira,& contra Iehudah & Ieruſalaim.Et humi
liauit ſe Iechizchiiahu ab elatione cordis ſui,ipſe,& habitato-
res Ieruſalaim,& non venit ſuper eos ira domini in diebus Ie-
chizchiiahu.Et fuerũt ipſi Iechizchiiahu diuitiæ,& gloria mul
ta valde,& theſauros fecit ſibi argenti,& auri,& lapidum pre
cioſorum,& aromatum,& clypeorum,& omnium vaſorum
concupiſcibilium.Et apothecas fructus frumenti,& vini,&
olei,& præſepia cuiuis iumento & iumento & ordines gregũ
ad caulas.Et vrbes fecit ſibi, & greges pecudum, & boues in
G multitudinem.Dedit enim ei deus ſubſtantiam multam valde.
Et ipſe Iechizchiiahu obturauit exitum aquarum Ghichon ſu
periorem,& direxit eas ſubter ad occidentem vrbis Dauid,et
proſperatus eſt Chizchiiahu in om̃i opere ſuo.Et ſic propter
principes principum Babel miſſos ad eum,vt quærerent de
portento [a] quod fuerat in terra,dereliquit eum deus,vt tenta
ret eum,vt ſcirent omnia quæ erant in corde eius.Reſidua au
tem Iechizchiiahu,& [b] miſericordiæ eius,ecce ſcripta ſunt in
viſione Ieſahaiahu filij Amos prophetę,in libro regum Iehu
dah,& Iſrael.Et dormiuit Iechizchiiahu cum patribus ſuis,&
ſepelierunt eum in [c] excelſo ſepulchro filiorum Dauid,& glo
riam fecerunt ei mortuo ipſo omnis Iehudah,& habitatores
Ieruſalaim.Et regnauit Menaſſeh filius eius pro eo.

a .ſ.quando ſol retrofleſſit

b pietates

c in digniori loco ſepulchrorum

¶ Menaſſeh ducitur in captiuitatẽ,reductus deſtruit idola,ſuccedit Amon, quo à ſeruis occiſo ſuccedit Ioſiiahu. CAP. XXXIII.

A DVodecim annorum erat Menaſſeh quum regnauit,et
quinquaginta & quinq; annis regnauit in Ieruſalaim.
4.Reg.21.a. Et fecit malum in oculis domini,iuxta abominationes genti-
um,quas expulit dominus à facie filiorum Iſrael.Et conuerſus
eſt,& ædificauit excelſa quæ diruerat Iechizchiiahu pater eius.
Et erexit aras ipſi Behalim,& fecit lucos,& incuruauit ſe om̃i
militiæ cœli,& ſeruiuit eis.Et ædificauit altaria in domo domi
2.Reg.27.b. ni,de qua dixerat dominus:In Ieruſalaim erit nomen meum
in ſeculum,& ædificauit altaria cuncto exercitui cœli in duo-
bus atriis domus domini.Et tranſire fecit filios ſuos per ignẽ
B in valle filij Hinnom,& obſeruabat tempora,& augurabatur
2.Reg.7.b. 3.Regũ.8.b. & diuinationibus operam dabat,& fecit pythones,& magos
multiplicauit,vt faceret malum in oculis domini ad irritandũ
eum.Et poſuit ſculptile,idolum quod fecerat in domo dei,de
qua dixit deus ad Dauid,& ad Selomoh filium eius:In domo
hac,& in Ieruſalaim,quam elegi de cunctis tribubus Iſrael,po
nam nomen meum in ſeculum.Et non addam remouere pe-
dem Iſrael à terra quam ſtatui patribus eorum,duntaxat ſi cu
ſtodierint,vt faciant omnia quæ præcepi eis,omnem legem,
& ſtatuta,& iudicia per manum Moſeh.Et errare fecit Menaſ
ſeh ipſum Iehudah,& habitatores Ieruſalaim,vt facerent ma-
lum præ gentibus,quas perdere fecit dominus à facie filiorũ
Iſrael.Locutus eſt autem dominus ad Menaſſeh,& ad popu-
lum eius,& non attenderunt.Et adduxit dominus ſuper eos
principes exercitus,qui erant regi Aſſur,& ceperũt Menaſſeh
in abditis, & vinxerunt eum compedibus,& abire fecerunt
eum in Babel.Et cum anguſtiis eſſet affectus,orauit faciem do
mini dei ſui,& humiliauit ſe valde à facie dei patrum ſuorum.
C Et orauit ad eum,& exorabilis fuit ei,& exaudiuit depreca-
tionem eius,& reduxit eum in Ieruſalaim in regnum ſuum,&
cognouit Menaſſeh quòd domin⁹ ipſe eſſet deus.Et poſt hoc
ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad occidẽtem Ghi-
chon in torrente,& ad introitum in porta piſcium,& circun-
dedit muro arcem,& exaltauit eam valde,& poſuit principes
exercitus in cunctis ciuitatibus munitis in Iehudah. Et re-
mouit deos alienos, & ſimulachrum è domo domini,& o-
mnes aras quæ ædificauerat in monte domus domini,& in Ie
ruſalaim,& proiecit extra vrbem.Et ædificauit altare domi-
ni,& immolauit ſuper illud victimas pacificorum,et confeſſio
nem,dixitq; Iehudah,vt ſeruiret domino deo Iſrael. Attamẽ
D adhuc populus immolabat in excelſis,quanquã domino deo
ſuo.Reſidua autem Menaſſeh,& oratio eius ad deum ſuum,
& verba vatum qui loquebantur ad eum in nomine domini
dei Iſrael,ecce ſunt in verbis regum Iſrael.Et oratio eius,&
quomodo exorabilis fuit ei deus,& omne peccatum eius,&
præuaricatio eius,& loca in quibus ædificauit excelſa,& ſtatu
it lucos,& ſculptilia antequam humiliaret ſe,ecce ſcripta ſunt
in verbis [a] Chozai.Dormiuitq; Menaſſeh cum patribus ſuis,
& ſepelierunt eum in domo ſua,& regnauit Amon filius eius
pro eo.Viginti,& duorum annorum erat Amon quum re-
gnauit,& duobus annis regnauit in Ieruſalaim.Et feci malum
in oculis domini, quemadmodum fecerat Menaſſeh pater e-
ius,& cunctis ſculptilibus quæ fecerat Menaſſeh pater eius im
molauit Amon,& ſeruiuit eis.Et non humiliauit ſe à facie do-
mini,quemadmodum humiliauerat ſe Menaſſeh pater eius,
ſed ipſe Amon multiplicauit delictum.Et coniurauerunt con
tra eum ſerui eius,& interfecerunt eum in domo ſua. Et per-
cuſſerunt populus terræ omnes qui coniurauerant contra re
gem Amon,& regnare fecerũt populus terræ Ioſiiahu filium
eius pro eo.

a uidẽtiũ,ſeu prophetarũ

¶ Ioſiiahu idola ſubuertit,inſtaurat templum,reperit Deuteronomium, conſulit Chuldah propheteam. CAP. XXXIIII.

A OCto annorum erat Ioſiiahu quum regnauit,& trigin 4.Reg.22.a.
ta,& vno anno regnauit in Ieruſalaim.Et fecit rectum
in oculis domini,& ambulauit in viis Dauid patris ſui,& non
declinauit ad dexteram,& ſiniſtram.Octauo autẽ anno quo
regnauit, adhuc exiſtens puer, cœpit quærere deum Dauid
patris ſui,& duodecimo anno cepit mundare Iehudah,& Ie-
ruſalaim ab excelſis,& lucis,& ſimulachris,& ſculptilibus. De-
ſtruxeruntq; coram eo aras Behalim,& ſimulachra quę erant
ſuper eis demoliri fecit,& lucos,& ſimulachra,& ſculptilia cõ
triuit,& comminuit,& ſparſit in ſuperficie ſepulchrorum eo
rum qui immolabant eis.Et oſſa ſacerdotum combuſſit ſu-
per altaria eorum,mundauitq; Iehudah, & Ieruſalaim.Sic in
vrbibus Menaſſeh,& Ephraim & Simhon vſque ad Naph-
B thali,[b] malleis ſuis per circuitum. Demolitus itaq; eſt altaria,
& lucos,& ſimulachra contriuit comminuendo,& omnia ſi
mulachra excidit in omni terra Iſrael,et reuerſus eſt Ieruſalaim.
Anno autem octauodecimo quo regnauit,quo mundauit
terram,& domum,miſit Saphan filium Aſaliahu,& Mahaſia
hu principem ciuitatis,& Ioach filium Ioachaz à commenta
riis,ad roborandum domum domini dei ſui.Et venerunt ad
Chilchiiahu ſacerdotem magnum,& dederunt argentum il-
latum in domum dei,quod congregauerant Leuitæ custo-
des liminis de manu Menaſſeh,& Ephraim,& de vniuerſo re
ſiduo Iſrael,& ab omni Iehudah,& Biniamin,[c] & habitato-
ribus Ieruſalaim.Et tradiderunt manui facientium opus, qui
præfecti erant in domo domini,& tradiderunt illud factores
operis qui faciebant in domo domini,vt ſarcirent,& robora
C rent domum.Et dederunt artificibus,& cementariis,vt eme-
rent lapides exciſos,& ligna ad commiſſuras,& ad conti-
gnandum domos,quas deſtruxerant reges Iehudah. Et vi
ri faciebant fideliter in opere,& ſuper eos conſtituti erant Ia-
chath &

b in incẽdio deſolationis eorum,id eſt, incẽdẽdo & deſolãdo ea undiq;.

c & reuerſi ſunt in Ieruſalaim



chath & Hobadiahu Leuitæ de filiis Merari,& Zechariah,&
Meſſullam de filiis Chehathim ad vrgendum:& Leuitæ ipſi
omnes peritiam habentes inſtrumentorum muſices.Et ſuper
baiulos,& ſollicitatores,omnem facientem opus in quolibet
opere erant de Leuitis ſcribæ,& præfecti,& Ianitores. Et cũ
educerent argentum,quod illatum fuerat in domum domini,
reperit Chilchiiahu ſacerdos librum legis domini per ma-
num Moſeh.Et reſpondit Chilchiiahu,& dixit ad Saphan ſcri
bam:Librum legis reperi in domo domini.Et tradidit Chil-
chiiahu librum ipſi Saphan.Et adduxit Saphan librum ad le-
D gem,& retulit adhuc regi verbum,dicendo:[a] Om̃e quod da-
tum eſt in manu ſeruorum tuorum,faciunt. Et conflauerunt
argentum quod inuentum eſt in domo domini,& tradiderũt
illud manui præpoſitorum,& manui facientium opus.Et nũ
ciauit Saphan ſcriba regi,dicendo:Librum dedit mihi Chil-
chiiahu ſacerdos:Et legit in eo Saphã coram rege.Et fuit quũ
audiſſet rex verba legis,ſcidit veſtimenta ſua. Et præcepit rex
Chilchiiahu,& Achicham filio Saphan,& Habdon filio Mi-
chah,& Saphan ſcribæ,& Haſaiah ſeruo regis,dicendo: Ite,
quærite dominum pro me,& pro reſiduo in Iſrael,& in Iehu
dah ſuper verbis libri qui repertus eſt,quia magnus furor do
mini,qui ſtillauit in nos,eo quòd non cuſtodierunt patres no
ſtri verbum domini,vt facerent iuxta omne quod ſcriptum
E eſt in libro hoc.Et abiit Chilchiiahu,& qui erãt regis ad Chul
dah prophetem vxorem Sallum filij Tochhath,filij Chaſrah,
cuſtodis veſtium,& ipſa habitabat in Ieruſalaim [b] in ſecunda,
& locuti ſunt ad eam iuxta hoc.Et dixit eis:Sic dixit dominus
deus Iſrael:Dicite viro qui miſit vos ad me:Sic dixit domin⁹:
Ecce ego adduco malum ſuper locum iſtum,& ſuper habita-
tores eius,omnia maledicta quæ ſcripta ſunt in libro,quem le
gerunt coram rege Iehudah.Pro eo quòd dereliquerunt me,
& ſuffiuerunt diis alienis,vt irritarent me in cunctis operibus
E manuum ſuarum,& ſtillabit furor meus in loco iſto,& non
extinguetur.Et ad regem Iehudah,qui mittit vos ad inquiren
dum dominum, ſic dicetis:Ita dixit dominus deus Iſrael ea
verba quæ audiſti.At quia emollitum eſt cor tuum,& humi-
liaſti te à facie dei,quum audires verba eius contra locum i-
ſtum,& contra habitatores eius,& humiliaſti te coram me,&
ſcidiſti veſtimenta tua,& fleuiſti coram me:& etiam ego audi
ui,dixit dominus.Ecce ego colligam te ad patres tuos,& con
gregabis te ad ſepulchrum tuum in pace,& non videbunt o-
culi tui omne malũ quod ego adduco contra locum iſtum,&
contra habitatores eius.Et retulerunt regi verbum.Et miſit
rex,& congregauit omnes ſeniores Iehudah,& Ieruſalaim. Et
aſcendit rex in domum domini,& omnis vir Iehudah,& ha-
G bitatores Ieruſalaim,& ſacerdotes,& Leuitæ,& omnis popu
4.Reg.23.a. lus,à magno vſq; ad paruum. Et legit in auribus eorum o-
mnia verba libri fœderis,qui repertus eſt in domo domini.
Et ſtetit rex in loco ſuo,percuſſitq; fœdus coram domino, vt
ambularet poſt dominum,& cuſtodiret præcepta eius,& te-
ſtimonia eius, & ſtatuta eius toto corde ſuo,& tota anima
mea,faceretq; verba fœderis,quæ ſcripta ſunt in libro hoc.Et
ſtare fecit omnem qui repertus eſt in Ieruſalaim,& Biniamin,
& fecerunt habitatores Ieruſalaim iuxta pactum dei,dei pa-
trum ſuorum.Et remouit Ioſiiahu omnes abominationes de
vniuerſis terris,quę erant filiorum Iſrael,& ſeruire fecit omnẽ
qui repertus eſt in Iſrael, vt ſeruirent domino deo ſuo,cunctis
diebus ſuis non receſſerunt à tergo domini dei patrũ ſuorũ.

a Quicquid operis impoſitũ eſt ſeruis tuis,ipſi perficiunt.

b iam ſecundo

¶ Ioſiiahu celebrat Peſach,congreſſus regi Aegyptio moritur,a populo plangitur. CAP. XXXV.

A FEcit autem Ioſiiahu in Ieruſalaim Peſach domino,& im
molauerunt Peſach quartadecima menſis primi.Et con
4.Reg.23.c. 3.Eſdr.1.a. ſtituit ſacerdotes in cuſtodiis ſuis & confortauit eos in mini-
ſterio domus domini.Dixitq; Leuitis intelligere facientibus
vniuerſum Iſrael,qui ſancti erant domino:Ponite arcam ſan-
ctuarij in domo,quam ædificauit Selomoh filius Dauid rex Iſ
rael.Non erit vobis onus in humero. Nunc ſeruite domino
deo veſtro,& populo eius Iſrael.Et præparate vos per do-
mum familiarum veſtrarum in diuiſionibus veſtris,ſecũdum
quòd ſcripſit Dauid rex Iſrael,& ſecundum ſcripturam Selo-
moh filij eius.Et ſtate in ſanctuario ſecundum diuiſionem do
mus patrum fratrum veſtrorum filiorum populi,& diuiſio-
nem domus patris Leuitarum.Et immolate Peſach,& ſancti
ficate vos,& præparate fratres veſtros,vt faciant iuxta ver-
bum domini,per manum Moſeh.Et largitus eſt Ioſiiahu fili-
B is populi gregem agnorum,& filios caprarũ, omnia pro Pe
ſachim,omni,qui repertus eſt,ſecundum numerum triginta
milia,& boum tria milia. Hæc de ſubſtantia regis.Et princi-
pes eius ſponte populo,ſacerdotibus,& Leuitis largiti ſunt.
Chilchiiahu,& Zechariahu,& Iechiel duces domus dei,ſacer
dotibus dederunt pro Peſachim duo milia,& ſexcenta,& bo-
ues trecentos.Chonaniahu autem,& Semahaiahu & Netha-
nel fratres eius,& Chaſabiahu,& Iehiel,& Iozabad principes
Leuitarum,largiti ſunt Leuitis pro Peſachim quinque milia
pecudes,& boues quingentos.Et præparatum eſt miniſteri-
um,& ſteterunt ſacerdotes in loco ſuo,& Leuitæ in diuiſioni
bus ſuis,iuxta præceptum regis.Et immolauerunt Peſach,&
[a] aſperſi ſunt ſacerdotes ſanguine eorum,& Leuitæ decorti-
cabant ea.Suſtuleruntq; holocauſta,vt darent ea ſecundum
diuiſiones domus familiarum filiis populi,vt offerrent domi-
no ſicut ſcriptum eſt in libro Moſeh.Et ſic de bobus.Et coxe-
runt Peſach igne iuxta normam,& ſancta coxerunt in ollis,&
ahenis,& lebetibus,& currere fecerunt ad vniuerſos filios po
C puli.Et poſtea parauerunt ſibi,& ſacerdotibus.Nam ſacerdo
tes filij Aharon in offerendo holocauſtum,& adipes,fuerunt
vſq; ad noctem,& Leuitæ parauerunt eis,& ſacerdotibus fi-
liis Aharon.Et cantores filij Aſaph erant in gradu ſuo,iuxta
præceptum Dauid,& Aſaph,& Heman,& Ieduthun vatis re
gis,& Ianitores in ſingulis portis.Non erat eis recedendum à
miniſterio ſuo,quia fratres eorum Leuitæ parauerunt eis. Et
paratum eſt omne miniſterium domini in die illa,vt facerent
Peſach,& offerrent holocauſta ſuper altare domini iuxta præ
ceptum regis Ioſiiahu. Feceruntq; filij Iſrael,qui reperti ſunt,
Peſach in tempore illo,& ſolennitatem infermentatorum ſe-
ptem diebus.Et non eſt factum Peſach ſimile in Iſrael à diebus
Semuel vatis.Et omnes reges Iſrael non fecerunt ſicut Peſach,
quod fecit Ioſiiahu,& ſacerdotes & Leuitæ, & omnis Iehu-
dah,& Iſrael, qui repertus fuerat,& habitatores Ieruſalaim.
Octauo decimo anno regni Ioſiiahu factum eſt Peſach hoc.
Poſt totum hoc,[b] quod præparauit Ioſiiahu domum,aſcen-
dit Necho rex Aegypti,vt pugnaret in Charchemis,iuxta Pe
rath,& egreſſus eſt in occurſum eius Ioſiiahu.Et miſit ad eos
nuncios,dicendo:Quid mihi,& tibi rex Iehudah? Non con-
D tra te hodie,ſed contra aliam domum eſt bellum meum,& de
us dixit,vt feſtinarem.Deſine à deo qui mecum eſt,vt nõ per-
dat te.Et non auertit Ioſiiahu faciem ſuam ab eo,ſed vt pugna
ret cum eo,[c] mutauit ſe.Et non audiuit verbis Necho ex ore
dei.Et venit,vt pugnaret in campo Meghiddo.Et iaculis affe 4.Reg.23.f.
cerunt ſagittarij regẽ Ioſiiahu.Dixitq; rex ſeruis ſuis: Tranſire
facite me,quia vulneratus ſum admodum.Et tranſire fecerũt Zach.12.d.
eum ſerui eius de curru,& equitare fecerunt eum ſuper cur-
rum ſecundum qui erat ei,& pergere fecerunt eum in Ieruſa-
laim,& mortuus eſt,& ſepultus eſt in ſepuchris patrum ſuo-
rum,& omnis Iehudah & Ieruſalaim lugebant ſuper Ioſiia-
hu. Et lamentatus eſt Irmeiahu ſuper Ioſiiahu.Et memine-
runt omnes cantores & cantatrices in lamentationibus ſuis
ſuper Ioſiiahu vſque hodie,& dederunt ea in ſtatutum ſuper
Iſrael.Et ecce ipſa ſcripta ſunt in lamentationibus.Reſidua au
tem Ioſiiahu,& pietates eius,ſicut ſcriptum eſt in lege domini,
& res eius primæ & nouiſſimæ,ecce ſcripta ſunt in libro regũ
Iſrael,& Iehudah.

a ſpargebãt ſacerdotes manu ſua,& Leuitę excoriabant.

b cum ordinaſſet tẽplum Ioſiiahu.

c ſecũ cõſtituit.

¶ Ieruſalaim deſtruitur,populus ducitur in Babel,quem poſt ſeptuaginta annos remittit Chores.

CAP. XXXVI.

A ET tulerunt populus terræ Iehoachaz filium Ioſiiahu,& regem conſtituerunt eum pro patre ſuo in Ieruſalaim. Trium & viginti annorum erat Iehoachaz,quum regnauit,& tribus menſibus regnauit in Ieruſalaim.Et amouit eum rex Aegypti in Ieruſalaim,& condemnauit terram centum talentis argenti,& talento auri.Et regem conſtituit rex Aegypti Eliachim fratrem eius ſuper Iehudah,& Ieruſalaim.Et vertit nomē eius Iehoiachim, & Iehoachaz fratrē eius tulit Necho, & adduxit eū in Aegyptū.Viginti & qnque annorū erat Iehoachim quū regnauit,& vndecim annis regnauit in Ieruſalaim, & fecit malū in oculis dñi dei ſui.Cōtra eū aſcendit Nebuchad

B neſar rex Babel,& vinxit eum cōpedibus, vt pgere faceret in Babel.Et ex vaſis domus domini adduxit Nebuchadneſar in Babel,& poſuit ea in templo ſuo in Babel.Reſidua autem Iehoiachim,& abominationes eius quas fecit,& quod inuentū eſt in eo,ecce ſcripta ſunt in libro regum Iſrael, & Iehudah, & regnauit Iehoiachim filius eius pro eo.Octo & decem annorum erat Iehoiachim quum regnauit,& tribus menſibus & decem diebus regnauit in Ieruſalaim.Et fecit malum in oculis domini.Et in reuerſione anni miſit rex Nebechadneſar,& adducere fecit eum in Babel cum vaſis cōcupiſcibilibus domus domini,& regem conſtituit Sidchiiahu fratrem eius ſuper Ie-

C hudah, & Ieruſalaim. Viginti & vnius anni erat Sidchiiahu quum regnauit,& vndecim annis regnauit in Ieruſalaim. Et fecit malum in oculis domini dei ſui,nec humiliauit ſe à facie Irmeiahu prophetæ ex ore domini.Et etiam contra regem Nebuchadneſar defecit,qui iurare fecerat eum per deum & indurauit ceruicem ſuam,& roborauit cor ſuum,ne reuerteretur ad dominum deum Iſrael.Et etiam vniuerſi principes ſacerdotum,& populus multiplicauerunt præuaricari præuaricationem iuxta omnes abominationes gentium,& polluerunt domum domini,quam ſanctificauerat in Ieruſalaim. Et miſit dominus deus patrum eorum ad eos per manū nunciorum ſuorum mane ſurgendo,& mittendo,quia [a] pepercit populo ſuo,& habitaculo ſuo.Et ſubſannabāt nūcios dei,& paruipendebant verba eius,& [b] errabant in prophetis eius, donec aſcenderet furor domini in populum eius,donec nō eſſet curatio.Et aſcendere fecit contra eos regem Caſdim,& occidit iuuenes eorum gladio in domo ſanctuarij eorum,& non pepercit iuueni,& virgini,ſeni,& decrepito. Omnes tradidit

D in manum eius.Et vniuerſa vaſa domus dei,magna,& parua,& theſauros domus domini,& theſauros regis,& principum eius,omnia adduxit in Babel.Et incenderunt domum dei,deſtruxeruntq́ murum Ieruſalaim,& omnia palatia eius combuſſerunt igne,delendo omnia vaſa concupiſcibilia eius. Et transmigrare fecit quicquid à gladio reliquum fuerat,in Babel.Et fuerunt ei,& filiis eius in ſeruos,donec regnauit regnū Paras.Ad explendum verbum domini in ore Irmeiahu, donec perficeret terra ſabbata ſua,omnibus diebus quibus deſolata fuit,quieuit,vt complerentur ſeptuaginta anni. Anno autem primo Chores regis Paras,ad explēdum verbum domini per os Irmeiahu,ſuſcitauit dominus ſpiritum Chores regis Paras,& tranſire fecit vocem per vniuerſum regnum ſuum,& etiam per ſcripturam,dicendo:Sic dixit Chores rex Paras:Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus coeli,& ipſe præcepit mihi,vt ædificarem ei domū in Ieruſalaim, quę eſt in Iehudah, Quis in vobis de omni populo eius, Dominus deus ſuus ſit cum eo & aſcendat.

4.Reg.23.f. Math.1.b. 4.Reg.24.d. Iere.57.a. Iere.38.a. Iere.25.c. & 29.c. 3.Eſdr.1.g.

a parcebat
b illudebant

F I N I S.

# Liber primus Hezræ,qui apud nos dicitur,Eſdras: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

Chores captum populum remittit,& redditis uaſis ſacris, templum extrui iubet.

CAPVT I.

A ET ANNO PRIMO Chores regis Paras, vt perficeret verbū domini ex ore Irmeiah,ſuſcitauit dominus ſpiritum Chores regis Paras,et trāſire fecit vocem per omne regnum ſuum, & etiam per ſcripturam,dicendo:Sic dixit Chores rex Paras:Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli.Et ipſe præcepit mihi,vt æ-

B dificem ei domum in Ieruſalaim,quæ eſt in Iehudah. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius?Sit deus eius cum eo. Et aſcendat in Ieruſalaim,quæ eſt in Iehudah & ædificet domum domini dei Iſrael.Ipſe eſt deus,qui eſt in Ieruſalaim. Et omnē Iehudæum,qui remanſit ex omnibus locis,in quibus peregrinatur,ſubleuabunt viri loci ſui argento,& auro,& ſubſtantia, & iumentis,cum oblatione ſpontanea domui dei,quæ eſt in

C Ieruſalaim.Et ſurrexerunt principes patrum Iehudah,& Biniamin,& ſacerdotes,& Leuitæ,omnis cuius ſuſcitauit deus ſpiritū,vt aſcēderet ad ædificandū domū dñi, quæ eſt in Ieruſalaim.Et oēs qui erant in circuitu eorū roborauerunt manus eorū vaſis argēteis,& aureis,ſubſtātia,& iumētis,& precioſis,prę ter omne ſponte oblatū.Rex autem Chores protulit vaſa domus domini,quæ eduxerat Nebuchadneſar de Ieruſalaim ,&

D poſuerat in domo dei ſui.Et eduxit ea Chores rex Paras per manum Mithredath theſaurarij,& numerauit ea ipſi Sesbaſar principi Iehudah,Et iſti numeri eorum,phialæ aureæ triginta,phialæ argenteæ mille.Cultri nouem,& viginti. [a] Cochlearia aurea triginta.Cochlearia argentea ſecundi ordinis quadringenta & decem,vaſa alia mille.Omnia vaſa aurea,& argētea,quinq́ milia,& quadringenta.Omnia aſcendere fecit Sesbaſar,cū aſcēdere faceret captiuitatē è Babel in Ieruſalaim.

Iere.23.e. &.29.c. 2.Para.36.d. 3.Eſdr.2.a.

a Cratere

Numerus e captiuitate redeuntium. CAP. II.

A ET iſti ſunt filij prouinciæ aſcendentes de captiuitate trāſmigrationis,quam tranſmigrare fecit Nebuchadneſar rex Babel in Babel,Et reuerſi ſunt in Ieruſalaim,& in Iehudah, vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.Qui venerunt cum Zerubabel,Ieſuah,Nechemiah, Seraiah, Reheleiah, Mordochai, Bilſan,Miſpar, Biguai,Rechum, Bahanah. Numerus virorum populi Iſrael.Filij Parhos duo milia,CLXX.& duo .Filij Sephathiah CCCLXX.et duo.Filij Arach ſeptingenti quinq́, & LXX.Filij [b] Pachthmoab,filiorum Ieſuah,Ioab duo milia octingenti & XII.Filij Helam,mille ducenti, quinquaginta,& quatuor.Filij Zattu nongenti & quadraginta & quinque.Filij Zacchai ſeptingenti & ſexaginta. Filij Bani ſexcenti quadraginta & duo.Filij Bebai ſexcenti viginti, & tres. Filij Haſghad mille ducenti viginti & duo.Filij Adonicham ſexcēti ſexaginta & ſex.Filij Biguai duo milia quinquaginta & ſex. Filij Hadin quadringenti quinquaginta & quatuor. Filij Ather ipſi Chizchiiah nongenti & octo.Filij Beſai trecenti viginti & tres.Filij Iorah centum et duodecim.Filij Chaſum ducenti viginti & tres.Filij Ghibbar nongenti & quinque.Filij

B Bethlechem centum viginti & tres.Viri Nethophah quinquaginta & ſex.Viri Hanathoth centum viginti & octo. Filij Haſmaueth quadraginta & duo.Filij Chiriathharim Chephirah,& Beeroth ſeptingenti quadraginta & tres. Filij Ramah & Ghabah ſexcenti viginti & vnus.Viri Michmas centum & viginti & duo,Filij Bethel,& Hai ducenti viginti & tres. Filij Nebo,quin-

3.Eſdr.7.b. 3.Eſdr.3.a.

b ducis Moab,de filiis Ieſuah & Ioab



Nebo,quinquaginta & duo.Filij Magh bis centum quinquaginta & ſex.Filij Helam alterius,mille ducenti quinquaginta & quatuor.Filij Charim trecenti & viginti.Filij Lod Chadid & Ono ſeptingenti viginti & quinque .Filij Ierecho trecenti quadraginta & quinque.Filij Senaah,tria milia & ſexcenti & triginta.Sacerdotes filij Iedahiah domui domui Ieſuah, nongenti ſeptuaginta,& tres. Filij Immer, mille quinquaginta & duo.Filij Paſchur mille ducenti quadraginta & ſeptem. Filij Charim mille & ſeptem decem,Leuitæ filij Ieſuah, & Chad-

C miel de filiis Hodauiah ſeptuaginta & quatuor. Cantores,filij Aſaph centum viginti & octo.Filij ianitorum,filij Sallum, filij Ather,filij Talmon,filij Hacub,filij Chathitah,filij Sobai, omnes centum triginta & nouem.Nethinim filij Sichah, filij Chaſupha,filij Tabaoth.Filij Cheros,filij Sihaha, filij Padon. Filij Lebanah,filij Chaghabah,filij Hacub,filij Chaghab, filij Samlai,filij Chanan.Filij Ghiddel,filij Ghachar,filij Reaiah.Filij Reſin,filij Nechoda,filij Ghazan.Filij Huzza,filij Paſeach,filij Beſai.Filij Aſna,filij Mehunim,filij Nephuſim. Filij Bachbuch,filij Chachupha,filij Charchur.Filij Basluth,filij Mechida,filij Charſa.Filij Barchos,filij Siſera,filij Tamach.Filij Neſiach,filij Chathipha.Filij ſeruorum Selomoh,filij Sothai, filij Sophereth,filij Peruda.Filij Iahalah,filij Darcon,filij Ghiddel. Filij Sephathiah,filij Chattil,filij Pochereth Haſiibam,filij Ami.Omnes Nethinim,& filij ſeruorum Selomoh trecenti nonaginta,& duo.Et iſti aſcendentes de Telmalach. Telcharſa, Cherub,Addan,Immer.Et non potuerunt indicare domum patrum ſuorum,& ſemen ſuum,an ex Iſrael eſſent. Filij Delaiah,filij Thobiiah,filij Nechoda ſexcenti,qnquaginta,& duo.

D Et de filiis ſacerdotum filij Chabaiah,filij Cos,filij Barzillai,q accepit de filiabus Barzillai Ghilhaditis vxorem,& vocatus eſt nomine earum.Hi quæſierunt ſcripturam ſuam, genealogias,& non ſunt inuentæ,& elongati ſunt à ſacerdotio. Et dixit [a] Tirſatha ad eos,vt non comederent de ſanctitate ſanctitatum,donec ſtaret ſacerdos in Vrim,& Tummim. Omnis congregatio tanquam vnus,quater decem milia,& duo milia trecenti ſexaginta.Præter ſeruos eorum,& ancillas eorum ſeptem milia trecenti triginta & ſeptem.Et eis erant cantores, & cantatrices ducēti.Equi eorū ſeptingēti triginta & ſex,muli eorum, ducenti quadraginta & quinque . Cameli eorum quadringenti triginta & quinque.Aſini ſex milia ſeptingenti & viginti.Et quidam de principibus patrum,quum ingrederentur domum domini,quæ eſt in Ieruſalaim ſponte ſe obtulerunt ob domum dei,vt ſtare facerent eam in loco ſuo.Secūdum vires ſuas dederunt in theſaurum operis,auri drachmas ſexies decem milia,& mille,& argenti minas quinque milia, & tunicas ſacerdotales centum. Et habitauerunt ſacerdotes, & Leuitæ,& de populo,& cantores,& ianitores,& Nethinim in vrbibus ſuis,& omnis Iſrael in vrbibus ſuis.

a id eſt pincerna.hic eſt Nechemiah.

Reuerſus populus,domino ſacrificat,& templum inſtaurat.

CAP. III.

A ET attigit menſis ſeptimus,& filij Iſrael erant in vrbibus. Et congregati ſunt populus tanquam vir vnus in Ieruſalaim. Et ſurrexit Ieſuah filius Ioſadach,& fratres eius ſacerdotes,& Zerubabel filius Sealthiel,& fratres eius,& ædificauerunt altare dei Iſrael,vt offerrent ſuper illud holocauſta, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſeh viri dei.Et firmauerunt altare in loco ſuo,eo quòd timerent ſibiipſi à populis terrarum.Et obtulerunt ſuper illud holocauſta domino,holocauſta mane, & veſpere.Et fecerunt ſolennitatem tabernaculorum ſicut ſcriptum eſt,& holocauſta per ſingulos dies in numero ſecundū cōſuetudinem,per ſingulos dies.Et poſtea holocauſtum iuge,

B & in Calendis,& omnibus ſolennitatibus domini ſanctificatis & omni ſpontanee offerenti ſpontaneum domino. A die primo menſis ſeptimi cœperunt offerre holocauſta domino.Tēplum autem domini non erat fundatum. Et dederunt argentum latomis & opificibus,& cibum,& potum,& oleum Sidoniis,& [b] Soriis,vt adducerent ligna cedrina de Lebanon ad mare Iappo,iuxta [a] voluntatē Chores regis Paras eis. Anno autem ſecundo aduentus eorum ad domum dei in Ieruſa-

C laim,menſe ſecundo,cœperunt & Zerubabel filius Sealthiel, & Ieſuah filius Ioſadach,& reliqui fratres eorum ſacerdotes,& Leuitæ,omnes qui venerunt de captiuitate in Ieruſalaim,et ſtatuerunt Leuitas à filio viginti annorum,& ſupra, vt [b] præeſſent operi domus domini.Stetitq́ Ieſuah,filij eius & frates eius,Chadmiel,& filij eius,filij Iehudah tanquam vnus,vt præeſſent facienti opus in domo dei, filij Chenadad, filij eorū, & fratres eorum Leuitæ.Et fundauerunt ædificantes templum domini,& ſtare fecerunt ſacerdotes indutos cum tubis,& Leuitas filios Aſaph cum cymbalis,vt laudarent dominum per

D manus Dauid regis Iſrael.Et concinebant,dum laudarent dominum,et confiterentur domino,quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius ſuper Iſrael.Et omnis populus vociferati ſunt vociferatione magna,dum laudarēt dominū, eo q́ fundata eſſet domus domini.Et multi ex ſacerdotibus,et Leuitis,& principibus patrum,ſeniores,qui viderunt domū primam,dum fundarent hanc domum in oculis eorum, flebant voce magna,& multi in vociferatione in lætitia,& eleuādo vocem.Et non agnoſcebat populus vocem clamoris lætitiæ à voce fletus populi,quia populus vociferabat vociferatione magna,& vox audiebatur vſque ad longinquum.

3.Eſd.5.c.

b Tyriis

a permiſſione eis factā a Chores.

b ſolicitarēt opus

Impeditur templi ædificatio. CAP. IIII.

A AVdierunt autem hoſtes Iehudah,& Biniamim,quòd filij transmigrationis ædificarent tēplum domino deo Iſrael.Et acceſſerunt ad Zerubabel,& ad [c] capita patrum, & dixerunt eis:Aedificabimus vobiſcum,quia ſicut vos quærimus deum veſtrum,& ei immolamus à dieb⁹ Eſarchadon regis Aſſur,qui aſcendere fecit nos huc. Et dixit eis Zerubabel, & Ieſuah,& reliqui principes patrum Iſrael:Nō veſtra,ſed noſtra intereſt ædificare domum deo noſtro.Sed nos pariter ædificabimus domino deo Iſrael,quemadmodum pręcepit nobis rex Chores,rex Paras.Et fuit,popul⁹ terræ diſſoluebat manus populi Iehudah,& perturbabat eos,ne ædificarent.Et cōduxerunt contra eos conſiliarios(vt diſſiparent conſilium eo-

B rum )omnibus diebus Chores regis Paras,& vſque ad regnū Dariaues regis Paras.Et in regno Achaſueros in principio regni eius ſcripſerunt accuſationem cōtra habitatores Iehudah, & Ieruſalaim.Et in diebus Arthachſaſta ſcripſit verbis pacificis Mithredath,Thabel, & reliqui ſocij eius ad Arthachſaſta regem Paras:& ſcriptura epiſtolæ ſcripta erat Syriacè,& interpretata erat Syriacè.Rechum à commentariis, & Simſai ſcriba ſcripſerunt epiſtolam vnam ſuper Ieruſalaim ad Arthachſaſta regem [d] huiuſcemodi Edain Rechum à commentariis,&

C Simſai ſcriba,& reliqui ſocij eorum,Dinaie,& Apharſathchaie,Tharpelaie,Apharſaie,Archanaie, [e] Bablaie,Suſanchaie,Dehaue,Helmaie,& reliquæ gentes quas tranſtulit Aſnaphar magnus,& glorioſus:& habitare fecit eas in vrbibus Samarię,& reliquæ gentes quæ ſunt trans flumen, [f] & Cheheneth. Hoc exemplar epiſtolæ quam miſerunt ad ipſum Arthachſaſta regē ſerui tui,qcunq́ ſunt trans flumē, [g] & Cheheneth.Notum ſit regi,quòd Iehudæi qui aſcenderunt à te ad nos venerunt in Ieruſalaim,ciuitatem,rebellem,& malam,ædificātes,& muros fundauerunt, & parietes compoſuerunt.Nūc notum ſit regi,quòd ſi ciuitas illa ædificata fuerit,& muri fundati fuerint,tributum,vectigal,& redditum annuum non dabunt,& tributum regum lædetur.Nunc pro omni viciſſitudine ſalis palatij quem comedimus, [h] contēptum regis non eſt pulchrū nobis videre. Propterea miſimus, & notificauimus regi,vt quærat in libro hiſtoriarum patrum tuorū,& inuenies in libro hiſtoriarū & ſcies q́ vrbs illa vrbs eſt rebellis & nocēs regibus,et defectionē facientes fuerunt in medio eius à diebus ſeculi.Propterea ciuitas hæc deſtructa eſt. Notificamus regi,

D quia ſi ciuitas hæc ædificata fuerit,& muri ipſius fundati fuerint,pro vice illa,portio quæ tibi debetur ab iis qui ſunt trās flumen, non erit tibi.Verbum miſit rex ad Rechum à com-

3.Eſdr.5.g.

c principes pręcipuos patres

3.Eſdr.2.d.

d ut conſtat Nunc idem Rechum.

e Babylonij Suſij &c.

f et cętera.

g et reliqua.

h dedecus

mentariis,& Simſai ſcribam,& reliquos ſocios eius,qui habi-
a Samaria uide inf.c.7. tãt in [a] Sameraiin,et alios ꝗ erãt trãs flumẽ Selã [b] & Cheheth,
Epiſtola quam miſiſtis ad nos,manifeſtè lecta eſt coram me.Et
à me poſitum eſt,decretum,& quæſierunt,& inuenerunt, ꝙ
ciuitas illa à diebus ſeculi eleuatur aduerſum reges,& rebellat,
& rebellio fiebat in ea.Et reges fortes fuerunt in Ieruſalaim,&
dominati ſunt omnibus qui erant trans flumen,& tributum,
vectigal,& reddit⁹ annualis dabatur eis.Nunc ponite edictũ,
vt ceſſent viri illi,& vrbs illa non ædificetur,donec à me præ-
ceptum poſitum fuerit.Et moniti eſtis vt faciatis iuxta hoc.
Cur creſcet corruptio ad nocendum regibus?Illico,cum exẽ-
plar epiſtolæ Arthachſaſtę regis lectum eſſet coram Rechum,
& Simſai ſcriba,& ſociis eorum,abierunt feſtinanter in Ieruſa
laim ad Iehudæos,& ceſſare fecerunt eos brachio,& robore.
Tunc ceſſauit opus domus dei quæ erat in Ieruſalaim,& ceſſa
uit vſque ad annum ſecundum Dariaues regis Paras.

¶ Adhortatione Chaggai & Zechariah reædificatur templum.

CAP. V.

A ET prophetauit Chaggai propheta,& Zechariah filius
3.Eſdr.6.a. Hiddo prophetæ,qui erant in Iehudæa & in Ieruſalaim
in nomine dei Iſrael ſuper eos.Tunc ſurrexerunt Zerubabel
filius Sealthiel,& Ieſuah filius Ioſadach,& cœperunt ædificare
domum dei,quæ eſt in Ieruſalaim,& cum eis erant prophetæ
dei auxiliantes eis.In illo tempore venit ad eos Tattenai dux
eorum,qui erant trans flumen,& Setharbozenai,& ſocij eo-
rum,& ſic dixerunt eis:Quis poſuit vobis præceptum,vt do
c Tũc manifeſte dixim⁹ eis quę eſſent nomina ędificantium. mum hanc ædificaretis,& fundaretis? [c] Tunc adhuc diximus
eis:Quæ ſunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant?
& oculus dei eorum fuit ſuper ſenes Iehudæorum,& non ceſ-
B ſare fecerunt eos,donec res ad Dariaues pergeret,& tunc re-
ſponderent per epiſtolam ſuper his.Exemplar epiſtolæ,quam
miſit Tattenai dux eorum qui erant trans flumen,& Sethar-
bozenai,& ſocij eius,Apharſechaie qui erant trans flumen ad
Dariaues regem.Verbum miſerunt ad eum,& iuxta hoc ſcri-
ptum erat in medio eius,Dariaues regi pax omnis.Notum ſit
regi,quòd iuimus in Iehudæam prouinciam ad domum dei
d magno magni,& ipſa ædificatur lapide [d] impolito,& ligna ponun-
tur in parietibus,& opus ipſum feſtinanter fit,& proſperatur
e & palam manifeſte q̃ũ rẽ intellectã. in manibus eorum.Tunc interrogauimus ſeniores illos,[e] huiuſ
cemodi diximus eis:Quis poſuit vobis præcepum,vt domũ
C hanc ædificaretis,& parietes hos fundaretis?Et etiam de no-
minibus eorũ interrogauimus eos,vt notificaremus tibi,vt
f palam ſcriberemus nomina virorũ qui ſunt duces eorum.Et [f] eiuſ-
cemodi verbum reſponderunt nobis,dicẽdo:Nos ſumus ſer
ui dei cœli & terræ,& reædificamus domum,quæ fuit ædifi-
cata ante hos annos multos.Et rex Iſrael magnus ædificauit e-
am,& fundauit eam.Veruntamen ex quo prouocauerunt pa
tres noſtri deũ cœli,tradidit eos in manu Nebuchadneſar regis
Babel,& domũ hanc deſtruxit,& populum eius tranſmigra-
re fecit in Babel.Veruntñ anno primo Chores regis Babel,
Chores rex poſuit edictũ,vt domus dei hæc ædificaretur.Et
etiam vaſa domus dei aurea,& argẽtea,quæ Nebuchadneſar
è tẽplo quod eſt in Ieruſalaim attulerat in templũ Babel,edu-
xit Chores rex è templo Babel,& data ſunt ipſi Sesbaſar,quẽ
ducem conſtituerat.Dixitq; ei:Hæc vaſa tolle,vade,deferre fac
ea in templũ,quod eſt in Ieruſalaim,& domus dei ædificetur
in loco ſuo.Tunc Sesbaſar ille venit,poſuit fundamenta do-
mus dei,quæ eſt in Ieruſalaim,& ex eo tẽpore vſq; ad hoc tem
pus ædificatur,& non eſt perfecta.Et nunc ſi regi bonum eſt,
quæratur in domo theſaurorũ regis quæ eſt in Babel,an ſit à
Chores rege poſitũ edictũ,vt ædificarẽt domũ dei hanc,quæ
eſt in Ieruſalaim,& voluntatem regis ſuper hoc mittat ad nos.

¶ Iuſſu Dariaues reædificato templo,eoq; dedicato filij Iſrael celebrant infermentata.

CAP. VI.

A TVnc Dariaues rex poſuit præceptum,& quæſierunt in
3.Eſdr.6.c. domo librorum theſaurorũ,qui poſiti erant ibi in Ba-
bel.Et inuentum eſt in lagena quę erat in palatio,quod erat in
Madai prouincia volumen vnum,& ſic ſcriptum erat intrin-
ſecus memoriale:Anno primo Chores regis,Chores rex po-
ſuit edictum,vt domus dei quæ eſt in Ieruſalaim domus ædi-
ficaretur,quæ eſt locus in quo immolant victimas,[a] parietes a fũdamenta
eius colligarentur.Altitudo eius cubitorum ſexaginta.Latitu
do eius cubitorum ſexaginta.Parietes,ex lapidibus [b] marmo-
reis tres,& paries interior è lignis nouis,& ſumptus de domo b magnis
regis dabitur.Et etiam vaſa domus dei aurea,& argẽtea,quæ
Nebuchadneſar eduxerat è templo quod erat in Ieruſalaim,
& detulerat in Babel,reddant & vadant ad templũ,quod eſt
in Ieruſalaim ad locum ſuum,& deſcendant in domum dei.
Nunc Tattenai dux eorum qui ſunt trans flumen Setharbo-
zenai,& ſocij eorum.Apharſechaie qui eſtis trans flumen,lon
B ginqui eſtote inde.Dimittite vt fiat dom⁹ dei huius à duce Ie-
hudæorum,& ſenioribus Iehudæorum.Domus dei hæc ædi
ficabitur in loco ſuo.Et à me poſitum eſt edictum illi,quod fa
cietis cum ſenioribus Iehudæorum iſtorum,in ædificãdo do-
mum dei hanc,& de ſubſtantia regis quæ eſt tributum trans
flumen,feſtinanter redditus ſit datus viris illis,vt non ceſſent.
Et quod neceſſarium fuerit,& filij boum,& arietes,& agni in
holocauſtum ſacerdotum,qui ſunt in Ieruſalaim dabuntur e-
is per ſingulos dies,vt nõ ſit error.Vt offerãt ſuffimenta deo
cœli,& orent pro vita regis,& pro filiis eius.Et à me poſitum
eſt decretum,quod omnis homo qui mutauerit verbũ hoc,
diruatur lignum è domo eius,& erectum ſuſpendatur in eo,
C & domus eius ſterquilinium fiat propter hoc.Deus autẽ qui
habitare facit nomen ſuum ibi,diſſipet omnem regem,& po
pulum qui miſerit manum ſuam ad mutandum,& corrum-
pendum domum dei hanc,quæ eſt in Ieruſalaim.Ego Daria-
ues poſui decretum,feſtinanter fiat.Tunc Tattenai dux eorũ
qui erant trans flumen,Setharbozenai,& ſocij eorum,ſecun- 1.Eſdr.7.a.
dum quod miſit Dariaues rex,ſecundum hoc feſtinanter fece-
runt,Seniores autem Iehudæorum ædificabant,& propera-
bantur ſecundum prophetiam Chaggai prophetæ,& Zechã
riah filij Hiddo,& ędificauerunt,& fundauerunt ex præcepto
dei Iſrael,& ex præcepto Chores,& Dariaues,& Arthachſaſtę
regis Paras.Et perfecta eſt domus hæc vſque ad diem tertium
menſis Adar,qui eſt annus ſextus regni Dariaues regis.Et fece-
runt filij Iſrael ſacerdotes,& Leuitæ,& reliqui filij tranſmigra
tionis,dedicationem domus dei huius cum gaudio.Et obtu-
lerunt in dedicatione domus dei huius vitulos centum,arie-
tes ducentos,agnos quadringentos,& hircos caprarum pro
peccato,pro toto Iſrael duodecim,ſecundum numerum tri-
buum Iſrael.Et ſtatuerunt ſacerdotes in diuiſionibus ſuis,&
Leuitas in diſtinctionibus ſuis ſuper opera dei quæ erant in Ie
D ruſalaim.Et fecerunt filij tranſmigrationis Peſach quartadeci-
ma menſis primi.Purificati enim ſunt ſacerdotes,& Leuitæ tã
quam vnus,cuncti ipſi mundi.Et immolauerunt Peſach pro
omnibus filiis tranſmigrationis,& fratribus eorum ſacerdoti
bus,& ſibiipſis.Et comederunt filij Iſrael qui reuerſi erant de
tranſmigratione,& omnis qui ſe ſeparauerat à coinquinatio-
ne gentium terræ ad eos,vt quærerent dominum deum Iſra-
el.Et fecerunt ſolennitatem infermentatorum ſeptem diebus
cum lætitia,quia lætificauerat eos dominus,& conuerti fece-
rat cor regis Aſſur ad eos ad confortandum eos in opere do-
mus dei Iſrael.

¶ Hezra edicto regis Arthachſaſtę ſumptis comitibus aſcendit Ieruſalaim.

CAP. VII.

A ET poſt hæc in regno Arthachſaſtæ regis Paras,erat Hez 3.Eſdr.8.a.
ra filius Seraiah filij Hazariah,filij Chilchiiah.Filij Sal-
lum,filij Sadoc,filij Achithub.Filij Amaria,filij Hazariah,filij
Meraioth filij Zerachiah,filij Huzzi,filij Bucchi.Filij Abiſuah,
filij Pinechas,filij Elgazar,filij Aharõ ſacerdotis primi.Ipſe Hez
ra aſcendit è Babel,& erat ſcriba velox in lege Moſeh,quam
dedit dominus deus Iſrael:& dedit ei rex ſecundum manum
domini dei ſui ſuper eum omnem petitionem eius.Et aſcende
runt de filiis Iſrael & de ſacerdotibus,Leuitis,& cantoribus,
& ianitori-



& ianitoribus & Nethinim in Ieruſalaim anno ſeptimo Ar-
thachſaſtæ regis.Et venit in Ieruſalaim quinto menſe.Ipſe eſt
annus ſeptimus regis.Quia in prima menſis primi fuit initiũ
B aſcenſionis de Babel,& in prima menſis quinti venit in Ieruſa
laim ſecundum manum dei ſui bonam ſuper eum.Quia Hez
ra parauit cor ſuum,vt quæreret legem domini,& faceret,&
doceret Iſrael præceptum,& iudicium.Et hoc eſt exemplar e-
piſtolæ,quam dedit rex Arthachſaſta Hezræ ſacerdoti ſcribę,
ſcribæ verborum præceptorum domini,& ſtatutorum eius
ſuper Iſrael.Arthachſaſta rex regum Hezræ ſacerdoti,ſcribæ
a et reliqua. eſt enim clauſula uniuerſalis,abſẽtia ut pręſẽtia complectens. legis dei cœli conſummato,[a] & Cheheneth.A me poſitum eſt
decretum,quòd omnis qui ſpontaneus eſt in regno meo de
populo Iſrael,& ſacerdotibus,& Leuitis,vt eat in Ieruſalaim,
tecum vadat.Pro eo quod à facie regis,& ſeptem conſiliario
rum eius miſſus es ad viſitandum Iehudæam,& Ieruſalaim in
lege dei tui,quæ eſt in manu tua.Et ad ferendum argentum &
C aurum quod rex,& conſiliarij eius ſponte obtulerunt deo Iſ-
rael,cuius in Ieruſalaim eſt habitaculum.Et omne argentum,
& aurum,quod inueneris in vniuerſa prouincia Babel,cum
ſpontaneis populis,& ſacerdotibus,qui ſponte obtulerint
domui dei ſui quæ eſt in Ieruſalaim.Vt cito emas argẽto hoc,
vitulos,arietes,agnos,& ſacrificia eorum,& libamina eorum,
& offeras ea ſuper altare domus dei veſtri,quæ eſt in Ieruſala-
im.Et illud quod tibi,& fratribus tuis placuerit de reſiduo ar
gento & auro,vt facias,ſecundum voluntatem dei veſtri faci-
te.Et vaſa quę data ſunt tibi in miniſterium domus dei tui red
de coram deo in Ieruſalaim.Et reliqua quæ fuerunt neceſſa-
ria pro domo dei tui quæ opus fuerint tibi,vt dentur,dabis
è domo theſaurorum regis.Et à me Arthachſaſta poſitum eſt
decretum omnibus theſaurariis qui ſunt trans flumen,vt oĩa
D quæ petierit à vobis Hezra ſacerdos,ſcriba legis dei,cito fiat.
Vſque ad argenti talenta centum,& vſq; ad tritici coros cen-
tum,& vſq; ad vini batos centum,& vſq; ad batos olei cen-
tum,& ſal,vt nõ ſcribatur.Omne quod eſt ex decreto dei cœ-
li,fiat feſtinanter domui dei cœli,cuius vt quid futura eſt ira cõ
tra regnum regis,& filiorum eius?Et vobis notificam⁹,quòd
omnibus ſacerdotibus,& Leuitis,cãtoribus,ianitoribus,Ne-
thinæis,& miniſtris domus dei huius,tributum,vectigal,&
redditus,præfectus non imponet.Tu autem Hezra ſecundũ
ſapientiam dei tui,quæ eſt in manu tua,conſtitue iudices,&
cauſidicos,qui iudicent omnem populum qui eſt trans flu-
men,omnes ſcientes legem dei tui.Et eum qui non nouit,ſcire
facietis:& omnis qui non fecerit legem dei tui,& legẽ regis,ci
to iudicium fiat de eo,ſiue ad mortẽ,ſiue ad eradicationem e-
ius,ſiue ad condẽnationem ſubſtantiæ,& ad vinciendum.Be
nedictus domin⁹ deus patrum noſtrorum,qui dedit ſimile in
corde regis,vt glorificaret domum domini,quæ eſt in Ieruſa-
laim.Et ſuper me inclinauit miſericordiam coram rege,& cõ-
ſiliariis eius,& omnibus principibus regis potentibus.Et ego
confortatus ſum ſecundum manum dei mei ſuper me,& con
gregaui de Iſrael principes,vt aſcenderent mecum.

¶ Numerus eorum,qui cum Hezra aſcenderunt Ieruſalaim.

CAP. VIII.

A ET iſti principes patrum eorum,& genealogiæ eorum,ꝗ
3.Eſdr.8.c. aſcenderunt mecum in regno Arthachſaſtæ regis de Ba
bel.De filiis Pinechas Gherſoni,de filiis Ithamar Daniel,de
filiis Dauid Chatt⁹.De filiis Secheniah,de filiis Parhos,Zecha
riah,& cum eo genealogia eorum maſculorum centum,&
quinquaginta.De filiis Pachathmoab Eliehohenai filius Ze-
chariah,& cum eo ducenti maſculi.De filiis Secheniah filius Ia
chaziel,& cum eo trecenti maſculi.De filiis Hadin Hebed fili-
us Ionathan,& cum eo quinquaginta maſculi.Et de filiis He-
lam Ieſahiah filius Hathaliah,& cum eo ſeptuaginta maſculi.
B Et de filiis Sephathiah,Zebadiah filius Michael,& cum eo o-
ctoginta maſculi.De filiis Ioab Hobadiah filius Iechiel,& cum
eo ducenti & octo,& decem maſculi.Et de filiis Selomith fili-
us Ioſiphiah,& cũ eo centum & ſexaginta maſculi.Et de filiis
Bebai Zechariah filius Bebai,& cũ eo viginti & octo maſculi.
Et de filiis Hazghad Iochanã,fili⁹ Chatã,& cũ eo centũ & de-
cem maſculi.Et de filiis Adonicam nouiſſimis.Et hęc nomina
eorum Elipheleth,Iehiel,& Semahiah,& cum eis ſexaginta ma
ſculi.Et de filiis Bighuai,Huthai,& Zabud,& cũ eis ſeptuagin
ta maſculi.Et congregaui eos ad flumen,quod venit ad Aha
ua,& manſimus ibi diebus tribus.Et conſideraui populum,
& ſacerdotes,& de filiis Leui non inueni ibi.Et miſi ad Elihe-
zer,ad Ariel,ad Semahaiah,& ad Elnathan,& ad Iarib,& ad
C Elnatha,& ad Nathan,& ad Zechariah,& Meſullam princi-
pes,& ad Iorarib,& ad Elnathan peritos.Et pręcepi eis vt lo
querentur ad Iddo principem in Chaſiphiah loco.Et poſui in
ore eorum verba,vt loquerentur ad Iddo & fratres eius Ne-
thinim in Chaſiphiah loco,vt adducerent nobis miniſtros ꝓ
domo dei noſtri.Et adduxerunt nobis ſecundum manũ dei
noſtri bonam,ſuper nos virum intelligentem de filiis Machli,
filij Leui,filij Iſrael,& Serebiah,& filios eius,& fratres ei⁹,octo
& decem.Et Chaſabiah,& cũ eo Ieſabiah.De filiis Merari fra-
tres eius,& filij eorum viginti.Et de Nethinim quos poſuit
D Dauid,& principes ad miniſterium Leuitarum,Nethinim du
centos,& viginti.Omnes hi nominati ſunt ꝑ nomina.Et præ-
dicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Achaua,vt affligeremur co
ram deo noſtro,vt quæreremus ab eo viam rectam.Erubui
enim petere à rege exercituum,& equites,vt auxiliarentur no
bis ab inimico in via.Dixeramus enim ad regem,dicẽdo:Ma
nus dei noſtri ſuper omnes quærentes eũ in bonitate,& forti-
tudo eius,& furor eius,ſuper omnes derelinquentes eum.Et
ieiunauimus,& quæſiuimus à deo noſtro propter hoc,& pla
E catus eſt nobis.Et ſeparaui de principibus ſacerdotum XII.
Serebiah,Chaſabiah,& cum eis ex fratribus eorum X.Et ap-
pendi eis argentum,& aurũ,& vaſa oblatrionis dom⁹ dei no
ſtri,q̃ obtulerunt rex,& conſiliarij eius,& principes eius,et o-
mnis Iſrael qui reperti fuerant.Et appendi manibus eorum ar
genti talenta ſexcenta & quinquaginta,& vaſa argentea C.ta-
lentorũ,auri C.talenta,& crateres aureos XX.drachmarum
F mille,& vaſa ærea aurei coloris duo deſiderabilia vt aurũ.Et
dixi eis:Vos eſtis ſanctitas dño,& vaſa ſanctitas,& argentum,
& aurum ſpontaneũ domino deo patrũ noſtrorũ.Vigilate,
& cuſtodite donec appendatis coram principibus ſacerdo-
tum,& Leuitarũ,& principibus familiarũ Iſrael in Ieruſalaim
in cubiculis domus dñi.Et ſuſceperunt ſacerdotes,& Leuitæ
pondus argenti,& auri,& vaſorum vt adducerent in Ieruſa-
laim ad domũ dei noſtri.Et profecti ſum⁹ à flumine Achaua
duodecima menſis primi,vt pergeremus Ieruſalaim,& man⁹
dei noſtri fuit ſuper nos,& eruit nos de manu inimici,& inſi-
diatoris in via.Et venimus in Ieruſalaim,& manſimus ibi die-
G bus tribus.Die autem quarta appenſum eſt argentũ,& aurũ,
& vaſa in domo dei noſtri per manũ Meremoth,filij Vriiah
ſacerdotis,& cũ eo Elhazar filius Pinechas,& cum eis Ioſabad
filius Ieſuah,& Nehadia filius Binnui Leuitæ.Iuxta numerũ,
& pondus omniũ ſcriptum eſt omne pondus in tẽpore illo.
Venientes de captiuitate filij trãſmigrationis obtulerunt ho-
locauſta deo Iſrael,vitulos XII.pro omni populo Iſrael,arie-
tes nonaginta & ſex,agnos ſeptuaginta & ſeptem hircos pro
peccato duodecim,omnia in holocauſtũ domino.Et dede
runt leges regis ſatrapis regis,& ducibus qui erant trans flu-
men,& exaltauerunt populum,& domum dei.

¶ Dolet Hezra populum a deo defeciſſe,& cum gentibus ſe commiſcuiſſe.

CAP. IX.

A ET cum finita eſſent hæc,acceſſerunt ad me principes,di- 3.Eſdr.8.e.
cendo:Non ſunt ſeparati populus Iſrael,& ſacerdotes,
& Leuitæ,à populis terrarũ in abominationib⁹ eorũ,Chena-
hanæi,Chitthæi,Periſęi,Iebuſæi,Hammonitæ,& Moabitæ Miſ
ritæ,& Emoræi.Quia tulerunt de filiabus eorum ſibi,& filiis
ſuis.Et mixtum eſt ſemen ſanctum cum populis terrarum,&
manus principum,& magiſtratuum,fuit in p̄uaricatione iſta
prima.Et cum audiſſem verbũ iſtud,ſcidi veſtimentũ meum,

& pallium meum,& euulſi capillos capitis mei,& barbā meā, & ſedi ſtupens.Et ad me congregabātur omnes pauidi in verbis dei Iſrael pro præuaricatione trāſmigrationis,& ego.ſedebam ſtupens vſq; ad ſacrificiū veſpertinum.Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea,& cū ſcidiſſem veſtimētum meum,& palliū meum,curuaui me ſuper genua mea,& expā-

B di palmas meas ad dñm deū meum,& dixi:Deus mi pudore affectus ſum,& erubui eleuare deus mi faciē meam ad te, qm̄ iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput,& delictum noſtrum creuit vſq; ad cœlum.A diebus patrum noſtrorū fuimus in delicto magno vſq; ad diem hanc.Et propter iniquitates noſtras traditi ſumus nos,reges noſtri,et ſacerdotes noſtri, in manum regum terrarum,in gladium,in captiuitatem,& in rapinam,& in pudorem vultus,ſecundū diem hanc. Et nunc [a] modico momento,fuit deprecatio à domino deo noſtro, vt derelinqueret nobis euaſionē,& daret nobis clauū in loco ſanctitatis ei⁹,vt illuminaret oculos noſtros deus noſter,& da-

*a quaſi ad exiguum momentum fuit miſeratio.*

C ret nobis vitā modicā in ſeruitute noſtra.Quia ſerui ſumus,& in ſeruitute noſtra non dereliquit nos deus noſter. Et inclinauit ſuper nos miſericordiā coram rege Paras,vt daret nobis vitam,vt exaltaret domum dei noſtri,& [b] ſtare faceret ſolitudines eius,& daret nobis [c] ſepem in Iehudah,& in Ieruſalaim. Et nunc quid dicemus deus noſter poſt hoc? Quia dereliquimus præcepta tua,quæ præcepiſti per manum ſeruorū tuorum prophetarū,dicēdo:Terra ad quam ingredimini,vt poſſideatis eam,terra immūda eſt iuxta immūdiciam populorū terrarū,ſecundū abominationes eorū,quibus repleuerūt eam ab ore ad os immūdicia ſua.Et nunc filias veſtras ne detis filiis eorū,& filias eorum ne accipiatis filiis veſtris,& ne quæratis pacē eorum,& bonum eorū vſq; in ſeculum,vt cōfortemi-

*b erigeret deſolationes.*
*c murum protectionis*
*Deut.7.a.*

D ni,& comedatis bonū terræ,& hæreditate accipere faciatis filios veſtros vſq; in ſeculum.Et [d] poſt omne quod venit ſuper nos ꝓpter opa noſtra mala,& ꝓpter delictū noſtrū magnū, [e] quia tu deus noſter ꝓhibuiſti ne eſſemus deorſum propter iniquitates noſtras,& dediſti nobis euaſionem ſecūdum hoc. [f] Nunquid conuertemur ad diſſipandum præcepta tua,& ad affinitatem contrahendam cum populis abominationum iſtarum? Nunquid non iraſceris in nos vſq; ad conſumptionem,vt non ſit reſiduum,& euaſio? Domine deus Iſrael iuſtus es tu,quoniam reſidui ſumus & euaſio ſecundum diem hanc. Ecce ſumus coram te in delictis noſtris,Non enim eſt ſtare coram te propter hoc.

*d poſtquam omnia uenerunt.*
*e tu quidem deus noſter pepercisti declinando ab iniquitatibus noſtris.*
*f Si ruſ⁹ cōuertamur*

❡Populus pœnitens,uxores alienigenas abiicit. CAP. X.

A ET [g] cum oraſſet Hezra,& feſſus eſſet flens,& cecidiſſet coram domo dei,congregati ſunt ad eum de Iſrael cœtus grandis valde virorū,& mulierū,& paruulorū,qm̄ fleuit populus multo fletu.Et reſpōdit Sechenīah filius Iechiel,de filiis Helam,& dixit ad Hezra:Nos præuaricati ſumus in deū noſtrum,& duximus vxores alienigenas de populis terrę,ſed nūc eſt ſpes Iſraeli ſuper hoc. Nunc em̄ percutiamus fœdus cum deo noſtro,vt educamus omnes vxores,& natos ex eis ſecundum conſiliū domini,& pauentium præceptū dei noſtri,& ſecundū legē fiat.Surge,quia ad te pertinet res,& nos erimus tecum.Cōfortare & fac.Et ſurrexit Hezra,& adiurauit principes ſacerdotū,& Leuitarū,& omnem Iſrael,vt facerent ſecundum verbū hoc.Et iurauerunt.Et ſurgens Hezra à facie domus dei,abiit ad cubiculū Iehochanan filij Eliaſib.Et abiens illuc,panē non comedit,& aquā non bibit.Lugebat em̄ ſuper præuaricatione trāſmigrationis.Et trāſire fecerunt vocē per Iehudah,& Ieruſalaim omnibus filiis trāſmigrationis,vt congregarētur in Ieruſalaim.Et om̄is qui nō venerit in tribus die-

*3.Eſd.8.g.*
*g cum oraret Hezra,& cū cōfiteretur ipſe flens et ſeipſū proſtrans corā domo dei.*
*3.Eſdr.9.a.*

B bus iuxta conſiliū principū,& ſeniorū,peribit omnis ſubſtantia eius,& ipſe ſeparabit à cœtu trāſmigrationis.Et cōgregati ſunt oēs viri Iehudah,& Biniamin in Ieruſalaim intra triduū. Eratq; ipſe mēſis non⁹,in viceſima mēſis: & ſederūt oīs populus in platea domus tremētes propter rē,& propter pluuias. Et ſurrexit Hezra ſacerdos,& dixit ad eos:Vos ꝑuaricati eſtis, duxiſtis vxores alienigenas,vt adderetis delicto Iſrael.Et nūc date confeſſionē dño deo patrum veſtrorū,& facite voluntatē eius,& ſeparamini à populis terræ,& ab vxoribus alienigenis,Et rñderunt omnis cœtus & dixerūt voce magna:Sic,ſecūdum verbū tuum nobis eſt faciendū.Sed populus multus & tēpus pluuiarū eſt,& nō eſt vis ad ſtandū foris,& opus non eſt diei vnius,neq; duorū,qa multi ſumus qui præuaricati ſumus in hoc.Stent obſecro principes noſtri in vniuerſo cœtu,& omnis in vrbibus noſtris qui duxit vxores alienigenas, veniat tēporibus ſtatutis,& cum eis ſint ſeniores ſingularū ciuitatū, & iudices eius,vſq; ad auerſionē furoris irę dei noſtri à nobis

C propter hoc.Veruntamen Ionathan filius Haſael,& Iachaziah filius Tichuah conſtituti fuerunt ſuper hoc, & Meſullam,& Sabbethai Leuites adiuuerunt eos. Et fecerunt ſic filij tranſmigrationis,& ſeparati ſunt Hezra ſacerdos,& viri principes familiarū per domū patrum ſuorum,& vniuerſi ipſi per nomina,& ſederunt in die vna menſis decimi,vt quærerent rem. Et perfecerunt opus in omnibus viris, qui duxerūt vxores alienigenas vſq; ad diem primū menſis primi.Et inuēti ſunt de filiis ſacerdotū, qui duxerunt vxores alienigenas de filiis Ieſuah filij Ioſadach,& fratrū eius.Mahaſeiah,& Elihezer,& Iarib, & Ghedaliah.Et dederūt manū ſuā,vt educerent vxores ſuas. Et expiationē fecerunt in ariete pecorū pro delicto ſuo. Et de filijs Immer Chanani,& Zebadiah.Et de filiis Harim,Mahaſeiah,& Eliah,& Semahaiah,& Iechiel, & Huzziiah. Et de filiis Paſchur,Eliohenai,Mahaſeiah,Iſmahel,& Nethanel,Iozabad, & Elhaſah.Et de Leuitis Ioſabad,& Simhi,& Chelaiah,qui & Chelithah,Pethachiah,Iehudah,& Elihezer.Et de cantoribus Eliaſib,& de ianitoribus Sallum,& Thelem,& Vri.Et de Iſra-

D el de filiis Parhos, Ramiah, & Ieziiah, & Malchiiah,& Miiamin,& Elhazar,& Malchiiah,& Benaiah.Et de filiis Helā,Mathaniah,Zechariah,& Iechiel,et Habdi,et Ieremoth,et Eliiah. Et de filiis Zatthu,Eliohenai,Elaſiab,Mathaniah,et Ieremoth, et Zabad,et Haziza.Et de filiis Bebai,Iehochanā,Chnianiah. Zabbai et Hathlai.Et de filiis Bani,Maſullā,Meluch,et Hadaiah,Iaſub,& Seal,Ieramoth.Et de filiis Pachathmoab,Hadna, et Chelal,Benaiah,Mahaſeiah,Mathaniah,Beſalel, & Binnui, & Menaſſeh.Et de filiis Harim,Elihezer,Iſiah,Malchiiah, Semahiah,Simhon.Biniamin Malluch,Semariah.De filiis Chaſum,Matthenai,Matthathah,Zabad,Elipheleth,Ieremai,Menaſſeh,Simhi.De filiis Bani,Mahadai,Hamram,& Vel.Benaiah,Bediah,Cheluhu.Vaniah,Meremoth,Eliaſib.Mathaniah, Matti,Enai,& Iahaſan,et Bani ,et Binnui,Simhi.Et Selemiah, & Nathan,& Hadaiah.Machnadebai,Saſai,Sarai.Hazarel,& Selemiahu,Semariah.Salū,Amariah,Ioſeph.De filiis Nebo, Iehiel,Mathithiah,Zabad, Zebinah, Iadau, et Ioel, Benaiah. Omnes hi acceperunt vxores alienigenas,& erant ex eis mulieres,& poſuerunt filios.

FINIS.

# Liber ſecūdus Hezræ,qui & Nechemiah dicitur: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

❡Nechemiah pincerna regis Arthachſaſtæ,pro populo afflicto,deum orat.

CAPVT I.

A VERBA NECHEMIAH filij Chachaliah.Et fuit,in mēſe Chiſleu anno vigeſimo eram [a] in Suſan caſtro. Et venit Chonani,vnus è fratribus meis,& viri de Iehudah,& interrogaui eos de Iehudæorum ſtatu, nēpe de eorum euaſione,qui remanſerāt ex captiuitate, & de Ieruſalaim.Et dixerunt mihi:Reſidui qui remanſerūt de captiuitate, ibi in prouincia ſunt in malo magno,& opprobrio & murus Ieruſalaim dirutus eſt,& portæ eius combu-

*a in Suſa palatio*

B ſtæ ſunt igni.Et fuit,cum audiſſem verba hæc,ſedi,& fleui,& luxi per dies.Et ieiunaui,& oraui corā deo cœli.Et dixi: Quæſo domine deus cœli,[a] deus magne,& terribilis,cuſtodiens pactum,& miſericordiam diligentibus te,& cuſtodientibus mādata tua.Sit quæſo auris tua intendens,& oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui,quam oro coram te hodie die ac nocte,pro filiis Iſrael ſeruis tuis.Et confiteor pro peccato filiorum Iſrael,quod peccauimus tibi,& ego,& dom⁹ patris mei

*a qui es ille fortis,ille magnus,et ille uerendus ,qui cuſtodit pactū & pietatem diligētib⁹ ſe,& cuſtodientibus mandata eius.*

C peccauimus.Corruptione corrupti ſumus tibi,& non cuſtodiuimus præcepta,& ſtatuta,& iudicia quæ præcepiſti Moſeh ſeruo tuo.Memento quæſo verbi quod mandaſti Moſeh ſeruo tuo,dicendo:Vos præuaricabimini,& ego diſpergam vos in populos.Et ſi reuerſi fueritis ad me,et cuſtodieritis præcepta mea,& feceritis ea:ſi fuerit expulſio veſtra ad extremum

D cœli,inde cōgregabo vos,& adducam vos ad locum quē elegi,vt habitare facerem nomē meum ibi.Et ipſi ſerui tui,& populus tu⁹,quem redemiſti in fortitudine tua magna,& in manu tua forti.Quæſo dñe ſit obſecro auris tua attendēs ad orōnē ſerui tui,& ad orōnem ſeruorū tuorū,qui volūt timere nomē tuum,& proſperare fac quæſo ſeruum tuū hodie,& da eum in miſerationes corā viro iſto.Ego verò eram pincerna regis.

❡Nechemiah impetratis literis a rege Arthachſaſta,uenit Ieruſalaim, ædificatque muros eius. CAP. II.

A ET fuit,in menſe Niſan,anno vigeſimo Artachſaſtę regis, vinum erat ante eum,& accepi vinū,& dedi regi,& non eram ſolitus eſſe triſtis coram eo.Et dixit mihi rex:Quare vultus tuus eſt triſtis,et non ægrotas? Non eſt hoc niſi malū cordis.Et timui multum valde.Et dixi regi:Viuat rex in æternū. Quomodo non erit triſtis vultus meus,quū ciuitas domus ſepulchrorū patrum meorū deſerta ſit,& portæ eius conſumptæ ſunt igni? Et dixit mihi rex : Pro quo poſtulas? Et oraui ad deū cœli.Et dixi ad regem:Si regi bonū eſt,& ſi placet ſeruus tuus corā te,rogo vt mittas me in Iehudah,ad ciuitatē ſepulchrorū patrū meorū,[b] vt ædificē eā.Dixitq; mihi rex,et regina ſedēs apud eū:Vſq; quo erit iter tuū,& qn̄ reuerteris? Et

*b & ædificabo eam.*

B placuit corā rege,& miſit me,& cōſtitui ei tēpus.Et dixi regi: Si regi eſt bonū,epiſtolas dent mihi ſcribæ ad duces qui ſunt trans flumen,vt traducant me,donec veniā in Iehudah.Et epiſtolā ad Aſaph cuſtodē pomarij qd' eſt regi,vt det mihi ligna ad contignandū portas palatij,quæ erant domui, & muro ciuitatis,et domui in quā ingreſſus fuero.Et dedit mihi rex iuxta manū dei mei bonā ſuper me.Et veni ad duces q erant trās flumen,& dedi eis epiſtolas regis.Et miſit mecū rex principes exercitus,& equites.Et audiuit Sanballath Choronites, & Thobiah ſeruus Hammonites,& diſplicuit eis diſplicentia magna,quod veniſſet homo ad quærendū bonū filiis Iſrael.

C Et veni in Ieruſalaim,& fui ibi diebus tribus.Et ſurrexi nocte & viri pauci erāt mecū,& nō indicaui homini,quid deus dediſſet in cor meū,vt facerē in Ieruſalaim.Et iumentū non erat mecū,niſi iumētū ſuper quod ſedebā.Et egreſſus ſum ꝑ portam vallis nocte,& ante fontē draconis,& ad portam ſtercorum,& conſyderaui muros Ieruſalaim qui erāt diruti,& portas eius quæ cōſumptæ erant igni.Et tranſiui ad portā fontis, & ad aquæductū regis,& nō erat locus ad tranſeundū ſub eo & aſcendi per torrentē nocte,& cōſideraui murū,& reuerſus ſum,& veni ad portā vallis,& redij.Et magiſtratus neſciebāt quo abiiſſem,& quid facerē,& Iehudæis,& ſacerdotibus , &

D optimatibus,et magiſtratibus,& reſiduis facientibus opus, eouſq; non indicaui.Et dixi eis:Vos videtis malum in quo ſumus,qa Ieruſalaim deſerta eſt,& portæ eius ſuccēſę ſunt igni. Venite,& ædificemus murū Ieruſalaim,& nō ſimus vltrà opprobriū,Et indicaui eis manū dei mei,ꝙ eſſet bona ſuper me, & verba regis quæ dixit mihi.Et dixerunt:Surgamus,& ædificemus.Et confortatæ ſunt manus eorū in bonū.Audiuit autē Sanballath Choronites,& Thobiah ſeruus Hāmonites,& Gheſem Harbites,& ſubſannauerūt nos,& deſpexerūt nos,et dixerūt:Quid eſt hoc qd' facitis? Nunqd cōtra regē rebellatis? Et reddidi eis verbū,dixiq; ad eos:Deus cœli, ipſe ꝓſperare faciet nos,& nos ſerui ei⁹ ſum⁹.Surgamus,& ædificemus, vobis aūt nō eſt pars,& iuſtitia,& memoria in Ieruſalaim.

❡Catalogus eorum qui muros ædificauerint.

CAP. III.

A ET ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus,& fratres eius ſacerdotes,& ædificauerunt portam pecorum.Ipſi reparauerunt eam,& ſtatuerunt oſtia eius,vſque ad turrim Meah,reparauerunt eam vſque ad turrim Chananel.Et iuxta locū ei⁹ ædificauerunt viri Ierecho,& iuxta locum ei⁹ ędificauit Zacchur filius Imri.Et portam piſcium ædificauerunt filij Haſenaah.Ipſi contignauerunt eam,& ſtatuerunt valuas eius,et ſeras ei⁹,& vectes ei⁹.Et iuxta locū eorū inſtaurauit Meremoth filius Vriah filij Hachos.Et iuxta locū eorum inſtaurauit Meſullam filius Berechiah filij Meſezabel.Et iuxta locum eorum inſtaurauit Sadoc filius Bahana.Et iuxta locum eorum inſtaurauerunt Techohitæ:[a] et maiores eorū non adduxerunt collū

B ſuum,in opere domini ſui. Et portam veterē inſtaurauerunt Ioiadah filius Paſeah,& Meſullam filius Beſodeiah.Ipſi contignauerunt eam,& ſtare fecerunt valuas eius,& ſeras eius,et vectes eius.Et iuxta locum eorum inſtaurauit Malatthiah Ghibhonites,& Iadon Meronotites viri Ghibhon & Miſpah ꝓ ſolio ducis trans flumē.Et iuxta locū eius inſtaurauit Huzziel filius Charhoiah,qui erant aurifabri.Et iuxta locū eius inſtaurauit Chananiah filius Haracchachim.Et inſtarauerunt Ieruſalaim vſque ad murum latum.Et iuxta locum eorū inſtaura-

*a at magiſtri eorum ceruicem ſuam nō induxerūt in ſeruitiū domini ſui.*

C uit Rephaiah filius Chur princeps mediæ [b] partis Ieruſalaim. Et iuxta locū eorū inſtaurauit Iedaiah filius Charumaph contra domum ſuā. Et iuxta locum ei⁹ inſtaurauit Chatth⁹ filius Chaſabneiab.Menſuram ſecundā inſtaurauit Malchiiah filius Charim,et Chaſub filius Pachthmoab, et turrim furnorum Et iuxta locum eius inſtaurauit Sallum [c] filius Halloches,princeps dimidiæ partis Ieruſulaim,ipſe,& filiæ eius. Portā vallis inſtaurauit Chanum,& habitatores Zanoach.Ipſi ędificauerunt eā,et ſtatuerūt valuas eius,ſeras eius,et vectes ei⁹,& mille cubitos in muro,vſq; ad portā ſtercorū.Et portā ſtercorū æ-

*b portionis: quaſi parochię regionis urbis,ſeu uici*
*c filius cōſiliarij.*

D dificauit Malchiiah fili⁹ Rechab princeps partis Bethhacherē.Ipſe ædificauit eā,& ſtatuit valuas ei⁹,ſeras ei⁹,& vectes ei⁹. Et portā fontis inſtaurauit Sallū fili⁹ Cholchozeh princeps regiōis Miſpah.Ipſe ædificauit eā,et texit eā,& ſtatuit valuas ei⁹, ſeras eius,& vectes ei⁹.Et murū piſcinæ pomarij iuxta hortū regis vſque ad gradus deſcendētes de ciuitate Dauid. Poſt eū inſtaurauit Nechemiah filius Hazbuch princeps dimidię regionis Bethſur,vſque contra ſepulchra Dauid,et vſque ad piſcinā factam,& vſque ad domū fortium.Poſt eum inſtaurauerunt Leuitæ Rechum filius Bani.Iuxta locum ei⁹ inſtaurauit Chaſchabiah princeps dimidiæ regionis Chehilah in regiōe ſua.Poſt eum inſtaurauerunt fratres eorū Baunai filius Chenadad princeps dimidiæ regionis Chehilah.Et inſtaurauit iu-

E xta locum eius Hezer filius Ieſuah princeps Miſmah menſurā ſecundā è regione aſcenſus armorū anguli.Poſt eum excandeſcēs inſtaurauit Baruch filius Zacchai menſurā ſecūdā ab angulo vſque ad oſtium domus Eliaſib ſacerdotis magni . Poſt eum inſtaurauit Meremoth filius Vriiah filij Hachos mēſurā ſecundā,ab oſtio domus Eliaſib,vſq; ad ꝑfectionē dom⁹ Eliaſib.Et poſt eum inſtaurauerunt ſacerdotes viri planiciei.Poſt eum inſtaurauit Biniamin,et Chaſſub contra domū ſuā.Poſt eum inſtaurauit Hazariah fili⁹ Mahaſeiah filij Hananiah apud domum ſuam.Poſt eum inſtaurauit Binnui filius Chenadad

F menſurā ſecundā,à domo Hazariah,vſque ad angulū,et vſq; ad angulū.Palal filius Vzai cōtra angulū,& turrim q̄ egrediebatur è domo regis excelſam,q̄ erat in atrio carceris , poſt eū Pedaiah fili⁹ Parhos.Et Nethinim q habitabāt in arce vſq; cōtra portā aquarū ad oriētem,& turrim egredientē.Poſt eū inſtaurauerūt Techoitę mēſurā ſecūdā è regione turris magnæ egredientis,vſq; ad murū arcis.Super portā equorū inſtaura-

uerunt ſacerdotes vnuſquiſque contra domum ſuã. Poſt eũ
inſtaurauit Sadoc filiꝰ Immer contra domum ſuam. Et poſt
G eum inſtaurauit Semahiah filius Secheniah cuſtos portæ oriẽ
talis. Poſt eum inſtaurauit Cananiah filius Seleniah, & Chanũ
filius Salaph ſextus menſuram ſecundam. Poſt eum inſtaura-
uit Meſullam filius Berechiah contra cubiculum ſuum. Poſt
eum inſtaurauit Malchiiah filius aurificis vſque ad domũ Ne
thinim, & negociatorum contra portam præcepti vſque ad
cœnaculum anguli. Et intra cœnaculum anguli ad portam pe
corum inſtaurauerunt aurifices, & negociatores.

¶ Impeditur ædificatio Ieruſalaim, Iehudæi armati ædificant.

CAP. IIII.

A ET fuit, cum audiſſet Sanballath quòd ædificaremus mu-
rum, ira fuit ei, & iratus eſt multum, & ſubſannauit Iehu
dæos. Et dixit coram fratribus ſuis, & exercitu Someron, &
dixit: Quid Iehudæi imbecilles faciunt? Nunquid dimittẽt eis?
Nunquid ſacrificabunt? Nunquid cõſummabunt in die? Nũ-
quid viuificabunt lapides de aceruis pulueris, & ipſi combu-
ſti ſunt? Et Thobiah Hammonites erat apud eũ, & dixit: Etiã
ꝙ ipſi ædificent, ſi aſcenderit vulpes, rumpet murum lapideũ
eorum. Audi deus noſter, quia ſumus deſpectui, & conuerte
opprobrium eorum in caput eorum, & da eos in deſpectio-
nem in terra captiuitatis eorum. Et ne operias iniquitatem eo
rum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur, quia irrita-
uerunt ædificantes. Et ædificauimus murum, & colligatus eſt
B totus murus, vſque ad medium eius. Et fuit cor populo ad fa
ciendum. Et fuit, cum audiſſet Sanballath, & Thobiah & Ha
rabes, & Hãmonitæ, & Aſdodij[a] ꝙ obducta eſſet cicatrix mu
ris Ieruſalaim, quòdꝗ cœpiſſent interrupta concludi, ira fuit
eis valde. Et coniurati ſunt omnes pariter, vt venirent ad pu-
gnandũ cõtra Ieruſalaim, vt facerẽt ei euulſionẽ. Et orauimus
ad deum noſtrum, & ſtatuimus cuſtodiã iuxta eos die ac no-
cte à facie eorum. Dixit autem Iehudah: Debilitatæ ſunt vires
portantis, & humus multa eſt, & non poterimꝰ ædificare mu
rum. Et dixerunt hoſtes noſtri: Neſciant, & non videant, do-
nec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & ceſ-
ſare faciamus opus. Et fuit, cum veniſſent Iehudæi habitantes
C apud eos, & dicerent nobis decem vicibus: [b]ex omnibus locis
ex quibus reuerſi fuerant, ad nos: Statui ab inferioribus locis
poſt murum in excelſis, & ſtatui populum per familias cũ gla
diis ſuis, lanceis ſuis, & arcubus ſuis. Et vidi, & ſurrexi, dixiꝗ
ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reſiduum populi: Ne
timeatis à facie eorũ. Domini magni, & terribilis memẽtote,
& pugnate pro fratribus veſtris, filiis veſtris, & filiabꝰ veſtris,
vxoribus veſtris, & domibꝰ veſtris. Et fuit, cum audiſſent ini-
mici noſtri, quòd notificatum eſſet nobis, diſſipauit deus con
ſilium eorum, & reuerſi ſumus omnes ad murum, vnuſquiſꝗ
ad opꝰ ſuum. Et fuit, à die illa dimidia pars iuuenum faciebat
in opere, & media pars eorum tenebat lanceas, & ſcuta, & ar-
cus, & loricas, & principes poſt oẽm domum Iehudah. Qui
ædificabant in muro, & portabant onera, & qui onerabant,
vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Et æ-
dificantium vnuſquiſꝗ gladio ſuo accincti erant ſuper lum-
bos ſuos, & ædificabant, & clangebant tuba apud me. Et dixi
D ad optimates & magiſtratus, & ad reſiduum populi: Opus
multum, & latum eſt, & ſeparati ſumus in muro, remoti v-
nuſquiſque ab altero. In loco in quo audieritis ſonitũ tubæ, il
luc congregamini ad nos. Deus noſter pugnabit pro nobis.
Et nos faciamus opus, & media pars eorum tenebat lanceas
ab aſcenſu auroræ vſque ad exitum ſtellarum. Etiam tempore
illo, dixi populo: Vnuſquiſque & puer eius maneat in medio
Ieruſalaim, & ſint nobis nocte in cuſtodiam, & die in opere.
Nec ego, nec fratres mei, nec pueri mei, neque viri cuſtodes,
qui erant poſt me exuebamus veſtimentum noſtrum, nec qſ-
quam dimittebat illud, niſi lauandi gratia.

[a] quod aſcendiſſet longitudo muri, ſeu quod muri eſſent in longũ erecti.

[b] ex quocũꝗ loco reuerſi fueritis, erũt ſuper nos, id eſt, inſidiãtur ut nobis aliſcũde redeũtibus ſimul ingreſſi irruant in nos.

¶ Populus laborat fame, Nechemiah, prohibet uſuras, annonaſꝗ ducibus debitas non exigit.

CAP. V.

A ET fuit clamor populi, & vxorum eorum magnus aduer
ſus fratres ſuos Iehudæos. Et erant qui dicerent: Cum fi-
liis noſtris, & filiabus noſtris ſumus multi. Accipiamus frumẽ
tum, et comedamus, & viuamus. Et erant qui dicerẽt: Agros
noſtros, et vineas noſtras, & domus noſtras in pignus trada-
mus, & accipiamus frumentum in fame. Et erant qui dicerẽt:
Mutuo[a] ſumamus argẽtum[b] ad vſuram, ſuper agros noſtros,
& vineas noſtras. Et nunc ſicut caro fratrum noſtrorum eſt
caro noſtra, ſicut filij eorum filij noſtri, & ecce nos ſubiicimus
filios noſtros, & filias noſtras ſeruitutibus. Et è filiabus noſtris
ſubiiciuntur, & non eſt facultas in manibus noſtris ad redimẽ
dum: & agri noſtri & vineæ noſtræ ſunt apud alios. Et iratus
ſum vehementer, cum audiſſem clamorem eorum, & verba
B iſta. Et cogitauit cor meum in me, & increpaui optimates, &
magiſtratus. Et dixi eis: Vſuram vnuſquiſque à fratribus ſuis
accipitis. Et poſui contra eos cõgregationem magnam, & di
xi eis: Nos redimimus fratres noſtros Iehudæos, qui vẽditi e-
rant gentibus ſecundum facultatem quæ erat in nobis, & vos
venditis fratres veſtros, & venduntur nobis? Et ſiluerunt, &
non inuenerunt, quo ſe excuſarent verbum. Et dixi: Nõ eſt bo
nũ quod facitis. Nonne in timore dei noſtri ambulare debe-
tis propter opprobrium gentium inimicarum noſtrarum?
Et etiam ego, fratres mei, & pueri mei, commodauimus eis ar
C gentum, & frumentum. Relinquamus quæſo[c] vſuram hanc.
Reddite quæſo eis hac die agros eorum, vineas eorum, & o-
liueta eorum, & domos eorum, & centeſimam partem argen
ti, & frumenti, vini, & olei, quã exigitis ab eis. Et dixerunt: Red
demus, & ab eis non quæremus. Sic faciemus ſicut tu loque-
ris. Et vocaui ſacerdotes, & adiuraui eos, vt facerent iuxta ver
bum hoc. Etiam veſtimentum meum excuſſi, & dixi: Sic excu
tiat deus omnem virum, qui non ſtatuerit verbum iſtud, de
domo ſua, & de labore ſuo, & ſic ſit excuſſus, & vacuus. Et di
xerunt omnis cœtus: Amen. Et laudauerunt dominum, & fe
cit populus ſecundum verbum iſtud. Etiam à die qua præce-
pit mihi[d], vt eſſem dux eorum in terra Iehudah, ab anno vige
ſimo, vſque ad annum trigeſimum & ſecundum Arthachſa-
ſtæ regis, annis duodecim, nec ego, neque fratres mei panem
D ducalem comedi. Duces autem primi, qui fuerũt ante me, gra
uauerunt populũ, & acceperũt ab eis in pane, & vino, poſtea
argenti, ſeclos quadraginta, etiam pueri eorũ dominati ſunt
populo. Ego autem non feci ita propter timorem dei. Et etiã
in opere muri huius inſtauraui, & agrum non emimus, & oẽs
pueri mei congregati erant ibi ad opus. Et Iehudæi, & magi-
ſtratus, centum & quinquaginta viri, & venientes ad nos è gẽ
tibus, quæ ſunt in circuitu noſtro, in menſa mea erant. Quod
autem parabatur per ſingulos dies, erat bos vnꝰ, pecudes ſex
electæ, & aues parabantur mihi:[e] & indies tamen bibebant vi
ni quantum ſat fuiſſet per decem dies in omni vino ad multi-
plicandum? & cum hoc panem ducalem nõ quæſiui, quia gra
uis erat ſeruitus populo huic. Memento mei deus meus in bo
num ſecundum omnia quæ feci populo huic.

[a] mutuo accepimus.

[b] ad menſuram regis, ſeu ad ſoluẽdum regiũ pẽſum.

[c] grauamen hoc

[d] ſcilicet rex

[e] & decimo quoꝗ die omnibus uinum ad abũdantiam.

¶ Nituntur ſæpius hoſtes ædificationem impedire.

CAP. VI.

A ET fuit, cum auditum eſſet ipſi Sanballath, & Thobiath,
& Gheſem Arabe, & reſiduo inimicorum noſtrorum,
ꝙ ædificaſſem murũ, & non remaneret in eo interruptio: verũ
vſꝗ ad tempus hoc valuas non ſtatuerã in portis, Miſit San-
ballath, & Gheſem ad me dicẽdo: Veni, & conueniamus per
iter in Chephirim in cãpo Ono. Ipſi autem cogitabant facere
mihi malũ. Et miſi ad eos nuncios dicẽdo: Opus grãde facio,
& non poſſum deſcendere. Vt quid ceſſabit opus, vt negligã
illud & deſcendã ad vos? Et miſerũt ad me iuxta verbum hoc
quatuor vicibꝰ, & reſpõdi ei iuxta verbũ hoc. Et miſit ad me
B Sanballath iuxta verbũ hoc vice qnta puerũ ſuũ, & epiſtolam
apertam in manu eius. Scriptũ erat in ea: In gentibus auditũ
eſt, & Ghaſmu dicit, quòd tu, & Iehudæi cogitatis rebellare.
Idcirco tu ædificas murum, & tu eris eis rex ſecũdum verba
hæc. Et etiam prophetas ſtatueris ad prædicandum de te in
Ieruſalaim dicendo: Rex in Iehudah eſt. Et nunc diuulgabitur
regi ſecundum verba hæc: & nunc veni, & cõſilium ineamus
pariter. Et miſi ad eum dicendo: Non eſt factum ſecundũ ver
ba hæc quæ tu dicis, ſed de corde tuo fingis ea. Omnes enim
illi terrebant nos, dicendo: Debilitabuntur manus eorum ab
opere, & non fiet. Et nunc conforta manum meam. Et ingreſ
C ſus ſum domum Semahiah filij Delaiah, filij Mehethabel, & i-
pſe clauſus, & ait: Conueniamus ad domum dei ad medium
templi, & claudamus oſtia templi, quia veniunt ad occiden-
dum te, & nocte veniunt ad occidendum te. Et dixi: Nũ quiſ-
quam ſimilis mihi fugit? Et quis vt ego, qui ingrediatur tem-
plum, & viuat? Non ingrediar. Et cognoui, & ecce non deus
miſit illum, ſed prophetiam locutus eſt ad me, & Thobiah, et
Sanballath conduxit eum mercede. Quia mercede conductus
erat, vt timerem, & facerem ſic, & peccarem, & eſſet mihi ad
nomen malum, vt probris afficerent me. Memento deꝰ meus
Thobiah, & Sanballath ſecundum opera eius iſta, & etiã No
hadiah prophetiſſe, & reliquorum prophetarũ, qui terrebant
me. Et perfectus eſt murus vigeſima & quinta Elul, quinqua-
D ginta & duobus diebus. Et fuit, cum audiſſent omnes inimi-
ci noſtri, timuerunt omnes gentes, quæ erant in circuitu no-
ſtro, & conciderunt valde in oculis ſuis, & cognouerunt, ꝙ à
deo noſtro factum eſt opus hoc. Etiam in diebus illis multi-
plicabant optimates Iehudah epiſtolas ſuas, euntes ad Tho-
biah, & quæ erant ipſi Thobiah veniebant ad eos. Multi eñ
in Iehudah habebant iuramentum eius, quia gener erat Se-
cheniah filij Arach, & Iochanan filius eius acceperat filiam Me
ſullam filij Berechiah. Etiã bonitates eiꝰ dicebant corã me, &
verba mea referebant ei. Epiſtolas miſit Thobiah ad terren-
dum me.

¶ Extructo muro, applicantur cuſtodes, Numeratur populus e captiuitate reuerſus.

CAP. VII.

A ET fuit, cum ædificatus eſſet murus, & ſtatuiſſem valuas,
& conſtituti eſſent ianitores, & cantores, & Leuitæ. Præ-
Ecci. 49. d.
cepi Chanani fratri meo, & Chananiah principi palatij in Ie-
ruſalaim, quia ipſe erat vir verax, & timens deum præ multis.
Et dixi ad eos: Non aperientur portæ Ieruſalaim, vſque ad
calorem ſolis, & adhuc ipſis ſtantibus claudent valuas, & con
tignabunt. Et ſtatui cuſtodes habitatores Ieruſalaim, vnum-
quemque in cuſtodia ſua, & vnumquemꝗ contra domum
ſuam. Ciuitas autem erat lata locis, & grandis, & populꝰ par
uus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. Et poſuit
deus in corde meo, & congregaui optimates, & magiſtratus,
B vt recenſerentur ſecundum ſeriem generationis. Et inueni li-
brum genealogiæ eorum, qui aſcenderunt primum, & inue-
1. Eſdr. 2. a.
ni ſcriptum in eo: Iſti filij prouinciæ, qui aſcenderunt de capti
uitate tranſmigrationis quam tranſmigrare fecit Nebuchad-
neſar rex Babel, & reuerſi ſunt in Ieruſalaim, & in Iehudah v-
nuſquiſque in ciuitatem ſuam. Qui venerũt cum Zerubabel
Ieſuah, Nechemiah, Hazariah, Rahamiah, Nachamani. Mor-
dochai, Bilſan Miſpereth Biguai, Nechum, Bahanah, numerꝰ
virorum populi Iſrael. Filij Parhos duo milia centum & ſe-
ptuaginta et duo. Filij Sephathiah trecẽti ſeptuaginta et duo.
Filij Arach ſexcenti quinquaginta et duo. Filij Pachathmoab
de filiis Ieſuah, & Ioab duo milia & octingẽti & decem octo.
Filij Helam mille ducenti quinquaginta & quatuor. Filij Zat
tu octingenti quadraginta & quinque. Filij Zachai ſeptingen
ti & ſexaginta. Filij Binnui ſexcenti quadraginta & octo. Filij
Bebai ſexcenti viginti & octo. Filij Hazgad duo milia ſexcen
C ti viginti & duo. Filij Adonicam ſexcẽti ſexaginta & ſeptem.
Filij Biguai duo milia ſexaginta & ſeptem. Filij Adin ſexcenti
quinquaginta & quinque. Filij Ather de Chizchiiahu nongẽ-
ti & octo. Filij Chaſum trecenti viginti & octo. Filij Beſai tre
centi viginti & quatuor. Filij Chariph centum duodecim. Fi
lij Ghibhon nonaginta & quinque. Viri Bethlechem, & Ne-
thophah centum octoginta & octo. Viri Hanathoth centum
viginti & octo. Viri Bethhazmaueth quadraginta & duo.
Viri Chiriathiecharim Chephirah, & Beeroth ſeptingẽti qua-
draginta & tres. Viri Ramah, et Gabah, ſexcẽti viginti et vnꝰ.
Viri Michmas centum viginti & duo. Viri Bethel, & Hai, cẽ
tum viginti, & tres. Viri Nebo alterius quinquaginta & duo.
Filij Helam alterius mille ducenti quinquaginta & quatuor.
Filij Charim trecenti & viginti. Filij Ierecho, trecenti quadra
ginta & quinque. Filij Hodcharid, & Ono, ſeptingenti & vi-
ginti & vnus. Filij Senaah tria milia nongẽti & triginta. Sacer
dotes filij Iedaiah de domo Ieſuah nongenti ſeptuaginta &
Deut. 23. a.
tres. Filij Immer, mille qnquaginta & duo. Filij Paſchur, mil-
D le ducenti quadraginta & ſeptem. Filij Charim mille ſeptem
& decem. Leuitæ, filij Ieſuah de Chadmiel de filiis Lehodeuah
ſeptuaginta & quatuor. Cantores filij Aſaph centum quadra
ginta & octo. Ianitores, Filij Sallum, filij Atther, filij Talmon,
filij Hacchub, filij Chathitha, filij Sobai, centum triginta & o-
cto. Nethinim, Filij Sicha, filij Chaſupha, filij Thabaoth, filij
Cheros, filij Siha, filij Padon. Filij Lebanah, filij Chaghaba, fi-
lij Salmai. Filij Chanam, filij Ghiddel, filij Ghachar. Filij Rea-
iah, filij Reſin, filij Necodah. Filij Ghazam, filij Huzza, filij Pa
ſeach. Filij Beſai, filij Mehunim, filij Nephuſſim. Filij Bacbuc,
filij Chacupha, filij Charchur. Filij Baſlith, filij Mechida, filij
E Charſa. Filij Barchos, filij Siſera, filij Tamach. Filij Neſiach, fi-
lij Cathipha. Filij ſeruorum Selomoh, filij Sothai, filij Sophe
reth, filij Peridah. Filij Iahala, filij Darcõ filij Ghiddel. Filij Se-
phathiah, filij Chathil, filij Pochereth de Haſebaim filij Amõ.
Omnes Nethinim, & filij ſeruorum Selomoh, trecenti nona-
ginta, & duo. Et iſti qui aſcenderunt de Telmelach, Telcharſa,
Cherub, Addom & Immer, & non potuerunt indicare do-
mum patrum ſuorum, & ſemen ſuum, an ex Iſrael eſſent. Filij
Delaiah, filij Thobiah, filij Nechoda ſexcenti quadraginta, &
duo. Et de ſacerdotibus, Filij Chobaiah, filij Hachos, filij Bar-
zillai, qui accepit de filiabus Barzillai Ghilhaditis vxorem, &
vocatus eſt nomine earum. Iſti quæſierũt ſcripturam ſuã qua
F ſeries generationis eorum recenſeretur, & non eſt inuenta, &
elongati ſunt à ſacerdotio. Et dixit Tirſatha eis, vt non mãdu-
carent de ſanctitate ſanctitatũ, donec ſtaret ſacerdos in Vrim
& Tummin. Omnis congregatio tanquam vnus quater de-
cem milia trecenti & ſexaginta. Præter ſeruos eorum & ancil-
las eorum. Iſti erant ſeptem milia trecẽti triginta & ſeptem, &
inter eos cantores, & cantatrices ducẽti & quadraginta & qn
que. Equi eorum ſeptingenti triginta, & ſex. Muli eorum du-
centi quadraginta & quinque. Cameli quadringenti triginta
G & quinque. Aſini ſex milia ſeptingẽti & viginti. Et aliꝗ è prin-
cipibus patrũ dederunt in opus. Tirſatha dedit in theſaurum
drachmas mille, crateras quinquaginta, tunicas ſacerdorũ tri-
ginta, & quingentas. Et de principibus patrũ dederunt in the
ſaurũ operis auri drachmas bis decem milia, & argenti minas
duo milia & ducentas. Et quod dederunt reſiduum populi,
auri drachmas bis decem milia, & argenti minas duo milia, &
tunicas ſacerdotum ſexaginta & ſeptem. Habitauerũt autem
ſacerdotes & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & de populo
& Nethinim, & omnis Iſrael in vrbibus ſuis, & contigit men
ſis ſeptimus, & filij Iſrael erant in ciuitatibus ſuis.

¶ Populo congregato legit Hezra legem, celebrant tabernaculorum feſtiuitatem.

CAP. VIII.

A ET congregati ſunt omnis populus, tanquam vir vnus,
ad plateã quæ eſt ante portã aquarũ, & dixerunt Hezræ
ſcribæ, vt afferret librum legis Moſeh, quam præcepit domi-
nus Iſraeli. Et attulit Hezra ſacerdos legem coram multitudi-
ne, à viro vſque ad mulierem, & omnem intelligentem, vt au-
diret die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo ante plateã, quæ
erat ante portam aquarum, à luce vſque ad dimidium diem
coram viris, & mulieribus, & intelligentibus, et aures omnis

populi erant ad librum legis. Et ſtetit Hezra ſcriba ſuper ſugeſtum ligneum, quod fecerunt propter verbum, & ſtetit iuxta eum Matthithiah, & Semah, & Hanaiah, & Vriah & Chilchiiah, & Mahazeiah ad dexteram eius. A ſiniſtra verò ei⁹ Pe

B
daiah, Miſael, Malchiiah, Chaſum, Chaſbadanah, Zechariah, & Meſullam. Et aperuit Hezra librũ in oculis omnis populi, quia ſuprà omnem populum erat. Et cum aperuiſſet ſtetit omnis populus. Et benedixit Hezra domino deo magno. Et reſpondit omnis populus, Amen, Amen, cum exaltatiõe manuum ſuarum. Et incuruati ſunt, & adorauerunt dominum proni in terra. Et Ieſuah, & Bani, & Serebiah, Iamin, Haccub Sabbethai, Hodaiah, Mahaſeiah, Chelitha, Hazariah, Iozabad Chanan, Pelaiah, & Leuitæ intelligere faciebant populum legem, populus autem erat in loco ſuo. Et [a] legerunt in libro, in lege dei [b] expoſiti, & poſitus eſt intellectus, & intellexerunt ſcripturam. Et dixit Nechemiah (Ipſe eſt Tirſata), & Hezra ſacerdos ſcriba, & Leuitæ qui intelligere faciebant populum, omni populo: Dies ſanctus eſt domino deo noſtro. Ne lugeatis, &

C
ne fleatis. Flebat enim omnis populus, quum audiret verba legis. Et dixit eis: Ite comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil eſt paratum, quia ſanctus dies domino noſtro, & ne contriſtemini, quia gaudiũ domini eſt fortitudo veſtra. Leuitæ autem ſilentium faciebant in omni populo, dicendo: Tacete, quia dies ſanctus eſt, & ne doleatis. Et abierunt omnis populus ad comedendum, & bibendum, & ad mittendum partes, & ad faciendum lætitiam magnam, quia intellexerunt uerba quæ docuerant eos. Et in die ſecunda congregati ſunt principes familiarũ vniuerſi populi, ſacerdotes, & Leuitæ, ad Hezra ſcribam, & ad intelligendum verba legis. Et inuenerunt ſcriptum in lege, quam præcepit dominus per manum Moſeh, vt habitarent filij Iſrael in tabernaculis, in ſolennitate, in menſe ſeptimo, & ꝙ audire facerent, & tranſire facerent vocem per vniuerſas vrbes ſuas, & per Ieruſalaim, dicen

D
do: Egredimini in montem & afferte frondes oliuæ, & frondes arboris pinus, & frondes myrti, & frondes palmarum, et frondes arboris denſæ, vt faciatis tabernacula ſicut ſcriptũ eſt. Et egreſsi ſunt populus, & attulerunt, feceruntq́ ſibi tabernacula vnuſquiſque [c] in tecto ſuo, & in atriis ſuis, & in atriis domus dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. Et fecerunt omnis cœtus qui redierunt de captiuitate tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: quia non fecerant à dieb⁹ Iehoſuah filij Nun, ſic filij Iſrael vſque ad diem illũ, & fuit lætitia magna valde. Legit aũt in libro legis dei ꝑ ſingulos dies à die primo vſque ad diem nouiſsimum. Et fecerũt ſolennitatẽ ſeptẽ diebus, & die octauo [d] collectã iuxta morem.

a alta uoce legerunt.
b ſingula exponendo: & ita dato intellectu intelligere fecerũt lectionem.
c ſuper tectũ ſuum
d retẽtionẽ. retẽto .ſ. adhuc populo.

¶ Populus pœnitens uxores alienigenas abiicit, Hezra beneficia domini, & peccata populi recenſet. CAP. IX.

A
IN die autem vigeſima, & quarta menſis huius congregati ſunt filij Iſrael in ieiunio, & ſaccis, & terra ſuper ſe. Et ſeparauerunt ſe qui erant de ſemine Iſrael ab omnibus filiis alienigenis, & ſteterunt, & confeſsi ſunt peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum. Et ſurrexerunt in loco ſuo, & legerunt in libro legis dei ſui, quater in die, & quater confeſſi ſunt, & incuruauerunt ſe domino deo ſuo. Surrexit autem ſuper gradum Leuitarũ Ieſuah, & Bani, Chadmiel, Sebaniah, Buni, Serebiah, Bani, Chenani, & clamauerunt voce magna ad dñm deum ſuũ. Et dixerunt Leuitæ Ieſuah, & Chadmiel, Bani, Chaſabneiah, Serebiah, Hodiiah, Sebaniah, Pethachiah. Surgite, benedicite dño deo noſtro à ſeculo, & vſque in ſeculum. Et benedicãt nomini gloriæ tuæ: & excelſo ſuper oẽm benedictionem, & lau

B
dem. Tu ipſe dñe ſolus, tu feciſti cœlum, cœlum cœlorum, & oẽm exercitum eorũ terrã, & vniuerſa quæ ſunt in ea, maria: & vniuerſa quę ſunt in eis, & viuificas omnia hæc, & exercit⁹ cœli tibi ſe incuruant. Tu ipſe dñe deus elegiſti Abram, & eduxiſti eũ de Vr Chaſdim: & poſuiſti nomen eius Abraham. Et inueniſti cor eius [e] fidele coram te, & percuſsiſti cũ eo fœd⁹, vt dares terram Chenahanæi, Chittæi, Emoræi, Perizæi, Iebuſæi & Ghirghaſæi, vt dares ſemini eius. Et confirmaſti verba tua: quia iuſtus es, & vidiſti afflictionem patrum noſtrorũ, in Aegypto, clamoremq́ eorum audiſti in mari Suph. Et dediſti ſigna, & portenta in Parhoh, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni populo terræ eius. Cognouiſti enim, ꝙ ſuperbè egerant contra eos, & feciſti tibi nomen [a] ſecundum diem hanc. Et mare diuiſiſti ante eos, & tranſierunt per medium maris in ſiccita

C
te, & perſecutores eorum ꝓiecisti in profunda, tanquam lapidem in aquas validas. Et in columna nubis duxiſti eos per diem, & in columna ignis per noctem, vt illuceſcere faceres eis viam per quam ambulaturi erant. Et ſuper montem Sinai deſcendiſti, & locutus es cum eis è cœlo, & dediſti eis iudicia recta, & leges veras, ſtatuta, & præcepta bona. Et ſabbatũ ſanctum tuum notificaſti eis, & præcepta, & ſtatuta, & legẽ præcepiſti eis per manum Moſeh ſerui tui. Et panem de cœlo dediſti eis in fame eorum, & aquam è petra eduxiſti eis in ſiti eorum, & dixiſti eis, vt ingrederentur ad poſſidendum terram, ſuper quam leuaſti manum tuam, vt traderes eis. Et ipſi, & patres noſtri ſuperbè egerũt, & indurauerunt ceruicem ſuam, & non audierunt præcepta tua: Et renuerunt audire, & non ſunt

D
recordati mirabilium tuorum, quæ feceras cum eis. Et indurauerunt ceruicem ſuã, & [b] poſuerunt caput, vt reuerterentur ad ſeruitutem ſuam, [c] cum rebellione ſua. Et tu deus propitiationum clemens, & miſericors, lõganimis, & multæ miſericordiæ, non dereliquiſti eos. Inſuper quando fecerunt ſibi vitulũ conflatilem, & dixerunt, iſte eſt deus tuus, qui aſcendere fecit te è terra Aegypti, feceruntq́ blaſphemias magnas. Tu ꝓpter miſericordias tuas multas non dereliquiſti eos in deſerto, columna nubis non receſſit ab eis per diem, vt duceret eos per viam, & columna ignis per noctem, vt lucere faceres eis, et viã per quam ambulaturi erant: Et ſpiritum tuum bonum dediſti ad [d] audiendum eos, & Man tuum non prohibuiſti ab ore eorum, & aquam dediſti eis in ſiti eorum. Et quadraginta annis pauiſti eos in deſerto. Non eguerunt, veſtimenta eorũ non inueterauerunt, & pedes eorum non tumuerũt. Et dediſti eis regna [e], & diuiſiſti eos, vt eſſant ad angulum vnum: & poſſederũt terrã Sichon, & terram regis Cheſbon, & terrã Hogh regis Baſan. Et filios eorum multiplicaſti ſicut ſtellas cœli, et adduxiſti eos ad terram de qua dixeras patrib⁹ eorum, vt ingre

E
derentur ad poſſidendum. Et venerunt filij, & poſſederũt terram, & humiliaſti coram eis habitatores terræ Chenahanæorum, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent in eis ſecundum voluntatẽ ſuam, & ceperunt vrbes munitas, & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas omni bono, ciſternas exciſas, vineas, & olueta, & arbores fructiferas in multitudine. Et comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & deliciis affluxerunt propter bonitatem tuam magnam. Et irritauerunt, & rebellauerunt contra te, & proiecerunt legem tuam poſt tergum ſuum, & prophetas tuos occiderunt, qui teſtificabantur eis, vt conuerterent eos ad te, & fecerunt conuicia in deum magna. Et dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerũt ad te, & tu de cœlo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis ſeruatores, & ſeruauerunt eos de manu hoſtiũ ſuorum. Et cum fuiſ

F
ſet requies eis, reuerſi ſunt ad faciendum malum coram te, & dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorũ, & dominati ſunt eis. Et conuerſi ſunt, & clamauerunt ad te, & tu de cœlo exaudiſti, & eruiſti eos ſecundũ miſerationes tuas multis temporibus. Et cõteſtatus es eis, vt redirent ad legem tuã, ſed ipſi ſuperbè egerunt, & non audierunt præcepta tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem ſuam indurauerunt, & non audierunt. Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos ſpiritu tuo per manum prophetarum tuorum, & non auſcultauerunt, & tradidiſti eos in manum populorum terrarum. Et propter miſericordias tuas multas

a 3. Eſdrę. 9. c.
e ſtabile, firmum in fide.
a ut teſtatur dies hęc.
b cõſtituerunt ducem.
c manentes ſ. in rebelliõe ſua.
d erudiendũ
e et populos et diſtribuiſti eos per ſingulos fines.



multas non feciſti eos in conſumptionem, & non dereliquiſti eos, quia deus clemens, & miſericors es. Et nunc deus noſter, deus magne fortis, & terribilis, cuſtodiens pactum, & miſericordiam, ne diminuatur corã te omnis labor qui inuenit nos reges noſtros, principes noſtros, ſacerdotes noſtros, prophetas noſtros, patres noſtros, & oẽm populum tuum à diebus

G
regum Aſſur vſq; ad diẽ hanc. Et tu iuſtus in omni qđ venit ſuper nos, quia veritatẽ feciſti, & nos impiè egimus. Et reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri, nõ fecerunt legem tuam, & non attenderunt præceptis tuis, & teſtimoniis tuis, quæ teſtificatus es eis. Et ipſi in regno ſuo, & in bonitate tua multa quam dediſti eis, & in terra lata, et pingui, quam tradideras coram eis, non ſeruierunt tibi, & nõ ſunt cõuerſi ab operibus ſuis malis. Ecce hodie ſerui ſumus, & in terra quam dediſti patribus noſtris, vt comederent fructũ eius, & bonitatem eius, ecce ſerui ſumus. Et fructus eius multus regibus quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & iumentis noſtris ſecundum voluntatem ſuam, & in tribulatione magna ſumus. Et cum toto hoc percutimus fidelitatem, & ſcribimus, Et ſuper ſignaturã ſunt principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

¶ Signatores fœderis inter deũ & populũ. CAP. X.

A
ET ſuper ſignaturas fuerũt Nechemiah Tirſatha fili⁹ Chachaliah, & Sidchiah, Seraiah, Hazariiah, Irmeiah, Paſchur Amariah, Malachiiah. Et Chatt⁹, Sebaniah, Malluch, Charim Meremoth, Hobadiah, Daniel, Ghinnethon, Baruch, Meſullã, Abiiah, Miiamin, Mahaziah, Bilgai, Semaiah. Iſti ſacerdotes. Et Leuitæ, & Ieſuah filius Azaniah, Binui de filiis Chenadad Chadmiel, Et fratres eorũ Sebeniah, Hodiiah, Chelitha, Pelaiah, Chanã, Micha, Rechob, Chaſabaiah, Zacchur, Serebiah, Sebeniah, Hodiiah, Bani, Beninu, Capita populi, Parhos, Pachathmoab, Helam, Zatthu, Bani. Bunni, Hazghad, Bebai. Adoniiah, Biguai, Hadin, Ather. Chizchiiah, Hazzur. Hodiiah, Chaſum, Beſai, Chariph, Hanathoth, Nebai, Magpihas, Meſullam, Chezir, Meſezabel, Sadoc, Iaddauah, Pelathiel, Chanan, Hanaiah, Hoſeah, Chananiah, Chaſſub [a]. Haloches, Pilcha, Sobech, Rechum, Chaſabnah, Mahaſeiah. Et Achiiah,

B
Chanan, Hanan, Malluch, Charim, Bahanab. Et reſiduum populi, ſacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nethinim, & omnis diuiſus à populis terrarũ ad legem dei, & vxores eorũ, filij eorum, & filię eorum, omnis ſciens, intelligens. [b] Tenentes cum fratribus ſuis, optimates eorum, & venientes cum execratione, & iuramento, vt ambularent in lege dei quæ data eſt ꝑ manum Moſeh ſerui dei, & cuſtodirent, & facerent vniuerſa præcepta domini dei noſtri, & iudicia eius, & ſtatuta eius. Et ꝙ non daremus filias noſtras populis terræ, & filias eorũ non acciperemus filiis noſtris. Et à populis terræ afferentibus merces, & omne [c] venale in die ſabbati, vt vendant, non accipiem⁹ ab eis in ſabbato, & in die ſancto, & dimittemus annum ſepti

C
mum, & exactionem vniuerſæ manus. Et ſtatuemus ſuꝑ nos præcepta, vt imponatur nobis tertia pars Sechel in anno, ad opus dom⁹ dei noſtri. Ad panem ꝓpoſitiõis, & ſacrificiũ iuge, & ad holocauſtum iuge, ſabbata, Calẽdas, ad ſolennitates, & ad ſancta, & ad peccata, ad exorandum pro Iſrael, & omne opus domus dei noſtri. Et ſortes iecimus ſuper oblationem lignorum, ſacerdotes, Leuitæ, & populi, vt afferant in domum dei noſtri per domum patrum noſtrorum per tempra determinata annuatim, vt arderent ſuper altare dei noſtri, ſicut ſcriptum eſt in lege. Et afferemus primitiua terræ noſtræ, & pri

D
mitiua omnis fructus, omnis arboris annuatim in domũ domini. Et primogenita filiorum noſtrorum, & iumentorũ noſtrorum (ſicut ſcriptum eſt in lege) & primogenita boum noſtrorum, & pecorum noſtrorum, vt afferant in domum dei noſtri ſacerdotibus miniſtrantibus in domo dei noſtri. Et primitias paſtarum noſtrarum, & deuotionum noſtrarũ, & fructus omnis arboris, vini, & olei afferemus ſacerdotibus ad cubicula domus dei noſtri, & decimam terræ noſtræ Leuitis, & Leuitæ decimas accipient in omnibus vrbibus operum noſtrorum. Erit autem ſacerdos filius Aharon cum Leuitis, quũ decimam illi accipient, offerentq́ Leuitæ decimam decimæ in domo dei noſtri ad cubiculum in domo theſauri. Ad cubicula enim deferent filij Iſrael, & filij Leui oblationẽ frumenti vini, & olei, & ibi erunt vaſa ſanctuarij, & ſacerdotes miniſtrãtes, & ianitores, & cãtores, & nõ dimittem⁹ domũ dei noſtri.

a Conſiliari⁹
b Firmantes fœdus pro fratrib⁹ ſuis, optimatibus ſuis.
c frumẽtum

¶ Qui inſtaurata Ieruſalaim habitauerunt in ea, & in ciuitatibus Iehudah. CAP. XI.

A
HAbitauerũt autem principes populi in Ieruſalaim. Reſiduum verò populi iecerunt ſortes, vt adducerẽt vnũ è decem ad habitãdum in Ieruſalaim ciuitate ſancta. Nouem verò partes in ciuitatibus. Et benedixerunt populis omnib⁹ viris ſpontaneis ad habitandum in Ieruſalaim. Et iſti ſunt principes prouinciæ, qui habitauerunt in Ieruſalaim, & in vrbib⁹ Iehudah. Habitauerunt vnuſquiſque in poſſeſſione ſua in vrbibus ſuis, Iſraelitæ ſacerdotes, & Leuitæ, & Nethinim, & filij ſeruorum Selomoh. Et in Ieruſalaim habitauerunt de filiis Iehudah, & de filiis Biniamin. De filiis Iehudah, Hathaiah filius Huzziiah, filij Zechariah filij Amariah filij Sephathiah, filij Mahalalel, de filiis Peres. Et Mahaſeiah filius Baruch, filij Cholchozeh, filij Chazaiab, filij Hadaiah, filij Ioiarib, filij Zecha

B
riah, filij Haſiloni. Omnes filij Peres qui habitabant in Ieruſalaim, quadringenti ſexaginta & octo viri fortes. Et iſti filij Biniamin Sallu filius Meſullam, filij Iohed, filij Pedaiah, filij Cholaiah, filij Mahaſeiah, filij Itthiel, filij Ieſahiah. Et poſt eũ Ghabbai, Sallai, nongenti viginti & octo. Et Ioel filius Zichri præpoſitus ſuper eos, & Iehudah filius Senuah ſuper ciuitatẽ ſecundus. De ſacerdotibus Iedaiah filius Ioiarib Iachin. Seraiah filij Chilhiia, filij Meſullam, filij Sadoc, filij Meraioth, filij Achitub principis domus dei. Et fratres eorum facientes opus in domo octingenti viginti, & duo. Et Hadaiah filius Ierocha. filij Pelaliah, filij Amſi, filij Zechariah, filij Paſcur, filij Malchiah. Et fratres eius principes patrum ducenti quadraginta, & duo, & Hamaſſai filius Hazarel, filij Achzai, filij Meſillemoth, filij Immer. Et fratres eorũ potentes robore centum viginti, & octo. Et præpoſitus ſuper eos Zabdiel filius Haghe

C
dolim. Et de Leuitis Semahiah filius Chaſſub filius Hazrichã, filij Chaſabiah, filij Bunni. Et Sabbethai, & Ioſabad ſuꝑ opus extrinſecũ domus dei de principibus Leuitarum. Et Matthaniah filius Micha filij Zabdi, filij Aſaph princeps principalis confitẽs in oratione. Et Babuchiah ſecũdus de fratribus eius, & Habda filius Sãmuah filij Ghalal, filij Ieduthun. Oẽs Leuitę in ciuitate ſancta ducenti octoginta, & quatuor. Et ianitores Hacchub, Talmon, & fratres eorũ qui erant cuſtodes in portis, centũ ſeptuaginta, & duo. Et reſiduum Iſrael ſacerdotes, Leuitæ in vniuerſis ciuitatibus Iehudah, vnuſquiſque in hæreditate ſua. Et Nethinim q habitabãt in arce, & Sicha, & Ghiſpa ſuper Nethinim. Et præpoſitus Leuitarum in Ieruſalaim Huzzi filius Bani, filij Chaſabiah, filij Mathaniah, filij Michah, de filiis Aſaph cantores ſuper opus dei. Quia pręceptum regis ſuper eos erat, & permanentia ſuper cantores per ſingulos

D
dies. Et Pethachiah filius Meſezabel de filiis Zerach filij Iehudah ad manũ regis in omni re ad populum. Et ad villas in agris ſuis. De filiis Iehudah habitauerunt in Chiriathhaarbah, & in viculis eius, & in Dibon & viculis eius, & in Iecabſeel, & villis eius. Et in Ieſuah, & Moladah, & in Bethpeleth. Et in Chaſarſuhal, & in Beer Sebah, & in viculis eius. Et in Siclagh, & in Mechonah, & in viculis ei⁹. Et in Henrimmon, & in Sorhah, & in Iarmuth, Zanoach, Hadullam, & in villis earum, Lachis, & agris eius, Hazechah, & viculis eius. Et manſerunt in Beer Sebah vſque ad Ghehinnom. Filij autem Biniamin in Mighabah, Micmas, & Haia, & Bethel, & viculis eius. Hanathoth, Nob, Hananiah, Chaſor Ramah, Ghittaim. Chadid, Seboim, Neballath. Lod, & Ono valle artificum. Et de Leuitis portiones Iehudah in Biniamin.

¶ Numerantur ſacerdotes, & Leuitæ, qui cũ Zerubabel uenerunt Ieruſalaim

& ded

& dedicatur murus. CAP. XII.

A ISti ſunt aũt ſacerdotes,& Leuitæ,qui aſcenderunt cũ Ze-
rubabel filio Sealthiel,& Iehoſuah,Seraiah, Irmeiah, Hez-
ra.Amariah,Malluch,Chathus.Secheniah, Rechum, Mere-
moth.Hiddo,Ghinnetho,Abiiah.Miiamin, Mahadiah, Bil-
ghah, Semahiah, & Ioiarib, Iedahiah.Sallu,Hamoch,Chil-
chiiah,Iedahiah.Iſti principes ſacerdotum,& fratres eorum in
diebus Ieſuah.Et Leuitæ,Ieſuah,Binnui,Chadmiel,Serebiah,
Iehudah,Matthaniah ſuper hymnos,ipſe & fratres eorum.Et
Bacbuchiah,& Hunni fratres eorum corã eis in cuſtodiis. Et
Ieſuah genuit Ioiachim, & Ioiachim genuit Eliaſib, & Eliaſib
genuit Ieoiadah.Et Ioiadah genuit Ionathã,et Ionathã genuit
Iadduah.In diebus autẽ Ioiachim erant ſacerdotes principes
familiarũ ipſi Seraiah, Meraiah,ipſi Irmeiah Chananiah. Ipſi
Hezra Meſullã,ipſi Amariah,Iehochanan.Ipſi Melichu Iona-
than,ipſi Sebaniah,Ioſeph.Ipſi Charim,Adna,ipſi Meraioth
Chilchai.Ipſi Iddo Zechariah.Ipſi Ghinnethon, Meſullam.I-
pſi Abiiah Zichri.Ipſi Miniamin,ipſi Moadhaiah Pilthai.Ipſi
Bilghah Sammuah,ipſi Semahaiah Iehonathan. Et ipſi Ioia-
rib Matthenai.Ipſi Iedahiah Huzzi.Ipſi Sallai Challai,ipſi Ha
moch Heber.Ipſi Chilchiiah,Chaſabiah,ipſi Iedaiah,Netha-
nel.Leuitæ in diebus Eliaſib,Ioiadah,& Iochanan,& Iadduah
ſcripti principes familiarum,& ſacerdotes vſq; ad regnũ Da-
riaues Perſæ.Filij Leui principes familiarũ ſcripti in libro ver
B borũ dierũ,vſq; ad dies Iochanan filij Eliaſib.Et principes Le
uitarũ Chaſabiah,Serebiah,& Ieſuah filius Chadmiel, & fra-
tres eorũ corã eis ad laudandũ,ad cõfitendũ, iuxta præceptũ
Dauid viri dei cuſtodia cõtra cuſtodiã.Matthaniah,& Bacbu
chiah,Hobadiah,Meſullã,Talmon,Haccub,cuſtodes, ianito-
res in cuſtodia in liminibus portarũ.Hi in diebus Ioiachim fi-
lij Ieſuah filij Ioſadac,& in diebus Nechemiah ducis,& Hezra
ſacerdotis ſcribæ.In dedicatione aũt muri Ieruſalaim quæſie-
runt Leuitas de omnibus locis ſuis,vt adducerent eos in Ieru
ſalaim,vt facerent dedicationẽ,& lætitiã,& in confeſſionibus,
& in cãtico,cymbalis,pſalteriis,& cytharis.Et congregati ſunt
filij cantorũ,& de planicie circa Ieruſalaim,et de villis Netho-
phathi.Et domo Ghilghal,& de agris Ghebah, & Hazma-
ueth,qm̃ villas ædificauerunt ſibi cantores,in circuitu Ieruſa-
laim,& mundati ſunt ſacerdotes,& Leuitæ,& mundauerunt
populũ,& portas,& murũ.Et aſcendere feci principes Iehu-
dah ſuper murũ,& ſtatui duos choros,& ambulatores ad de
terã ſuper murũ ad portam ſtercorũ.Et iuit poſt eos Hoſaiah
C & dimidiũ principum Iehudah.Et Hazariah,Hezra,& Meſul
lam.Iehudah,& Biniamin,& Semahiah,& Irmeiah.Et de filiis
ſacerdotũ cũ tubis Zechariah filius Ionathan,filij Semahiah,
filij Matthaniah,filij Michaiah,filij Zacchur,filij Aſaph.Et fra-
tres eius Semahiah,& Hazarel,Millalai, Ghillalai, Mahai Ne-
thanel,& Iehudah,Chanani cũ inſtrumentis muſicis Dauid vi
ri dei,& Hezra ſcriba ante eos.Et ad portam fontis, & cõtra
eos aſcenderũt ſuper gradus ciuitatis Dauid in aſcenſu ad mu
rum ſuper domum Dauid,vſq; ad portã aquarũ ad oriẽtem.
Et chorus ſecũdus ibat ex aduerſo,& ego poſt eũ,& dimidiũ
populi ſuper murũ,ſuper turrim furnorũ vſq; ad murum la-
tum.Et ſuper portã Ephraim,& ſuper portã veterẽ,& ſuper
portã piſcium,& turrim Chananel,& turrim Meah, vſq; ad
D portã pecorũ.Et ſteterunt in porta cuſtodiæ.Steterũtq; duo
chori in domo dei,& ego,& dimidium magiſtratuũ mecum.
Et ſacerdotes Eliachim,Mahaſeiah,Miniamin, Michaiah, E-
liohenai,Zechariah,Chananiah cũ tubis.Et Mahaſeiah,& Se
maiah.& Elhazar,& Huzzi,& Iehochanan, & Malchiiah, &
Helam,& Hezer.Et audire fecerunt cãtores,& Izrachiah pre-
poſitus.Et immolauerunt in die illa victimas magnas,& læta
ti ſunt.Deus enim lætificauit eos lætitia magna,& etiam vxo-
res,& nati lætati ſunt.Et audita eſt lætitia Ieruſalaim vſque in
longinquum.Et conſtituti ſunt in die illa viri ſuper cubicula
ſuper theſauros,ſuper donata,ſuper primitias,& ſuper deci-
mas,ad coaceruandum in ea ex agris ciuitatum partes legis ſa
cerdotibus,& Leuitis.Lætitia enim Iehudah erat ſuper ſacer
dotibus,& Leuitis qui ſtabant.Et cuſtodierunt cuſtodiã dei
ſui,& cuſtodiã expiationis.Et cantores,& ianitores iuxta præ
ceptum Dauid,& Selomoh filij eius.Quia in diebus Dauid,
& Aſaph ab exordio erant principes cantorũ cantici,hymni,
& confeſſionum deo.Et omnis Iſrael in diebus Zerubabel,&
in diebus Nechemiah dabant partes cantorum,& ianitorum
per ſingulos dies.Et ſanctificabant Leuitas,& Leuitæ ſanctifi
cabant filios Aharon.

Legitur Deuteronomium,ſeparantur alienigenæ.

CAP. XIII.

A IN die illo lectũ eſt in libro Moſeh in auribus populi,& in Deut.23.a.
uentum eſt ſcriptum in eo,q; non ingrediantur Hammo-
nites,& Moabites eccleſiam dei vſque in ſeculum:quia nõ præ
uenerunt filios Iſrael cũ pane,& aqua,ſed conduxit aduerſus
eum Bilham ad maledicendũ ei.Et cõuertit deus noſter male
dictionẽ in benedictionem.Et fuit,cum audiſſent legẽ,ſepara-
uerunt omnem mixturã ab Iſrael.Et antehac Eliaſib ſacerdos
fuerat præpoſitus cubiculo domus,domus dei noſtri,ppin-
quus ipſi Thobiah.Et fecit ſibi cubiculum grãde, & ibi ante-
hac ponebant munera,thus,& vaſa,& decimã frumenti,& vi
ni,& olei iuſſam,vt detur Leuitis,& ianitoribus,& oblationẽ
ſacerdotũ.Et in oĩ hoc non fui in Ieruſalaim,qa anno XXX.
& ſecũdo Artahachſaſtæ regis Babel veni ad regẽ,& in fine
dierũ poſtulaui à rege.Et veni in Ieruſalaim,& intellexi malũ
qd' fecerat Eliaſib propter Thobiah,vt faceret ei cubiculum
in atriis domus dei.Et diſplicuit mihi valde,et proieci omnia
B vaſa domus Thobiah extra cubiculũ.Et dixi,et mundauerunt
cubicula,& retuli illuc vaſa domus dei, oblationem, & thus.
Et cognoui,q; pars Leuitarũ non eſſet data,& q; fugiſſent v-
nuſquiſq; ad agrum ſuum,Leuitæ,& cantores faciẽtes opus.
Et increpaui magiſtratus,& dixi:Cur derelinquimus domũ
dei?Et congregaui eos,& ſtare feci eos in loco ſuo.Et omnis
Iehudah attulerunt decimam frumenti, vini,& olei ad the-
ſauros. Et theſanrarios conſtitui ſuper theſauros,Selemiah
ſacerdotem, & Sadoc ſcribam, & Pedaiah de Leuitis, &
iuxta manum eorum Chanan filium Zacchur, filij Mattha-
niah,quia fideles reputati ſunt,& eis incumbebat onus diui-
dendi fratribus ſuis.Memẽto mei deus propter hoc,& ne de-
leas miſericordias meas,quas feci in domo dei mei,& in obſer
uationibus eius.In diebus illis vidi in Iehudah calcãtes torcu
laria in ſabbato,& afferentes aceruos,& onerantes ſuper aſi-
nos,& etiam vinum vuas & ficus,& omne onus,& afferen-
tes in Ieruſalaim in die ſabbati.Et conteſtatus ſum diem qua
C venderent eſcã.Et [b]Sorim habitauerunt in ea afferẽtes piſces, [a] Tyrij
& omne venale,& vendebant in ſabbato filiis Iehudah, & in
Ieruſalaim.Et obiurgaui optimates Iehudah, et dixi eis: Qd'
malũ eſt hoc quod facitis,& prophanatis diem ſabbati.Nõn
ne ſic fecerunt patres veſtri,& adduxit deus noſter ſuper nos
omne malũ hoc,& ſuper ciuitatẽ iſtã?Et vos additis iracun-
diam ſuper Iſrael,violando ſabbatum?Et fuit,cum obumbra
tæ eſſent portæ Ieruſalaim ante ſabbatum, dixi,& clauſæ ſunt
valuæ,& dixi,vt non aperirent eas,niſi poſt ſabbatum.Et de
pueris meis ſtatui in portis,vt non introduceretur onus in
die ſabbati.Et remanſerunt negociatores & venditores omis
venalis extra Ieruſalaim ſemel,& iterũ.Et cõteſtatus ſum eos,
& dixi eis:Quare manetis ex aduerſo muri?Si iterraueritis,ma
num mittam in vos.A tempore illo non venerunt in ſabba-
to.Dixitq; Leuitis vt eſſent mundati,& venirẽt cuſtodes por
tarum ad ſanctificandum diem ſabbati. Etiam propter hoc
memento mei deus mi,& parce mihi ſecundum multitudinẽ
D miſericordiæ tuæ.Etiam in diebus illis,vidi Iehudæos,qui du
xerunt vxores Aſdoditidas,Hammonitidas, Moabitidas. Et
filij eorum partim loquebantur Aſdodice,& neſciebant lo-
qui Iehudaice,ſed ſecundum linguam cuiuſq; populi.Et con-
tendi cũ eis,& maledixi eis,& pcuſsi ex eis aliquos,& capillos 3.Reg.3.b
euulſi eis,& adiuraui eos p deũ,Si dederitis filias veſtras filiis 3.Reg.11.a
eorum,



eorum,& ſi acceperitis de filiabus eorũ filiis veſtris,& vobis.
Nõnne propter iſtas peccauit Selomoh rex Iſrael?Et in genti
bus multis non erat rex ſimilis ei,& dilectus deo ſuo erat, &
poſuit eum deus regem ſuper Iſrael.Etiam eum peccare fece-
runt mulieres alienigenæ.Et vobis nunquid obediemus,vt fa
ciamus omne malum grande hoc,vt præuaricemus in deum
noſtrum,ducendo vxores alienigenas?De filiis autẽ Ioiadah fi
lij Eliaſib ſacerdotis magni,gener erat ipſi Samballath Choro
nitæ,& fugaui eum à me.Recordare eorum deus mi contra
eos,qui polluunt ſacerdotium,& pactum ſacerdotij,& Leui-
tarum.Et mundaui eos ab omni alienigena,& ſtatui obſeruã
tias ſacerdotibus,& Leuitis,vnicuique in opere ſuo.Et obla-
tioni lignorũ in temporibus conſtitutis,& primitiuis.Recor
dare mei deus meus in bonum.

FINIS

# PROLOGVS BEATI Hieronimi presbyteri in librum Thobiah.

CHROMATIO,& Heliodoro epiſcopis Hie
ronimus presbyter in domino ſalutẽ. Mirari nõ de-
ſino exactionis veſtræ inſtantiam.Exigitis enim,vt librũ Chal
dæo ſermone conſcriptum,ad Latinum ſtilum traham:librũ
vtiq; Thobiah,quem Hebræi de cartalogo diuinarũ ſcriptu-
rarum ſecantes:his quæ Hagiographa memorant, mancipa-
runt.Feci ſatis deſyderio veſtro,non tamen meo ſtudio. Ar-
guunt enim nos Hebræorũ ſtudia,& imputant nobis contra
ſuum canonem Latinis auribus iſta transferre.Sed melius eſ-
ſe iudicans Phariſæorũ diſplicere iudicio,et epiſcoporũ iuſsio
nibus deſeruire,inſtiti vt potui.Et quia vicina eſt Chaldæorũ
lingua ſermoni Hebraico,vtriuſq; linguæ peritiſsimũ loqua-
cem reperiens,vnius diei laborem arripui:& quicquid ille mi
hi Hebraicis verbis expreſsit,hoc ego accito notario,ſermo-
nibus Latinis expoſui:orationibus mercedem hui' operis cõ
penſabo,cum gratum vobis didicero, me quod iubere eſtis
dignati compleſſe. FINIS.

# Liber Thobiah, recognitus per Santem Pagninum Lucenſem, concionatorẽ apoſtolicum.

Thobiah iuſtitia celebris etiam captiuus,eius in fratres adiuto-
rium,Gabelli mutuum.

CAPVT I.

A THOBIAH, EX TRI-
bu,& ciuitate Naphthali,quæ eſt in ſu-
perioribꝰ Galil,ſupra Nachſon poſt viã
quæ ducit ad occidentem in ſiniſtro ha
bens ciuitatem Sepheth,cum captus eſ-
ſet in diebus Salmaneſer regis Aſſur, in
captiuitate tamen poſitus,viam verita-
tis non deſeruit:ita,vt omnia quæ habere poterat, quotidie
cõcaptiuis fratribus qui erant ex eius genere impertiret.Cũq;
eſſet iunior omibus in tribu Naphthali,nihil tamẽ puerile geſ
3.Reg.12.f. ſit in ope.Deniq; cũ irent oẽs ad vitulos aureos q̃s Iarobhã fe
cerat rex Iſrael,hic ſolus fugiebat cõſortia oĩm,& pergebat ad
Ieruſalaim ad tẽplum domini,& ibi adorabat dñm deũ Iſrael,
oĩa primitiua ſua,& decimas ſuas fideliter offerẽs:ita,vt in ter
B tio anno proſelytis,& aduenis miniſtraret oẽm decimationẽ.
Hæc & his ſimilia ſecũdũ legẽ dei puerulus obſeruabat.Cum
verò factus fuiſſet vir,accepit vxorẽ Channah,de tribu ſua,ge
nuitq; ex ea filiũ,nomẽ ſuũ imponens ei:quẽ ab infantia time-
re deũ docuit,& abſtinere ab omni peccato.Igitur dũ per ca-
ptiuitatẽ deueniſſet cũ vxore ſua,& filio in ciuitatẽ.Ninueh cũ
omni tribu ſua,& cũ oẽs ederẽt ex cibis gẽtiliũ:iſte cuſtodiuit
animã ſuã,& nunq; cõtaminatus eſt in eſcis eorũ.Et qm̃ me-
mor fuit dñi in toto corde ſuo:dedit illi deus gratiã in conſpe
ctu Salmaneſer regis,& dedit illi poteſtatẽ quocũq; vellet iret
C habẽs libertatẽ quæcũq; facere voluiſſet.Pergebat enim per
omnes qui erãt in captiuitate,& monita ſalutis dabat eis. Cũ
autẽ veniſſet in Rages ciuitatẽ Medorũ,& ex his quibus ho-
noratus fuerat à rege habuiſſet decẽ talẽta argẽti:& cũ in mul
ta turba generis ſui Gabellũ egentẽ videret,qui erat ex tribu
eius,ſub chirographo dedit illi memoratũ põdus argẽti poſt
multũ verò tẽporis,mortuo Salmaneſer rege,cũ regnaret Sã-
cherib filius eius pro eo,& filios Iſrael exoſos haberet in cõſpe
tu ſuo,Thobiah quotidie pgebat per oẽm cognationẽ ſuam,
& conſolabatur eos:diuidebatq; vnicuiq; prout poterat de fa
cultãtibus ſuis.Eſurientes alebat,nudiſq; veſtimẽta præbebat,
D et mortuis atq; occiſis ſepulturã ſolicitus exhibebat.Deniq; cũ 4.Reg.19.g.
reuerſus eſſet rex Sancherib fugiens à Iehudæa,ob plagã quã Eccl.48.d.
circa eum fecerat deus propter blaſphemiã ſuã,& iratus mul- Iſaiæ.37.g.
tos occideret ex filiis Iſrael,Thobiah ſepeliebat corpora eorũ. 1.Mac.7.f.
At vbi nunciatũ eſt regi,iuſsit eum occidi,& tulit omnẽ ſub- 2.Mac.8.e.
ſtantiã eius.Thobiah verò cũ filio ſuo,& cũ vxore fugiens nu
dus,latuit:quia multi diligebant eũ.Poſt dies verò quadragin
taquinq;,occiderũt regẽ filij ipſius.Et reuerſus eſt Thobiah in
domũ ſuã,omniſq; facultas eius reſtituta eſt ei.

Operibus miſericordiæ nihil prius habuit,tentatur cæcitate,ride
tur ab omnibus,conſtãs tamẽ manet. CAP. II.

A POſt hæc verò cũ eſſet dies feſtus dñi & factũ eſſet prãdiũ
bonũ in domo Thobiah,dixit filio ſuo:Vade & adduc
aliquos de tribu noſtra,timẽtes deũ,vt epulent nobiſcũ.Cũq;
abiſſet,reuerſus,nũciauit ei vnũ ex filiis Iſrael iugulatum iacere
in platea.Statimq; exiliens de accubitu ſuo relinquẽs prãdiũ,
ieiunus peruenit ad corpus,tollẽſq; illud portauit ad domũ
ſuam occultè,vt dũ ſol occubuiſſet cautè ſepeliret eũ.Cũq; oc
cultaſſet corpus,mãducauit panẽ cũ luctu,& tremore memo
rans illũ ſermonem quẽ dixit dñs per Hamos prophetã:Dies
G feſti veſtri cõuertentur in lamẽtationẽ,& luctũ.Cũ verò ſol oc
cubuiſſet,abiit,& ſepeliuit eũ.Arguebant aũt eum oẽs proxi-
mi eius dicẽtes:Iã huiꝰ rei cauſa interfici iuſſus es,& vix effugi-
ſti mortis imperiũ,& iterũ ſepelis mortuos?Sed Thobiah plꝰ
timẽs deũ q; regẽ,rapiebat corpora occiſorũ,et occultabat in
domo ſua,& mediis noctibus ſepeliebat ea.Contigit autẽ, vt
quadã die fatigatus à ſepultura veniẽs domũ,iactaſſet ſe iuxta
parietem,& obdormiſſet,& ex nido hyrundinũ dormienti il
B li calida ſtercora inciderent ſup oculos eiꝰ:fieretq; cæcus.Hãc
aũt tẽtationẽ,ideo permiſit dñs euenire illi, vt poſteris dare-
tur exemplum patientiæ eius,ſicut & ſancti Iiob.Nã cum ab
infantia ſua ſemper deum timuerit,& mãdata eius cuſtodie-
rit:non eſt contriſtatus contra deum quod plaga cæcitatis e-
uenerit ei:ſed immobilis in dei timore permãſit:agẽs gratias
deo omnibus diebꝰ vitæ ſuæ.Nã ſicut beato Iiob inſultabãt
reges:ita iſti parẽtes & cognati eius irridebãt vitã eius,dicen-
tes:Vbi eſt ſpes tua,p qua eleemoſynas et ſepulturas faciebas?
Thobiah vero increpabat eos,dicẽs:Nolite ita loqui qm̃ filij
D ſanctorũ ſumus & vitã illã expectamus:quã deus daturus eſt
his qui fidem ſuã nunquã mutant ab eo.Channah vero vxor
eius ibat ad opus textrinũ quotidie,& de labore manuũ ſua-
rum victum quem conſequi potuiſſet,deferebat.Vnde factũ
eſt,vt hœdũ caprarũ accipiẽs,detuliſſet domi.Cuius cũ vocẽ
balantis vir eius audiſſet,dixit:Videte ne forte furtiuꝰ ſit.Red
dite eũ dominis ſuis,quia nõ licet nobis aut edere ex furto ali
quid,aut cõtingere.Ad hæc vxor eius irata reſpondit:Manife
ſtè vna vana facta eſt ſpes tua,& eleemoſynæ tuæ modo: ap-
paruerũt:atq; his & aliis huiuſcemodi verbis exprobrabat ei.

Oratio Thobiah,& Sarah Rehuelis filiæ,cui dæmonium ſeptẽ
viros occidarat,ſimul exauditur.

CAP. III.

A TVnc Thobiah ingemuit,& cœpit orare cum lachry-
mis dicens:Iuſtus es domine,& omnia iudicia tua vera
ſunt,& omnes viæ tuæ miſericordia,& veritas,& iudicium.
Et nunc domine memor eſto mei,& ne vindictam ſumas de
peccatis meis,neq; reminiſcaris delicta mea,vel parentũ meo-
rum.Quoniã non obediuimus præceptis tuis:ideo traditi ſu-
mus in direptionem,& captiuitatem,& mortem,& in fabulã
et in improperiũ omnibus nationibus in quas diſperſiſti nos.
Et nunc domine magna iudicia tua,quia non egimus ſecun-
dum præcepta tua,& non ambulauimus ſynceriter coram te.
Et nunc domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum,&
præcipe in pace recipi ſpiritum meũ.Expedit enim mihi mo-
B ri magis ꝙ viuere.Eadem itaq; die contigit,vt Sarah filia Re-
huelis in Rages ciuitate Medorum,& ipſa audiret impropे-
rium ab vna ex ancillis patris ſui,quoniã tradita fuerat ſeptẽ
viris,& demoniũ nomine Aſmodæus occiderat eos,mox vt
ingreſsi fuiſſent ad eam.Ergo cũ ꝓ culpa ſua increparet puel-
lam,reſpondit ei dicens:Amplius ex te non videamus filium,
aut filiam ſuper terrã:interfectrix virorum tuorum.Nũquid
& occidere me vis,ſicut etiam occidiſti ſeptẽ viros?Ad hanc
vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ,& tribus
diebus,& tribus noctibus non manducauit neque bibit,ſed
in oratione perſiſtens cum lachrymis deprecabatur deum,vt
C ab iſto improperio liberaret eam.Factum eſt autẽ die tertia
dum compleret orationẽ,benedicẽs dñm dixit:Benedictũ eſt
nomen tuum deus patrũ noſtrorũ:qui cũ iratus fueris miſeri-
cordiã facies,& in tempore tribulationis peccata dimittis his
qui inuocant te.Ad te domine faciem meam conuerto:ad te
oculos meos erigo.Peto domine vt de vinculo improperij
huius abſoluas me:aut certe deſuper terrã eripias me.Tu ſcis
domine,quia nunquã concupiui virum,& mundam ſeruaui
animam meam ab omni concupiſcentia.Nunquã cum luden
D tibus miſcui me:neque cum his qui in leuitate ambulãt parti-
cipem me præbui.Virum autem cum timore tuo,non cum
libidine mea conſenſi ſuſcipere.Et aut ego indigna fui illis:aut
illi forſitan me non fuerunt digni:quia forſitan viro alij cõſer
uaſti me.Non eſt enim in hominis poteſtate cõſilium tuum.
Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te:quia vita eius
ſi in probatione fuerit coronabitur:ſi autem in tribulatione
fuerit,liberabitur:& ſi in corruptione fuerit,ad miſericordiã
tuam venire licebit.Non enim delectaris in perditionibus no
ſtris,quia poſt tempeſtatem tranquillum facis,& poſt lachry
mationem,& fletum exultationẽ infundis.Sit nomen tuum
deus Iſrael benedictum in ſecula.In illo tẽpore exauditæ ſunt
preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi dei,& miſſus eſt
angelus dñi ſanctus Raphael,vt curaret eos ambos:quorum
vno tempore ſunt orationes in conſpectu domini recitatæ.

¶ Erudit filium Thobiah,quomodo ſe mortuo uitã inſtituere debeat,mutuum ſimul quod dedit Gabello oſtendit. CAP. IIII.

A IGitur cum Thobiah putaret orationem ſuam exaudiri,vt
mori putuiſſet:vocauit ad ſe Tobiah filium ſuum,dixitq;
ei:Audi fili mi verba oris mei:& ea in corde tuo quaſi funda-
mentum conſtrue.Cum acceperit deus animam meã,corpus
meum ſepeli:& honorem habebis matri tuæ omnbus diebus
vitæ euis.Memor enim eſſe debes quæ,et quanta pericula paſ
ſa ſit propter te in vtero ſuo.Cum autem et ipſa compleuerit Eccl.7.c.
tempus vitæ ſuæ:ſepelias eam circa me.Omnibus autem die
bus vitæ tuæ in mente habeto deum,& caue ne aliquãdo pec-
cato conſentias,& prætermitas præcepta dei noſtri.Ex ſubſtã
tia tua fac eleemoſynam:& noli auertere faciem tuam ab vllo
B paupere.Ita enĩ fiet,vt nec à te auertatur facies domini.Quo-
modo potueris ita eſto miſericors.Si multum tibi fuerit,abũ Lucæ.14.c Prou.3.b. Eccl.4.a.& 14.b.
danter tribue:ſi exiguum tibi fuerit,etiam exiguũ libenter im-
pertiri ſtude.Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die
neceſſitatis:quoniam eleemoſyna ab omni peccato & à mor
te liberat,& non patietur animam ire in tenebras.Fiducia
magna erit coram ſummo deo eleemoſyna omnibus facien- Eccl.29.a.
tibus eam.Attende tibi fili ab omni fornicatiõe:& præter vxo
C rem tuam nunquam patiaris crimen ſcire.Superbiam nun-
quã in tuo ſenſu,aut in tuo verbo dominari permitas.In ipſa
enim initium ſumpſit omnis perditio.Quicũque tibi aliquid
operatus fuerit,ſtatim ei mercedem reſtitue:et merces merce-
narij tui apud te omnino non remaneat.Quod ab alio ode- Leuiti.19.c.
ris fieri tibi,vide ne tu aliquando alteri facias:Panem tuum Deut.24.c.
cum eſurientibus,& egentibus comede,& de veſtimentis tuis Matth.7.b.
nudos tege.Panem tuum,& vinũ tuũ ſuper ſepulturam iuſti
D conſtitue,& noli ex eo manducare,& bibere cum peccatori-
bus.Conſilium ſemper à ſapiente perquire.Omni tempore
benedic deum:& pete ab eo,vt vias tuas dirigat,& Omnia
conſilia tua in ipſo permaneãt.Indico etiam tibi fili mi dediſſe
me decem talenta argẽti,dum infantulus eſſes,Gabello in Ra-
ges ciuitate Medorum:& chirographũ eius apud me habeo.
Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias,recipias ab eo
ſuprà memoratũ pondus argenti,& reſtituas ei chirographũ
ſuum.Noli timere fili mi.Pauperem quidem vitam gerimus,
ſed multa bona habebimus,ſi timuerismus deum,& receſſe-
rimus ab omni peccato,& fecerimus bene.

¶ Raphael angelus comes ſit peregrinanti Thobiah iuniori pro monitione debiti. CAP. V.

A TVnc reſpondit Thobiah patri ſuo,& dixit:Omnia quæ
cunq; præcepiſti mihi faciam pater.Quomodo aũt pe-
cuniam hanc requiram,ignoro.Ille me neſcit,& ego eũ igno
ro.Quod ſignum dabo ei?Sed neque viam per quam perga-
tur illuc,aliquando cognoui.Tunc pater ſuus reſpondit illi,
& dixit:Chirographum quidem illius apud me habeo,quod
dum illi oſtenderis ſtatim reſtituet.Sed perge nunc & inquire
tibi aliquem fidelem virum,qui eat tecum ſalua mercede ſua
dum adhuc viuo,vt recipias eam.Tunc egreſſus Thobiah in
uenit iuuenem ſplendidum ſtantem præcinctum,& quaſi pa
ratũ ad ambulandũ.Et ignorans,ꝙ angelus dei eſſet,ſalutauit
B eum,& dixit:vnde te habemus bone iuuenis?At ille reſpon-
dit:Ex filijs Iſrael.Et Thobiah dixit ei:Noſti viã quæ ducit in
regionem Medorum?Cui reſpondit:Noui,& omnia itine-
ra eius frequenter ambulaui,& mãſi apud Gabellum fratrem
noſtrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum:quæ poſi
ta eſt in mõte Egbathanis.Cui Thobiah ait:Suſtine me obſe-
cro,donec hec ipſa nunciem patri meo,Tunc ingreſſus Tho-
biah indicauit vniuerſa hæc patri ſuo.Sup qua re admiratus
pater rogauit,vt introiret ad eum.Ingreſſus itaq; ſalutauit
eum,& dixit:Gaudium tibi ſit ſemper.Et ait Thobiah:Quale
gaudium mihi erit,qui in tenebris ſedeo,et lumen cœli non vi
deo?Cui ait iuuenis:Forti animo eſto,in ꝓximo eſt,vt à deo
cureris.Dixit itaq; illi Thobiah:Nunquid poteris perducere
filium meum ad Gabellum in Rages ciuitatem Medorum?
C Et cum redieris reſtituam tibi mercedem tuam.Et dixit ei an-
gelus:Ego ducam,& reducam eum ad te.Cui Thobiah reſpõ
dit:Rogo te,Indica mihi de qua domo aut de qua tribu es
tu?Cui Raphael angelus dixit:Genus quæris mercenarij,an
ipſum mercenarium,qui cum filio tuo erat?Sed ne forte ſol-
licitum te reddam;ego ſum Hazariah Chananiah magni fili-
us.Et Thobiah reſpondit:Ex magno genere es tu.Sed peto ne
iraſcaris,ꝙ voluerim cognocere genus tuũ.Dixit autẽ illi an-
gelus:Ego ſanum ducam,& ſanum tibi reducam filium tuũ.
Reſpondens autem Thobiah ait:Bene ambuletis,& ſit domi
nus in itinere veſtro,& angelus eius comitetur vobiſcum.
Tunc paratis omnibus,quæ erant in via portanda fecit Tho
biah vale patri ſuo,& matri ſuæ:& ambulauerũt ambo ſimul.
D Cumq; profecti eſſent,cœpit mater eius flere,& dicere:Bacu-
lum ſenectutis noſtræ tuliſti,& tranſmiſiſti à nobis.Nunquã
fuiſſet ipſa pecunia pro qua miſiſti eũ.Sufficiebat nobis pau
pertas noſtra,vt diuitias computaremus hic quòd videbamus
filium noſtrum.Dixitq; ei Thobiah:Noli flere Saluus perueniet
filius noſter,& ſaluus reuertetur ad nos,& oculi tui videbunt
illum:Credo enim,quòd angelus dei bonus comitetur ei,&
bene diſponat omnia quæ circa eum geruntur,ita vt cũ gau
dio reuertatur ad nos.Ad hanc vocem ceſſauit mater eius fle
re,& tacuit.

¶ Piſcis uarios uſus docet angelus,& matrimonij ſanctitatem,nuptiaſque Sarah perſuadet. CAP. VI.

A PRofectus eſt autem Thobiah,& canis ſecutus eſt eum,&
manſit prima manſione iuxta fluuium Tigris.Et exiuit
vt lauaret pedes ſuos:Et ecce piſcis immanis exiuit ad deuo-
randum eum.Quem expaueſcẽs Thobiah clamauit voce ma
gna,dicens:Domine,inuadit me.Et dixit ei angelus:Apprehẽ
de brãchiam eius,& trahe eum ad te.Quod cũ feciſſet,attra-
xit eum in ſiccum,& palpitare cœpit ante pedes eius.Tũc di-
B xit ei angelus:Exentera hunc piſcem & cor eius,& fel,& iecur
repone tibi.Sunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtili-
ter.Quod cum feciſſet,aſſauit carnes eius,& ſecum ſuſtulerũt
in via:cetera,ſalierũt quæ ſuffecerunt eis quouſq; peruenirent
in Rages ciuitatem Medorum.Tunc interrogauit Thobiah
angelum,& dixit ei:Obſecro te Hazariah frater,vt dicas mihi
quod remedium habebunt iſta quæ de piſce ſeruare iuſſiſti.
Et reſpondens angelus,dixit ei:Cordis eius particulam ſi ſup
carbones ponas:fumus eius extricat omne genus dæmonio-
C rum,ſiue à viro,ſiue à muliere:ita vt vltra nõ accedat ad eos.
Et fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo,& ſa
nabuntur.Et dixit ei Thobiah:Vbi vis vt maneamus?Reſpõ
denſq; angelus ait:Eſt hic Rehuel vir nomine,propinquus,de
tribu tua,& hic habet filiam nomine Sarah,ſed neque maſcu-
lum neque fœminam vllam habet aliam præter eam.Tibi de
betur omnis ſubſtantia eius,& oportet eam te accipere cõiu
gem.Pete ergo eam à patre eius,& dabit tibi eam in vxorem.
Tunc reſpondit Thobiah,& dixit:Audio quia tradita eſt ſe-
ptẽ viris,& mortui ſunt.Sed & hoc audiui,quia dæmonium
occidit illos.Timeo ergo ne forte & mihi hæc eueniant,& cũ
ſim vnicus parẽtibus meis,deponam ſenectutem illorum cũ
D triſtitia ad inferos.Tunc angelus Raphael dixit ei:Audi me,et
oſtendam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmonium.
Hi nanq; qui coniugiũ ita ſuſcipiunt,vt deum à ſe,& à ſua mẽ
te excutiant:& ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus qui-
bus non eſt intellectus,habet poteſtatem dæmonium ſup eos:
Tu autem cum acceperis eam,ingreſſus cubiculum per tres
dies continens eſto ab ea:& nihil aliud niſi orationibus vaca
bis cum ea.Ipſa autem nocte incenſo iecore piſcis fugabitur
dæmonium.Secunda verò nocte in copulatione ſanctorum
patriarcharum admitteris.Tertia autem nocte benedictionẽ
conſequeris,vt filij ex vobis procreentur incolumes.Tranſ-
acta autem tertia nocte,accipies virginem cum timore do-
mini:amore filiorum magis quam libidinis ductus:vt in ſemi
ne Abrahæ benedictionem in filiis conſequaris.

¶ Rehuel Thobiah ſuſcipit hoſpitio filiamque ſuam ipſi deſpõſat. CAP. VII.

A INgreſsi ſunt autem ad Rehuelem:& ſuſcepit eos Rehuel
cum gaudio.Intuenſq; Thobiah Rehuel,dixit Channæ v-
xori ſuæ:Quàm ſimilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo.Et cũ
hæc dixiſſet,ait:Vnde eſtis iuuenes fratres noſtri:At illi dixe-
runt:Ex tribu Naphthali ſumus ex captiuitate Ninueth.Di-
xitq; illis Rehuel:Noſtis Thobiah fratrem meum?Qui dixe-
runt:Nouimus.Cumque multa bona illoqueretur de eo,dixit
angelus ad Rehuelem:Thobiah,de quo interrogas pater iſtius
B eſt.Et miſit ſe Rehuel,& cum lachrymis oſculatus eſt eum.Et
plorans ſupra collum eius dixit:Benedictio ſit tibi fili mi,quia
boni & optimi viri filius es.Et Chãnah vxor eius,& Sarah i-
pſorum filia lachrymatæ ſunt.Poſtquam autem locuti ſunt,
præcepit Rehuel occidi arietem,& parari conuiuium.Cumq;
hortaretur eos diſcumbere ad prandium,Thobiah dixit:Hic
hodie non manducabo,neque bibam,niſi prius petitionem
meam confirmes:et promittas mihi dare Saram filiam tuam.
Quo audito verbo Rehuel expauit,ſciens quid euenerit Illis ſe
C ptem viris,qui ingreſsi ſunt ad eam:& timere cœpit,ne fortè
& huic ſimiliter cõtingeret.Et cum nutaret,& non daret pe-
tenti vllum reſponſum,dixit ei angelus:Noli timere dare eam
illi,quoniam huic timẽti deum debetur cõiunx filia tua.Pro-
pterea alius nõ potuit habere illam.Tunc dixit Rehuel:Non
dubito ꝙ deus preces,& lachrymas meas in cõſpectu ſuo ad-
miſerit.Et credo ꝙ ideo fecit vos venire ad me,vt & iſta con- Num.36.c.
D iungeretur cognationi ſuæ,& ſecũdum legem Moſeh.Et nũc
noli dubium gerere,quòd tibi eam tradam.Et apprehendẽs
dexteram filiæ ſuæ,dexteræ Thobiah,tradidit dicens:Deus A-
braham,& deus Iſchac,& deus Iahacob vobiſcum ſit,& ipſe
cõiungat vos,impleatq; benedictionem ſuam in vobis.Et ac-
cepta charta fecerunt conſcriptionem coniugij.Et poſt hæc e-
pulati ſunt benedicentes deum.Vocauitq; Rehuel ad ſe Chan
nah vxorem ſuam,& præcepit ei,vt præparet alterum cubi-
culum.Et introduxit illuc Saram filiam ſuam,& lachrymata
eſt.Dixitq; ei:Forti animo eſto filia mea.Dominus cœli det ti-
bi gaudium,pro tædio quod perpeſſa es.

¶ Thobiah nuptæ cõcubiturus,doctrinã angeli ſeruat,fugato ergo dæmone,& ipſo incolumi ꝑmanente,orationes fiunt ac ingens gaudium. CAP. VIII.

A POſtq; verò cœnauerunt,introduxerunt iuuenem ad eã.
Recordatus itaq; Thobiah ſermonum angeli protulit de
calsidili ſuo partem iecoris,poſuitq; eã ſuper carbones viuos.
Tunc Rephael angelus apprehendit dæmonium & religauit
illud in deſerto ſuperioris Aegypti.Tunc hortatus eſt virgi-
nem Thobiah,dixitq; ei:Sarah exurge & deprecemur deum
hodie,& cras,& ſecundum cras,quia his tribus noctibus deo
iungimur:tertia autem tranſacta nocte in noſtro erimus con
iugio.Filij quippe ſanctorum ſumus,& non poſſumus ita cõ
iungi ſicut Gentes quæ ignorant deum.Surgentes autem pa
B riter inſtanter orabant ambo ſimul,vt ſanitas daretur eis.Di-
xitq; Thobiah:Dñe deus patrum noſtrorũ benedicãt te cœli,
& terra,& mare,& fontes,& flumina,& omnes creaturæ tuæ
quæ in eis ſunt.Tu feciſti Adam de limo terræ,dediſtiq; ei ad-
iutorium Chauuâ.Et nunc domine tu ſcis,quia non luxuriæ
cauſa accipio ſororem meam coniugem,ſed ſola poſteritatis
dilectione,in qua benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculo-
rum.Dixit itaque Sarah:Miſerere nobis,dñe miſerere nobis,
& conſeneſcamus ambo pariter ſani.Et factum eſt circa pullo
rum cantum accerſiri iuſsit Rehuel ſeruos ſuos,& abierũt cũ
eo pariter,vt foderẽt ſepulchrum.Dicebat enim ne ſimili mo
do euenerit ei,quo & cæteris aliis ſeptem viris,qui ſunt ingreſ-
C ſi ad eam.Cumq; paraſſent foſſam,reuerſus Rehuel ad vxorẽ
ſuam,dixit ei:Mitte vnam ex ancillis tuis,& videat ſi mortuus
eſt,vt ſepeliam eum anteq; illuceſcat.At illa miſit vnam ex an
cillis ſuis.Quæ ingreſſa cubiculum reperit eos ſaluos,& in-
columes,ſecum pariter dormientes.Et reuerſa nunciauit bo
num nuncium.Et benedixerunt dominum,Rehuel videlicet
& Channah vxor eius,& dixerunt:Benedicimus te dñe deus
Iſrael,quia non contigit nobis quẽadmodũ putabamus.Feci
ſti enim nobiſcũ miſericordiã tuã,& excluſiſti à nobis inimicũ
D perſequentẽ nos.Miſertus es aũt duobus vnicis.Fac eos dñe
plenius bñdicere te,& ſacrificium laudis tuæ,& ſuæ ſanitatis
offerre,vt cognoſcat vniuerſitas Gentiũ:qa tu es deus ſolus in
vniuerſa terra.Statimq; præcepit ſeruis ſuis Rehuel,ut reple-
rent terra foſſam quã fecerant,priuſq; illuceſeret.Vxori autẽ
ſuæ,dixit vt inſtrueret cõuiuium:& præpararet omnia quæ
in cibos erant iter agentibus neceſſaria.Duas quoq; pingues
vaccas,& quatuor arietes occidi fecit,& parari epulas omni-
bus vicinis ſuis,cunctiſq; amicis.Et adiurauit Rehuel Tho-
biah,vt duas hebdomadas apud ſe moraretur.De omnibus
autem quæ poſsidebat Rehuel dimidiam partem dedit Tho-
biæ,& fecit hanc ſcripturam vt pars dimidia quæ ſupererat
poſt obitum eorum Thobiæ dominio deueniret.

¶ Angelus uadit in Rages,recepturus a Gabello æs alienum.

CAP. IX.

A TVnc vocauit Thobiah angelum ad ſe,quem quidē hominē exiſtimabat & dixit ei;Hazariah frater,peto vt auſcultes verba mea·Si meipſum tradā tibi ſeruū,non ero condignus prouidentiæ tuæ.Tamen obſecro te,vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia,& vadas ad Gabellū in Rages ciuitatem
B Medorū:reddasq́;,& chirographū ſuum,& recipies ab eo pecuniam,& roges eū venire ad nuptias meas.Scis em̄ ipſe,qm̄ numerat pater meus dies.Et ſi tardauero vna dies' plucontriſtatur anima eius.Et certe vides quomodo adiurauit me Rehuel,cuius adiuramentum ſpernere non poſſum.Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſeruis Rehuelis,& duos camelos
C in Rages ciuitatem Medorum perrexit.Et inueniens Gabellū, dedit ei chirographū ſuum, & recepit oēm pecuniam. Indicauitq́; ei de Thobiah filio Thobiæ oīa quæ geſta ſunt,fecit et eum ſecum venire ad nuptias.Cūq́; ingreſſus eſſet domū Rehuelis,inuenit Thobiah diſcūbentē:& exiliens oſculati ſunt ſe inuicem.Et fleuit Gabellus,benedixitq́; deum,& dixit:Benedicat te deus Iſrael,qa filius es optimi viri,& iuſti, & timentis
D deum,& eleemoſynas facientis.Et dicatur benedictio ſup vxorē tuā,& ſuper parentes veſtros,& videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum vſque in tertiā & quartā generationem,& ſit ſemen veſtrum benedictū à deo Iſrael, q regnat in ſecula ſeculorum.Cumq́; omnes dixiſſent,amen: acceſſerūt ad conuiuium.Sed cum timore domini nuptiarum conuiuiū exercebant.

¶Triſtantur parentes ex mora reditus filij,dimittitur a ſocero cum dote bonorum dimidiorum. CAP. X.

A CVm verò moras faceret Thobiah,cauſa nuptiarū,ſollicitus erat pater eius Thobiah,dicens;Putas quare moratur filius meus,aut quare detentus eſt ibi?Putas ne Gabell' mortuus eſt,& nemo reddat ſibi pecuniam?Cœpit autem cōtriſtari nimis ipſe & Channah vxor eius cum eo.Et cœperūt ambo ſimul flere,eo q́ die ſtatuto minime reuerteretur filius eorum ad eos.Flebat igitur mater eius irremediabilibus la-
B chrymis,atq́; dicebat:Heu me fili mi,vt quid te miſimus peregrinari,lumē oculorū noſtrorū, baculū ſenectutis noſtrę, ſolatiū vitę noſtrę,ſpes poſteritatis noſtrę?Oīa ſimul in te vno habētes,te nō debuim' dimittere à nobis.Cui dicebat Thobiah: Tace, noli turbari. San' eſt filius noſter.Satis fidelis eſt vir ille cū quo miſimus eum.Illa aūt nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens circumſpiciebat,& circumibat vias omnes per quas ſpes remeādi videbatur,vt procul videret eū,
C ſi fieri poſſet venientem.At verò Rehuel dicebat ad generum ſuum;Mane hic,et ego mitto nuncium ſalutis de te ad Tobiah patrem tuum.Cui Thobiah ait : Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant,& cruciatur ſpiritus eorum in ipſis.Cumq́; verbis multis rogaret Rehuel Thobiā, & ille eum nulla ratione vellet audire,tradidit ei Saram & dimidiam partem omnis ſubſtātię ſuę in pueris,in puellis,in pe-
D cudibus,in camellis,& in vaccis,& pecunia multa,& ſaluum atq́; gaudētem dimiſit eum à ſe,dicens;Angelus domini ſanctus ſit in itinere veſtro,perducatq́; vos incolumes,& inueniatis omnia recta circa parentes veſtros, & videāt oculi mei filios veſtros priuſquam moriar.Et apprehēdētes parentes filiā ſuam,oſculati ſunt eam,& dimiſerunt ire, monentes eam honorare ſoceros,diligere maritum,regere familiam,gubernare domum,& ſeipſam irreprehenſibilē exhibere.

¶Redit Thobiah domum,patri reddit uiſum,inde ingens bene geſtarum rerum eſt gaudium. CAP. XI.

A CVmq́; reuerterentur,peruenerūt ad Charam quę eſt in medio itinere cōtra Ninueh vndecimo die Dixitq́; angelus Thobiah frater,ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum.Si placet itaq́; tibi pręcedamus,et lento gradu,inſequātur iter noſtrum familię ſimul cū coniuge tua,& cum animalibus. Cumque hoc placuiſſet vt irent,dixit Raphael ad Thobiah:Tolle tecum ex felle piſcis, erit enim neceſſarium. Tulit itaq́; Thobiah,ex felle illo,& abierunt. Channah autem ſedebat ſecus viam quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere
B poterat de longinquo.Et dum ex eodem loco ſpecularetur aduentum eius,vidit à longe,& ilico cognouit venientem filium ſuum,currēsq́; nunciauit viro ſuo,dicens:Ecce venit fili' tuus.Dixitq́; Raphael ad Thobiah:At vbi introieris domum tuā,ſtatim adora dn̄m deum tuum,& gratias agens ei,accede ad patrem tuum,& oſculare eum.Statimq́; linito ſuper oculos eius,ex felle iſto piſcis quod portas tecum;Scias enim qm̄
C mox aperientur oculi eius,& videbit pater tuus lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudebit.Tunc,præcucurrit canis, q ſimul fuerat in via,& quaſi nūcius adueniēs blandimento ſuę caudę gaudebat.Et cōſurgēs cæc' pater cœpit offendēs pedib' currere.Et data manu puero,occurrit obuiam filio ſuo.Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cum vxore ſua.Et cœperunt flere prę gaudio.Cumq́; adoraſſent deum,& gratias egiſſent, conſederunt.Tunc ſumens Thobiah de felle piſcis liniuit oculos patri ſuo.Et ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam. Et cœpit albugo ex oculis eius quaſi membrana oui egredi.Quod app̄hendens Thobiah traxit ab oculis eius, ſtatimq́; viſum rece-
D pit.Et glorificabant deum,ipſe videlicet & vxor eius,& oēs qui ſciebant eū.Dicebatq́; Thobiah:Bn̄dico te domine deus Iſrael,quia tu caſtigaſti me,& tu ſaluaſti me.Et ecce ego video Thobiah filium meum.Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies Sarah vxor filij eius,& omnis familia,& pecora ſana,& cameli, & pecunia multa vxoris,ſed & illa pecunia quam receperat à Gabello,& narrauit parentibus ſuis omnia beneficia dei,quæ feciſſet circa eum per hominem qui eum duxerat. Venerūtq́; Achior & Nabath conſobrini Thobiæ, gaudentes ad Thobiam,& congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat deus.Et per ſeptem dies epulātes omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

¶Angelo in precium dimidium bonorum conſtituitur,qui docta ipſos ueritate,ex eorum oculis euaneſcit. CAP. XII.

A TVnc vocauit ad ſe Thobiah filiū ſuum,dixitq́; ei: Quid poſſumus dare viro iſti ſancto,qui venit tecum?Reſpōdens Thobiah,dixit patri ſuo:Pater,quā mercedem dabimus ei,aut qd dignū poterit eſſe beneficiis ei'?Me duxit & reduxit ſanum,pecuniam à Gabello ipſe recepit vxorē ipſe me habere fecit,& dæmonium ab ea ipſe compeſcuit,gaudium parentibus eius fecit,meipſum à deuoratiōe piſcis eripuit, te quoq́; videre fecit lumen cœli,& bonis omnibus per eum repleti ſu-
B mus.Quid illi adhuc poterimus dignum dare?Sed peto te pater mi,vt roges eum,ſi forte dignabitur medietatē de oīb9 quæ allata ſunt,ſibi aſſumere.Et vocātes eum pater ſcilicet,& filius,tulerunt eum in partem,& rogare cœperunt,vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant,acceptā habere.Tunc dixit eis occulte;Benedicite deum cœli,& corā omnibus viuentibus confitemini ei,quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam.Etem̄ ſacramentū regis abſcondere bonū eſt opera autem dei reuelare & confiteri honorificū eſt.Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna,magis q́ theſauros auri recondere.Quoniā eleemoſyna à morte liberat,& ipſa eſt quæ purgat peccata & facit inuenire vitā æternā.Qui aūt faciunt
C peccatum & iniquitatem,hoſtes ſunt animæ ſuæ. Manifeſto ergo vobis veritatem,& non abſcondā à vobis occultū ſermonem.Quādo orabas cū lachrymis,& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiū tuum,& mortuos abſcondebas p̱ diem in domo tua,& nocte ſepeliebas eos,ego obtuli orationē tuā dn̄o.Et quia acceptus eras deo,neceſſe fuit,vt tentatio probaret te.Et nunc miſit me dominus,vt curarem te,& Sarah vxorē filij tui à dæmonio liberarem.Ego enim ſum Raphael angelus,vnus ex ſeptem qui aſtamus ante dn̄m.Cumq́; hæc audiſſent,turbati ſunt,& tremētes ceciderūt ſup̱ terram
D in faciē ſuam.Dixitq́; eis angelus;Pax vobis.Nolite timere.Etenim cū eſſem vobiſcū,p̱ voluntatē dei erā,ipſum bn̄dicite et cātate illi.Videbar qdē vobiſcū māducare & bibere,ſed ego cibo inuiſibili,& potu q́ ab hoībus videri nō pōt, vtor. Tp̄s eſt ergo,vt reuertar ad eū q me miſit,vos aūt bn̄dicite deū,&
D narrate omnia mirabilia eius.Et cū hæc dixiſſet,ab aſpectu eorū ablatus eſt,& vltra eū videre nō potuerunt.Tunc proſtrati per horas tres in faciem,benedixerunt deum.Et exurgētes,narrauerunt omnia mirabilia eius.



¶Prophetat Thobiah ſubuerſionem & reædificationem Ieruſalaim. CAP. XIII.

Deut.32.f. 1.Reg.2.a. Sapien.16.b.

A APeriens aūt Thobiah ſenior os ſuū,benedixit dn̄m, & dixit:Magnus es dn̄e in æternū,& in omnia ſecula regnum tuum,qm̄ tu flagellas,& ſaluas:deducis ad inferos et reducis,& nō eſt qui effugiat manum tuā.Confitemini dno filij Iſrael,& in cōſpectu Gentiū laudate eū,qm̄ ideo diſperſit vos, inter Gentes quæ ignorant eū,vt vos enarretis mirabilia ei', & faciatis ſcire eos,quia non eſt alius deus omnipotēs præter eum.Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras,& ipſe ſal-
B bit nos propter miſericordiā ſuam.Aſpicite ergo quæ fecit vobiſcū,& cū timore,& tremore confitemini illi,regemq́; ſeculorum exaltate in operibus veſtris.Ego aūt in terra captiuitatis meæ confitebor illi,quoniam oſtendit maieſtatē ſuam in gentem peccatricem.Conuertimini itaq́; peccatores,& facite iuſtitiam coram dn̄o,credētes q́ faciat vobiſcū miſericordiā ſuam.Ego aūt & aīa mea in eo lætabimur.Bn̄dicite dn̄o oēs electi eius,agite dies lętitiæ,& cōfitemini illi Ieruſalaim ciuitas
C dei,caſtigauit te dn̄s in operibus manuū tuarum.Cōfitere domino in bonis tuis,& benedic deum ſeculorū,vt reædificet in te tabernaculū ſuū,& reuocet ad te oēs captiuos, & gaudeas in omnia ſecula ſeculorum.Luce ſplendida fulgebis,& oēs fines terræ adorabūt te.Nationes ex longinquo ad te venient & munera deferentes adorabunt in te dn̄m, & terram tuam in ſanctificatione habebunt.Nomen enim magnū inuocabūt in te.Maledicti erunt qui contempſerint te,& cōdemnati erūt oēs qui blaſphamauerint te,benedictiq́; erunt qui ædificaue-
D rint te.Tu aūt lætaberis in filiis tuis, qm̄ oēs benedicentur, & congregabuntur ad dn̄m.Beati oēs qui diligunt te, & qui gaudent ſuper pace tua.Anima mea benedic dn̄m, quoniam liberauit Ieruſalaim ciuitatē ſuā à cunctis tribulationibus ei', dn̄s deus noſter:Beatus ero,ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad
Apocal.21. videndam claritatē Ieruſalaim.Portæ Ieruſalaim,& ſaphiro, & ſmaragdo ædificabuntur,& ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius.Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius ſternentur,& per vicos eius halleluiah cantabitur. Benedictus dominus qui exaltauit eam,vt ſit regnum eius in ſecula ſeculorum ſuper eam,Amen.

¶Prophetat ſubuerſionem Ninueh,& Iſraelis reſtitutionem. CAP. XIIII.

A ET cōſummati ſunt ſermones Thobiah.Et poſtq́; illuminatus eſt Thobiah, vixit annis quadraginta duobus,& vidit filios nepotū ſuorum.Cōpletis itaq́; annis centū duōb' ſepult' eſt honorifice in Ninueh.Quinquaginta namq́;,& ſex annorum lumen oculorum amiſit:ſexgenarius verò recepit. Reliquum verò vitæ ſuæ,in gaudio fuit,& cū bono profectu timoris dei perrexit in pace.In hora aūt mortis ſuæ vocauit
B ad ſe Thobiah filium ſuum,& ſeptem iuuenes filios eius nepotes ſuos,dixitq́; eis: Prope erit interitus Ninueh.Nō enim excidit verbū dn̄i,& fratres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, reuertentur ad eā.Omnis aūt deſerta terra eius replebitur,& domus dei quæ in ea incenſa eſt,iterum reædificabitur,ibiq́; reuertentur omnes timētes deū.Et relinquēt gentes idola ſua, & venient in Ieruſalaim,& inhabitabunt in ea,& gaudebunt
C in ea omnes reges terræ adorantes deū Iſrael.Audite ergo filij mei,patrem veſtrum.Seruite dn̄o in veritate,& inquirite vt faciatis quæ placita ſunt illi,& filiis veſtris mādate,vt faciāt iuſtitias & eleemoſynas,vt ſint memores dei,& benedicant eū in omni tp̄e,in veritate & in tota virtute ſua. Nunc ergo filij audite me,& nolite manere hic: ſed quocunq́; die ſepelieritis matrem veſtrā circa me in vno ſepulchro,ex eo dirigite greſſus veſtros,vt exeatis hinc.Video em̄ quia iniqtas ei' fīnē da-
D bit ei.Factum eſt aūt poſt obitū matris ſuæ,Thobiah abſceſſit ex Ninueh,cū vxore ſua,& filiis & filiorum filiis, & reuerſus eſt ad ſoceros ſuos. Inuenitq́; eos incolumes in ſenectute bona,& curā eorum geſſit,& ipſe clauſit oculos eorū,& oēm hæreditatē domus Rehuelis,ipſe percepit.Viditq́; qntā generationē filios filiorū ſuorum.Et cōpletis annis nonaginta & nouē in timore dn̄i cū gaudio ſepelierūt eū:Oīs aūt cognatio ei',& oīs generatio eius in bona vita,& in ſancta cōuerſatione permāſit,ita vt accepti eſſent tā deo q́ hominib',& cūctis habitantibus terrā.

FINIS.

# PROLOGVS in librum Iehudith.

APud Hebræos liber Iehudith inter hagiographa legitur:cuius authoritas ad roboranda illa quæ in conteñtionem veniunt,minus idonea iudicatur.Chaldæo tamen ſermone conſcriptus inter hiſtorias cōputatur.Sed quia hunc librum ſynodus Nicena in numero ſanctarū ſcripturarum legitur cōputaſſe,acquieui poſtulationi veſtrę,imo exactioni,et ſepoſitis occupationibus,quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi,magis ſenſum è ſenſu,quām ex verbo verbū transferens.Multorum codicum varietatem uitioſiſſimam amputaui:ſola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui,Latinis expreſsi.Accipe Iehudith viduam caſtitatis exemplum,& triumphali laude perpetuis eam præconiis declara.Hanc enim non ſolum fœminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui caſtitatis eius remunerator virtutem ei talem tribuit,vt inuictum omnibus hominibus vinceret,inſuperabilem ſuperaret.

## Argumentum in librum Iehudith.

IEhudith uidua filia Merari de tribu Simhon magna nimis in gloria,& uirorum præſtantior,quę in typo eccleſiæ diabolum capite detruncauit:nec formidauit pro ſalute populi mortem,nec furorem regium trepidauit.Nam dormientem necauit principem:ſaluoque pudore ſuis ciuibus triumphalem uictoriam reportauit. Vixit annos centum quinque:ſepulta in ſpelunca uiri ſui Manaſeh, in Bethulia ciuitate, quę fuit in tribu Iehudah,inter Dothaim & Bahalmon.

# Liber Iehudith, recognitus per Santem Pagninum, Lucenſem.

¶Nebuchadneſar ſuperato Medorum rege potentiſſimo, etiam cæterorum regnis inhiat.

CAPVT. I.

A ARPACHSAD itaque rex Medorum, ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo,& ipſe ædificauit ciuitatē potentiſsimā quā appellauit Egbatanis.Ex lapidibus quadratis,& ſectis, fecit muros eius in altitudine cubitorū ſeptuaginta,& in latitudine triginta:turres
B verò ei' poſuit in altitudine cubitorū centū.Per quadrū verò earū,latus vtriuſq́; vicenorū pedum ſpatio tēdebatur.Poſuitq́; portas eius in altitudine turriū,& gloriabatur quaſi potēs in potētia exercitus ſui,& in gloria quadrigarū ſuarū. Anno igitur duodecimo regni ſui Nebuchadneſar rex Aſſyriorū q regnabat in Ninueh ciuitate magna: pugnauit cōtra Arpachſad,& obtinuit eū in cāpo magno,q appellatur Rigau, circa Euphratē,& Tigrim,& Iadaſon,in cāpo Erioch regis Elicorū.
C Tunc exaltatū eſt regnū Nebuchadneſar,& cor ei' eleuatū eſt, & miſit ad oēs q habitabāt in Cilicia & Dāmeſec & Libano, & ad gētes q́ ſunt in Carmelo,& Cedar,& inhabitātes Galil,

in cãpo magno Eſdrelõ,& ad oẽs qui erãt in Semariah trans
flumen Iarden vſq; ad Ieruſalaim,& oẽm terrã Ghoſen,quo-
uſq; pueniatur ad mõtes Aethiopiæ.Ad hos oẽs miſit nũcios
D Nebuchadneſar rex Aſſyriorũ:q oẽs vno animo contradixe-
runt,& remiſerũt eos vacuos,ac ſine honore abiecerũt.Tunc
indignatus Nebuchadneſar rex ad oẽm terrã illã,iurauit per
thronũ & regnũ ſuũ, q̄ defenderet ſe de oĩbus regionib⁹ his,

¶Nebuchadneſar Holofernem exercitui ſuo præfert,uictoriæ eius narrantur. C A P. I I.

A ANno tertiodecimo Nebuchadneſar regis,viceſima &
ſecunda die mẽſis primi,factum eſt verbum in domo
Nebuchadneſar regis Aſſyriorũ,vt defenderet ſe. Vocauitq;
oẽs maiores natu:oẽſq; duces bellatores ſuos,& habuit cum
eis myſteriũ cõſilij ſui.Dixitq; cognitionẽ ſuã in eo eſſe,vt oẽm
terrã ſuo ſubiugaret imperio.Quod dictũ cũ placuiſſet omni
bus,vocauit Nabuchaduesar rex Holofernẽ principem mili-
B tiæ ſuæ,& dixit ei: Egredere aduerſum omne regnũ occiden-
tis,& cõtra eos præcipuæ qui cõtẽpſerunt imperiũ meũ. Nõ
parcet oculus tuus,vlli regno;oẽmq; vrbẽ munitam ſubiuga
bis mihi.Tunc Holofernes vocauit duces & magiſtratus vir-
tutis Aſſyriorum:& dinumerauit viros in expeditione ſicut
præcepit ei rex centum viginti milia peditum pugnatorum,
& equites ſagittarios duodecim milia. Oẽm expeditionẽ ſuã
fecit præire in multitudine innumerabiliũ camelorum,cũ his
quæ exercitibus ſufficerent copioſe:boum quoq; armẽta,gre
C geſq; ouium:quorũ non erat numer⁹.Frumentũ ex omni Sy
ria in trãſitu ſuo parari cõſtituit.Aurũ vero & argentũ de do
mo regis,aſſumpſit multũ nimis.Et profectus eſt ipſe & omis
exercitus cum quadrigis,& equitibus,& ſagittis, qui coope-
ruerunt faciẽ terræ,ſicut locuſtæ.Cũq; ptrãſiſſet fines Aſſyrio
rum,venit ad magnos mõtes Angæ,q ſunt à ſiniſtro Cilicię:
aſcẽditq; oĩa caſtella eorũ:& obtinuit oẽm munitionem.Effre
D git aũt ciuitatẽ opimatiſsimã Melothi : prædauitq; oẽs filios
Tharſis,& filios Iſmahel,qui erant contra faciem deſerti:et ad
auſtrũ terræ Celeon.Et trãſiuit Euphratẽ,& venit in Meſopo
tamiam,& fregit omnes ciuitates excelſas q̃ erãt ibi a torrente
Mamre vſquequo pueniatur ad mare:& occupauit terminos
eius à Cilicia vſque ad fines Iaphet qui ſunt ad auſtrũ. Abdu-
xitq; oẽs filios Midiã,& deprędatus eſt oẽm locupletationem
eorũ:oẽſq; reſiſtẽtes ſibi occidit in ore gladij.Et poſt hæc de-
ſcendit in campos Dammaſec in diebus meſsis,& ſuccendit o-
mnia ſata,oẽſq; arbores,& vineas fecit incidi.Et cecidit timor
illius ſuper omnes inhabitantes terram.

¶Holofernes uictoriæ omnibus metũ incutiunt. C A P. I I I.

A TVnc miſerunt legatos ſuos vniuerſarũ vrbiũ,ac puin-
ciarũ reges ac principes Syriæ ſcilicet,& Meſopotamię:
& Syriæ Sobah,& Lybiæ atq; Ciliciæ:q venientes ad Holo-
fernẽ dixerũt:Deſinat indignatio tua circa nos.Melius eſt em
vt viuẽtes ſeruiam⁹ Nebuchadneſar regi magno,& ſubditi ſi-
mus tibi,q̄ moriẽtes cũ interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtræ
dãna patiamur.Oĩs ciuitas noſtra omniſq; poſſeſſio,oẽs mõ-
B tes,& colles,& campi,& armenta boum, gregeſq; ouium , &
caprarum,equorumq; & camelorum, & vniuerſæ facultates
noſtræ,atque familiæ,in conſpectu tuo ſunt . Sint omnia ſub
lege tua.Nos etiam & filij noſtri ſerui tui ſumus . Veni nobis
pacificus dominus,et vtere ſeruitio noſtro, ſicut placuerit ti-
bi.Tunc deſcendit de montibus cum equitibus in virtute ma
C gna,& obtinuit omnem ciuitatem,& omnem inhabitantem
terrã.De vniuerſis aũt vrbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros
fortes,& electos ad bellũ.Tãtuſq; metus prouincijs illis incu-
buit,vt vniuerſarũ vrbiũ habitatores,principes et honorati,ſi
mul cũ ppl̃is exirẽt obuiam veniẽti:excipiẽtes eũ cũ coronis,et
lãpadibus,ducentes choros in tympanis,& tibijs.Nec iſta tñ
D facientes,ferocitatẽ eius pectoris mitigare potuerunt. Nam
& ciuitates eorum deſtruxit,& lucos eorum excidit.Præcepe
rat enim illi Nebuchadneſar rex,vt omnes deos terrę extermi
naret,videlicet vt ipſe ſolus diceretur deus ab his nationibus

que potuiſſent Holofernis potentia ſubiugari. Pertranſiens
autem Syriam Sobah,& omnem Appamiam,oẽmq; Meſo-
potamiam,venit ad Edomæos in terra Gibhah,accepitq; ci-
uitates eorũ ,& ſedit ibi per triginta dies. In qb⁹ diebus adu-
nari precepit vniuerſum excitum virtutis ſuæ.

¶Iſraelis timor,apparatus ad bellum,orationes ad deum.

C A P. I I I I.

A TVnc audientes hæc filij Iſrael,qui habitabant terrã Iehu
dah,timuerunt valde à facie eius.Tremor etiã et horror
inuaſit ſenſus eorũ ,ne hoc faceret Ieruſalaim & templo dñi,
quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earũ.Et miſerũt in
omnem Semariam per circuitũ vſque Iericho:& præoccupa
uerunt oẽs vertices mõtiũ.Et muris circũdederũt vicos ſuos:
& cõgregauerunt frumenta in preparationem pugnæ. Sacer
dos etiã Eliachim ſcripſit ad vniuerſos qui erãt cõtra Eſdrelõ,
B que eſt contra faciem cãpi magni iuxta Dothaim,& vniuer-
ſos per quos viæ tranſitus eſſe poterat:vt obtinerent aſcenſus
montiũ,per quos via eſſe poterat ad Ieruſalaim,& illic cuſto-
dirẽt vbi anguſtũ iter eſſe poterat inter montes.Et fecerunt fi-
lij Iſrael,ſecundũ quod cõſtituerat eis ſacerdos dñi Eliachim.
Et clamauit omnis populus ad dominum inſtantia magna,et
humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationib⁹ ipſi et mu
lieres eorum.Et induerunt ſe ſacerdotes ciliciis,infantes pſtra
uerunt contra faciẽ templi dñi,& altare domini operuerunt
C cilicio.Et clamauerũt ad dñm deum Iſrael vnanimiter:ne da-
rentur in prædã infantes eorũ,& vxores eorum in diuiſionẽ:
& ciuitates eorum in exterminiũ,& ſancta eorum in pollutio
nem,& fierent in opprobrium gentibus.Tunc Eliachim ſacer
dos domini magnus circuiuit oẽm Iſrael,allocutuſq; eſt eos,
dicens:Scitote,qm̃ exaudiet dominus preces veſtras,ſi manẽ-
tes permanſeritis in ieiuniis & orationibus in conſpectu dñi.
Memores eſtote Moſeh ſerui dñi:qui Hamalec confidentẽ in Exodi.17.d.
virtute ſua,& in potentia ſua,,& in exercitu ſuo, & in clypeis
ſuis,& in curribus ſuis,& in equitibus ſuis,nõ ferro pugnan-
do,ſed precibus ſanctis orando deiecit,Sic erunt vniuerſi ho
D ſtes Iſrael,ſi perſeueraueritis in hoc opere quod cœpiſtis, Ad
hanc igitur exhortationem eius deprecantes dominum per-
manebant in conſpectu domini: ita vt etiam hi qui offere-
bant dño holocauſta,pręcincti ciliciis offerrent ſacrificia dño,
& erat cinis ſupra capita eorũ.Et ex toto corde ſuo omnes o-
rabant eum,vt viſitaret populum ſuum Iſrael,

¶Achior Holofernem de populo Iſrael,atque potẽtia dei Iſrael inſtruit. C A P. V.

A NVnciatumq; eſt Holoferni principi militiæ Aſſyrio-
rũ,q̄ filij Iſrael præpararent ſe ad reſiſtendum:ac mon
tium itinera concluſiſſent,& furore nimio exarſit in iracundia
magna.Vocauitq; omnes principes Moab,& duces Hãmon
& dixit eis:Dicite mihi,quis ſit ppl̃s iſte qui montana obſidet,
vt quæ & quales & quantæ ſint ciuitates eorum,quæ etiã ſit
virtus eorũ,aut quæ ſit multitudo eorũ,vel quis rex militiæ il
lorum:& quare præ omnibus qui habitant in oriente iſti con
tempſerunt nos,& non exierunt obuiam nobis,vt ſuſciperẽt
nos cum pace:Tunc Achior dux omniũ filiorum Hãmon re
ſpondens ait:Si digneris audire domine,dicam veritatem in
conſpectu tuo de populo iſto,qui in montanis habitat,& nõ
egre dietur verbum falſum ex ore meo.Populus iſte ex proge
nie Chaldæorũ eſt:Hic primũ in Meſopotamia habitauit,qm̃
B noluerunt ſequi deos patrum ſuorum qui erant in terra Chal
dæorũ.Deferentes itaque ceremonias patrum ſuorũ, quæ in Gene.11.b.
multitudine deorum erant,vnum deum cœli coluerũt, q &
præcepit eis,vt exirent inde,& habitarent in Charrã. Cumq;
operuiſſet omnem terram fames,deſcenderunt in Aegyptũ:il Gene.12.a.
licq; per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt, vt dinu- Gene.46.a.
numerari eorum non poſſet exercitus. Cumq; grauaſſet eos
rex Aegypti,atque in ædificationibus vrbium ſuarum in lu-
to & latere ſubiugaſſet eos,clamarunt ad dominum ſuum,&
percuſsit



percuſsit totam terram Aegypti plagis variis.Cũq; eieciſſent
Exodi.19.c. eos Aegyptij à ſe,& ceſſaſſet plaga ab eis:& iterum eos vellẽt
capere,& ſuum ſeruitium reuocare:fugientibus his,deus cœ-
li mare aperuit:ita vt hincinde aquæ quaſi murus ſolidarẽtur,
& iſti pede ſicco fundum maris perambulando tranſirent.In
quo loco dũ innumerabilis exercitus Aegyptiorum eos per
ſequeretur ita aquis coopertus eſt,vt non remaneret vel vn⁹,
Exodi.14.a. qui factum poſteris nunciaret.Egreſsis etiam mare rubrũ de-
ſerta Sinai montis occurrerunt:in quibus nunquã homo ha-
bitare potuit vel filius hominis requeuit.Illic fontes amari ob-
dulcati ſunt eis ad bibẽdum,& per annos quadraginta anno-
C nã de cœlo conſecuti ſunt.Vbicunq; ingreſsi ſunt ſine arcu &
ſagitta,& abſque ſcuto & gladio,deus eorum pugnauit pro
eis,& vicit.Et nõ fuit qui inſultaret populo iſti,niſi quãdo re
ceſsit à cultu dñi dei ſui.Quotieſcunq; præter ipſum deũ ſuũ
alterum coluerunt,dati ſunt in prædã,& in gladiũ, & in op-
probriũ.Quotieſcunq; aũt pœnituerunt ſe receſsiſſe à cultura
dei ſui,dedit eis deus cœli virtutẽ reſiſteudi. Deniq; Chenaha-
næum regẽ,& Iebuſæũ,& Perizæum & Chittæum,& Euæũ,
& Emoręum:& oẽs potentes in Chesbõ proſtrauerũt,& ter-
ras eorũ,& ciuitates eorũ,& ipſi poſſederunt:& vſq; dum nõ
peccarent in cõſpectu dei ſui,erant cum illis bona.Deus enim
illorum odit iniquitatẽ.Nam & ante hos annos,cum receſsiſ-
ſent à via quã dederat illis deus,vt ambularent in ea:extermi-
nati ſunt prælijs à multis nationibus,& plurimi eorũ captiui
abducti ſunt in terrã non ſuã.Nuper aũt reuerſi ad dñm deũ
ſuum ex diſperſione qua diſperſi fuerant,adunati ſunt, & aſcẽ
derunt montana hæc omnia:& iterum poſsident Ieruſalaim,
D vbi ſunt ſancta ſactorũ.Nunc ergo mi dñe perquire,ſi eſt ali-
qua iniquitas eorũ in conſpectu dei eorũ aſcẽdamus ad illos:
quoniam tradens tradet illos deus eorũ tibi:& ſubiugati erũt
ſub iugo potentiæ tuæ.Si verò nõ eſt offenſio populi huius
corã deo ſuo,nõ poterimus reſiſtere illis,quoniam deus eorũ
defendet illos,& erimus in opprobrium vniuerſæ terrę.Et fa
ctum eſt cum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc,irati ſunt oẽs
magnates Holofernis,& cogitabant interficere eum ,dicẽtes
ad alterutrum:Quis eſt iſte qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſte-
re regi Nebuchadneſar,& exercitibus eius:homines inermes,
& ſine virtute,& ſine peritia artis pugnæ:Vt ergo agnoſcat
Achior,quoniam fallit nos,aſcendemus in montana,& cum
capti fuerint potentes eorum,tunc cum eiſdem gladio tranſ-
uerberabitur,vt ſciat omnis gens, quoniam Nebuchadneſar
deus terrę eſt,& præter ipſum alius non eſt.

¶Achior Iſraeli mittitur,ut cum illo uictus pereat. C A P. V I.

A FActum eſt autem cum ceſſaſſent loqui,indignatus Ho-
lofernes vehemẽter,dixit ad Achior:Quoniam prophe
taſti nobis dicens,q̄ gens Iſrael defendatur à deo ſuo,vt oſten
dam tibi,quoniam non eſt deus,niſi Nebuchadneſar:cũ per-
cuſſerimus eos om̃es,ſicut hominẽ vnũ,tunc & ipſe cum illis
Aſſyriorum gladio interibis , & omnis Iſrael tecum perditio
ne diſperiet,& probabis,quoniam Nebuchadneſar dominus
ſit vniuerſæ terræ.Tuncq; gladius militiæ meæ tranſiet per la
tera tua,& confixus cades inter vulneratos Iſrael,& non reſpi
rabis vltra,donec extermineris cum illis.Porro autem ſi pro
phetiã tuam veram exiſtimas,non concidat vult⁹ tuus,& pal
lor qui faciem tuam obtinet,abſcedat à te,ſi verba mea hæc
putas impleri non poſſe. Vt autem noueris,q̄ ſimul cum illis
B hæc experieris,ecce ex hac hora illorũ populo ſociaberis, vt
dum dignas mei gladij pœnas exceperint , ipſe ſimul vltioni
ſubiaceas.Tunc Holofernes pręcepit ſeruis ſuis,vt comprehẽ
derent Achior,& ducerent eum in Bethuliam , & traderent
eum in manus filiorum Iſrael.Et accipientes eum ſerui Holo-
fernis,profecti ſunt p cãpeſtria.Sed cum appropinquaſſent
ad montana,exierunt cõtra eos fundibularij.Illi autem diuer-
tentes à latere montis,ligauerunt Achior ad arborem mani-
bus & pedibus,& ſic vinctum reſtibus dimiſerunt eum, & re
uerſi ſunt ad dominum ſuum.Porro filij Iſrael deſcendẽtes de

Bethulia,venerunt ad eum.Quem ſoluentes duxerunt ad Be-
thuliã,atq; in medium populi illũ ſtatuentes,pcontati ſunt,qd
rerum eſſet q̄ illum vinctum Aſſyrij reliquiſſent.In diebus il-
C lis erãt illic principes Huzziiah filius Michah de tribu Simhõ,
& Charmi qui & Hathniel.In medio itaq; ſeniorum in cõſpe
ctu omnium,Achior dixit omnia quæ locut⁹ fuerat,ab Holo
ferne interrogatus,& qualiter populus Holofernis voluiſſet
propter hoc verbum interficere eum,& quemadmodũ ipſe
Holofernes iratus iuſſerit eum Iſraelitis hac de cauſa tradi, vt
dum vinceret filios Iſrael tunc & ipſum Achior diuerſis iu-
beat interire ſuppliciis,ppter hoc q̄ dixiſſet de⁹ cœli defenſor
eorum eſt.Cumq; Achior vniuerſa expoſuiſſet,omnis popu-
lus cecidit in faciem adorantes dominum,& communi lamẽ-
tatione,& fletu vnanimes preces ſuas domino effuderũt, dicẽ
D tes:Domine deus cœli & terræ,intuere ſuperbiam eorum, &
reſpice ad noſtram humilitatẽ,& faciem ſanctorum tuorum
attende,& oſtende quoniam non derelinquis præſumẽtes de
te,& præſumentes de ſe,& de ſua virtute gloriantes humilias.
Finito itaque fletu,& per totam diem oratione populorũ cõ
pleta,conſolati ſunt Achior,dicentes:Deus patrum noſtrorũ
cuius tu virtutem prædicaſti ipſe tibi hanc dabit viciſsitudi-
nẽ,vt eorum magis tu interitum videas.Cum verò dñs deus
noſter dederit hanc libertatẽ ſeruis ſuis,ſit & tecũ deus in me-
dio noſtri,vt ſicut placuerit tibi,ita cũ tuis omnibus cõuerſe
ſeris nobiſcum.Tunc Huzziiah finito cõſilio,ſuſcepit eum in
domum ſuam,& fecit cœnã magnã.Et vocatis omnibus prę
byteris ſimul expleto ieiunio ſe refecerunt.Poſtea verò cõuo
catus omnis populus per totam noctem intra eccleſiam ora-
uerunt,petentes auxilium à deo Iſrael.

¶Fontes clauduntur,Iſrael ſitiens clamat,quinq; dies cõſtituũtur.

C A P. V I.

A HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus ſuis,
vt aſcenderẽt cõtra Bethuliã.Erant aũt pedites bella-
torum,cẽtum viginti milia,& equitas.XII.milia præter prę-
parationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas,et
adducti fuerant de prouinciis,& vrbibus vniuerſæ iuuẽtutis.
Omnes parauerunt ſe pariter ad pugnam cõtra filios Iſrael,
& venerunt per crepidinem mõtis vſque ad apicẽ,qui reſpõ-
ſup Dothaim,à loco q dicitur Helma,vſq; ad Chelmon,q eſt
cõtra Eſdrelon.Filij aũt Iſrael, vt viderũt multitudinẽ illorũ,
proſtrauerunt ſe ſup terrã mittẽtes cinerẽ ſup capita ſua, vna
nimes orantes , vt deus Iſrael miſericordiã ſuã oſtenderet ſu-
per populum ſuum.Et aſſumentes arma ſua bellica,ſederunt
per loca , quæ anguſti itineris tramitem dirigunt inter mon-
toſa,et erant cuſtodientes ea tota die ac nocte.Porrò Holofer
B nes,dum circuit per gyrum,repperit q̄ fons qui influebat la-
quæductũ illorum à parte auſtrali extra ciuitatem dirigeret,
& incidi præcepit aquæductum illorum.Erant tamen nõ lon
ge à muris fontes ex quibus furtim videbantur haurire aquã
ad refocillandum potius q̃ ad potandum.Sed filij Hãmon et
Moab acceſſerũt ad Holofernẽ,dicentes:Filij Iſrael non in lã-
cea,nec in ſagitta confidunt,ſed montes defendunt illos,et mu
niunt illos colles in præcipitio conſtituti.Vt ergo ſine cõgreſ
ſione pugnę poſsis ſuperare eos,pone cuſtodes fõtium,vt nõ
hauriant ex eis,& ſine gladio interficies eos, vel certe fatigati
tradent ciuitatem ſuam,quam putant in montibus poſitam
ſuperari non poſſe.Et placuerunt verba hæc coram Holofer
ne,& coram ſatellitibus eius.Et cõſtituit per gyrum centena-
C rios per ſingulos fontes.Cumq; iſta cuſtodia per dies viginti
fuiſſet expleta:defecerunt ciſternæ,& collectiões aquarum o-
mnibus inhabitantibua Bethuliam ita vt non eſſet intra ciui-
tatem vnde ſatiaretur vel vna die:quoniam ad menſuram da
batur populis aqua quotidie . Tunc ad Huzziiah congre-
gati omnes viri,fœminæq; iuuenes , & paruuli omnes ſimul
vna voce dixerunt:Iudicet deus inter nos & te,quoniam feci
ſti inter nos mala,nolens loqui pacificè cum Aſſyriis.Et pro-
pter hoc vendidit nos deus in manibus eorum.Et ideo non

eſt qui adiuuet cum proſternamur ante oculos eorum in ſiti,
& in perditione magna. Et nunc congregate vniuerſos qui in
ciuitate ſunt, vt ſponte tradamus nos omnes populo Holo-
fernis. Melius eſt enim vt captiui benedicamus dominum vi-
uentes, ꝗ̃ moriamur, & ſimus opprobrium omni carni, cum
D videamus vxores noſtras, & infantes noſtros mori ante ocu-
los noſtros. Conteſtamur hodie cœlum & terram & deũ pa-
trum noſtrorum, qui vlciſcitur nos ſecũdum peccata noſtra,
vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt ſit
finis noſter breuis in ore gladij, qui lõgior efficitur in aridita-
te ſitis. Et cum hæc dixiſſent, factus eſt fletꝰ, & vlulatus magnꝰ
Pſal. 105. a. in eccleſia omnibus, & per multas horas vna voce clamaue-
runt ad deum, dicẽtes: Peccauimus cum patribus noſtris, in-
iuſtè egimus, iniquitatem fecimꝰ. Tu qui pius es miſerere no-
ſtri, & in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli trade
re confitentes te populo qui ignorat te, vt non dicãt inter gẽ
tes, vbi eſt deus eorum? Et quum fatigati his clamoribus, &
his fletibus laſſati ſiluiſſent, exurgens Huzziiah infuſus lachry-
mis dixit: Aequo animo eſtote fratres, & hos quinque dies ex
pectemus à domino miſericordiam. Forſitan enim indigna-
tionem ſuam abſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo. Si autẽ
tranſactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus
hæc verba quæ locuti eſtis.

¶ Iehudith arguit populum ſtatuentem dei miſericordiæ terminum.

CAP. VIII.

A ET factum eſt, cũ audiſſet hæc verba Iehudith vidua, quæ
erat filia Merari filij Idox, filij Ioſeph, filij Huzziiah, filij
Elai, filij Iannor, filij Iedeon, filij Raphoim, filij Achitob, filij
Malchiiah, filij Enan, filij Nathaniah, filij Sealthiel, filij Simhõ,
filij Reuben: & vir eius fuit Menaſſeh, qui mortuus eſt in die-
bus meſsis hordeaceæ. Inſtabat enim ſuper alligantes manipu
los in campo, & venit æſtus ſuper caput eius, & mortuus eſt
in Bethulia ciuitate ſua, & ſepultus eſt illic cum patribus ſuis.
Erat autem Iehudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mẽ
ſibus ſex. Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cu-
biculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & habens
ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ
ſuæ præter ſabbata, & neomenias, & feſta domus Iſrael. Erat
autem eleganti aſpectu nimis. Cui vir ſuus reliquerat diuitias
multas, & familiã copioſam, ac poſſeſsiones armentis boum,
& gregibus ouiũ plenas. Et erat hæc in omnibus famoſiſsima,
B quoniam timebat dominum valde: nec erat qui loqueretur
de illa verbum malum. Hæc itaq; cum audiſſet, qm̃ Huzziiah
promiſiſſet ꝙ tranſacto quinto die traderet ciuitatem, miſit
ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et venerunt ad illam, &
dixit illis: Quod eſt hoc verbũ in quo conſenſit Huzziiah, vt
traderet ciuitatẽ Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vo
bis adiutoriũ. Et qui eſtis vos qui tentatis dominum? Nõ eſt
iſte ſermo qui miſericordiam prouocet, ſed potius qui irã ex-
citet, & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis
domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei. Sed qa
patiens dominus eſt in hoc ipſo pœniteamus, & indulgen-
tiam eius fuſis lachrymis poſtulemus. Non enim quaſi homo
deus ſic cõminabitur: neque ſicut filius hominis ad iracundiã
inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas noſtras: & in
ſpiritu conſtituti humiliato ſeruientes illi dicamus flẽtes dño:
vt ſecundum voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum cito miſe-
ricordiam ſuam: vt ſicut cõturbatum eſt cor noſtrum in ſuꝑ-
bia eorum, ita etiam de noſtra humilitate gloriemur: quoniã
non ſumus ſecuti peccata patrum noſtrorum, q dereliquerũt
deum ſuum, & adorauerunt deos alienos: pro quo ſcelere da-
C ti ſunt in gladiũ, & in rapinã: & in confuſionem inimicis ſuis.
Nos autem alterum deum neſcimus præter ipſum. Expecte-
mus humiles cõſolationẽ eius: & exquiret ſanguinẽ noſtrũ de
afflictionibus inimicorum noſtrorũ: & humiliabit omnes gẽ
tes quæcunque inſurgunt cõtra nos, & faciet illas ſine honore
dñs deus noſter. Et nunc fratres qm̃ vos qui eſtis presbyteri in
populo dei, & ex vobis pendet anima illorũ ad eloquium ve-
ſtrum, corda eorũ erigite, vt memores ſint quia tẽtati ſunt pa
tres noſtri, vt ꝓbarentur ſi verè colerẽt deũ ſuum. Memores Gene. 22. a.
eſſe debent quomodo pater noſter Abrahã tẽtatus eſt, & per
multas tribulationes probatus dei amicus effectus eſt. Sic Iſ-
chac, ſic Iahacob, ſic Moſeh, & oẽs qui placuerũt deo per mul
tas tribulatiões trãſierunt fideles. Illi aũt qui tẽtationes nõ ſu-
ſceperũt cum timore dñi: & impatientiã ſuã, & improperium
D murmuratiõis ſuæ contra dñm protulerũt, exterminati ſunt
ab exterminatore, & à ſerpentibus perierũt. Et nos ergo nõ vl
ciſcamur nos, pro his quæ patimur, ſed reputãtes peccatis no
ſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella dñi, quaſi ſerui qui
corripimur ad emẽdationem, & non ad ꝑditionẽ noſtrã eue-
niſſe credamus. Et dixerunt illi Huzziiah & presbyteri. Oĩa
quæ locuta es vera ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis vlla re-
prehẽſio. Nũc ergo ora pro nobis, qm̃ mulier ſancta es, & ti-
mens deum. Et dixit illis Iehudith: Sicut quod potui loqui, dei
eſſe cognoſcitis, ita quod facere diſpoſui ꝓbate ſi ex deo eſt, et
orate vt firmum faciat deus conſiliũ meum. Stabitis vos ad
portã nocte iſta, & ego exibo cũ Abra mea: & orate, vt ſicut
dixiſtis in diebus quinque reſpiciat dñs populum ſuum Iſrael.
Vos autem nolo vt ſcrutemini actum meum: & vſque dũ re-
nunciem vobis nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad dominũ
deum noſtrum. Et dixit ad eam Huzziiah princeps Iehudæo-
rum: Vade in pace, & dominus ſit tecum in vltionẽ inimico-
ram noſtrorum. Et reuertentes abierunt.

¶ Oratio Iehudith.

CAP. IX.

A QVibus aſcendentibus, Iehudith ingreſſa eſt oratorium
ſuũ. Et induẽs ſe cilicio, poſuit cinerẽ ſuper caput ſuũ,
& proſternens ſe domino clamabat ad dominum dicens: Do
mine deꝰ patris mei Simhon, qui dediſti illi gladium in defen-
ſionem alienigenarum, qui violatores extiterũt in coinquina-
tione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem, et
dediſti mulieres illorũ in prędam, & filias illorum in captiuita
B tem, & omnẽ prędã in diuiſionẽ ſeruis tuis qui zelauerunt ze-
lum tuum: ſubueni (quæſo te dñe deus meus) mihi viduæ. Tu
enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt
quod ipſe voluiſti. Omnes em̃ viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iu-
dicia in tua prouidentia poſuiſti. Reſpice caſtra Aſſyriorum
nunc, ſicut tũc caſtra Aegyptiorum videre dignatus es, quã-
do poſt ſeruos tuos armati currebant, confidentes in quadri-
gis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum. Sed aſpe
xiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit
C pedes eorum abyſſus, & aquę operuerunt eos. Sic fiant & iſti
domine, qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis,
& in cõtis, & ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur, & neſciũt qa
tu ipſe es deus noſter, qui cõteris bella ab initio, & dñs nomẽ
eſt tibi. Erige brachium tuum ſicut ab initio, & allide virtutẽ
eorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua:
qui promittunt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculũ
nominis tui, & deiicere gladio ſuo cornu altaris tui. Fac dñe,
vt gladio proprio eiꝰ ſuperbia amputetur. Capiatur laqueo
oculorum ſuorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis
meæ. Da mihi in animo conſtantiã, vt contemnã illum & vir-
tutem vt euertam illum. Erit enim hoc memoriale nominis
nis tui, cũ manus fœminæ deiecerit eum. Non enim in multi-
tudine eſt virtus tua domine, neque in equorum viribus vo-
luntas tua. Nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humiliũ
D & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Deus cœlo-
rum creator aquarum, & dñs totius creaturæ: exaudi me mi-
ſerã deprecantẽ, & de tua miſericordia preſumentẽ. Memẽto
dñe teſtamẽti tui: & da verbũ in ore meo, & in corde meo cõ
ſilium corrobora, vt domus tua in ſanctificatione perma-
neat: & omnes gentes agnoſcant, quia tu es deus, & non eſt a-
lius præter te.

¶ Egreſſa cũ ancilla ciuitatem capitur, ipſaq; pulchritudine ſua du
cem rurſum capit.

Factum



CAP. X.

A FActum eſt aũt, cũ ceſſaſſet clamare ad dñm, ſurrexit de lo
co in quo iacuerat ꝓſtrata ad dñm. Vocauitq; Abram
ſuam. Et deſcẽdẽs in domũ ſuam abſtulit à ſe ciliciũ, & exuit ſe
veſtimentis viduitatis ſuæ. Et lauit corpꝰ ſuũ, & vnxit ſe myr
to optimo, & diſcriminauit crinẽ capitis ſui, & impoſuit mi-
trã ſuꝑ caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iocũditatis ſuæ. In
duitq; ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitq; dextrariola, & lilia &
B inaures & anulos: & omnibus ornamẽtis ſuis ornauit ſe. Cui
etiã dñs contulit ſplẽdorẽ, qm̃ omnis iſta cõpoſitio nõ ex libi
dine, ſed ex virtute pendebat, & ideo dñs hanc illã pulchritu-
dinẽ ampliauit: vt incõparabili decore omniũ oculis appare
ret. Impoſuit itaque Abræ ſuæ aſcopã vini, & vas olei, & po-
lentã, & lapates, & panes, & caſeũ: & profecta eſt. Cumq; ve-
niſſent ad portam ciuitatis, inuenerũt expectantẽ Huzziiah, et
presbyteros ciuitatis. Qui cum vidiſſent eam, ſtupẽtes mirati
ſunt nimis pulchritudinẽ eius. Nihil tamen interrogãtes eam,
dimiſerunt trãſire, dicentes: Deus patrũ noſtrorũ det tibi gra-
tiam, & omne cõſiliũ tui cordis ſua virtute corroboret, & glo
rietur ſuper te Ieruſalaim: & ſit nomen tuũ in numero ſancto
rũ & iuſtorũ. Et dixerũt hi qui illic erãt omnes vna voce: fiat,
fiat. Iehudith verò orãs dñm, tranſiuit ꝑ portas ipſa, & Abra
C eius. Factum eſt autẽ cũ deſcenderet montẽ circa ortum diei,
occurrerunt ei exploratores Aſſyriorũ, & tenuerunt eam, di-
centes: Vnde venis, aut quo vadis? Quæ reſpondit: Filia ſum
Hebræorum. Ideo ego fugi à facie eorũ, qm̃ futurũ agnoui ꝙ
dentur vobis in deprædationẽ: pro eo quod contemnentes
vos noluerunt tradere ſeipſos, vt inuenirẽt miſericordiam in
conſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitaui mecũ dicens: Vadam
ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi ſecreta illorũ, et
oſtendã illi quo aditu poſsit obtinere eos, ita vt non cadat vir
vnus de exercitu eius. Et cum audiſſent viri illi verba eius con
D ſyderabant faciẽ eius, & erat in oculis eorum ſtupor, qm̃ pul-
chritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eã: Cõſer-
uaſti animam tuã, eo ꝙ tale reperiſti conſilium, vt deſcende-
res ad dñm noſtrum. Hoc autẽ ſcias, qm̃ cum ſteteris in cõſpe
ctu eius, bene tibi faciet, & eris gratiſsima in corde eius. Duxe-
runtq; illã ad tabernaculum Holofernis nunciantes ei de ipſa.
Cumq; intraſſet ante faciẽ eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis
Holofernes. Dixeruntq; ad eũ ſatellites eius: Quis contemnat
populũ Hebræorũ, qui tam decoras mulieres habent, vt non
pro his meritò pugnare contra eos debeamus? Vidẽs itaque
Iehudith Holofernẽ ſedentẽ in canopæo, quod erat ex purpu
ra, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextũ: & cũ
in faciẽ eius intẽdiſſet, adorauit eũ ꝓſternens ſe ſuper terram,
& eleuauerunt eam ſerui Holofernis iubente domino ſuo.

¶ Holofernes quæſita cauſa aduentus Iehudith, illius ſapientiam, pulchritu
dinem, & promiſſa miratur.

CAP. XI.

A TVnc Holofernes dixit ei: Aequo animo eſto: & noli pa-
uere in corde tuo, qm̃ ego nunq; nocui viro qui voluit
ſeruire Nebuchadneſar regi. Populus autem tuus ſi nõ cõtẽ-
pſiſſet me, non alleuaſſem lanceã meam ſuper eum. Nunc au-
tem dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi vt ve
nires ad nos? Et dixit illi Iehudith: Sume verba ancillæ tuæ,
quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectã rẽ faciet
dñs tecum. Viuit enim Nebuchadneſar rex terræ, & viuit
virtus eius quæ eſt in te ad correptionem animarũ errãtium,
quoniam non ſolũ homines ſeruiẽt illi per te, ſed & beſtiæ agri
B obtemperant illi. Nunciatur em̃ animi tui induſtria vniuerſis
gentibus: & indicatum eſt omni ſeculo, quoniã tu ſolus bonꝰ
& potens es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus ꝓ-
uinciis prædicatur. Nec hoc latet quod locutus eſt Achior,
nec illud ignoratur quod ei iuſſeris euenire. Cõſtat em̃ deum
noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mãdauerit per prophetas
ſuos ad populũ, ꝙ tradet eum pro peccatis ſuis. Et quoniam
ſciunt ſe offendiſſe deũ ſuum filij Iſrael: tremor tuus ſuꝑ ipſos
eſt. Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam
C inter mortuos cõputantur. Deniq; hoc ordinãt vt interficiãt
pecora ſua, & bibant ſanguinẽ eorum: & ſancta dñi ſui q̃ præ-
cepit deus non cõtingi: in frumento vino & oleo hæc cogita-
uerunt impendere, & volunt conſumere quæ nec manibꝰ de
berent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt ꝙ
in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoſcens
fugi ab illis, & miſit me dñs hæc ipſa nunciare tibi. Ego enim
ancilla tua deum colo etiam nunc apud te, & exiet ancilla tua,
& orabo deũ, & dicet mihi: quando eis reddat peccatũ ſuum,
& veniens nunciabo tibi, ita vt ego adducã te per mediã Ie-
ruſalaim. Et habebis omnem populum Iſrael ſicut oues qui-
bus non eſt paſtor, & nõ latrabit vel vnus canis contra te: qm̃
hæc mihi dicta ſunt per prouidentiam dei. Et quoniam iratus
D eſt illis deus hæc ipſa miſſa ſum nunciare tibi. Placuerunt autẽ
omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, &
mirabantur ad ſapientiam eius, & dicebant alter ad alterum.
Nõ eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine,
& in ſenſu verborum. Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit
deus qui miſit te ante populum, vt des illum in manibus no-
ſtris. Et quoniã bona eſt promiſsio tua, ſi fecerit mihi hoc deꝰ
tuus, erit & deus meus, & tu in domo Nebuchadneſar, ma-
gna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuerſa terra.

¶ Manet in caſtris, Iehudith manducans ſua, porta patet, lauat, orat, ad cœ-
nam uocatur a duce temulento.

CAP. XII.

A TVnc iuſsit eam introire vbi repoſiti erant theſauri eius,
& iuſsit illic manere eã, & cõſtituit quid daretur illi de cõ
uiuio ſuo. Et reſpondit Iehudith, & dixit: Nunc non potero
manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper
me offenſio. Ex his autem que mihi detuli manducabo. Cui
Holofernes ait: Si defecerint tibi iſta quæ tecum detuliſti, quid
faciemus tibi? Et dixit Iehudith: Viuit anima tua domine mi,
quoniam non expandet omnia hæc ancilla tua: donec faciat
B deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam ſer
ui eius in tabernaculum, quo præceperat. Et petiit dũ introi-
ret, vt daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras
ad orationem, & deprecandi dominum. Et pręcepit cubicu-
lariis ſuis, vt ſicut placeret illi exiret, & introiret ad orandum
deum ſuum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethu
liæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ, & vt aſcẽdebat orabat ad
dñm deum Iſrael, vt dirigeret viam eius ad liberationem po-
puli ſui. Et introiens munda manebat in tabernaculo vſq; dũ
acciperet eſcam ſuam in veſperum. Et factum eſt quarto die
Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunu-
chum: Vade & ſuade Hebræam illam, vt ſponte cõſentiat ha-
bitare mecum. Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina ir-
rideat virum agendo, vt immunis ab eo tranſeat. Tunc intro-
C iuit Vagao ad Iehudith, & dixit: Non vereatur bona puella
introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciẽ eius,
& mãducet cũ eo, & bibat vinum in iocũditate. Cui Iehudith
reſpondit: Quæ ego ſum, vt contradicã domino meo? Om̃e
quod erit ante oculos eius bonum, & optimum, faciã. Quic-
quid autẽ illi placuerit, hoc mihi erit optimum oĩbus diebus
vitæ meæ. Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimẽto ſuo, & ingreſſa
D ſtetit ante faciẽ eius. Cor aũt Holofernis cõcuſſum eſt. Erat e-
nim ardẽs in cõcupiſcẽtia eius, & dixit ad eã Holofernes: Bibe
nunc & accũbe in iocũditate: qm̃ inueniſti gratiã corã me. Et
dixit Iehudith: Bibam dñe, quoniã magnificata eſt anima mea
hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit,
& bibit coram ipſo, ea quæ parauerat illi ancilla eius: & iocun
dus factus eſt Holofernes ad eam, bibitq; vinum multum ni-
mis, quantum nunquam biberat in vita ſua.

¶ Caput ducis præcidit, redit & oſtendit ciuibus, laudibus deum effert, A-
chior obſtupeſcit, eamq; adorat.

CAP. XIII.

A VT autem ſero factum eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad ho
ſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit.
Erant autem omnes fatigati à vino, eratq; Iehudith ſola in cu-

biculo.Porrò Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſo-
pitus.Dixitq; Iehudith puellæ ſuæ,vt ſtaret foris ante cubicu
lũ,& obſeruaret.Stetitq; Iehudith:ante lectũ orãs cũ lachry-
mis,& labiorum motu in ſilentio dicens:Cõfirma me domi-
ne deus Iſrael,& reſpice in hac hora ad opera manuum mea-
rum:vt ſicut promiſiſti,Ieruſalaim ciuitatem tuam erigas: &
hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui perficiam.Et cũ
hæc dixiſſet,acceſsit ad columnã quæ erat ad caput lectuli eiꝰ:
& pugionem eius qui in ea ligatus pendebat exoluit.Cumq;
euaginaſſet illum apprehendit comam capitis eius,& ait:Cõ
B firma me domine deus in hac hora:& percuſsit bis in ceruicẽ
eius,& abſcidit caput eius.Et abſtulit conopæum eius à co-
lumnis,& euoluit corpus eius truncum.Et poſt puſillum exi-
uit,& tradidit caput Holofernis ancillæ ſuæ,& iuſsit,vt mitte
ret illud in peram ſuam.Et exierunt duæ ſecundum conſuetu
dinem ſuam quaſi ad orationem,& tranſierunt caſtra.Et gy-
rãtes vallem venerunt ad portam ciuitatis.Et dixit Iehudith
à longe cuſtodibus murorum:Aperite portas quoniam no-
biſcum eſt deus,qui fecit virtutẽ in Iſrael.Et factũ eſt cum au-
diſſent viri vocem eius,vocauerunt presbyteros ciuitatis.Et
occurrerunt ad eam omnes à minimo vſque ad maximum,
quoniam ſperauerant eam iam non eſſe venturam.Et accen-
dentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuerſi.Illa autẽ
C aſcendens in eminentiorem locum iuſsit fieri ſilentium.Cũq;
omnes tacuiſſent, dixit Iehudith:Laudate dominum deũ no-
ſtrum qui non deſeruit ſperantes in ſe,& in me ancillam ſuam
adimpleuit miſericordiam ſuã,quam promiſit domui Iſrael,
et interfecit in manu mea hoſtẽ populi ſui in hac nocte.Et pro
ferens de pera caput Holofernis oſtendit illis,dicens: Ecce ca-
put Holofernis principis militiæ Aſſyriorum. Et ecce cono-
pæum illius in quo recumbebat in ebrietate ſua: vbi & ꝑ ma-
num fœminæ percuſsit illum dominus deus noſter.Viuit au-
tem ipſe dominus:quoniã cuſtodiuit me angelus eius,& hinc
euntem & ibi commorantem,& inde huc reuertentem:& nõ
permiſit me dominus ancillam ſuam coinquinari:ſed ſine pol
lutione peccati reuocauit me,& vobis gaudentem in victo-
D ria ſua,in euaſione mea,& liberatione veſtra. Confitemini illi
Pſal.105.& 106. omnes,quoniam bonus:quoniam in ſeculũ miſericordia eiꝰ.
Vniuerſi autem adorantes dominum,dixerunt ad eam:Bene
dixit te dominus in virtute ſua,quia per te ad nihilum redegit
inimicos noſtros.Porro Huzziiah princeps populi Iſrael, di-
xit ad eam:Benedicta es tu filia à dño deo excelſo, præ omni-
bus mulieribus ſuper terram.Benedictus dominus,qui crea-
uit cœlum & terram,qui te direxit in vulnera capitis principis
inimicorum noſtrorum:quia hodie nomen tuum ita magni
ficauit,vt non recedat laus tua de ore hominum:qui memo-
res fuerint virtutis domini in æternum:pro quibus non pe-
perciſti animæ tuæ propter anguſtias,& tribulationem gen-
tis tuę, ſubueniſti ruinæ ante conſpectum dei noſtri. Et dixit
omnis populus,fiat,fiat.Porrò Achior vocatus venit.Et di-
xit ei Iehudith:Deus Iſrael,cui tu teſtimonium dediſti,ꝙ vlciſ-
catur ſe de inimicis ſuis,& ipſe caput omnium incredulorum
incidit in hac nocte in manu mea.Et vt probes quia ita eſt,ec-
ce caput Holofernis,qui in contẽptu ſuperbiæ ſuæ deũ Iſrael
contempſit,& tibi interitum minabatur,dicens:cum captus
fuerit populus Iſrael,gladio perforari præcipiam latera tua.
Videns autem Achior caput Holofernis,anguſtiatus prę pa-
uore cecidit in faciem ſuam ſuper terram , & æſtuauit anima
eius.Poſtea verò quam reſumpto ſpiritu recreatus eſt,proci-
dit ad pedes eius,& adorauit eam,& dixit:Benedicta tu à deo
tuo in omni tabernaculo Iahacob,qm̃ in omni gente quæ au
dierit nomen tuum magnificabitur ſuper te deus Iſrael.

¶Caput ſuſpenditur,orto ſole in hoſtes fit impetus,qui animis conſternan-
tur,& trepidant morte ducis. C A P. X I I I I.

A DIxit autem Iehudith ad omnem populum:Audite me
fratres:Suſpendite caput hoc ſuper muros noſtros.Et
erit cum exierit ſol,accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cũ
impetu:non vt deſcendatis deorſum,ſed quaſi impetum faciẽ
tes. Tunc exploratores neceſſe erit, vt fugiant ad principem
ſuum excitandum ad pugnam.Cumq; duces eorum concur-
rerint ad tabernaculum Holofernis:& inuenerint eũ trũcum
in ſuo ſanguine volutatum:decidet ſuper eos timor. Cumq;
B cognoueritis fugere eos,ite poſt illos ſecuri,quoniam domi-
nus conteret eos ſub pedibus veſtris. Tunc Achior videns
virtutem,quam fecit deus Iſrael relicto gentilitatis ritu cre-
didit deo, & circuncidit carnem præputij ſui, & appoſitus
eſt ad populum Iſrael,& omnis ſucceſsio generis eius vſque in
hodiernum diem.Mox autem,vt ortus eſt dies,ſuſpenderunt
ſuper muros caput Holofernis:accepitq; vnuſquiſq; vir arma
ſua,& egreſsi ſunt cum grandi ſtrepitu,& vlulatu.Quod vidẽ
tes exploratores ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.
Porrò hi qui in tabernaculo erãt venientes,& ante ingreſſum
C cubiculi perſtrepentes excitandi gratia,inquietudinẽ arte mo
liebantur,vt non ab excitantibus,ſed à ſonantibus Holofer-
nes euigilaret.Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſy
riorum pulſando aut intrando aperire.Sed cũ veniſſent eius
duces,ac tribuni,& vniuerſi maiores exercitꝰ Aſſyriorum,di-
xerunt cubiculariis:Intrate,& excitate illum:quoniam egreſsi
mures de cauernis ſuis auſi ſunt prouocare nos ad prębium.
Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius ſtetit ante cortinam.
Et plauſum fecit manibus ſuis.Suſpicabatur enim illum cũ Ie-
hudith dormire.Sed cũ nullum motum iacẽtis ſenſu auriũ ca
peret,acceſsit proximans ad cortinam.Et eleuãs eam,vidẽsq;
cadauer abſque capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactum
D iacere ſuper terram,exclamauit voce magna cũ fletu,& ſcidit
veſtimenta ſua.Et ingreſſus tabernaculum Iehudith,nõ inue-
nit eam.Et exiluit foras ad populum,& dixit:Vna mulier He
bræa fecit confuſionem in domo regis Nebuchadneſar.Ecce
enim Holofernes iacet in terra,& caput eius nõ eſt in illo.Qđ
cũ audiſſent principes virtutis Aſſyriorũ,ſciderunt oẽs veſti-
menta ſua,& intolerabilis timor,& tremor cecidit ſuper eos,
& turbati ſunt animi eorum valde.Et factus eſt clamor incõ-
parabilis in medio caſtrorum eorum.

¶Hebræi hoſtes trepidos ac fugientes perſequuntur,cædunt &
ſpoliant,laus Iehudith canitur. C A P. X V.

A CVmq; omnis exercitus decollatum Holofernem audiſ
ſet,fugit mens & cõſilium ab eis,& ſolo tremore et me
tu agitati fugæ præſidium ſumunt, ita vt nullus loqueretur
cum proximo ſuo:ſed inclinato capite relictis omnibus euade
re feſtinabãt Hebræos,quos armatos ſuper ſe venire audie-
rant,fugientes per vias camporum & ſemitas collium.Vidẽ-
tes itaque filij Iſrael fugientes,ſecuti ſunt illos.Deſcenderuntq;
B clangentes tubis,& vlulantes poſt ipſos.Et quoniam Aſſyrij
non adunati,in fugam ibant præcipites,filij autem Iſrael vno
agmine perſequentes,debilitabant omnes quos inuenire po-
tuiſſent.Miſitq; Huzziiah nuncios per omnes ciuitates,& re-
giones Iſrael.Oĩs itaq; regio,oĩsq; vrbs electã iuuentutẽ arma
tam miſit poſt eos & ꝑſecuti ſunt eos in ore gladij , quouſque
peruenirent ad extremitatẽ finiũ ſuorum.Reliqui aũt,qui erãt
C in Bethulia,ingreſsi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædã quam
fugientes Aſſyrij reliquerant,abſtulerũt ,& onuſtati ſunt val-
de.Hi verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliã,omnia quæ
erant illorum,abſtulerunt ſecum,ita vt non eſſet numerus in
pecoribus,in iumentis,& vniuerſis mobilibꝰ eorum,vt à mi-
nimo vſque ad magnum omnes diuites fierent de deprædá-
tionibus eorum.Ioachim autem ſummus pontifex de Ieru-
ſalaim venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt
videret Iehudith. Quæ cum exiſſet ad illum,benedixerunt il-
D am omnes vna voce,dicentes:Tu gloria Ieruſalaim, tu læti-
tia Iſrael,tu honorificentia populi noſtri,quia feciſti viriliter
& confortatum eſt cor tuum,eo quòd caſtitatem amaueris,
& poſt virum tuum alterũ neſcieris:ideo & manus dñi cõfor
tauit te,& ideo eris benedicta in æternum.Et dixit omnis po-
pulus:



pulus:fiat,fiat.Per dies autem triginta,vix collecta ſunt ſpolia
Aſſyriorum à populo Iſrael.Porrò autem vniuerſa quæ Ho
lofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt,dederũt Iehudith in au-
ro,& argento,& veſtibus, & gemmis,& omni ſupellectili, &
tradita ſunt omnia illi à populo.Et omnes populi gaudebant
cum mulieribus,& virginibus,& iuuenibus,in organis & ci-
tharis.

¶Canticum Iehudith,ac uitæ eius reliquum traduntur hoc capite.
C A P. X V I.

A TVnc cantauit canticum hoc domino Iehudith, dicens:
Incipite domino in tympanis,cantate domino in cym-
balis,modulamini illi,pſalmum nouum,exultate & inuocate
nomen eius.Dominus conterens bella,dominus nomen eſt il-
li.Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos
de manu inimicorum noſtrorum.Venit Aſſur in montibus
ab aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ.Cuiꝰ multitudo
obturauit torrentes,& equi eorum cooperuerunt valles.Di-
xit ſe incenſurum fines meos,& iuuenes meos occiſurum gla-
dio,infantes meos dare in prædam,& virgines in captiuitatẽ.
Dominus autem omnipotens nocuit,& tradidit eum in ma-
B nus fœminæ,& confudit eum.Non enim cecidit potens eo-
rum à iuuenibus,nec filij titanum percuſſerunt eum,nec excel
ſi gigantes impoſuerunt ſe illi:ſed Iehudith filia Merari in ſpe-
cie faciei ſuæ diſſoluit eum.Exuit enim ſe veſtimento viduita-
tis,& induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſra
el.Vnxit faciem ſuam vngento:colligauit cincinnos ſuos mi-
tra ad decipiendum illum.Sandalia eius rapuerunt oculos e-
ius,pulchritudo eius captiuam fecit animam eius:amputauit
pugione ceruicem eius.Horruerunt Perſæ conſtantiam eius,
& Medi audaciam eius.Tunc vlulauerũt caſtra Aſſyriorum,
quando apparuerunt humiles mei,areſcentes in ſiti.Filij puel
Pſal.32. larum compunxerunt eos,& ſicut pueros fugientes occide-
runt eos,perierunt in pręlio à facie domini dei mei.Hymnum
C cantemus domino,hymnum nouum cantemus deo noſtro.
Adonai domine magnus es tu,& præclarus in virtute,& quẽ
ſuperare nemo poteſt.Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia
dixiſti & facta ſunt,miſiſti ſpiritum tuum,& creata ſunt, & nõ
eſt qui reſiſtat voci tuæ. Montes à fundamentis mouebuntur
cum aquis petræ,ſicut cęra liqueſcent ante faciem tuam. Qui
autem timent te,magni erunt apud te per omnia,erga gentes
inſurgentes ſuper genus meum.Dominus enim omnipotens
vindicabit in eis,in die iudicij viſitabit illos.Dabit enim ignẽ,
& vermes in carnes eorum,vt vrantur,& ſentiant vſq; in ſem
piternum.Et factum eſt poſt hæc:omnis populus poſt victo-
riam venit in Ieruſalaim adorare dominum,& mox vt purifi
cati ſunt,obtulerunt omnes holocauſta,& vota,& repromiſ-
ſiones ſuas.Porrò Iehudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis
quæ dedit illi populus,& conopæum quod ipſa ſuſtulerat,ob
D tulit in anathema obliuionis.Erat autem populus iocundus
ſecundum faciem ſanctorum,& per tres menſes gaudium hu
ius victoriæ celebratum eſt cum Iehudith.Poſt dies autem il-
los vnuſquiſq; rediit in ſua,& Iehudith magna facta eſt in Be-
thulia,& præclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael. Erat etiam vir
tuti caſtitas adiuncta,ita vt non cognoſceret virum omnibus
diebꝰ vitæ ſuæ,ex quo defunctus eſt Manaſſeh vir eiꝰ.Erat au-
tem diebus feſtis procedens cum magna gloria.Mãſit autem
in domo viri ſui annos centum quinque,& dimiſit Abram
ſuam liberam,& defuncta eſt ac ſepulta cũ viro ſuo in Bethu-
lia.Luxitq; illam omnis populus diebus ſeptem. In omni au-
tẽ ſpatio vitæ eius,nõ fuit qui perturbaret Iſrael,& poſt mor-
tem eius annis multis. Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis
ab Hebræis in numero ſanctorum dierum acci
pitur & colitur à Iehudæis,ex illo
tempore,vſq; in præſen
tem diem.

F I N I S.

# Liber Meghillath,

## id eſt, uolumen Eſter: Interprete Sante Pagn. Lucenſi.

¶Rex Achaſuerus regium inſtituit conuiuiũ,regina Vaſthi eo
uenire contemnit,quare & repudiatur.

C A P V T I.

A ET F V I T in diebus
Achaſueros.Ipſe eſt Achaſueros qui re-
gnabat ab India vſque ad Aethiopiam
ſuper ſeptem & viginti & centum pro-
uincias.In diebus illis cum ſederet rex
Achaſueros ſuper ſoliũ regni ſui, quod
erat in Suſan regia.Anno tertio quo re
gnauit,fecit conuiuium cunctis principibus ſuis,& ſeruis ſuis,
exercitui Perſico,& Medico,& principibꝰ maioribus,& prin
cipibus prouinciarum,qui erant ante ſe.Vt oſtenderet diuiti
tias gloriæ regni ſui,& honorẽ gloriæ magnitudinis ſuæ die-
bus multis,octoginta & centum diebus.Et cum impleti fuiſ-
ſent dies ipſi,fecit rex omni populo qui inuentus eſt in Suſan
regia à maximo vſque ad minimum conuiuium ſeptem die-
rum,in atrio horti palatij regis. Aulæum candidum,& viri-
de,coloris cãdidi,& hyacinthinum,tentum funibus byſſinis,
& purpureis in circulis argenteis,& columnis marmoreis.
B Lecti aurei, & argentei ſuper pauimentum porphyreticum,
& marmoreum,& Parium,& hyacinthum lapidem. Et pro-
pinabant in vaſis aureis,& vaſa erant à vaſis variata, & vinũ
regium multum ſecundum potentiam regiam.Et potus erat
ſecundum legem.Non erat qui cogeret, quia ſic diſpoſuerat
rex cum omni magiſtro domus ſuæ,vt facerent ſecundũ vo-
luntatẽ vniuſcuiuſq;.Etiã Vaſthi regina fecit conuiuiũ fœmi
narũ in domo regni quæ erat regis Achaſueros.Die ſeptimo
cũ iocundũ eſſet cor regis propter vinũ,dixit ad Mehuman et
Biztha, Charbona,Bightha,Abagtha, Zethar,& Charchas,
C ſeptem eunuchos,qui miniſtrabãt ante faciem regis Achaſue-
ros,vt ducerent Vaſthi reginam corã rege cum diademate
regni,vt oſtenderet populis,& principibus pulchritudinnem
eius,qm̃ decora aſpectu erat. Et renuit regina Vaſthi venire
ad verbũ regis,quod fuerat per manum ennuchorũ.Et iratus
eſt rex valde,& ira eius ſuccenſa eſt in eo.Dixitq; rex ſapiẽtibus,
ſcientibus tempora:quia ſic erat conſuetudo regis erga ſcien-
tes legem,& iudicium.Et propinquus ei Carſena, Sethar, A-
matha,Tarſis,Meres,Marſena,Memuchan, ſeptem principes
Paras,& Madai:videntes faciẽ regis qui ſedebant primi in re-
gno.Secũdum legem inquit quid agendũ cũ regina Vaſthi,
eo ꝙ non fecit ſermonem regis Achaſueros per manum eunu
chorũ?Dixitq; Memuchan coram rege & principibus: Non
contra regẽ tantum peccauit Vaſthi regina,ſed contra oẽs
principes,& cõtra omnes populos,qui ſunt in oĩbus prouin-
ciis regis Achaſueros.Egredietur enim verbũ reginæ ad oẽs
D mulieres,vt contẽnant maritos ſuos in oculis ſuis,dum dicẽt:
Rex Achaſueros dixit,vt ducerẽt Vaſthi reginã ante ſe,et non
venit.Et die hac dicent dominæ Paras,& Madai,quæ audie-
rint verbum reginæ ad oẽs principes regis,& erit huius rei
gratia abundãs contẽptus,& ira. Si regi bonũ eſt, egrediatur
verbum regiũ à facie eius,& ſcribatur inter leges Paras,& Ma
dai,& nõ tranſgrediatur,ꝙ non ingrediať Vaſthi coram rege
Achaſueros,& regnũ eius det rex alteri quæ melior ſit illa. Et
audietur verbũ regis,qđ faciet in toto regno ſuo,qa magnũ
eſt,& oẽs vxores exhibebunt honorẽ maritis ſuis,tã maiori ꝙ
minori.Et placuit verbũ in oculis regis,& principum.Fecitq;
rex iuxta verbũ Memuchan.Miſitq; epiſtola ad oẽs prouin-
cia regis ad ſingulas prouincias ſecũdum ſcripturam ſuam,&
ad ſingulos populos iuxta linguam eius,vt omnis vir domine
tur in domo ſua,& loquatur ſecundum linguam populi ſui.

¶Repudiata regina,quæruntur regi puellæ,placet Hadaſah(quæ eſt Eſter) fitq; ei regina, Mordochai prodit, regi ſuos inſidiatores.

C A P. I I.

A P Oſt hæc,cum quieuiſſet ira regis Achaſueros,recordat⁹
eſt ipſius Vaſthi,& eorum quæ fecerat,& eius quod diſ
poſitum erat ſuper eam.Dixerũtq; pueri regis, miniſtri eius:
Quærant regi puellas virgines decoras aſpectu. Et præficiat
rex præfectos in omnibus prouincijs regni ſui,& congre-
gent omnem puellam virginem pulcrham aſpctu in Suſan
regia in domum mulierum,in manu Hegem eunuchi regis,
cuſtodis mulierum,& det [a] purificatoria earũ.Et puella quæ
placuerit in oculis regis,regnet pro Vaſthi. Et placuit res in
oculis regis,& fecit ſic.Vir Iehudæ⁹ erat in Suſan regia,& no
men eius Mordochai filius Iair,filius Simhi,filij Chis,vir Iemi
ni.Qui tranſmigratus fuerat de Ieruſalaim cum tranſmigratio
B ne quæ tranſmigrata eſt cum Iechoniah rege Iehudah, quam
tranſmigrare fecerat Nebuchadneſar rex Babel.Et nutriuit
Hadaſah(Ipſa eſt Eſter)filiam patrui ſui.Non enim erat ei pa-
ter,& mater,& puella erat pulchra forma, & decora aſpectu,
Et quum mortuus fuiſſet pater eius,& mater eius,accepit e-
am Mordochai ſibi in filiam.Et fuit,quum auditum eſſet ver
bum regis,& lex eius,& dum congregarentur puellæ multæ
in Suſan regia ad manum Hegai:ſublata eſt Eſter in domum
regis per manum Hegai cuſtodis mulierum.Et placuit puella
in oculis eius,& ſuſcepit miſericordiam in conſpectu eius, &
accelerari fecit purificatoria eius,& partes eius,vt daret ei, &
ſeptem puellas dignas,vt daret ei è domo regis:& mutauit e-
am,& puellas eius in bonum domus mulierum. Non indi-
cauit Eſter populum ſuum,nec cognationẽ ſuam,quia Mor-
dochai præceperat ei,vt non indicaret.Et quotidie Mordo-
chai ambulabat ante atrium domus mulierum, vt cognoſce-
ret pacem Eſter,& quid fieret de ea.Et quum appeteret tem-
C pus ſingularum puellarum,vt intrarent ad regem: Achaſue-
ros [b] in fine cum eſſent ei ſecundum legem mulierum duode-
cim menſes;quia ſic implebantur dies purificationum earum:
ſex menſibus cum oleo myrrheo,& ſex menſibus cum aroma
tibus,& purificationibus mulierum.Et in hoc puella veniebat
ad regem.Omne quod [c] dicebat,dabatur ei veniẽdo cum ea
è domo mulierum vſq; ad domum regis.Veſpere intrabat,&
mane reuertebatur ad domum mulierum ſecundam,ad ma-
num Sahaſgaz eunuchi regis cuſtodis concubinarum. Non
ingrediebatur amplius ad regem niſi voluiſſet eam rex,& vo
caretur per nomen.Et cum aduenisset tempus Eſter filiæ Abi
chail,patrui Mordochai,quam acceperat ſibi in filiam, vt in-
grederetur ad regem,non requiſiuit aliquid,niſi quod dixerat
Hegai eunuchus regis,cuſtos mulierum.Et Eſter ſuſcepit gra-
tiam in oculis omnium videntium eam.Et ſublata eſt Eſter ad
regem Achaſueros,ad domum regni eius,menſe decimo (i-
pſe eſt menſis Thebeth)anno ſeptimo regni eius.Et dilexit rex
Eſter præ omnibus mulieribus,& ſuſcepit gratiam,& miſeri-
D cordiam coram eo præ omnibus virginibus,& poſuit diade
ma regni in capite eius,& regnare fecit eam pro Vaſthi. Fe-
citq; rex conuiuium magnum omnibus principibus ſuis, &
ſeruis ſuis,conuiuium Eſter & requiem prouinciis fecit,& de-
dit dona ſecundum potentiam regiam.Et dum congregaren
tur virgines ſecundò, Mordochai ſedebat in porta regis. Nõ
Eſter indicauerat progeniem ſuam,& populum ſuum ſecun-
dum quod præceperat ei Mordochai,& ſermonem Mordo-
chai Eſter faciebat,ſicut erat dum nutriretur ſecum.In diebus
illis Mordochai ſedente in porta regis,irati ſunt Bigthan, &
Teres duo eunuchi regis ex cuſtodibus liminis,& quæſierunt
mittere manum in regem Achaſueros. Et innotuit res ipſi
Mordochai,& nunciauit Eſter reginæ.Et dixit Eſter regi no-
mine Mordochai.Et quæſita eſt res,& inuẽta,& ſuſpenſi ſunt
ambo ſuper lignum,& ſcriptum eſt in libro verborum die-
rum coram rege.

a eis ornamenta

b a temino quo incipiebat agi cũ ea ſecundũ morẽ mulierum erãt duodecim menſes.

c petebat puella.

¶Exaltatus Haman macedo impetrat a rege,ut omnes ubique Iehudæi interficiantur.

C A P. I I I.

A P Oſt hæc magnificauit rex Achaſueros Haman,filiũ Ha-
medatha Agagæum, & eleuauit eum,& poſuit thronũ
eius ſuper omnes principes qui erant ſecum.Et omnes ſerui re
gis qui erant in porta regis incuruabant ſe,& genuflectebant
ipſi Haman,ſic enim præceperat eis rex.Mordochai autẽ nec
genuflectebat,nec adorabat.Dixeruntq; ſerui regis, qui erant
in porta regis ad Mordochai:Quare tranſgrederis præceptũ
regis?Et fuit,cum dicerent ad eum per ſingulos dies & non au
diret eos,nunciauerunt ipſi Haman,vt videret an ſtarent ver
ba Mordochai. Indicauerat enim eis quod eſſet Iehudæus.
Et vidit Haman,quòd non Mordochai inclinaret ſe,nec genu
B flecteret ſibi,& repletus eſt Haman furore.Et contempſit ocu
lis ſuis mittere manum in Mordochai tantũmodo.Indicaue-
rant enim ſibi populum ipſius Mordochai,& quæſiuit Ha-
man diſperdere omnes Iehudæos,qui erant in regno Achaſu
eros populum Mordochai.In menſe primo (Ipſe eſt menſis
Niſan)anno duodecimo regis Achaſueros proiicere fecit ſor
tem(Ipſa eſt ghoral,i.ſors)coram Haman,à die in diẽ & à mẽ
ſe vſq; ad mẽſem duodecimum(ipſe eſt menſis Adar.)Dixitq;
Hamã ad regem Achaſueros:Eſt populus quidam diſperſus,
& diuiſus inter populos in omnibus prouinciis regni tui, &
C leges eorum ſunt diuerſæ ab omni populo,& leges regis non
faciunt,& regi non eſt vtile vt dimittat eos.Si regi placet ſcri-
batur,vt perdantur,& decem milia talenta argenti appendã
manibus facientium opus,vt adducant in theſauros regis. Et
remouit rex anulum ſuum è manu ſua,& dedit illum Haman,
filio Hammedatha Aghagæi hoſti Iehudæorum. Dixitq; rex
ad Haman:Argentum datum tibi ſit,& populus, vt facias de
eo ſecundum quod placet in oculis tuis.Et vocati ſunt ſcribæ
regis menſe primo,tertiadecima die eiuſdem,& ſcriptũ eſt iu-
xta omnia quæ præcepit Haman ad principes regis,& ad du
D ces,qui ſunt ſuper ſingulas prouincias,& ad principes ſingu-
lorum populorum & ſingularum prouinciarum ſecundum
ſcripturam vnicuiq; propriam,& ad ſingulum populum iu-
xta linguam ſuam nomine regis Achaſueros ſcriptũ,& ſigna-
tum anulo regio.Et vt mitterentur epiſtolæ per manum cur
ſorum ad omnes prouincias regis,vt diſſiparẽt,vt occiderẽt,
& vt perderent omnes Iehudæos,à puero vſque ad ſenẽ par-
uulum,& mulieres die vna,tertiadecima menſis duodecimi.
(Ipſe eſt menſis Adar)& ſpolia eorum,vt prędarentur.Exem
plar ſcripturæ erat,vt poneretur lex in qualibet ꝓuincia mani
feſta oĩbus ppl'is,vt eſſent parati ad diẽ hãc. Curſores egreſſi
ſunt impulſi verbo regis; & lex poſita eſt in Suſan regia. Rex
aũt,& Hamã ſederũt ad bibẽdũ. Ciuitas aũt Suſã ꝑplexa erat.

¶Mordochai indicat reginæ regis edictũ in Iehudæos. C A P. I I I I.

A M Ordochai autem cognouit omne quod geſtum fue-
rat,& ſcidit Mordochai veſtimenta ſua,& indutus eſt
ſacco,& cinere,& egreſſus eſt in medium ciuitatis clamauitq;
clamore magno,& amaro.Et venit vſq; ad locũ qui erat corã
porta regis.Non eñ fas erat vt intraret portã regiã,quũ indu
tus eſſet ſacco. Et in q̃libet ꝓuincia & loco, quẽ verbũ regis,
& lex eius attigit,luctus magnus fuit Iehudęis,& ieiuniũ,& fle
tus,et plãctus,ſaccus,& cinis ſternebãt multis.Et venerũt puel
lę Eſter,et eunuchi ei⁹,& nũciauerũt ei,& doluit regina valde.
B Et miſit veſtes,vt induere faceret ipm Mordochai,et remoue
re faceret ſaccũ ei⁹ ab eo,et nõ recepit.Et vocauit Eſter Hath-
ach ex eunucis regis,quẽ ſtare fecit corã ſe,et p̃cepit ei ſup Mor
dochai,vt ſciret q̃d hoc eſſet et ꝓpter q̃d hoc.Et egreſſ⁹ eſt Ha
thach ad Mordochai ad plateã ciuitatis,q̃ erat añ portã regis.
Et indicauit ei Mordochai oẽ qd̃ acciderat ſibi,et expoſitionẽ
argẽti,quã dixit Hamã appẽdere theſauris regis per Iehudęos
ad ꝑdendũ eos.Et excẽpar ſcripturę legis,q̃ poſita erat ĩ Suſan,
vt diſperdere faceret eos dedit ei,vt oſtẽderet ipſi Eſter,& in-
C dicaret ei,& mandaret ei,vt ingrederetur ad regẽ , ad precan
dũ eũ,& ad querendum à facie eius pro populo ſuo.Et venit
Hathach,& nũciauit ipſi Eſter ỽba Mordochai.Dixitq; Eſter
ad Hathach,& præcepit ei,vt diceret ad Mordochai:Omnes
ſerui regis,& populus prouinciarum regis ſciunt, quòd o-
mnis vir, & mulier qui ingreſſus fuerit ad regem in atrium in
terius,qui non fuerit vocatus,vna lex eius eſt,vt mori faciat,
niſi extenderit ad eum rex virgam auream, & viuat,& ego
nõ ſum vocata,vt ingrediar ad regem iam triginta diebus.Et
nũciauerũt ipſi Mordochai verba Eſter.Dixitq; Mordochai,
vt reſponderent ipſi Eſter:Ne putes in animo tuo,vt eruas te
D in domo regis præ cunctis Iehudæis.Si eñ ſilendo ſilueris in
tempore iſto,reſpiratio & euaſio ſtabit Iehudæis ex loco alio,
tu & domus patris tui peribitis.Et quis ſcit [a] ſi in tẽpore ſimi
li attingere facta ſis ad regnum?Dixitq; Eſter,vt reſponderet
ipſi Mordochai:Vade,congrega omnes Iehudæos,qui repe-
riuntur in Suſan,& ieiunate pro me,& ne comedatis,neq; bi-
batis tribus diebus nocte,& die,& ego & puellæ meæ ieiuna
bo ſic,& tunc ingrediar ad regem , quod non eſt ſecundum
legem,& quomodocunque peream,peream. Et progreſſus
eſt Mordochai,& fecit iuxta omnia quæ præcepit ei Eſter.

a nũ ad opportunitatem eiuſmodi accita ſis ad regnum.

¶Eſter ingreſſa ad regem illum ſimul & Haman ad conuiuium inuitat,Haman ꝑrat crucem Mordochai.

C A P. V.

A E T fuit,die tertio induit ſe Eſter regio veſtimento,& ſte-
tit in atrio domus regis interiori contra domum regis.
Rex autem ſedebat ſuper ſolium regni ſui in domo regni con
tra oſtium domus.Et fuit,cum vidiſſet rex Eſter reginam ſtã-
tem in atrio,recepit gratiam in oculis eius, & extendit rex ad
Eſter virgam auream,quæ erat in manu ſua:& acceſſit Eſter,
et tetigit ſummitatem virgæ.Dixitq; ei rex:Quid tibi eſt Eſter
regina?Et quæ eſt petitio tua?Vſque ad dimidium regni da-
bitur tibi.Dixitq; Eſter:Si regi placeat ingrediatur rex.Et Ha-
man hodie ad conuiuium quod feci ei.Dixitq; rex Feſtinate i-
B pſum Haman,vt faciat verbum Eſter.Et venit rex,& Haman
ad conuiuiũ,quod fecerat Eſter.Dixitq; rex ad Eſter in conui
uio vini:Quæ eſt petitio tua,& dabitur tibi,& quæ inquiſitio
tua?Vſque ad dimidium regni pete,& fiet.Et reſpõdit Eſter.
& dixit:Petitio mea,& inquiſitio mea eſt.Si inueni gratiam in
oculis regis,& ſi regi placeat,vt det petitionem meam, & fa-
ciat poſtulationem meam,veniat rex,& Haman ad conuiuiũ
quod faciam eis,& cras faciam iuxta verbum regis. Et egreſ-
ſus eſt Haman die ipſa lætus,& iucundus corde.Et cum vidiſ-
ſet Hamã ipſum Mordochai ĩ porta regis,& nõ ſurrexiſſet nec
C ſe mouiſſet ab eo,repletus eſt Haman cõtra Mordochai ira.Et
continuit ſe Haman,& venit ad domum ſuam,& miſit & ve-
nire fecit amicos ſuos,& Zeres vxorem ſuam.Et narrauit eis
Haman gloriam diuitiarum ſuarum,& multitudinem filiorũ
ſuorũ,& omnia quibus magnificauerat eum rex,& quòd ele
uaſſet eum ſuper principes,& ſeruos regis.Dixitq; Haman:In-
ſuper non fecit venire Eſter regina cũ rege ad conuiuiũ quod
D fecit niſi me,& etiam cras vocatus ſum ab ea cum rege.Et to-
tum hoc non eſt vtile mihi, toto tempore quo video Mordo
chai Iehudæum ſedẽtem in porta regis.Dixitq; ei Zeres vxor
eius,& omnes amici eius:Aptent lignum altum quinquagin-
ta cubitorum,& mane dic regi,vt ſuſpendant Mordochai ſu-
per illud.Et ingredere cum rege ad conuiuium lætus.Et pla-
cuit res in oculis Haman,& aptari iuſſit lignum.

¶Rex annales reuoluens Mordochai ab Haman honorari iubet.

C A P. V I.

A I N nocte illa fugerat ſomnus regẽ,& dixit vt afferrent librũ
monumentorum verborũ dierũ,& fuerunt lecta coram
rege.Et inuentum eſt ſcriptũ,ꝙ indicaſſet Mordochai de Big
thana & Teres duobus eunuchis regis ex cuſtodibus liminis,
qui quæſiernnt mittere manũ in regem Achaſueros. Dixitq;
rex:Quid factũ eſt honoris, & magnificentiæ ipſi Mordochai
propter hoc?Et dixerunt pueri regis miniſtri eius:Non eſt fa-
ctum cum eo quicquam.Dixitq; rex:Quis eſt in atrio?Haman
autem venerat in atrium domus regis exterius, vt diceret re-
gi ꝙ ſuſpenderet Mordochai ſuper lignum,quod parari fece
B rat ei.Dixeruntq; pueri regis ad eũ:Ecce Haman ſtat in atrio.
Et dixit rex:ingrediatur.Et ingreſſus eſt Haman.Et dixit ei rex:
Quid faciendum eſt viro cuius rex vult honorem.Dixitq; Ha
man in corde ſuo:Cui volet rex facere honorẽ magis quã mi
hi?Et dixit Haman ad regem:Vir cuius vult rex honorẽ.Ad-
ducant veſtem regiã,qua induit ſe rex,& equum ſuper quo e-
quitat rex,& detur diadema regiũ in capite eius.Et detur ve-
C ſtimentũ,& equus per manũ viri de principibus regis maio-
ribus principibus ,& induat virum cuius rex vult honorem,
& equitare faciat eum per plateam ciuitatis.Et clament ante
eum.Sic fiet viro,cuius rex vult honorem.Dixitq; rex ad Ha-
man:Feſtina,tolle veſtimentũ,& equum,quemadmodum lo
cutus es,& fac ita Mordochai Iehudæo,qui ſedet in porta re-
gis.Ne cadere facias quicquam ex omnibus quæ locutus es.
Tulitq; Haman veſtimentum,& equũ,& induit Mordachai,
& equitare fecit eum per plateam ciuitatis,& clamabant ante
eum:Sic fiet viro cuius rex vult honorem.Et reuerſus eſt Mor
D dochai ad ianuam regis.Haman vero compulſus eſt in domũ
ſuam lugens,& operto capite.Et narrauit Haman Zeres vxo
ri ſuæ,& omnibus amicis ſuis quicquid acciderat ſibi. Dixe-
runtq; ei ſapientes,& Zeres vxor eius:Si de ſemine Iehudæo-
rum eſt Mordochai,ante cuius cepiſti cadere conſpectum,nõ
præualebis ei,ſed cadendo cades ante eum.Adhuc illis loquẽ
tibus cum eo,eunuchi regis peruenerunt,& feſtinauerunt, vt
adducerent Haman ad conuiuium quod fecerat Eſter.

¶Regina,rege,& Haman iterum inuitatis,orat pro ſe,& populo,ſuo, accuſat Haman,ille ſuſpenditur C A P. V I I.

A V Enit autem rex & Haman ad bibendũ cũ Eſter regina.
Dixitq; rex ad Eſter etiam die ſecunda in conuiuio vi-
ni.Quæ eſt petitio tua Eſter regina,& dabitur tibi?Et quæ po
ſtulatio tua?Vſq; ad dimidiũ regni pete,& fiet.Et reſpõdit E-
ſter regina,& dixit:Si inueni gratiam in oculis tuis rex,& ſi re-
gi placet,detur mihi anima mea pro petitione mea,& popu-
B lus meus pro poſtulatione mea. Quia venditi ſumus ego, &
populus meus ad delendum,ad occidendũ,& ad perdẽdum.
Et ſi in ſeruos,& ancillas venderemur tacuiſſem,quanquã ho-
ſtis non recõpenſaret damnum regis.Dixitq; rex Achaſueros,
& dixit ad Eſter reginã:Quis eſt hic,& qualis eſt hic qui reple-
uit cor ſuum,vt faceret ſic?Et dixit Eſter: Vir hoſtis, & inimi-
cus eſt Haman malus hic.Et Haman tertius eſt à facie regis, &
reginæ.Rex autem ſurrexit in furore ſuo, de conuiuio vini ad
C hortum palatij.Haman autem ſtetit,vt poſtularet pro anima
ſua ab Eſter regina. Vidit enim quòd, completum eſſet ſibi
malum à rege.Rex autem reuerſus eſt ab horto palatij ad do-
mum conuiuij vini.Haman autem ceciderat ſuper lectum, ſu
per quo erat Eſter.Dixitq; rex:Num etiam,vt ſubagitet regi-
nam me exiſtente in domo? Verbum egreſſum eſt ex ore re-
gis,& faciem Haman operuerunt.Dixitq; Charbona,vnus de
D eunuchis ante regem: En lignum quod fecerat Haman pro
Mordochai,qui locutus eſt bonum ſuper regem, ſtat in do-
mo Haman,altitudinis quinquaginta cubitorum.Dixitq; rex:
Suſpendite eum in illo.Et ſuſpenderũt Haman in ligno,quod
parari fecerat pro Mordochai,& ira regis quieuit.

¶Interfecto Haman Mordochai exaltatur,literæ conſolatoriæ mittuntur ad Iehudæos. C A P. V I I I.

A D Ie illa dedit rex Achaſueros Eſter reginę domum Ha-
man hoſtis Iehudæorum. Mordochai autem ingreſ-
ſus eſt ante regem. Indicauit enim Eſter, quid ipſe ſibi eſſet.
Et remouere fecit rex anulum ſuum, quem tolli fecerat ab
Haman,& dedit illum Mordochai.Et poſuit Eſter Mordo-
chai in domo Haman.Addiditq; Eſter, & locuta eſt ante re-
gem,& proſtrauit ſe ante pedes eius,& fleuit, & rogauit eum,
vt tranſire faceret malitiam Haman Agagitæ,& cogitationẽ
eius quã cogitauit contra Iehudæos. Et extendit rex ad Eſter
virgam auream,& ſurrexit Eſter,ſtetitq; ante regem. Et dixit:
Si regi placet,& ſi inueni gratiã ante eũ,& conueniens eſt res
ante regẽ,& placeo in oculis eius,ſcribatur,vt retractẽt literas

B cogitationis Haman filij Hamedatha Agagitæ, quas ſcripſit
ad perdendum Iehudęos, qui erant in omnibus prouincijs re-
gis. Quomodo enim potero videre malũ quod inueniet po-
pulum meum? Et quomodo potero videre perditionẽ pro
geniei meæ? Dixitq́ rex Achaſueros ad Eſter reginam, & ad
Mordochai Iehudæum: Ecce domum Haman dedi Eſter, &
ipſum appenderunt in ligno, eo ꝙ miſit manũ ſuam in Iehu-
dæos. Vos autem ſcribite Iehudæis, ſicut bonum eſt in oculis
veſtris nomine regis, & ſignate anulo regis. Scripturæ enim
quæ ſcribuntur nomine regis, & ſignantur anulo regis nõ re-
tractabãtur. Et vocati ſunt ſcribæ regis tempore illo mẽſe ter
tio. (Ipſe eſt Siuan) tertia, & vigeſima eiuſdem, & ſcriptum eſt
iuxta omnia quæ præcepit Mordochai ad Iehudæos, & ad
C principes & duces, & principes prouinciarum, qui erant ab
India vſque ad Aethiopiam, ſeptem & viginti & centum pro
uinciarum, ſingulis prouincijs iuxta ſcripturam earum, & ſin-
gulis populis iuxta lingam eorum, & ad Iehudæos ſecundum
ſcripturam eorum, & iuxta linguam eorũ. Scripſitq́ nomine
regis Achaſueros, & ſignauit anulo regis, & miſit literas per
manum curſorum in equis, equitantium velocia animalia, &
mulos filios equarũ. Quod dedit Iehudæis qui erant in ſingu-
lis ciuitatibus eſt, vt cõgregarent ſe, & ſtarent pro anima ſua,
vt diſperderent, & occiderent, & perderẽt omnẽ exercitũ po-
puli, & prouinciæ qui opprimerẽt eos, paruulos & mulieres,
D & ſpolia eorũ raperẽt. Die vna in omnib⁹ prouinciis regis A-
chaſueros tertiadecima menſis duodecimi. Ipſe eſt menſis A-
dar. Exẽplar ſcripturæ erat vt poneretur decretũ in qualibet
prouincia manifeſtũ omnib⁹ populis, & eſſẽt Iehudæi parati
ad diem illũ ad vindicandũ ſe de inimicis ſuis. Curſores equi-
tantes equos, velociſſimos mulos egreſſi ſunt accelerantes, &
feſtinantes ad verbum regis, & lex data eſt in Suſan palatio.
Mordochai autem egreſſus eſt à facie regis in veſte regali hya
cinthina, & candida, & corona aurea magna, & amictus byſ-
ſo, & purpura, & ciuitas Suſan exultauit, & lætata eſt. Iehudæ
is fuit lux, & lætitia, & gaudium, & honor. Et in qualibet pro
uincia, & in qualibet ciuitate, & loco, quò verbum regis atti-
git, fuit lætitia, & gaudiũ Iehudæis, conuiuium, & dies iucun-
dus: & multi è populis terræ Iehudæos ſe faciebant, quia ceci
dit pauor Iehudęorum ſuper eos.

¶ Iuſſu regis interficiunt Iehudęi aduerſarios ſuos, filij Haman ſuſpenduntur, dies celebres inſtituuntur.

C A P. I X.

A DVodecimo menſe (Ipſe mẽſis Adar) tertiadecima die
eiuſdem, qua peruenit verbum regis, & decretum ei⁹,
vt fieret in die, qua ſperabant inimici Iehudæorum dominari
eis, oppoſitum fuit, quia dominati ſunt Iehudæi odio haben-
tibus illos. Congregauerunt ſe Iehudæi in ciuitatibus ſuis, in
omnibus prouinciis regis Achaſueros, vt mitterent manum
in inquirentes malum ſuum. Et vir non ſtetit ante eos, quia ce
cidit pauor eorum ſuper omnes populos. Et omnes princi-
pes prouinciarum, & principes magni, & duces, & facientes
opus, quod erat regis, extollebant Iehudæos, quia cecidit pa-
uor Mordochai ſuper eos. Magnus enim erat Mordochai in
domo regis, & fama eius ibat per omnes prouincias, quia vir
Mordochai proficiebat, & creſcebat. Et percuſſerunt Iehu-
B dei omnes inimicos ſuos plaga gladij, & occiſionis, & perditi
onis, & fecerunt contra odio habentes illos ſecundum volun
tatem ſuam. Et in Suſan regia occiderũt Iehudei, & perdiderũt
quingentos viros, & Parſandatha, & Dalphon, & Aſpatha, Et
Porata, & Adalia, & Aridatha. Et Parmaſtha, & Ariſai, & A-
ridai, & Vaizatha. Decem filios Haman filij Hamedatha ho-
ſtis Iehudæorũ occiderũt, ſed in prædam non miſerunt manũ
ſuam. Die ipſa venit numerus occiſorũ in Suſan regia corã re-
ge. Dixitq́ rex ad Eſter reginã: In Suſã regia occiderũt Iehudęi,
& perdiderũt quingẽtos viro, & decem filios Haman. In reli-
C quis prouinciis regis quid fecerunt? Et quæ petitio tua, & da
bitur tibi? Et quæ poſtulatio tua vltra, & fiet? Et dixit Eſter: Si
regi placet, detur etiã cras Iehudæis in Suſan, vt faciant ſecun
dum legem hodiernam, & decem filios Haman ſuſpendant in
ligno. Et dixit rex, vt fieret ſic. Et data eſt lex in Suſan, & decem
filios Haman ſuſpenderunt. Et congregati ſunt Iehudæi, qui e-
rant in Suſan etiam die quartadecima menſis Adar, & interfe
cerũt in Suſan trecentos viros, ſed in prædã non miſerunt ma
num ſuam. Reliqui autem Iehudæi, qui erant in prouinciis re
gis congregati ſunt, & ſteterunt pro animabus ſuis, & quieue
runt ab inimicis ſuis, & occiderunt de hoſtibus ſuis quinq́, &
D ſeptuaginta milia, ſed in prædam nõ miſerunt manum ſuam.
Die tertiadecima menſis Adar, & quieuerunt quartadecima
die eiuſdem, & fecerunt eum diem cõuiuij, & lætitiæ. Iehudæi
verò qui erant in Suſan congregati ſunt tertiadecima die eiuſ
dem, & quartadecima die eiuſdem, & quieuerunt quintadeci-
ma eiuſdem, & fecerunt eum diẽ cõuiuij, & lætitiæ. Idcirco Ie-
hudæi villici qui habitant in vrbibus non muratis, faciunt di-
em quartãdecimã menſis Adar lætitiæ, & conuiuij, & diẽ bo
num, & miſſiõis partium vnuſquiſq́ proximo ſuo. Et ſcripſit
E Mordochai verba hæc, miſitq́ literas ad omẽs Iehudæos qui
erant in omnibus prouinciis regis Achaſueros propinquis,
& remotis. Statuendo eis, vt facerent diẽ quartãdecimã men-
ſis Adar, & diem quintãdecimã eiuſdem per ſingulos annos.
Secundum dies in quibus quieuerunt Iehudæi ab inimicis ſu
is, & menſem qui conuerſus fuerat eis à dolore in lætitiam, &
à luctu in diem iucundum, vt facerent eos dies conuiuij, & læ-
titiæ & miſſionis partium vnuſquiſq́ proximo ſuo, & dono-
rum pauperibus. Suſceperunt autem Iehudæi quæ cœperunt
facere, & quod ſcripſit Mordochai ad eos. Quoniam Haman
filius Hammedatha Agagites hoſtis Iehudæorum cogitauit
contra Iehudæos, vt perderet eos, & proiecit pur (Ipſa eſt ſor
tes) vt deleret eos, & perderet eos. Et cum veniſſet ipſa ante re
F gem, dixit rex cum epiſtola altera. Conuertatur cogitatio eius
mala quam cogitauit contra Iehudæos in caput eius. Et ſuſpẽ
dant eum, & filios eius in ligno. Idcirco vocauerunt dies iſtos
purim (id eſt ſors) propter ſortem. Ideo in omnibus verbis e-
piſtolæ huius, & quid viderunt ſuper hoc, & quid cõtigit eis.
Statuerunt, & receperunt Iehudæi ſuper ſe, & ſuper ſemen ſu-
um, & ſuper omnes copulatos ſibi, vt non tranſgrediatur, vt
facerent duos dies hos, iuxta ſcripturam eorum, & iuxta tem-
pus eorum ſingulis annis. Et dies iſti erunt memorati, & facti
in omni generatione, & generatione, familia & familia, prouin
cia & prouicia, ciuitate & ciuitate, & dies purim iſti non tranſ
G ibunt è medio Iehudæorum, & memoria eorum non deſinet
à ſemine eorum. Et ſcripſit Eſter regina filia Abichail, & Mor
dochai Iehudæus omni fortitudine, vt firmaret epiſtolam pu
rim hanc ſecundo. Et miſit literas ad omnes Iehudæos ad ſe-
ptem & viginti & cẽtum prouincias regni Achaſueros
verbis pacis, & veritatis. Ad confirmandum dies ſortium i-
ſtos iuxta tempora eorum, ſecundum quod ſtatuit eis Mor-
dochai Iehudæus, & Eſter regina, & ſecundum quod firmaue
runt ſuper animam ſuam, & ſuper ſemen ſuum verba Ieiunio
rum, & clamoris ſui. Et ſermo Eſter firmauit verba ſortiũ iſta
rum, & ſcriptum eſt in libro.

¶ Gloria & magnitudo Achaſueri. C A P. X.

A ET poſuit rex Achaſueros tributum ſuper terram, & in-
ſulas maris. Et omne opus fortitudinis eius, & potentię
eius, & expoſitionem magnitudinis Mordochai, qua magni-
ficauit eum rex, nõnne ſcripta ſunt in libro verborum dierum
regum Madai, & Paras? Quomodo Mordochai Iehudæ⁹ ſe-
cundus regi Achaſueros, & magnus Iehudæis, &
acceptus multitudini fratrum ſuorum
quærens bonum populo ſuo, &
loquens pacem omni ſe-
mini ſuo.

F I N I S.





# Liber Iiob, interprete Sante Pagnino Lucenſi, concionatore apoſtolico.

¶ Sanctus Iiob percutitur a deo, amiſſione omnium bonorum, & filiorum ſuorũ.

C A P V T I.

A VIR FVIT IN TER-
ra Hus, Iiob nomen eius. Et erat vir ille
perfectus, & rectus, & timens deum, &
recedens à malo. Natiq́ ſunt ei ſeptem
filij, & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſe-
ptem milia pecudum, et ſeptem milia ca
melorum, & quingenta iuga boum, &
quingentæ aſinæ, & famulitium valde multum. Eratq́ vir ille
maior omnibus filiis orientis. Et ibant filij eius & faciebant cõ
uiuium per domum vnuſquiſq́ in die ſuo, & mittebant, voca
bantq́ tres ſorores ſuas, vt comederent, & biberent cum eis.
Et fuit cũ reuoluti eſſent dies conuiuij, mittebat Iiob, & ſancti
ficabat eos, ſurgebatq́ mane, & offerebat holocauſta ſecundũ
numerum omnium ipſorum. Dicebat enim Iiob: Forſitan pec
cauerunt filij mei, & maledixerunt deo in cordibus ſuis. Sic
B faciebat Iiob cunctis diebus. Et fuit dies, & venerunt filij dei,
vt ſtarent coram domino, & venit etiam ſathan in medium
eorum. Et dixit dominus ad ſathan: Vnde venis? Et reſpondit
ſathan ad dominum, & dixit: A circũeundo terram, & à perã-
bulando eam. Dixitq́ dominus ad ſathan: Nunquid poſuiſti
cor tuum ſuper ſeruum meum Iiob, quòd non ſit ſimilis illi in
terra, perfectus, & rectus, timens deum, & recedens à malo? Et
reſpondit ſathan domino, & dixit: Nunquid gratis timet Iiob
C deum? Nõnne tu [a] ſepem poſuiſti circa eum, & circa domũ
eius, & circa omne quod eſt ei vndiq́? Operi manuum eius
benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra. Verum mitte nunc
manum tuam, & tange omne quod eſt ei: [b] niſi in faciem tuã
maledixerit tibi. Et fuit dies, & filij eius, & filiæ eius comedebãt
& bibebant vinum in domo fratris ſui primogeniti. Et nun-
cius venit ad Iibro, & dixit: Boues arabant, & aſinæ paſceban
tur iuxta loca eorum. Et irruerunt Sebæi, & tulerunt eos, &
pueros percuſſerunt acie gladij, & euaſi tantum ego, ſolus e-
go vt nunciarem tibi. Adhuc illo loquente alius venit, & di-
xit: Ignis dei cecidit de cœlo, ſuccenſus eſt in pecoribus, & in
D pueris, & conſumpſit eos, & euaſi tantum ego, ſolus ego, vt
nunciarem tibi. Adhuc illo loquente alius venit, & dixit: Chal
dæi poſuerunt tres duces & graſſati ſunt ſuper camelos, & tu
lerunt eos, puerosq́ percuſſerunt acie gladij, & euaſi tantum
ego, ſolus ego, vt nunciarem tibi. Adhuc illo loquente, alius
venit, & dixit: Filij tui, & filiæ tuæ veſcebantur, & bibebant vi
num in domo fratris eorum primogeniti. Et ecce ventus ma-
gnus venit è loco, qui eſt trans deſertum, & percuſſit quatuor
angulos domus, ceciditq́ ſuper pueros, & mortui ſunt, & eua
ſi tantum ego, ſolus ego, vt nunciarem tibi. Et ſurrexit Iiob, &
ſcidit pallium ſuum, totunditq́ caput ſuum, & proſtrauit ſe
in terram, & adorauit, ac dixit: Nudus egreſſus ſum ex vtero
matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, & domi
nus [c] abſtulit. Sit nomen domini benedictum. In omni hoc
non peccauit Iiob, [d] nec tribuit aliquid inſulſum deo.

a ſepiuiſti, muniuiſti, protectio fuiſti.

b Si nõ palam ſeu in cõſpectu tuo

Eccl.5.c. 1.Timo.6.b.

c accepit.

d nec portẽtoſum, quid adſcripſit deo

¶ Iiob percutiur ulcere peſſimo, ridetur ab uxore, ab amicis inuiſitur, ac deplangitur. C A P. I I.

A ET fuit fuit dies, & venerunt filij dei, vt ſtarent coram do
mino, & venit etiam ſathan in medium eorum, vt ſtaret
coram domino. Dixitq́ dñs ad ſathan: Vbi, Vnde venis? Et
reſpondit ſathan domino, & dixit: A circumeundo terram, &
perambulando eam. Dixitq́ dominus ad ſathan: Nunquid
poſuiſti cor tuum ſuper ſeruum meum Iiob, quòd non ſit ſi-
milis illi in terra, vir perfectus, & rectus, timens deum, & rece-
B dens à malo? Et adhuc ipſe retinet perfectionem ſuam, & inci
taſti me contra eum gratis, vt perderem eum gratis. Et reſpõ-
dit ſathan domino, & dixit: [a] Pellem pro pelle, & cuncta quæ
ſunt viro dabit pro anima ſua. Veruntamen extende nunc ma
num tuam, & tange os eius, & carnem eius, niſi in faciem tu-
am maledixerit tibi. Dixitq́ dominus ad ſathan: Ecce eſt in ma
C nu tua, veruntamen animam eius ſerua. Et egreſſus eſt ſathan
à facie domini, & percuſſit Iiob vlcere malo à planta pedis e-
ius vſque ad verticem eius. Et tulit ſibi teſtam ad ſcalpendum
ſe ea, & ſedebat in medio cineris. Et dixit ei vxor ſua: Adhuc re
tines perfectionem tuam? Maledic deo, & morere. Et dixit ad
eam: Sicut loquitur vna è ſtultis, loqueris. Et bonum ſuſcepi-
mus à deo, & malum non ſuſcipiemus? In omni hoc non pec-
cauit Iiob labiis ſuis. Et audierunt tres amici Iiob omẽ malum
D hoc, quod euenerat ei, & venerunt vnuſquiſque è loco ſuo, E-
liphaz Temanites, & Bildad Suchites, & Sophar Nahamati-
tes, & conuenerunt ſimul, vt venirent ad condolendum ei, &
conſolandum eum. Et eleuauerunt oculos ſuos à longe, & nõ
cognouerunt eum, & leuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt,
ſcideruntq́ vnuſquiſque pallium ſuum, & ſparſerunt pulue-
rem ſuper capita ſua in cœlum. Et ſederunt cum eo in terra ſe-
ptem diebus, & ſeptem noctibus, & non erat qui loqueretur
ei verbum. Videbant enim quòd creuerat dolor valde. Poſt
hoc aperuit Iiob os ſuum, & maledixit diei ſuo.

a Nuditatẽ ſuper nuditatem, id eſt, ſemel & iterũ patietur ſe ad cutẽ uſq́ nudari.

¶ Iiob execratur huius uitæ miſeriam. C A P. I I I.

A ET [b] reſpondit Iiob, & dixit: Pereat dies in qua natus ſum,
& nox in qua quis dixit: conceptus eſt vir. Dies illa ſit te-
nebræ. Non requirat illam deus deſuper, nec lucere ſuper
eam faciat lucẽ. Polluant illam tenebrę, & caligo, habitet ſuper
illam nubes. Terreant illam æſtus diei. Noctem illam tollat ca-
ligo, non ſit vna inter dies anni, in numerum menſium non ve
niat. Ecce nox illa ſit ſolitaria, non veniat laus in illa. Maledicãt
B illi qui maledicunt diei, qui parati ſunt [c] ſuſcitare luctum ſu-
um. Obtenebrentur ſtellæ crepuſculi eius. Expectet lucem, &
nõ ſit, nec videat ſplendores auroræ. Eo qđ non concluſit o-
ſtia vteri mei, abſcõdens dolorem ab oculis meis. Vt quid nõ
[d] in vulua mortuus ſum ex ventre egreſſus expirans? Cur prę
uenerunt me genua, & cur vbera, vt lactarer? Nunc enim dor
mirem, & quieſcerem: dormirem, tunc requies fuiſſet mihi.
C Cum regibus, & conſulibus terræ [e] qui ædificant deſolata ſi-
bi. Vel cum principibus quibus erat aurum, qui replebãt do
mos ſuas argento. [f] Vel ſicut abortiuus abſconditus, non eſ-
ſem, ſicut paruuli qui non viderunt lucem. Ibi impij ceſſaue-
runt à fremitu, & ibi requieuerunt feſſi robore. Pariter vincti
requieuerunt, non audierunt vocem exactoris. Paruus, & ma
gnus ibi idem, & ſeruus liber a domino ſuo. Vt quid dedit la
boranti lucem, & vitam amaris animo? Qui expectant mor-
tem & non eſt, & inquirunt eam pluſquam theſauros. Qui læ
D tantur exultatione, gaudent cum inuenerint ſepulchrum. Vt
quid dedit lucem viro, cuius via abſcondita eſt, & texit deus
circa eum? Quia ante panem meum ſuſpirium meum veniet,
& effuſi ſunt ſicut aqua rugitus mei. Quia timorem timui, &
euenit mihi, & quod verebar euenit mihi. Non habui pacem,
nec quieui, neque requieui, & venit pauor.

b Iterum locutus eſt. Iere.20.d.

c excitare liuiatan

d mox ab utero

e qui ſibi habitata fecerũt deſerta loca.

f Aut quare nõ eram ſicut abort.

¶ Iiob arguitur impatientiæ, iniuſtitiæ, & propriæ iuſtitiæ, gloriationis.

C A P. I I I I.

A ET reſpondit Eliphaz Temanites, & dixit: Nõnne ſi ten-
tauerit quiſpiam loqui verbum ad te, ægrè feres? Sed
[g] prohibere ſermones quis poterit? Ecce [h] erudiuiſti multos,
& manus laſſas roboraſti, Cadentem erexerunt ſermones
tui, & genua curuata roboraſti. [i] Quia nunc venit tibi
quod timebas ægrè tuliſti: tetigit te, & territus es. Nõnne [k] ti-
mor tuus fuit ob ſpem tuam, & propter expectationẽ tuam,
B perfectio viarum tuarũ? Recordare obſecro quis fuerit inno-
cens qui perierit, & vbi recti ſucciſi fuerint. Quemadmodum
vidi, arantes iniquitatem, & ſeminãtes peruerſitatẽ, metẽt illã.
A flatu dei peribunt, & à ſpiritu furoris eius deficient. Rugi-

g abſtinere a uerbis.

h erudire ſolitus es.

i At nũc euenit hoc tib & moleſtia afficeris.

k id eſt timebas deũ ut daret tibi diuitias.

ſus leonis,& vox leonis,& dentes leunculorũ euulſi ſunt. Leo
maior periit,eo ꝙ non eſt p̄da,& filij leonis[a] ſeparabũt ſe.[b] Et
a diſpergũtur — à me verbũ abſcõditum fuit,& ſuſcepit auris mea parum de
C eo.In cogitationibus viſionum nocturnarum,quando cadit
b Ad me qui dẽ clãculũ factũ eſt uerbũ. 2.Pete.2.a. — ſopor ſuper homines.Pauor euenit mihi,& tremor,& mul-
tum oſſa mea pauere fecit.Et ſpiritus coram me tranſiuit,hor
c ſilẽtiũ erat & uocem audiui.ſ.hanc q̃ ſequitur. — ripilare fecit pilos carnis meæ.Stetit,& non agnoſcebam aſpe
ctum eius.Imago coram oculis meis erat;[c] tenuem & vocem
audiui.Nunquid homo deo iuſtior erit,num factore ſuo mũ
D dior erit vir?[d] Ecce ſeruis ſuis non credet,nec in angelis ſuis
d Ecce in ſeruis ſuis ſtabilitatem nõ faciet,& in angelis ſuis poſuit inanẽ gloriam. — ponet lumen.Quanto magis habitantes domos luteas,quo-
rum eſt in puluere fundamentum,[e] conterent,donec fuerit
arcturus.A mane vſque ad veſperam conterentur,quia non
eſt qui ponat cor,in ſeculum peribunt.Nõnne tranſlata eſt di
e cõterẽt eos ſeu cõterenẽ ut pann⁹ corã tinea. — gnitas eorum quæ erat in eis?Morientur,& non in ſapientia.

¶Exitus ſtulti,Iuſtitia dei. CAP. V.

A CLama nunc,ſi eſt qui reſpondeat tibi,& ad aliquem ſan
ctorum verte te.Quia ſtultum occidet iracundia,& eũ
qui inclinat cor ſuum ad ea quæ videt,interficiet inuidia.Vi-
di ſtultum radicantem,& maledixi habitaculo eius ſtatim.E-
longabuntur filij eius à ſalute,& conterentur in porta,& non
erit eruens.Cuius meſſem famelic⁹ comedet,& de ſpinis tollet
B eam,& abſorbebit prædo diuitias eorum.Quia non egredie-
tur de puluere iniquitas,nec de terra orietur peruerſitas.Quia
homo ad laborem natus eſt,& ſcintillæ eleuabunt volatum.
Veruntamen ego quæram deum,& ad deum ponam eloqui
um meum.Qui facit magna,& non eſt inueſtigatio;mirabilia
abſque numero.Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ,& mit-
tit aquas ſuper faciem platearum.Vt ponat humiles in excel-
f triſtes — ſo,& [f]pullati eleuati ſunt in ſalutem.Qui diſſipat cogitatio-
g rem permanentem — nes callidorum,& non facient manus eorum [g] quicquã.Qui
C apprehendit ſapientes in calliditate eorum,et cõſilium prauo
rum infatuatum eſt.Per diem occurrent tenebræ,& veluti in
nocte palpabunt in meridie.Et ſeruauit humiles à gladio,&
ab ore eorum,& de manu forti pauperẽ.Et fuit pauperi ſpes,
& iniquitas clauſit os ſuum.Ecce beatus homo quem increpa
uerit deus,& correctionem omnipotentis,ne ſpernas.Quia
ipſe dolere faciet,& alligabit:percutiet,& manus eius ſanabũt.
Sex anguſtiis eruet te,& in ſeptima non tanget te malum.In
fame redimet te à morte,& in bello è manibus gladij.A flagel
D lo linguæ abſcondes te,& non timebis à vaſtitate cum vene-
rit.In vaſtitate,& fame ridebis,& à beſtia terræ non timebis.
Quia eris ac ſi pepigiſſes cum lapidibus agri pactum tuum,
ne pedes tuos læderent,& beſtia agri pacifica erit tibi.Et ſcies
quòd pacificum erit tabernaculum tuum,& viſitabis habita-
culum tuũ,& non pœnis afficieris pro peccato.Et ſcies quòd
multum erit ſemen tuum,& filij tui ſicut herba terræ.Ingre-
dieris in ſenectute ſepulchrum ſicut aſcendit aceruus in aream
in tempore ſuo.Ecce hoc inueſtigauimus,& ſic eſt.Audi,& tu
nota tibi.

¶Pœnam culpa eſſe grauiorem,ſe tamen in ea delectari.
CAPVT VI.

A ET reſpondit Iiob,& dixit:Vtinam appendendo appen-
deretur ira mea,& contritionem meam in ſtatera eleua-
rent pariter.Quia nunc arena marium grauior eſſet.Ideo ver
ba mea abſorpta ſunt.Quia ſagittæ ortes mecum ſunt,quarũ
venenum bibit ſpiritus meus.Terrores fortes ordinauerunt
ſe contra me.Nunquid clamabit onager iuxta gramen?Num
mugiet bos iuxta pabulum ſuum?Nunquid comedetur inſi-
pidum quod eſt abſq; ſale?Num eſt ſapor in albumine vitelli?
B [h] Quæ renuit tangere anima mea,illa ſunt veluti ægritudines
h .ſ.ulcera,ſanies. — carnis meæ.Quis det vt veniat petitio mea,& expectationem
i ut.ſ.placeat deo me penitus interficere — meam det deus?[i] Et velit deus,& conterat me,ſoluat manum
ſuam,& ſuccidat me.Et erit adhuc conſolatio mea,& calefaci-
am me in dolore,ſi non parcat,quia non abſcondi eloquia ſan
k ut ſperem — cti.Quæ eſt fortitudo mea,[k] ſi ſperauero,& quis finis meus,ſi
prolongauero vitam meam?Nunquid fortitudo lapidũ for-
titudo mea?Nunquid caro mea ænea eſt?Nõnne auxilium
meum eſt in me,& [a] lex nõ expulſa eſt à me?Viro flagellis diſ- — a longæuitas
C ſoluto,ab amico ſuo conſentaneum eſt,vt impendatur miſe-
ricordia,alioqui timorem omnipotentis derelinquit.Fratres
mei inuecti ſunt contra me ſicut torrens;ſicut aqua cum impe
tu fluens tranſierit.[b] Qui torrentes denigrantur proter gla- — b Ipſiq; torrentes turbati ſunt propter glaciem & tegit eos nix.
ciem,in eis occultatur nix.Tempore quo effluxerint,exciden-
tur,cum incaluerint extinguentur de loco ſuo.Declinabũt ad
alia loca ſemitæ viæ eorum;aſcendent in nihilum,& peribunt.
Reſpiciũt ad ſemitas Temanitarum,ad itinera Sebæorum[c] ex — c ſpes fuit eis
pectate aquas.Pudore [d] affecti ſunt,quoniam ſperauerũt,ve- — d id eſt,nix & glacies uerſus meridiem tendẽdo diſſoluunẽ
nerunt illuc,& pudore affecti ſunt.Quia nunc eſtis ſimiles tor
renti prædicto,videtis fractionem,& timetis.Num dixi,affer
D te mihi,& de fructu veſtro donate mihi?Et liberate me è ma-
nu hoſtis,& è manu robuſtorum redimite me.Docete me,&
tacebo,& in quo erraui intelligere facite me.Quia roborata
ſunt eloquia recta?Et quid increpabit increpãs ex vobis?Nõ
ne ad increpandum ſermones cogitaſtis,& in ventum [e] elo-
quia mei deſperati?Etiam ſuper pupillum proiicitis laqueos, — e uerba peruerſa
& foditis mendacia contra amicum veſtrum.Et nunc velitis
reſpicere ad me,& loqui an contra faciem veſtrã mentiar.Cõ
uertimini nunc,ne ſit iniquitas,& reuertimini adhuc vt iuſtifi
cetis me ab ea.Nunquid eſt in lingua mea iniquitas,nunquid
palatum meum non intelliget contritiones?

¶Hanc uitam non eſſe niſi laborem. CAP. VII.

A NOnne eſt [f] temp⁹ determinatum homini ſuper terram
& ſicut dies mercenarij ſunt dies eius?Sicut ſeruus re- — f militia quędam
ſpicit vmbrã,& ſicut mercenarius præſtolatur mercedẽ ope-
ris ſui.Sic hæreditate accepi mihi menſes mendaces,& noctes
laborioſas conſtituerunt mihi.Si dormiero,dicam,quando
ſurgam,& cor meum menſum eſt veſperam,& ſaturatus ſum
B euagationibus vſq; ad crepuſculum.Induta eſt caro mea ver-
mibus,& gleba pulueris.Cutis mea ſcidit ſe,& diſſoluit ſe.Di-
es mei velociores fuerũt radio textoris,& defecerũt abſq; ſpe.
Memento quòd ſicut vẽtus eſt vita mea.Non reuertetur o-
culus meus,vt videat bonum.Non aſpiciet me oculus viden
tis me,oculi tui in me & non ero.Sicut deficit nubes,& ambu
lat,ſic deſcendens ad infernum,non aſcendet.Non reuertetur
vltra ad domum ſuam,& non cognoſcet eum amplius locus
eius.Etiam ego non prohibebo os meus,loquar in angnſtia
C ſpiritus mei,confabulabor in amaritudiue animæ mæ.Nun-
quid mare ego ſum aut cetus,quia poſuiſti ſuper me cuſtodiã?
Si dixero,conſolabitur me lectus meus,ardebit eloquio meo
cubile meum.Et conteres me per ſomnia,& viſionibus terre-
bis me.Et elegit ſuſpendium anima mea,mortẽ potius quàm
eſſe cum oſſibus meis.Tædio affectus ſum,non in ſeculum vi
cturus ſum,ceſſa quia vanitas ſunt dies mei.Quid eſt homo,
quòd magnifices eum,& quòd ponas ſuper eum cor tuum?
Et viſites eum in matutinis?Ad momẽta probabis me.Quo-
D uſque non recedis à me,nõ dimittis me,donec glutiã ſaliuam
meam?Peccaui,quid operabor tibi cuſtos hominum?Vt qd
poſuiſti me in occurſum tibi,& fui mihi oneri?Et cur nõ par-
ces præuaricationi meæ,tranſire facies iniquitatem meam?
Nunc enim in puluere accumbam,& quæres me,& non ero.

¶Iiob pœnam meruiſſe arguitur,hypocriſis deſcribitur. CAP. VIII.

A ET reſpondit Bildad Suchites,& dixit:Vſque quo loque
ris hæc,& ſpiritus fortis erunt ſermones oris tui?Nun-
quid deus peruertet iudicium?Et num omnipotens peruer-
tet iuſtitiam?Si filij tui peccauerunt ei,expulit eos è mũdo pro
pter preuaricationem eorum.Si mane quæſieris deũ,& omni
potentem deprecatus fueris;Si mundus,& rectus fueris,quia
nunc ſuſcitabit ſuper te bonum,& pacificum reddet habitacu
B lum iuſtitiæ tuæ.Et erit principium tuum paruum,nouiſſi-
mum verò tuum creſcet valde.Interroga enim obſecro ge- — Pſa.143.
nerationem priſtinam,& præpara te ad inueſtigationẽ patrũ
eorum.Quia heri fuimus,& neſcimus quia velut vmbra ſunt
dies noſtri ſup terrã.Nõne ipſi docebũt te,dicent tibi,& è cor
de ſuo



de ſuo proferent eloquia?Nunquid creſcet iuncus abſque
C luto,creſcet gramen aſque aqua?Adhuc eo exiſtente in virore
ſuo non ſuccidetur,& ante omnem herbam areſcet.Sic
ſemitæ omnium obliuiſcentium dei,& ſpes impij peribit.Cu-
ius ſuccidetur ſpes,& domus araneæ eſt fiducia eius.Innitetur
domui ſuæ,& non ſtabit,fulciet eam,& non permanebit.Vi-
ridis eſt ante ſolem,& in horto ſuo ramus eius tener egredie-
tur.Iuxta fontem radices eius complicabuntur,iuxta domũ
D lapideam complicabitur.Si eradicauerit eũ è loco ſuo,nega-
bit eum,dicens:Non vidi te.Ecce illud eſt gaudium viæ eius,
& de terra alia germinabũt.Ecce deus non reprobabit perfe-
ctum,nec apprehendet manum malignorũ.Donec impleat ri
ſu os tuum,& labia tua iubilatione.Odio habentes te indu-
entur pudore,& tabernaculum impiorum non erit.

¶Beneficia dei oſtendet,[redacted]
CAP. IX.

A ET reſpõdit Iiob,& dixit:Verè noui quòd ita eſt,& quo
modo iuſtificabit ſe homo cum deo?Si uoluerit conten
dere cum eo,non reſpondebit ei vnum ex mille.Sapiens cor-
de eſt,& fortis robore,quis indurauit cor ſuum ei,& pacem
habuit?Qui transfert montes,et non cognouerunt homines,
qui ſubuertit eos furore ſuo.Qui cõmouet terram è loco ſuo,
& columnæ eius contremiſcent.Qui dicit ſoli vt non oriatur,
& non orietur,& adhuc ſtellas,ne luceant ſignabit.Qui exten
dit cœlos ſolus,& ambulat ſuper excelſa maris.Qui facit arctu
rũ,oriona,& hyadas,& plagas auſtrales.Qui facit magna abſ
B que inueſtigatione,& mirabilia abſque numero.Ecce trãſibit
ſuper me,& non videbo,& tranſibit,& non intelligam eum.
Si rapuerit,quis reſtituere faciet eũ?Quis dicet ei,quid facis?
Deus non reuocabit furorem ſuum,ſub eo incuruauerunt ſe
freti [a] ſuperbia.Quanto magis reſpondebit ei,eligam verba
a robore — mea cum eo?Qui ſi iuſtus fuero,nõ reſpondebo,eum qui me
iudicare facit,orabo.Si inuocauero,& reſponderit mihi,non
credam quòd auſcultauerit vocem meam.Qui turbine con-
teret me,& multiplicabit vulnera mea gratis.Nõ ſinet me vt
requieſcat ſpiritus meus,ſed ſaturabit me amaritudinibus.Si
C ad potentiam venero robuſtus ecce eſt,& ſi ad iudicium,quis
dabit mihi tempus?Si iuſtificauero me,os meum condemna-
bit me.Si perfectus fuero,peruerſum iudicabit me.Perfectus
ſum,neſcio tamen animam meam,ideo reprobabo vitam
meam.Vnum eſt perfecto & impio,ideo dixi perfectum,
& impium ipſe conſumit.Si flagellum eſt ab eo,occidat ſu-
bito impium,qui pœnas innocentium ſubſannat.Terra
data eſt in manu impij,vultum iudicum eius operiet.Si
non eſt ſic,vbi eſt qui mentiri me cenſet,& quis eſt?Et dies
mei velociores fuerunt,curſore fugerunt,non viderunt bo-
b ad cõſtitutum locũ — nũ.Tranſierũt cum nauibus fluminis rapidiſſimi [b]Ebeh,ſicut
aquila quæ feſtinat ad eſcam.Si dixero,obliuiſcar eloquij mei:
D relinquam iram meam,& confortabo cor meum.Timui o-
mnes dolores meos,noui quòd non innocentẽ iudicabis me.
Et ſi impius ſum,vt quid iam vanè laborabo?ſi lauero me a-
quis niualibus,& mũdauero purè manus meas.Tũc in foueã
demerges me,& abominabuntur me veſtimenta mea.Quia
non eſt deus vir ſicut ego,vt poſſem reſpõdere ei,vt intremus
ſimul in iudiciũ.Non eſt inter nos qui increpet,qui ponat ma
nũ ſuam ſuper ambos nos.Remoueat à me virgã ſuam,& ter
ror eius non terreat me:Loquar,& non timebo eum:[c] quia
c quia ſic ego nõ ſum firmus. — non ſic impius ſum apud me vt putas.

¶Tædet Iiob uitæ ſuæ,ac fragilitatem ſuam deo proponit.
CAP. X.

A EXciſa eſt anima mea in vita mea,relinquam aduerſum
me eloquium meum.Loquar in amaritudine animæ
meæ,Dicam deo,ne condẽnes me,fac me ſcire propter quid
iudices me.Nunquid bonũ eſt tibi,quòd vim inferas,quòd
reprobes laborem manuum tuarum,& conſilium impiorum
illuſtres?Nunquid oculi carnis tibi ſunt?Num ſecundum vi-
dere hominis,videbis?Nunquid ſicut dies hominis,dies tui?
Nunquid anni tui ſicut dies viri?Quod quæras iniquita-
tem meam,& peccatum meum inquiras?Tu ſcis quòd non
B impiè egi,& tamen non eſt qui de manu tua eruat.Manus tuę
figurauerunt me,& diſpoſuerunt me pariter per circuitum,et
diſperdes me?Memento quæſo,quòd ſicut lutum feceris me,
& in puluerem redire facies me.Nõnne ſicut lac fudiſti me,&
ſicut caſeum coagulaſti me?Pelle & carne veſtiſti me,oſſibus
& neruis cooperuiſti me.Vitam & miſericordiam feciſti me-
cum,& viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.Et hæc abſcõ
diſti in corde tuo,noui quòd hoc tecum eſt.Si peccaui,in cu-
C ſtodiam ponas me,& ab iniquitate mea non mundes me.Si
impiè egero,veh mihi:& ſi iuſtus fuero,nõ eleuabo caput me-
um.Saturus ſum ignominia,& videre afflictionẽ meã.Et mul
tiplicetur,ſicut leo veneris me,et reuertaris,& mirabilis ſis in
me.Renoues plagas tuas corã me,et multiplicet ſe ira tua me-
cũ,ſucciſioẽs,& multiplicatio mecũ ſunt.Et vt qd de vulua e-
duxiſti me?Moriar,& oculus non videat me.Quẽadmodum
D non fuiſſem ero,ab vtero ad ſepulchrum deferar.Nõnne pau
ci ſunt dies mei?Ceſſa à me,& dimitte me,& confortabo cor
meum paululum.Antequam vadam,& non reuertar,ad ter-
ram tenebrarum & vmbrę mortis.Terram obſcuritatis ſicut
caligo vmbræ mortis,& non ſunt in ea ordines,& tenebre-
ſcet ſicut caligo.

¶Iiob iniuſte arguitur,deum incomprehenſibilem,& pœnitenti
miſericordem oſtendit. CAP. XI.

A ET reſpondit Sophar Nahamatites,& dixit:Nunquid
verboſo non reſpondebitur,& num vir linguoſus iuſti
ficabitur?Mendacia tua homines tacere faciunt,& ſubſannaſti
alios,& non fuit qui pudore te afficeret:Dixiſti deo pura eſt
doctrina mea,& mundus ſum in oculis tuis.Et verè vtinam
deus loqueretur,& aperiret labia ſua tecum.Et nunciaret tibi
E occulta ſapientiæ,quia meruiſti duplicia ſecundum legem:&
ſcito quòd oblitus eſt tui deus propter iniquitatem tuã.Nũ
inueſtigatione deum inuenies?Num vſq; ad perfectionem o-
mnipotẽtem inuenies?In altis cœlis,quid operaberis?Profun
diorem inferno nunquid cognoſces?Longior eſt ꝗ terra mẽ-
ſura eius,& latitudo latior mari.Si ſucciderit,& claudere fece
rit,& congregare fecerit,quis reſpondebit ei?Quia ipſe nouit
homines mendaces,& vidit iniquitatem,& eũ qui non intelli-
git.Et vir vacuus [a] intelliget,& vt pullus onagri homo na- — a erit ſine corde,ſeu fiet excors.
C ſcetur.Si tu præparaueris cor tuum,& extenderis ad eũ man⁹
tuas.Si iniquitas eſt in manu tua,elonga eam,& ne habitare fa
cias in tabernaculis tuis iniquitatẽ.Quia tunc eleuabis faciem
tuã à macula,& eris fortis,& non timebis.Quia laboris obli-
uiſceris,ſicut aquæ q̃ tranſierunt recordaberis illius.Et clarius
D pluſquã meridies ſurget tẽpus,illuſtraberis,ſicut [b] mane eris. — b aurora Leuit.26.a.
Et confides,quia eſt ſpes,& fodies,confidenter dormies.Et cu
babis,& non erit qui terreat te,& deprecabuntur faciem tu-
am multi.Et oculi impiorum deficient,& refugium peribit
ab eis,& ſpes eorum erit dolor animæ.

¶Iiob ſuam patientiam oſtendens,dei potentiam prędicat.
CAP. XII.

A ET reſpõdit Iiob,& dixit:Verè video quòd eſtis popula
res,& vobiſcum mortua eſt ſapientia.Etiam mihi eſt cor — Proue.14.a.
ſicut vobis.Nec inferior vobis ſum.Et cum quo non ſunt ſi-
cut hæc?Sicut vir qui eſt irriſio amico ſuo,ſic ſum.Clamat ad
deum qui proſperatur,& reſpondit illi:Irriſio eſt iuſtus perfe
ctus.Vt lampas contempta eſt cogitationi opulenti,qui e-
tiam paratus ad nutationes pedis.Proſperabuntur taberna
cula prędonum,& confidentiæ erunt prouocantibus deum,
[c] eiq; adduxit deum manu ſua.Ed verè interroga quæſo iu-
menta,& docebunt te,& volatile cœli,& indicabit tibi,Vel — c in eo quod deus cõtulit manu ſua.
virgultum terræ,& docebit te,& narrabunt tibi piſces maris.
Quis nõ nouit ſecundũ omnia hęc quod manus dñi fecit hoc?
Cuius in manu eſt anima om̃is viuẽtis,& ſpiritus oĩs carnis ui
ri.Nõne auris ſermões p̱bat,& palato eſca ſapit?In decrepitis
eſt ſapiẽtia,& in lõgitudine dierũ intelligẽtia.Cũ ipſo eſt ſapi-

entia,& fortitudo,ei eſt conſilium,& intelligentia.Ecce diruet
& non ædificabitur,claudet virum,& non aperietur ei. Ecce
Iſaiæ.22.f. Apoc.3.b. prohibebit aquas, & areſcent, & emittet eas, & ſubuer=
a perſiſtẽtia ſeu diuturnitas. tent terram. Cum illo eſt fortitudo, & [a] ſapientia: eius eſt
errans,& errare faciens. Ambulare facit conſiliarios ſpo=
liatos,& iudices inſanire facit.Vinculum regum ſoluit,& liga
uit cingulum in renibus eorũ.Ambulare facit principes ſpo=
D liatos,& fortes ſubuertet.Remouet labium veracibus,& con
ſilium ſenum tollet.Effundit deſpectionem ſuper principes,&
fortitudinem fortium debilitat.Qui reuelat profunda de tene
bris & educit ad lucem vmbram mortis.Qui multiplicat gẽ
tes,& perdit eas,expandit locum gentibus,& ducit eas. Qui
remouet cor ducum populi terræ,& errare facit eos in ſoli=
tudine abſque via.Palpabunt tenebras,& non lucem,& erra
re fecit eos ſicut ebrius.

¶Iiob ex propriis ipſorum verbis amicos redarguit,& hypocriſim damnat.
C A P. X I I I.

A ECce omnia vidit oculus meus,audiuit auris mea, & in=
tellexit ſibi.Sicut noſtis vos,noui etiam ego.Non inferi=
or ſum vobis.Attamen ad omnipotentem loquar,& diſputa
re cum deo vellem.Sed vere adhæretis mendacio,medici va=
ni eſtis omnes vos.Vtinam tacendo taceretis, & eſſet vobis
ad ſapientiam.Audite quæſo diſputationem meam,& iudici=
is labiorum meorum attendite.Nunquid propter deum lo=
quemini iniquitatem,& pro eo loquemini dolum?Nunquid
B faciem eius accipietis?Nunquid pro deo iudicabitis?Nónne
bonum eſſet quod inquireret vos? An quemadmodum illu=
ditis homini illudetis ei?Arguendo arguet vos,ſi in abſcondi
to faciem acceperitis.Nónne excellentia eius terrebit vos, &
pauor eius cadet ſup vos?Memoriæ veſtræ inſtar cineris,cor=
poribus luteis aſſimulantur corpora veſtra.Tacete de me, &
loquar,& tranſeat ſuper me quicquid voluerit tranſire. Pro=
pter quid tollo carnem meam dentibus meis,& animam me=
am pono in manibus meis?Ecce occidet me,non ſperabo.Ve
C runtamen vias meas in conſpectu eius arguam. Etiam ipſe e=
rit mihi in ſalutem,quia non in conſpectum eius impius intra
bit.Audite audiendo ſermonem meum,& narrationem me=
am auribus veſtris.Ecce nunc,diſpoſui iudicium,noui quòd
ego iuſtificabo me.Quis eſt qui diſceptet mecum?Nunc enim
ſi tacuero,moriar. Veruntamen duo ne facias mecum,& tũc
à facie tua non abſcondam me.Manum tuam a me elonga,&
terror tuus ne terreat me.Et voca,& ego reſpondebo:vel lo=
quar,& reſponde mihi.Quod ſunt mihi iniquitates,& pecca=
D ta?Præuaricationem meam,& peccatum meũ fac me cogno=
ſcere.Vt quid faciem tuam abſcondis,& reputas me pro ini=
mico tibi?Nónne folium propulſatum conteris,& ſtipulam
ſiccam perſequeris?Scribis enim contra me amaritudines, &
depauperare facis me propter iniquitates pueritiæ meæ. Et
ponis in compede pedes meos,& cuſtodis omnes ſemitas me
as.Super talos pedum meorum imprimetur compes, & ipſe
homo in compedibus poſitus,vt lignum putridum vetera=
ſcet,vt veſtimentum quod comedit tinea.

¶Hominis uitam deſcribit,propheta t reſurrectionem.
C A P. X I I I I.

A HOmo natus è muliere,breues habens dies, & ſaturus
b afflictione ira [b].Sicut flos egreſſus eſt,& ſucciſus eſt,& fugit velut
vmbra,& non ſtabit.Etiam ſuper hunc aperuiſti oculos tuos,
& me adduces in iudicium tecum.Quis dabit mundũ ex im=
Pſal.50. mundo?Nec vnus quidem dabitur.Si definiti ſunt dies eius,
numerus menſium eius tecum eſt,terminos eius feciſti,& non
præteribit.Recede ab eo,& deſinet à malo ſuo,donec perfici=
at ſicut mercenarius diem ſuum.Quia eſt arbori ſpes ſi præci
B ſa fuerit,& adhuc expullulabit.Et tener ramus eius non deſi=
net,ſi ſenuerit in terra radix eius.Et ſi in terra mortuus fuerit
ram9 eius,propter odorem aquæ germinabit Et faciet ramũ,
ſicut plantatio.Et vir morietur,& excidetur. Et mortuus eſt
homo,& vbi eſt?Abierunt aquæ de mari,Et fluuius exiccabi=
tur,& areſcet & vir dormiuit,& ſecundum naturam non re=
ſurget,donec non erit cœlum non expergiſcentur.Et non ſu=
ſcitabuntur à ſomno ſuo.Vtinam in ſepulchro abſcõdas me.
C Abſcondas me donec quieſcat furor tuus,ponas mihi præce
ptum,& recorderis mei.Si mortuus fuerit vir,nũquid viuet?
Cunctis diebus temporis mei expectabo,donec veniat muta
tio mei.Vocabis,& ego reſpondebo tibi.Num opus manu=
um tuarum perdere deſiderabis?Quia nunc greſſus meos nu Prouer.5.d.
meraſti,non differas punitionem meam.Signata eſt ligamine
forti pœna præuaricationis meæ,& addidiſti pœnam pœnæ
meæ.Et vere mons cadens deſluet,& ſaxum transferetur è lo
D lo ſuo.Lapides contuderunt aquæ,diluent germina eius vſq;
ad puluerem terræ.Et expectationem hominis perdidiſti,for=
tior eo fuiſti in perpetuum,& ibit.Mutas faciem eius,& emit=
tis eum.Et ſi diuites erunt filij eius,neſciet quicquam.Et ſi pau
peres erũt non intelligẽt eos. Veruntamen caro eius in eo
dolebit,& anima eius in ſemetipſa lugebit.

¶Iiob de ſapientiæ & mundiiiæ arrogantia arguitur.
C A P. X V.

A ET reſpondit Eliphaz Temanites,& dixit:Nunquid ſapi
ens reſpondebit ſcientiam vẽtóſam,& implebit euro vẽ
trem ſuum?Num ſapientis eſt diſputare verbo quod nõ pro
derit,& ſermonibus in quibus non erit vtilitas?Etiam detru
ſiſti timorem,& prohibuiſti orationem coram deo.Quia do
cuit iniquitas tua os tuum,& elegiſti linguam verſutorum.Im
pium facit te os tuum,& non ego,& labia tua teſtantur con=
tra te.Nunquid ante primum hominem natus es,& ante col=
les formatus es?Nunquid in ſecreto dei audiſti, & diminuta
B eſt tibi ſapientia?Quid noſti,quod non ſciamus?Quid intelle= Ecci.18.b.
xiſti,& non nobiſcum eſt?Etiam canus,etiam decrepitus inter
nos eſt.Maior patre tuo diebus inter nos eſt.Nõne parum à
te diſtant conſolationes dei,& verbum abſconditum eſt tecũ?
Quid extollit te cor tuum,& quid innuunt oculi tui?Quia re
ſpondit deo ſpiritus tuus,& protuliſti ex ore tuo ſermones.
Quid eſt homo quod mundus ſit,& quod iuſtificet ſe natus è
mulieree?Ecce [a] ſanctis ſuis non credet,& cœli non ſunt mun= a ſanctos ſuos nõ faciet in fide ſtabiles.
di in oculis eius.Quanto magis abominabilis,& contempti=
bilis,vir bibens ſicut aquam iniquitatem?Narrabo tibi,audi
me,& hoc quod vidi narrabo.Quod ſapientes narrauerunt,
& non abſconderunt à patribus ſuis.Eis ſolis data eſt terra,&
C non tranſiuit alienus per medium eorum.Cunctis diebus ſuis
impius dolet vt parturiens,& numerus annorum abſcondi=
tus eſt forti.Sonitus timorum in auribus eius,in pace vaſta=
tor veniet ei.Non credet redire à tenebris,& ſpeculatur gla=
dium.Vagatur ipſe pro pane vbique,nouit quòd paratus eſt
in manu ſua dies tenebrarum. Terrebunt eum tribulatio,&
anguſtia.Roborabitur contra eum ſicut rex paratus ad præ=
lium.Quia extendit contra deum manum ſuam,& contra o=
mnipitentem roborauit ſe.Deus curret contra eum,vt percu
tiat ipſum in collo,in denſitate corporis ſcutorum eius.Quia
operuit impius faciem ſuam adipe ſuo,& fecit [b] lumbricos in b rugas ſeu plicaturas pinguedinis
D illis.Et inhabitauit ciuitates deſolatas,& domos,in quibus a=
lij non habitabant,quæ paratæ ſunt,vt ſint tumuli.Non dita
bitur,& non ſtabit ſubſtantia eius,non creſcet in terra perfe=
ctio eorum.Non recedet è tenebris,ramum tenerum eius ſic=
cabit flamma, & recedet ſpiritu oris eius. Non credet verbo
æquo,& recto qui errat,ſed mendacium erit loco eius.In non
die ſuo ſuccidetur,& ramus eius non viruit.Perdet deus ſicut
vitis vuam acerbam eius,& proiiciet tanquam olea florem e=
ius.Congregatio enim impij erit deſolata, & ignis deuorauit Iſaiæ.19.a. Pſal.7.
tabernacula è muneribus conſtructa. Concipere peruerſita=
tem,& parere mendacium,& vẽter eorum parabit fraudem.

¶Iiob ſua præ poſita calamitate,ſe citra iniquitatẽ pati oſtendit.
C A P. X V I.

A ET reſpondit Iiob,& dixit:Audiui ſicut hæc multoties.
Conſolatores laborioſi eſtis oẽs vos.Nunquid erit finis
verbis ventoſis?Aut quid roborabit te ſi reſponderis?Etiam
ego ſicut



ſicut vos loquerer,vtinã eſſet anima veſtra loco animæ meæ.
Cumularem ſuper vos ſermones,& mouerem ſuper vos ca=
B put meum.Roborarem vos ore meo, & narratio labiorum
meorum prohiberet dolorem veſtrum.Si locutus fuero,non
prohibebitur dolor me9,& ſi deſiero, quid à me abibit? Ve=
runtamen nunc laborare fecit me deus,deſolaſti omnẽ cõgre=
gationem meam.Et rugare feciſti me,in teſtem fuit,& ſurrexit
a teſtificabit contra me,macies mea in facie mea [a] reſpondebit.Furor eius
rapuit me,& odio habuit me,frenduit aduerſum me dẽtibus
ſuis.Hoſtis meus acuit oculos ſuos cõtra me.Aperuerunt ad=
uerſum me os ſuum,opprobrio percuſſerunt maxillas meas,
ſimul aduerſum me congregati ſunt.Tradidit me deus men=
C daci,& per manus impiorum diuertere fecit me è via. Quie=
b ſignum ad ſagittandum. Prou.2.d. tus eram,& contriuit me,& tenuit ceruicem meam, & con=
fregit me,& ſtatuit me ſibi in [b] ſcopũ.Circuierunt aduerſum
me iaculatores eius.Diuiſit renes meos,& non pepercit, effu=
dit in terram fel meum.Dirupit me diruptione ſuper dirupti=
onem,cucurrit aduerſum me ſicut potens.Saccum conſui ſu=
per cutem meam,& inuolui in puluere caput meum. Facies
D mea fœdata eſt luto propter fletum,& in palpebris meis appa
ruit vmbra mortis.Et hæc vſu venerunt mihi,eo quòd non
fuit iniquitas in manibus eius,& oratio mea fuit munda.Et ſi
verum eſt quod dicitis,terra ne operias ſanguinem meum,&
ne ſit,locus clamori meo.Etiam nunc ecce in cœlis eſt teſtis me
us,& teſtis meus in excelſis.Rhetores amici mei ſunt,ad deum
ſtillauit ocul9 meus.Et vtinam diſputare poſſet vir cum deo,
vt filius hominis cum amico ſuo.Quia anni numerabiles ve=
nient, & per ſemitam, vnde non reuertar ambulabo.

¶Contabeſcendo ſe patienter præſtolari. C A P. X V I I.

A SPiritus meus corruptus eſt. Dies mei ſucciſi,ſunt,ſepul=
chra parata ſunt mihi.Nec cum deo diſputare optarem,
niſi illuſores mecum eſſent,& in irritationibus eorum mora=
retur oculus meus.Pone quæſo pignus,fideiuſſorem da mihi
tecum.Quis eſt qui,manum meam tanges, polliceatur? Quia
B cor eorum abſcondiſti ab intelligentia,propterea non exal=
tabis eum.Qui blanda annunciauerit amicis,ſed oculi filiorũ
eius conſumentur.Et ſtatuit me in parabolam populorum,et
in igne gehennæ antea ero.Et caligauit propter dolorem ocu
lus meus,& cogitationes meæ ſunt ſicut vmbra vniuerſæ.Stu
C pebunt recti ſuper hoc,& innocens contra impium ſuſcitabi=
tur.Et tenebit iuxtus viam ſuam,& mundus manibus addet
fortitudinem.Sed verè oẽs reuertimini,& venite quęſo,& nõ
inueniam inter vos ſapientẽ. Dies mei tranſierũt, cogitatiões
meæ euulſæ ſunt,cogitationes cordis mei.Noctẽ in diem po=
ſuerunt,lucem propinquã à facie tenebrarum.Si expectauero
D ſepulchrũ quod eſt domus mea,in tenebris ſtraui lectum me=
um.Foueam vocaui,& dixi:pater meus es tu,matrem meam,
& ſororem meam vocaui vermem.Et vbi nunc eſt præſtola=
tio mea?Et præſtolationem meam quis videbit?In ſepulchrũ
deſcendent.Num pariter in puluere erit requies?

¶Bildad impij pœnas enarrat. C A P. X V I I I.

A ET reſpondit Bildad Suchites,& dixit:Vſquequo pone
tis fines ſermonib9,intelligatis,& poſtea loquemur:Cur
reputamur vt iumẽtum,ſorduimus in oculis veſtris? Tu qui
es,vt vir qui rapit animam ſuam furore ſuo,nũquid propter
te derelinquetur terra,& trãſferetur ſaxum è loco ſuo? Etiam
lux impiorum extinguetur,& non ſplendebit ſcintilla ignis e=
B ius.Lux obſcurabitur in tabernaculo eius,& lucerna eius ſup
eum extinguetur.Artabuntur greſſus potentiæ eius,& proii
ciet eum conſilium ſuum. Quia miſſum eſt rete in pedibus e=
ius,& ſuper rete ambulabit. Apprehendet calcaneum laque=
us,roborabit deus contra eum prædones. Abſcondita eſt in
terra pedica eius,& decipula eius ſuper ſemitam.Vndique ter
rebunt eum terrores,& diſpergent eum fugientem huc,& il=
C luc pedibus eius.Erit famelicum ſemen eius,& euentus malus
parabitur lateri eius.Comedet membra cutis eius, comedet
membra eius primogenitus mortis. Euelletur è tabernaculo
eius fiducia eius,& incedere faciet eum eius conſilium ad regẽ
terrorum.Habitabit habitatrix in tabernaculo eius,non exitẽ
D te in eo.Spargetur ſuper habitaculum eius ſulphur.Deorſum
radices eius ſiccabuntur,& ſurſum excidetur ramus eius.Me=
moria illius peribit è terra,& non erit nomen ei in platea.Ex= Prou.2.d.
pellent eum de luce ad tenebras, & de orbe proiicient eum.
Non erit filius ei,& non erit nepos in populo eius:& non erit
ſuperſtes in habitationibus eius.Super diem eius obſtupeſcẽt
nouiſſimi,& antiquos apprehendit pauor. Veruntamen hæc
ſunt habitacula iniqui,& iſte locus eius qui non nouit deum.

¶Iiob deſcripta ſua calamitate, paſſionem Chriſti figurans,uni
uerſalem reſurrectionem uaticinatur.
C A P. X I X.

A ET reſpondit Iiob,& dixit: Vſquequo dolore afficietis
animam meam,& atteretis me ſermonibus?Iam decem
vicibus pudore affeciſtis me.Non erubeſcitis ſubſannare me.
Et eſto quòd verè errauerim,mecum morabitur error meus.
Si verò aduerſum me magnificaueritis linguam veſtram,& ar
gueritis me eſſe impium propter opprobrium meum quod
ſuperuenit mihi.Scitote nunc quòd deus perdidit me,& rete
ſuum aduerſum me circuire fecit.Si clamauero ad deum pro
B pter iniquitatem,non exaudiar.Si vociferauero non erit iudi
cium.Semitam meam ſepſit,& non tranſibo,& in ſemitis me=
is tenebras poſuit. [a] Opibus meis me ſpoliare fecit,& remo=
uit coronam capitis mei.Deſtruxit me vndique & iui,& rece a Gloria mea
dere fecit à me ſicut ab arbore eradicata,& ſiccata, ſpem me=
am.Et iraſci fecit contra me furorem ſuum,& reputauit me ſi
bi ac ſi eſſem vnus ex hoſtibus eius. Simul venerunt exercitus
eius,& eleuauerunt ſuper me viam ſuam, & caſtrametati ſunt
in circuitu tabernaculi mei.Fratres meos à me elongare fecit,
& noti mei veruntamen alienati ſunt à me.Deſierunt viſitare
C me propinqui mei,& noti mei obliti ſunt mei. Inquilini do=
mus meæ,& ancillæ meæ vt alienum reputabant me,vt extra
neus fui in oculis eorum.Seruum meum vocaui,& nõ reſpõ=
dit,ore meo deprecabar illum.Halitus meus alienus erat vxo
ri meæ,& deprecabar illam propter filios vteri mei. Etiam
iniqui deſpexerunt me.Aſſurgebam eis,& loquæbantur con=
tra contra me.Abominati ſunt me omnes viri conſiliarij mei,
& hi quos diligebam,verſi ſunt contra me.Pelli meæ,& carni
meæ adhæſit os meum,& euaſi cum pelle dentium meorum.
Miſeremini mei,miſeremini mei vos amici mei,quia manus
domini tetigit me.Vt quid perſequimini me,ſicut deus,& car
D ne mea nõ ſaturabimini?Vtinã nũc ſcriberẽtur ſermones mei.
Vtinã ſtilo ferreo,& plũbeo,vt ſint in ppetuũ,in petra ſculpe
rentur.Et ego noui redemptorem meum viuum, & nouiſſi=
mum qui ſuper terram ſurget.Et poſt pellem meam contritã
vermes,contriuerunt hanc carnem,& de carne mea videbo
deum.Quem ego viſurus ſum mihi,& oculi mei videbunt,&
non alienus.Defecerunt renes mei in ſinu meo.Quia veſtra in=
tererat vt diceretis: cur perſequimur eum? & quæ radix rei
iniquæ inuenta eſt in me?Timete vobis à facie gladij, quoniã
ira qua iraſci facitis me eſt ex iniquitatibus,quæ dignæ ſunt,
vt gladio vlciſcantur,vt ſciatis quòd eſt iudicium.

¶Impij,hypocritæ,auari,& calumniatoris iniquitates breui finiendas.
C A P. X X.

A ET reſpondit Sophar Nahamatites,& dixit:Idcirco co=
gitationes meæ reſpondere faciũt me,& quia ſenſus me
us eſt in me.Num correctionem ignominiæ meæ audeam?Et
ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi, quid tibi re=
ſpondeam.Nónne hoc noſti à ſeculo,ex eo tempore quo po=
ſitus eſt homo ſuper terram?Videlicet quòd laus impiorum
eſt de propinquo, & lætitia impij ad momentum erit. Si
aſcenderit in cœlum ſublimitas eius,& caput eius nubem at=
tigerit.Velut ſterquilinium in ſempiternum peribit. Viden=
tes eum dicent:Vbi eſt?Sicut ſomnium volabit,& non inue=
niet eum,& vagabitur ſicut viſio nocturna.Oculus qui vidit
eum non addet,nec vltra intuetur eum locus eius.Filij eius co

gentur placare pauperes,& manus eius reddet quod rapuit.
Oſſa eius repleta ſunt peccatis adoleſcentiæ eius, & cum eo
peccatum ſuper terram requieſcet.Quando dulceſcebat in o=
re eius malum,abſcondebat illud ſub lingua ſua.Parcebat illi,
& non relinquebat illud,& prohibebat illud,ne manifeſtare=
tur aliis in medio palati ſui.Panis eius quem comedit in viſce=
ribus eius vertetur in eſcam malam.Fel aſpidum in interiori=
bus eius.Subſtātiam quam deglutiuit,euomet,de ventre eius
C expellet eam deus.Venenum aſpidum ſuget,occidet eum lin=
gua viperæ.Non videbit riuulos, flumina, torrentes, mellis,
& butyri.Reſtituet laborem aliorum,& non deglutiet.in ſub
ſtantia permutationis eius non exultabit.Quia confregit ho=
Gene.5.c. mines,dimiſit eos pauperes,domum rapuit,& non ædifica=
bit eam.Quia non nouit qui proſperatur eos qui egreſſi ſunt
de ventre ſuo,ſecundum deſiderium eius nō euadet quicquā.
Non erit ei ſuperſtes ad comedendum eum, propterea non
multiplicabitur bonum eius.Cum repletus fuerit ad ſufficiēti
am ſuam,anguſtia erit ei,omnis manus eius qui laborauit ve=
niet ei.Quum fuerit ei ad replendum ventrem ſuum,mittet in
D eum deus iram furoris ſui,& pluere faciet ægritudines malas
ſuper eum in carne eius.Fugiet ab armis ferreis, pertranſibit
eum ſagitta arcus ærei.Eduxit iaculator ſagittam,& exiuit de
corpore eius, & ferrum inſtar fulguris de felle eius exiuit.I=
bunt ſuper eum terrores.Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in
occultis eius,deuorabit eum ignis inextinguibilis. Affligetur
ſuperſtes in tabernaculo eius.Reuelabunt cœli iniquitatem e=
ius,& terra odio habebit eum.Migrabitur è loco ſuo fructus
domus eius,& erit vt aqua fluens in die furoris eius. Hæc eſt
pars hominis impij à deo,& hæreditas eloquij eius à deo.

❡Impiorum ſucceſſus. C A P. X X I.

A ET reſpondit Iiob,& dixit:Audite audiendo ſermonem
meum,& ſit hoc pro conſolationibus erga me veſtris.
Ferte me,& loquar, & poſtquam locutus fuero ſubſanna.
Num ego ad hominem tantum ſermonem meum dirigo? Et
ere.12.a. cum videam plagas meas,cur non anguſtiis afficietur ſpiritus
Abac.1.a. meus? Reſpicite ad me,& obſtupeſcite,& ponite manum ſu=
per os.Et quando recordor,terreor,& apprehendit carnem
meam tremor.Cur impij vixerunt,ſenuerūt,& roborati ſunt
ſubſtantia? Semen eorum ſtabile fuit coram eis cum eis,& ger
mina eorum in oculis eorum.Domus eorum fuerunt in pace
B à timore,& non eſt virga dei ſuper eos. Bos eius grauidauit,
& non proiecit ſemen,peperit vacca eius,& nō abortiuit. E=
miſerunt veluti pecudes paruulos ſuos,& nati eorum ſaltaue
runt.Eleuabunt vocem in tympano,& cithara,& lætabuntur
ad ſonum organi.Conſument in bono dies ſuos,& quiete ad
ſepulchrum deſcendent.Et dixerunt deo,recede à nobis,& ſci
Malac.3.d. entiam viarum tuarum nolumus.Quid eſt omnipotēs,quòd
ſeruiamus ei,& quid prodeſt quod oremus eum? En non eſt
in manu eorum bonum eorum,conſilium impiorum longe
fuit à me.Quoties lucerna impiorum extinguetur,& veniet ſu
per eos contritio eorum, dolores diuidet eis deus in furore
ſuo.Erunt ſicut palea coram vento,& ſicut gluma quam ra=
puit turbo.Deus reſeruabit filijs eius,dolorem eius reddet ei,
C & ſciet.Videbunt oculi eius contritionem ſuam,& de furore
omnipotentis bibet.Quid enim complacentiæ erit ei in do=
mo ſua poſt ſe? Et numerus menſium eius dimidiatus eſt.Nū=
quid deum docebit ſcientiam,qui excelſos iudicabit? Iſte mo=
rietur in fortitudine perfectionis ſuæ,ac ſi eſſet totus quietus,
& pacificus.Vbera eius plena ſunt lacte,& medulla oſſa eius
irrigabuntur.Et iſte morietur animo amaro,& non comedit
bonum.Pariter ſuper terram iacebunt,& vermis operiet eos.
D En noui cogitationes veſtras,& cogitationes quas aduerſum
me inique cogitatis.Quia dicitis,vbi eſt domus principis, &
vbi tabernaculum habitaculorum impiorum? Nunquid nō
interrogaſtis de me tranſeuntes per viam? Et ſigna eorum quę
dixerunt vobis de iuſtitia mea non negabitis.Quia in die con
D tritionis prohibebitur malus,ne attingat eum contritio in die
irarum,ad quem ducentur alij,ipſe prohibebitur. Quis nun=
ciabit coram eo viam eius malam? Et ipſe fecit mala, & quis
reddet ei ſecundum opera eius? Et ipſe ad vnum è ſepulchris
ducetur, & in tumulo iugiter manebit. Dulcuerunt ei valles
torrentis,vt ibi ſepeliretur,& poſt ſe omnes homines trahet
ad mortem,& eorum qui mortui ſunt ante eum non eſt nu=
merus.Et quomodo conſolabimini me in vanum,& reſpon=
ſiones veſtræ,remanent mendacium.

❡Iiob arguitur immiſericordiæ, pœnitenti bona promittuntur.
C A P. X X I I.

A RESpondit autem Eliphaz Temanites,& dixit: Nūquid
deo proderit vir? Sed proderit ſibiipſi intelligens. Nū
quid voluntas omnipotentis eſt,quòd iuſtificeris? Et nūquid
vtilitas eſt ei, quòd perficias vias tuas? Nunquid timore tui
diſputabit tecum,veniet tecum in iudicium? Nonne malitia
tua magna eſt,& non eſt finis iniquitatibus tuis? Pignus enim
accepiſti à fratribus tuis gratis,& veſtes nudorum ſpoliare fe=
ciſti.Non aquam laſſo propinare feciſti,& à famelico prohi=
B buiſti panem.Et viro brachij eſt terra,& acceptor perſonarū
ſedebit in ea.Viduas dimiſit vacuas,& brachia pupillorum
contrita ſunt à te.Propterea in circuitibus tuis ſunt laquei, &
terruit te timor ſubito.Vel tenebræ venerunt ſuper te,vt nō
videas, & multitudo aquarum operuit te.Nonne deus ſubli=
mior eſt cœlo? Vide ſummitatem ſtellarum, quia excelſæ ſunt.
Et dixiſti,quid nouit deus? Nunquid per caliginem iudicabit?
Nunqd nubes ſunt abſconſio ei,vt nō videat nos,& per lineā
quæ circuit cœlum ambulat? Nunquid ſemitam ſeculi obſer=
C uaſti in corde tuo,quam calcauerunt viri iniqui? Qui ſucciſi
ſunt,& non erat tempus.Fluuius diffuſus eſt in fundamento
eorum.Qui dicunt deo, recede à nobis? Et quid operabitur
omnipotens eis.Et ipſe impleuit domos eorum bono,& con
ſilium impiorum longe factum eſt à me.Videbunt iuſti,& læ
tabuntur,& innocens ſubſannabit eos. Quando non ſucciſa
fuit ſubſtantia noſtra,reſiduum impiorum deuorauit ignis?
Aſſueſce quæſo cum eo,& pacem habeto, per ea veniet tibi
bonum.Accipe quæſo ex ore eius legem,et pone eloquia eius
in corde tuo.Si conuerſus fueris ad omnipotentem, ædifica=
D beris,elongabis iniquitatem à tabernaculo tuo. Et pones ſu=
per terram * munitionem,& inſtar petræ torrentium aurum
Ophir.Eritq́ omnipotens munitio tua, & argentum erit in a aurum
fortitudine tibi. Quia tūc ſuper omnipotentem delectaberis,
& eleuabis ad deum faciem tuam. Orabis ad deū, & exaudiet
te,& vota tua reddes.Et decernes ſermonem,& firmus erit ti
bi,& ſuper vias tuas ſplendeſcet lumen.Cum humiliauerint ſe
impij,dices excellens ſum,& humilem oculis ſaluabit deus.Li= Prou.29.d.
berabit habitatores inſulæ innocens,& liberabitur habitator
inſulæ mundicia manuum tuarum.

❡Se potentiam,& ſententiam iudicis uereri. C A P. X X I I I.

A ET reſpondit Iiob,& dixit:Etiam hodie in amaritudine
eſt eloquium meum,plaga mea aggrauata eſt ſuper ge=
mitum meum. Vtinam ſcirem,& inuenirem eum,venirem vſ
B que ad locum eius.Diſponerem coram eo iudicium, & os me
um replerem argumentis.Scirem eloquia,quæ reſpōderet mi
hi,& intelligerem quicquid diceret mihi.Nunquid multa po=
tentia diſceptabit mecum? Non. Veruntamen ipſe ponet in
me vires,vt ſtem coram eo.Ibi rectus diſputat cum eo,& libe
rarer in perpetuum a iudicante me.Si ad[b] orientem iero, non
erit,& ſi ad[b] occidentem,nō intelligam eum.Si ad[b] aquilonem b anteriora, poſteriora, ſiniſtrā, dextrā
C quando operatur ipſe,non videbo,abſcondet ſe in [b] meridie,
& non videbo.Quia nouit viam quæ eſt mecum.Si probaue
rit me,ſicut aurum egrediar. Greſſum eius apprehendit pes c declinabo.
meus.Viam eius ſeruaui,& non [c] declinaui.A præcepto labi d ipſe in uno id eſt,in una mēte idem ſemper ſibi conſtans.
orum eius,& non receſſi,more meo abſcondi eloquia oris e=
ius.Et [d] ipſe vnus eſt,& quis redire faciet eum retrorſum? Vo
luntas



luntas eius deſiderat,& facit,q reddit quod ſtatutū erat mihi,
& ſimilia his multa ſunt in eo.Idcirco à facie eius terrebor,in=
telligam,& timebo ab eo.Et deus emolliuit cor meum, & o=
mnipotens terruit me.Quoniam non ſum exciſus propter te
nebras,& à facie mea operuit caliginem.

❡Hominum iniquitates,& impiorum damnationem deſcribit.
C A P. X X I I I I.

A C[a] Vr ab omnipotente non ſunt occultata tempora, &
ſcientes eum non viderunt dies eius.Terminos attige=
a Quare cū deus omnia ſciat,tot eueniāt mala. runt alienos,gregem rapuerunt,& pauerunt.Aſinum pupil=
lorum duxerunt in domum ſuam,in pignus acceperunt bo=
uem viduæ.Diuertere fecerunt pauperes de via,pariter latue=
runt humiles terræ.Ecce vt onagri in deſerto egreſſi ſunt ad
opus ſuum,mane ſurgentes ad rapinam,à deſerto eſt ſibi pa=
nis,& filiis.In agro ſegetes ſuas meſſuerunt, & vineam, impij
B tarde vindemiauerunt.Nudum pernoctare fecerunt, paupe=
rem abſque veſtimento,& non fuit operimentum in frigore.
Ab inundatione montium madefacti ſunt pauperes, & abſq́
operimento,amplexati ſunt petram.Rapuerunt impij ab vbe
re pupillum,& ſuper pauperem pignus acceperunt.Nudum
ambulare fecerunt abſque veſtimento, & à famelicis tulerunt
manipulum.Inter muros ſuos fecerunt oleum,torcularia cal=
cauerunt,& ſitiuerunt. De vrbe viri clamant ad dominum,et
b & deus nihil ibi innouat,nullū ibi interponit miraculū ſiue portentum. anima eorum qui occiduntur clamat, [b] & deus non prohibet
eorum opera.Ipſi fuerunt inter rebelles luminis,nō cognoue
runt vias eius,nec ſteterunt in ſemitis eius.In luce ſurget ho=
micida,interficiet pauperem,& egenum,& in nocte erit tan=
C quam fur.Et oculus adulteri obſeruauit creſpuculum, dicen=
do: Non aſpiciet me oculus, & in abſcondito faciem ponet.
Foderunt in tenebris domos,quas in die ſignauerunt ſibi,nō
cognouerunt lucē.Quia pariter mane erit eis,vt vmbra mor
tis.Cum agnouerit quilibet eorum terrores, vmbræ mortis
erunt eis.Leuis eſt,vt quod natat in ſuperficie aquarum,ma=
ledicetur pars eorum in terra,non reſpiciet viam vinearum.
D Sicut æſtus etiam calor rapiunt aquas niuis,ſic ſepulchrum e=
os qui peccauerunt.Obliuiſcetur eius amicus,dulcedinem ſen
tiet ex eo vermis.Adhuc non memorabitur,& confringetur,
vt lignum iniquus.Qui cōfregit vxorem ſterilem,ne pareret,
& viduæ non benefecit.Et traxit fortes potentia ſua,ſtetit ad=
uerſum eos,& non credidit vitæ ſuæ quiſpiam ex eis.Dabit ei
munera,vt habitet confidenter,& innitetur ei ne ſibi noceat,
& tamen oculi eius erunt ſuper vias eorum,vt eis inſidientur.
Receſſerunt paululum,& non fuerunt coram eis,& pauperta
te conficientur,ſicut omnes claudentur,& ſicut ſummitas ſpi
cæ ſuccidentur.Et ſi non eſt vt dico nunc, quis mentiri faciet
me,& ponet ad nihilum ſermonem meum?

❡Coram deo neminem eſſe mundum. C A P. X X V.

A ET reſpondit Bildad Suchites,& dixit:Dominium,& ti=
mor eſt cum eo,faciens pacem in excelſis ſuis. Nunquid
eſt numerus militibus eius? Et ſuper quem non ſtabit lux eius?
Et quomodo iuſtificabitur homo cum deo? & quomodo
B mundus erit natus ex muliere? Ecce vſque ad lunam non illu=
minabit,& ſtellæ non ſunt mundæ in oculis eius.Quanto ma=
gis homo vermis,& filius hominis vermis?

❡Nihil deo ab homine eſſe adiutorij. C A P. X X V I.

A ET reſpondit Iiob,& dixit:Cui auxiliatus es? Eine cui nō
c permanēdi rationem. eſt potentia? Saluaſti brachio eum,cui non eſt fontitu=
do.Cui conſuluiſti? Eine cui non eſt ſapientia.Et [c] ſapientiam
B multipliciter ſcire feciſti.Cui annunciaſti ſermones, & anima
cuius exiuit à te? Semina mortua formabuntur ſub aquis, &
quæ manent in eis.Nudus eſt infernus coram eo,& non eſt o=
C perimentum perditioni.Extendens aquilonem ſuper uacuum.
Suſpendens terram ſuper nihilum. Ligans aquas in nubibus
d abſcōditū ſuis,& non eſt ſciſſa nubes ſub eis.Tenens vultum [d] ſolij,expan
dit ſuper illud nubem ſuam.Terminum circundedit ſuperfi=
ciei aquarum,vſque ad perfectionem lucis cum tenebris.Co=
lumnæ cœli contremiſcent,& admirabuntur ab increpatione
D eius.Potentia eius diuiſum eſt mare,& intelligentia ſua percuſ
ſit fortitudinem eius. Spiritus eius cœlos decorauit, creauit
manus eius ſerpentem vectem. Ecce hæc partes ſunt viarum
eius,& quàm puſillum eſt quod audiuimus de eo,& tonitru=
us fortitudinum eius à quo intelligetur.

❡Conſtantiam Iiob,pars hominis impij apud deum.
C A P. X X V I I.

A ET addidit Iiob aſſumere parabolam ſuam,& dixit: Vi=
uit deus qui remouere fecit iudicium meum, & omni=
potens qui amaritudine affecit animam meam. Quia omni
tempore,quo fuerit anima mea in me,& ſpiritus dei in nari=
bus meis: Si loquentur labia mea iniquitatem,& lingua mea ſi
locuta fuerit dolum. Abſit mihi,vt iuſtificem vos quouſque
B abiero, non remouebo perfectionem meam à me. Iuſti=
tiam meam tenui,& non dimittam eam,non probris afficiet
me cor meum à diebus meis.Erit vt impius inimicus meus,et
hoſtis meus,vt iniquus.Quæ enim ſpes impij ſi reconderit, ſi
requieſcere fecerit deus animam eius? Nunquid clamorem e=
ius audiet deus,cum venerit ſuper eum tribulatio? Nunquid
C ſuper omnipotente delectabitur? Inuocabit deum omni tem=
pore? Docebo vos quæ ſunt in manu dei,& quod eſt cum o=
mnipotente non abſcondam.Ecce vos omnes vidiſtis,& pro
pter quid vanitate vaneſcitis? Hæc eſt pars hominis impij cū
deo,& hæreditas fortium quam ab omnipotente accipient.
Si multiplicati fuerint filij eius,in gladium erunt,& liberi eius
non ſaturabuntur pane.Superſtites eius in morte ſepelientur,
& viduæ eius non flebunt.Si coaceruauerit vt terram argen=
D tum,& ſicut lutum præparauerit veſtimentum. Præparabit,
& iuſtus induet ſe illo,& argentum innocens diuidet. Aedifi=
cauit ſicut tinea domum ſuam,& ſicut vmbraculum quod fe
cit cuſtos.Diues dormiet,& non congregabitur,oculos ſuos
aperuit,& non eſt.Apprehendent eum ſicut aqua terrores, ſi Pſal.48.
cut nox furatus eſt eum turbo . Tollet eum eurus, & ibit, &
turbine commouebit eum de loco ſuo. Et proiiciet ſup eum
plagas,& non parcet à plaga eius,fugiendo fugiet.Plaudet q
viderit ſuper eum manibus ſuis,& ſibilabit ſuper eum de lo=
co ſuo.

❡Diuinam ſapientiam eſſe inſcrutabilem. C A P. X X V I I I.

A EST enim argento exitus,& locus auro,in quo fundent.
Ferrum è terra tolletur,& è lapide fuſo,æs. Finem po=
ſuit tenebris,& omni perfectioni,quam ipſe inquirit,lapidem
caliginis,& vmbram mortis ſcit. Creſcere fecit torrentem a=
pud eum qui peregrinatur iuxta illum, & ſiccato torrente a=
quæ obliuioni traduntur a pede, eleuatæ ſunt præ homine,
& è loco ſuo motæ ſunt.E terra illa,vbi erat torrens, egredie=
tur panis,& locus eius effectus eſt vt ignis. Locus ſapphir la=
B pides eius,& terræ habentes aurum ſunt ei.Semitam non co=
gnouit auis,nec vidit eam oculus variæ auis. Non calcaue=
runt eam bæſtiæ rapaces,non declinauit iuxta eam leo. In ſili=
cem miſit manum ſuam,& ſubuertit a radice montes.E ſilici=
bus riuos erumpere fecit , & omne precioſum vidit oculus
eius.Ne ſtillarent flumina ligauit,& abſconditum exire faciet
in lucem.Sapientia vnde inuenietur? Et vbi eſt locus intelligē=
tiæ? Neſciuit homo precium eius,& non inuenietur in terra
C viuentium. Vorago dixit non in me eſt, & mare dixit, non
eſt mecum.Non dabitur aurum pro ea,& non ponderabi=
tur argento precium eius.Non æſtimabitur cum auro ophir Sap.7.
cum onyce precioſo,& ſapphir.Nō adæquabit eam aurum,
& adamas,nec permutatio eius erit cum vaſe aureo.Coralia,
& ghabis precioſus lapis non commemorabitur, & pretioſi=
or eſt ſapientia margaritis. Non adæquabit eam ſmaragdus
Aethiopiæ,cum auro mundo non æſtimabitur. Et ſapientia
D vnde veniet? Et vbi eſt locus intelligentiæ? Et abſcondit ſe ab
oculis omnis viuentis,& volucri cœli occultata eſt. Perditio,
& mors dixerunt,auribus noſtris audiuimus famā eius. Deus

intellexit viam eius,& ipſe cognouit locum eius.Ipſe enim ad fines terræ aſpiciet,ſub omni cœlo videbit. Vt faciat vento pondus,& aquas appendat in menſura.Dum facit ipſe pluuię ſtatutum,& viam coruſcationi,& tonitruis.Tunc vidit eam,& ſcripſit eam,præparauit eam,& etiam inueſtigauit eam. Et dixit homini: Ecce timor domini eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia.

¶Plangit acti temporis proſperitatem. CAP. XXIX.

A ET rurſus Iiob aſſumpſit parabolam ſuam, & dixit: vtinam eſſem iuxta menſes priores,iuxta dies quibus deus cuſtodiebat me.Dum ſplendeſcere faciebat lucernam ſuam ſuper caput meum.Ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut eram in diebus adoleſcentiæ meæ in ſocietate dei,in tabernaculo meo.Dum omnipotens mecum erat,in circuitu meo B pueri mei erant.Quando lauabam vias meas butyro,& è petra fundebantur mihi riuuli olei.Quando egrediebar ad portam ſuper ciuitatem,in platea parare faciebam cathedram meam.Videbant me pueri,& abſcondebant ſe,et decrepiti ſurgebant,& ſtabant.Principes tardi erant in ſermonibus, & manum ponebant ori ſuo.Ad vocem meam duces abſcōdebāt C ſe,& lingua eorum palato eorum adhærebat.Quum auris audiebat,& beatificabat me,& oculus videbat,& magnificabat me.Quando liberabam pauperem vociferantem, & pupillum,& cui non erat adiutor.Benedictio perituri ſuper me veniebat,& cor viduæ lætificabam.Iuſtitiam induebam, & induebat me tanquam pallium,& cidarim iudicium meum.Oculi eram cæco,& pedes claudo eram.Pater eram pauperibus,& cauſam quam non noueram,inueſtigabam.Et conterebam molas iniqui,& è dentibus eius proiicere faciebam prædam.Et dicebā,in nido meo moriar,& ſicut Phœnix multiplicabo dies.Radix mea aperta erit iuxta aquas,& ros morabitur in ramo meo.Gloria mea innouabitur mecum, & arcꝰ meus in manu mea innouabitur.Mihi obediebant,& expectabant me,& tacebant ad conſilium meum.Poſt verbum meū non iterabant,& ſuper eos ſtillabat ſermo meus. Et expectabant ſicut pluuiam me,& os ſuum aperiebant ad imbrem ſerotinum.Ridebam ad eos,& non credebant,lucē vultus mei non cadere faciebant.Eligebam viam eorum, & ſedebam in capite,& habitabam ſicut rex cum exercitu,quemadmodum qui iam lugentes conſolatur.

¶Præſentis temporis mala deplorat. CAP. XXX.

A ET nunc derident me iuniores me,propter dies quorum renuiſſem patres ponere cum canibus pecudum mearum.Etiam potētia manuum eorum propter quid mihi? Super ipſis periit ſenium.Propter penuriam,& propter eſuriem ſolitarij erant,qui fugiebant in ſolitudinē locum tenebroſum, deſolatum,& deſertum.Qui ſuccidebant herbam è virgulto, & radicem iuniperorum ad calefaciendum ſe.E medio vrbiū expellebantur,clamabant contra eos,ſicut contra furem.In rimam torrentium ibant ad habitandum,in foramina terræ,et petras.Inter arbuſta rugiebant,ſubter vrticam congregabantur.Filij viri ſtulti,etiam filij eius,qui erat abſque nomine ab- B iectiores erant quàm terra.Nunc autem canticum eorū ſum, & ſum eis in ſermonem.Abominati ſunt me,elongauerunt ſe à me:& à facie mea non prohibuerunt ſputum. Quia funem meum ſoluit,& afflixit me,& frenum à facie mea dimiſerunt. Iuxta dexteram pueri ſteterunt,pedes meos impulerunt,& eleuauerunt ſuper me ſemitas contritionis ſuæ. Diruerunt ſemitam meam ad contritionem meam profecerunt,& non fuit adiutor eis.Sicut fractura aquarum lata venerunt aduerſum me.Pro deſolatione voluerunt ſe aduerſum me,Cōuerſi ſunt aduerſum me terrores,perſecuti ſunt ſicut ventus ſpontane- C am animam meam,& ſicut nubes tranſiuit ſalus mea.Et nunc contra me vertit ſe anima mea.Apprehederunt me dies afflictionis.Nocte perforauit dolor oſſa mea ſuper me, & pulſus mei non requieuerunt.Propter multam vim caloris mutabatur veſtimentum meum. Sicut ora tunicæ meæ cinxit me. Proiecit me in lutum,& aſſimulatus ſum terræ,& cineri.Clamaui ad te,& non exaudiſti me,ſilui,& non conſideraſti me. Vertiſti te in crudelem mihi.In fortitudine manus tuæ odio habuiſti me.Eleuaſti me ſuper ventum,equitare feciſti me ſuper eum,& remouiſti à me [a] ſapientiam.Noui enim quòd ad mortem conuerti facies me,& ad domum congregationis omnis viuentis.Veruntamen non in tumulum ſepulchri deus D mittet manum,ſi in contritiōe eius quę veniet eis,erit clamor. Hæc omnia mihi vſu veniant,ſi non fleui ſuper habentem durum diem,dum contriſtata eſt anima mea ſuper mendicum. Quando bonum expectaui,venit malum:& quando expectaui lumen,venit caligo.Viſcera mea ferbuerunt, & non ſiluerunt,præuenerunt me dies afflictionis.Pullatus ambulaui abſque ſole,ſerrexi,in multitudine clamaui.Frater fui draconi, & amicus filiabus ſtrutionis.Cutis mea denigrata eſt ſuper me,et os meum vſtulatum eſt ab æſtu.Et verſa eſt in luctum cithara mea,& organum meum in vocem flentium.

a ſtabilitatē ſeu durationem

¶Recenſet uitæ ſuæ innocentiam. CAP. XXXI.

A FOedus pepigi cum oculis meis,& quid conſideraui in virgine? Et quæ pars dei eſt mihi deſuper,& hæreditatas omnipotentis de excelſis? Nōnne contritio mea iniquo conueniebat,& alienatio operariis iniquitatis? Nōnne ipſe videt vias meas,& omnes greſſus meos dinumerat? Si ambulaui cū mendacio,& feſtinauit ad dolum pes meus.Appendat me in ſtatera iuſtitiæ,& ſciet deus perfectionem meam.Si declinauit greſſus meus de via recta. Et poſt oculos meos abiit cor meum,& manibus meis adheſit quicquam:Seram,& alius comedat,& filij mei eradicentur.Si ſeductum eſt cor meum ſuper B muliere,& iuxta oſtium amici mei inſidiatus ſum.Molat alteri vxor mea,& ſuper eam incuruentur alij. Quoniam adulteriū ſcelus eſt,& eſt iniquitas iudicata.Quia ignis eſt qui vſque ad perditionē deuorat,& in cunctas fruges meas eradicet.Si abhorrui iudicium ſerui mei,& ancillæ meæ,dum litigarent mecum.Et quid faciam cum ſurrexerit deus, & cum viſitauerit, quid reſpondebo illi? Nōne qui in vtero fecit me,fecit eum,& diſpoſuit nos in vulua vno actu? Si prohibui quod volebant pauperibus,& oculos viduæ conſumpſi.Et ſi comedi buccellam meam ſolus,& non comedit pupillus ex ea.Quia pupillus ab adoleſcētia mea creuit mecum,ac ſi fuiſſet cum patre, & viduam ab vtero matris meæ ducere feci.Si videbam pereuntem abſque veſte,& non erat operimentum mendico. Si C non benedixerunt mihi lumbi eius,& de vellere ouium mearum calefecit ſe.Si eleuaui contra pupillum manum meam,cū viderem in porta auxilium meum.Latus meum ab humero ſuo cadat,& brachium meum à canna ſua cōfringatur. Quia pauor fuit mihi contritio à deo,& à celſitudine eius non potero erui. Si poſui in auro ſpem meam,& auro dixi fiducia mea es.Si lætatus ſum quia multiplicata eſt ſubſtantia mea,& quia multum inuenit manus mea.Si videbam ſolem,quando reſplendebat,& lunam honorificè incedentem.Et ſeduxit ſe in abſcondito cor meum,& oſculatum eſt manum meā os meum.Etiam hoc eſt iniquitas iudicata,ſi negaui deum deſuper. Si lætatus ſum in contritione odio habētis me,& excitaui me ad exultandum,quia inuenit eum malum.Et non dedi ad peccandum palatum meum,vt expeterem maledictionem animę D illius.Si non dixerunt viri tabernaculi mei:Quis det de carne eius vt comedamus eū,& non ſaturemur? Foris nemo pernoctauit,oſtia mea viatori aperui.Si operui vt homines præuaricationes meas,vt abſconderem diligente me iniquitatē meam.Si expaui multitudinem magnam,& vir contemptibilis familiarum terruit me,& tacui,& non egreſſus ſum de oſtio. Vtinam haberem iudicem audientem me. Ecce ſignum meū eſt omnipotens,qui teſtificabitur pro me,& liber quem ſcripſit vir iudicij mei.Niſi ſuper humero meo portem illum,ligem illum pro coronis mihi.Numerum greſſuum meorum nunciabo illi,velut ducem appropinquare faciam eum.Si aduerſum me terra mea clamet, & pariter ſulci eius defleant. Si fructum eius comedi abſque pecunia,& animam domini eius [a] dolore affeci.Pro tritico egrediatur ſpina, & pro hordeo lolium.Perfecta ſunt verba Iiob.

a ſuſpirare feci.

¶Elihu tacentibus cæteris,arguit illos inſipientię.
CAP. XXXII.

A ET ceſſauerunt tres viri iſti reſpondere Iiob,quia ipſe erat iuſtus in oculis ſuis.Et iratus eſt furor Elihu filij Barachel Buzitæ de familia Ram,in Iiob iratus eſt furor eius, eò quòd iuſtificaret animam ſuam,magis quàm deum. Et in tres amicos eius iratus eſt furor eius,eò quòd non inueniſſent reſponſionem,& condemnauerant Iiob. Et Elihu expectauit ipſum Iiob in verbis,quia ſeniores erant eo tempore. Et vidit Elihu quòd non erat reſponſio in ore trium virorum,& iratus eſt furor eius.Et reſpondit Elihu filius Barachel Buzites,et dixit:Iunior ſum tempore,vos autem decrepiti.Idcirco expaui,& timui indicare opinionem meam vobis:Dixi,dies loquētur,& multitudo annorum ſcire faciet ſapientiam. Profectò ſpiritus eſt in homine,& inſpiratio omnipotentis intelligere C faciet ea.Non honorabiles ſunt ſapientes,nec ſenes intelligunt iudicium.Ideo dixi,audi me,indicabo opinionem meam etiam ego.Ecce expectaui verba veſtra.Auſcultaui vſque ad intelligentias veſtras, donec inueſtigaretis ſermones. Et adhuc vos conſiderabam.Et ecce non eſt contra Iiob diſceptans,reſpondens ſermonibus eius ex vobis.Ne fortè diceretis, inuenimus ſapientiam,Deus propulſauit eum,non vir.Et non ordinauit Iiob aduerſum me ſermones: et ſecundum ſermones D veſtros non reſpondebo illi. Hi extimuerunt, non reſponderunt vltra,remouerunt à ſe eloquia.Et expectaui,ſed non locuti ſunt,ſed ſteterunt,& non reſponderunt vltrà.Reſpondebo etiam ego partem meam.Indicabo opinionem meam etiam ego.Plenus enim ſum ſermonibus, coartauit me ſpiritus vteri mei.Ecce venter meus tanquam vinum,quod non eſt apertum,ſicut vtres noui qui diſrumpitur.Loquar,& reſpiratio erit mihi.Aperiam labia mea,& reſpondebo.Non nūc accipiam perſonam viri, & hominem non cognominabo. Non enim noui cognominare.In modico comburat me factor meus,ſi cognominauero.

¶Quomodo deus loquitur ut erudiat,increpet & propitietur.
CAP. XXXIII.

A PRoinde audi quæſo Iiob eloquia mea,& omnia verba mea auſculta.Ecce nunc aperio os meum, loquitur lingua mea i palato meo.Rectitudo cordis mei ſunt eloqa mea, & ſcientiā labia mea purā loquuntur.Spiritus dei fecit me,& ſpiraculū oīpotentis viuificauit me.Si potueris,rn̄de mihi.Diſpone,coram me conſiſte.Ecce ego ſecundum ſermonem tuum reſpondebo pro deo, quanquam ex luto formatus ſum B & ego.Ecce formido mea non terrebit te,[b] & percuſſio mea ſuper te non erit grauis.Veruntamen dixiſti in auribus meis, & vocem ſermonum audiui.Mundus ſum ego abſque præuaricatione,innocens ſum,& non eſt iniquitas mihi.Ecce occaſiones aduerſum me inuenit,reputauit me vt inimicum ſibi.Poſuit in compede pedes meos,obſeruauit omnes ſemitas meas.Ecce in hoc non fuiſti iuſtꝰ:reſpondebo tibi,quia maior eſt deus quàm homo.Cur aduerſum eum contendiſti, quòd omnia ſua tibi non ſit locutus? Quia [c] vno modo loquitur deus,& duobus ei qui non videt illum. Per ſomnium viſionis nocturnæ,quando cadit ſopor ſuper homines,per dormitationes ſuper cubile.Tunc reuelabit aurem hominum,& vinculo ſuo claudet.Vt remouere faciat hominem ab opere, & C ſuperbiam à viro tegat.Prohibeat animam eius à corruptione,& vitam eius,ne tranſeat per gladium.Et increpabit in dolore ſuper cubili eius,& in multitudine oſſium eius erit fortis dolor.Et abominata eſt via eius panem,& anima eius cibum deſiderabilem.Conſumetur caro eius [d] a viſu,& confringentur oſſa eius,non videbunt. Et appropinquauit [e] corruptioni anima eius,& vita eius mortificantibus.Si fuerit pro eo angelus eloquens vnus ex mille,vt annunciet homini rectitudinem eius,& miſertus fuerit eius,& dixerit:Redime eum,ne de- D ſcendat in corruptionem,inueni propitiationem. Tenerior efficietur caro eius carne pueritiæ,reuertetur ad dies adoleſcētiæ ſuæ.Orabit ad deum,& propiciabitur ei,& videbit eius faciem in iubilo,& reddet homini ſecundum iuſtitiam eius. Proſpiciet ſuper homines, & quum quiſpiam ex eis dixerit, peccaui,& rectum peruerti,& non profuit mihi. Redemit animam meam,ne trāſeat in corruptionem.Et vita eius lucem videbit.Ecce omnia iſta operabitur deus,vicibus tribus cum viro.Vt conuertat animam eius a corruptione,vt illuminet luce viuentium.Attende Iiob.Audi me.Tace,& ego loquar. Si ſunt ſermones,reſponde mihi.Loquere,quia volo iuſtificare te.Si non ſunt,audi me.Tace,& docebo te ſapientiam.

b ut ſcilicet antea de deo tu cauſabaris
c ſemel loquitur deꝰ, & ſecundo idipſū non ſpectat.
d ut uideri nequeat, & prominebūt oſſa eius,quę non apparebant.
e foueę

¶Laudat dei ęquitatem,iuſtitiam,& ultionem conſiderantem.
CAP. XXXIIII.

A ET reſpondit Elihu,& dixit: Audite ſapientes ſermones meos,& ſcientes auſcultate me.Quia auris ſermōes probat,& palatum guſtat.Iudicium eligamus nobis,ſciamus inter nos quid ſit bonum. Dixit enim Iiob: [a] Iuſtificaui me, & deus remouere fecit iudicium meum.In iudicio meo mētiar, inſanabilis eſt ſagitta plagæ meæ abſq; præuaricatione. Quis vir ſicut Iiob,biberet ſubſannationem, vt aquam? Et iret ad ſocietatem cum operantibus iniquitatem,& ad deambulandum cum hominibus impiis? Dixit enim:Non proderit viro, quando cucurrerit ipſe per viam rectam cum deo. Ideo viri cordis audite me.Abſit à deo impietas,& ab omnipotēte iniB quitas.Quia opus hominis reddet ei,& iuxta viam vniuſcuiuſq; inuenire faciet ei.Inſuper verè deus non impiè faciet, & omnipotens non peruertet iudicium.Quem præpoſuit pro ſe ſuper terrā,& quis poſuit orbem vniuerſum? Si poneret ſuper eum cor ſuum,ſpiritu eius,& flatum eius ad ſe congregaret.Obiret omnis caro ſimul,& homo in terrā reuerteretur. Et ſi eſt intelligentia audi hoc,auſculta vocem eloquiorū meorum.Nunquid etiā odio habens iudicium dominabitur? Et nunquid iuſtum multum,impiū facies? Nunquid dicendum eſt regi,impius es,impius es principibus? Qui non accipit faciem principū,& non eſt ei agnitus diues corā paupere. Quia opus manuum eius omnes ipſi ſunt.Subito morientur,& tēpore noctem in partes æquales diuidente [b] commouebūtur C populi,& tranſibunt,& remouebunt fortē non vi,ſed dei voluntate.Quia oculi eius ſunt ſuper vias viri,& omnes greſſus eius videt.Non ſunt tenebræ,nec vmbra mortis,vt lateāt ibi operantes iniquitatem.Quia nō ſuper virum imponet neceſſitatem amplius,vt vadat ad deum in iudicium.Conteret fortes quorū nō eſt inueſtigatio,& ſtare faciet alios pro eis.Ideo cognoſcere faciet opera eorū,et conuertet diē in noctē,& conterentur. [c] Loco ipſorū impios percuſſit in loco videntium. Quod eis vſu venit,quia receſſerunt ab eo,& omnes vias eius non intellexerunt.Vt venire facerent ad eum clamorem pauperis,& clamorem pauperum audiret.Ipſe autem requieſceD re faciet quempiam,& quis contremiſcere faciet? Et abſcondet faciem,& quis intuebitur eum? Et ſuper gentem, & ſuper hominē,pariter hoc eueniet. [d] Eò quòd regnat hō impius,eò quòd ſunt laquei populi.Quia de deo cōſentaneum eſt,vt dicatur,peperci,non deſtruam.Præter illud quod video doce me.Si iniquitatem operatus ſum,non addam.Nunquid conuenit,vt à te egrediatur pręuaricatio,ob quam reddat tibi deus malum,quia renuiſti conuerti,quia elegiſti viā hanc,& non ego.Et quod noſti loquere. Viri cordati dicant mihi, & vir ſapiens audiat me.Iiob non cum ſcientia loquitur,& verba eius non ſunt cum intellectu. Deus pater mi probetur Iiob vſque in ſeculum, propter reſponſiones ad viros iniquos. Quia addit ſuper peccato ſuo præuaricationē,inter nos plaudit,& multipicat ſermones ſuos ad deum.

a Iuſtus ſum
Deute 10.d. 2 Para.19.c. Sapien. 6.b. Ecci.35.b. Roman.2.b. Galata.2.b. Epheſe.6.b. Colloſ.3.d. Actuū.10.e. 1.Petri.1.e.
b id eſt,media nocte
c pro eo ꝙ erant impij percuſſit eos.
d Ne regnet homo impiꝰ.

¶Non deo ſed homini,uel nocet impietas,uel prodeſt pietas.
CAP. XXXV.

A ET reſpondit Elihu,& dixit:Nunquid hoc putaſti ſecundum iudiciū? Dixiſti iuſtior ſum deo. Quia dixiſti, Quid

proderit tibi,quid accipiam vtilitatis de peccato meo? Ego
reſpondebo tibi ſermones,& amicis tuis tecum. Suſpice cœ-
B lum & vide,& intuere cœlos,qui altiores ſunt te. Si peccaue-
ris,quid operaberis contra eum? Et ſi multiplicatæ fuerint
præuaricationes tuæ,quid facies ei? Si iuſtus fueris,quid dabis
ei,vel quid de manu tua accipiet? Viro ſicut tu impietas tua
C nocebit,& filio hominis iuſtitia tua proderit. Propter multi-
tudinem eorum quibus vi auferunt bona,quos clamare faci-
unt,clamabunt ad dñm propter brachium multorum. Et nõ
dixit quiſpiam ex eis, vbi eſt deus factor meus, qui dat can-
tica in nocte? Qui docet nos præ iumẽtis terræ,& præ vola-
D tili cœli ſapientes efficit nos. Ibi clamabunt, & non exau-
diet,propter ſuperbiam malorum. Veruntamen mendacium
eſt,quòd non audiat deus,& omnipotens nõ intueatur illud.
Etiam quod dixeris,non videbis eum:fac iudicium corã eo,
& ſpera in eo. Et nunc quia paululum viſitauit eum ira eius,
non cognouit multitudinem valde peccatorum ſuorum. Et
Iiob vane aperuit os ſuũ,abſq; ſcientia ſermões multiplicauit,

¶Oſtendit rurſum quare deus flagellet,aut corripiat. CAP. XXXVI.

A ET addidit Elihu,& dixit:Expecta me paululum, & indi-
cabo tibi,quia adhuc pro deo ſunt ſermones. Sumam
ſcientiam meam à longinquo,& operatori meo dabo iuſtitiã.
Verè enim non ſunt mendacium ſermones mei,deus perfe-
B ctus ſcientiis eſt tecum. Ecce deus fortis,& non abiiciet fortem
potentia cordis. Non viuificabit impium,& iudicium paupe
rum tribuet. Non prohibebit à iuſto oculos ſuos,& cum regi
bus in ſolio. Et collocabit eos in perpetuum,& exaltabuntur.
Et ſi vincti fuerint compedibus,& capti fuerint funibus affli-
ctionis:Nunciabit eis opus eorum,& præuaricationes eorũ,
quia roboratæ ſunt:& reuelabit aurem eorum propter cor-
rectiones,& dicet,quòd reuertantur ab iniquitate. Si parue-
C rint,& ſeruierint ei,finient dies ſuos in bono,& annos ſuos in
delectationibus. Et ſi non audierint,per gladium tranſibunt,
& morientur abſq; cognitione. Et impij corde ponent furorẽ
ſuper ſe,non clamabunt,cum alligauerit eos. Morietur in ado
leſcentia anima eorum,& vita eorum inter ſcortatores. Eruet
pauperem à paupertate ſua,& reuelabit in oppreſſione aurẽ
eorum:Et etiam ſi remouit te ab ore anguſtiæ ad latitudinem
non anguſtam pro eo. Et mappam, vaſaq; menſæ tuæ reple-
uit pinguedine. Iudicium autem impij impleuiſti, cauſam, &
iudicium ſuſtentant impij. Quia ira eſt,ne forte è mundo re-
moueat te flagello, multitudo precij non declinare faciet te.
Nunquid æſtimabit diuitias tuas? Non aurum, nec omes for
titudines potentiæ? Ne cogites nocte excidere populos è loco
D ipſorum. Caue ne aſpicias ad iniquitatẽ,quia hanc elegiſti pro
pter afflictionem. Ecce deus eruet hominem potẽtia ſua, quis
ſicut ipſe docens? Quis conſtitutus eſt ſuper eum,vt doceat e-
um viam ſuam? Et quis dixit,operatus es iniquitatem? Memẽ-
to vt magnifices opus eius,quod intuiti ſunt homes. Omnes
homines viderunt illud,homo intuebitur à longe. Ecce deus
magnus,& eum non ſciemus. Numeri annorum eius non eſt
inueſtigatio. Quia prohibebit ſtillas aquarum, ſtillabunt nu-
bes cum voluerit pluuiam ad vaporem eius. Quam ſtillabunt
nubes,ſtillabunt ſuper homines affluenter. Inſuper nunquid
intelliget differentias nubium,tonitrua tabernaculi ſui? Ecce
extendit ſuper nubes lumen ſuum,& radices maris operuit.
Quia per ipſas iudicabit populos,dabit eſcam affluẽter. Nu-
bibus operuit lucem,& præcepit eis,vt pluant propter oran
tem. Annuciabit ei amicus eius, Tonitruus erit in nube aſcen
dente.

¶Per nubes deſignantur prædicatores,per lucem uero & pluuiam prædicatio. CAP. XXXVII.

A ETiam ſuper hoc expaueſcit cor meum, & remouet ſe è
loco ſuo. Audite audiendo cum tremore ſonitum eius,
& fulgur quod ex ore eius egredietur. Subter omne cœlum
directio eius,& fulgur eius ſuper extrema terræ. Poſt ipſum ru
giet ſonitu. Tonabit ſonitu magnitudinis ſuæ. Et non tarda-
bit ea cum auditus fuerit ſonitus eius. Tonabit deus voce ſua,
mirabilia faciens,& neſciemaus. Quia niui dicet,eſto ſuper ter
rã,& imbri pluuiæ:ſcilicet imbri dicet,vt ſit pluuiæ fortitudi
nis ſuæ. Vehementia oẽs hoĩes claudet,vt ſciant omnes homi
nes opus ſuum. Et ingredietur beſtia latibulum,& in habita-
B culis ſuis habitabit. A meridie veniet turbo,& à ventis aquilo
naribus qui diſpergunt nubes veniet frigus. A voluntate dei
dabitur gelu, & latitudo aquarum [a] in anguſto loco. Etiam
a cõcreſcit
propter irrigationem terræ defatigabit deus nubem, ſparge-
re faciet nubem pluuiam ſuam. Et ipſa in circuitu ſe voluit cõ-
ſiliis eius,vt operetur omnia quæ præcipit ei ſuper faciem or-
C bis in terra. Tum propter flagellum,tum propter terram ſu-
am,tum propter miſericordiam inuenire faciet pluuiam. Au
ſculta hoc Iiob,ſta & intellige mirabilia dei. Nunquid noſti
quando deus poſuit decretum ſuper his,& illuſtrare fecit plu-
uiam nubis eius? Nunquid noſti differentias nubis, mirabilia
perfecti ſcientiis? Nunquid noſti cur veſtimenta tua ſunt cali-
da,cum quietam ille reddiderit terram à meridie? Nunquid
extẽdiſti cum eo,cœlos,qui ſunt fortes ſicut ſpeculum fuſum?
Oſtende nobis quid dicamus ei. Non proponemus verba
D propter tenebras. Nunquid narrabitur ei,quum locutus fue
ro? Num dixit quiſqiam quum perditus eſt? Et nunc non vi-
derunt lumen lucidum in cœlis,& ventus tranſiuit,& purifi-
cauit eos. Ab aquilone ſerenitas vt aurum veniet,propter de
um terribilem glorioſum. Omnipotens quem non inuenim⁹,
magnus eſt potentia & iudicio,& magnæ iuſtititiæ & non af
fliget. Ideo timebunt eũ homines. Non videbunt eum omnes
ſapientes corde.

¶Mirabilia dei quæ fecit ab initio. CAP. XXXVIII.

A ET reſpondit dominus ipſi Iiob de turbine,& dixit:Quis
eſt iſte tenebreſaciens cõſilium ſermonibus abſque ſcien-
tia? Accinge nunc ſicut vir lumbos tuos,& interrogabo te,&
ſcire facies me. Vbi fuiſti quando fundabam terram? Annun-
cia ſi noſti intelligentiam. Quis poſuerit menſuram eius ſi no-
ſti,vel quis extenderit ſuper eam lineam? Super quo baſes eius
ſubmerſæ ſunt,aut qs iecerit lapidem angularem eius. Cum
B laudarent pariter ſtellæ matutinę,& iubilarent filij dei? Et quis
clauſit oſtiis mare? Quando egreditur, veluti è vulua egredi-
ditur. Quando poſui nubem vt veſtimentum eius,& caligi-
nem velut faſciam eius. Et decreui ſuper eo decretum meum,
& poſui vectem,& oſtia. Et dixi:Hucuſque venies,& non ad-
des,vt tranſeas. Et hic pones elationem fluctuum tuorũ. Nun
quid à diebus tuis pręcepiſti diluculo,ſcire feciſti auroram lo
cum ſuum? Vt apprehendat extrema terræ,& excutiãtur im-
pij ex ea. Vertet ſe terra ſicut lutum ſigilli,& ſtabunt ſicut ve-
ſtimentum. Et prohibebitur ab impiis lux eorum,& brachiũ
excelſum confringetur. Nunquid ingreſſus es vſque ad pro-
funda maris,& in inueſtigatione voraginis ambulaſti? Nun-
C quid detectæ ſunt tibi portæ mortis,& portas vmbræ mor-
tis vidiſti? Nunquid intellexiſti vſque ad latitudines terræ? In-
dica ſi noſti totam ipſam. Vbi eſt via in qua habitat lux,& te-
nebrarum vbi eſt locus? Num accepiſti eam ad terminum ſu-
um,& intellexiſti ſemitas domus eius? Num noſti quòd tunc
naſciturus eſſes,& numerum dierum tuorum multorum? Nũ
quid ingreſſus es Theſauros niuis,& theſauros grandinis vidi
ſti? Quas retinui ad tempus anguſtiæ,ad diem belli,& prælij?
[b] In qua via diuiditur lux,ſpargitur currus ſuper terrã? Quis
b Qua uia diſtribuit lux & irruit orientalis uentus ſup terram.
diuiſit ad inundationem aquæductũ,& viam ad coruſcatio-
nem tonitruorum? Vt plueret ſuper terram quæ eſt abſq; vi-
ro,ſuper deſertum in quo nõ eſt homo? Et ſatiet ſolitudinem,
D & eremum,& germinare faciat egreſſum germinis. Nũquid
eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris? Ab vtero cuius
egreſſum eſt gelu,& pruinam cœli quis genuit? Sicut lapis a-
quæ congelatæ abſcondent ſeipſas,& ſuperficies voraginis a-
quarum cõgelata capiet ſe. Nunquid ligare poteris manibus
tuis fructus delicatos vergiliarum,vel ſerotinos fructus orio-
nis aperire facies? Nunquid exire facies ſigna cœleſtia tempo-
re ſuo,& arcturum cũ ſtellis minoribus veluti filiis ſuis duces?



Nunquid noſti ſtatuta cœli? Nũquid pones dominium eius
in terra? Nunquid eleuabis ad nubem vocem tuam,vt multi-
tudo aquarum operiat te? Nunquid emittes fulgura,& ibũt,
& dicent tibi,ecce adſumus? Quis poſuit [a] in renibus ſapien-
a i abſtruſis rebus.
tiam,aut quis dedit [b] cordi intelligentiam? Quis numerabit
b cõtemplationi
cœlos ſapientia,& [c] nubes plenas aqua deſcendere faciet? Nũ
c nubes cœli quis continebit.
quid noſti dum roboraret terram in medio centri, & partes
eius coniungerentur? Nunquid venari docebis leonem præ-
dam,& congregationem leunculorum implebis? Quum in-
curuant ſe in habitaculis,manent in vmbraculo ſuo propter
inſidias. Quis parauit coruo eſcam eius,quando nati eius ad
deum vociferant,aberrantes eò quòd non ſit eſca.

¶Rurſus mirabilia domini quæ facit in animalibus. CAP. XXXIX.

A NVnquid noſti tempus quo pariunt ibices petras inco
lentes,parere facientem ceruas obſeruaſti? Num nume
raſti menſes quos impleuerunt,& noſti tempus quo pariunt?
Incuruant ſe,fœtus ſuos conterunt,dolores ſuos emittũt. Pin
gueſcunt filij earum,multiplicant ſe foris,egrediuntur & non
reuertuntur ad eas. Quis dimiſit onagrum liberum,& vincu
la onagri quis ſoluit? Cuius poſui in ſolitudine domum,& ha
bitacula ei⁹ in ſalſugine:Deridebit multitudinem ciuitatis,cla-
mores exactoris non audiet. Exploratio montium paſcua e-
B ius,& poſtea omne virens perquiret. Nunquid volet Rhino-
ceros ſeruire tibi? Nunquid morabitur iuxta præſepia tua?
Nunquid ligabis Rhinocerotam in ſulco,fune ſuo? Nunquid
agricolabit valles poſt te? Nunquid confides in eo,quia ma-
gna eſt fortitudo eius,& derelinquas ei laborem tuum? Nun-
quid credes illi quòd reddat ſemen tuum,& ad aream tuam
d Num alã clamanti gallo late exultãtem dediſti? num fortem miluo et rapacem plumã. Ecce relinquit, ſcilicet gallus:qui ouorum curã gallinis relinquit.
congreget? [d] Alis pauo exultauit. Nunquid pennas ſtruthio-
ni,& plumas dediſti? Quia derelinquet in terra oua ſua, & ſu-
per terram calefacit ea. Et obliuiſcitur quòd pes diſpergat ea,
& beſtia agri conterat ea. Crudelis eſt pullis ſuis, ac ſi non eſ-
ſent ſui. Inuanum eſt labor eius,eſt abſque pauore. Negauit
enim ei deus ſapientiam,& non impartitus eſt ei intelligentiã
Tempore quo in altum eleuauerit ſe,deridebit equum, & a-
ſcenſorem eius. Nunquid præbebis equo fortitudinem? Nũ-
C quid indues collum eius tremore? Nunquid terrebis eum ſi-
e uirtus narium eius habet terrorem.
cut locuſtam? [e] Sonitus narium eius terror. Effodiet in valle,
& gaudebit in fortitudine,egredietur in occurſum armorum.
Deridebit pauorem,& non timebit,nec reuertetur à facie gla
dij. Super eum ſonabit pharetra,ferrum lanceæ,& haſtæ. Cũ
impetu,& ira effodiet terram,& non credet quòd ſit ſonitus
buccinæ. Inter buccinas dicet euge,& à longe odorabitur
bellum,commotionem principum,& clamorem. Nunquid
propter intelligentiam tuam volabit accipiter, extendet alas
ſuas ad auſtrum? Nunquid ad ſermonem tuum eleuabitur a-
D quila,& eleuabit nidum ſuum? In petra habitabit,& morabi-
tur ſuper dentem petræ,& turrim excelſam. Inde explorabit
eſcam, in longinquum oculi eius aſpicient. Et pulli eius abſor
bebunt ſanguinem,& vbi fuerint occiſi,ibi eſt. Et reſpondit
dominus ad Iiob,& dixit:Nunquid contendere cum omni-
potente eſt eruditio? Diſputans cum deo,reſpondeat ei? Et re-
ſpondit Iiob domino,& dixit:Ecce contentibilis ſum,quid re
ſpondebo tibi? Manum meam poſui ori meo. Semel locutus
ſum,& non reſpondebo. Et [f] ſecundo,& non addam.
f id eſt,ſemel et iterũ temere loquutus ſum.

¶De Behemoth,eiuſq; malitia. CAP. XL.

A ET reſpõdit dominus ad Iiob de turbine,& dixit: Accin
ge nunc ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te,& ſcire
fac me. Nunquid etiam diſſipabis iudicium meum, impium
g Aſpice in quam omnẽ ſuperbum ut ſcilicet, behemoth,& luiathan.
facies me,vt iuſtificeris? Et nunquid brachium ſicut deo eſt ti-
bi,& ſonitu ſicut ipſę tonabis? Orna te nunc celſitudine & ſub
limitate,& gloriam,& decorem indue te. Diſperge iras furo-
ris tui,& vide omnem ſuperbum, & humilia eum [g] Vide o-
B mnem ſuperbum,incuruare fac eum,& contere impios in lo-
co ipſorum. Abſconde eos in puluere ſimul,facies eorum alli-
ga in abſcondito. Et ego etiam confitebor tibi,quòd ſeruet te
dextera tua. Ecce nũc Behmoth quem feci tecum,herbam ve-
luti bos comedet. Ecce nunc potentia eius in lumbis eius eſt,
& fortitudo eius in vmbilico ventris eius. Velociter mouebit
caudam ſuam,quæ eſt ſicut cedrus,nerui teſticulorum eius
C perplexi ſunt. Oſſa eius maiora fortia ſunt vt baculi æreí,mi-
nora oſſa eius ſicut virga ferrea. Ipſe principium viarum dei,
qui fecit eum,applicabit ei gladium ſuum. Quia germen mon
tes afferent ei,& omnis beſtia agri ludent ibi. Sub arboribus
vmbriferis dormiet in ſecreto calami & limo. Tegent eum ar
bores vmbriferæ,vt ſint vmbra eius. Circundabunt eum ſali
ces torrentis. Ecce vim faciet flumini,& non feſtinabit, confi-
dit quod educat Iarden ad os ſuum. Oculis ſuis tollet eum,la
queis perforabit nares. Num extrahes Liuiathan hamo,& fu-
D ne ligabis linguam eius? Nunquid pones hamum in naribus
eius,& ſpina perforabis maxillam eius? Nunquid multiplica-
bit ad te preces? Nunquid loquetur ad te mollia? Nunquid
feriet fœdus tecum,accipies eum in ſeruum perpetuum? Nun
quid ludes cum eo ſicut cum aue,& ligabis eum pro puellis
tuis? Nunquid cœnabunt ſuper eum ſocij,diuidẽt illum inter
ſe negotiatores? Nunquid ſuccides cultris pellem eius, & cul-
tro piſcatorio caput eius? Pone ſuper eum manus tuas. Me-
mento belli,ne addas illud memorare. Ecce ſpes ponentis ma
num ſuam ſuper eum mentita eſt. Nonne etiam ad aſpectum
eius proiicietur homo ad terram?

¶Reprehenditur malitia Liuiathan,eiuſdem deſcriptio ac peruerſitas. CAP. XLI.

A NOn eſt fortis qui ſuſcitet eum,& quis eſt qui coram me
ſtet? Quis præceſſit me, & perficiam? Quod eſt ſub o- Ierem.50.g.
mni cœlo,meum eſt. Non ſilebo membra eius,& verbum for
titudinum,& gratiam diſpoſitionis eius. Quis detexit faciem
indumenti eius,cum duplici freno ſuo,quis veniet,ad aperien
dum os eius? Portas faciei eius quis aperuit? Per gyrum den-
B tium eius eſt formido. Squamæ fortes ſunt vt ſcuta,clauſa eſt
ſingula clauſura arcta. Vna alteri appropinquat,& ventus nõ
ingreditur inter eas. Vnaquæque alteri iungitur, capiunt ſe,
& non ſeparantur. Sternutationibus eius accendetur ignis,&
oculi eius vt ſplendores auroræ. De ore eius lampades ibunt,
ſcintillæ ignis proiicientur. E naribus eius egredietur fumus,
ſicut ab olla ſuccenſa,& aheno. Halitus eius prunas ardere fa-
C ciet,& flamma de ore eius egredietur. In collo eius morabitur
fortitudo,& ante eum vertetur in lætitiam dolor. Particulæ
carnis eius cohærẽt,fortis eſt,vnaquæq; in eo nõ mouebitur.
Cor eius forte eſt ſicut lapis,et forte eſt ſicut lapis molaris infe
rior. A magnitudine eius timebũt fortes,à cõtritionibus pur
gabũt ſe. Qui attigerit eũ gladio nõ ſtabit gladi⁹,lapis manu
iaculatus, & lorica nõ ſtabũt. Reputabit vt paleã ferrum, vt
lignum putridum æs. Non fugabit eum ſagitta. In ſtipulam
D verſi ſunt ei lapides fundæ. Sicut ſtipula reputata ſunt tela, &
deridebit vibrationem haſtæ. Sub eo ſunt petræ acutæ teſta-
ceæ,ſternet quod eſt acutum ſuper lutum. Feruere faciet ve-
luti ollam profundum mare, ponet vt vas vnguentarium.
Poſt eum lucebit ſemita,reputabit voraginem veluti virum
canum. Non eſt ſuper teram ei comparabile,qui factus eſt,vt
non timeat. Omne ſublime deſpiciet,ipſe eſt rex ſuper omnes
cetos magnos,& fortes.

¶Iiob pœnitet,reſtituuntur ei omnia duplicia,moritur. CAP. XLII.

A ET reſpondit Iiob domino,& dixit: Noui quod omnia
potes,& non prohibebitur à te cogitatio. Quis eſt iſte
qui occultat conſilium abſque ſcientia? Ideo annunciaui, &
non intelligam,occulta ſunt à me,& non ſciam. Audi quæſo,
& loquar,interrogabo te, & ſcire fac me. Ad auditum auris
audiui te,& nunc oculus meus vidit te. Idcirco reprobabo
quod male dixi,& reſipiſcam in puluere,& cinere. Et fuit poſt
B quam locutus eſt dominus verba hæc ad Iiob,dixit dominus
ad Eliphaz Temanitem:Iratus eſt furor meus contra te,& du-

os amicos tuos, quia non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iiob. Et nunc ſumite ſeptem vitulos, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iiob, & offerte holocauſtũ pro vobis. Et Iiob ſeruus meus orabit pro vobis. Faciem enim eius ſuſcipiam, vt non faciam vobiſcum punitionem ſtultitiæ veſtræ, quia non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iiob. Et abierunt Eliphaz Temanites, & Bildad Suchites,
C Sophar Nahamatitites, & fecerunt ſicut locutus eſt ad eos dominus, & ſuſcepit dominus faciem Iiob. Et dominus conuerſus eſt ad conuerſionem Iiob cum oraret ipſe pro amicis ſuis, & auxit omnia quæ fuerãt Iiob in duplum. Et venerunt ad eum omnes fratres eius, & omnes ſorores eius, & omnes qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius, & commoti ſunt ſuper eum, & conſolati ſunt eum ſuper omne malum, quod adduxerat dominus ſuper eum. Et dederunt ei vnuſquiſque pecudem vnam, & vnuſquiſque in-
D aurem auream vnam. Et dominus benedixit nouiſſimo Iiob magis quàm principio eius, & fuerunt ei quatuordecim milia ouium, & ſex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille aſinæ. Et fuerunt ei ſeptem filij, & tres filię. Et vocauit nomẽ vnius Iemimah, & nomen ſecundæ Cheſihah, & nomen tertiæ Cherenhaphuc. Et non inuentæ ſunt mulieres ſpecioſæ ſicut filiæ Iiob in omni terra, & dedit eis pater earum hæreditatem in medio fratrum ſuorum. Et vixit Iiob poſt hoc centum & quadraginta annos, & vidit filios ſuos, & filios filiorum ſuorum in quatuor generationes. Et mortuus eſt Iiob ſenex, & ſaturus dierum.

FINIS.

# Liber Tehillim, id eſt, Laudum: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Pſalmus I.

BEATVS VIR QVI non ambulauit in conſiliũ [a] impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in [b] cathedra deriſorum non ſedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit ſicut arbor plãtata ſecus riuos aquarum, quæ fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non decidet, & omne quod faciet, proſperare faciet. Non ſic impij: ſed tanquam gluma, quam proiiciet vẽtus. Ideo [c] non ſtabunt impij in iudicio, neque impij in congregatione iuſtorũ. Qm̃ ſcit dominus viam iuſtorum, & via impiorum peribit.

a impiũ Achitophelis conſiliũ huiꝰ pſalmi fuit occaſio, ſicut quinq; ſequẽtium.
b in cõſeſſu
c non cõſiſtent, non ſtabunt erecti.

¶ Pſalmus ij.

VT quid [d] congregabunt ſe gentes, & populi meditabuntur inane? Aſtabunt reges terræ, & principes conſiliabuntur pariter, aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Dirumpamus vincula eorum, [e] & proiiciamus à nobis funes eorum. Habitans in cœlis ridebit, dominus ſubſannabit eos. Tũc loquetur ad eos in furore ſuo, & in ira ſua terrebit eos. Et ego [f] conſtitui regem meum ſuper Siion, montem ſanctũ meum. Narrabo ipſum decretum: dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie [g] genui te. Poſtula à me, & dabo gẽtes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Conteres eas virga ferrea, ſicut vas figuli cõfringes eas. Et nunc reges prudenter agite, erudite vos iudices terræ. Seruite domino in timore, & exultate in tremore. [h] Oſculamini filium, ne forte iraſcatur, & pereatis in via, quum exarſerit paulum furor eius: beati omnes qui ſperant in eo.

d tumultuabuntur.
e excludamꝰ a nobis complexus eorũ, ſcilicet ne ſit nobis cũ eis aliqua cõnexio. Hoc enĩ Abſalom cupiebat.
f perfudi. ſ. oleo conſe.
g Ad diem reſurrectionis Chriſti vocẽ hodie, refert Paulus, ſicut in die qua euaſit ab hoſte dicit David hodie natus, et hodie denuo factꝰ rex 2. Sa. 19. & pſal. 17.
h Amplectimini purum.

¶ Titulus pſalmi iij. Canticum Dauid cum fugeret à facie Abſalon filij ſui. Pſalmus iij.

DOmine valde multiplicati ſunt [a] hoſtes mei, multi ſurgunt aduerſum me. Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ei in deo, Selah. Et tu domine clypeus es pro me, gloria mea, & exaltas caput meum. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte ſanctitatis ſuæ, Selah. Ego accubui, & dormiui, & euigilaui, quia dominus ſuſtẽtauit me. Nõ timebo à decem millibus populis, qui circunquaq; pugnauerũt aduerſum me. Surge domine, ſerua me deus mi, quia percuſſiſti oẽs inimicos meos in maxilla, dẽtes impiorũ cõfregiſti. Dñi eſt ſalus, ſuper populum tuum benedictio tua. Selah.

a tribulatores mei.

¶ Titulus pſalmi iiij. ¶ Victori in pſalmis Dauidi. ¶ Pſalmus iiij.

CVm inuocauero exaudi me deus iuſtitiæ meæ, in anguſtia dilatationem feciſti mihi, miſerere mei, & audi orationem meam. Filij viri, vſquequo gloriam meam vertetis in ignominiam? diligetis inane, quæretis mendacium? Selah. Et ſcitote, quòd ſegregauit ſibi dominus pium, dominus exaudiet, cũ clamauero ad eum. [b] Pauete, & ne peccetis: loquimini in corde veſtro, ſup cubili veſtro, et tacete, Selah. Sacrificate ſacrificia iuſtitiæ, & cõfidite in dño. Multi dicũt: quis videre faciet nos bonum? Eleua ſuper nos lucẽ vultus tui domine. Dediſti lætitiam in corde meo, à tempore quo frumentum eorũ & vinum nouum eorum multiplicata ſunt. In pace pariter accubabo, & dormiam, quia tu dominus ſolus confidenter habitare facies me.

Epheſ. 4. f.
b Tremite, & non peccabitis ſcilicet temere ſequendo ipſũ Abſalom.

¶ Titulus pſalmi v. ¶ Victori ſuper Hannechiloth. Canticum Dauid. ¶ Pſalmus. v.

ELoquia mea auribus percipe domine, intellige locutionem meam. Attende voci clamoris mei, rex mi, & deus mi, quoniam ad te orabo. Domine mane audies vocem meã, mane præparabo tibi orationem, & [c] ſpeculabor. Quia non deus volens impietatem es, non habitabit iuxta te malus. Nõ ſtabunt ſtulti coram oculis tuis, odiſti omnes operãtes iniquitatem. Perdes loquentes mendacium, virum [d] ſanguinolentũ & [e] fraudulentum abominabitur dominus. Et ego in multitudine miſericordiæ tuæ, introibo domum tuam, incuruabo me templo ſancto tuo in timore tuo. Domine duc me in iuſtitia tua, propter inimicos meos, dirige coram me viam tuam. Quoniam non eſt in ore eorum rectum, intimum eorum prauitates, ſepulchrum patens guttur eorum, eorum lingua ſua blandiuntur. Deſolare fac eos deus, cadant à conſiliis ſuis propter multitudinem præuaricationum eorum, expellere fac eos, quoniam rebellauerunt coram te. Et lætabuntur omnes qui ſperant in te, in ſeculum laudabunt, & [f] operire facies eos, & exultabunt in te qui diligunt nomen tuum. Quia tu benedices iuſto domino, vt ſcuto voluntate coronabis eum.

c expectabo
d Doeg
e Achitophel
Infra. 13. Roma. 3. b.
f proteges

¶ Titulus pſalmi vi. ¶ Victori in pſalmis ſuper octauam canticum Dauidi. ¶ Pſalmus vi.

DOmine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei, quoniam debilis ſum ſana me domine, quoniam territa ſunt oſſa mea. Et anima mea territa eſt valde, & tu domine vſquequo conteres me? Reuertere domine, eripe animam meam, ſerua me propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte memoria tui, in ſepulchro quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, natare feci omni nocte lectum meo in lachrymis meis, ſtratum meũ liquefeci. Caligauit præ ira oculus meus, inueterauit propter omnes inimicos meos. Recedite à me omnes operantes iniquitatem, quoniam audiuit dominus vocem fletus mei. Audiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam ſuſcepit. Pudore afficientur, & terrebuntur valde omnes inimici mei, conuertentur, pudore afficientur ſubito.

Matth. 7. d. Lucæ. 13. f.

¶ Titulus



¶ Titulus pſalmi vij. ¶ Sighaion Dauid quod cecinit dño, ſuper verba [a] Chus filij Iemini. ¶ Pſalmus vij.

a Saulis

DOmine deus meus in te ſperaui, ſerua me ab omnibus perſequentibus me, & eripe me. Ne forte rapiat, vt leo animam meam: laceret, & non ſit qui eruat. Domine deus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis. Si retribui pacificè degenti mecum malum, qui erui hoſtem meũ gratis: Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & cõculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem collocet Selah. Surge domine in furore tuo, eleua te propter indignatiões hoſtium meorum, & ſuſcita te mihi in iudicio qđ præcepiſti. Et congregatio populorum circundabit te, & ꝑpter eam in altitudinem reuertere. Dominus iudicabit populos: iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum perfectionem meam quę eſt in me. Cõſumet nunc malũ impios, & ſtabilies iuſtũ tu qui probas corda, & renes deꝰ iuſtè. Clypeus meus eſt deus, qui ſeruat rectos corde. Deus [b] iudicat iuſtum, & deus iraſcitur impio die omni. Niſi conuerſus fuerit gladium ſuum acuit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et ei parare fecit vaſa mortifera, ſagittas ſuas [c] perſequentibus operatus eſt. Ecce parturiuit iniquitatem, & concepit peruerſitatem, & peperit mendacium. Ciſternam fodit, & effodit eã, & cadet in foueam quam operatus eſt. Conuertetur peruerſitas eius in caput eius, & ſuper verticem eius, iniquitas eius deſcendet. Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius, & pſallam nomini domini altiſsimi.

1. Regũ. 6. b. 1. Para. 28. b. Ieremi. 17. c.
b iudex eſt iuſtus.
b cõtra perſequentes fabricatus eſt. Iſaiæ. 56. a. Iob. 15. d.

¶ Titulus Pſalmi viij. ¶ Victori ſuper Haglathith, pſalmus Dauid. ¶ Pſalmus viij.

DOmine, domine noſter, q̃ grãde eſt nomen tuũ in vniuerſa terra, [d] qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cœlos. Ex ore paruulorum, & lactentium [e] fundaſti fortitudinẽ propter inimicos tuos, ad compeſcendũ inimicum, & vltorem. Quoniam videbo cœlos tuos, opus digitorum tuorum, lunam, & ſtellas quas præparaſti. Quid eſt homo: ꝙ recorderis eius, & filius hominis, ꝙ viſites eum? Et deficere feciſti eũ paululum [f] ab angelis, gloria, & decore coronaturus eum. Dominari facies eum operibus manuũ tuarum: omnia poſuiſti ſub pedibus eius. Pecudes, & boues, vniuerſa ipſa, & etiam beſtias agreſtes. Volucres cœli, & piſces maris, tranſeuntem ſemitas marium. Domine, domine noſter, q̃ grande eſt nomẽ tuum, in vniuerſa terra.

d quanquã poſueris.
e ſtabiliſti ſcilicet pueris clamantibus Dauidi decẽ milia, ſicut Chriſto Hoſihahna. Heb. 2. a. 2. Cor. 15. d.
f a dijs, illuſtribus viris, quibus in perſecutionibus factus eſt inferior Dauid Chriſti typus poſtea ſcilicet coronandus.

¶ Titulus pſalmi ix. ¶ Victori Halmuth Labben. Canticum Dauid pſalmus ix.

COnfitebor domino toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor, & exultabo in te, cantabo nomini tuo altiſsime. Cũ reuerſi fuerint inimici mei retrorſum, impingent, & peribunt à facie tua. Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam meam, sediſti in ſolio qui iudicas iuſtitiam. Subuertiſti gentes, perdidiſti impium, nomen eorum deleſti in ſeculum, & in ſempiternum. Inimice finitæ ſunt ſolitudines in ſeculum, & vrbium quas deſtruxiſti, periit memoria cum ipſis. Et dominus in ſeculum permanebit, parauit ad iudiciũ ſolium ſuum. Et ipſe iudicabit orbem in iuſtitia, iudicabit populos in rectitudine. Et erit dominus exaltatio pauperi, exaltatio in temporibus in anguſtia. Et ſperabunt in te, ſciẽtes nomen tuum, quia nõ dereliquiſti quærentes te domine. Cantate domino qui habitat in Siion, annunciate in populis opera eius. Quoniam [g] quærens ſanguinem eius, recordatus eſt, non oblitus eſt clamoris pauperum. Miſerere mei domine, vide afflictionẽ meam quæ eſt ab iis qui odio habent me, qui exaltas me de portis mortis. Vt narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Siion, exultabo in ſalute tua. Demerſæ ſunt gentes in foueam quam fecerunt: in reti quod abſconderunt, captus eſt pes eorum. Notus eſt dominꝰ, iudiciũ fecit, in opere manuũ ſuarũ illaqueatus eſt impius, meditatio in ſeculũ eſt ſalus hæc. [a] Reuertantur impij ad ſepulchrũ, oẽs gẽtes q oblitæ ſunt dei. Qm̃ non in ſeculũ in obliuionẽ erit pauper, expectatio pauperum non peribit in ſeculum. Surge domine non roboretur homo, iudicentur gentes coram te. Pone domine timorẽ eis, ſciant gentes ꝙ homines ſunt, Selah.

g requirens deus ſanguineum eorum ſcilicet pauperum.
a Redibunt & tunc ſcilicet erit pauperi relaxatio ab eorum tyrannide.

Hic eſt finis pſalmi ſecundum Hebræos.

Vt quid domine manes in longinquo, abſcondis te opportuno tempore in ipſa anguſtia? Propter ſuperbiam impij perſecutionem ſuſtinebit pauper, capiãtur in cogitationibus quas cogitauerunt. Quoniam [b] laudauit ſe impius ſuper deſyderiũ animæ ſuæ, & [c] auaro benedixit, iraſci fecit dominum. Impius propter ſuperbiam quam facie præ ſe fert, [d] non quæret deũ, nec erit deus in omnibus cogitationibus eius. [e] Proſperabuntur viæ eius omni tempore, [f] in altitudine ſunt iudicia tua coram eo, in omnes hoſtes ſuos ſufflabit. Dixit in corde ſuo: non mouebo me à generatione in generationem, quia nõ eueniet mihi malum. Maledictiõe os eius plenũ eſt, & dolis, & fraude: in lingua eius peruerſitas, & iniquitas eſt. Manebit in inſidiis villarum, in latibulis occidet innocentem, oculi eius ſup pauperem aſpiciẽt. Inſidiabitur in latibulo, ſicut leo in cubili ſuo, inſidiabitur ad rapiendũ pauperem, rapiet pauperem cũ traxerit eum in rete ſuum. Contritum humilemq; ſe oſtendet, & cadet cum fortibus eius congregatio pauperum. Dixit in corde ſuo: oblitus eſt deus, occultauit faciem ſuam, ne videat in ſeculum. Surge domine deus, eleua manum tuam, ne obliuiſcaris pauperum. Propter quid iraſci fecit impiꝰ deũ, dixit in corde ſuo, ꝙ non quæres. Sed tu vidiſti peruerſitatem, & iram aſpexiſti, & quia dedit ſeipſum in manu tua, tibi relinquit cauſam ſuam pauper, pupillo tu fuiſti adiutor. Contere brachiũ impij, & mali, quæres impietatem eius dixit ꝙ non inuenies. Dominꝰ rex in ſeculum, & in æternum, perierunt gẽtes de terra eius. Deſyderium humilium audies domine parare facies cor eorum, intendere facies aurem tuam. Vt iudices pupillo, & pauperi, ne addat vltra impius vt [g] cõterat hoiem è terra.

b laudem fecit deo impiꝰ ob deſy.
c auarus benedicens irritat dominũ.
d non requirit, ſcilicet corde, ſed ore tantum laudat.
Infra. 13. 27. Roman. 3. c.
e Terrorem alijs incutiẽt.
f remota ſũt
g terreat

¶ Titulus pſalmi x. ¶ Victori Dauidi. ¶ Pſalmus x. Secundum Heb. xj.

IN domino ſperaui, quomodo dicitis animæ meæ, vt trãſmigret à monte [h] veſtro ſicut auis? Quoniam ecce impij tetenderunt arcum, parauerunt ſagittam ſuam ſuper chordam, vt iaciant in caligine in rectos corde. [i] Quoniã retia deſtruentur, iuſtus quid operatus eſt? Dominus in templo ſanctitatis ſuæ, domini in cœlis eſt ſolium, oculi eius videbunt, palpebrę eius probabunt filios hominum. Dominus iuſtum probabit & impium, & diligentem iniquitatem odio habuit anima eiꝰ. Pluet ſuper impios laqueos, ignem, & ſulphur, & ſpiritũ procellarum, partem calicis eorum. Quoniam iuſtus dominus, iuſtitias dilexit, rectum videbit facies eius.

h ſcilicet terræ Iehudah, metu Saulis obſidentis.
Abacuc. 2. d.
i Obſidiones hæ certe diruẽtur: iuſtꝰ eñi q̃d fecit?

¶ Pſalmi xj. titulus. ¶ Victori ſup octauam cãticũ Dauidi. ¶ Pſalmus xj. Secundum Heb. xij.

SErua domine, quoniam defecit miſericors, quoniam defecerunt fideles à filiis hominum. Mendacium loquetur vnuſquiſque cum proximo ſuo, [k] labium blãditiarum in corde & corde loquentur. Succidet dominus vniuerſa labia blãda, linguam loquentem magna. Qui dixerunt: linguam noſtrã roboremus, labia noſtra nobiſcum, quis dominabitur nobis? Propter vaſtitatem pauperum, propter clamorem inopum, nunc ſurgam dicit dominus, ponam eum in ſalute, ab eo qui deridendo ſufflat in eum. Eloquia domini, eloquia munda, argentum [l] conflatum à domino terræ, defecatum ſeptempliciter. Tu domine ſeruabis eos, cuſtodies eum à generatione hac in ſeculum. In circuitu impij ambulant: cum exultant ipſi, vilitas eſt filiis hominum.

k labio adulationũ, duplici tamen corde.
l purgatũ in elaboratione ad ipſam terram.

¶Pſalmi xij. titulus. ¶Victori canticum Dauidi.
¶Pſalmus xij. Secundum Hebræos xiij.

VSquequo domine obliuiſceris mei in ſeculum, vſque-
quo abſcondes faciem tuam à me? Vſquequo ponam
conſilia in anima mea, dolorem in corde meo in die? Vſque-
quo exaltabit inimicus meus ſuper me? Aſpice, & exaudi me
domine deus meus, illumina oculos meos, ne forte dormiam
in morte. Ne forte dicat inimicus, præualui ei; hoſtes mei exul
tabunt cum nutauero. Et ego in miſerciordia tua ſperaui, ex-
ultauit cor meum in ſalute tua, cantabo domino quoniam re
tribuit mihi.

¶Pſalmi xiij. titulus. ¶Victori Dauidi.
¶Pſalmus xiij. Secundum Heb. xiiij.

Infra. 52. DIxit ſtultus in corde ſuo, non eſt deus, corrupuerũt viã
ſuam, abominabile fecerunt opus, nõ eſt qui faciat bo-
Roma. 3. b. num. Dominus è cœlis proſpexit ſuper filios hominum, vt vi
deat, an ſit intelligens, quærens deum. Omnes declinauerũt pa
riter fœtuerunt, non eſt faciens bonum, non eſt etiam vnus.
Nonne cognouerunt omnes operantes iniquitatem, come-
dentes populum meum, ac ſi comederent panem, dominum
a In hoc illi ualde timuerũt, quod dominus ſit in generatione iuſti. non inuocauerunt. [a]Ibi timuerunt timore, quoniam deus in
generatione iuſti. Conſilium pauperis pudore afficietis, quo-
niam domin⁹ ſpes eius eſt. Quis dabit ex Siion ſalutem Iſrael,
quando conuertet dominus captiuitatem populi ſui? exulta-
bit Iahacob, lætabitur Iſrael.

¶Pſalmi xiiij. titulus. ¶Canticum Dauidi.
¶Pſalmus xiiij. vel xv. Secundum Hebræum.

b quis incola fiet tabernaculi tui? q̃ ſi ad eum aliunde peregrinans admiſſus. DOmine[b] quis peregrinabitur in tabernaculo tuo, & qs
habitabit in monte ſanctitatis tuæ? Qui ambulat per-
fectè, & operatur iuſtitiam, & loquitur veritatẽ in corde ſuo?
Non accuſauit lingua ſua, non fecit proximo ſuo malum, &
c non excitauit. opprobrium[c] non accepit contra propinquum ſuum. Quid
deſpicit ſe in oculis ſuis, abiicit ſe, timentes dominum glorifi-
d & qui adiurat⁹ ad male faciendũ non fecit amaritudinem. cat; [d]qui ſeipſum iurauit affligere, & non mutauit. Pecuniam
ſuam non dedit ad vſuram, & munus contra innocentem nõ
accepit; qui facit hæc non labetur in ſeculum.

¶Titulus pſalmi xv. ¶Michthan Dauidi.
¶Pſalmus xv. Secundum Heb. xvj.

CVſtodi me deus, quoniam ſperaui in te. Dixi domino:
e nihil ſuper te, id eſt, nihil tibi addit. Ad ſãctos uero q ipſi ſunt in terra et uiros inſignes. deus meus es tu, bonum meum[e] non eſt niſi à te. In ſan
ctis qui in terra ſunt, & fortibus, omnis voluntas mea eſt. Mul
tiplicentur dolores eorum, qui alteri deo donauerunt; non li-
babo libamina eorum de ſanguine, nec aſſumam nomina eo-
rum in labiis meis. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis
mei, tu ſuſtentas ſortem meam. [f]Hæreditates ceciderunt mihi
f Termini Actuũ. 2. d. Actu. 2. e. & 13. c. in iocundis, etiam hæreditas ſpecioſa eſt mihi. Benedicam do
mino, qui conſuluit mihi, etiam noctibus erudierũt me renes
mei. Poſui dominum coram me ſemper, quoniam à dextera
mea eſt, ne declinem. Propterea lætatum eſt cor meum, & ex-
ultauit gloria mea & caro mea, habitabit confidenter. Quo-
niam non relinques animam meam in ſepulchro, nec permit-
tes miſericordem tuum, vt videat corruptionẽ. Scire facies
me ſemitam vitæ, ſaturitas lætitiarum eſt cum vultu tuo, iocũ
ditates ſunt in dextera tua in ſeculum.

¶Titulus pſalmi xvj. ¶Oratio Dauidi.
¶Pſalmus xvj. Secundum Hebræum. xvij.

AVdi domine iuſtitiam, intende clamori meo, auſculta
orationem meam, quæ eſt abſque labiis doli. A facie
tua iudicium meum egrediatur, oculi tui videant æquitates
Probaſti cor meum, viſitaſti nocte, conflaſti me, non inueni-
ſti in me iniquitatem, quod cogitaui non tranſiuit os meum.
g ſecundum Propter opera hominum, [g]propter verbum labiorum tuo-
rum, cuſtodiui ſemitas diſsipatoris. Suſtenta greſſus meos
in viis tuis, ne declinent pedes mei. Ego inuocaui te, quoniam
exaudies me deus, inclina aurem tuam mihi, audi eloquium
meum. Mirifica pietates tuas ſeruator ſperantium, ab inſurgẽ
tibus in dexteram tuam. Cuſtodi me, vt pupillã oculi, in vm-
bra alarum tuarum abſcondi me. A facie impiorum, qui va-
ſtauerunt me, inimicorum meorum, qui propter animam cir
cundederunt me. Adipe ſuo clauſerunt corpus ſuum, ore
ſuo locuti ſunt ſuperbè. [a]In via noſtra nunc circundederunt a Ad ueſtigia noſtra
me, oculos ſuos poſuerunt[b] ad declinandum in terram. Simi- b inclinatos ſcilicet ad ſpectandum ueſtigia pedũ inſtar leonis prędę ueſtigium ſequẽtis. Hoc enim modo Saul ſequebatur Dauidem.
litudo eius, vt leonis, deſyderauit rapere, & vt leunculi manen
tis in abditis. Surge domine præueni faciem eius, incurua eũ,
erue anima meam ab impio, qui eſt gladius tuus. A viris qui
ſunt flagellum tuum erue domine, à viris de mundo, quorum
pars eſt in vita: & abſcondito tuo implebis ventrem eorum,
ſaturabunt filij, & dimittent reſiduum ſuum paruulis ſuis. E-
go in iuſtitia videbo faciem tuam, ſatiabor cum expergefacta
fuerit imago tua. ¶Titulus pſalmi xvij.
¶Victori ſeruo domini Dauid, qui locut⁹ eſt domino verba
cantici huius in die qua eripuit dominus eum de manu oĩm
inimicorum ſuorum, & de manu Saul.

¶Pſalmus xvij. Secundum Heb. xviij.

ET dixit, diligam te domine fortitudo mea. Dominus pe Hebr. 2. c.
tra mea, & arx mea, & erutor me⁹, deus meus, petra mea
ſpeabo in eo, ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ, eleuatio
mea. Laudatum inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſer
uabor. Quoniam circundederunt me dolores mortis, & tor-
rentes impietatis terrebant me. Dolores inferni circũdederũt
me, præuenerunt me laquei mortis. In anguſtia mea inuoca-
bo dominum, & ad deum meum clamabo: audiet de templo
ſuo vocem meam; & clamor meus coram eo introibit in au-
res eius. Mouit ſe, & contremuit terra, & fundamenta montiũ
mouerunt ſe; & mouerunt ſe, quoniam iratus eſt. Aſcendit fu-
mus in furore eius, & ignis ex ore eius conſumpſit, carbones
ſuccenſi ſunt ab eo. Et inclinauit cœlos, & deſcendit, & caligo
ſub pedibus eius. Et equitauit ſuper Cherub, & volauit, vola-
uitq; ſuper pẽnas ventorum. Poſuit tenebras latibulum ſuũ,
in circuitibus eius tegmen eius, tenebroſitas aquarum in nubi
bus cœlorum. Propter fulgorem coram eo nubes eius trãſie-
ruut, grando, & carbones ignis. Et tonauit in cœlis dominus,
& altiſsimus dedit vocem ſuã, grẽdo, & carbones ignis. Et mi
ſit ſagittas ſuas, & confregit eos, & fulgura iecit, & pdidit eos.
Et apparuerunt profunda aquarũ, & diſcooperta ſunt funda
menta orbis propter increpationem tuam domine, propter
flatum venti iræ tuę. Mittet de altitudine, capiet me, extrahet
me de aquis multis. Eruet me ab inimico meo forti, ab odio
habentibus me, quoniam fuerunt robuſtiores me. [c]Pręueniẽt c Pręueniebant.
me in die contritionis meæ, & fuit deus baculus mihi. Et edu-
xit me in latitudinem, eruet me, quoniam complacuit in me.
Retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, ſecundũ
puritatem manuum mearũ reddet mihi. Quia cuſtodiui vias
domini, & non impiè egi à deo meo. Quoniam omnia iudi-
cia eius coram me, & ſtatuta eius non amoui à me. Et fui per-
fectus cum eo, & cuſtodiui me ab iniquitate mea. Et reddidit
dominus mihi ſecundum iuſtitiam meam, ſecundum puri-
tatem manuum mearum coram oculis ſuis. [d]Cum miſeri- d Cum pio pius eudes teipſum piũ facies: et cum perfecto perfectum.
corde miſericors eris, & cum viro perfecto perfectus eris.
Cum mundo [e]mundus eris, & cum peruerſo peruerſus vide e mundum te facies, et cũ peruerſo peruerſum.
beris. Quoniam tu populum pauperem ſeruabis, & oculos
excelſos humiliabis. Quoniam tu illuminabis lucernam meã
domine, deus meus illuminabit tenebras meas. Quoniam in
te conteram exercitum, & in deo tranſiliam murum. Dei per-
fecta eſt via, eloquiũ dñi conflatũ, clypeus eſt oĩbus ſperantib⁹
us in eo. Qm̃ quis deus præter dñm, & qs fortis pręter deum
noſtrum? Deus qui accingit me fortitudine, & poſuit perfe-
ctam viam meam. Ponẽs pedes meos ſicut ceruarum, & ſu-
per excelſa mea ſtare faciet me. Qui docet manus meas ad bel- 2. Regũ. 22. c.
lum, & conteretur arcus æreus brachiis meis. Et dediſti mihi
ſcutum ſalutis tuæ, & dextera tua fulciet me, & manſuetudo
tua multiplicabit me. Dilatabis greſſum meum ſubtus me, &
non



a uacillabũt non[a] declinauerunt crura mea. Perſequar inimicos meos, &
comprehendam eos, & non reuertar, donec conſumam eos.
Trãſfigã eos, & non poterunt ſurgere, cadent ſubtus pedes
b proſternes meos. Et accinxiſti me fortitudine ad bellũ, [b]incuruabis inimi
cos meos ſubtus me. Et inimicorum meorum dediſti mihi
c tergum [c]ceruicem, & odio habentes me ſuccidam. Clamabunt, & nõ
d conteram eos erit ſeruator: ad dominum, & non exaudiuit eos. Et[d] pudore
afficiam eos, vt puluerẽ corã vẽto: ſicut lutũ platearũ[e] euacua
e attenuabo pedibus comminuendo. bo eos. Erues me è cõtentiõibus populi, pones me in caput gẽ
tium, populus quem non cognoui, ſeruiet mihi. Ad auditum
f obſequentur mihi, ſola ſcilicet prędicatione famę meę, id quod ad chriſtum myſtice refertur. auris[f] congregabunt ſe mihi, filij extranei mentientur mihi. Fi
lij extranei decidẽt, & expaueſcẽt[g] à carceribus ſuis. Viuit do-
minus, & benedictus fortis me⁹, & exaltet ſe deus ſalutis meę.
Deus q dat vltiones mihi, & duxit pplõs ſub me. Erutor me⁹
ab inimicis meis, etiã præ inimicis meis exaltabis me, à viro ini
2. Regũ. 22. d. quo erues me. Propterea confitebor tibi in gentibus domi-
Roma. 15. b. ne, & nomini tuo hoc cantabo: Magnificans de⁹ ſalutes regis
g de ergaſtulis ſuis. ſui, & faciens miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius
vſque in ſeculum.

¶Titulus pſalmi xviij. ¶Victori canticum Dauidi.
¶Pſalmus xviij. Secundum Hebræum xix.

COeli enarrãt gloriam dei, & opus manuum eius annũ-
ciat firmamentũ. Dies diei loquetur ſermonẽ, & nox no
Roma. 10. d. cti indicabit ſcientiã. Non eſt ſermo, & nõ ſunt verba, non au-
Lucæ. 24. g. ditur vox eorum. In omnem terram exiuit[h] linea eorum, & in
h regula extremum orbis eloquia eorum; [i]ſoli poſuit tabernaculũ in
i ipſi Soli iuxtapoſuit tabernaculũ pro eis ſcilicet cœlis. Et ipſe Sol. eis. Et ipſe tanq̃ ſponſus egrediens de thalamo ſuo, gaudebit
vt potens ad currendum viam. Ab extremo cœlorum egreſ-
ſio eius, & reuolutio eius ſuper extrema eorum, & non eſt qui
abſcondat ſe à calore eius. Lex dñi perfecta conuertẽs animã,
teſtimonium dñi fidele, ſapientem efficiens paruulum. Præ-
cepta dñi recta lætificantia cor, præceptum dñi purum, illumi-
nans oculos. Timor domini mundus, permanens in ſeculum,
iudicia domini veritas, iuſtificata ſunt pariter. Deſyderabilia
magis q̃ aurum, & aurum multum, & dulciora melle, & fa-
uo, placentis melle confectis. Etiam ſeruus tuus illuſtratur in
eis, in cuſtodiẽdo ea merces multa eſt. Errores quis intelliget?
ab occultis munda me. Etiam à ſuperbiis prohibe ſeruũ tuũ,
ne dominentur mihi; tunc perfectus ero, & mundus ero à pręe
uaricatione magna. Erunt ad voluntatẽ eloquia oris mei, &
meditatio cordis mei corã te dñe, petra mea, & redẽptor mi.

¶Titulus pſalmi xix. ¶Victori canticũ Dauid.
¶Pſalmus xix. Secundum Hebræum xx.

EXaudiat te dñs in die anguſtiæ, eleuet te nomen dei Iaha
cob. Mittat tibi auxilium de ſanctitate, & de Siõ fulciat
te. Recordetur omnium ſacrificiorum tuorum, & holocau-
ſtum tuum incineret, Selah. Det tibi ſecundum cor tuum, &
omne conſilium tuum impleat Exultabimus in ſalute tua, &
in noĩe dei noſtri vexillũ eleuabim⁹; impleat dñs oẽs petitiões
tuas. Nunc ſciui, q̃ ſaluum fecit dominus Chriſtũ ſuum, exau-
diet illum de cœlis ſanctitatis ſuæ in fortitudinibus ſalutis de-
xteræ ſuæ. Hi in curru, & hi in equis, & nos nomen dei noſtri
memorabimus. Hi incuruauerunt ſe, & ceciderunt, & nos ſur
reximus, & ereximus nos. Domine ſerua, rex exaudiet nos in
die qua inuocauerimus.

¶Titulus pſalmi xx. ¶Victori canticum Dauid.
¶Pſalmus xx. Secundum Hebræum.

DOmine in fortitudine tua lætabitur rex, et in ſalute tua
q̃ vehementer exultabit. Deſyderium cordis eius de-
diſti ei, & prolationem labiorum eius non prohibuiſti. Selah.
Quoniam præuenies eum benedictionibus bonitatis, appo-
nes capiti eius coronã auream. Vitam petiit à te, dediſti lon-
gitudinem dierum in ſeculum, & ſeculũ. Magna eſt gloria eius
in ſalute tua; gloriam, & decorem pones ſuper eum. Quoniã
pones eum benedictiones in ſeculum, lætificabis eum in læti-
tia cum vultu tuo. Quoniam rex ſperat in domino, & in miſe
ricordia altiſsimi non nutabit. Sufficiet manus tua omnib⁹
inimicis tuis, dextera tua ſufficiet odio habentibus te. Pones
eos vt clibanum ignis in tempore iræ tuæ; dominus in furo-
re ſuo diſperdet eos, & conſumet eos ignis. Fructum eorum
è terra perdes, & ſemen eorum à filiis hominum. Quoniam
declinauerunt ſuper te malum, cogitauerunt cogitationem,
quam non poterunt perficere. Quoniam pones eos humerũ,
in funibus tuis præparabis ſagittas contra faciem eorũ. Exal-
ta te domine in fortitudine tua; cantabimus, & pſallemus for
titudinem tuam.

¶Pſalmi xxj. titulus. ¶Victori ſuper[a] ceruam diluculi can- a ut ceruã ab ineũte die a canibus afflicta orat hic Dauid.
ticum Dauid. ¶Pſalmus xxj. Secũdum Heb. xxij.

DEus meus, deus meus, vt quid dereliquiſti me? elonga-
tus à ſalute mea, & verbis rugitus mei. Deus meus cla-
mo in die, & non exaudis: & nocte, & non eſt ſilentium mi- b habitator laudum Iſraelis. i. à locis in quo ſunt ſemper laudes.
hi. Et tu ſanctus, [b]permanens, laudes Iſrael. In te ſperauerũt pa
tres noſtri, & ſperauerunt, & eruiſti eos. Ad te clamauerunt, et
euaſerunt; & in te ſperauerunt, & non fuerunt pudore affecti.
Et ego ſum vt vermis, & non vir, opprobrium hominum, &
contemptus populi. Omnes videntes me ſubſannabunt me, Math. 27. d.
emittent per labium, mouebunt caput dicendo: Deuoluit ſe Marci. 15. c.
ad dominum, eruat eum, eripiat eum, quoniam complacuit
in eo. Atqui tu es eductor meus, ab vtero, confidere faciens
me ſuper vbera matris meæ. Super te proiectus ſum ex vulua,
de ventre matris meæ deus meus es tu. Ne elonges te a me,
quoniam anguſtia eſt propinqua, & quia non eſt auxiliator.
Circundederunt me vituli multi, tauri Baſan inſtar coronæ
circundederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, vt leo ra-
piens, & rugiens. Sicut aqua effuſus ſum, & ſepararunt ſe oĩa
oſſa mea, fuit cor meum ſicut cæra, liquefecit ſe in medio viſce
rum meorum. Aruit tanquam teſta fortitudo mea, & lingua
mea iungitur faucibus meis, & in puluerẽ mortis pones me.
Quoniam circundederunt me canes, congregatio malignan- Math. 27. d.
tium circundederunt me: [c] foderunt manus meas, & pedes Iohan. 19. d.
meos. Numerabo omnia oſſa mea, ipſi aſpicient, inſpicient in c [redacted]
me. Diuident veſtimenta mea ſibiipſis, & ſuper veſtem meam
proiicient ſortem. Et tu domine, ne elõges te, fortitudo mea
ad auxilium meum feſtina. Erue à gladio animam meã, è ma-
nu canis vnicam meam. Serua me ab ore leonis, & à cornibus
vnicornium exaudiſti me. Narrabo nomen tuum fratribus
meis, in medio congregationis laudabo te. Timentes dominũ
laudate eũ, vniuerſum ſemen glorificate eum, & timete ab eo
omne nomen Iſrael. Quia non ſpreuit, nec abominatus eſt hu
militatem pauperis, neque abſcõdit faciem ſuam[d] à me, et dũ
clamaui ad eum, audiuit. A te laus mea in congregatione mul
ta, vota mea reddam coram timentibus te. Edent pauperes,
& ſaturabuntur, laudabunt dominum quærentes eum, viuet d ab eo, & dũ clamaret.
cor veſtrum in ſeculum. Reminiſcentur, & conuertentur ad
dominum omnes fines terræ, & inclinabunt ſe coram te vni-
uerſæ familiæ gentium. Quoniam domini eſt regnum, & do-
minabitur gentibus. Comederunt & adorauerunt omnes
pingues terræ; ante ipſum incuruabunt ſe oẽs deſcẽdentes in e & animã ſuam nemo uiuificauit.
puluerem, [e] & qui animam ſuam nõ viuificabit. Semẽ ſeruiet
ei: [f]narrabitur domino in generationem. Venient, & nuncia- f annumerabitur
bunt iuſtitiam eius, populo [g]genito, quia fecit. g naſcituro quia fecit eã ſcilicet iuſtitiam.

¶Pſalmi xxij. titulus. ¶Canticum Dauidi.
¶Pſalmus xxij. Secundum Heb. xxiij.

DOminus paſcit me, nõ deficiã. In tuguriis germinis ac- Iſaiæ. 40.
cubare faciat me, ad aquas requietũ ducet me. Animã Ierem. 23.
meam conuertet, ducet me per ſemitas iuſtitiæ propter nomẽ Ezech. 34.
ſuũ. Etiã cum ambulauero p vallem vmbræ mortis, non time 1. Petri. 2. a.
bo malum, quoniam tu mecum. Virga tua, & baculus tuus,
ipſa conſolabuntur me. Præparabis coram me latam men- h uidentib⁹ hoſtib⁹ meis.
ſam[h] contra hoſtes meos, impinguaſti in oleo caput meum, &

calix meus erit ſaturus. Veruntamen bonum & miſericordia ſequentur me omnibus diebus vitæ meæ, & habitabo in domo domini in longitudinem dierum.

¶ Pſalmi xxiij. titulus. ¶ Dauidi canticum.
¶ Pſalmus xxiij. Secundum Heb. xxiiij.

1. Cor. 10. f.

a ſcilicet Morija ad inducendã arcam domini.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius, orbis, & habitantes in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina firmauit eam. Quis aſcẽdet in montẽ [a] dñi, & quis ſtabit in loco ſanctitatis eius? Mundus manibus, & mundus corde, qui nõ accepit in vanũ animã ſuã, nec iurauit doloſe. Accipiet benedictionẽ à dño, & iuſtitiã à deo ſalutis ſuæ. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentiũ faciem tuam Iahacob, Selah. Eleuate portæ capita veſtra, & eleuate vos portæ perpetuæ, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio. Eleuate portæ capita veſtra, & eleuate vos portæ perpetuę, & introibit rex glorię. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus exercituum, ipſe eſt rex gloriæ, Selah.

¶ Pſalmi xxiiij. titulus. ¶ Dauidi.
¶ Pſalmus xxiiij. Heb. xxv.

AD te domine animam meam leuabo. Deus meus in te ſperaui, ne pudore afficiar, ne exultent inimici mei de me. Etiã oẽs qui expectãt te, nõ afficientur pudore: pudore afficiẽtur præuricantes gratis. Vias tuas dñe ſcire fac me, ſemitas tuas doce me. Ambulare fac me per veritatem tuam, et doce me, quia tu es deus ſalutis meæ, te expectaui omni die. Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarũ tuarum quia à ſeculo ſunt. Peccatorum adoleſcẽtiæ meæ, & præuaricationum mearum ne memineris: ſecundum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuã domine. Bonus, & rectus dominus, ideo docebit peccatores in via. Ambulare faciet humiles in iudio, & docebit humiles viã ſuam. Omnes ſemitæ domini miſericordia, & veritas cuſtodiẽtibus pactum eius, & teſtimonia eius. Propter nomen tuum domine, parces iniquitati meæ, quoniam multa eſt. Quis eſt vir timens dominum? Docebit eum viam quam eligat. Anima eius in bono morabitur, & ſemen eius hæreditate accipiet terram. Secretum domini timentibus eum, & pactum ſuum illis notum faciet. Oculi mei ſemper ad dominum, quoniam ipſe educet è reti pedes meos. Reſpice ſup me, & miſerere mei, quia vnic⁹ & pauper ſum. Anguſtię cordis mei dilatatę ſunt, ab anguſtiis meis educ me. Vide afflictionem meam, & laborem meum, & parce omnibus peccatis meis. Vide inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderũt me. Cuſtodi animam meã, & erue me, ne confundar, qm̃ ſperaui in te. Perfectio & rectitudo cuſtodiẽt me, quoniam expectaui te. Redime deus Iſraelem, ex omnibus anguſtiis eius.

¶ Pſalmi xxv. titulus. Dauidi.
¶ Pſalmus xxv. ſecundum Heb. xxvj.

IVdica domine, quoniam ego in perfectione mea ambulaui, & domino fiſus ſum, non deficiam. Proba me domine, & tenta me, funde renes meos, & cor meum. Quoniam miſericordia tua coram oculis meis, & ambulabo in veritate tua. Non ſedi cum viris mendacibus, & cum [b] occultantibus ſe nõ introibo. Odiui cœtum malignantium, & cum impiis non ſedebo. Laudabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuum domine. Vt audire faciam vocem confeſsionis, & narrem omnia mirabilia tua. Domine dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi glorię tuæ. Ne conſumas cum peccatoribus animam meam, & cum viris ſanguinolentis vitam meam. Quorum in manibus eſt præuaricatio, & dextera eorum plena eſt muneribus. Et ego in perfectione mea ambulabo, redime me, & miſerere mei. Pes me⁹ ſtetit in rectitudine, in cœtibus benedicam domino.

b occulte machinantibus.

¶ Pſalmi xxvj. titulus. Dauidi.
¶ Pſalmus xxvj. ſecundum Heb. xxvij.

DOminus lux mea & ſalus mea, à quo timebo? domin⁹ fortitudo vitæ meæ, à quo pauebo? Cum appropinquauerint aduerſum me maligni, vt edant carnẽ meã, hoſtes mei & inimici mei mihi, ipſi impegerunt, & ceciderunt. Si caſtrametata fuerint aduerſum me caſtra, non timebit cor meũ: ſi ſurgat aduerſum me bellum, in hac re ego fiduciã habebo. Vnum petij à domino, hoc quærã, vt habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam pulchritudinem domini, & quæram in templo eius. Quia abſcondet me in tabernaculo ſuo in die mala, & abſcondet me in abſcondito tabernaculi ſui, in petra exaltabit me. Et nunc exaltabit caput meum [a] in circuitibus meis, & ſacrificabo in tabernaculo eius ſacrificia [b] vociferationis: cantabo, & canã domino. Audi domine vocem meã, clamabo, miſerere mei, & exaudi me. [c] Tibi dixit cor meum: quærite faciẽ meã: faciem tuam domine quęram. Ne abſcondas faciem tuam à me, [d] ne declines in iram ſeruum tuum: auxilium meum fuiſti, ne derelinquas me, & ne dimittas me deus ſalutis meæ. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, & dominus colliget me. Doce me domine viam tuam, & duc me per ſemitã rectitudinis propter hoſtes meos. Ne tradas me voluntari hoſtium meorum, quoniam ſurrexerunt in me teſtes mendaces, & [e] loquuti ſunt iniquitatem. Niſi crederẽ videre bonitatem domini in terra viuentium. Expecta dominum, robora te, & roborabit de⁹ cor tuum, & expecta dominum.

a ſup inimicos meos per circuitũ meũ.
b cũ iubilo.
c ulce tui.
d ne precipites in ira.
e cogitans rapinam

¶ Pſalmi xxvij. titulus. Dauidi.
¶ Pſalmus xxvij. Secundum Heb. xxviij.

AD te domine clamabo petra mea, ne taceas a me, ne forte ſileas a me, & aſsimiler deſcendentibus in ſepulchrum. Audi vocem deprecationum mearum, cum clamauero ad te, cum eleuauero manus meas ad adytum ſanctitatis tuæ. Ne trahas me cum impiis, & cum operantibus iniquitatem, loquentibus pacem cum proximis ſuis, & eſt malũ in corde eorum. Da eis ſecundum opus eorum, & ſecũdum malum operum eorum, & ſecundum opus manuum eorum da eis, redde retributionem eorum eis. Quoniam non intellexerunt opera domini, & opus manuum eius, ideo deſtruet eos, & non ædificabit eos. Benedictus dominus, quoniam audiuit vocem deprecationum mearũ. Dominus fortitudo mea, ſcutũ meum, in ipſo ſperauit cor meũ, & adiutus ſum, & exultauit cor meum, & cantico meo confitebor ei. Dominus fortitudo eorum, & fortitudo ſalutum Chriſti ſui eſt. Serua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ, & paſce eos, & extolle eos vſque in ſeculum.

¶ Pſalmi xxviij. titulus. ¶ Canticũ Dauidi.
¶ Pſalmus xxviij. Secundum Heb. xxix.

f Afferte domino filij fortium.

D [f] Ate domino filios arietum, afferte domino gloriam, & fortitudinem. Date domino gloriam nominis eius, incuruate vos domino in gloria ſanctitatis. Vox domini ſuper aquas, deus gloriæ tonare fecit, domin⁹ ſuper aquas multas. Vox domini in potentia vox domini in gloria. Vox domini confringens cedros, & confregit dominus cedros libani. Et exilire faciet eas ſicut vitulum, libanum & Sirion, ſicut filium vnicornium. Vox dñi [g] ſuccidẽs flãmas ignis. Vox domini [h] parturire faciet feras deſerti, parturire faciet dominus deſertum Cades. Vox domini parturire faciet ceruas, & detexit ſyluas: & in templo eius totus ipſe dicit gloriam. Dominus in diluuio ſedit, & ſedit dominus rex in ſeculum.

g ſcindens nubem in flãmas ignis.
h tremere facit deſertũ.

¶ Pſalmi xxix. titulus. ¶ Pſalmus cantici dedicationis domus Dauid ¶ Pſalmus xxix. Secundum Heb. xxx.

EXaltabo te dñe, quoniã exaltaſti me, & nõ lætificaſti inimicos meos de me. Domine deus meus clamaui ad te, et ſanaſti me. Domine aſcendere feciſti ab inferno animã meã, viuificaſti me à deſcendentibus in ſepulchrum. Canite domino miſericordes eius, & confitemini memoriæ ſanctitatis eius. Quoniam ad momentum eſt furor eius, vita in voluntate eius: veſperi pernoctabit fletus, & mane lætitia. Et ego dixi in [a] felicitate mea: non declinabo in ſeculũ. Domine in voluntate tua ſtare feciſti in montemeo fortitudinem: abſcondiſti faciem tuam, fui territus. Ad te dñe clamabo, & ad dominum orabo. Quæ vtilitas in ſanguine meo, cum deſcendero in foueam? Nunquid confitebitur tibi puluis, nunquid annunciabit veritatẽ tuam? Audi dñe, & miſerere mei: dñe eſto auditor mihi. Vertiſti planctum meũ in chorũ mihi, ſoluiſti ſaccũ meum, & accinxiſti me lætitia. Vt canat tibi gloria, & non taceat: domine deus mi in ſeculum cõfitebor tibi.

a quiete mea

¶ Pſalmi xxx. titulus. ¶ Vincenti canticum Dauidi.
¶ Pſalmus xxx. ſecundum Hebræum. xxxj.

IN te domine ſperaui, non pudore afficiar in ſeculum, in iuſtitia tua eripe me. Inclina ad me aurẽ tuam, celeriter erue me: eſto mihi vt petra fortis, vt domus munita, vt ſerues me. Quoniam petra mea, & munitio mea es, & propter nomen tuum duces me, & deduces me. Educes me è reti, quod abſcõderunt mihi, quoniam tu es fortitudo mea. In manu tua commendabo ſpiritum meum, redemiſti me domine deus veritatis. Odiſti obſeruantes vanitates fruſtra, & ego in domino ſperaui. Exultabo, & lætabor in miſericordia tua, quia vidiſti afflictionem meam, cognouiſti in anguſtiis animam meam. Et [b] non tradere feciſti me in manum inimici: ſtare feciſti in latitudine pedes meos. Miſerere mei domine: quoniam anguſtia eſt mihi: [c] computruit in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitu: labefactata eſt ꝑpter iniquitatẽ meam fortitudo mea, & oſſa mea cõputruerunt. [d] Propter omnes hoſtes meos fui opprobrium, & vicinis meis valde, & pauor notis meis: vidẽtes me foris, migrauerunt à me. Obliuioni fui ſicut mortuus à corde, fui ſicut vas perditum. Quoniam audiui vituperationem multorum, & pauorem vndique, dum conſultant pariter aduerſum me: vt caperent animam meam cogitauerunt. Et ego in te ſperaui domine: dixi, deus meus tu. In manu tua ſunt tempora mea, erue me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me. Lucere fac faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſerua me propter miſericordiam tuam. Domine non pudore afficiar, quoniã inuocaui te, [e] pudore afficientur impij, excidentur in ſepulcho. Obtumeſcent labia mendacia, quę loquuntur aduerſus iuſtũ dura cũ ſuperbia, & cõtẽptu. Quoniam multũ eſt bonum tuũ, quod abſcondiſti timentib⁹ te, & quod operatus es ſperãtibus in te, idq; corã filiis hominũ. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ [f] ab elationibus viri, abſcondes eos in abſcondito tabernaculi à contentione linguarum. Benedictus dñs, qm̃ mirificare fecit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita. Et ego dixi, dum feſtinarẽ, exciſus ſum ab oculis tuis: verè audiſti vocem deprecationum mearum, quãdo clamaui ad te. Diligite dominum omnes miſericordes eius, fideles cuſtodit dominus, & reddit [g] retributionẽ reſiduo facienti ſuperbè. Roborate vos, et roborabit deus cor veſtrũ, omnes ſperantes in domino.

Lucæ. 23. f.

b nõ cõcluſiſti me, ſcilicet cũ obſideret a Saule, ut 1. Samu. 23.
c contabeſcit in moleſtia.
d A cunctis tribulatorib⁹ meis fui probris affectus, & opprobrium fui uicinis meis ualde.
e confundãtur impij, & adigantur in ſepulchrum.
f a cuiuſq; arrogantijs.
g ad ſuperabundantiã facienti ſuperbiam.

¶ Pſalmi xxxj. titulus. ¶ Dauidi intelligentia.
¶ Pſalmus xxxj. ſecundum Hebræum xxxij.

BEatus cui dimittitur præuaricatio, cui tegitur peccatũ. Beatus homo cui nõ imputabit dñs iniquitatẽ, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniã tacui, inueterauerunt oſſa mea, in rugitu meo omni die. Quoniã die ac nocte aggrauabitur ſuper me percuſsio tua, verſus eſt viror meus in ſiccitates ęſtatis, Selah. Peccatum meum cognoſcere feci te, & iniquitatem meã nõ operui. Dixi, cõfitebor aduerſum me præuaricatiões meas dño; & tu dimiſiſti iniqtatẽ peccati mei, Selah. Propter hoc orabit oĩs miſericors ad te, [h] tpe inuentiõis: verũtamen in inundatiõe aquarũ multarũ, ad eũ nõ pertingent. Tu abſconſio es mihi [i], ab anguſtia cuſtodies me, clamoribus liberationis circundabis me, Selah: Intelligere faciã te, & docebo te viã per quam ambules, et conſulã tibi oculo meo. Ne ſitis igitur ſicut equ⁹ et ſicut mul⁹, [a] quib⁹ nõ eſt intelligere. Camo, & freno os eius obtura, ne appropinquet tibi. Multi dolores erunt impio, ſed ſperantes in domino, miſericordia circundabit. Lętamini in dño, et exultate iuſti, & iubilate oẽs recti corde.

h ſtatuto tẽpore te inueniendo. Iſaiæ. 65. d.
i a tribulatione cuſtodies me cãticis his liberationis, quibus circũdabis me ſemper. ſcilicet: Ego prudentẽ te reddam, & docebo te uiam.

a qui nihil intelligũt: qui in camo ſunt & freno, & quorum ornamentum eſt ad refrenandum, ne appropinquent ſuper te.

¶ Pſalmus xxxij. ſecundum Heb. xxxiij.

EXultate iuſti in domino, rectis pulchra eſt laus. Cõfitemini dño in cithara, in nebel & decacordo canite ei. Cantate ei canticum nouum, bene canite cum clamore. [b] Quia rectũ eſt verbũ dñi, & omne opus eius in fide. Diligens iuſtitiã, & iudiciũ: miſericordia dñi plena eſt terra. Verbo dñi cœli facti ſunt, & ſpiritu oris eius omnis exercit⁹ eorũ. Congregãs ſicut aceruũ aquas maris, ponens [c] in theſauris voragines. Timeãt à dño omnis terra, ab eo paueant oẽs habitatores orbis. Quoniam ipſe dixit, & fuit: ipſe præcepit, & ſtetit. Dominus irritũ fecit conſiliũ gentiũ, irritas fecit cogitationes populorũ. Conſilium dñi in ſeculum ſtabit, cogitationes cordis eius in generationẽ & generationẽ. Beata gens cuius dominus eſt de⁹ ei⁹, populus, quẽ elegit in hæreditatem ſibi. E cœlis reſpexit dominus, vidit omnes filios hominum. De habitaculo ſeſſionis ſuæ proſpexit ſuper oẽs habitatores terræ. Formans pariter cor eorum, conſyderans omnia opera eorũ. Non rex ſaluatur in multitudine exercitus, potens non euadet in multitudine potentiæ. Mendacium eſt equus ad ſalutem, in multitudine roboris ſui non eruet. Ecce oculus domini ſuper timentes eum, ſperantes in miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum, & viuificet eos in fame. Anima noſtra expectauit dominum, auxilium noſtrum, & clypeus noſter eſt. Quia in eo lætabitur cor noſtrũ, quia in nomine ſanctitatis eius ſperauimus. Sit miſericordia tua dñe ſuper nos, quemadmodũ ſperauimus in te.

b hoc ſcilicet quod ſequitur cantate: Rectũ uere eſt uerbum domini, &c.
c in abditis locis abyſſos.

¶ Pſalmi xxxiij. titulus. ¶ Dauidi, quũ mutauit ipſe verbum ſuum coram Abimelech, & expulit eum, & abiit.
¶ Pſalmus xxxiij. ſecundum Heb. xxxiiij.

BEnedicam domino in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. In domino laudabit ſe anima mea, audient humiles, & lætabuntur. Magnificate dominũ mecum, & exaltemus nomen eius pariter. Quæſiui dominũ, et exaudiuit me, & ex omnibus timoribus meis eripuit me. Aſpexerunt ad eũ, & [d] illuminati ſunt, & facies eorum non ſunt pudore affectæ. Iſte pauper clamauit, & dominus audiuit, & ex omnibus anguſtiis eius ſeruauit eum. Caſtrametatur angelus domini circum timentes eum, & eripit eos. Guſtate, & videte, quoniam bonus dominus: beatus vir qui ſperabit in eo. Timete dominum ſancti eius, quoniam nõ eſt defectus timentibus eũ. Leunculi depauperati ſunt, & fameſcent: ſed quærentes dominum, non deficient omni bono. Venite filij, obedite mihi, timorem domini docebo vos. Quis vir qui vult vitam, diligit dies, vt videat bonum? Cuſtodi linguam tuam à malo, & labia tua à loquendo dolum. Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & ſequere eam. Oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius ad clamorem eorum. Iræ domini ſunt contra facientes malũ, vt ſuccidat è terra memoriam eorum. Clamauerunt, & dominus audiuit, & ex omnibus anguſtiis eorum, eruit eos. Propinquus eſt dominus contritis corde, & attritos ſpiritu ſeruabit. Multa ſunt mala iuſti, & à cunctis ipſis eruet eum domin⁹. Cuſtodiens omnia oſſa eius, vnum ex eis non eſt contritum. Interimet impium malitia, & odio habentes iuſtum deſolabũtur. Redimit dominus animam ſeruorum ſuorum, & non deſolabuntur omnes ſperantes in eo.

d ad eum concurrunt.

1. Petr. 3. b.

Eccl. 15. d. Hebr. 4. c

¶ Pſalmi xxxiiij. titulus. Dauidi.
¶ Pſalmus xxxiiij. ſecundum Heb. xxxv.

IVdica domine iudicantes me, & impugna impugnantes me. Apprehende clypeum, & ſcutum, & ſurge in adiutorium meum. Et expedi lanceam, & claude in occurſum ꝑſequentiũ me, dic aĩæ meæ, ſalus tua ſum. Pudore afficiẽtur,

a Corans pro ipſis.
b abiecti homines
Iohan.15.d.
c id eſt, uidimus Dauid ē in deſertis ſe abſcondentē.
d deuorauimus eū.

& erubeſcent quærentes animam meam, vertētur retrorſum, & pudore afficientur cogitantes malum meum. Erunt ſicut gluma ante ventum, & angelus domini impellet eos. Erit via eorum tenebræ, & lubricitates, & angelus domini perſequens eos. Quoniam gratis abſconderunt mihi foueam, & rete ſuum gratis foderunt animæ meæ. Veniet ei contritio, quam non cognoſcet: & rete ipſius quod abſcondit, capiet eum: in contritionem cadet. Et anima mea exultabit in domino, gaudebit in ſalute eius. Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſicut tu, eripiens pauperem à fortiori eo, & pauperem, & egenum à rapiente eum? Surgent teſtes mendaces, quæ non cognoui interrogabunt me. Reddent mihi malum pro bono, ſterilitatem animæ meę. Et ego ægrotantibus ipſis, veſtimentum habebam è ſacco, affligebam in ieiunio [a] animā meam, & oratio mea ad ſinum meum reuertebatur. Sicut ꝓ amico, ſicut pro fratre meo ambulabam tanquam lugens matrem, pullat⁹ humiliabam me. Sed ipſi in claudicatione mea lætati ſunt, & congregauerunt ſe, congregauerunt ſe aduerſum me [b] percuſſi, & non cognoui: cachinnati ſunt, & non ſiluerunt. Cum impiis erant ſubſannatoribus qui indulgent ventri, fremendo contra me dentibus ſuis. Domine quandiu videbis? eripe animā meā à deſolationibus eorum, à leonibus vnicam meam. Confitebor tibi in cœtu magno, in populo forti laudabo te. Ne lætētur inimici mei gratis, neq; odio habētes me gratis annuant oculo. Quia non pacē loquentur, & contra humiles terræ verba fraudulenta cogitabunt. Et dilatare fecerūt aduerſum me os ſuum, dicentes: euge, euge: vidit oculus noſter. [c] Vidiſti domine, ne taceas, domine ne elonges te à me. Suſcita te, & euigila ad iudicium meum: de⁹ mi, & domine mi, ad cauſam meā. Iudica me ſecundum iuſtitiam tuam domine deus mi, & ne lætentur de me. Ne dicant in corde ſuo, euge animæ noſtræ, ne dicant, [d] diſperdamus eum. Pudore afficiantur, & erubeſcent pariter læti malo meo, induantur pudore, & erubeſcentia, magnificantes ſe aduerſus me. Laudabunt, & exultabunt, qui volunt iuſtitiam meam, & dicent ſemper, magnificetur domin⁹, qui voluit pacem ſerui ſui. Et lingua mea loquetur iuſtitiam tuam, omni die laudem tuam.

¶ Pſalmi xxxv. titulus. ¶ Victori ſeruo dñi Dauidi.
¶ Pſalmus xxxv. Et ſecundũ Heb. xxxvj.

e id eſt, impietas ipſa q̃ apud impiũ eſt, in corde meo loquit̃ uerbũ hoc ſcilicet: Nõ eſt timor dei in cõſpectu oculorũ eius, id eſt, hoc me cogitare facit impietas ei⁹.
f Nã blādit ei iniquitas in oculis eius ut merito inueniat odio digna.

D[e]Ictum præuaricatiõis impio eſt, in medio cordis mei: non eſt pauor dei ante oculos eius. [f] Quoniam leniuit ei peccatum in oculis eius, vt inueniat iniquitatem ſuam vt odio habeant bonum. Verba oris eius ſunt iniquitas, & dolus deſiit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem cogitat in cubili ſuo, ſtat ſecus viam non bonam, & malum non abiicit. Domine in cœlis miſericordia tua, veritas tua vſque ad cœlos. Iuſtitia tua ſicut montes fortiſſimi, iudicia tua abyſſus multa: hominē & animal ſeruabis. Quam precioſa eſt miſericordia tua deus, & filij hominum, in vmbra alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur pinguedine domus tuæ, & è torrente deliciarum tuarum potum dabis eis. Quoniam tecum eſt vena vitę, & in lumine tuo videbimus lumen. Trahe miſericordiam tuam ad ſcientes te, & iuſtitiam tuam ad rectos corde. Ne veniat mihi pes ſuperbiæ, & man⁹ impiorum ne migrare faciat me. Ibi ceciderunt operarij iniquitatis, expulſi ſunt, & non potuerunt ſurgere.

¶ Pſalmi xxxvj. titulus. Dauidi. Heb. xxxvij.

g Ne tecum ſuccẽſeas ꝓpter malignorũ ſucceſſum nec incãdeſcas propter operãtes iniquitatem.
h foue
i ne irriteris ob uiã proſperantẽ uiã ſuã & facientẽ uerſutias.

N[g]E miſceas te cum malignis, ne zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam herba velociter ſuccidentur, & ſicut olus germinis decident. Spera in domino, & fac bonum, habita terram, & [h] paſce veritatem. Et delecta te in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Deuolue ad dominum viam tuā, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Et educet ſicut lumen iuſtitiam tuam, & iudicia tua ſicut meridiem. Tace domino, & ſpera in eo: ne [i] miſceas te cũ eo qui ꝓſperatur in via ſua, cum viro faciente abominationes. Deſine à furore, & relinque iram, [a] ne miſceas te, veruntamen ad malefaciendum.

a ne irriteris: certe erit hoc ad malefaciẽdum.
b precioſitas agnorũ, id eſt adeps, qui facile abſumit.
Eccl.2.e.
c pios
Iſaię.51.e.
d quia tandẽ erit tali uiro pax.
e et poſteritas impiorũ ſuccidetur.

Quoniam maligni excidentur, expectantes verò dñm ipſi hæreditate accipient terram. Et adhuc paululũ, & nõ erit impi⁹, & contemplaberis locum eius, & non erit. Et humiles hæreditate capient terrā, & delectabuntur in multitudine pacis. Cogitat impius contra iuſtum, & frendit aduerſus eum dētibus ſuis. Dominus ridebit ei, quia vidit, ꝙ veniet dies eius. Gladiũ acuerunt impij, & tetenderunt arcum ſuum, vt ruere faciant pauperem, & inopem, vt iugulent rectos via. Gladius eorum ingredietur cor eorum, & arcus eorum confringentur. Meli⁹ eſt paululũ iuſto, quam diuitiæ impiorum multæ. Quia brachia impiorum confringentur, & ſuſtentans iuſtos dominus. Scit dominus dies perfectorum, & hæreditas eorum in ſeculũ erit. Nõ pudore afficientur in tpe malo & in diebus famis ſaturabuntur. Quia impij peribunt, & inimici dñi erunt ſicut [b] precioſi agni, defecerũt, ſicut fum⁹ defecerũt. Mutuũ accipit impius, & non reddit, ſed iuſtus donat, & dat. Quia benedicti ab eo hæreditate accipient terram, & maledicti ab eo excidentur. A domino greſſus hominis diſponuntur, & viā eius volet. Cum ceciderit, non proiicietur, quia dominus ſuſtētat manum eius. Puer fui, etiam ſenui, & non vidi iuſtũ derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Omni die donat, & mutuat, & ſemen eius erit in benedictionem. Recede à malo, & fac bonum, & habitabis in ſeculum. Quia dominus amat iudicium, & non derelinquet [c] miſericordes ſuos: in ſeculum cuſtodietur & ſemen impiorum ſuccidetur. Iuſti hæreditate accipient terram, & habitabunt in ſeculum ſuper eam. Os iuſti loquetur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudiciũ. Lex dei ei⁹ in corde eius, non nutabunt pedes eius. Speculatur impius iuſtum, & quærit interimere eum. Dominus non derelinquet eum in manu eius, nec condemnabit eum cum iudicatus fuerit ipſe. Expecta dominũ, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum ſucciſi fuerint impij, videbis. Vidi impium fortem, & vireſcentem ſicut laurus viridis. Et tranſiuit, & ecce non fuit: & quæſiui eũ, & non eſt inuẽtus. Cuſtodi perfectum, & vide rectum, [d] quia merces vnicuique pax. Et præuaricantes delebuntur pariter, [e] merces impiorũ ſucciſſa eſt. Et ſalus iuſtorum à domino, fortitudo eorum in tempore anguſtiæ. Adiuuabit eos dominus, & eruet eos, eruet eos ab impiis, & ſeruabit eos, quia ſperauerunt in eo.

¶ Pſalmi xxxvij. titulus.
¶ Pſalmus Dauid ad commemorandum. Heb. xxxviij.

f mœſtus
g reſpõdebis ſ. aduerſarijs.
h ſum certe diſpoſitus. laborabat pedibus Dauid, feſſus per deſerta fugiendo.

DOmine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me. Quoniam ſagittæ tuæ deſcenderunt in me, & deſcendit ſuper manus tua. Non eſt ſanitas in carne mea propter iram tuam, non eſt pax oſſibus meis propter peccatum meum. Quoniam iniquitates meæ pertranſierũt caput meũ, ſicut onus graue grauiores fuerunt me. Putruerunt, tabuerũt liuores mei, propter ſtultitiam meam. Incuruatus ſum, & humiliatus vehementiſſime, omni die [f] pullatus ambulaui. Quoniam ilia mea plena fuerunt ardore, & non eſt perfectio in carne mea. Debilitatus ſum, & attritus ſum vehementiſſime: rugij propter rugitum cordis mei. Domine coram te eſt omne deſyderiũ meũ, & ſuſpirium meũ à te non eſt abſconditũ. Cor meum circumiuit, dereliquit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum, & ipſi non ſunt mecum. Qui dilexerant me, & amici mei è regione plagæ meæ ſteterũt, & propinqui mei à longinquo ſteterunt. Et laqueos tetenderunt quærentes animam meam, & quærentes malum meum locuti ſunt prauitates, & dolos omni die meditabantur. Et ego tāquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus qui non aperit os ſuum. Et fui ſicut vir, qui non audit, & non ſunt in ore eius redargutiões. Quia te dñe expectaui, tu [g] exaudies domine deus mi. Quia dixi, ne forte lætentur de me, nutante ſiquidem pede meo contra me magnificè egerunt. Quoniam ego ad claudicationem [h] paratus ſum, & dolor meus coram me eſt ſemper.





Quoniam iniquitatem meam annunciabam, timebā propter peccatum meũ. Et inimici mei viuentes roborati ſunt, & multiplicati ſunt odio habentes me gratis. Et reddentes malũ pro bono aduerſabantur mihi, eò ꝙ ſequebar bonũ. Ne derelinquas me domine deus mi, ne elonges te à me. Feſtina ad auxilium meum, domine ad ſalutem meam.

¶ Pſalmi xxxviij. titulus. ¶ Victori ipſi Ieduthun canticum Dauid. ¶ Pſalmus xxxviij. Heb. xxxix.

a in lingua mea: id eſt, non ē cũ ıe loquut⁹ ſũ: Scire fac.
b et ſciā quā ſigui ſum.

DIxi, cuſtodiam vias meas, ne peccem lingua mea: cuſtodiam ori meo clauſuram, quādiu eſt impius iuxta me. Obmutui ſilentio, tacui à bono, & dolor meus irritatus eſt. Caluit cor meum in medio mei, in meditatione mea exarſit ignis: locutus ſum [a] lingua mea: Scire fac me domine finē meũ, & menſuram dierum meorũ quæ ſit, [b] ſcio ꝙ temporalis ſum. Ecce vt palmi menſuram poſuiſti dies meos, & tempus meũ tanquam nihil coram te: vtique vniuerſa vanitas omnis homo ſtans, Selah. Vtique in imagine ambulabit vir, vtique in vanum tumultuabuntur: congregabit, & neſciet cui congregat ea. Et nunc quid expectaui domine? Spes mea in te eſt. Ex omnibus præuaricatiõibus meis erue me, opprobrium ſtulti ne ponas me. Obmutui, non aperiam os meum, quia tu feciſti. Remoue à me plagam tuam, à bello manus tuę ego defeci. Increpationibus propter iniquitatem corripuiſti virum, et liqueſcere feciſti vt tineam deſyderium eius: vtique vanitas omnis homo, Selah. Audi orationem meam domine, clamorē meum auribus percipe, & ad lachrymam meam, ne vt ſurdũ te exhibeas, quia peregrinus ſum apud te, incola vt oēs patres mei. Deſine à me, & roborabor, anteq; vadam, & non ſim.

¶ Pſalmi xxxix. titulus. ¶ Victori ipſi Dauid, canticum.
¶ Pſalmus xxxix. Heb. xl.

c de carcere horroris, id eſt, de ſpelũca illa. 2. Sa 24.
d [redacted]
Heb. 10. d.
e id eſt, nolui intertic ere Saulem etiā ſi multi id ſuaderent.
f ut ea præ multitudine nõ uiderē, id eſt, præcauere nequirem.

EXpectando expectaui dñm, & inclinauit ſe mihi, & audiuit clamorē meũ. Et aſcēdere fecit me [c] è ciſterna ſonitus, è luto cœni, & ſtatuit ſuper petrā pedes meos, dirigēs greſſus meos. Et poſuit in ore meo canticũ hoc nouũ, laudē deo noſtro. Videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in domino. Beatus vir qui poſuit dominum ſpem ſuam, & non reſpexit ad ſuperbos, & declinantes ad mēdacium. Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuas erga nos non eſt qui ordinet apud te: annũciabo, et loquar: plura ſunt, q̃ vt narrentur. Sacrificium & oblationē noluiſti, aurem [d] fodiſti mihi: holocauſtum & ſacrificium pro peccato nõ poſtulaſti. Tunc dixi, ecce veni in volumine libri ſcriptum eſt ſuper me. Vt facerem voluntatem tuam deus mi volui, & lex [e] tua in medio viſcerum meorũ eſt. Annunciaui iuſtitiam in cœtu multo, ecce labia mea non prohibui, domine tu ſciuiſti. Iuſtitiam tuam non operui in medio cordis mei, veritatem tuam, & ſalutem tuam dixi. Non [e] abſcondi miſericordiam tuam in cœtu mlto. Tu domine ne ꝓhibeas miſericordias tuas à me, miſericordia tua & veritas tua ſemper cuſtodiat me. Quoniā circundederunt me mala innumera, cõprehendunt me iniquitates meæ, [f] & non potui videre, multiplicatæ ſunt præ capillis capitis mei, & cor meum dereliquit me. Complace domine, vt eruas me, dñe ad auxilium mei feſtina. Pudore afficientur, & erubeſcent pariter quærentes animam meam, vt perdant eā: reuertentur retrorſum, & pudore afficientur volētes malum meum. Deſolabuntur in mercedem pudoris ſui, qui dicunt de me: euge, euge. Gaudebũt, & lætabuntur in te oēs quærentes te, & dicent ſemper, magnificetur dñs, qui diligũt ſalutem tuam. Et ego pauper, & egenus, dñs cogitabit de me: auxilium meum, & liberator me⁹ es tu, deus mi ne tardaueris.

¶ Pſalmi xl. titulus. ¶ Victori cantus Dauid.
¶ Pſalmus xl. Et ſecundum Hebræum xlj.

a totũ decubitũ eius uertas in infirmitate eius. i. in ſanitatē totũ eius morbum conuertas.
b ſi quis uenerit ad inuiſendũ me ægrum.
Matth. 26. b.
Marc. 14. b.
Lucæ. 22. b.
Iohan. 13. b.
Actuũ. 1. c.
c hoc. ſ. de me cogitabāt dicētes: impietas opprimet eũ nec a morbo ſanabit.

BEatus qui intelligit ſuper pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus cuſtodiat eum, & viuificet eum, beatificetur in terra: & ne tradas eum voluntati inimicorum eius. Dominus fulciat eum ſuper lectũ doloris eius, [a] omne cubile ei⁹ verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi, dñe miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dicēt malum de me: qñ morietur, & peribit nomen eius? Et [b] ſi venerit ad videndum, mendacium loquetur cor eius, cõgregabit iniquitatem ſibi: egredietur foras, loquetur. Simul aduerſum me murmurabunt omnes odio habentes me, aduerſum me cogitabunt malũ mihi. [c] Verbum impium adhærebit ei, & qui accubuit non addet vt ſurgat. Etiam vir pacis meæ, cui fidebam, qui manducabat panem meum, magnificauit aduerſum me calcaneum. Et tu domine miſerere mei, & reſuſcitare fac me, & reddam eis. In hoc cognoui, quoniam, cõplacuiſti in me, quia non iubilabit inimicus meus ſuper me. Et ego in perfectione mea ambulaui, ſuſtentaſti me, & ſtatuiſti me coram te ſemper: Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo, & vſque in ſeculum, Amen, & Amen.

¶ Pſalmi xlj. titulus. ¶ Victori, intellectus filiis Corach.
¶ Pſalmus xlj. Et ſecũdum Heb. xlij.

d tranſibam cum multitudine.
e Abyſſ⁹ abyſſũ, id eſt, in tāta afflictionũ inundatiõe afflictio afflictioni ſuperuenit: quaſi ſtrepit⁹ canaliũ in me pluuias aqũs effundentiũ.
f præcipiebat olim.
g Quare te deijcis ô anima mea & quare ꝑſtrepis in me?
h mœſtus. denigratus.

QVemadmodum ceruа deſyderat ad torrētes aquarũ, ita anima mea deſyderat ad te de⁹. Sitiuit anima mea ad deum, ad deum viuum, quando veniam & videbor corā deo? Fuit mihi lachryma mea panis die ac nocte, dum dicunt mihi omni die: vbi eſt deus tuus? Horum recordans effundo ſuper me animam meam: quoniam [d] tranſibo in numerum, incedens cum eis vſque ad domum dei in voce laudis, & confeſſionis, multitudo tripudians. Cur humiliaſti te anima mea, & perſonuiſti in me? expecta deum, quia adhuc confitebor ei, nam ſalutes ſunt in vultu eius. Deus mi in me anima mea humiliata eſt: idcirco recordabor tui de terra Iarden, & de Chermonim monte paruo. [e] Vorago voraginem vocat ad ſonitum fiſtularum tuarum: omnes inundationes tuæ, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. In die [f] præcipiet domin⁹ miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius mecum, oratio deo vitæ meæ. Dicam deo, vt quid oblitus es mei, vt quid pullatus ambulabo propter oppreſſionem inimici? Vt occiſio eſt in oſſibus meis, quum probris afficiunt me inimici mei, dicētibus ipſis ad me omni die: vbi eſt deus tuus? [g] Cur humiliaſti te anima mea, & cur perſonuiſti in me? Expecta deum, quia adhuc confitebor ei, qui eſt ſalutes vultus mei, & deus meus.

¶ Pſalmus xlij. Heb. xliij.

IIudica me deus, & iudica iudicium meum de gente nõ miſericorde: à viro doloſo & iniquo eripe me. Quia tu es de⁹ fortitudinis meæ, vt quid elongaſti me, vt quid [h] pullatus ambulabo propter oppreſſionem inimici? Mitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſę ducent me, & introducent me ad montem ſanctitatis tuæ & ad tabernacula tua. Et introibo ad altare dei, ad deum lætitiæ exultationis meæ: & confitebor tibi in cithara, deus deus mi. Cur humiliaſti te anima mea, cur perſonuiſti in me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor ei, qui eſt ſalutes vultus mei, & deus meus.

¶ Pſalmi xliij. titu. ¶ Victori filiis Corach intelligētia.
¶ Pſalmus xliij. Et ſecundũ Hebræum xliiij.

DEus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri narrauerunt nobis: opus operatus es in diebus eorũ, in diebus priſtinis. Tu manu tua gentes expellere feciſti, & plantaueras eos: malefeciſti populis, et emiſiſti eos. Quia nõ gladio ſuo poſſederũt terrā, & brachiũ eorũ nõ ſeruauit eos: ſed dextera tua, & brachiũ tuũ, & lux vultus tui, quia cõplacuiſti in eis. Tu ipſe rex meus deus, præcipe ſalutes Iahacob. In te hoſtes noſtros cornupetemus, in nomine tuo conculcabimus inimicos noſtros. Quia non in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſeruabit me. Quoniam ſeruare feciſti nos ab hoſtibus noſtris, & odio habentes nos pudore affeciſti. In deo laudam⁹ omni

die,& nomini tuo in ſeculum confitebitur,Selah.Etiam elongaſti,& erubeſcere feciſti nos,& non egrederis cum exercitibus noſtris.[a]Redire feciſti nos, diripuerunt ſibiipſis noſtras opes.Poſuiſti nos vt pecudes cibi,& in gentes diſperſiſti nos.Vendiſti populum tuum ſine diuitiis,& non multiplicaſti ꝑpter precia eorum.Ponere feciſti nos opprobriũ vicinis noſtris,ſubſannationem,&[b]deriſionem his qui erant in circuitibus noſtris.Ponere feciſti nos prouerbium in gentibus,commotionem capitis in populis.Omni die verecundia mea coram me eſt,& pudor faciei meæ operuit me.Propter vocem probris afficientis,& contumeliis afficientis propter inimicũ & vltorem.Totum hoc venit nobis,nec obliti ſumus tui,nec mentiti ſumus in pacto tuo.Non vertit ſe retrorſum cor noſtrum,neque declinauit pes noſter de ſemita tua.Quoniã contriuiſti nos in loco draconis,& operuiſti nos vmbra mortis.Si obliti ſumus nominis dei noſtri,& expandimus palmas noſtras ad deũ alienũ;nonne deus inueſtigabit hoc?quia ipſe ſcit abſcondita cordis.Quoniam propter te occidimur quotidie æſtimati fuimus,vt pecudes ad iugulandum paratæ.Suſcitate,vt quid dormies domine?Expergiſcere,ne elonges te in ſeculum.Vt quid faciem tuam abſcondis,obliuiſceris afflictionis noſtræ,& oppreſsionis noſtræ?Quia humiliata eſt vſq; ad puluerem anima noſtra,adhæſit terræ venter noſter.Surge ad auxilium nobis,& redime nos propter miſericordiã tuam.

a Redire facis nos retrorſũ a facie anguſtiãtis.Loquẽs Dauid de ſe & ſuis Saulem fugientibus futura etiam pręfigurat Rõ.8.
b deriſus eſt Dauid Chriſti typ⁹.1.Sa.21.pſalm.33.&.55.

¶Pſalmi xliiij.titulus.

¶Victori[c] ſuper ſoſannim filiis Corah intellectus,canticum amorum. Et ſecundum Hebræum xlv.

c ſuper lilia dilecti Salomonis.

ERuctauit cor meum verbum bonum,dico opera mea regi:lingua mea vt ſtilus ſcribæ velocis.Pulchruiſtis præ filiis hominum diffuſa eſt gratia in labiis tuis,eò ꝙ benedixit tibi deus in ſeculum.Accinge te gladio tuo ſuper femur,ô potens,gloria tua & decore tuo.Et in decore tuo proſperare,equita ſuper verbum veritatis,& manſuetudinis,& iuſtitiæ,& docebit te terribilia dextera tua.Sagittæ tuæ acutę,populi ſub te cadent,in cor inimicorum regis cadẽt.[d] Sedes tua deus in ſeculum & vltrà,virga æquitatis eſt virga regni tui.Dilexiſti iuſtitiã,& odiſti impietatem,propterea vnxit te dominus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.Vt myrrha,aloe,& caſsia,omnia veſtimenta tua,ex ædibus eburneis,ex quibus lætificauerunt te.Filiæ regum cum honorabilibus tuis:aſtitit coniunx ad dexteram tuam in diademate aureo.Audi filia,& vide,& inclina aurem tuam,& obliuiſcere populi tui,& domus patris tui.[e]Et cõcupiſcet rex decorem tuum,quoniam ipſe eſt dominus tuus,& incurua te ei.Et filia Tyri cum munere,vultum tuum deprecabuntur diuites populi.Tota inclyta eſt filia regis intrinſecus.Polymitis aureis induta cum veſtibus phrygionicis adducetur regi,virgines poſt eam concomitantes eam,ducentur ad te.Ducentur cum lætitiis & exultatione,ingredientur palatium regis.Pro patribus tuis erunt filij tui,pones eos principes in vniuerſa terra.Memorare faciam nominis tui in omni generatione,& generatione;propterea populi cõfitebuntur in ſeculum,& vltrà.

d [illegible]

¶Pſalmi xlv.titulus.

¶Victori filiis Chorah ſuper Halamoh canticum. Et ſecundum Hebræum xlvi.

DEus nobis ſpes,& fortitudo,auxilium in anguſtiis[f] inuenimus validum.Propterea non timebimus cũ mutabit terram,& cum mouerit montes in cor maris.Sonabũt,turbabuntur aquæ eius,cõtremiſcent montes propter ſublimitatem eius,Selah.Fluminis[g]eius riui lætificabunt ciuitatẽ dei:ſanctum locum habitaculorum altiſsimi.Deus in medio eius,non commouebitur:adiuuabit eam deus,[h] reſpiciẽte mane.Sonuerũt gentes,mota ſunt regna:dedit vocem ſuam,defluxit terra.Dominus exercituũ nobiſcum,eleuatio nobis de⁹ Iahacob,Selah.Venite,videte opera domini,quæ poſuit ſolitudines in terra.Ceſſare facit bella vſque ad extremum terrę,arcum conteret,& concidet haſtam,plauſtra comburet igni.Vacate,& ſcitote,ꝙ ego ſum deus:exaltabor in gentibus,exaltabor in terra.Dominus exercituum nobiſcum,eleuatio nobis deus Iahacob,Selah.

f valde opportunum.
g ſcilicet Gihon,in quo unctus eſt rex pacific⁹ poſtquam horrẽda Dauidis bella.
h ad aſpectũ auroræ.

¶Pſalmi xlvi.titulus. ¶Victori filiis Chorah cantus. Et ſecundum Hebræum xlvij.

OMnes populi plaudite manu,iubilate deo in voce laudis.Quoniã dominus altiſsimus,terribilis,rex magn⁹ ſuper omnem terram.Ducet populos ſubter nos,& trib⁹ ſubter pedes noſtros.Eliget nobis hæreditatem noſtram,gloriã Iahacob,quem dilexit,Selah.Aſcendit deus in iubilo,domin⁹ in voce tubæ.Cantate deo,cantate regi noſtro,cantate.Quoniam rex omnis terræ de⁹,canite intelligibiliter.Regnauit de⁹ ſuper gentes,deus ſedit ſuper thronum ſanctitatis ſuæ.Optimates populorum aggregati ſunt populo dei Abrahã,quoniam ipſius dei ſunt protectiones terræ,vehementer enim eleuatus eſt.

¶Pſalmi xlvij.titulus. ¶Canticũ cantus Corach. ¶Pſalmi xlvij. Heb. xlviij.

MAgnus dominus,& laudabilis valde in ciuitate dei noſtri,monte ſanctitatis.Pulcher locus,& gaudium vniuerſæ terræ,mons Siion ad latera aquilonis,ciuitas regis magni.Deus in ædibus eius notus eſt,[a]ad eleuationem.Quoniã ecce reges congregati ſunt,tranſierunt pariter.Ipſi viderunt,ſic admirati ſunt,territi ſunt,feſtinauerũt.Tremor apprehẽdit eos ibi,dolor tanquam parturientis.Vento orientali conteres naues maris.Sicut audiuimus,ſic vidimus,in ciuitate dñi exercituum,in ciuitate dei noſtri:deus fundauit eam vſque in ſeculum,Selah.Cogitauimus deus miſericordiam tuã,in mẽdio templi tui.Secundum nomen tuum deus,ſic laus tua vſq; ad fines terræ,iuſtitia plena eſt dextera tua.Letetur mõs Siiõ,exultent filiæ Iehudah propter iudicia tua.Circundate Siion,& circuite eam,numerate turres eius.Ponite cor veſtrum ad antemurale eius,roborate palatia eius,vt enarretis in progenie nouiſsima.Quoniam iſte deus,deus noſter in ſeculũ,& vltrà,ipſe ducet nos vſque ad mortem.

a ad refugiũ

¶Pſalmi xlviij.titulus. ¶Victori filiis Corach cantus. ¶Pſalmus xlviij. Heb. xlix.

AVdite hoc omnes populi,auſcultate omnes habitatores orbis.[b]Etiam filij hominis,& filij viri:pariter diues & pauper.Os meum loquetur ſapientias,& meditatio cordis mei intelligentias.Inclinabo ad parabolam aurem meam,aperiam cum cithara ænigma meum.Vt quid timebo in diebus malis,quando iniquitas calcaneorum meorum circundabit me?Sunt qui fidunt opibus ſuis,& in multitudine diuitiarum ſuarum iactant ſe.Fratrem non redimẽdo redimet quiſpiam,nec dabit deo propitiationem ſuam.Precioſa enim erit redemptio animæ eorum,vt quieſcat quis in ſeculum.Et viuat adhuc in ſeculum,non viſurus ſepulchrum.At videbit ſapientes mori,& ꝙ ſtultus & inſipiens ſimul peribunt,& relinquent alienis diuitias ſuas.[c]Interiora eorum domus eorum in ſeculum,tabernacula eorum in generatione,& generationem,vocaueruntq; nominibus ſuis terras.Et homo in honore non permanebit,aſsimilatus iumentis quæ intereũt.Hæc via eorum ſtultitia ipſis,& poſteri eorum ſecũdũ ipſam ibunt.Sicut pecora in inferno ponentur,mors depaſcet eos,& dominabuntur eis recti[d]mane:&[e]figura eorum vt vetereſcat egredietur ad foueã,ab habitaculo quod erat ſibi.Veruntamen deus redimet animam meam de poteſtate inferi,cum ſuſceperit me,Selah.Ne timueris,cum ditatus fuerit vir,cum creuerit gloria domus eius.Quoniam non cum mortu⁹ fuerit accipiet omnia,neque deſcendet poſt eum gloria eius.Quoniam animę ſuę in vita ſua ille benedixit,& te laudabũt[f],ſi benefeceris tibi.Introibit vſque in progeniem patrum ſuorum,qui vſque in ſeculũ nõ videbũt lumen.Homo in honore,& non

b Tã filij hominis plebei,quã filij uiri inſignis.
Pſalm.77. Mat.13.e.
c Intimum uero eorum ſeu cogitatio eorum eſt ꝙ domus eorũ maneãt in ſeculũ et taber.
d id eſt,diluculo reſurrectionis.
e fortitudo eorũ i uetuſtatem ſepulchri trãſferetur de habitaculo quod ſibi fecerunt.
f quod belle tecum egeris curãdo cuticulam.



re,& non intelliget:aſſimilatus eſt iumentis quæ pereunt.

¶Pſalmi xlix.titulus. ¶Cantus ipſi Aſaph. ¶Pſalmus xlix. Secundum Heb. l.

DEus deorum locutus eſt,et aduocauit terrã,ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius.Ex Siion perfecti decoris de⁹ etullit.Veniet de⁹ noſter,& nõ ſilebit,ignis corã eo vorabit,& in circuitu eius tẽpeſtas excitata eſt vehemẽter.Aduocabit cœlos deſuper,& terram,vt iudicet populum ſuum.Cõgregate mihi ſanctos meos,qui pepigerunt pactum mecũ ſuper ſacrificium.Et nunciabunt cœli iuſtitiam eius:ꝙ deus iudex [a]eſt,Selah.Audi populus mi,& loquar,Iſrael,& teſtificari faciam contra te:deus,deus tuus ego ſum.Non ſuper ſacrificia tua arguam te,nec ſuper holocauſta tua,ꝙ non fuerint corã me ſemper.Non accipiam è domo tua iuuencũ,de ſeptis tuis hircos.Qm̃ mihi ſunt oĩs beſtia ſyluæ,& animalia in mõtibus mille.Cognoui omne volatile montium,&[b]fera agri mecum eſt.Si eſuriero non dicam tibi:quia meus eſt orbis,& plenitudo eius.Nunquid comedam carnem taurorum,& ſanginem hircorum bibam?Immola deo laudem,& hæc redde altiſsimo vota tua.Inuoca me in die anguſtiæ,eruam te,& honorificabis me.Impio autem dixit deus:quid tibi,vt enarres ſtata mea,& aſſumas pactum meum in ore tuo?Tu verò odiſti diſciplinam,proieciſti verba mea poſt te.Si videbas furem delectabaris cum eo,& cum adulteris portio tua erat.Os tuum mittebas in malum,& lingua tua concinnabat dolum.Sedebas contra fratrem tuum,loquebaris contra filiũ matris tuæ,dabas probrum.Hæc feciſti,& tacui:exiſtimaſti,ꝙ eſſendo eſſem ſicut tu:ſed arguam te,& ordinabo in oculis tuis iudiciũ.Intelligite quæſo hoc qui obliuiſcimini dei,ne forte rapiam,& non ſit qui eruat.Qui ſacrificauerit[c]confeſsionem,honorificabit me,& componenti viam oſtendam ſalutem dei.

a ſ.iuſte mutans illũ male obſeruatũ ritũ ſacrificij in hoſtiã laudis ut fecit Dauid in exilio.
b pulchritudo.
c laudem

¶Pſalmi l.titulus. ¶Victori,Cantus ipſi Dauid,quãdo venit ad eũ Nathan ꝓpheta,poſtq; intrauit ad Bathſebah. ¶Pſalmus l. Secundum Heb. li.

MIſerere mei deus ſecundum pietatem tuam,ſecundum multitudinem miſerationum tuarum,dele præuaricationes meas.Plurimum laua me ab iniquitate mea,& à peccato meo munda me.Quoniam præuaricationes meas ego agnoſco,& peccatum meum corã me eſt ſemper.Tibi,ſoli tibi peccaui,& malum in oculis tuis feci:[d]vt iuſtifices te,quum locutus fueris,purifices te cum iudicaueris.Ecce cum iniquitate genitus ſum,& cum peccato calefacta eſt de me mater mea.Ecce veritatem voluiſti[e] in renibus,& in occulto ſapientiam ſcire feciſti me.Purificabis me hyſſopo,& mũdabor,lauabis me,& præ niue dealbabor.Audire facies me gaudium,& lætitiã;exultabunt oſſa,quæ contriuiſti.Abſconde faciem tuã à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele.Cor[f]mundũ crea mihi deus,& ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.Ne proiicias me à facie tua,& ſpiritum ſanctitatis tuæ ne capias à me.Redde mihi gaudium ſalutis tuæ,& ſpiritu voluntario cõfirma me.Docebo præuaricatores vias tuas,& peccatores ad te conuertentur.Erue me de ſanguinibus deus,deus ſalutis meæ:laudabit lingua mea iuſtitiam tuam.Domine labia mea aperies,& os meum annunciabit laudem tuam.Quoniam nõ vis ſacrificium,alioqui darem:et holocauſtum non vis:ſacrificia dei,ſpiritus contritus,cor contritum,& confractum:hæc deus non deſpicies.Benefac in voluntate tua ipſi Siion,ædifica muros Ieruſalaim.Tũc voles ſacrificia iuſtitiæ,holocauſtũ & oblationem,tunc offerent ſuper altare tuum vitulos.

d Ea propter iuſtus tu eris in ſermone tuo,& purus cum teipſum nobiſcum iudicabis.
e in abditis,id eſt,nec in occulto uis quem errare,ſeu adulteriũ cõmittere.nã in te occulta ſapientiã me ſcire facis.
f prõptum,expeditum.

¶Pſalmi lj.titulus.

1.Regũ.22.b. ¶Victori ipſi Dauid intellect⁹,cum venit Doegh Edomęus,& nunciauit ipſi Saul,et dixit ei:Venit Dauid in domũ Achimelech. ¶Pſalmus lj. Secundum Heb. lij.

CVr iactas te de malitia ô potens,miſericordia eſt dei omni die.Cõtritiões cogitauit lingua tua,ſicut nouacula acuta faciens dolum.Dilexiſti malum magis q̃ bonum,mendacium magis q̃ loqui iuſtitiã,Selah.Dilexiſti omnino verba deuorationis,lingua doloſa.Etiam deus deſtruet te in ſeculũ,tollet te:euellet te,è tabernaculo,& eradicabit te è terra viuẽtiũ,Selah.Et videbũt iuſti,& timebũt,& ſuper eũ ridebũt.Ecce vir qui non poſuit deum fortitudinem ſuam,ſed fidit multitudini diuitiarum ſuarum,& roboratus eſt in prauitate ſua.Ego autem ſicut olea viridis in domo dei,ſperaui in miſericordia dei in ſeculum,& vltrà.Confitebor tibi in ſeculum,quoniam feciſti,& expectabo nomen tuum,quoniam bonum eſt coram miſericordibus tuis.

¶Pſalmi lij.titulus.¶Victori ſuper Machalath intellectus ipſi dauid. ¶Pſalmus lij. Secundum Heb. liij.

DIxit ſtultus in corde ſuo:non eſt deus.Corruperunt viam ſuam,& abominabilem fecerunt iniquitatem,& non eſt qui faciat bonum.Deus è cœlo proſpexit ſuper filios hominum,vt videat an ſit intelligens,requirens deum.Quotuſquiſque eſt,ipſe retroceſsit,pariter computruerunt:non eſt qui faciat bonum,non eſt etiam vnus.Nonne cognouerunt omnes operantes iniquitatem,deuorantes populum meum ac ſi comederent panem?deum non inuocauerunt.Ibi timuerunt timore,vbi non fuit timor,quoniam deus diſperſit oſſa caſtrametantis contra te:pudore affeciſti,quoniam deus ſpreuit eos.Quis dabit ex Siion ſalutes Iſrael,conuertente deo captiuitatẽ populi ſui,& exultabit Iahacob,& lætabitur Iſrael?

¶Pſal. liij.titulus.

¶Victori in pſalmis intellectus ipſi Dauid cum veniſſent Ziphim,& dixiſſent ad Saul:nonne Dauid abſcõditus eſt apud nos? ¶Pſal. liij. Heb. liiij. 1.Regũ.23.

DEus in nomine tuo ſaluũ me fac,& in fortitudine tua [a]iudica me.Deus audi orationem meam,auſculta ſermones oris mei.Quoniam alieni inſurrexerũt aduerſum me,& fortes quæſierunt animam meam,non ponentes deum coram ſe,Selah.Ecce de⁹ auxiliatur mihi,dominus eſt inter ſuſtẽtatores animæ meæ.Reddet malum inimicis meis,in veritate tua ſuccide illos.Voluntariẹ ſacrificabo tibi,cõfitebor nomini tuo domine,quoniam bonum eſt.Quoniam ex omni anguſtia eripuit me,[b]& in hoſtibus meis vidit oculus meus.

a age cauſã meam.

¶Pſalmi liiij.titulus. ¶Victori in pſalmis intellectus ipſi Dauidi. ¶Pſalmus liiij. Secũdum Heb.lv.

b id eſt,eos intuitus ſum & in eorum conſpectu liber euaſi,ut 1.Semu.26.

AVribus percipe deus orationem meam,& ne abſcondas te à deprecatione mea.Intẽde mihi,& exaudi me:clamabo in ſermone meo,& tumultuabor.A voce inimici,et à facie anguſtiæ impij,quoniam extenderunt contra me mendacium,& in furore aduerſati ſunt mihi.Cor meum doluit in medio mei,& terrores mortis ceciderunt ſuper me.Timor,et tremor,venit ſuper me,& operuit me tremor.Et dixi:vtinã haberem alas ſicut colũba:volarem,& requieſcerẽ.Ecce elongarem me tranſmigrãdo,& commorarer in deſerto,Selah.feſtinarem eruere me à vento turbinis & tempeſtatis.Perde domine,diuide linguam eorum,quoniam vidi[c]iniquitatem,& cõtradictionem in ciuitate.Die ac nocte circundederunt eam ſuper muros eius,& iniquitas,& peruerſitas eſt in medio eius.Prauitates ſunt in medio eius,& non receſſit è platea eius fraus & dolus.Quia non inimicus probris affecit me,qđ ſuſtinuiſſem:nõ odio habẽs me aduerſum me magnificauit os ſuũ,qa abſcõdiſſem me ab eo.Sed tu[d]homo ſecundũ æqualitatẽ meã,dux meus,& notus me⁹.Qui ſimul dulceſcere faciebam⁹ ſecretũ,in domo dei ambulabamus cõiunctim.[e]Exigat debitum mors ab eis,deſcẽdant in infernũ viuẽtes:quia mala in ſocietate eorum,in medio eorum.Ego ad deum clamabo,et dominus ſeruabit me.Veſpere,& mane,& meridie loquar,et [f]tumultuabor & exaudiet vocẽ meam.Redimet in pace animam meam à bello,quod eſt cõtra me:quoniam[g]multi ſunt

c rapinam & contẽtionem.
d ſcilicet Doegh.
e Obliuionem faciat mors ſuper eos.
f importun⁹ ei ero.
g in multis,ſeu cũ multitudine fuerũt contra me.

mecum. Audiet deus, & humiliabit eos, manens ab initio, Selah. Quibus non ſunt mutationes, & non timuerunt deũ. Miſit [a] manum ſuam in eos qui pacifici erant cum eo, polluit pactum eius. Lenierunt magis ꝗ̃ butyrum os ſuum, & prœliũ cor eius: leniora verba eius pluſquã oleum, & ipſa ſunt gladij. Proiice ſuper dominum pondus tuum, & ipſe feret te, nõ dabit in ſeculum nutationem iuſto. Tu autem deus deſcendere facies eos in puteum foueę: viri ſanguinolẽti, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem fido tibi.

a Doeg in ſacerdotes miſit manum. Lucæ. 12. c. 1. Petri. 5. b.

1. Regũ. 21.

¶Pſalmi lv. titulus. ¶Victori ſuper columbã mutã in remotis, ipſi Dauid Michtam cũ teneret eũ Peliſtim in Ghath.

¶Pſalmus lv. Secundum Heb. lvj.

MIſerere mei deus, quoniam abſorbere vult me homo, omni die bellans opprimit me. Abſorbere volũt me inimici mei omni die, quoniam [b] multi bellantes pro me ſunt in excelſo. In die timebo, ego tibi fidam. In deo laudabo verbum eius, deo fidi, nõ timebo quid faciat caro mihi. Tota die per verba mea dolore afficiunt me, aduerſum me ſunt omẽs cogitationes eorũ in malũ. Congregantur, latent, ipſi veſtigia mea obſeruant, cum expectant animã meã. Num propter iniquitatẽ euaſio erit eis. In furore populos deſcendere fac deus. Migrationes meas numeraſti, pone lachrymas meas in vtre tuo. Nõnne in libro tuo ſunt? Tunc conuertẽtur inimici mei retrorſum, in die q̃ clamabo: hoc noui, ꝗ de⁹ ꝓ me eſt. In deo laudabo verbũ, in dño laudabo verbũ: deo fidi, nõ timebo q̃d faciat homo mihi. Erga me de⁹ vota tua ſunt laudes quas reddã tibi. Qm̃ eripuiſti aĩam meã à morte: nõnne & pedes meos ab expulſione mei, vt ambulẽ corã deo in lumine viuentium?

b multi me ſubliniores impugnãt me Paſſim timens, tibi tamen ego fidã.

¶Pſalmi lvj. titulus. ¶Victori [c] ne diſperdas ipſi Dauid Michtam, quando fugit à facię Saul in ſpeluncam.

c Quando miſit Saul in domum Dauidis ut perderent eũ. Pſal. 58.

¶Pſalmus lvj. Secundum Heb. lvij.

MIſerere mei de⁹, miſerere mei, qm̃ in te ſperauit anima mea, & in vmbra alarũ tuarum ſperabo, donec tranſeant cõtritiões. Clamabo ad deũ altiſsimũ, ad deum retribuentẽ mihi. Mittet è cœlo, & ſeruabit me à probro deglutire volentis me, Selah. Mittet deus miſericordiã ſuam & veritatem ſuam. Anima mea eſt inter leones, iaceo inter ardentes, inter filios hominum, quorum dentes ſunt vt lancea, & ſagittæ, & lingua, vt gladius acutus. Exalta te ſuper cœlos deus, ſuper omnem terram gloriam tuam. Rete parauerunt greſsib⁹ meis incuruauit ſe anima mea: foderunt ante me foueam, ceciderũt in medium eius, Selah. [d] Paratum cor meum deus, paratũ cor meum, cantabo, & canam: Exurge gloria mea, exurge Nebel, & cithara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, & canam tibi in gentibus. Quoniam magna eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua, & vſque ad cœlos veritas tua. Exalta te ſuper cœlos deus, ſuper omnem terram gloriam tuam.

d Firmum, promptum.

Iohan. 2. d.

¶Pſalmi lvij. titu. ¶Victori, ne diſpdas ipſi Dauid Michtã.

¶Pſalmus lvij. Secundum Heb. lviij.

NVm verè, ô congregatio, iuſtitiam loquemini? æquitates iudicabitis filij hominum? Etiam corde iniquitates operabimini, in terra iniquitatem manuum veſtrarum appenderis? Alienati ſunt impij à vulua, errauerunt ab vtero, loquẽtes mendacium. Venenum eſt illis inſtar ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ quæ obturat aurem ſuam. Quæ non obtẽperabit voci incantantium, incantantis incantationes ſapienter. Deus cõtere dentes eorum in ore ipſorum, molas catulorum leonum confringe domine. Diſſoluentur ſicut aquæ, ambulabunt ſibi ipſis, intendent ſagittas ſuas: ſed erunt, ac ſi eſſent exciſæ. Sicut limax defluens pergent: ſicut abortiuus mulieris, ne videant ſolem. Antequam ſentiant lebetes veſtri ignem rhamni, ſicut caro cruda, ſic ira vt turbo perdet eum. Lætabitur iuſtus, cũ viderit vindictam, pedes ſuos lauabit in ſanguine impij. Et dicet homo: verè eſt fructus iuſto, vtiq; eſt deus iudicãs in terra.

¶Pſalmi lviij. titulus.

1. Regũ. 19.

¶Victori, ne diſperdas ipſi Dauid Michtã, quãdo miſit Saul, & cuſtodierunt domũ, vt interficerent eum.

¶Pſalmus lviij. Secundum Heb. lix.

ERipe me ab inimicis meis deus mi, & ab inſurgentibus contra me eleua me. Eripe me ab operariis iniquis, & à viris ſanguinolentis ſerua me. Quia ecce inſidiati ſunt animæ meæ, congregati ſunt aduerſum me fortes, abſq; præuaricatione mea, & abſq; peccato meo dñe. Abſque iniquitate mea cucurrerunt, & parauerũt ſe: ſuſcita te in occurſum meum, & vide. Et tu dñe deus exercituũ, deus Iſrael, euigila ad viſitandum omnes gentes, ne miſerearis omniũ præuaricatorũ iniquorum, Selah. [a] Conuertantur ad veſperã, tumultuabuntur ſicut canis, & circuibũt ciuitatem. Ecce loquẽtur ore ſuo, gladij ſunt in labiis eorum: quoniam [b] quis audit? Tu autem dñe deridebis eos, ſubſannabis omnes gentes. Fortitudinem eius [c] tibi cuſtodiam, qm̃ deus eleuatio mea eſt. Deus miſericordiæ meæ præueniet me, deus [d] videre faciet me (vltionem) de inimicis meis. Ne occidas eos, ne forte obliuiſcatur popul⁹ me⁹; commoue eos fortitudine tua, & depone eos clypeus noſter domine. Propter peccatum oris eorum, propter verbum labiorũ ipſorum, & propter ſuperbiam ſuam capiantur, de cõtumelia, & mendacio narrantes. Conſume in furore, cõſume & non ſint, & ſciant, quia deus dominatur in Iahacob, vſq; ad fines terrę, Selah. Et conuertentur ad veſperã, tumultuabũtur ſicut canis, & circuibunt ciuitatem. Ipſi vagabuntur, vt deuorent: et ſi non fuerint ſaturati, murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & laudabo mane miſericordiã tuã. Quia fuiſti eleuatio mihi, & refugium in die anguſtiæ meæ. Fortitudo mea tibi cantabo, quia deus eleuatio mea, deus miſericordiæ meæ.

a Reuertent ſcilicet ut me capiant in lecto.
b hoc illi dicebant, quaſi Dauid nõ intellexerit eorum conſiliũ quando circuibant, ut eũ in domo cõprehenderẽt.
c ſcilicet ſerui tui Dauidis apud te ſeruabo.
d efficiet, ut ego intuear hoſtes meos ſcilicet corã euadens, ut Pſalmo. 53.

¶Pſalmi lix. titulus.

¶Victori ſuper Suſan teſtimoniũ, Michtam ipſi Dauid ad docendũ, cũ rixaretur cum Aramnaharaim, & cũ Aramſobah, & reuerſus eſt Ioab, & ꝑcuſſit Edom in valle Salis xij. milia.

2. Re. 8. et. 10. 1. Para. 18.

¶Pſalmus lix. Secundum Heb. lx.

DEus elongaſti nos, ſcidiſti nos, iratus es, reuerteris ad nos. Tremere feciſti terram, ſcidiſti eam, ſana contritiones eius, quia nutat. Videre feciſti populum tuum dura, propinare feciſti nobis vinum ſoporatiuum. Dediſti metuẽtibus te ſignum, vt eleuent ſe propter veritatem, Selah. Vt liberentur dilecti tui, ſaluum fac dextera tua, & exaudi me. Deus locutus [e] eſt per ſanctitatem ſuam, lætabor, diuidã Sechem, et vallem Succoth metibor. Meus eſt Ghilhad, & meus eſt Menaſſeh, & Ephraim fortitudo capitis mei: Iehudah legifer meus. Moab olla lotionis meæ, ſuper Edom proiiciam calceamentum meum ſuper me Peleſeth iubila. Quis deducet me ad ciuitatẽ [f] munitam, quis deducet me vſque ad Edom? Nõnne tu deus proieciſti nos? Et non egredieris deus cum exercitib⁹ noſtris? Da nobis auxilium in anguſtia, nam mendax eſt ſalus hominis. In deo faciemus fortitudinem, & ipſe conculcabit inimicos noſtros.

e ſcilicet ut daret mihi loca hęc, in quibus Abner regnare fecerat filiũ Saul & etiam alia.
f ſcilicet Rabbath filiorum Ammon.

¶Pſalmi lx. titulus. ¶Victori ſup Neghinoth ipſi Dauid.

¶Pſalmus lx. Secundum Heb. lxj.

AVdi deus clamorem meum, intende oratiõi meæ. Ab extremo terrę [g] ad te clamabo, cũ defecerit cor meum: ad petram quæ celſior [h] eſt me, deduces me. Quia fuiſti ſpes mihi, turris fortitudinis à facie inimici. Habitabo in tabernaculo tuo in ſecula, ſperabo in abſcondito alarum tuarum, Selah. Qm̃ tu deus audiſti vota mea, dediſti hæreditatem timẽtibus nomẽ tuũ. Dies ſup dies regis adiicies, anni eius ſunt generatio & generatio. Manebit in ſeculum coram deo, miſericordiam & veritatem præpara, quæ cõſeruant eum. Sic canam nomini tuo in ſeculum, vt reddam vota mea de die in diem.

g ſcilicet Iſrael, fugatus a Saule.
h quam ego conſcendere nequirem.

¶Pſalmi lxj. titulus.

¶Victori ipſi Ieduthun cantus ipſi Dauid. Heb. lxij.

TAntum [i] deo ſilet anima mea, ab ipſo ſalus mea. Tantum ipſe eſt deus meus, & ſalus mea, eleuatio mea, nõ declinabo multa declinatione. Vſquequo cogitabitis praua contra vnumquenq;? interficiemini vniuerſi vos, eritis tanquam paries inclinatus, & maceria impulſa. Veruntamen [a] à magnitudine ipſius dei conſuluerunt expellere alter alterum: voluerũt mendacium: ore ſuo benedicebant, & intimo ſuo maledicebant, Selah. Tantum deo tace anima mea, qm̃ ab ipſo eſt qđ præſtolor. Tantũ ipſe eſt fortitudo mea, & ſalus mea, ipſe eleuatio mea, ideo non declinabo. In deo eſt ſalus mea, & gloria mea, robur fortitudinis meæ, ſpes mea in deo. Sperate in eo omni tempore populi, effundite coram illo cor veſtrum, deus eſt ſpes noſtra, Selah. Tantum vanitas ſunt filij hominũ, mendacium filij viri: in ſtateras ſi aſcendant, omnes ſimul leuiores ſunt vanitate. Ne fidatis calumniæ, & rapinæ, ne euaneſcatis: ſubſtantia ſi multiplicetur, ne ponatis cor. Semel locut⁹ eſt deus, [b] bis hoc audiui, quia fortitudo eſt deo. Et tibi domine miſericordia, quia tu reddes vnicuiq; ſecũdũ opus ſuum.

i in deo quieta eſt. ſeu apud deum eſt tranquillitas animæ meæ.



a ab exaltatione eius ſcilicet animæ meę, cõſultãt depellere id eſt, ne exaltet conantur. nec eſt hic uox dei, nec uox alter alterum.

b id eſt, ſemel et iterum teſtatus eſt ſe eſſe potẽtem & pium. Matt. 16. d. Roma. 2. b. 1. Cor. 3. b. Gal. 6. b.

¶Pſalmi lxij. titulus. ¶Cantus ipſi Dauid cũ eſſet in deſerto Iehudah. [c] ¶Pſalmus lxij. Secũdum Heb. lxiij.

c id eſt, deſerto Ziph. 1. Sa. 23.

DEus, deus meus es, quærã te, ſitiuit te anima mea, deſyderauit te caro mea in terra deſerti, & ſitibunda abſq; aqua. Sic in ſanctitate vidi te, vt videam fortitudinẽ tuam, & gloriam tuam. Qm̃ melior eſt miſericordia tua ꝗ̃ vita, labia mea laudabunt te. Sic benedicam tibi in vita mea, in nomine tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adipe & pinguedine ſaturatur aĩa mea, qũ labiis laudationũ laudat os meũ. Qm̃ recordatus ſum tui in ſtratis meis, & in vigiliis meditabor de te. Quia fuiſti auxiliũ mihi, & in vmbra alarũ tuarũ laudabo. Adhæſit anima mea tibi, me ſuſtentauit dextera tua. Ipſi aũt ad deſolationẽ quærent animam meam, & introibunt inferiora terræ. [d] Occident eum gladio, pars vulpium erunt. Rex verò lætabitur in deo, laudabitur omnis qui iurat per eũ, quia obſtruetur os loquentium mendacium.

d Ruere facient hoſtes eũ ſcilicet exercitum Saulis, in aciem gladij, ut a uulpibus lacerẽt.

¶Pſalmi lxiij. titulus. ¶Victori cantus ipſi Dauid.

¶Pſalmus lxiij. Secũdum Heb. lxiiij.

AVdi deus vocem meam in ſermone meo, à timore inimici cuſtodi vitam meã. Abſconde me à conſilio malignorum, à tumultu operantium iniquitatem. Quia acuerunt vt gladium linguam ſuam, tetenderunt ſagittam ſuã verbum amarum. Vt ſagittis impetant in abſconditis perfectum: ſubito ſagittauerunt eum, & non timuerunt. Roborauerunt ſibi ipſis verbum nequam: narrauerunt, vt abſcondant laqueos Dixerunt: quis videbit eos? Scrutati ſunt iniquitates, perfecerunt ſcrutinium ſcrutatum, & intimum vniuſcuiuſq;, & cor profundum. Et ſagittauit eos deus ſagitta: ſubitò fuerunt plagæ eorum. Et impingere facient in ſemetipſis linguam ſuam: elongabunt ſe omnes videntes eos. Et timuerunt omnes homines, & annunciauerunt opus dei, & opus eius intellexerũt. Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo, & laudabunt omns recti corde.

¶Pſalmi lxiiij titulus. ¶Victori cantus ipſi Dauid cãticũ.

¶Pſalmus lxiiij. Secundum Heb. lxv.

T[e] Ibi ſilet laus deus in Siion, & tibi reddetur votum. Tu audis orationem, ad te omnis caro veniet. Reb⁹ iniq̃s quæ præualuerũt nobis, & præuaricationibus noſtris tu prõpiciaberis. Beatus quem elegiſti, & appropinquare feciſti, habitabit in atriis tuis: ſaturabimur bono domus tuæ, ſancti tẽpli tui. [f] In terribilibus, in iuſtitia exaudies nos deus ſalutis noſtræ, ſpes oĩm finiũ terræ, & inſularũ maris diſtãtium. Qui firmat montes potentia ſua, qui accinctus eſt fortitudine. Qui compeſcit ſonitũ mariũ, ſonitũ fluctuũ eorũ, & multitudinẽ gentiũ. Et timuerũt habitatores finium à ſignis tuis, ſtellas matutinas, & veſpertinas laudare facies te. Viſitaſti terrã pluuia, poſtq; deſyderare feciſti eã, plurimũ locupletaſti eã, riuus dei repletus eſt aquis: paraſti frumẽtũ eorum, quia ſic diſpoſuiſti eam. Sulcos eius inebria, deſcendere fac in lineas eius, hymbribus liquefac eam, germini eius benedic. Coronaſti annũ bono tuo, et cœli tui ſtillauerũt pinguedinẽ. Stillauerũt in cãpeſtribus deſerti, & exultatione colles accinxerunt ſe. Induerunt ſe paſcua pecudibus, & valles operuerunt ſe frumento: clamabunt, etiam canent.

e Tibi tranquilla laus in Siion. Ibi reddetur tibi in tranquillitate uotũ laudis: hic enim in perturbatiõe ſum.
f Terribilia in iuſtitia reſpondebis.

¶Pſalmi lxv. titulus. ¶Victori canticũ cantus.

¶Pſalmus lxv. Secundum Heb. lxvj.

IVbilate deo omnis terra. Cantate gloriam nominis eius, ponite gloriã, laudem eius. Dicite deo, ꝗ̃ terribilia ſunt opera tua, propter multitudinem fortitudinis tuæ [a] negabunt te inimici tui. Omnes terræ habitatores incuruabunt ſe tibi, & canent tibi, canent nomini tuo, Selah. Venite, & videte opera dei, terribile opus ſuper filios hominum. Conuertit mare in aridam: per flumen tranſierunt pede: ibi lætati ſumus in ipſo. Qui dominatur fortitudine ſua ſeculo, oculi eius gentes ſpeculantur, rebelles ne eleuent ſeipſos. Benedicite populi domino noſtro, & audire facite vocem laudis eius. Qui poſuit animam noſtram in vitam, & non permiſit vt declinaret pes noſter. Quoniam probaſti nos deus, conflaſti nos ſicut cõflatur argentum. Introduxiſti nos in rete, poſuiſti anguſtiam in lumbis noſtris. Equitare feciſti hominem ſuper caput noſtrũ, ingreſsi ſumus ignem, & aquam, & eduxiſti nos ad terram irriguam. Ingrediar domum tuam in holocauſtis, reddam tibi vota mea. Quæ aperuerunt labia mea, & locutum es os meũ, dum eſſet anguſtia mihi. Holocauſta agnorum medullatorũ offeram tibi cum ſuffitu arietum, faciam boues cum hircis, Selah. Venite, audite, & narrabo omnes timentes deum, quæ fecit animæ meæ. Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltabitur lingua mea. Iniquitatem ſi vidi in corde meo, non exaudiet dominus. Verè exaudiuit deus, attendit voci orationis meæ. Benedictus deus, qui non remouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

a mentientẽ tibi id eſt, mẽdaces inuenientur qui tibi obſequi recuſabant. idem Pſal. 17.

¶Pſalmi lxvj. titulus. ¶Victori in Neghinoth, cãt⁹ cãtici.

¶Pſalmus lxvj. Secundum Heb. lxvij.

DEus miſereatur noſtri, & bñdicat nobis: illuminet vultu ſuo nos, Selah. Vt ſciamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutem tuam. Confiteantur tibi populi de⁹, confiteantur tibi populi, omnes ipſi. Lætentur & clament gẽtes, quoniam iudicabis populos in æquitate, & gentes in terrã duces, Selah. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi, omnes ipſi. Terra dedit fructum ſuum: benedicat nobis deus noſter. Benedicat nobis deus, & metuant eum omnes fines terræ.

¶Pſalmi lxvij. titulus. ¶Victori ipſi Dauid cantus cantici.

¶Pſalmus lxvij. Secundum Heb. lxviij.

EXurgat deus, & diſpergantur inimici eius, & fugiant qui odio habuerunt eum à facie eius. Sicut propellitur fumus, propelles eos: ſicut liqueſcit cæra à facie ignis, ſic peribunt impij à facie dei. Iuſti autem lætabuntur, exultabunt coram deo, & gaudebunt in lætitia. Cantate deo, canite nomini eius, exaltate eum qui aſcendit ſuper cœlos, in Iah nomine ei⁹, & exultate corã eo. Pater eſt pupillorum, & iudex viduarũ, deus in habitaculo ſanctitatis ſuæ. Deus habitare facit vnicos in domo, educit eos qui ſunt vincti compedibus, veruntamẽ rebelles habitauerunt in ſicco. Deus, quũ egredereris coram populo tuo, quum incederes per deſertum, Selah: Terra tremuit, etiam cœli diſtilauerunt à facie dei: hic Sinai tremuit à facie dei, qui eſt deus Iſrael. Pluuiam voluntariam eleuare feciſti deus propter hæreditatem tuam, & ſi laborauit, tu confirmaſti eam. Congregatio tua habitauerunt in ea: locum parabis in bonitate tua pauperi deus. Dñs dabat ſermonẽ earum, [b] quę nũciant exercitus magnus erat. Reges exercituũ fugiebant, fugiebãt & familia dom⁹ diuidebat ſpolia. Si dormieritis inter tripodes, eritis ſicut pennæ columbę quæ tecta eſt argento, & alæ eius flauo auro. Cum diſſiparet omnipotens reges in ea, ningebat in Salmon. Mons dei eſt mons Baſan, mons excelſus, mons Baſan. Vt quid ſaltatis mõtes excelſi? hic eſt mons quem deſyderauit deus inhabitare, & dominus inhabitabit in ſeculum? Currus dei viginti milia, milia angelorum, dominus cum eis, Sinai in ſanctitate. Aſcendiſti in altitudinem, [c] captiuam duxiſti captiuitatem, accepiſti dona

b mulieres euangelizabant ipſius Dauidis geſta 1. Samu. 18.
c [illegible]
Ephe. 4. b.

in hominibus,& etiam rebelles,vt inhabitaret dominus de⁹. Benedictus dominus quotidie,afferet nobis deus ſalutem noſtram,Sclah.Deus nobis eſt deus ad ſalutes,& domino deo ad mortem ſunt exitus.Veruntamen deus trãſfiget caput inimicorum ſuorum,verticem crinis ambulantis in delictis ſuis. Dixit dominus,vt ex Baſan redire faciam de profundis maris.Vt rubeſcat pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ipſis.Viderunt itinera tua deus,itinera dei mei,reges mei in ſanctitate. Præuenerunt cantores poſt pſallentes, in medio puellarum tympanizantium,In eccleſiis benedicite deo,domino qui eſtis ex vena Iſrael. Ibi Biniamin paruulus [a]dominans eis,principes Iehudah duces eorũ,principes Zebulun,principes Naphthali,Præcepit deus tuus fortitudini tuæ,& fortifica hoc quod operatus es nobis.In templo tuo, in Ieruſalaim tibi offerent reges munera.[b] Diſperde cõgregationem calami,congregationem taurorum cum vitulis,cum inciſionibus argenteis:diſperſit populos qui bella volunt.Venient magni principes ex Aegypto,Aethiopia currere faciet manus ſuas deo,Regna terræ cantate deo,canite domino, Selah.Equitanti in cœlos cœlorum [c]ab oriẽte,ecce dabit in voce ſua vocem fortitudinis.Date fortitudinem deo , ſuper Iſrael magnificentia eius,& fortitudo eius in cœlis. Terribilis deus in ſanctuariis ſuis:deus Iſrael ipſe dat fortitudinem,et robora populo:benedictus deus.

a Saul'e regnãte hęc fuit ſolennitas interfecto Goliath.
b Increpa cœtum uiuẽtium aromate,cœtũ uali dorũ in ambitu populorum,et ſuper bientẽ in portionib⁹ argẽti.
c ab initio.

¶Pſalmi lxviij.titu. ¶Victori ſup Soſannim ipſi Dauid. Pſalmus lxviij. Secundum Heb. lxix.

SErua me deus,quoniam intrauerunt aquę vſq; ad aĩam. Demerſus ſum in limo profundi,& non eſt ſtatus:veni in profunda aquarum,& flumen operuit me.Laboraui clamãdo,ſiccatum eſt guttur meum,defecerunt oculi mei: ſpero in deo meo.Plures ſunt quã capilli capitis mei,qui odio habent me gratis:roborati ſunt,qui diſperdunt me inimici mei gratis:quæ non rapui,tũc reddidi. Deus tu noſti ſtultitiam meã, delicta mea à te non ſunt abſcondita.Ne pudore afficiantur qui expectant te domine:domine exercituum ne erubeſcant propter me,qui quęrunt te deus Iſrael.Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium,operuit confuſio faciem meam.Alien⁹ fui fratribus meis,& extraneus filiis matris meæ.Quoniã zelus domus tuæ comedit me,& probra eorum qui probris afficiunt te,ceciderunt ſuper me.Et fleui,& ieiunio afflixi animã meam,& fuit in opprobria mihi.Et poſui veſtimentum meũ ſaccum,& fui eis in parabolã.Locuti ſunt contra me ſedẽtes in porta,& pſalmos bibendo Sechar locuti ſunt.Et ego oratione mea conuerti me ad te domine:tempus eſt beneplaciti deus:propter multitudinẽ miſericordiæ tuæ exaudi me,propter veritatem ſalutis tuæ.Eripe me è luto,ne infigar: eripiar ab odio habentibus me,& è profundis aquarum.Ne operiat me fluuius aquæ,nec abſorbeat me profundum,neq; claudat ſuper me puteus os ſuum.Exaudi me domine,quoniam bona eſt miſericordia tua:ſecundum multitudinẽm miſerationũ tuarum reſpice me.Et ne abſcondas faciem tuam à ſeruo tuo, quoniam anguſtia eſt mihi,feſtina,exaudi me.Appropinqua animæ meæ,redime eã,propter inimicos meos redime me. Tu noſti probrum meum,& pudorem meum,& ignominiã meam:coram te ſunt omnes hoſtes mei.Probrum contriuit cor meum,& dolui,& expectaui qui condoleret,& non fuit: & conſolantes,& non inueni.[d] Et dederunt in eſcam meã,fel, & in ſiti mea propinauerunt mihi acetum.Erit menſa eorum coram eis laqueus:[e] & retributiones,offendiculum. Obſcurabuntur oculi eorum,ne videant,& lumbos eorum ſemp nutare facies.Effunde ſuper eos iram tuam,& furor iræ tuæ cõprehendat eos.Sit palatium eorum deſolatum,in tabernaculis eorum ne ſit qui habitet.Quoniam eum quem percuſsiſti, perſecuti ſunt,& ſuper dolorem vulneratorum tuorum narrabunt.[f]Da punitionem iniquitatis eorum,& non ingrediãtur iuſtitiam tuam.Deleantur è libro viuentium,& cum iuſtis

Iohan.2.d. Roma.15.a.
d [redacted]
e & quæ fuit pacis,ſint eis offendiculũ. Roma.11.b. Actuũ.1.d.
f Pone iniquitatem ſup iniquitatẽ eorum id eſt,impia alia furoris uirga punitio fiat hui⁹ impietatis,ne iuſti ſe huic ...i immiſceãt.

non ſcribantur.Ego autem ſum pauper,& dolẽs:ſalus tua de⁹ eleuabit me.Laudabo nomen dei cum cantico,& magnificabo eum in confeſsione.Et pulchrior erit domino,quàm bos, quàm vitulus cornificans,& vngulificans.Viderunt humiles, & gaudebunt:& quęrentes deum,& viuet cor veſtrũ .Quoniam audit pauperes dominus,& vinctos ſuos non deſpexit. Laudent eum cœli,& terra,maria,& omne repẽs in eis.Quoniam de⁹ ſeruabit Siion,& ædificabit ciuitates Iehudah: et habitabunt ibi,& hæreditate accipiet eam.Et ſemen ſeruorũ ei⁹ hæreditate accipiet eã,& diligẽtes nomẽ eius habitabũt in ea.

¶Pſalmi lxix.titulus.¶ Victori ipſi Dauid ad recordãdũ.

¶Pſalmus lxix. Secundum Heb. lxx.

D[a]Eus vt eruas me,deus ad auxilium mei feſtina. Pudore afficiantur,& erubeſcant quærẽtes animam meam. Conuertantur retrorſum,& erubeſcant,volentes malũ meũ. Conuertantur pro mercede pudoris ſui, qui dicunt:euge,euge.Gaudeant,& lętentur in te omnes quærentes te,ſemper dicentes:magnificetur deus:qui diligunt ſalutem tuam. Et ego egenus , & pauper ſum:deus feſtina propter me,auxiliũ meũ & erutor meus es:deus meus,ne tardaueris.

a O deus ad me liberandũ ô domine ad me iuuandum feſtina.

¶Pſalmus lxx. Secundum Heb. lxxj.

IN te domine ſperaui,ne pudore afficiar in ſeculum. Propter iuſtitiam tuã eripe me,& erue me:inclina ad me aurẽ tuã,et ſerua me.Eſto mihi robuſtũ habitaculũ,vt ingrediar iugiter:præcepiſti ſeruare me,quia petra mea , & munitio mea es tu.Deus mi erue me,è manu impij è manu peruertentis, & opprimentis.Quoniam tu expectatio mea:domine deus fiducia mea ab adoleſcẽtia mea.Tibi innixus ſum ab vtero,de vẽtre matris meæ tu eductor meus es:in te laus mea ſemper.Tãquam portentum fui multis,& tu ſpes mea fortis.Repleatur os meum laude tua,tota die gloria tua.Ne proiicias me in tẽpore[b]ſenectutis:cum defecerit fortitudo mea,ne derelinquas me.Quia loquuti ſunt inimici aduerſum me,& cuſtodientes animam meam conſiliati ſunt pariter.Dicendo:deus dereliqt eum,perſequimini,[c] & comprehendite eum:quia non eſt qui eruat.Deus ne elongeris à me:deus mi ad auxilium meum feſtina.Pudore afficiantur,deficiant aduerſarij animæ meæ:operiantur probro & pudore quærentes malum meum. Ego autem ſemper expectabo, & adiiciam ſuper omnem laudem tuam.Os meum narrabit iuſtitiam tuam,tota die ſalutẽ tuã: quoniam non cognoui numeros.Introibo fortitudines domini dei,& recordabor iuſtitiæ tuæ ſolius.Deus docuiſti me ab adoleſcentia mea,& hactenus annunciabo mirabilia tua. Et etiam vſque ad ſeniũ,& caniciem : tu deus ne derelinquas me,donec annunciem brachium tuum generationi,& omni poſteritati fortitudinem tuam.Et iuſtitia tua deus vſque in excelſum:quæ feciſti ſunt magna:deus quis ſicut tu?Qui oſtendiſti mihi anguſtias multas,& malas:& conuerſus viuificabas me:& ex voraginibus terræ conuerſus aſcendere faciebas me. Multiplicabas magnitudinem meam,& conuerſus conſolabaris me.Etiam ego confitebor tibi inſtrumento nebel,veritatem tuam deus mi,cantabo tibi in cithara ſancte Iſrael.Laudabunt labia mea,cum cantauero tibi,& anima mea quam redemiſti.Inſuper lingua mea tota die loquetur iuſtitiã tuã; quia pudore affecti ſunt,qa erubuerunt qrentes malũ meum.

b in cõiuratione Abſalõ
c Conſilium hoc fuit Achitophelis.

¶Pſalmi lxxj.titulus.¶Ipſi Selomoh. Heb. lxxij.

DEus iudicia tua regi da,& iuſtitiã tuã filio regis.Iudicabit populum tuum in iuſtitia,& pauperes tuos in iudicio.Deferent montes pacem populo,& colles iuſtitiã.Iudicabit pauperes populi,ſeruabit filios pauperis,& confringet calumniatorem.[d]Timebunt te cum ſole,& dum fuerit luna, in generatione generationum.Deſcendit ſicut pluuia ſup vellus,ſicut imbres ſtillantes.Florebit in dieb⁹ eius iuſtus,et multitudo pacis,donec non ſit luna.Dominabatur à mari vſque ad mare,& à flumine vſque ad terminos terræ.Corã illo procident habitatores deſerti,& inimici eius terram lingent. Reges ma-

d [redacted]



ges maris,& inſularum munus reddent:reges Seba Arabicæ, & Seba Aethiopicæ munus offerẽt.Et incuruabunt ſe ei oẽs reges,omnes gentes ſeruient ei.Quia eruet pauperem clamantem,& pauperem, cui non eſt auxiliator. Parcet pauperi, & inopi,& animas pauperum ſeruabit.A dolo & iniquitate redimet animam eorum,& precioſus erit ſanguis eorum in oculis ei⁹.Et viuet,& dabit ei de auro Seba Arabicæ, & orabit pro eo ſemper,tota die benedicet ei.Erit pugillus frumẽti,in terra ſatus in capite montium,cõcutietur ſicut Lebanon fructus eius,& florebunt in ciuitate ſicut herba terræ.Erit nomen eius in ſeculũ:ante ſolẽ propagabit nomen eius, benedicentur in eo omnes gentes,& beatificabunt eum.Benedictus dominus deus Iſrael,quia fecit mirabilia ſolus. Et benedictũ nomen gloriæ eius in ſeculum,& replebitur gloria eius om̃is terra,Amen,& amen. ¶Conſummatæ ſunt orationes Dauid filij Iſai.

¶Tertius liber pſalmorum.

¶Titulus. ¶Cantus ipſi Aſaph. ¶Pſalmus lxxij. Secundum Heb. lxxiij.

PRofecto bonus eſt Iſraeli deus,ſed mũdis corde.Et mei penè declinauerunt pedes, ferè effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui in inſanos,pacem impiorum videns . Quia non ſunt[a]ligamenta in morte eorum,& integra eſt fortitudo eorum.In labore hominis non ſunt,& cum hominibus nõ flagellabuntur.Ideo[b]coronauit eos ſuperbia,operiet ſe vt tollat prædam ſibi.Egreſsi ſunt præ adipe oculi eorum, tranſierunt cogitationes cordis.Diſſoluerunt , & locuti ſunt malicioſe calumniam:de excelſo locuti ſunt.Poſuerunt in cœlum os ſuum,& lingua eorũ graditur in terra.Ideo reuertetur populus eius huc,& aquæ calicis pleni exprimentur eis.Et dixerunt quomodo ſciuit deus,& eſt ſcientia in excelſo? Ecce iſti impij,& pacem habentes ſeculi,apprehenderunt diuitias.Verè fruſtra mũdaui cor meũ,& laui in innocẽtia manus meas. Fui flagellatus omni die, & increpatio mea ſingulo mane. Si dicebam:narrabo ſicut hoc,ecce generatio filiorum tuorum dicent,ꝙ præuaricatus ſum.Et putabam ſcire hoc, ſed labor eſt in oculis meis:Donec intrem ſanctuaria dei , & intelligam nouiſsimum eorum.Profecto in locis lubricis poſuiſti eos,cadere feciſti eos in deſolationes.Quomodo fuerunt in deſolationem ferè ſubitò?defecerunt, conſumpti ſunt à terroribus. Velut ſomnium expergefacto homine erunt [c]domine quum ſuſtentaueris eos,imaginem eorum ſpernes.Equidem dolore fuerat affectum cor meum,[d] & lumbi mei acuti fuerant. Et ego inſipiens eram,nec cognoſcebam,vt iumenta eram apud te.Ego autem ſemper tecum fui ,tenuiſti manum dexteram meam.Conſilio tuo duces me,& poſtea ad gloriam accipies me.Quis mihi eſt in cœlo?& tecum nolui quippiam in terra. Defecit caro mea,& cor meũ,robur cordis mei, & pars mea eſt deus in ſeculum. Quoniam ecce qui ſe elongant à te, peribunt:ſuccidere feciſti omnem fornicantem à te. Et ego noui, ꝙ acceſſus ad deum mihi eſt bonus: poſui in dño deo ſpem meam,vt narrem omnia opera tua.

a uincula id eſt, debita ob quę debitor creditori obligatur.
b cõſtrictos eos tenet ſupbia,et inuoluit turpitudo prędã ipſis.
c domine in ciuitate perſonam eorum contemnes.
d et iteriora mea cõpũcta ſcilicet uidẽs impiorũ proſperitatem.

¶Pſalmi lxxiij.titulus.

¶Intellectus ipſi Aſaph. Secundum Heb. lxxiiij.

VT quid deus elongaſti te in ſeculum,et fumat furor tu⁹ contra pecudes paſcuæ tuæ?Recordare congregationis tuæ,quam acquiſiuiſti ab antiquo,ꝙ redemiſti virgam hęreditatis tuæ,montem Siion iſtum,in quo habitaſti.Leua pedes tuos ad deſolationes duraturas in ſeculum,ſuper omnem inimicum qui malefecit in ſanctitate.Rugierunt hoſtes [e]tui in medio tabernaculi tui:poſuerunt ſigna ſua ſigna.[f] Cõtritum eſt ſicut adducens ſupernè in perplexitate ligni ſecures.Et nũc cælaturas eius pariter bipẽni, & malleis contriuerunt. Miſerunt ignem in ſancta tua:in terra polluerunt tabernaculũ nominis tui.Dixerunt in corde ſuo:depopulemur eos pariter:incenderunt oĩa tabernacula dei in terra.Signa noſtra nõ videmus,non eſt vltra propheta,[g] & nõ eſt nobiſcum qui cognoſcat,vſquequo.Vſquequo deus probris afficiet aduerſarius, ſpernet inimicus nomen tuum in ſeculum? Vt quid reducis manum tuam,& dexteram tuam è medio ſinus tui non educis inimicos conſumendo?Deus autem rex meus eſt ab initio operans ſalutes in medio terræ. Tu cõtriuiſti fortitudine tua mare,confregiſti capita cœtorum in aquis. Tu confregiſti capita Liuiathan,dediſti eũ eſcam populo deſerta incolenti. Tu diripuiſti fontem,& torrentem,tu ſiccaſti fluuios fortes. Tuus eſt dies,etiam tua eſt nox,tu præparaſti luminare min⁹, & ſolem.Tu ſtatuiſti omnes terminos terræ:æſtatem, & hyemem,tu plaſmaſti.Memento huius:inimicus probris affecit dominum,& populus ſtultus ſpreuit nomen tuum . Ne tradas congregationi inimicorum animam turturis tuæ:cõgregationis pauperum tuorũ ne obliuiſcaris.Reſpice ad pactũ, quia repleta ſunt loca tenebroſa terræ habitatione iniquorũ. Ne recedat pauper pudore affectus,pauper & mendicus laudabunt nomen tuum.Surge deus iudica cauſam tuam ,memento probri tui,quo afficeris à ſtulto omni die. Ne obliuiſcaris vocis hoſtium tuorum : ſonitus inimicorum tuorum aſcendit ſemper.

e Pheliſtæi interfecto Saule.
f Inſignis erat olim,ꝙ ſurſum ad tabernaculi ſtructuram quid effe rebat, in intricata ligna mittens ſecures. At nunc 4.Regũ.15.e.
g nec Samuel nec Heli.
Lucæ.1.g.

¶Pſalmi lxxiiij.titulus.

¶Victori,ne diſpdas cantus ipſi Aſaph canticũ. Heb.lxxv.

COnfitemur tibi deus,confitemur, & propinquum eſt nomen tuum, recenſentq; mirabilia tua.[a]Cum accepero tempus,ego rectè iudicabo.Liquefacta eſt terra,& habitatores[b] eius:ego direxi columnas eius,Selah.Dixi inſanis,ne inſaniatis, & impiis,ne exalteris cornu. Ne extollatis in excelſum cornu veſtrum,ne loquamini collo pingui.Quia non ab exitu ſolis,nec ab occidente, nec à deſerto veniet exaltatio. Quoniam deus iudicans hunc humiliabit,& hunc exaltabit. Quia calix in manu domini,& vinum rubuit, plenus eſt mixto,& effudit ex hoc. Veruntamen feces eius quas exprimẽt, bibent omnes impij terræ.Ego autem annũciabo in ſeculum cantabo deo Iahacob. Omnia cornua impiorũ confringam, & exaltabuntur cornua iuſti.

a Cũ aſſumpſero mihi cœtum.
b metu ſcilicet Pheliſtęorum poſt captam arcam.

¶Pſalmi lxxv.titulus.

¶Victori in pſalmis cantus ipſi Aſaph canticum.Heb.lxxvj.

NOtus in Iehudah deus,in Iſrael magnum nomen eius. Et fuit in Salem tabernaculum eius:& habitatio eius in Siion.[c]Ibi cõfregit ſagittas arcus,ſcutum,& gladium,ac bellum,Selah.Illuſtris es tu & potens prę montibus[d]rapacibus. Spoliati fuerunt fortes corde,dormitauerunt in ſomno ſuo, & non inuenerunt omnes viri robuſti vires in manibus ſuis. Propter increpationẽ tuã deus Iahacob ſoporatus eſt, & currus & equus.Tu terribilis es,& quis ſtabit coram te,ex eo tẽpore quo cœperit ira tua?E cœlis audire feciſti iudicium,terra timuit & quieuit.Quum ſurget ad iudiciũ deus , vt ſeruet omnes humiles terræ,Selah.Quoniam[e]ira hominis confitebitur tibi,reſiduum irarum accinges.Vouete,& reddite domino deo veſtro omnes qui eſtis in circuitu eius:afferant munus terribili.Succidet ſpiritum ducum,terribilis erit regibus.

c ſcilicet in Salem per Abrahã. gen. 14. ubi tẽpore Melchiſedech erat ſedes dei.Fuit uero Salem ciuitas in terra Sichem,gen. 33.
d qui ipſum Loth diripuerant.
e furor hominis cedet in laudem tuã.

¶Pſalmi lxxvj.titu. ¶Victori ipſi Ieduthun,ipſi Aſaph cantus. Secundum Heb. lxxvij.

VOx mea ad deũ,& clamabo vox mea ad deũ,& auſcultabit me.In die anguſtię meæ dñm quęſiui,[f]plaga mea nocte defluxit,& nõ quieuit:renuit cõſolari aĩa mea.Recordabor dei,& inquietus ero:loquar,& deficiet ſpiritus meus. Selah.Tenuiſti vigilias oculorũ meorũ,cõtritus ſum & non loquar.Supputaui dies qui fuerunt à principio,annos ſeculorũ.Recordor pſalmi mei,nocte corde meo meditor,& ſcrutatur ſpiritus meus.Nunquid in ſecula[g]elõgabit ſe dñs,& nõ addet vt velit adhuc?Nunqd defecit in ſeculum miſericordia eius:cõſumptũ eſt eloquiũ,in gñatiõe & gñationẽ?Nunquid oblitus eſt miſereri deus:num clauſit in furore miſericordias ſuas,Selah.[h]Et cogitaui occidere me ꝓxopter annos dexterę excelſi.Recordabor operũ dñi,quia recordabor à principio mirabiliũ tuorũ.Et meditabor in omnibus operibus ſuis lo-

f man⁹ mea tota nocte fuit(in oratiõe) extenſa,et nõ defecit.
g ſcilicet nõ amplius reducens arcam.
h Et dixi: imbecillitas mea eſt,anni ſunt dexterę excelſi,id eſt, punitionis. At recordor

quar.Deus in ſanctitate via tua.Quis deus magn⁹,ſicut deus?
Tu es,deus qui facis mirabile,ſcire feciſti in populis fortitudi
nē tuā.Redemiſti in brachio populũ tuũ:filios Iahacob,& Io
ſeph,Selah.Viderũt te aquæ de⁹,viderũt te aquæ, doluerunt,
etiā cōmotę ſunt abyſſi.Inundare fecerũt aq̃s nubes,tonitruũ
dederunt cœli,& fulgura tua iuerunt.Sonitus tonitrui tui in
rota,illuminauerunt fulgura orbem:commota eſt,& contre=
muit terra.In mari via tua,& ſemitæ tuę in aquis multis,et iti
Exodi.14.c. nera tua non ſunt agnita.Duxiſti ſicut oues populum tuum,
per manum Moſeh,& Aharon.

¶Pſalmus lxxvij. ¶Intellectus ipſi Aſaph. Heb.lxxviij.

AVſculta populus mi legē meā,inclinate aurem veſtrā
ad eloquia oris mei.Aperiam in parabolą os meũ,lo
Matt.13.c. a Vnde colligetis ratione captę arcę et improbatæ Siloh. quar ænigmata à principio.[a]Quæ audiuimus & cognoui=
mus,& patres noſtri narrauerunt nobis.Nō abſcondemus à
filiis eorum,generationi nouiſsimæ,narrantes laudes dñi, &
fortitudinem eius & mirabilia eius quæ fecit.Et ſuſcitauit te=
ſtimoniũ in Iacob,& legem poſuit in Iſrael:quæ præcepit Pa=
tribus noſtris,vt notificarent ea filiis ſuis.Vt cognoſcant ge=
neratio nouiſsima,filij qui naſcentur,ſurgent,& narrabunt fi=
liis ſuis.Vt ponant in deo ſpē ſuā,& non obliuiſcantur ope=
rum dei,& mandata eius cuſtodiant.Et non ſint ſicut patres
eorum,generatio declinans & rebellis,generatio quæ nō prę
parauit cor ſuum,nec fuit fidelis cũ deo ſpiritus eius.Filij E=
phraim armati,iacientes arcu,verterunt ſe in die belli.Nō cu
1.Para.7. Exodi.14.c. 13.&.14.e. ſtodierunt pactum dei,& in lege eius noluerunt ambulare.Et
obliti ſunt operum eius,& mirabilium eius,quæ oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti in a=
gro Sohan.Rupit mare,& tranſire fecit eos, & ſtare fecit a=
quas veluti aceruus.Et duxit eos in nube per diem,& tota no
cte in lumine ignis.Scidit petras in deſerto,& potũ dedit eis
Pſal.104. Exodi.19.b. in voraginibus magnis.Et eduxit fluenta de petra,& deſcēde
re fecit tanquā flumina aquas.Et addiderunt adhuc vt pecca
rent ei,vt prouocarent excelſum in ſolitudine. Et tentauerũt
Nume.11.a Nu.20.b. 11.a. deum in corde ſuo,petendo cibum animę ſuæ.Et locuti ſunt
contra deũ,dicentes:Nunquid poterit deus parare menſam
in deſerto?Ecce percuſsit petrā,& fluxerunt aquę, & torren=
tes inundauerunt.Nunquid etiā panē poterit dare, num pa=
rabit carnē populo ſuo?Ideo audiuit dñs,& irat⁹ eſt,& ignis
accenſus eſt in Iahacob,& etiam furor aſcendit contra Iſrael.
Quia non crediderunt deo,nec ſperauerunt in ſalute eius. Et
mandauit cœlis deſuper,& ianuas cœli aperuit.Et pluit ſuper
Exodi.16.c. eos Man ad comedendum, & triticum cœleſte dedit eis.Pa=
Nume.11.b. Iohā.6.d. nem fortium comedit vir,cibũ miſit eis ad ſaturitatē.Profici
1.Cor.10.a. ſci fecit eurum in cœlo,& induxit in fortitudine ſua auſtrũ.Et
Num.11.g. pluit ſuper eos ſicut puluerē carnē,& ſicut arenā mariũ vola=
tile alatũ.Et cadere fecit in mediũ caſtrorũ eius, circa habita=
cula eius.Et comederunt,& ſaturati ſunt valde,& deſyderium
Num.11.g eorum attulit eis.Nō ſunt alienati à deſyderio ſuo:adhuc eſca
eorũ in ore eorum.Et furor dei aſcēdit in eos,& occidit pin=
gues eorum,& electos Iſrael incuruauit.In omni hoc peccaue
runt adhuc,& nō crediderũt mirabilibus eius.Et cōſumpſit in
vanitate dies eorum,& annos eorum feſtināter.Si occidebat
eos,quærebant eũ,& reuertebātur,& quærebāt deũ.Et recor
b abeũte ſpiritu & non redeũte.i.eua neſcēte mox ab eis illa diuinarum actionũ cogitatione. dati ſunt,quia deus fortitudo eorũ eſt,& deus excelſus,redem
ptor eorũ eſt.Et blanditi ſunt ei ore ſuo,& lingua ſua mentiti
ſunt ei.Cor aũt eorũ nō erat rectũ cũ eo,nec permāſerũt in pa
cto eius.Ipſe aũt miſericors ꝓpitiatus eſt iniq̃tati,nō diſpdēs:
& multiplicauit,vt auerteret irā ſuā,& nō ſuſcitabit oēm iram
c Limitauerũt quaſi ſeruum ille hēret arbitriũ, aut finitam potētiam ſuā.Et recordatus eſt,ꝙ caro ſunt,[b]ſpiritus vadit,& nō reuer=
titur.Quotiēs exacerbauerũt eũ in deſerto,irritauerunt eũ in
ſolitudine.Et reuerſi ſunt,& tētauerũt deũ,& ſanctũ Iſrael[c] ſi=
gnauerũt.Nō ſunt recordati man⁹ eius,diei qua redemit eos
Exod.7.d 8. f.8.a.10.a. 9.e. de anguſtia.Qui poſuit in Aegypto ſigna ſua,& mirabilia ſua
in regione Sohan.Et cōuertit in ſanguinē flumina eorũ,et fluē
ta eorũ,ne biberēt.Miſit in eis omne genus beſtiarũ,& come=
dit eos:& ranā,& diſperdidit eos.Et dedit brucho fructũ eo=
rum,& laborē eorũ locuſtæ.Occidit grādine vites eorũ,& ſy
comoros eorũ,locuſta & bruch⁹.Et tradidit grādini iumēta
eorũ,& poſſeſsiones eorũ[a]carbonibus.Miſit in eos iram in= a fulminib⁹.
dignatiōis ſuæ,irā,furorē,& anguſtiā,immiſsionē angelorum
malorũ.Ponderauit ſemitā furori ſuo,nō prohibuit à morte Exod.12.d.
aīam eorũ,et vitā eorũ morti tradidit.Et ꝑcuſsit omne primo &.14.c.
genitũ in Aegypto,principum fortitudinum in tabernaculis
Cham.Et proficiſci fecit ſicut oues populũ ſuũ,et duxit eos ſi=
cut gregē in deſerto.Et duxit eos confidenter,& nō timuerũt
& inimicos eorũ operuit mare.Et adduxit eos ad terminum
ſanctitatis ſuæ,in montē iſtum,quem acquiſiuit dextera eius.
Et eiecit à facie eorum gentes,& cadere fecit eas in portione Ioſu.13.b.
hæreditatis,& habitare fecit in tabernaculis eorũ trib⁹ Iſrael.
Et tentauerunt,& acerbauerunt deũ excelſum, & teſtimonia
eius non cuſtodierunt.Et auerterunt ſe,& præuaricati ſunt,ſi
cut patres eorum,verſi ſunt vt arcus doloſus.Et irritauerunt
eũ in excelſis ſuis,et in ſculptilibus ſuis æmulari fecerunt eũ.Au 1.Reg.4.a.
diuit deus,& iratus eſt,& ſpreuit valde Iſrael.Et reliquit taber
naculum Siloh,tentoriũ quo habitauit inter homines.Et tra=
didit in captiuitatē fortitudinē ſuā,& gloriā ſuam in manum
hoſtis.Et tradidit gladio populũ ſuũ,& in hæreditatē ſuā ira=
tus eſt.Iuuenes eius comedit ignis,& virgines eius nō fuerunt
nuptui traditæ.Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & viduæ
eius non fleuerunt.Et excitatus eſt tanq̃ dormiēs dñs,tanquā
potens clamās propter vinũ.Et percuſsit hoſtes ſuos retror= b .i.Siloh.
ſum,opprobrium perpetuũ dedit eis.Et ſpreuit tentoriũ[b]Io=
ſeph,& tribum Ephraim non elegit.Elegit autem tribum Ie=
hudah,montem Siion quem dilexit.Et ædificauit ſicut palatia
excelſa ſanctuarium ſuũ,ſicut terrā quā fundauit in ſeculũ. Et
elegit Dauid ſeruũ ſuũ,& tulit eũ de caulis ouiũ. A ſequendo
fœtas,adduxit eũ,vt paſceret Iahacob populũ ſuũ,& Iſrael hæ
reditatē ſuam.Et pauit eos im ſimplicitate cordis ſui,& intelli
gentiis manuum ſuarum duxit eos.

¶Pſalmi lxxviij. titulus. ¶Cātus ipſi Aſaph. Heb. lxxix.

DEus venerunt gētes in hæreditatē tuā,polluerunt tem=
plum ſanctitatis tuæ,poſuerunt Ieruſalaim in aceruos.
Dederũt cadauera ſeruorũ tuorũ eſcā volatilibus cœli,carnē
ſanctorũ tuorũ beſtiis terræ.Effuderũt ſanguinē eorũ tanquā
aquam in circuitibus Ieruſalaim,& non erat qui ſepeliret.Fui
mus probrũ vicinis noſtris,ſubſannatio & deriſio iis q̃ erant
in circuitibus noſtris.Vſquequo dñe iraſceris in ſeculum, ar=
debit velut ignis zelus tuus?Effunde irā tuā ſuper gētes, quæ
nō cognouerũt te,& ſuper regna quę nomen tuũ nō inuoca=
uerunt.Quia comederũt Iahacob,& habitaculũ eius deſola= Iere.10.d.
uerũt.Ne memineris cōtra nos iniquitatũ priorũ:feſtina,præ
ueniant nos miſericordiæ tuæ, quia attenuati ſumus valde. Iſai.64.d.
Adiuua nos deus ſalutis noſtræ propter gloriā nominis tui,
& erue nos,& propitiare peccatis noſtris propter nomē tuũ.
Vt quid dicēt gentes:vbi eſt deus eorũ?cognoſcatur in gēti=
bus,in oculis noſtris,vltio ſanguinis ſeruorũ tuorũ q̃ effuſus
eſt.Introeat corā te clamor vinctorũ,ſecundũ magnitudinem
brachij tui:relinque filios morti obnoxios. Et redde vicinis
noſtris ſeptuplũ in ſinu eorũ,probrũ eorũ qui probris affece
runt te dñe.Nos aũt populus tuus,& oues paſcuæ tuæ cōfi=
tebimur tibi in ſeculum,in generatione & generationem nar
rabimus laudem tuam.

¶Pſalmi lxxix. titulus. ¶Victori ſuꝑ Soſannim te=
ſtimoniũ,ipſi Aſaph cātus. Heb. lxxx.

QVi paſcis Iſrael auſculta,qui ducis tanq̃ pecudes Io=
ſeph,qui ſedes ſuper Cherubim,illuſtrare fac. Coram
[c]Ephraim,& Biniamin,& Menaſſeh,ſuſcita fortitudinē tuā, c coram his dixit,q̃a hi ſequebantur arcā in ꝓfectione caſtrorũ.
& veni ad ſalutē nobis.Deus conuerte nos, & illuſtra faciem
tuam,& ſeruabimur.Dñe deus exercituũ,vſquequo fumabis
in oratiōe populi tui?Comedere feciſti eos panem lachrymæ, d ſplendeſcere fac vultum tuum.
& propinare feciſti eis lachrymas in mēſura.Poſuiſti nos cō=
tradictionem vicinis noſtris,& inimici noſtri ſubſannabunt
apud ſe.Deus exercituum conuerte nos,[d] & illumina faciem
tuam,



tuam,& ſeruabimur.Vitem ex Aegypto proficiſci feciſti,eie=
ciſti gentes,& plantaſti eam.Euacuaſti ante eam,& radicare fe
ciſti radices eius,& impleuit terrā.Operti ſunt montes vm=
bra eius,& rami eius vt cedri altiſsimæ.Miſiſti ſummitates ei⁹
vſq; ad mare,& vſq; ad flumen propagines eius.Vt quid di=
rupiſti macerias eius,& collegerunt eam omnes tranſeuntes
a & pulchritudinē agri depaſcitur. per viā?Cōſumit eam aper ſylueſtris,[a]& auis agreſtis depaſta
eſt eam.Deus exercituum reuertere obſecro,reſpice è cœlo,&
vide,& viſita vitem iſtam.Et habitationem quā plantaui de=
b ſurculum propaginem. xtera tua,& ſuper[b]filium quem roboraſti tibi.Incēſa igni,ſuc
ciſa:propter increpationem iræ tuæ peribunt.Sit manus tua
ſuper virum dexteræ tuæ,& ſuper filiũ hominis quē robora=
ſti tibi.Et non retrocedemus à te:viuificabis nos, & nomen
tuum inuocabimus.Domine deus exercituũ conuerte nos,
illumina faciem tuam,& ſeruabimur.

¶Pſalmi lxxx.titulus.

¶Victori ſuper Haghithith ipſi Aſaph. Heb. lxxxi.

VOciferate deo fortitudini noſtræ, iubilate deo Iaha=
cob.Sumite Pſalmum,& date tympanũ,citharā iucun
dam cum nebel.Clangite in Calendis tuba in tempore ſtatu=
to,in die ſolennitatis noſtræ.Quia ſtatutum Iſraeli eſt,iudiciũ
Gene.41.f. deo Iahacob.Teſtimonium in Iehoſeph poſuit illud,cum exi=
ret ipſe ſuper terrā Aegypti,linguam quam non noueram au
c a caldario opere. diui.Subduxi ab onere humerum eius,manus eius[c]ab aheno
Exodi.17.f. tranſierunt.In anguſtia inuocaſti,& erui te,exaudiui te in ab=
ſcondito tonitrui, probaui te apud aquam contradictionis
Selah.Audi populus mi,& teſtificari faciam in te:Iſrael, ſi au=
dieris mihi,Non erit in te deus alienus,nec incuruabis tē deo
Exodi.20.a. extraneo.Ego ſum dominus deus tuus,qui aſcendere feci te ē
terra Aegypti:dilata os tuum,& implebo illud.Et nō paruit
Actuũ.14.c. populus meus voci meæ,& Iſrael noluit mihi obtemperare.
Baruc.3.b. Et dimiſi eum in fortitudine cordis eorũ,iuerunt in conſiliis
ſuis.Vtinam populus meus obtēperaſſet mihi, Iſrael in viis
meis ambulaſſet.Breui tēpore inimicos eorum humiliaſſem,
& cōtra hoſtes eorũ vertiſſem manum meam.Odio habētes
d mendaces erga ipſũ fuiſſent inuenti: horum uero tēpus fuiſſet in ſeculũ.Et cibaſſet ipſũ. dominum[d]negauerũt eum,et erit tempus eorum in ſeculum.
Et cibauit eum adipe frumenti,& de petra melle ſaturaui te.

¶Pſalmi lxxxi. titu. ¶Pſalmus ipſi Aſaph.Heb. lxxxij.

DEus ſtat in congregatione dei:[e]in medio iudicũ iudi=
e in medio deorũ iudicē aget. cabit.Vſquequo iudicabitis iniquitatē,& facies impio
rum ſuſcipietis?Selah.Iudicate pauperi,& pupillo; pauperē,
& egenum iuſtificate.Eripite pauperem,& egenum de manu
impiorũ eruite.Neſciuerunt,nec intellexerunt,in tenebris am
bulauerunt,nutauerunt omnia fundamenta terræ. Ego dixi,
dij eſtis,& filij excelſi omnes vos.Verè ſicut homines morie=
mini,& ſicut vnus è principibus cadetis.Surge[f] deus,iudica
f ô tu chriſte deus, noſtris his dijs lōge ꝓſtātior:ſurge,ueni. terram,quoniam tu hæreditabis omnes gentes.

¶Pſalmi lxxxij.titulus. ¶Canticum. Cantus.
Pſalmus ipſi Aſaph. Secundum Heb. lxxxiij.

g o tu chriſte deus ne cōticeas te.
k ſtrepunt

D[g]Eus ne taceas tibi,ne ſileas,& ne quieſcas deus. Quo=
niam ecce inimici tui[h]ſonuerunt,& odio habentes te
extulerunt caput.Super populum tuum callide egerunt con
ſilium,& conſiliati ſunt ſuper abſconditos tuos.Dixerunt,ve
nite,& ſuccidamus eos de gente,& non memoretur nomen
Iſrael vltrà.Quoniam conſiliati ſunt corde pariter, contra te
2.Para.20. fœdus pepigerunt.Tabernacula Edom,& Iſmahelim, Moah
i Paleſtina cũ habitātib⁹ Tyrum. & Hagharim.Ghebal,& Hammon,& Hamalec,[i]Peleſeth cũ
habitatoribus Sor.Etiam Aſſur copulatus eſt eis,fuerunt bra
Iudicũ.7.f. chium filiis Loth,Selah.Fac illis ſicut Midian,ſicut Siſera,ſicut
Iabin in torrente Chiſon.Diſperierunt in Hendor,fuerunt,vt
ſtercus terræ.Pone eos & duces eorum, ſicut Horeb,& ſicut
Iudicũ.4.d. &.7.g. Zeeb,& ſicut Zebach,& ſicut Salmunnah omnes principes
eorum.Qui dixerunt:poſsideamus nobis habitacula dei.De⁹
mi pone eos ſicut rotā,ſicut ſtipulā corā vento.Sicut ignis q̃
ardet in ſylua,& ſicut flāma quæ cōburit mōtes.Ita pſequeris
eos in tēpeſtate tua,& turbine tuo terrebis eos. Imple facies
eorum ignominia,& quærēt nomē tuũ dñe.Pudore affician=
tur,& terreantur in ſeculũ ſeculi:& erubeſcāt,& pereant.Et co
gnoſcant quòd tu es,[a]qui es nomen tuum domine, ſolus tu, a cuius nomen eſt Iehouah,
& altiſsimus ſuper omnem terram.

¶Pſalmi lxxxiij.titulus. ¶Victori ſuper Haghi=
thith filiis Corah cantus. Heb. lxxxiiij.

QVàm dilecta tabernacula tua domine exercituũ. Cō=
cupiuit,& etiam deſyderauit anima mea atria dñi,cor
itē meũ,& caro mea:exultabunt ad deum viuũ.Etiā paſſer in
uenit domum,& hirundo nidum ſibi,in quo poneret pullos
ſuos:altaria tua dñe exercituũ rex mi & deus mi.Beati habita
tores domus tuæ:in ſeculũ laudabunt te,Selah.Beatus homo b id eſt, quorum cor eſt in ſemitis tuis.
cui eſt fortitudo in te,[b]viæ in corde eorũ.Trāſeuntes ꝑ [c] val= c ualle fletꝰ.
lem Habbacha,fontem ponēt eā,etiā piſcinas operiet pluuia. d Ibũt turmatim ſeu de turma ad turmam,et uidebitur quiſq; corā deo deorum in Sion.
[d]Ibunt de exercitu ad exercitum,videbitur deus deorum in
Siion.Domine deus exercituum exaudi orationē meā,auſcul=
ta deus Iahacob,Selah.[e]Clypeum vide deus,& aſpice faciem e Clypeus noſter ô protector noſter.
Chriſti tui.Quia melior eſt dies in atriis tuis,quam mille:elegi
eſſe in limine in domo dei mei,magis q̃ habitare in taberna=
culis impietatis.Quia ſol,& ſcutũ eſt dominus deus,gratiam,
& gloriā dabit dñs,nō prohibebit bonũ ambulantibus per=
fecte.Domine exercituum,beatus homo qui ſperat in te.

¶Pſalmi lxxxiiij titulus.

¶Victori filiis Corah cantus. Heb.lxxxv.

COmplacuiſti dñe terræ tuæ,reduxiſti captiuitatē Iaha=
cob.Remiſiſti iniquitatem populi tui,operuiſti omne
peccatum eorum, Selah.Abſtuliſti oēm iram tuam,reduxiſti
à furore faciē tuā.Conuerte nos deus ſalutis noſtræ,& ceſſare
fac iram tuā contra nos.Nunquid in ſeculum iraſceris contra
nos,extendes iram tuam in generationem, & generationem?
Nōnne tu conuerteris,viuificabis nos,& populus tuus læta=
bitur in te?Oſtende nobis domine miſericordiā tuam,& ſalu
tem tuā da nobis.Audiam quid loquetur dominus deus,q̃m
loquetur pacem ad populum ſuum,& ad miſericordes ſuos,
& non conuertentur ad ſtultitiā.Verè propè eſt timentibus
eũ ſalus eius,vt habitet gloria in terra noſtra.Miſericordia &
veritas obuiauerunt ſibi,iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veri=
tas è terra orietur,& iuſtitia è cœlo proſpexit.Etiam domin⁹
dabit bonum,& terra noſtra dabit fructũ ſuum. Iuſtitia ante
eum ambulabit,& ponet in via pedes ſuos.

¶Pſalmus lxxxv. ¶Oratio ipſi Dauidi. Heb.lxxxvj.

INclina dñe aurē tuā,exaudi me,quoniā pauper & egenus
ſum.Cuſtodi animā meā,q̃m miſericors ſum,ſerua ſeruum
tuũ tu deus mi ſperātē in te.Miſerere mei dñe,quoniam ad te
clamabo omni die.Lætifica animā ſerui tui,q̃m ad te domine
animā meam leuaui.Quoniā tu domine bonus,& propicia=
bilis,& multus miſericordia omnibus inuocantibus te. Au=
ſculta dñe orationē meā,& intende voci deprecationum mea
rum.In die anguſtiæ meæ inuocabo te,quia exaudies me.Nō
eſt ſicut tu inter deos dñe,nec eſt ſecundum opera tua.Omnes
gentes quas feciſti venient,& genu flectēt corā te,& glorifica
bunt nomen tuũ.Quoniā magnus es tu,& facis mirabilia, tu
es deus ſolus.Doce me dñe viam tuam,ambulabo in veritate
tua,vni cor meum,vt timeat nomē tuũ.Confitebor tibi dñe
deus mi toto corde meo,& glorificabo nomē tuũ in ſeculũ.
Miſericordia tua magna eſt ſuper me,& eruiſti animā meam
ex inferno inferiori.Deus ſuperbi ſurrexerunt aduerſum me,
congregatio fortiũ quæſierũt animā meā,& non poſuerũt te
coram ſe.Et tu domine deus miſericors,& clemens,lōgus ad
iram,& multus miſericordia,& veritate.Reſpice ad me,& mi
ſerere mei,da fortitudinē tuam ſeruo tuo,& ſerua filium ancil
læ tuæ.Fac mecum ſignum in bonitate,& videant odio ha=
bentes me,& pudore afficiatur:quoniam tu domine adiuui=
ſti me,& conſolatus es me. ¶Pſalmi lxxxvj. titulus.

¶Filiis Corah cantus cantici. Heb. lxxxvij.

FVndamēta eius in montibus ſanctis. Diligit dñs portas
Siion,ſuꝑ oīa habitacula Iahacob. Glorioſa dicuntur de

te ciuitas dei,Selah.Memorare faciã Aegyptũ,& Babel ſciẽtibus me:ecce Peleſtina,et Tyr⁹ cũ Aethiopia,[g] iſte nat⁹ eſt ibi. Et ꝓpter Siion dicet:vir & vir natus eſt in ea,& ipſe fundauit eã altiſsimus.[b] Dñs numerabit,qñ ſcribet pplos:iſte natus eſt ibi,Selah.Et cantores ſicut tibicines,omnes fontes mei in te.

a id eſt,oẽs iſti.cũ enim naſcitur quis ex aqua et ſpiritu ſãcto,dicitur naſci in Siion et celeſti illa Ieruſalẽ;ſiue Aethiops ſit,ſiue Tartarus.

b In recenſẽdo populos domin⁹ ſeorſim numerabit filios Siõ in qua ſunt ueri fõtes baptiſmi,cantica & laudes.

¶ Pſalmi lxxxvij.titulus. ¶ Canticum cãtus filiis Corah. Victori ſuper Machalath ad canendum intellectus ipſi Heman Ezrachitæ. Heb. lxxxviij.

DOmine deus ſalutis meæ in die clamaui, in nocte corã te.Intret corã te oratio mea,inclina aurẽ tuã ad clamorem meũ.Quia ſaturata eſt malis anima mea,& vita mea ad ſepulchrũ ꝑuenit.Reputaui me cũ deſcendentibus in ſepulchrũ fui ſicut vir,cui non eſt fortitudo.Inter mortuos liber[c],ſicut vulnerati dormientes in ſepulchro,quorũ non recordatus es amplius,& ipſi à manu tua abſciſi ſunt.Poſuiſti me in lacu inferiori,in tenebris,in ꝓfundis.Mihi appropinquauit ira tua,& me cũctis fluctibus tuis afflixiſti,Selah.Elõgare feciſti notos meos à me,poſuiſti me abominationes eis,clauſus ſum & non egrediar.Oculus meus doluit ꝓpter afflictionẽ meã,inuocaui te dñe omni die,expãdi ad te manus meas. Nunqd mortuis facies mirabile?num mortui reſurgent,& confitebuntur tibi?Selah.Nunqd narrabitur in ſepulchro miſericordia tua,veritas tua in perditiõe?Nunqd cognoſcetur in tenebris mirabile tuũ,& iuſtitia tua in terra obliuiõis?Et ego ad te domine clamaui,& mane oratio mea præueniet te. Vt quid domine elongabis animam meam,abſcondes faciem tuam à me? Paup ſum ego,& deficiẽs ab adoleſcentia:[d] portaui timores tuos,timebo.Super me tranſierunt iræ tuæ,terrores tui ſucciderunt me.Circundederunt me ſicut aqua,tota die circundederunt me pariter.Elongaſti à me amantem,& amicum,notos meos in tenebris.

c id eſt,morte liberatus a curis omnibus.

d ſufferẽs terrores tuos hæſitabam.

¶ Pſalmi lxxxviij. titulus.

¶ Intellectus ipſi Ethan Ezrachitæ. Heb. lxxxix.

MIſericordias dñi in ſeculũ cantabo:in gñatiõe & generatione ſcire faciã veritatẽ tuã ore meo.Qm̃ dixi in ſeculum miſericordia ædificabitur:in cœlis firmabis veritatem tuã.[e] Percuſsi fœdus cũ electo meo,iuraui Dauid ſeruo meo. Vſque in ſeculũ ſtabiliã ſemen tuũ,& ædificabo in gñatione & generatione thronum tuum, Selah.Cõfitebuntur aũt cœli mirabile tuum dñe,etiã veritatẽ tuã in eccleſia ſanctorũ. Qm̃ quis in cœlo æquabitur dño,& aſsimilabitur dño in filiis deorum?Deus terribilis in ſecreto ſanctorũ multo,& terribilis ſuper oẽs qui ſunt in circuitibus eius.Dñe deus exercituũ, quis ſicut tu fortis domine?& veritas tua in circuitib⁹ tuis.Tu dominaris elationi maris;cum eleuauerint ſe fluctus eius,tu compeſces eos.Tu confregiſti[f] tanq̃ vulneratũ Aegyptum:in brachio fortitudinis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.Tui ſunt cœli etiã tua eſt terra:orbem & plenitudinẽ eius tu fundaſti. Aquilonem,& meridiẽ tu creaſti.Tabor &[g] Chermon in noĩe tuo laudabunt.Tibi eſt brachiũ cũ fortitudine:roboretur manus tua,exalte͂t dextera tua.Iuſtitia & iudiciũ habitaculũ ſolij tui:mia & veritas p̃cedent faciẽ tuã.Beat⁹ populus q ſcit iubilationẽ:dñe in lumine vultus tui ambulabũt.In noĩe tuo exultabũt omni die,& in iuſtitia tua exaltabunt ſe.Qm̃ gloria fortitudinis eorum es, & in volũtate tua exaltabis cornua noſtra. Quia[h] dño eſt clype[i] noſter,& ſancto Iſraeli rex noſter. Tunc locutus es in viſiõe[i] miſericordi tuo,& dixiſti:poſui adiutoriũ[k] ſup potentẽ:exaltaui electũ de populo.Inueni Dauid ſeruum meũ:oleo ſanctitatis meæ vnxi eũ,Cũ quo manus mea[l] firma erit,etiam brachium meum roborauit eũ.[m] Non exiget inimicus ab eo,& filius iniquitatis non affliget eũ.Et cõcidam à facie eius hoſtes eius,& odio habentes eũ percutiã.Et veritas mea,& miſericordia mea cum ipſo,& in nomine meo exaltabitur cornu eius.Et ponam in mari manum eius,& in fluminibus dexteram eius.Ipſe inuocabit me:pater meus es,& de⁹ meus,& fortitudo ſalutis meæ, Etiam ego[n] primogenitum

2.Regũ.7.c.

e hanc ſcilicet quam dixiſti:Percuſſi fœdus et c.refert uerba dei ut eũ magis moueat.

f uſq; ad internecionem. Gene 1.a.

g id eſt,occidẽs & oriens ita enim ſiti ſunt illi duo mõtes reſpectu Ieruſalem.

h apud dominũ eſt protectio noſtra.

i pio uiro ſcilicet Samueli

k id eſt,fortẽ adhuc adiuui

l parata,ſeu preſto erit.

m Nõ doliũ faciet hoſtis in eo,id eſt, nulla aduerſarij calliditas eũ poterit ſeducere.

n primogenitus regum Dauid improbato Saule,ſicut primogenitus Iacob improbato Eſau.

ponam eum,excelſum præ regib⁹ terræ.In ſeculum cuſtodiã ei miſericordiã meã,& pactum meum fidele erit ipſi.Et ponã in ſeculũ ſemen eius,& thronum eius ſicut dies cœli.Si dereliquerint filij eius legem meam,& in iudiciis meis non ambulauerint;Si ſtatuta mea prophanauerint,& præcepta mea non cuſtodierint.Viſitabo virga præuaricationẽ eorum,et plagis iniquitatẽ eorum.Miſericordiam autem meam non auferam ab eo,neque faciã mẽdacium in veritate mea. Non prophanabo pactum meum,& egreſſum labiorum meorum nõ mutabo.Semel iuraui per ſanctitatem meã;ſi Dauidi mentiar.Semen eius in ſeculũ erit,& thronus eius ſicut ſol corã me.Sicut luna ſtabilietur in ſeculũ:& teſtis in cœlo fidelis,Selah.[a] Tu verò elongaſti,& ſpreuiſti,iratus es cũ Chriſto tuo.Abieciſti pactũ ſerui tui,prophanaſti in terra diadema ei⁹.Deſtruxiſti oẽs macerias eius,poſuiſti munitiones eius contritionẽ. Diripuerunt eũ omnes tranſeuntes per viã,fuit opprobrium vicinis ſuis.Exaltaſti dexteram hoſtiũ eius,lætificaſti omnes inimicos eius.Etiam auertiſti aciem gladij eius,& non ſubleuaſti eum in prælio.Ceſſari feciſti munditiam eius,& ſolium eius in terrã cadere feciſti.Abbreuiaſti dies adoleſcentiæ eius,operuiſti eũ pudore,Selah.Vſquequo domine abſcondes te in ſeculũ, exardeſcet ſicut ignis ira tua?Memento quid ſum,[b] quid tẽpus:vt quid fruſtra creaſti omnes filios hominũ?Quis vir viuet,et non videbit mortem,eruet animam ſuam de manu inferi?Selah.Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine,quas iuraſti Dauidi in veritate tua?Recordare domine opprobrij ſeruorum tuorum(multos enim populos in ſinũ meũ ego omnes ſuſcepi).Recordare inq̃,ꝙ probris affecerint inimici tui domine,ꝙ probris affecerint veſtigia Chriſti tui.Benedictus dominus in ſeculum,Amen,& Amen.

2.Regũ.7.d Iohan.12

a Hic incipit queri Dauid.Teſtis in cœlo ſtabilis eſt ſcilicet Sol et luna.At tu omnia nobis mala feciſti. Prędicit ſpiritu ꝓphetico pactũ dei ad tẽpus iri ſuſpenſum.

b quãti ſui.

¶ Liber quartus. ¶ Pſalmi lxxxix.titulus.

¶ Oratio ipſius Moſeh viri dei. Heb. xc.

DOmine habitaculum fuiſti nobis in generatione & generatione.Priuſq̃ montes naſcerẽtur,& formares terram,& orbẽ:& à ſeculo,& vſque in ſeculum tu es deus. Conuertis hominẽ vſq; ad contritionẽ,& dicis:conuertimini filij hominum.Quoniam mille anni in oculis tuis, ſicut[c] dies heſterna,cum tranſierit:& cuſtodia in nocte.Inundaſti eos,vt ſomnus erunt,& mane ſicut herba quę mutatur.Mane florebit,& tranſibit,veſperi excidetur,& ſiccabitur. Quia conſumpti ſumus in furore tuo,& in ira tua territi ſumus.Poſuiſti iniquitates noſtras corã te,errores noſtros ad luminare vultus tui. Quoniam omnes dies noſtri declinauerũt propter irã tuam, conſumpſimus annos noſtros tanq̃ ſermonem.Dies annorũ noſtrorũ in ipſis,ſeptuaginta anni:& ſi in fortitudinibus octoginta anni:& fortitudo eorũ[d] peruerſitas,& iniquitas:qm̃ receſsit cito,& volauimus.Quis cognoſcit fortitudinẽ iræ tuæ? & ſicut timor tuus[e],ira tua.[f] Vt numeremus dies noſtros,ſic videre fac,& adducemus cor in ſapientiam.Conuertere dñe, vſquequo?&[g] conſolare ſuper ſeruos tuos.Satura nos mane miſericordia tua,& laudabimus,& lætabimur omnibus diebus noſtris.Lætifica nos iuxta dies,quib⁹ afflixiſti nos, annos quibus vidimus malum.Cõſpiciatur,in ſeruis tuis opus tuũ, et gloria tua in filiis eorum.Et ſit decor domini dei noſtri ſup nos,& opus manuum noſtrarum fac ſtabile ſuper nos: opus inq̃ manuum noſtrarum confirma nobis.

c id eſt,interim repente cõuertis interim ad mille annos expectas:interimq; nocte una impios ꝑdis, ut gigantes Sodomitas, Ægyptios et Babylonios. Eccl.18.

d labor

e ſic trãſitus tuus.i.ſicut quis te timet ita tu tranſis ſuper eũ bene uel male faciendo.

f Numeri dierũ noſtrorum certitudinem doce nos.

g placabilis eſto.

¶ Pſalmus xc. Heb. xcj.

QVi habitat in abſcondito altiſsimi,in vmbra omnipotentis cõmorabitur.Dicam dño ſpes mea,& arx mea, deus meus ſperabo in eo.Quoniam ipſe liberabit te à laqueo venatoris,& à lue corruptionum.Alis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis:ſcutum & clypeus eſt veritas eius. Non timebis à timore noctis,à ſagitta quæ volauerit per diem,[h] A morte in caligine ambulabit,à morſu qui vaſtat meridie.Cadent à latere tuo mille,& decem milia à dextera tua,tibi non appropinquabit.[i] Veruntamem oculis tuis aſpicies.

h A lue per caliginẽ trãſeũte.

i ſcilicet lues ſeu peſtis,quę circa te tot interfecit.

& retribu



& retributionem impiorum videbis.Quoniam tu es domine ſpes mea, excelſum poſuiſti habitaculum tuum. Non occurret tibi malum,& plaga non appropinquabit tabernaculo tuo.Quoniam angelis ſuis mandabit de te,vt cuſtodiãt te in omnibus viis tuis.In manibus portabunt te,ne forte impingat ad lapidem pes tuus.Super leonem & baſiliſcum calcabis,conculcabis catulum leonis & draconem. Quoniã me peramauit,eruam eum:exaltabo eum,quoniam cognouit nomen meum.Inuocauit me,& exaudiam eum:cum ipſo ſum in anguſtia:eruam eum,& glorificabo eum.Longitudine dierũ ſaturabo eum,& oſtendam ei ſalutem meam.

Matth.4.a. Lucæ.4.b.

¶ Pſalmi xcj. titulus. ¶ Cãtus cãtici in die ſabbati.Heb.xcij.

BOnum eſt confiteri domino,& pſallere nomini tuo altiſſime.Ad annunciãdum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam in noctibus.Super decacordo, & ſuper Nebel,ſuper Highaiõ cum cithara.Quia lætificaſti me domine in operibus tuis in operibus manuũ tuarũ laudans exultabo.Quàm magnificata ſunt opera tua domine:valde profundæ ſunt cogitationes tuæ.Vir inſipiẽs non cognoſcet,& ſtultus non intelliget illud.Cum floruerint impij ſicut herba, & germinauerint omnes operarij iniquitatis,erit ad exterminiũ eorum vſq; in ſeculum.Tu autem excelſus in ſeculum domine.Quoniam ecce inimici tui domine,quoniam ecce inimici tui peribunt:diſperdent omnes operarij iniquitatis. Et exaltabitur ſicut monocerotis cornu meum: conſperſus ſum oleo viridi.[a] Et reſpexit oculus meus in hoſtibus meis:in conſurgẽtibus aduerſum me malignis audient aures meæ.Iuſtus vt palma florebit,ſicut cedrus in lebanon multiplicabitur. Plantati in domo domini,in atriis dei noſtri florebunt.Adhuc fructificabunt in ſenectute:pingues,&[b] virides erũt.Ad annunciandũ, quòd rectus eſt dominus,fortitudo mea,& non eſt iniquitas in eo.

a id eſt, magna eſt mihi copia recẽtis olei.

b floridi

¶ Pſalmus xcij. Hebr. xciij.

DOminus regnauit,gloriam induit,induit dominus fortitudinem,accinxit ſe:etiam firmauit orbem,ne ſe moueat.[c] Paratum eſt ſolium tuum ex eo tempore,& à ſeculo tu es.Eleuauerunt flumina domine,eleuauerunt flumina ſonum ſuum:eleuabunt flumina illiſionem ſuam. Magis quàm ſonitus aquarum multarum,fortium fluctuum maris:fortis eſt in excelſo dominus. Teſtimonia tua fidelia ſunt valde: domui tuæ decora eſt ſanctitas,domine in longitudine dierum.

c Firmatum, diſpoſitum.

¶ Pſalmus xciij. Heb. xciiij.

DEus vltionum domine, deus vltionum appare. Eleuate iudicans terram,redde retributionem ſuperbis.Vſque quo impij domine,vſque quo impij exultabunt?Effabuntur,loquentur dura,extollent ſe omnes operarij iniqui.Populum tuum domine conterent,& hæreditatem tuam affligent. Viduam & peregrinum interficient,& pupillos occident. Et dixerunt:non videbit dominus,& non intelliget deus Iahacob.Intelligite ſtulti in populo,& fatui aliquando ſapite.Nõnne plantans aurem non audiet?nõnne formans oculum non aſpiciet?Nõnne corripiens gentes non arguet?ipſe qui docet hominem ſcientiam?Dominus cognoſcit cogitationes hominum,quoniam ſunt vanitas.Beatus vir quem erudieris domine, & legem tuam docueris.Vt quietem præſtes ei à diebus malis,donec fodiatur impio fouea.Quia non derelinquet dominus populum ſuum,& hæreditatem ſuam nõ derelinquet. Quia ad iuſtitiam reuertetur iudicium,& poſt illud omnes recti corde.Quis[d] conſurget mihi cum malignantibus,quis ſtabit cum operariis iniquis?Niſi dominus auxilio fuiſſet mihi, ferè habitaſſet ſepulchrum anima mea.Si dicebam, motus eſt pes meus,miſericordia tua domine ſuſtentabat me.In multitudine cogitationum mearum in intimo meo,cõſolatiões tuę lętificabunt animã meam.Nunquid iungetur tecum thronus peruerſitatum,formans iniquitatem in præcepto?Congregabunt exercitum contra animam iuſti,& ſanguinem innocentem condemnabunt.Et fuit dominus mihi eleuatio, & deus meus petra fiduciæ meæ. Et reddet eis iniquitatem eorum: & propter malitiam eorum ſuccidet eos: ſuccidet eos dominus deus noſter.

d adſurget mihi contra malignantes? quis adſtabit mihi cõtra operantes iniquitatem.

¶ Pſalmus xciiij. Heb. xcv.

VEnite laudemus dominum,iubilemus fortitudini ſalutis noſtræ. Præoccupemus faciem eius in confeſſione,& in canticis iubilem⁹ ei.Quoniam deus magnus dominus,& rex magnus ſuper omnes deos.In cuius manu ſunt[a] inueſtigationes terræ,& fortitudines montium ei.Cuius eſt mare, & ipſe fecit illud,& ſiccam manus eius formauerunt.Venite, adoremus,& incuruemus nos,genuflectamus coram domino factore noſtro.Quia ipſe eſt deus noſter,& nos populus paſcuæ eius,& pecus manus eius:ſi hodie voci eius obtemperaueritis. Ne obduretis cor veſtrum,[b] ſicut in contradictione, ſicut in die tentationis in deſerto.In quo tentauerunt me patres veſtri,probauerũt me,etiam viderunt opus meum.Quadraginta annis litigaui cum generatione,& dixi:populus errantium corde ſunt:& ipſi non cognouerunt vias meas.Propterea iuraui in furore meo,quòd non introibunt in requiem meam.

a penetralia, terrę,et celſitudines mõtiũ.

b ſicut in Meribah, ſicut in die Maſſa in deſerto,de quo Exodi.17.c. Hebr.4.a. Nume.14.e.

¶ Pſalmus xcv. Heb. xcvj.

CAntate domino canticum nouum,cantate domino omnis terra.Cãtate domino,& benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutem eius.Narrate gentibus gloriam eius,omibus populis mirabilia eius.Quoniam magnus dominus,& laudabilis valde:terribilis eſt ipſe ſuper omes deos.Quoniam omnes dij populorum idola:dominus autem cœlos fecit.Gloria & decor coram eo,fortitudo & gloria in ſanctuario eius.Afferte domino familiæ populorum, afferte domino gloriam & fortitudinem.Afferte domino gloriam nominis eius:ferte munera,& introite in atria eius.Incuruate vos domino in decore ſanctitatis:pauete à facie eius vniuerſa terra.Dicite in gẽtibus:dominus regnauit:etiã firmabitur orbis,ne commoueatur:iudicabit populos in rectitudine. Lætabuntur cœli,& exultabit terra:tonabit mare,& plenitudo eius.Exultabit ager, & omne quod eſt in eo:tunc laudabunt omnia ligna ſyluæ.Coram[f] domino,quia venit:quoniam venit iudicare terram:iudicabit orbem in iuſtitia,& populos in veritate ſua.

Eccl.43.d.

¶ Pſalmus xcvj. Heb. xcvij.

DOminus regnauit,exultet terra,lætentur inſulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius:iuſtitia & iudicium habitaculum ſolij eius.Ignis coram eo ibit,& exuret in circuitu hoſtes eius.Illuminauerunt fulgura eius orbem:vidit,& cõtremuit terra.Mõtes ſicut cæra diſſoluti ſunt à facie dñi à facie dñi oĩs terra.Annunciauerũt cœli iuſtitiã eius,& viderunt omnes populi gloriam eius. Pudore afficientur omnes qui ſeruiunt ſculptilibus, qui iactant ſe in idolis:incuruate vos ei omnes angeli.Audiuit,& lætata eſt Siion,& exultauerunt filię Iehudah,propter iudicia tua domine.Quoniam tu dominus excelſus ſuper omnem terram,valde eleuatus es ſuper omnes angelos.Qui diligitis dominum, odio habete malum:cuſtodit animas miſericordium ſuorum:è manu impiorum eruet eos.Lux ſata eſt iuſto,& rectis corde lætitia.Lætamini iuſti in domino,& confitemini memoriæ ſanctitatis eius.

Exodi.20.a. Leui.26.a. Deut.5.a. Hebr.1.c.

Amos.5.d. Roma.12.b.

¶ Pſalmus xcvij. Heb. xcviij.

CAntate domino canticum nouum,quia mirabilia fecit: ſeruauit eum dextera eius,& brachium ſanctitatis eius. Notam fecit dominus ſalutem ſuam:in oculis gentium iam reuelauit iuſtitiam ſuam.Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ,& veritatis ſuæ erga domum Iſrael:viderunt omnes fines terræ ſalutem dei noſtri.Iubilate domino oĩs terra, vociferate, & laudate, & canite.Canite dño in cithara, in cithara, & voce cãtus.In tubis claſſicis, & ſonitu cornu:iubilate corã rege dño. Tonet mare,& plenitudo eius:orbis,& habitantes in eo. Flumina plaudent manu,ſimul montes laudabunt. Coram domino,quia venit iudicare terram:iudicabit orbem in iuſtitia, & populos in rectitudine.

Iſaiæ.52.c. 63.b.

¶Pſalmus xcviij. Heb. xcix.

DOminus regnauit,contremiſcant populi:ſedet in Che
rubim,cõtremiſcat terra.Dominus in Siion magnus,
& excelſus eſt ſuper omnes populos.Confitebuntur nomini
tuo magno,& terribili quod ſanctum eſt. Et fortitudo regis
iudicium dilexit:tu paraſti rectitudinem: iudicium & iuſtitiã
in Iahacob tu feciſti.Exaltate dominum deum noſtrum,et in-
a Scabellum intelligi ſ arca ſub Cherubim quibus deus inſidebat.
curuate vos [a]ſcabello pedũ eius,quod ſanctum eſt.Moſeh,&
Aharon inter ſacerdotes eius,& Semuel intet inuocantes no-
men eius:inuocabant dominũ,& ipſe exaudiebat eos.In colu
mna nubis loquebatur ad eos:cuſtodiebant teſtimonia eius,
& ſtatutum quod dedit eis.Domine deus noſter tu exaudiſti
eos:deus pepercisti propter eos,& vltionem feciſti propter
opera eorum.Exaltate dominum deum noſtrum,& incurua
te vos mõti ſanctitatis eius:qm̃ ſanctus dominus deus noſter.

¶Pſalmi xcix. titulus. ¶Cantus pro con
feſſione. Hebr. c.

I[b]Vbilate domino omnis terra. Seruite domino in lætitia:
b Laudãdo uociferamini: uociferamini deo omnis terra.
ingredimini coram eo cũ cantico.Scitote quòd dominus
ipſe eſt deus,ipſe fecit nos,& non ipſi nos:populus eius,& pe-
cus paſcuæ eius.Ingredimini portas eius cum confeſſione, a-
tria eius cum laude: confitemini illi, benedicite nomini eius.
Quoniam bonus eſt dominus :in ſeculum miſericordia eius:
& vſque in generationem,& generationem veritas eius.

¶Pſalmi c. titulus. ¶Ipſius Dauid cantus. Heb.cj.

MIſericordiam & iudicium cantabo:tibi domine canã.
Intelligam in via perfecta,quando veniet ad me: am-
bulabo in perfectione cordis mei in medio domus meæ. Nõ
ponam coram oculis meis rem impiam,facere præuaricatio-
nes odiui:hoc mihi non adhærebit.Cor prauũ recedet à me,
malum non cognoſcam. Detrahentem in ſecreto proximo
ſuo,hunc ſuccidam: elatum oculis,& turgido corde, ipſum
non potero ferre.Oculi mei ad fideles terræ,vt ſedeant mecũ:
ambulans in via perfecta,ipſe miniſtrabit mihi. Non habita-
bit in medio domus meæ,faciens dolum,loquens mendacia:
nequaquam firmabitur talis coram oculis meis.Singulo ma-
ne ſuccidã impios terrę,vt exterminẽ oẽs operarios iniq̃tatis.

¶Pſalmi. cj. titulus. Heb. cij.
¶Oratio pauperis cum deficeret:& coram domino
effunderet eloquium ſuum.

DOmine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te
veniat.Ne abſcõdas faciem tuam à me,in die anguſtiæ
meæ inclina ad me aurem tuam:in die,qua inuocauero, feſti-
na,exaudi me.Quia defecerunt ſicut fumus dies mei,& oſſa
mea tanquam focus exuſta ſunt.Percuſſum eſt ſicut herba, &
aruit cor meum:quia oblitus ſum comedere panem meum.
A voce gemitus mei,adhæſit os meum carni meæ. Aſſimila-
tus ſum pellicano deſerti:fui ſicut bubo ſolitudinũ. Vigilaui,
& fui ſicut paſſer ſolitarius ſuper tectum.Tota die probris af-
ficiebant me inimici mei:inſanientes in me,aduerſum me iura
bant.Quia cinerem tanquam panem manducaui, & potum
meum cum fletu miſcui.A facie indignationis tuæ,& iræ tuę:
quia eleuaſti me,& proieciſti me. Dies mei fuerunt ſicut vm-
bra inclinata,& ego ſicut herba arui.Tu autem domine in ſe-
culum permanebis:& memoria tui in generatione,& genera
tione. Tu exurges,miſereberis Siion:quia tempus miſerendi
eius,quia venit tempus.Quoniam bene voluerunt ſerui tui la
pidibus eius:& pulueris eius miſerti ſunt.Et timebunt gentes
nomen domini,& omnes reges terræ gloriam tuam.Quia æ-
dificabit dominus Siion,videbitur in gloria ſua. Reſpexit ad
c orbati.
orationem eorum, qui ſunt velut [c]myricæ:& non ſpreuit ora
tionem eorum. Scribatur hoc pro generatione nouiſſima,
& populus creãdus laudabit dñm.Quia proſpexit de excelſo
ſanctitatis ſuæ:dñs de cœlo in terram aſpexit. Vt audiret ge-
mitum vinctorũ,vt ſolueret filios morti obnoxios.Vt narrẽt
in Siion nomen domini,& laudẽ eius in Ieruſalaim.Cum con
gregati fuerint populi ſimul, & regna,vt ſeruiant domino,
Afflixit in via fortitudinem meam:abbreuiauit dies meos.Di
cebam ego:deus mi,ne ſuccidas me in dimidio dierum meo-
rum:in generationẽ generationũ ſunt anni tui. Antea terram
fundaſti,& opus manuum tuarum ſunt cœli.Ipſi peribunt,&
tu ſtabis:& omnes ipſi ſicut veſtimentum veteraſcent, veluti
pallium mutabis eos,& mutabuntur.Tu autem idem ipſe, &
anni tui non cõſumẽtur.Filij ſeruorum tuorum habitabunt,
& ſemen eorum coram te ſtabilietur.

¶Pſalmi cij. titulus. ¶Ipſi Dauid. Heb.ciij.

BEnedic anima mea domino,& omnia interiora mea nõ
mini ſanctitatis eius.Benedic anima mea domino, & ne
obliuiſcaris oĩm retributionũ eius.Qui propiciatur omni ini-
quitati tuæ,qui ſanat oẽs infirmitates tuas.Qui redimit de fo
uea vitam tuam,qui coronat te in miſericordia,& miſeratio-
a abundare facit in bono ornamentum tuum.de aquila uide Mich.1. Exodi.34.a.
nibus.Qui [a] ſatiat bono os tuum,renouabitur vt aquilæ ado
leſcentia tua.Qui facit iuſtitias & iudicia omnibus,quibus vis
infertur.Notificauit vias ſuas Moſeh,filiis Iſrael opera ſua.Mi
ſericors,& clemens,longus ira,& multus miſericordia. Non
in ſeculum contendet,nec in ſeculum cuſtodiet iram.Nõ ſecũ
dum peccata noſtra fecit nobis,neq; ſecundũ iniquitates no-
ſtras retribuit nobis.Quoniã ſecundũ altitudinẽ cœli ſup ter-
ram,roborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes eũ.Quan
tum diſtat oriens ab occidente,diſtare fecit à nobis præuari-
cationes noſtras.Quomodo miſeretur pater filiorum,miſer-
tus eſt dominus timentiũ ipſum.Quia ipſe cognouit figmen-
tum noſtrum,recordatus quòd puluis ſumus.Hominis ſicut
herba ſunt dies,ſicut flos agri ſic florebit. Quoniam ventus
tranſibit ſuper illum,& non erit,& non cognoſcet eum am-
plius locus eius.Miſericordia autem domini à ſeculo, & vſq;
in ſeculum ſuper timentes eum:& iuſtitia eius ſuper filios filio
rum.Super cuſtodientes pactum eius,& eos qui recordantur
præceptorũ eius,ad faciendum ea.Dominus in cœlo parauit
thronum ſuum,& regnum ipſius omnibus dominatur.Bene
dicite domino angeli eius,fortes robore,facientes verbum e-
ius,vt obtemperetur voci verbi eius Benedicite domino o-
mnes exercitus eius,miniſtri eius, facientes voluntatem eius.
Benedicite domino omnia opera eius,in omnibus locis do-
minationis eius:benedic anima mea domino.

¶Pſalmus ciij. Hebr. ciiij.

BEnedic anima mea domino:domine deus mi magnifi-
catus es vehementer: gloriam & decorem indutus es:
b Qui cõtignat in aquis excelſa cœnacula ſua quaſi trabes cubiculi eius ſint ſuper aquas firmatę.
Amictus lumine ſicut veſtimento:& extendens cœlum veluti
cortinam.[b] Qui cõtignat ſuperiora eius:qui ponit nubes cur
rum ſuum:qui ambulat ſuper extremitates venti.Qui facit ãn
gelos ſuos ſpiritus,miniſtros ſuos ignem vrentem. Fundauit
terram ſuper ſtabilitatem,ne moueat ſe in ſeculum & in ſecu-
lum.Abyſſo ſicut veſtimento operuiſti eam: ſuper montes
c feſtinãter deſcendũt .ſ. aquæ. Conſcẽdũt mõtes deſcendũt in cãpos, ad locũ hunc.ſcilicet maris, quẽ ſtatuiſti eis.
ſtant aquæ.Ab increpatione tua fugiunt,à ſonitu tonitrui tui
[c] formidant.Aſcendunt mõtes,deſcendunt campi ad locum
huius quem fundaſti eis. Terminum poſuiſti, ne tranſeant, ne
reuertantur ad operiendum terram.[d] Qui miſit fontes in cõ-
uallibus,inter montes iuerunt.Propinabunt omnibus beſtiis
agreſtibus:frangent onagri ſitim ſuam.Sup eos volucres cœ-
d Decurrere ille facit fõtes in fluuios,qui inter montes trãſeunt. Bibent omnes beſtię agri.
li habitabunt,inter frondes dabunt vocem.Qui irrigat mon-
tes de excelſis cœnaculis ſuis:de fructu operum tuorũ ſatiabĩt
terra.Qui germinare facit herbam pro iumẽtis,& herbam ad
obſequm hominum.Vt educat panem è terra, et vinũ quod
lætificat cor hominis. Vt illuſtret faciem ab oleo,& panem
qui cor hominis fulcit.Saturabuntur & arbores excelſæ:cedri
lebanon, quas plantauit. Vt ibi aues nidificent:miluo abie-
tes ſunt domus. Montes excelſi ibicibus: petræ hoſpicium
leporibus. Fecit lunam in ſtata tempora: ſol cognouit oc-
caſum ſuum. Poſuiſti tenebras, & fuit nox:in ipſa ambulabit
omnis beſtia ſylueſtris.Leunculi rugiunt propter prædam,&
ad quærendũ à deo eſcam ſuam.Orietur ſol,cõgregabunt ſe,
& in habitaculis ſuis accubabũt. Egedietᷣ homo ad opus ſuũ,
& ad culturam ſuam vſq; ad veſperam.Quã multiplicata ſunt
opera



opera tua domine,que omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt
terra poſſeſſione tua.Hoc mare magnum,& latum ſpaciis:ibi
reptilia quorum non eſt numerus,beſtiæ puſillę,cum magnis.
Ibi naues ambulabunt:Liuiathan iſte,quem formaſti ad ludẽ
a in eo ſcilicet mari.
dum [a]cum eo. Vniuerſa ipſa in te ſperant,vt des eſcam eorũ
in tempore ſuo.Dabis eis,colligent:aperies manum tuam, &
ſaturabuntur bono: Abſcondes faciem tuã,terrebuntur: aufe
res ſpiritum eorũ,deficient,& in puluerem ſuum reuertentur.
mittes ſpiritũ tuum creabuntur,& innouabis faciem terræ.E-
rit gloria domini in ſeculum:lætabitur dominus in operibus
ſuis.Qui aſpicit terrã,& tremit:tangit montes,& fumant.Cã-
tabo domino in vita mea:canam deo meo quandiu fuero.Io-
cundum erit ei eloquium meum:ego lætabor in domino Cõ
ſumentur peccatores de terra,& impij vltra non erunt:bene-
dic anima mea domino.Halleluiah.

¶Pſalmus ciiij. Heb. cv.

1.Para.16. Iſaiæ.12.
COnfitemini domino,inuocate nomẽ eius:nota facite in
populis opera eius.Cantate ei,pſallite ei:loq̃mini de v-
b Gloriamini,exultate.
niuerſis mirabilibus eius.[b] Laudate vos in nomine ſancto e-
ius:lætetur cor quærentiũ dominum.Quærite dñm & forti-
tudinem eius:quæri te faciem eius ſemper.Mementote mira-
bilium eius quæ fecit:prodigiorũ eius,& iudiciorũ oris eiꝰ.Se
men Abraham ſerui eius,filij Iahacob electi eius.Ipſe eſt domi
nus deus noſter:in vniuerſa terra ſunt iudicia eius.Memor fuit
in ſeculũ pacti ſui:verbi quod præcepit mille generationibus.
Gene.12.c.d.
Quod pepigit cum Abraham,& iuramentũ ſuum ad Iſchac.
Et ſtatuit illud ipſi Iahacob in ſtatutũ,Iſraeli in pactũ ſempiter
num.Dicendo:tibi dabo terrã Chenahan,funiculum hæredi-
datis veſtrę.Cum eſſent viri pauci numero,& peregrini in ea:
Et ambularent de gente ad gentẽ,de regno ad populũ alterũ:
Non permiſit hominẽ iniuriari eis:& corripuit propter eos
c ſcilicet Abimelech & Pharaonem Gene.12. & 20.
reges.[c] Ne attingatis chriſtos meos, & ꝓphetis meis ne ma-
lefaciatis.Et vocauit famẽ ſuper terrã:[d] omnem virgam pa-
nis contriuit.Miſit ante eos virũ:pro ſeruo vẽditus eſt Ioſeph.
1.Par.16.c.d. d omne fulcimentum.
Afflixerunt in cõpede pedem eius:ferrum ingreſſum eſt ani-
mam eius. Vſque ad tẽpus quo venit verbũ eius:eloquiũ do
Gene.37.f.et 39.d.
mini purgauit eum.Miſit rex,& ſoluit eum:dominator popu
Gene.41.b.
lorum,& [e] ſoluit eum.Poſuit eum dñm domus ſuæ,& domi
Gene.41.e. e exclusit
natorem in omni poſſeſſione ſua.Vt [f] alligaret principes eius
f cõpelleret & ſuę legis uinculis adſtringeret.
ſecundum animam ſuam, & ſenes eius ſapientes efficeret. Et
ingreſſus eſt Iſrael Aegyptum,& Iahacob peregrinatus eſt in
terra Cham.Et auxit populum ſuũ valde,& roborauit eum
Gene.46.a. Exodi.1.b.c. 3.e.4.d.e.
præ hoſtibus ſuis.Conuertit cor eorũ,vt odio haberẽt popu
lum ipſius, & machinarentur in ſeruos ipſius. Miſit Moſeh
Exodi.7.a. Exodi.10.f.
ſeruum ſuum,Aharon quem elegit.Poſuerunt hi in eis verba
ſignorum ſuorũ,& prodigia in terra Cham.Miſit tenebras,&
obtenebrare fecit:& non exacerbauerunt verbum eius.Con-
Exodi.7.d.
uertit aquas eorum in ſanguinẽ,& occidit piſces eorũ. Edidit
Exodi.8.b.
terra eorum ranas,etiã in cubicula regũ eorum.Dixit,& venit
Exodi.8.f.e.
mixtura inſectorũ:pediculi in omni termino eorũ.Dedit plu-
Exodi.9.e.
uias eorũ grandinẽ:ignẽ flammarũ in terra eorũ.Et percuſſit
vites eorũ,& ficus eorum,& contriuit arbores termini eorũ.
Exo.10.c.d.
Dixit,& venit locuſta,& bruchus,& non erat numerus.Et co
medit omnẽ herbã in terra eorum,& comedit fructum terræ
eorũ.Et percuſſit omnẽ primogenitum in terra eorũ, primiti
uum omnis [g] laboris eorum. Et eduxit eos cum argento, &
g uirtutis
auro:& non erat in tribubus eius debilis. Lætata eſt Aegyptꝰ
cum egreſſi ſunt:quia irruerat pauor eorũ ſuper eos.Expãdit
Exodi.12.d. Exodi.13.d.
nubem in operimentũ:& ignem ad illuminandũ noctem.Ad
Pſal.77
petitionem adduxit coturnices:& pane cœli ſaturauit eos.A-
Exodi.16.c. Nume.20.c.
peruit petram,& fluxerũt aquæ:abierunt in arida aquæ:flumi
Gene.22.c.d.
nis.Quoniam recordatus eſt verbi ſancti ſui,& Abraham ſer
ui ſui.Et eduxit populum ſuum in gaudio:in laude electos ſu-
os.Et dedit eis terras gentium,vt labores populorum poſſide
rent.Quatenus ſcilicet cuſtodirent ſtatuta eius,& leges eiuſ cõ
ſeruarent,Halleluiah.
Ioſue.3.d.

¶Pſalmus cv. Heb. cvj.

LAudate dominum,confitemini domino,quoniam bo-
nus:quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Quis eloquetur
Iudicũ.13.c. Iudic.43.d.
fortitudines domini,& euulgabit omnẽ laudem eius? Beati
qui cuſtodiunt iudicium,qui faciunt iuſtitiam om̃i tempore.
Memento mei domine,in voluntate populi tui,viſita me in ſa
lute tua. Vt videam bonum electorum tuorũ,vt læter in læti
Iudith.7.d.
tia gentis tuæ,& glorier cum hęreditate tua.Peccauimus cum
patribus noſtris,praua fecimus,impia fecimus. Patres noſtri
in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua,non fuerunt me-
mores multitudinis miſericordiarum tuarũ:ſed rebellauerunt
Exodi.14.c.
iuxta mare,in mari ſcilicet Suph.Et ſeruauit eos propter no-
men ſuum,vt notam faceret fortitudinem ſuam.Et increpuit
mare Suph,& ſiccatum eſt:& ambulare fecit eos per abyſſos,
ac ſi fuiſſent in deſerto.Et ſeruauit eos de manu odio habẽtis,
& redemit eos de manu inimici. Et operuerunt aquæ hoſtes
Exodi.14.g.
eorum:vnus ex eis non remanſit.Et crediderunt verbis eius:
cantauerunt laudem eius.Feſtinauerũt,obliti ſunt operum e-
ius:non expectauerunt conſilium eius.Et concupierunt con-
Exodi.17.a.
cupiſcentiam in deſerto,& tentauerunt deum in ſolitudine.Et
Nume.11.g.
dedit eis petitionem eorum,& miſit perditionẽ in anima eo-
rum.Et zelati ſunt in Moſeh in caſtris,in Aharon ſanctum do
mini.Aperta eſt terra,& deglutiuit Dathan,& operuit cõgre-
Nume.16.e.
gationem Abiram. Et exarſit ignis in congregatione eorum,
Exodi.32.c.
flamma combuſſit impios.Fecerunt vitulũ in Choreb, & in-
a id eſt, deũ qui erat gloria eorum.
curuarerunt ſe conflatili.Et mutauerunt gloriam [a] ſuam in ſi-
militudinẽ bouis comedẽtis herbam.Obliti ſunt dei ſeruato-
b contra Aegyptios coleñtes uitulum.
ris ſui,qui fecerat magna in Aegypto.[b]Mirabilia in terra Chã,
terribilia in mari Suph.Et dixit,vt diſperderet eos,niſi Moſeh
Exodi.32.c.
electus eius ſtetiſſet in diuiſione coram eo:vt auerteret irã e-
ius,ne diſperderet.Et ſpreuerunt terrã deſiderabilẽ,& non cre
diderunt verbo eius.Et murmurauerunt in tabernaculis ſuis:
Nume.14.e.
nõ obtemperauerunt voci domini. Et eleuauit manum ſuam
ſuper eos,vt cadere faceret eos in deſerto.Et cadere faceret ſe-
men eorum in gentibus,& diſpergeret eos in terras.Et adhæ-
c Moabitarũ.erant quædã pro mortuis ſacrificia quę ſuis interdixit Moſes Deut.26.
ſerunt ipſi Bahalpehor,& comederunt ſacrificia [c] mortuorũ.
Et irritauerunt eum operibus ſuis,& multiplicata eſt in eis pla
Nume.25.b.
ga.Et ſtetit Pinchas,& [d] diiudicauit,& prohibita eſt plaga.Et
d iudicẽ egit, uindicauit.
reputatum eſt ei ad iuſtitiã,in generationẽ & generationẽ vſq;
in ſeculum.Et irritauerunt eum iuxta aquas contradictionis,
Nume.20.a.
& malum fuit ipſi Moſeh propter eos. Quia exacerbauerunt
e incõſiderate loquutꝰ eſt in labijs ſuis id eſt, non in ſermone domini.
ſpiritum eius,& [e] protulit labiis ſuis.Non diſperdiderunt po
pulos,quos dixit dominus eis.Et miſcuerũt ſe cum gentibus,
& didicerunt opera eorum.Et ſeruierunt ſculptilibus eorum,
& fuerunt eis laqueus.Et ſacrificauerunt filios ſuos,& filias ſu-
as dæmoniis.Et effuderunt ſanguinem innocentem,ſanguinẽ
filiorum ſuorum,& filiarum ſuarum,quos ſacrificauerũt ſcul-
ptilibus Chenahan:& infecta eſt terra ſanguine.Et polluerunt
ſe in operibus ſuis,& fornicati ſunt in operibus ſuis. Et iratus
eſt furor domini in populũ ſuum,& abominatus eſt hæredita
tem ſuam.Et dedit eos in manu gentiũ,& dñati ſunt eis odio
habentes eos.Et oppreſſerunt eos inimici eorum,& humiliati
ſunt ſub manu eorũ.Vicibus multis eruit eos,& ipſi exacerba
uerunt eũ conſilio ſuo,& humiliati ſunt propter iniquitatem
Deute.30.a.
ſuam.Et vidit,cum eſſet anguſtia eis,cum audiret ipſe clamo-
rem eorum.Et recordatus eſt erga eos pacti ſui,& pœnituit e-
um ſecundũ multitudinem miſerationum ſuarum.Et dedit e-
os in miſericordias,coram omnibus qui captiuos duxerant
eos.Serua nos domine deus noſter,& congrega nos de genti
bus,vt confiteamur nomini ſanctitatis tuæ, & gloriemur in
laude tua.Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo,& vſque
in ſeculum: & dicat omnis populus:Amen,Halleluiah.

¶Hic eſt finis libri.iiij.& incipit Liber.v.ſecudum
Hebræ. ¶Pſalmus. cvj. Heb. cvij.

Iudicũ.13.c.
COnfitemini domino quoniam bonus:quoniam in ſecu
lum miſericordia eius.Dicant redempti domini, quos
redemit de manu inimici. Et de terris congregauit eos, ab o-
riente,& ab occidente,& ab aquilone,& à mari. Errauerunt

in deſerto in ſolitudine inuia:ciuitatem habitationis non inuenerunt. Famelici, etiam ſitibundi:anima eorum in ipſis defecit. Et clamauerunt ad dominum in anguſtia ſua,& de anguſtiis eorum, eruit eos. Et ambulare fecit eos per viam rectam, vt irent ad ciuitatem habitationis. Confiteantur igitur domino propter miſericordiam eius,& mirabilia eius filiis hominum:Quia ſaturare fecit animam vacuam,& animam famelicam impleuit bono. Habitantes in tenebris,& caligine: vinctos inopia,& ferro. Quia mutauerunt eloquia dei,& conſilium altiſſimi deſpexerunt. Et humiliauit in labore cor eorum: impegerunt,& non erat auxiliator. Et clamauerunt ad dominum in anguſtia ſua,& de anguſtiis eorum ſeruaui eos. Eduxit eos de tenebris,& vmbra mortis,& vincula eorum diſrupit. Confiteantur igitur domino proter miſericordiam eius,& mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit portas æreas, et vectes ferreos confregit. Stultij propter viam præuaricationis eorum,& propter iniquitates eorum afflicti fuerunt. Omnẽ eſcam abominata eſt anima eorum:& peruenerunt vſque ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum in anguſtia ſua,& ab anguſtiis eorum ſeruauit eos. Miſit verbum ſuũ,& ſanauit eos,& eruit de perditionibus eorum. Confiteãtur igitur domino propter miſericordiam eius,& mirabilia eius filiis hominum. Et ſacrificent ſacrificia laudis,& narrent opera eius [a] in prædicatione. Deſcendentes ad mare nauibus, facientes opus in aquis multis:Ipſi viderunt opera domini,& mirabilia eius in profundo.[b] Dixitq; & ſtetit ſpiritus turbinis & exaultauit fluctus eius. Aſcenderunt vſque ad cœlum, deſcenderunt vſq; ad abyſſos:anima eorum in malo liquefecit ſe. Tremuerunt,& mouerunt ſe ſicut ebrius,& omnis ſapientia eorum abſorpta eſt. Et clamauerunt ad dominũ in anguſtia ſua,& de anguſtiis eorũ eduxit eos. Stare fecit turbinem in ſilentium,& ſiluerunt fluctus eorum. Et lætati ſunt, quoniam ſiluerunt:& duxit eos [c] ad terminum voluntatis eorũ. Cõfiteantur igitur domino propter miſericordiam eius,& mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in eccleſia populi,& in cathedra ſeniorum laudent eum. Poſuit flumina in deſertũ,& exitus aquarum in locum ſitis. Terram fructiferam in ſalſuginem, propter malitiam habitantium in ea. Poſuit deſertum in ſtagnum aquarum,& terram deſertam in exitus aquarum. Et collocauit ibi famelicos,& præparauerunt ciuitatem habitationis. Et ſeminauerunt agros,& plantauerunt vineas,& fecerunt fructum & prouentum. Et benedixit eis,& multiplicati ſunt valde,& iumenta eorum non minuit. Et rurſus diminuti ſunt,& humiliati ſunt à poteſtate mala,& dolore. Effudit [d] deſpectionem ſuper principes,& errare fecit eos in ſolitudine abſq; via. Et ſubleuauit pauperẽ ab inopia,& poſuit ſicut gregem familias. Videbunt recti,& lætabuntur:& omnis iniquitas claudet os ſuum. Quis ſapiens,& cuſtodiet hæc:& intelliget miſericordias domini?

a pũ iubilatione.
b Dixit eñ & excitauit uentũ procelloſum, qui extulit fluctus eius ſcilicet maris.
c ad portũ.
Iob.12.c.
d opprobriũ

¶ Pſalmi cvij. titulus. ¶ Canticum cantus ipſi Dauid. Heb. cviij.

PAratum cor meum deus:cantabo,& canam etiam gloriam meam. Surge pſalterium,& cithara, ſuſcitabo me mane. Confitebor tibi in populis domine, et canam tibi in nationibus:Quia magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua,& vſque ad cœlos veritas tua. Exaltare ſuper cœlos deus, ſuper omnem terram gloria tua. Vt liberentur dilecti tui:ſerua dextera tua,& exaudi me. Deus locutus eſt per ſanctitatem ſuam:exultabo, diuidam Sechem,& vallem Succhoth metibor. Meus eſt Ghilhad, meus eſt Menaſſeh,& Ephraim fortitudo capitis mei:Iehudah legifer meus. Moab olla lotionis meæ, ſuper Edom proiiciam calceamentum meum, ſuper [e] Peleſeth taratã tarizabo. Quis deducet me ad ciuitatem munitam, quis educet me vſque ad Edom? Nõnne deus elongaſti nos,& non egredieris deus cum exercitibus noſtris? Da nobis auxilium ab anguſtia:mendax enim ſalus hominis. In deo faciemus fortitudinem,& ipſe conculcabit hoſtes noſtros.

Pſa.56.et.59.
e Paleſtinã

¶ Pſalmi cviij. titulus. ¶ Victori ipſi Dauid cãtus, Heb. cix.

DEus laudis meæ, ne taceas. Quia os impij,[a] & os doloſi ſuper me aperuerunt ſe:locuti ſunt mecũ lingua mendaci. Et verbis odioſis circundederunt me,& impugnauerũt me gratis. Pro dilectiõe mea aduerſati ſunt mihi,& ego vir orationis erã. Et poſuerunt aduerſum me malum pro bono,& odiũ pro dilectione mea. Conſtitue ſuper eũ impium,& Sathan ſtet ad dexterã eius. Cum iudicatus fuerit ipſe, exeat impius,& oratio eius ſit in peccatũ. Sint dies eius pauci, præfecturã eius accipiat alter. Sint filij eius pupilli,& vxor eius vidua. Et [b] mouendo moueant ſe filij eius,& poſtulent:& quærant de ſuis deſertis. Illaqueet fœnerator omnia quæ ſunt ei,& diripiant alieni laborẽ eius. Ne ſit ei extendens miſericordiã,& ne ſit qui miſereatur pupillis eius. Sit poſteritas eius in exterminium:in generatione altera deleatur nomen eorũ. Memoretur iniquitas patrum eorũ domino,& peccatum matris eius ne deleatur. Sint corã domino ſemper,& ſuccidat è terra memoriam eorũ. Pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam,& perſecutus eſt virum pauperem,& mendicum, cõtritum corde ad interficiendũ. Et dilexit maledictionẽ,& venit ei:& noluit benedictionem, et elongauit ſe ab eo. Et induit maledictionem ſicut veſtimentũ ſuum,& intrauit ſicut aqua interiora eius,& ſicut oleũ in oſſa eius. Sit ei ſicut veſtimentũ quo operit ſe,& ſicut cingulum quo ſemper accingit ſe. Hoc opus aduerſariorũ meorũ à domino,& loquentiũ malum contra animam meã. Tu autem domine domine, fac mecũ propter nomen tuum, quia bona eſt miſericordia tua:erue me. Quia pauper & egenus ego ſum,& cor meum abſciſum eſt in viſceribꝰ meis. Sicut vmbra cum declinat, ego pertrãſeo: inſtabilis factus ſum, ſicut locuſta. Genua mea debilitata ſunt à ieiunio,& caro mea macruit à pinguedine. Ego autẽ fui opprobrium eis:videntes me mouerunt caput ſuum. Adiuua me domine deus meus:ſerua me ſecundũ miſericordiam tuã. Et ſciãt quia manus tua hoc:tu dñe, feciſti hoc. Maledicent ipſi,& tu benedices:inſurrexerunt,& pudore afficientur:ſeruus autem tuus lætabitur. Induent ſe aduerſarij mei pudorẽ,& operientur tãquam veſtimento pudore ſuo. Confitebor domino valde ore meo,& in medio multorum laudabo eum. Quoniam ſtabit ad dexterã pauperis, vt ſeruet eum à iudicibus animę eius.

a ſcilicet Achitophel: q Iudæ proditoris typũ geſſit.
Iohan.17.c. Actuũ.1.d.
b uagando uagent filii eius & mendicent:et percõtentur de deſolationibus ſuis.

¶ Pſalmi cix. titulus. ¶ Dauidis cantus. Heb. cx.

c [redacted]

DIxit dominus domino meo; [c] ſede ad dexteram meã: donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedibus [d] tuis. Virgam fortitudinis tuæ mittet dominus ex Siion:dominare in medio inimicorũ tuorum. Populus tuus [e] ſponte veniet in die fortitudinis tuæ, in pulchritudinibus ſanctitatis:[f] ex vtero ab aurora fuit tibi ros natiuitatis tuæ. Iurauit dñs,& non pœnitebit eũ:tu es ſacerdos in ſeculum ſecundũ morẽ Melchiſedech:[g] Dominus qui eſt ad dexterã tuã, transfixit in die furoris ſui reges. Iudicauit in gẽtibus, impleuit cadaueribus:transfixit caput ſuper terrã multam. De [h] torrente in via bibet:propterea exaltabit caput.

d [redacted]
f [redacted]
g [redacted]
h ſcilicet Ghichon Adonia ſe al. bi inebriante. 3. Regũ.1.

¶ Pſalmi cx. titulus. Heb. cxj. Halleluiah.

COnfitebor dño toto corde, in ſecreto rectorũ,& cõgregatione. Magna opera dñi, quæſita omibus volentibus ea. Gloria,& decor opus eius,& iuſtitia eius manet in ſeculũ. Memoriã fecit mirabilium ſuorũ, clemens,& miſericors dñs. Eſcã dedit timẽtibus ſe memor erit in ſeculũ pacti ſui. Fortitudinẽ operũ ſuorũ annunciauit populo ſuo, vt det eis hæreditatem gentium. Opera manuum eius veritas,& iudicium:fidelia omnia præcepta eius. Firmata in ſeculum in ſeculum:facta in veritate,& rectitudine. Redẽptionẽ miſit populo ſuo, præcepit in ſeculũ pactum ſuũ:ſanctum & terribile eſt nomẽ eius. Principium ſapientiæ timor domini: intellectus bonus omnibus facientibns ea:laus eius permanet in ſeculum.

Prouerb.1.a.& 9.c.
Eccli.1.b.

¶ Pſalmi



¶ Pſalmi cxi. titulus ¶ Halleluiah. Heb. cxij.

BEatus vir qui timet dominum:mandata eius vult valde. Potens in terra erit ſemen eius:generatio rectorum benedicetur. Opes & diuitiæ in domo eius:& iuſtitia eius manet in ſeculum. Ortum eſt in tenebris lumen rectis:[a] clemens & miſericors & iuſtus:Bonus vir donat,& commodat:metietur verba ſua in iudicio. Quia in ſeculum nõ declinabit: in memoria æterna erit iuſtus. Ab auditione mala non timebit :firmum eſt enim cor eius, fidens domino. Firmum cor eius non timebit, tempore quo intuebitur hoſtes ſuos. Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum:cornu eius exaltabitur in gloria. Impius videbit,& iraſcetur:dentibus ſuis frẽdet & contabeſcet:deſiderium impiorum peribit.

a clementi ſcilicet, miſericordi et iuſto
2.Cor.9.c.

¶ Pſalmus cxij. titulus. ¶ Halleluiah. Heb. cxiij.

LAudate ſerui domini, laudate nomen domini. Sit nomẽ domini benedictum, ex hoc tẽpore,& vſq; in ſeculum. Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum eius, laudabile nomen domini. Excelſus ſuper omnes gentes dominus:ſuper cœlos gloria eiꝰ. Quis ſicut dominus deus noſter, qui ſe eleuat ad habitandũ, qui humiliat ſe ad vidẽdum in cœlo & in terra? Qui erigit de puluere inopem, de ſtercore eleuat pauperẽ? Vt ſedere faciat cum principibus, cum principibus populi ſui. Qui ponis ſterilem in familiam,& in matrem ob filios lętantem. Halleluiah.

Mala.1.c.

¶ Pſalmus cxiij. Heb. cxiiij.

QVum egrederetur Iſrael ex Aegypto,& familia Iahacob è populo barbaro:Fuit Iehudah ſanctificatio eiꝰ, Iſrael poteſtas eius. Mare vidit & fugit:Iarden conuerſus eſt retrorſum. Montes exilierunt ſicut arietes,& colles ſicut filij pecudum. Quid fuit tibi mare quòd fugiſti,& Iarden ꝙ cõuertiſti te retrorſum?[b] Montes ſaltauerunt ſicut arietes,& colles ſicut filij pecudum. A facie dñi contremiſce terra, à facie dei Iahacob. Qui conuertit petram in ſtagnum aquarum, ſilicem in fontem aquarum.

Exodi.13.a.
b Et uos mõtes cur ſaltaſtis?

¶ Hic incipit alius pſalmus in Hebræo. cxv.

Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: propter miſericordiam tuam,& propter veritatem tuam. Vt quid dicent gentes:vbi eſt nunc deus eorum? Deus autem noſter eſt in cœlo:omnia quæ voluit, fecit. Simulachra eorũ ſunt ex argento,& auro, opus manuum hominum. Os eſt eis & nõ loquentur:oculi ſunt eis,& non videbunt. Aures ſunt eis,& non audient:nares ſunt eis,& non odorabũt. Manus ſunt eis,& non palpabunt:pedes ſunt eis,& non ambulabunt, neq; loquentur gutture ſuo. Sicut ipſa ſint qui faciunt ea, omnis qui fidit in eis. Iſrael fide domino:auxilium eorum,& clypeus eorum ipſe eſt. Domus Aharon fidite domino:auxilium eorum,& clypeus eorum ipſe eſt. Qui timetis dominum, fidite domino:auxilium eorum,& clypeus eorum ipſe eſt.

Sapien. 16.c.

¶ Hic incipit alius pſalmus in Hebræo, in aliquibus codicibꝰ.

Dominus memor fuit noſtri & benedicet, benedicet domui Iſrael:benedicet domui Aharon. Benedicet timentibus dominum, puſillis cum magnis. Adiiciat dominus ſuper vos, ſuper vos & ſuper filios veſtros. Benedicti vos à domino, qui fecit cœlos & terram. Cœlum cœlum domino:terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt dominum, nec omnes deſcendentes in ſepulchrum. Et nos benedicemus domino ex hoc tempore,& vſque in ſeculum. Halleluiah.

Baruc. 2.d.

¶ Pſalmus cxiiij. Heb. cxvj.

DIlexi quoniam exaudiet dominus vocem meam in deprecationibus meis. Quia inclinauit aurem ſuam mihi & in diebus meis inuocabo. Circundederũt me dolores morti,& anguſtiæ inferni inuenerunt me:anguſtiam & dolorem inueni. Et nomẽ domini inuocabo;quæſo domine erue animam meam. Clemens dominus,& iuſtus:& deus noſter miſerans. Cuſtodit ſimplices dominus:attenuatus ſum,& me ſeruabit. Reuertere anima mea ad requiem tuam;quia dominus retribuit tibi. Quia eripuiſti animam à morte, oculum meum à lachryma,& pedem meum ab expulſione mei. Ambulabo coram domino in terris viuentium.

¶ Pſalmus cxv. ſecundũ Septuaginta,& Latinos:ſed ſecundũ Hebraicũ eſt idem pſalmus cũ præcedenti.

C[a]Redidi, quando locutus ſum:ego depauperatus ſum valde. Ego dixi cum pauerem: omnis homo mendax. Quid reddam domino pro omnibus retributionibus eius quæ ſunt ſuper me? Calicem ſalutum accipiam,& nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam nunc corã omni populo eius. Precioſa in oculis domini mors miſericordium eius. Obſecro domine, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus filius ancillæ tuæ:ſoluiſti vincula mea. Tibi ſacrificabo ſacrificium [b] laudis,& nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam nunc coram omni populo eius. In atriis domus domini, in medio tui Ieruſalaim. Halleluiah.

a Certum apud me fuit quod nunc dicam: ego afflictus eram nimis. Ego dixi, cum trepidans feſtinarem:omnis homo mendax id eſt, etiam de Samuele dubitaui, qui me fore regem prædixerat.
b gratiarum actionis.
Roma.15.

¶ Pſalmus cxvj. Heb. cxvij.

LAudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam roborata eſt ſuper nos miſericordia eius,& veritas domini in ſeculum. Halleluiah.

¶ Pſalmus cxvij. Heb. cxviij.

COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nunc Iſrael:quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nunc familiæ Aharon: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nunc qui timẽt dominum:quoniam in ſeculum miſericordia eius. De anguſtia inuocaui dominum,& exaudiuit me [c] in latitudine dominus. Dominus mecum eſt, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mecũ eſt inter auxiliatores meos:& ego [d] videbo qđ opto odio habentibus me. Melius eſt ſperare in domino quã ſperare in homine. Melius eſt ſperare in domino, quam ſperare in principibus. Omnes gentes circundederunt me:in nomine domini:quoniam ſuccidam eas. Circundederunt me, etiã circundederunt me:in nomine domini:quoniam ſuccidam eas. Circundederunt me ſicut apes,[e] extinctæ ſunt ſicut ignis ſpinarum:in nomine domini:quoniam ſuccidam eas. Impellẽdo impuliſti [f] me, vt caderem:& dominus adiuuit me. Fortitudo mea,& laus dominus:& fuit mihi in ſalutem. Vox laudis,& ſalutis in tabernaculis iuſtorũ:dextera domini fecit fortitudinem. Dextera domini excelſa:dextera domini facit fortitudinem. Non Moriar, ſed viuam,& narrabo opera domini. Corripiendo corripuit me,& morti non tradidit me.[g] Aperite mihi portas iuſtitiæ:ingrediar eas,& confitebor domino. Hæc porta domini, iuſti intrabunt per eam. Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me & fuiſti mihi in ſalutem. Lapis quem reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli. A domino fuit iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus,& lætemur in ea. Obſecro domine ſaluifica nunc, obſecro domine, proſperare fac nunc. Benedictus qui venit in nomine domini:benediximus vobis de domo domini. Deus dominus,& illuxit nobis:[h] ligate agnum funibus vſque ad cornua altaris. Deus meus es tu,& confitebor tibi:deus meus,& exaltabo te. Confitemini domino, quoniam bonus quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Hebr.13.a.
c id eſt, in maiorem me amplitudinẽ dilatans.
d tuto intuebor hoſtes meos.
e exarſerũt ſcilicet celeri flãma: quę cito tranſit.
f ô tu Saul.
Exodi.15.a.
Exodi.12.a.
g arcam inducens hæc cantabat Dauid.
Matth.21.d.
Lucæ.20.c.
Actuũ.4.b.
Roma.9.g.
1.Petri.2.a.
Iſaiæ.28.d.
h necstite Choreã manuũ complexibus uſque ad cornua altaris.

¶ Pſalmus cxviij. Heb. cxix.

¶ Pſalmum cxviij. Propheta duabus & viginti ogdoadibus, id eſt, octonariis verſuum diſtinxit, vniuſcuiuſq; literæ Hebraicæ elemento octonos verſus tribuens, qui ab illis elementis incipiunt:vt omes verſus primæ ogdoadis ab Aleph, ſecundæ à Beth,& ita deinceps.

¶ Prima Ogdoas incipit ab Aleph.

BEati perfecti via, qui ambulant in lege domini. Beati qui cuſtodiunt teſtimonia eius,& toto corde quærunt eũ. Etiã qui nõ operati ſunt iniquitatẽ,& in viis eius ambulauerũt. Tu ꝑcepiſti mãdata tua, vt cuſtodiãt ea valde. vtinã firmentur viæ meæ, ad cuſtodiendũ ſtatuta tua. Tunc non pudore afficiar, cum reſpexero ad omnia ꝑcepta tua. Confitebor tibi in rectitudine cordis, cũ didicero iudicia iuſtitię tuæ.

Statuta tua cuſtodiam:ne derelinquas me nimis.

¶ Secunda Ogdoas incipit à Beth.

Qualiter

I[a]N quo mundabit adoleſcens ſemitam ſuam,vt cuſtodiat iuxta verbum tuum:Toto corde meo exquiſiui te:ne errare facias me à mandatis tuis.In corde meo abſcondi eloquia tua,vt non peccem tibi:Benedictus es domine:doce me ſtatuta tua.Labiis meis narraui omnia iudicia oris tui.In via teſtimoniorum tuorum gauiſus ſum,ſicut ſuper omnibus diuitijs.In præceptis tuis meditabor,& aſpiciam ſemitas tuas.In ſtatutis tuis delectabor,non obliuiſcar verborum tuorum.

¶ Tertia Ogdoas incipit à Chimal.

REtribue ſeruo tuo vt viuam:& cuſtodiam verba tua. Reuela oculos meos,& aſpiciam mirabilia de lege tua. Aduena ego ſum in terra,ne abſcondas à me præcepta tua. Confracta eſt auima mea ob deſideriũ,quod habet ad iudicia tua omni tẽpore.Diſperdidiſti ſuperbos maledictos,errantes ſcilicet à præceptis tuis.Deuolue à me opprobrium,& contẽptum:quia teſtimonia tua cuſtodiui.Etiam ſederunt principes,& contra me locuti ſunt:ſeruus autẽ tuus meditabitur in ſtatutis tuis.Etiã teſtimonia tua ſunt delectationes meæ & viri conſilij mei.

¶ Quarta Ogdoas incipit à Daleth.

ADhæſit pulueri anima mea: viuifica me ſecundum verbum tuũ.Vias meas narraui,& exaudiſti me: doce me ſtatuta tua.Viam præceptorum tuorũ fac me intelligere, & [b] meditabor in mirabilibus tuis.[c] Stillauit anima mea præ dolore:confirma me iuxta verbum tuum.Viam mendacij amoue a me,[d] & legem tuam dona mihi.Viam veritatis elegi, iudicia tua poſui coram me.Adhæſi teſtimoniis tuis:domine ne pudore afficias me.Viam mandatorum tuorum curram, [e] quum dilataueris cor meum.

b enatrabo
c Dilabitur
d & inſtitutione legis tuę gratificare mihi
e quia dilatabis tu cor meum.

¶ Quinta Ogdoas incipit ab He.

DOce me domine viam ſtatutorum tuorum,et cuſtodiã eam [f] propter mercedẽ.Fac me intelligere,& cuſtodiã legẽ tuã et cuſtodiã illam toto corde.Incedere fac me per ſemitã mãdatorũ tuorũ:quia ipſam volui.Inclina cor meũ ad teſtimonia tua,& non ad auaritiam. Tranſire fac oculos meos, vt non videant vanitatem:in viis tuis viuifica me. Confirma ſeruo tuo eloquium tuum,quod eſt ad timorem tuum.Tranſire fac opprobrium meum quod timui:quia iudicia tua bona.Ecce concupiui mandata tua:in iuſtitia tua viuifica me.

f merito aduerbium ſiue ob cauſam, nec abs re.

¶ Sexta Ogdoas incipit à Vau.

ET veniant mihi miſericordię tuæ domine;ſalus tua ſecundum eloquium tuũ.Et reſpondebo opprobris afficienti me verbum:quòd ſpes mea eſt in verbo tuo.Et ne remoueas de ore meo verbum veritatis vſq; valde:quia iudicia tua expectaui.Et cuſtodiam legem tuam ſemper,in ſeculũ & vltra. Et ambulabo in latitudine,quia mandata tua quæſiui.Et loquar de teſtimoniis tuis coram regibus,& non pudore afficiar.Et delectabor in mandatis tuis,q̃ dilexi. Et leuabo palmas meas ad p̃cepta tua,quæ dilexi: & meditabor in ſtatutis tuis.

¶ Septima Ogdoas incipit à Zain.

MEmento verbi [g] ſeruo tuo,in quo ſperare feciſti me. Hæc eſt conſolatio mea,in afflictione mea:q̃a eloquiũ tuum viuificauit me.Superbi deriſerunt me vſq; valde: à lege verò tua non declinaui.Recordatus ſum iudiciorum tuorũ à ſeculo domine,& conſolatus ſum.Terror tenuit me propter impios,qui deſerunt legẽ tuam.Cantus fuerunt mihi ſtatuta, in domo peregrinationum mearum. Recordatus ſum nocte nominis tui tui domine,& cuſtodiui legem tuam.Hoc bonũ fuit mihi quòd præcepta tua cuſtodiui.

g erga ſeruũ tuum,quo ſcilicet uerbo regnum es mihi pollicitus.

¶ Octaua Ogdoas incipit à Cheth.

POrtio mea domine,dixi,vt cuſtodirem verbum tuum. Deprecat⁹ ſum faciem tuam toto corde:miſerere mei ſecundum eloquium tuum.Cogitaui uias meas,& conuerti pedes meos ad teſtimonia tua. Feſtinaui,& nõ tardaui,vt cuſtodirem mandata tua.Cateruæ impiorum prædatæ ſunt me:legis autem tuæ non ſum oblitus.Media nocte ſurgam ad confidendum tibi,ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.Socius ſum omnib⁹ qui timent te,& cuſtodientibus præcepta tua. Miſericordiæ tuæ,domine,plena eſt terra:ſtatuta tua doce me.

¶ Nona Ogdoas incipit à Theth.

BOnum feciſti cum ſeruo tuo domine, ſecundum verbũ tuum.Bonum [a] ſermonem,& ſcientiam doce me, quia præceptis tuis credidi.Priuſquam humiliarer ego errabam, & nunc eloquium tuum cuſtodiui.Bonus tu,& beneficus:doce me ſtatuta tua.[b] Applicuerunt mihi mendacium ſuperbi, ego toto corde cuſtodiam præcepta tua.Impiguauit ſe ſicut adeps cor eorum:ego verò lege tua delectatus ſum. Bonum fuit mihi quòd afflictus fui,vt diſcam ſtatuta tua.Melior eſt mihi lex oris tui,quàm milia auri & argenti.

a intelligentiæ guſtum.
b Concinnarunt ſuper me ſuperbi mẽdacium:at ego

¶ Decima Ogdoas incipit à Iod.

MAnus tuæ fecerunt me,& diſpoſuerunt me:fac me intelligere,& diſcam præcepta tua. Qui timent te, videbunt me,& lætabuntur:quia verbum tuum expectaui.Noui domine quòd iuſtitia ſunt iudicia tua:et in veritate afflixiſti me.Sit nunc miſericordia tua ad conſolandum me,ſecundũ eloquium tuum ſeruo tuo.Veniãt mihi miſericordiæ tue,& viuam:quia lex tua delectatio mea eſt. Pudore afficiantur ſuperbi,quoniam [c] gratis peruertere voluerunt me:ego autem meditabor in præceptis tuis.Conuertantur ad me qui timẽt te,& ſciunt teſtimonia tua.Sit cor meum perfectum in ſtatutis tuis,vt non pudore afficiar.

c mendaciter,dolote.

¶ Vndecima Ogdoas incipit à Chaph.

DEſiderauit ſalutem tuam anima mea:ad verbum tuum ſperaui.Defecerunt oculi mei ad eloquium tuum, dicẽdo:quando conſolaberis me?Quia fui ſicut vter in fumo: ſtatutorũ tuorũ non ſum oblitus.Quot ſunt dies ſerui tui? quando facies contra perſequentes me iudicium? Foderunt mihi ſuperbi foueas,quod non eſt ſecundum legem tuã.Omnia mãdata tua veritas:[d] gratis perſecuti ſunt me,adiuua me:Ferè cõſumpſerunt me in terra: & ego non dereliqui præcepta tua. Secundum miſericordiã tuam viuifica me,& cuſtodiam teſtimonium oris tui.

d mẽdaciter

¶ Duodecima Ogdoas incipit à Lamed.

IN ſeculum domine verbum tuum p̃manet in cœlo.In generatione & generationem veritas tua:fundaſti terram,& ſtabit.Ad iudicia tua [e] facienda ſteterunt vſq; ad hanc diem, quia omnes tui.Niſi lex tua delectationes meæ fuiſſent, tunc periſſem in afflictione mea.In ſeculum non obliuiſcar præceptorum tuorum,quia in ipſis viuificaſti me.Tuus ego ſum, ſerua me:quoniam præcepta tua quæſiui. Me expectauerunt impij ad perdendum me:teſtimonia tua intelligam. Omnis conſummationis vidi finem:latum præceptum tuum valde.

e hodie præſto ſunt omĩa quia ea oĩa tibi ſeruiunt.

¶ Tertiadecima Ogdoas incipit à Mem.

QVam dilexi legem tuam: quotidie ipſa eſt meditatiõ mea.Præ inimicis meis ſapientẽ effeciſti me præceptis tuis:quia lex tua in ſeculum eſt apud me.Præ oĩbus docẽtibus me intellexi:q̃a teſtimonia tua meditatio mea ſunt.Præ ſenib⁹ intellexi:quia præcepta tua cuſtodiui.Ab omni ſemita mala prohibui pedes meos,vt cuſtodiã verbum tuũ.A iudiciis tuis non receſſi, quia tu doctũ feciſti me.Quã dulcia fuerunt palato meo eloquia tua:præ melle ori meo.A præceptis tuis mihi intelligentiam comparo:propterea odiui omnem ſemitam mendacij.

¶ Quartadecima Ogdoas incipit à Nun.

LVcerna pedi meo verbũ tuũ,& lumen ſemitæ meæ. Iuraui,& mecũ cõſtitui,vt cuſtodirẽ iudicia iuſtitię tuę.Afflictus ſum vehemẽtiſſime:dñe viuifica me ſecundũ verbũ tuum.Voluntaria oris mei velis q̃ſo dñe,& iudicia tua doce me. Anima mea in manu mea ſemp:& legis tuę nõ ſum oblit⁹. Poſuerũt impij laqueũ mihi:& à p̃ceptis tuis non erraui. Hęreditate accepi teſtimonia tua in ſeculũ:q̃a gaudiũ cordis mei ſunt. inclinaui cor meũ ad faciendũ ſtatuta tua in ſeculũ,vſq; in finẽ.

Quintadecima



¶ Quintadecima Ogdoas incipit à Samec.

a Ramos ſpurios, a legis trunco diductos.

S[a]Vrculos odio habui, & legem tuam dilexi.Latibulum meum,& ſcutum meum es tu in verbum tuum ſperaui. Recedite à me maligni,& cuſtodiam præcepta dei mei. Confirma me ſecundum verbum tuum,& viuam:& ne pudore afficias me ab expectatione mea.Confirma me,& ſeruabor,& delectabor in ſtatutis tuis ſemper. Cõculcaſti oẽs errantes à ſtatutis tuis:quia mendaciũ eſt dolus eorũ.Vt ſcorias ceſſare feciſti omnes impios terræ:ideo dilexi teſtimonia tua. Horruit propter timorem tuum caro mea,& à iudiciis tuis timui.

¶ Decimaſexta Ogdoas incipit ab Hain.

FEci iudicium,& iuſtitiam:ne derelinquas me opprimentibus me.Dirige ſeruum tuum in bonum,ne vim inferãt mihi ſuperbi.Oculi mei defecerunt ad ſalutem tuam,& ad eloquium iuſtitiæ tuæ.Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam,& ſtatuta tua doce me. Seruus tuus ego ſum, fac me intelligere,& ſciam teſtimonia tua.Tempus faciendi domino:diſſipauerunt legem tuam.Ideo dilexi pręcepta tua magis quàm aurum,& obrizum.Propterea omnia præcepta,oĩa inquam,recta cenſui,& omnem ſemitam mendacij odiui.

¶ Decimaſeptima Ogdoas incipit à Pe.

MIrabilia teſtimonia tua:ideo cuſtodiuit ea anima mea. Apertio verborum tuorum illuminat, & intelligere facit ſimplices.Os meum aperui,& [b] reſpiraui:quia præcepta tua deſideraui.Aſpice ad me,& miſerere mei:ſecundum conſuetudinem tuam erga diligentes nomen tuum. Greſſus meos firma in eloquio tuo:& non dominabitur mihi omnis iniquitas.Redime ab oppreſſione hominum,& cuſtodiam præcepta tua.Faciem tuam fac lucere ſeruo tuo,& doce me ſtatuta tua.Riui aquarum deſcenderunt ab oculi meis, propterea quòd non cuſtodierunt legem tuam.

b hauriã ſcilicet intelligẽtiam.

¶ Decimaoctaua Ogdoas incipit à Sadi.

IVſtus es domine,& rectum iudicium tuum.Precepiſti nobis iuſtitiam teſtimonia tua,& veritatẽ valde.Succidit me zelus meus,q̃a obliti ſunt verborum tuorum hoſtes mei.Probatus eſt ſermo tuus valde,& ſeruus tuus dilexit illum. Paruulus ſum,& deſpectus:præceptorum tamen tuorum non ſum oblitus.Iuſtitia tua iuſtitia in ſeculum,& lex tua veritas. Afflictio,& anguſtia inuenerunt me:præcepta tua delectationes meæ ſunt.Iuſtitia teſtimoniorum tuorũ in ſeculum:fac me intelligere,& viuam.

¶ Decima nona Ogdoas incipiens à Coph.

CLamaui toto corde,exaudi me domine:ſtatuta tua cuſtodiam.Clamaui ad te,ſerua me:& cuſtodiam teſtimonia tua.Præueni crepuſculo,& clamaui:verbum tuum expectaui.Præuenerunt oculi mei vigilias,ad meditandum in eloquio tuo. Vocem meam audi ſecũdum miſericordiam tuam domine:ſecundum iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt ſequentes malam cogitationem:à lege tua elongauerunt ſe.Prope es tu domine,et omnia præcepta tua ſunt veritas.Antea noui de teſtimoniis tuis,q̃a ĩ ſeculum fundaſti ea.

¶ Vigeſima Ogdoas incipit à Res.

VIde afflictionem meam,& erue me;quia legis tuæ non ſum oblitus.Iudica iudicium meum,& redime me:propter eloquium tuum viuifica me. Longe eſt ab impiis ſalus quia ſtatuta tua non quæſierunt.Miſericordiæ tuæ multæ domine:ſecundum iudicia tua viuifica me.Multi ſunt perſequentes me,& hoſtes mei:à teſtimoniis autem tuis non declinaui. Vidi præuaricantes,& tædio affectus ſum:quia eloquium tuum non cuſtodierunt. Vide,quia præcepta tua dilexi; domine ſecundum miſericordiam tuam viuifica me.[c] Principium verbi tui veritas:& in ſeculum omne iudicium iuſtitiæ tuæ.

c Caput id eſt, pręcipuũ in ſermone tuo eſt ueritas et in iudicijs tuis iuſtitia: idq; ſemper.

¶ Vigeſima prima Ogdoas incipit à Sin.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis:& à verbo tuo timuit cor meum,Gaudeo ſuper eloquio tuo,ſicut qui inuenit ſpolia multa.Mendacium odiui,& abominatus ſum: legẽ tuam dilexi.Septies in die laudaui te,ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam:& non eſt eis offenſio. Expectaui ſalutem tuam domine,& præcepta tua feci. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua,& dilexit ea vehementer.Cuſtodiui præcepta tua,& teſtimonia tua:quia oẽs vię meæ ſunt coram te.

¶ Vigeſimaſecunda Ogdoas incipit à Tau.

APpropinquet clamor meus corã te domine: ſecundũ verbum tuũ fac me intelligere. Veniat deprecatio mea coram te:ſecundũ eloquium tuum erue me.Eructabunt labia mea laudem,cum docueris me ſtatuta tua. Loquetur lingua mea eloquium tuum:quia omnia mandata tua ſunt iuſtitia. Sit manus tua ad auxiliandum mihi:quoniam p̃cepta tua elegi.Deſideraui ſalutem tuam domine:& lex tua delectationes meæ.Viuet anima,& laudabit te:& iudicia tua adiuuabunt me.Erraui ſicut pecus perditum: quęre ſeruum tuum: quia mandatorum tuorum non ſum oblitus.

¶ Pſalmus cxix. ¶ Canticum graduum. Heb. cxx.

AD dominum in anguſtia mea clamaui,et exaudiuit me. Domine erue animam meã à labio mendaci,et à lingua doloſa.Quid dabit tibi,& quid apponet tibi lĩgua doloſa?Sagittæ potentis acutæ,cum carbonibus iuniperorum.Heu mihi quia peregrinatus ſum in [a] Meſech,habitaui cum tabernaculis [a] Chedar.Multũ habitauit ſibi anima mea,cũ odio habẽte pacẽ.Ego erã vir pacis,& cũ loq̃bar,ipſi loq̃bant̃ ad bellũ.

a Arabię loca ſunt.

¶ Pſalmus cxx. ¶ Canticum graduum Heb. cxxj.

LEuabo oculos meos ad montes, vnde veniet auxilum meum.Auxilium meum à domino,qui fecit cœlum & terram.Non permittet vt declinet pes tuus,neq; dormitabit qui cuſtodit te.Ecce non dormitabit,neq; dormiet,qui cuſtodit Iſrael.Dominus cuſtos tuus,dominus vmbra tua, ſup manum dexteram tuam.Per diem ſol non percutiet te neq; luna per noctem.Dominus cuſtodiet te ab omni malo,cuſtodiet aninam tuam.Dominus cuſtodiet exitum tuum,& introitum tuum,ex hoc tempore & vſque in ſeculum.

¶ Pſalmus cxxj. ¶ Canticum graduum Heb. cxxij.

LAetatus ſum cum dicentibus mihi:in domum domini ibimus. Stantes fuerunt pedes noſtri in portis tuis Ieruſalaim.Ieruſalaim quæ ædificatur,vt ciuitas,[b] cui iuncta eſt ſimul.Quia illuc aſcenderunt tribus tribus dñi, teſtimonium Iſraeli,ad confitendũ nomini domini.Quia ibi [c] ſederunt ſedes ad iudicium,ſedes domui Dauid.Poſtulate pacem Ieruſalaim:proſperabuntur diligentes te.Sit pax in antemuralibus tuis,proſperitas in [d] domibus tuis.Propter fratres meos, & proximos meos,loquar nunc pacem in te.Propter domum domini dei noſtri,quæram bonum tibi.

b quę coniuncta eſt ſibi ipſi pariter, id eſt,appriſme unita.
c conſtitutæ ſunt ſedes ſiue ſolia.
d palatijs

¶ Pſalmus cxxij. ¶ Canticum graduum. Heb. cxxiij.

AD te leuaui oculos meos,q̃ habitas in cœlis. Ecce ſicut oculi ſeruorum ad manum dominorũ ſuorũ,ſicut oculi anncillæ ad manum dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum,donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine,miſerere noſtri:quia multum ſatiati ſumus deſpectione. Multum ſatiata eſt ſibi anima noſtra ſubſannatione abundantium,& deſpectione ſuperborum.

¶ Pſalmus cxxiij. ¶ Canticum graduum ipſi Dauid. Heb. cxxiiij.

NIſi eſſet dominus qui fuit nobiſcũ,dicat nunc Iſrael:Niſi eſſet dñs qui fuit nobiſcũ:quũ ſurrexerunt aduerſum nos homines: Tunc viuos deglutiſſent nos,quum iraſceretur furor eorum in nos.Tunc aquæ operuiſſent nos,& torrens tranſiſſet ſuper animam noſtram.Tunc tranſiſſet ſuper animã noſtrã aqua ſuperba.Benedictus dominus,qui nõ dedit nos in prædam dentibus eorũ.Anima noſtra ſicut auis euaſit de laqueo venantium:laqueus cõtritus eſt,& nos euaſimus. Adiutorium noſtrum in nomine domini,qui fecit cœlũ & terrã.

¶ Pſalmus cxxiiij. ¶ Canticum graduum, Heb. cxxv.

QVi cõfidũt in dño,erũt ſicut mõs Siion,q̃ nõ cõmouebit̃ ſed ĩ ſeculũ mãebit.Ieruſalaim mõtes habet ĩ circui

tu ſuo, & dñs in circuitu populi ſui, ex hoc tẽpore, & vſque in ſeculum. Quia nõ requieſcet virga impietatis ſuper ſortem iuſtorum, ne mittant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Benefac domine bonis, & rectis in cordibus ſuis. Declinantes autem in peruerſitates ſuas, ambulare faciet dominus cum operantibus iniquitatem: pax autem erit ſuper Iſrael.

¶ Pſalmus cxxv. ¶ Canticum graduum. Heb. cxxvi.

a reuerſionẽ

b magnifice egit domin⁹.

QVando redire fecit dominus [a] captiuitatem Siiõ, fuimus veluti ſomniantes. Tunc repletum eſt riſu os noſtrum, & lingua noſtra laude: tunc dixerunt inter gentes: magnificauit dominus facere cum iſtis. [b] Magnificauit dominus facere nobiſcum: fuimus lætantes. Redire fac domine captiuitatem noſtram, ſicut torrentes in arido. Qui ſeminant cum lachrymis, cum laude metẽt. Eundo ibit, & flendo portans precioſum ſemen: veniendo veniet cum laude, portans manipulos ſuos.

¶ Pſalmus cxxvi. ¶ Canticum graduum ipſi Selomoh. Hebr. cxxvij.

SI dominus non ædificet domum, fruſtra laborant in ea qui ædificant eam. Si dominus non cuſtodiat ciuitatem, fruſtra vigilat cuſtos. Fruſtra vobis eſt maturantibus ſurgere, tardantibus ſedere, et edentibus panẽ dolorum: ſic dabit dilecto ſuo ſomnum. Ecce hæreditas domini, filij: merces, fructus ventis. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij iuuẽtutum. Beatus vir qui impleuit pharetram ſuam ipſis: non pudore afficiẽtur, quum locuti fuerint cum inimicis in porta.

¶ Pſalmus cxxvij. ¶ Canticum graduum. Hebr. cxxviij.

BEatus omnis qui timet dominum, qui ambulat in viis eius. Quia laborem manuum tuarum comedes: beatus eris, & bonum tibi erit. Vxor tua erit ſicut vitis fructificãs in lateribus domus tuæ, & filij tui ſicut plantationes olearum, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur vir, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Siion, & videas bonum Ieruſalaim omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiis tuis, pacemq; ſuper Iſrael.

¶ Pſalmus cxxviij. ¶ Canticum graduum. Hebr. cxxix.

c excindit colligationes diruendo ſcilicet eorũ cõfederatiões & ligas.

MVltum anguſtiis affecerunt me ab adoleſcentia mea, dicat nunc Iſrael. Multum anguſtiis affecerunt me ab adoleſcentia mea: verum non præualuerunt mihi. Supra dorſum meum arauerunt arantes, & in longum protraxerunt ſulcum ſuum. Dominus iuſtus [c] concidit funes impiorum. Pudore afficientur, & redibunt retrorſum omnes qui odio habẽt Siion. Erunt ſicut herba tectorum, quæ antequam educatur, exaruit. Qua non impleuit manum ſuam qui metit, nec brachium ſuum qui congregat manipulos. Et de qua non dixerũt tranſeũtes: benedictio domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine domini.

¶ Pſalmus cxxix. ¶ Canticum graduum. Heb. cxxx.

DE profundis clamaui ad te domine. Domine audi vocem meam, & ſint aures tuæ intentæ ad vocem deprecationum mearum. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſtabit? Siquidem apud te eſt remiſſio: ideo timeberis. Expectaui dominum, expectauit anima mea: & in verbo eius fiduciam habui. Anima mea ad dominum ante cuſtodes matutinos, ante cuſtodes inquam matutinos. Expecta Iſrael dominum, quia cum domino eſt miſericordia, & multa cum eo redemptio. Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus iniquitatibus eius.

¶ Pſalmus cxxx. ¶ Canticum graduum ipſi Dauid. Heb. cxxxi.

d Imo in equalitate ſua poſui, & cõtinui animam meam, acſi eſſet puer ablactatus, apud matrem ſuã. quem ſcilicet mater a lacte cohibet.

DOmine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſupra me. [d] Niſi poſui, & ſilere feci animam meam, ſicut ablactatum ſuper matrem ſuam: ſicut ablactatus eſt in me anima mea. Spera Iſrael in dño, ex hoc tempore, & vſq; in ſeculũ.

¶ Pſalmus cxxxj. ¶ Canticum graduum. Heb. cxxxij.

MEmento domine Dauid & vniuerſæ afflictionis eius. Qui iurauit domino, & vouit potenti Iahacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero ſuper lectum ſtrati mei: Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem: Donec inueniam locum domino, & habitacula forti Iahacob. Ecce audiuimus eam in Ephrathah: inuenimus eum in campis ſyluæ. Introhibimus in tabernacula eius, & incuruabimus nos ſcabello pedum eius. Surge domine ad requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui induant iuſtitiam, & pij tui cũ iubilo cantent. Propter Dauid ſeruum tuum, ne auertas faciem Chriſti tui. Iurauit dominus ipſi Dauid veritatem, non auertetur ab ea: de fructu ventris tui ponã ſuper ſolium tuũ. Si cuſtodierint filij tui pactum meum, & teſtimonium meum quæ docebo, etiam filij eorum vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſolium tuum. Quoniam elegit dominus Siion, & deſiderauit vt eſſet habitaculũ ſibi. Hæc requies mea vſque in ſeculum. hic habitabo, quoniam deſideraui eam. Eſcæ eius benedicendo benedicam, & pauperes eius ſaturabo pane. Sacerdotes autem eius induam ſalutem, & pij eius exultando cantabunt. Ibi vigere faciam cornu Dauid: paraui lucernam chriſto meo. Inimicos eius induam pudorem, & ſuper eum florebit corona eius.

2. Regũ. 7. d.
2. Para. 6. g.
Lucæ. 1. c.
Actuũ. 2. a.
Lucæ. 1. g.
Mala. 3. a.
Lucæ. 1. b.

¶ Pſamus cxxxij. ¶ Canticum graduum ipſi Dauid. Heb. cxxxiij.

ECce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres etiã pariter. Sicut oleũ optimũ ſup caput, deſcẽdens ſuper barbã, barbã Aharon: quodq; deſcẽdit ſup orã veſtimentorũ eius. Sicut ros Chermon qui deſcendit ſuper montes Siion: qm̃ ibi præcepit benedictionem, & vitam vſq; in ſeculum.

¶ Pſalmus cxxxiij. ¶ Canticum graduum. Heb. cxxxiiij.

EIa benedicite domino omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini in noctibus. Leuate manus veſtras ad ſanctitatem, & benedicite domino. Benedicat tibi dominus ex Siion, qui fecit cœlum & terram.

¶ Pſalmus cxxxiiij. Halleluia. Heb. cxxxv.

LAudate nomen domini, laudare ſerui domini. Qui ſtatis in domo domini, in atriis domus dei noſtri. Laudate dominum, quia bonus dominus: canite nomini eius, quia iocundum. Quoniã Iahacob elegit ſibi dominus, Iſrael vt ſit peculiaris ſibi. Quia noui, quòd magnus eſt dominus, & de⁹ noſter præ omnibus diis. Omnia quæ voluit dominus fecit in cœlo & in terra: in maribus, & omnibus voraginibus. Qui aſcendere facit nubes ab extremo terræ, fulgura ad pluuiam facit: qui educit ventum de theſauris ſuis. Qui percuſſit primogenita Aegypti, ab homiue vſque ad iumentum. Miſit ſigna & prodigia in medio tui Aegypte: in Parhoh & in omnes ſeruos eius. Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes: Sichon regem Emoræum, & Hogh regem Baſan, & omnia regna Chenahan. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Iſrael populo ſuo. Domine nomen tuum in ſeculum: domine memoria tua in generatione & generationem. Quia iudicium faciet dominus populo ſuo, & ſeruis ſuis ignoſcet. Simulachra gentium, argentum & aurum, opus manuum hominis. Os eſt eis, & non loquentur: oculi ſunt eis, & non videbunt. Aures ſunt eis, & non auſcultabunt: etiam non eſt ſpiritus in ore ipſorum. Sicut ipſa ſint facientes ea, & omnis qui fidit eis. Familiæ Iſrael benedicite domino: familiæ Aharon benedicite domino. Familiæ Leui benedicite domino: qui timetis dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex Siion, qui habitat in Ieruſalaim, Halleluiah.

Ieremi. 10. e.
Exodi. 12. d.
Nume. 21. g.
Ioſue. 12. c.
Sapien. 15. d.

¶ Pſalmus cxxxv. Heb. cxxxvi.

COnfitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confitemini deo deorum: qm̃ in ſeculũ miſericordia eius. Confitemini domino dominorũ: quoniam



quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui fecit mirabilia magna ſolus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui fecit cœlos [a] intelligentia: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui extendit terram ſuper aquas: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui fecit luminaria magna: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Solem ad dominiũ in die: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Lunam, & ſtellas ad dominia in nocte: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui pcuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. In manu forti, & brachio extento: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui diuiſit mare Suph, in diuiſiones: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et tranſire fecit Iſrael per medium eius, quoniam in ſeculum miſericordia ei⁹. Et excuſſit Parhoh, & exercitũ ei⁹ in mari Suph: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui ambulare fecit populum ſuum per deſertum: quoniã in ſeculum miſericordia eius. Et qui percuſſit reges magnos: quoniam in ſeculum miſericorcia eius. Et occidit reges fortes: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Sichon regem Emoræum, quoniam in ſeculũ miſericordia ei⁹. Et Hogh, regem Baſan, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et dedit terram eorum in hæreditatem: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et redemit nos ab hoſtibus noſtris: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui dat panem omni carni: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confitemini deo cœli: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Gene. 1. a. b.
a ſolerti ingenio.
Exodi. 12. d.
Exodi. 2. d.
Exodi. 14. g.
Nume. 21. c.
Nume. 11. g.
Ioſue. 12. c.

¶ Pſalmus cxxxvj. Heb. cxxxvij.

b & ululat⁹ noſtros quaſi lætitiam.

IVxta flumina Babel ibi ſedimus, etiam fleuimus, dum recordaremur Siion. Super ſalices in medio eius, ſuſpẽdimus citharas noſtras. Quia ibi poſtulauerũt à nobis, qui captiuos duxerunt nos, vt diceremus verba cantici, [b] & citharis ſuſpenſis verba lætitiæ: cantate nobis de cantico Siion. Quomodo cantabimus canticum domini, in terra alienigenæ? Si oblitus fuero tui Ieruſalaim, obliuiſcatur mei dextera mea. Adhæreat lingua mea palato meo, ſi non meminero tui, ſi non aſcendere fecero Ieruſalaim, in capite lætitiæ meæ. Recordare domine filiorum Edõ, diei Ieruſalaim, qui dicunt: diſcooperite, diſcooperite vſq; ad fundamentũ in ea. Filia Babel vaſtata, beatus qui retribuit tibi retributionem, quam retribuiſti nobis. Beatus qui apprehendet, & allidet paruulos tuos ad petram.

Eſaiæ. 13. c.

¶ Pſalmi cxxxvij. titulus. ¶ Ipſi Dauid. Heb. cxxxviij.

c diis

d ſuperbum

COnfitebor tibi toto corde meo: coram [c] angelis canã tibi. Incuruabo me templo ſanctitatis tuæ, & cõfitebor nomini tuo ſuper miſericordia tua, & ſuper veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omnia nomen tuum, & eloquiũ tuum. In die qua inuocaui te, exaudiſti me: roboraſti me in animæ meæ fortitudine. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt eloquia oris tui. Et cantent in viis domini: quoniam magna eſt gloria domini. Quoniam excelſus dominus, & humilem videbit, & [d] excelſus à longinquo cognoſcet. Si ambulauero in medio anguſtiæ viuificabis me, ſuper iram inimicorum meorum mittes manum tuam, & ſeruabit me dextera tua. Dominus retribuet pro me, domine miſericordia tua in ſeculum: opus manuum tuarum ne dimittas.

¶ Pſalmi cxxxviij. titulus. ¶ Victori ipſi Dauid pſalmus. Heb. cxxxix.

DOmine inueſtigaſti me, & cognouiſti. Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam, intellexiſti cogitationem meam à longe. Semitam meam, & accubitum meum ventilaſti, & omnes vias meas intellexiſti. Quia non eſt ſermo in lingua mea: ecce domine tu noſti totum ipſum. Retrò, & antè formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Mirabilior eſt ſcientia me, excelſa eſt, nõ potero eam attingere. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, ibi es: & ſi ſtratum fecero in inferno, ecce tu es. Si aſſumpſero pennas [a] luciferi, & habitauero in nouiſſimo occidentis: etiam [b] ibi manus tua ducet me, & tenebit me dextera tua. Et ſi dixero: veruntamen tenebræ occultabunt me, & nox radiabit circa me. Etiam tenebræ non occultabunt aliquid à te, & nox ſicut dies lucebit, tenebræ ſicut lux, & lux ſicut tenebræ. Quia tu poſſediſti renes meos, texiſti mẽ in vtero matris meæ. Confitebor tibi eo quòd in terribilibus multis mirificatus ſum mirabilibus operibus tuis: & anima mea cognoſcit valde. Non fuit occultum corpus meum à te, quando factus fui in occulto: quando variè compactus ſum in imis terræ. Embrionem meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnia ſcripta erant, quæ per dies formata ſunt: cum adhuc nullum eorum extaret. Quàm precioſæ mihi fuerunt cogitatiões tuæ deus, quàm inualuerunt ſummæ earum? Dinumerabo eas, & præ arena multiplicabuntur: excitaui mihi moleſtiam, adhuc tamen ego tecum ſum. Si occideris deus impium, & viros ſanguinolentos: recedite à me. Qui dixerunt contra te abominationem, aſſumpſerunt in vanum nomen tuum hoſtes tui. Nõne odio habentes te odio habebo, & contra inimicos tuos tædio afficiar? Perfecto odio odi illos, pro inimicis fuerunt mihi. Inueſtiga me deus, & ſcito cor meum: proba me, & ſcito cogitationes meas. Et vide ſi via irritationis in me eſt, duc me per viam ſempiternam.

Amos. 3. a.
a auroræ,
b illinc manus tua deducet me,

¶ Pſalmi cxxxix. titulus. ¶ Victori pſalmus ipſi Dauid. Hebr. cxl.

Supra. 13.
Roma. 3. b.

ERipe me domine ab homine malo, à viro habente iniquitates cuſtodi me. Qui cogitauerunt mala corde, õmi die congregauerunt bella. Acuerunt linguam ſuam, ſicut ſerpens: venenũ aſpidis in labiis eorum, Selah. Cuſtodi me domine à manibus impij, à viro habente iniquitates cuſtodi me: q cogitauerunt impellere pedes meos. Abſcõderunt ſuperbi laqueum mihi, & funibus extenderunt rete in loco ſemitæ: laqueos poſuerunt mihi, Selah. Dixi domino: deus meus es tu: auſculta vocem deprecationum mearum. Domine, domine, fortitudo ſulutis meæ, operi caput meum in die armorũ. Ne tradas domine deſideria ſua impio, cogitationem eius ne perficias, ne exaltet ſe, Selah. [c] Caput circundantium me: mendacium labiorum eorum operiet eos. Declinabũt ſuper eos prunæ & in ignẽ cadere facies eos: in foueas, ne reſurgant. Vir linguæ non firmabitur in terra, nec vir rapinæ malus: venabitur ipſum hæc res ad præcipitia. Noui quòd faciet dominus iudiciũ pauperis, iudicium mendicorum. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: habitabunt recti cum vultu tuo.

c Sũma eorum qui me circundant, hæc eſt.

¶ Pſalmi cxl. titulus. ¶ Cantus ipſi Dauid. Heb. cxlj.

DOmine clamaui ad te, feſtina ad me: auſculta vocẽ meã cum clamauero ad te. Firmetur oratio mea ſicut ſuffimentũ in conſpectu tuo: et eleuatio manuum mearum ſit vt ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, cuſtodi oſtium labiorum meorum. Ne inclines cor meum ad rem malam, ad faciendum opera in impietate cum viris operantibus iniquitatem: & non comedam cibum voluptatum eorũ. Percutiat me iuſtus in miſericordia, & increpet me, [d] oleum præcipuum ne frangat caput meum: quoniam adhuc, & oratio mea eſt, vt erat me à malis eorum. [e] Derelicti ſunt in locis petroſis iudices eorũ, & audient verba mea, quoniam dulcuerunt. Sicut ſcindens, & findens ligna in terra, diſperſa ſunt oſſa noſtra in ore ſepulchri. Quia ad te domine, domine oculi mei: in te ſperaui, ne effundas animam meam. Cuſtodi me à locis laquei, quem ad illaqueandum tetenderunt mihi, & à tendiculis operantium iniquitatem. Cadent in retiacula eius impij: ſimul ego in ſeculum tranſibo.

d oleũ capitis ne lamẽtari faciat caput meũ id eſt, ſublimis adulatorũ delinitio ne mihi ſit in lamẽtum.
e Præcipitẽtur

¶ Pſalmi cxlj. titulus. ¶ Intellectus ipſi Dauid, quum eſſet in ſpelunca oratio. Hebræo. cxlij.

VOce mea ad dominum clamabo: voce mea ad dominum deprecabor. Effundam in conſpectu eius oratio-

nem meam:anguſtiam meam in conſpectu eius annunciabo. Cum defecerit in me ſpiritus meus,& tu cognouiſti ſemitam meam,in via qua ambulabam:abſconderunt laqueum mihi. Dum aſpicio ad dexteram,& video,non eſt qui me agnoſcat: periit fuga à me:non eſt qui quærat animam meam. Clamaui ad te domine,& dixi:tu es ſpes mea:portio mea in terra viuẽtium. Intende ad clamorem meum:attenuatus ſum valde erue me à perſequentibus me:quoniam robuſtiores ſunt me. Educ de clauſura animam meam,ad laudandum nomen tuum: me coronabunt iuſti,quum retribueris mihi.

¶ Pſalmi cxlij. titulus. ¶ Cantus ipſi Dauid. Heb. cxliij.

DOmine audi orationem meam,auſculta deprecationẽ meam:propter veritatẽ tuam exaudi me,et propter iuſtitiam tuam. Et ne venias in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabit ſe in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam,confregit ad terram vitam meam:habitare fecit me in obſcuris,ſicut mortuos ſeculi. Et defecit in me ſpiritus meus:in medio mei deſolabitur cor meum. Recordatus ſum dierum qui fuerunt à principio,& meditatus ſum in omni opere tuo:in opere manuũ tuarum meditabor. Expandi manus meas ad te:anima mea eſt ſicut terra ſitiens tibi,Selah. Velociter exaudi me domine, defecit ſpiritus meus:ne abſcondas faciem tuam à me,ne aſſimiler deſcendentibus in ſepulchrum. Audire fac me mane miſericordiam tuam,quia in te ſperaui,ſcire fac me viam per quam ambulem quia ad te leuaui animã meam. Erue me ab inimicis meis domine:ad tuam protectionem me abſcõdi. Doce me facere voluntatem tuam,quia tu es deus meus:ſpiritus tuus bonus ducet me in terram rectam. Propter nomen tuum domine viuificabis me:propter iuſtitiam tuam educes de anguſtia animam meam. Et propter miſericordiam tua in diſperdes inimicos meos,& perdes omnes hoſtes animæ meæ:quia ego ſeruus tuus ſum.

¶ Pſalmi cxliij. titulus. ¶ Ipſi Dauid. Heb. cxliiij.

BEnedictus dominus fortis meus,qui docet manus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum. Miſericordia mea,& arx mea:eleuatio mea,& liberator meus mihi: ſcutum meum,& in ipſo ſperaui:qui expandit populum meum ſub me. Domine quid eſt homo,[a] & cognouiſti eum,filius hominis,& reputaſti eum. Homo vanitati ſimilis eſt:dies eius ſunt ſicut vmbra tranſiens. Domine inclina cœlos tuos, & deſcende:tange montes,& fumigabunt. Fulgura fulgur,& diſperge eos:mitte ſagittas tuas,& interfice illos. Mitte manum de excelſo,redime me,& erue me ex aquis multis:è manu filiorum alienigenarum, Quorum os locutum eſt mendacium,& dextera eorum,dextera mendax. Deus canticum nouum cantabo tibi,in pſalterio:in decachordo canam tibi. Qui dat ſalutem regibus,qui redimit Dauid ſeruum ſuum de gladio malo. Redime me,& erue me de manu filiorum alienigenarum,quorum os locutum eſt mẽdacium:& dextera eorum,dextera mẽdax. Vt ſint filij noſtri ſicut plantationes auctæ in adoleſcẽtiis ſuis: filiæ noſtræ ſicut anguli ſculpti palatij. Anguli noſtri pleni,educentes de ſpecie ad ſpeciem, & pecudes noſtræ parientes mille,parientes decem milia in plateis noſtris. Boues noſtri onuſti carne,non eſt ſterilis,nec eſt quæ vagetur:nec eſt clamor in plateis noſtris. Beatus populus cui ſic eſt:beatus populus cuius dominus eſt deus eius.

a ut cognoſcas eũ:quid filius hominis, ut cogites de eo.

¶ Pſalmi cxliiij. titulus. ¶ Laus ipſi Dauid. Heb. cxlv.

EXaltabo te deus meus rex,& benedicam nomini tuo in ſeculum,& in perpetuum. Omni die benedicam tibi,& laudabo nomen tuum in ſeculum & in perpetuum. Magnus dominus,& laudabilis valde,& magnitudinis eius non eſt inueſtigatio. Generatio generationi narrabit, laudabit opera tua,& fortitudines tuas annunciabunt. Decorem gloriæ potentiæ tuæ,& res mirabilium tuorum meditabor. Et fortitudinem terribilium tuorum dicẽt,& magnitudinem tuam narrabo. Memoriam multitudinis bonitatis tuæ loquentur,& iuſtitiam tuam laudabunt. Clemens,& miſerator dominus,longus furore,& magnus miſericordia. Bonus dominus vniuerſis,& miſericordiæ eius ſuper omnia opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua,& miſericordes tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent,& fortitudinem tuam loquentur. Vt ſcire faciant filios hominum fortitudines eius,& gloriam decoris regni eius. Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum,& dominatio tua in om̃i generatione,& generatione. Suſtentat dominus omnes cadentes,& eriget omnes incuruatos. Oculi omnium in te ſperant,& tu das eis eſcam eorum in tempore ſuo. Aperis manum tuam,& ſaturare facis omne viuens ad voluntatem. Iuſtus dominus in omnibus viis ſuis, & miſericors in omnibus operibus ſuis. Proprinquus eſt dominus omnibus inuocantibus eum,omnibus qui inuocauerint eum in veritate. Voluntatem timentium ſe faciet,& clamorem eorum audiet,& ſaluabit eos. Cuſtodit dominus omnes diligentes ipſum,& om̃es impios diſperdere faciet. Laudem domini loquetur os meum,& benedicet omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum,& in perpetuum.

¶ Pſalmus cxlv. ¶ Halleluiah. Heb. cxlvj.

LAuda anima mea dominum. Laudabo dominum in vita mea;canam deo meo dum adhuc fuero. Ne fidatis principibus,filio hominis,cui non eſt ſalus. Emigrabit ſpiritꝰ eius,& reuertetur ipſe in terram ſuam:in die illa peribũt cogitationes eius. Beatus eſt is in cuius auxilio eſt deus Iahacob, & cuius ſpes eſt in domino deo ſuo. Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt:qui cuſtodit veritatem in ſeculum. Qui facit iudicium violentia affectis,qui dat panem famelicis:dominus ſoluit vinctos. Dominus aperit oculos cæcorum,dominus erigit curuatos,dominus diligit iuſtos. Dominus cuſtodit aduenas,pupillum & viduam eleuabit, & viam impiorum ſubuertet. Regnabit dominus in ſeculum,deus tuus Siion in generatione & generatione. Halleluiah.

Actuũ. 14. c. Apoc. 14. b.

¶ Pſamus cxlvj. Heb. cxlvij.

LAudate dominum,quoniam bonum eſt canere deo noſtro,[a] quoniam dulcis,decora eſt laus. Aedificans Ierusalaim dominus,eiectos Iſrael congregabit. Qui ſanat contritos corde,& alligat dolores eorum. Qui numerat numerum ſtellarum,omnibus eis nomina vocans. Magnus dominus noſter,& multus fortitudine:intelligentiæ eius non eſt numerus. Eleuat manſuetos dominus: humiliat impios vſque ad terram. Canite domino in confeſſione : canite deo noſtro in cithara. Qui operit cœlum nubibus,& parat terræ pluuiam: qui germinare facit montes herbam. Qui dat iumento eſcam ſuam,filiis coruorum quum clamauerint. Non in fortitudine equi complacebit,neqne tibias viri volet. Vult dominus timentes eum,ſperantes in miſericordia eius.

a quoniam decori decora eſt laus.

¶ Pſalmus cxlvij. ſecundum codices Latinos,ſed ſecundum Hebræos eſt idem cum præcedenti.

LAuda Ieruſalaim dominum,lauda deum tuum Siion. Quoniam roborauit vectes portarum: benedixit filiis tuis in medio tui. Qui poſuit terminum tuum pacem,[b] adipe frumenti ſaturare faciet te. Qui mittit eloquium ſuum terræ:donec velociter currit verbum eius. Qui dat niuem ſicut lanam,pruinam ſicut cinerem ſpargit. Proiicit glaciem ſuam ſicut bucellas:coram frigore eius quis ſtabit? Mittet verbum ſuum,& liquefaciet eas:flabit ſpiritus eius,& fluent aquę. Qui annunciant verbum ſuum ipſi Iahacob: ſtatuta ſua,& iudicia ſua Iſraeli. Non fecit ſic omni genti,& iudicia non cognoſcent. Halleluiah.

b optimo tritico, ſeu medulloſo.

¶ Pſalmi cxlviij. titulus. Halleluiah.

LAudate dominum de cœlis;laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius,laudate eum omnes exercitus eius. Laudate eum ſol & luna,laudate eum omnes ſtellæ luminoſæ. Laudate eum cœli cœlorum;& aquæ quæ ſuper cœlos ſunt



Danie. 3. e.

los ſunt. Laudent hæc nomen domini: quia ipſe præcepit, & creata ſunt. Et ſtare fecit ea in perpetuum,in ſeculum : ſtatutũ dedit,& nõ tranſibit. Laudate dominum de terra, dracones, & omnes voragines. Ignis & grando,nix & vapor: ventus turbinis faciens verbum eius. Montes & omnes colles:arbor fructifera & omnes cedri. Beſtia & omne iumentum reptile & auis alata. Reges terræ & omnes populi: principes & omnes iudices terrę. Iuuenes & etiam virgines:ſenes cum iunioribus. Laudent nomen domini,quia exaltatum eſt nomen eius ſolius:gloria eius ſuper terram & cœlum. Exaltauit cornu populo ſuo,laus omnibus miſericordibus eius,filiis Iſrael, populo propinquo ei,Halleluiah.

¶ Pſalmus cxlix. Halleluiah.

CAntate domino canticum nouum:laus eius in congregatione piorum. Lætetur Iſrael in factore ſuo & filij Siion exultent in rege ſuo. Laudent nomen eius in choro:in tympano:& cithara canant ei. Quia complacebit dominus populo ſuo:glorificabit humiles in ſalute. Exultabunt miſericordes in gloria:laudabunt in cubilibus ſuis. Exaltationes dei in gutture eorum:& gladius [a] anceps in manibus eorum. Ad faciendum vindictam in gentibus,increpationes in populis. Ad alligandum reges eorum in compedibus:& nobiles eorum in vinculis ferreis. Ad faciendum in eis iudicium ſcriptum: decor hic erit omnibus miſericordibus ſuis. Halleluiah.

a utrinque ſcindẽs uerbum dei.

¶ Pſalmus cl. Halleluiah.

LAudate deum in ſanctitate eius,laudate eum in firmamento fortitudinis eius. Laudate eum in fortitudinibus eius:laudate eum in multitudine magnitudinis eius. Laudate eum in clangore buccinæ: laudate eum in nebel & cithara. Laudate eum in tympano & choro:laudate eũ in cordis & organo. Laudate eum in cymbalis ſonoris: laudate eum in cymbalis altè ſonantibus. Omnis ſpiritus laudat dominum.

FINIS LAVDVM.

# Liber qui Hebraicè dicitur Misle,id eſt,[b] Parabolæ,uel Similitudines: Interprete Sante Pagnino,Lucenſi.

b Sẽtẽtiæ

¶ Sapientiæ commendatio. Illecebris peccatorum non acquieſcẽdum,Sapientia cunctos ad ſe inuitat.

CAP. I.

A PARABOLAE SELOmoh filij Dauid regis Iſrael. Ad ſciendũ ſapientiam,& eruditionem,[c] ad intelligẽdum eloquia intelligentię. Item ad ſuſcipiendum [d] eruditionem intellectus, iuſtitiam, & iudicium, & rectitudines. Ad dandum [e] ſimplicibus calliditatẽ: puero ſcientiam,& cogitationem. Audiet ſapiens, & addet doctrinam:& intelligens conſilia poſſidebit. Ad intelligendum [f] parabolam,& interpretationem:verba ſapientum, & ænigmata eorum. Timor domini principium eſt ſcientiæ: ſapientiam & eruditionem ſtulti deſpexerunt. Audi fili mi eruditionem patris tui,& ne dimittas [g] legem matris tuæ. Quia augmentum gratiæ erunt capiti tuo,& torques gutturi tuo.

c ſcilicet ſpeculatiuam.
d eruditionẽ prudẽter agẽdi,id eſt,praxim.
e inconſtantibus animi propenſionem.
f apophthegma.
g inſtitutionem.

B Fili mi ſi incitauerint te peccatores,ne acquieſcas. Si dixerint: veni nobiſcum,inſidiemur ſanguini:abſcondamus nos contra innocentem gratis. Deglutiamus eos ſicut ſepulchrum viuentes,& integros ſicut deſcendentes in foueam. Omnem ſubſtantiam precioſam reperiemus & implebimus domos noſtras ſpoliis. Sortem tuam proiice in medio noſtrum:marſupium vnum erit omnibus nobis. Fili mi,ne ambules in via cũ eis;prohibe pedem tuum à ſemitis eorum. Pedes enim eorũ ad malum currunt,& feſtinant,vt effundant ſanguinem. Quoniam fruſtra ſpargitur rete in oculis omnis auis. Et ipſi ſanguini eorum inſidiabuntur,abſcondent ſe propter animas eorum. Sic ſemitæ om̃is auarè ſectantis lucrum:animam dominorum illius capiet. Sapientia foris prędicabit,in plateis dabit vocem ſuam. In capite tumultuantium clamabit in oſtiis portarum,in vrbe eloquia ſua dicet. C Vſque quo [a] ſimplices diligetis ſimplicitatem,& deriſores deriſionem deſiderabunt, & ſtulti odio habebunt ſcientiam? Conuertimini ad increpationem meam. En loquar vobis ſpiritum meum,ſcire faciam verba mea vos. Pro eo quod vocaui,et renuiſtis:extendi manum meã,& non fuit qui attenderet. Ceſſare feciſtis conſilium meum,& increpationem meam noluiſtis. Etiam ego in contritione D veſtri ridebo:ſubſannabo,cum venerit timor veſter. Cum venerit,inquam,ſicut deſolatio timor veſter,& contritio veſtri veluti turbo venerit,cum venerit ſuper vos tribulatio, & anguſtia. Tunc inuocabunt me,& non exaudiam:quærẽt me, & non inuenient me. Pro eo quòd odiuerunt ſcientiam,& timorem domini non elegerunt,nec voluerunt conſilium meũ: ſpreuenerunt omnem increpationem meam. Et comedent de fructu viæ ſuæ & conſiliis ſuis ſaturabuntur. Quia [b] auerſio ſimplicium interficiet eos, & proſperitas ſtultorũ perdet eos. Qui autem obediuerit mihi habitabit fiducialiter, & requieſcet à timore malo.

a uani diligetis uanitatem ſeu leues leuitatem.
Iſaiæ. 59. b.
b ociũ incõſtantium. ſeu habentium uanũ & leue caput. Hi enim peius habẽt in ocio quam labore occupati.

¶ Amplectendam eſſe ſapientiam,& declinandum a muliere adultera.

CAP. II.

A FIlli mi ſi ſuſceperis eloquia mea,& mandata mea abſconderis tecum. Vt attendere facias ſapientiæ aurem tuam, & inclines cor tuum intelligentiæ. (Quia ſi ad intelligentiam clamaueris,& intelligentiæ dederis vocem tuam. Si quæſieris eam tanquam argententum,& ſicut theſauros ſcrutatus fueris eam.) Tunc intelliges timorem domini,& ſcientiam dei inuenies. B Quia dominus dat ſapientiam:ex ore eius eſt ſcientia, & intelligentia. Et abſcõdet rectis [c] eſſentiam,& proteget ambulantes ſimpliciter. Ad cuſtodiendum ſemitas iudicij: & viã miſericordium eius cuſtodiet. Tunc intelliges iuſtitiam,& iudicium:rectitudines,& omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuum,& ſcientia animæ tuæ dulcuerit :cogitatio C cuſtodiet te,intelligentia ſeruabit te, Vt eruat te à via mala,à viro loquente peruerſitates. Qui relinquunt ſemitas rectitudinis,vt ambulent per vias tenebroſas. Qui lætantur facere malum & exultant in puerſitatibꝰ mali. Quorum ſemitę ſunt, & peruerſitates ſunt in viis eorum. Vt eruat inquam te à muliere extranea,ab aliena quæ eloquia ſua mollit. Quæ relinquit [d] ducem adoleſcentiæ ſuæ,& pacti dei ſui oblita eſt. Quia inclinata eſt ad mortem domus eius, & ad [e] mortuos ſemitæ D eius. Omnes ingredientes ad eam,non reuertentur,nec apprehendent ſemitas vitæ. Eapropter ambula per viam bonorum,& ſemitas iuſtorum cuſtodi. Quia recti inhabitabunt terram,& immaculati remanebunt in ea. Et impij de terra ſuccidentur,& præuaricatores deſtruentur ex ea.

c diuturnitatem, id eſt, diu eos abſconditos ſeruabit.
d maritum
e gigantes. ſ. ob fornicationem in tartarum præcipitatos.
Iob. 18. d.

¶ Diuina præcepta ſeruanda,&c. CAP. III.

A FIlli mi legis meæ ne obliuiſcaris,& præcepta mea cuſtodiat cor tuum. Quia longitudinem dierum,& annos vitæ,& pacem apponent tibi. Miſericordia,& veritas ne deſerãt te,liga eas in gutture tuo:ſcribe eas in tabula cordis tui. Et inuenies gratiam,& intellectum bonum in oculis dei,& hominum. Fide domino toto corde tuo:& intelligentiæ tuæ ne innitaris. In omnibus viis tuis ſcito eum, & ipſe diriget ſemitas tuas. Ne ſis ſapiens in oculis tuis,time dominum,& recede à

Deu. 8. et. 30.
Roma. 12. d. Thob. 4. b. Lucæ. 1. 4. c.

malo. Sanitas erit vmbilico tuo, & medulla oſſibus tuis. Ho**B**nora dominum diuitiis tuis, & primitiis omniū frugum tuarum. Et implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino nouo torcularia tūa ſe rumpent. Correctionem domini fili mi ne abiiicias, & ne tædio afficiaris propter increpationem eius. Quē eñ diligit dñs increpat: & veluti pater in filio cōplacebit. Beatus homo q inuenit ſapiētiā, & hō q eduxerit in lucē intelligentiā. Quia melior eſt negociatio eius negociatiōe argēti, & auro **C** melior eſt fructus eius, precioſior eſt margaritis, & oīa deſiderabilia tua non æquabuntur ei. Longitudo dierum eſt in dextera illius: in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria. Viæ eius, viæ delectabiles, & omnes ſemitæ eius pacificæ. Lignum vitæ eſt apprehendentibus eam: & qui fulciunt eam beati. Dominus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cœlos intelligentia. Scientia eius abyſſi rupti ſunt, & cœli ſtillabunt rorem. Fili mi ne recedant hæc ab oculis tuis, [a] cuſtodi legem, & cogitationem. Et erunt vita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris, non timebis, & quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus. Non timebis à timore repentino, & à deſolatione impiorum quum venerit. Quia dominus erit fiducia tua, & cuſtodiet pedem tuū à captura. Ne prohibeas bonum ab eo qui debet illud habe**D**re, quum fuerit facultas manui tuæ ad faciendum. Ne dicas amico tuo: vade, & reuertere, & cras dabo, ſi quod petit eſt apud te. Ne cogites contra amicum tuum malum, & ipſe habitat fiducialiter tecum. Ne contendas cum homine gratis ſi nō retribuit tibi malum. Ne æmuleris virum iniquū, & ne eligas omnes vias eius. Quia abominatio eſt domini peruerſus: & cum rectis ſecretum eius. Maledictio domini erit in domo impij: habitaculo autem iuſtorum benedicet. Nónne illuſores ipſe illudet, & humilib⁹ dabit gratiam? [b] Gloriam ſapiētes poſſidebunt, & ſtultus exaltat quod eſt ignominioſum.

Hebr. 12. b. Apoc. 3. d.

a ſeruando cum lōgęuitate mentem.

b Gloriam grauem ſapientes hereditabūt, ſtultos autem euehit leuitas.

¶ Sapientiam, eiuſque fructum, & uiam quærendam.

CAP. IIII.

**A** Audite filij eruditionem patris, & attendite, vt ſciatis intelligentiam. Quia doctrinam bonam dedi vobis: legē meam ne derelinquatis. Quia filius fui patri meo, tener & vnicus [c] inter filios matris meę. Et ipſe docebat me, dicebatq́ mihi: fulciat eloquia mea cor tuum: cuſtodi præcepta mea, & viues. Eme ſapientiā, eme intelligentiā: ne obliuiſcaris, neq́ declines ab eloquiis oris mei. Ne derelinquas eā, et cuſtodiet te: dili**B**ge eā & cōſeruabit te. Principiū ſapiētiæ, eme ſapientiā: & omī ſubſtantia tua eme intelligentiā. Exalta eā, & exaltabit te: glorificabit te, cum amplexatus fueris eam. Dabit capiti tuo augmentum gratiæ, coronam decoris tradet tibi. Audi fili mi, & ſuſcipe eloquia mea, & multiplicabuntur tibi anni vitæ. In viam ſapientiæ direxi te, calcare feci te ſemitas rectas. Cum ambulaueris non arctabitur greſſus tuus: & ſi cucurreris, non impinges. Tene eruditionem, ne dimittas: cuſtodi eam, quia ipſa eſt vita tua. Semitam impiorum ne ingrediaris, ne gradiaris in via malorum. Deſere eam, ne tranſeas per eam: declina ab **C** ea, & tranſi. Non enim dormiūt niſi malefecerint, nec rapitur ſomnus eorum, niſi ruere fecerint. Quia comedūt panem impietatis, & vinum rapinarum bibunt. Et ſemita iuſtorum veluti lux ſplendet: vadit, & illuminat, vſq́ [d] ad paratum diem. Via impiorū ſicut caligo: neſciunt in quid cadunt. Fili mi verbis meis attende: ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio cordis tui. Vita enim **D** ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni eius ſanitas. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum: quia ex ipſo ſunt exitus vitæ. Remoue à te peruerſitatem oris, & peruerſitatem labiorum elonga à te. Oculi tui ad rectum aſpiciant, & palpebræ tuæ dirigant viam tuam coram te. Pondera ſemitam pedum tuorum, & omnes vię tuæ ſtabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram: remoue pedem tuum à malo.

c coram matre mea.

d uſq́ ad ipſius diei abſolutionem.

¶ Scortationem uitandam [illegible] uxorem diligendam eſſe.

CAP. V.

**A** Fili mi ſapientiæ meæ intēde, intelligentiæ meæ inclina aurem tuam. Vt cuſtodias cogitationes, & ſcientiam labia tua conſeruent. Quia fauum ſtillant labia extraneę, & lenius oleo eſt palatum eius. Nouiſſimum eius amarum ſicut abſynthium, acutum veluti gladius biceps. Pedes eius deſcendēt ad mortem, infernum greſſus eius tenebunt. Semitam vitæ ſi **B** forte ponderes: mobiles ſunt viæ eius, & tu neſcies. Et nunc filij parete mihi, & ne recedatis ab eloquiis oris mei. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques oſtio domus eius. Ne forte des alienis decorem tuū, & annos tuos crudeli. Ne forte ſaturentur alieni robore tuo, & labores tui ſint in domo aliena. Et rugias in nouiſſimo tuo, cum conſumpſeris carnem **C** tuam, & corpus tuum. Et dicas: quomodo odiui eruditionē, & increpationem ſpreuit cor meum? Et non obtemperaui voci docentium me, & docentibus me non inclinaui aurem meam? Parum abfuit, quin fuerim in omni malo, in medio eccleſiæ, & congregationis. Bibe aquam de ciſterna tua, & fluēta de medio putei tui. Diuidant fontes tui foras, in plateis riui aquarum. Sint tibi ſoli, & non alienis tecum. Sit vena tua benedicta, & lætare de vxore adoleſcentiæ tuæ. Cerua amorum & ibix gratiæ, vbera eius inebriēt te omni tempore, & in amo**D**re eius delecteris iugiter. Et vt quid delectaris fili mi cum aliena, & amplexaris ſinum extraneæ? Quia coram oculis domini ſunt viæ viri, & omnes ſemitas eius ponderat. Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccati ſui tenebitur. Ipſe morietur eo quod non audiuit eruditionem, & propter multitudinem ſtultitiæ ſuæ errabit.

Iob. 34. c.

¶ Excitatur piger, arguitur ſciſmaticus, commendantur dei præcepta, prohibetur fornicatio. CAP. VI.

**A** Fili mi ſi ſpopondiſti amico tuo, & defixiſti alieno manū tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, capt⁹ es eloquiis oris tui. Fac hoc nunc fili mi, & erue te, quia veniſti in manum amici tui. Vade, proſterne te, & robora amicos tuos. Ne des ſomnum oculis tuis, & dormitationem palpebris tuis. Erue te tanquā cerua de manu, & ſicut auis de manu aucupis. Vade ad formicam piger, vide vias eius, & ſapiens eris. Cui non eſt dux, nec præfectus, nec dominus. Parat tamen in æſtate cibum ſuum, & congregat in meſſe eſcam ſuam. Vſque quo pi**B**ger dormies? Quādo ſurges à ſomno tuo? Paruis ſomnis p[ar]uis dormitationibus, paruo amplexu manuū ad dormiendū cū vxore opus eſt. Et veniet tanquam viator egeſtas tua, & defectus tuus tanquam vir ſcutatus. Homo impius vir iniquus, ambulat in peruerſitate oris. Annuit oculis ſuis, loquitur pedibus ſuis, docet digitis ſuis. Peruerſitates ſunt in corde eius, cogitat malum, omni tempore contentiones mittet inter fratres. Ideo extemplo veniet contritio eius: ſubito conteretur, & non erit ſanitas. Sex ſunt quæ odiuit dominus, & ſeptē ſunt abominationes animæ eius. Oculos ſublimes, linguam mendacem, & manus effundentes ſanguinem innocentis. Cor cogitans cogitationes iniquas, pedes feſtinantes currere ad malum. Eum qui loquitur mendacia teſtem mendacem, & mittē**C**tem iurgia inter fratres. Cōſerua fili mi pręceptum patris tui, & ne dimittas legem matris tuę. Liga ea in corde tuo ſemper, liga ea in gutture tuo. Cum ambulaueris ducas tecum, cum dormieris cuſtodias tibi, & cum expergefactus fueris, ipſum alloquatur te. Quia vt lucerna eſt mandatum, & lex vt lux, & via vitæ ſunt increpationes eruditionis. Vt cuſtodiant te à muliere mala, à blanditiis linguæ extraneæ. Ne cōcupiſcas pulchritudinem eius corde tuo: & non capiat te ſplendoribus ſuis. Quia propter mulierem meretricem mendicabit homo vſque ad buccellam panis, & mulier animam viri precioſam venabitur. Nunquid accipiet vir ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta eius non cōburentur? Num ambulabit vir ſuper prunas, et pedes eius non comburentur? Sic qui ingreditur ad vxorem **D** amici ſui: non erit innocens omnis qui tetigerit eam. Nō ſpernent furem ſi furatus fuerit, vt impleat animam ſuam, quum eſurierit.

Infra. 24. d.

eſurierit. Et inuentus reddet ſeptuplum, omnem ſubſtantiā domus ſuæ dabit. Qui autem adulterium committit cum muliere, deficit corde, corrumpit animam ſuam qui facit illud. Plagam & ignominiam inueniet, & opprobrium eius non delebitur. Quia zelus eſt furor viri, et non parcet in die vindictę. Non accipiet perſonam omnis ſatisfactionis: & non volet, quum multiplicaueris munera.

¶ Honorandus & timendus deus, eiuſq́ mandata ſeruanda, adulteræ illecebræ fugiendæ. CAP. VII.

**A** Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tecum. Cuſtodi præcepta mea, & viue, & legem meam tā quam pupillam oculorum tuorum. Liga ea in digitis tuis, & ſcribe ea in tabula cordis tui. Dic ſapientiæ, ſoror mea es tu: & propinquam intelligentiam voca. Vt cuſtodiat te à muliere aliena, ab extranea quæ ſermones ſuos lenit. Equidem per fene**B**ſtram domus meæ, de cancello meo proſpexi. Et vidi inter ſimplices, conſideraui inter filios iuuenem deficiētem corde. Trāſeuntem per plateam apud angulum eius, & per viam domus eius gradiebatur. In crepuſculo, in veſpera diei, in nigredine noctis, & caligine. Et ecce mulier ī occurſum ei⁹, in ornatu meretricio, & [a] anxia corde. Que tumultuoſa eſt, & peruerſa, in domo ſua non habitant pedes eius. Nunc foris, nunc in plate**C**is, & iuxta omnem angulum inſidiatur. Et apprehendit eum, & oſculata eſt eum: roborauit vultum ſuum, & dixit ei: Victimæ pacificorū ſunt mihi, hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tui, vt quærerem vultum tuum, & inueni te. Ornamentis ornaui lectum meū, eleuata ſunt fune Aegyptio. Suffiui cubile meum myrrha, aloe, et cinnamomo. Veni inebriemur amoribus vſq́ mane, lætemur amoribus. Quia non eſt vir in domo ſua, abiit via longinqua. Ligamen argenti tulit in manu ſua, ad diem ſtatutam veniet ad domum ſuā. Declinare fecit eum multitudine dulcedinis ſermonis ſui, leni**D**tate labiorum ſuorum expulit eum. Vadit poſt eam ſtatim, veluti bos ad victimam venit, & ſicut compes ad caſtigationem ſtulti. Donec ſcindat ſagitta iecur eius. Sicut feſtinat auis ad laqueum, & neſcit quòd contra animam ſuam eſt. Et nūnc filij parete mihi, & attendite eloquiis oris mei. Ne declinet ad vias eius cor tuum, ne erres in ſemitis eius. Multos enim vulneribus cadere fecit, & fortes, omnes ob eam occiſos. Viæ inferni domus eius, deſcendentes ad cubicula mortis.

a cauta

¶ Diuinæ ſapientiæ commendatio. CAP. VIII.

**A** Nonne ſapientia clamat, & intelligentia dat vocem ſuā? In ſummitate locorum excelſorum, ſupra viam in loco ſemitarum ſtat. In loco portarum, in oſtio ciuitatis, in ingreſſu oſtiorum clamat. Ad vos viri clamo, & vox mea ad filios hominum. Intelligite ſimplices aſtutiam, et ſtulti intelligite corde. Audite quoniam magna loquar, & appertio labiorum meorum erit rectitudo. Quia veritatem loquetur palatum meū, et abominatio labiorum meorum eſt impietas. In iuſtitia ſunt eloquia oris mei, non eſt in eis prauum, nec peruerſum. Vniuerſa ipſa recta ſunt intelligenti, & recta inuenientibus ſcientiam. Accipite eruditionem meam, & non argentum: & ſcien**B**tiam magis quàm aurum electum. Quia melior eſt ſapientia margaritis: & omnia deſiderabilia non æquabuntur ei. Ego ſapientia habitaui cum aſtutia, & ſcientiam cogitationum inueni. Timor domini eſt odio habere malum, ſuperbiam & ſuperbum, & viam malam: & os loquens peruerſitates odiui. [b] Meū eſt cōſiliū, & lex: ego ſum intelligētia, mea eſt fortitudo. Per me **C** reges regnabūt, & principes decernēt iuſtitiā. Per me principes habebūt principatū, & principes oēs iudicāt terrā. Ego diligētes me diligā, & q̄rentes me inueniēt me. Diuitiæ, & gloria mecū ſunt, ſubſtantia multa, & iuſtitia. Melior eſt fruct⁹ meus auro, & obrizo, & fructus meus argento electo. Per ſemitam iuſtitiæ ambulare faciam, in medio ſemitarum iudicij. Hęreditates tribuam iis qui amici mei ſunt, & theſauros eorum replebo. Dominus poſſedit me principium viæ ſuæ, ante opera ſua ex eo tempore. A ſeculo principatum habui, à principio ante terram. Adhuc non erant voragines, quādo formata ſum: adhuc non erant fontes aggrauati aquis. Anteq́ montes fundati eſſent ante colles formata ſum. Antequam faceret **D** terram, & plateas, & præcipuas terras orbis. Quando præparabat cœlos ibi eram, quando deſcribebat circino ſuperficiē voraginis. Quando firmabat cœlos deſuper, quando roborabat fontes voraginis. Quando ponebat mari ſtatutum ſuum, vt aquæ non tranſirent littus ſuum: quando deſcribebat fundamenta terræ. Eram apud eum veluti nutricius, & erā in lætitiis quotidie, & ludebam coram eo omni tempore. Ludebam in orbe terræ eius, & delectationes meæ cum filiis hominum. Et nunc filij obtemperate mihi: & beati qui vias meas cuſtodierint. Audite eruditionem, & ſapientes eſtote, & ne poſtponatis eam. Beatus homo qui obtemperat mihi perſeuerando iuxta fores meas quotidie, cuſtodiendo poſtes oſtiorum meorū. Qm̄ qui inuenit me, inuenit vitā, & [a] educet quod voluerit à domino. Qui autem peccauerit contra me, expoliat animam ſuam: omnes qui odio habent me, diligunt mortem.

b Apud me eſt conſilium et durabilitas ſeu longęuitas.

Sapen. 9. b.

a obtinebit beneuolentiam.

¶ Omnibus ad diuinam ſapientiam confugiendum

CAP. IX.

**A** Sapientia ædificauit domum ſuam, excidit columnas ſuas ſeptem. Immolauit victimam ſuam, miſcuit vinum ſuum, etiam parauit menſam ſuam. Miſit puellas ſuas, [b] vocauit ad ſummitates excelſorum ciuitatis: Quiſquis eſt [c] ſimplex, declinet huc: deficienti corde dixit: Venite, comedite panem meū, & bibite vinum quod miſcui. Relinquite [d] ſimplices viam ve**B**ſtram, & viuetis: & incedite per viam intelligentiæ. Corripiēs deriſorem accipit ſibi ipſi ignominiam: & increpans impium accipit maculam eius. Ne increpes deriſorem ne forte odio habeat te, increpa ſapientem & diliget te. Da ſapienti increpationem, & ſapiens erit amplius: ſcire fac iuſtum, & addet doctri**C**nam. Principiū ſapientiæ eſt timor domini, & [e] ſciētia ſanctorum intelligentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Si ſapiens fueris, ſapiens eris tibi: & ſi illuſor fueris, ſolus lues pœnas. Mulier ſtulta tumultuatur, mulier [f] ſimplex neſcit quicquam. Et ſedet ad oſtium domus ſuę, ſuper ſedem in locis excelſis ciuitatis. Vt vocet tranſeuntes per **D** viam, qui dirigunt ſemitas ſuas: Quiſquis eſt ſimplex declinet huc, & deficienti corde dixit. Aquæ furatæ dulciores ſunt, & panis in abſcondito comeſtus magis ſapit. [g] Etiam non cognouit quòd mortui ſunt ibi: & quòd in profundis inferi ſunt inuitati ab ea.

b clamauit idq́ in excelſis locis ciuitatis.

c inſtabilis, uanus.

d uani

e cognitio rerū ſanctarū eſt uera intelligentia.

Supra. 1. a. Pſalmo. 110. Ecci. 1. b.

f uana

g At ille neſcit quod ſint ibi adulteri illi gigantes.

¶ Sapiens patrem lætificat, meſſemq́ reponit. Odium rixam, loquacitas uero peccatum parit. CAP. X.

**A** Par[h]abolæ Selomoh: Filius ſapiens lætificat patrem, & filius ſtultus triſtitia eſt matris ſuæ. Non proderunt theſauri impietate acquiſiti: at iuſtitia eruet à morte. Non eſurire faciet dominus animam iuſti, & propter prauitatem impios deus expellet. Pauperem facit manus fraudulenta, & manus mercatorum ſolicitorum ditabit eos. Qui congregat in æſtate, filius intelligens eſt: qui dormit in meſſe, filius eſt confundēs patrem ſuum. Benedictiones ſunt ſuper caput iuſti: os autem impiorum operiet iniquitatem. Memoria iuſti erit in benedi**B**ctionem, & nomen impiorum putreſcet. Sapiens corde ſuſcipiet præcepta & ſtultus propter labia punietur. Qui ī ambulat perfectè, ambulat confidenter: & q deprauauerit vias ſuas, cōteretur. Qui annuit oculo, dabit dolorem, & ſtultus propter labia punietur. Vt vena vitæ eſt os iuſti: & os impiorum operiet iniquitatem. Odium ſuſcitat rixas, & vniuerſas præuaricationes operit charitas. In labiis intelligentis inuenietur ſapientia: et virga erit corpori deficienti corde. Sapientes abſcondēt ſcientiam, & os ſtulti eſt contritio propinqua. Diuitiæ diuitis ſunt vt vrbs fortitudinis eius: contritio pauperum eſt egeſtas **C** eorum. Opus iuſti eſt ad vitam: fructus verò impij eſt ad peccatum. Semita ad vitam cuſtodiens correctionem: & qui relinquit increpationem, errat. Operiunt odium labia mendacia: & proferens detractionem eſt ſtultus. In multitudine ver-

h Sententiæ Salomōnis:

Ecci. 27. c.

1. Petri. 4. b. 1. Cor. 13. b.

borum non deerit præuaricatio:prohibens autem labia ſua intelligens eſt. Vt argentum electum eſt lingua iuſti:cor verò impiorum paruṁ eſt electum. Labia iuſti paſcent multos:ſtulti autem in defectu cordis morientur. Benedictio domini ditat hominem,& non affert dolorem ſecum. Velut ridere eſt
D ſtulto facere abominationem :ſapientia verò eſt viro intelligentia. Quod timet impius veniet ei:& quod deſiderant iuſti dabit deus. Sicut tranſire turbinis,ſic non erit impius: iuſtus autem eſt vt fundamentum perpetuum. Sicut acetum [a] dentibus,& ſicut fumus oculis:ſic piger mittẽtibus illum. Timor domini apponet dies,& anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iuſtorum lætitia,& ſpes impiorum peribit. Fortitudo perfecto eſt via domini,& ipſa eſt pauor operantibus iniquitatem. Iuſtus in ſeculum non commouebitur: impij autem non habitabunt in terra. Os iuſti loquetur ſapientiam, & lingua loquens peruerſitates ſuccidetur. Labia iuſti ſciunt quod placitum eſt deo:& os impiorum peruerſa loquitur.

a ſcilicet nocet

¶ Aequitas,ſimplicitas,iuſtitia,deo grata,odioſa ſimulatio,iuſti & impij flagella. CAP. XI.

A STatera doloſa eſt abominatio domini, & pondus perfectum voluntas eius. Venit ſuperbia, & venit ignominia: cum humilibus autem ſapientia. Perfectio rectorum ducet eos,& peruerſitas contemptorum perdet eos. Non proderũt diuitiæ in die iræ:iuſtitia verò eruet à morte. Iuſtitia perfecti diriget viam eius,& propter impietatem ſuam corruet impius. Iuſtitia rectorum eruet eos,& propter prauitatem præuaricatores capientur. Cum mortuus fuerit homo impius,peribit ſpes,& expectatio diuitiarum peribit. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt,& veniet impius in locum eius. Ore impius corrũpet amicum ſuũ:at in ſcientia eruentur iuſti. In bonitate iuſto
B rum lætabitur ciuitas:& cum perierint impij erit exultatio. In benedictione rectorum exaltabitur ciuitas,& ore impiorum ſubuertetur. Deſpicit amicũ ſuum,deficiens corde, vir autem intelligentiarum tacebit. Qui ambulat fraudulenter,reuelat ſecretum:fidelis autem ſpiritu operit verbum. Quum non fuerint conſilia,corruet populus: ſalus autem eſt in multitudine conſiliariorum. Contritione conteretur homo cum fideiuſſerit pro extraneo:& [b] qui odio ſtipulantes cõfidit. Mulieri gratioſe adhærebit gloria,& [c] fortibus adhærebunt diuitiæ. Qui retribuit animæ ſuæ bonum,eſt vir miſericordiæ: & qui tur-
C bat carnem ſuam:crudelis eſt. Impius facit opus mendax:ſeminanti autem iuſtitiam erit merces ſtabilis. Rectus qui facit iuſtitiam,apprehendet vitam:& qui ſequitur malum, mortem ſuam. Abominatio domini ſunt peruerſi corde:& qui placẽt ei ſunt perfecti via. Mox mox non erit impunis vir malus: ſemen autem iuſtorum euaſit. Sicut inauris aurea,in naribus porci,ſic mulier pulchra,& deficiens conſilio. Deſiderium iuſtorum eſt tantumodo bonum:præſtolatio impiorum furor eſt qui diſpergit & additur ei amplius:[d] & eſt qui prohibet ſe ipſum à rectitudine,veruntamẽ ad defectum rerum ſuarum.
D Anima quæ benedicit largiẽdo eleemoſynas, impinguabitur & qui ſatiat,etiam ipſe ſatiabitur. Prohibenti frumentum maledicet populus:benedictio autem ſuper caput vendẽtis. Qui quærit bonum,quærit quod placitum eſt deo:& qui quærit malum,veniet ei. Qui fidit diuitiis ſuis corruet:& tanquam folium iuſti germinabunt. Qui conturbat domum ſuam, hereditatem accipiet ventum:& ſeruus erit ſtultus ſapienti corde. Fructus iuſti eſt vt lignum vitæ:& qui docet animas,ſapiens eſt. Ecce iuſto in terra reddet,quãto magis impio,& peccanti?

Ecci.5.c.
Sapien.5.c.
b qui odit ſtipulari,ſecurus eſt.
c improbis
d & eſt qui plus æquo parcus eſt,ueruntamen ad penuriam.
1.Petri.4.d.

¶ Laus erit dicenti bono,bonæq; nuptæ,Nec unquam iuſto triſtitia,fraude tamen uiuens non eſt iuſtus. CAP. XII.

A QVi diligit correctionem,diligit ſcientiam:& qui odio habet increpationẽ inſipiens eſt. Bonus educet quod placitum eſt à domino:& virum malas habentem cogitationes condemnabit. Non erit ſtabilis homo in impietate: radix autem iuſtorum non commouebitur. Mulier fortis corona eſt viri ſui:& veluti putredo eſt in oſſibus eius,quæ ſuum virum pudore afficit. Cogitationes iuſtorum ſunt ad faciendũ iudicium:conſilia verò impiorum ad faciendum dolum. Verba impiorum ſunt ad inſidiandum ſanguini:& os rectorum eruet iuſtos. Vertet deus impios & non erunt:domus autem
B iuſtorum ſtabit. Secundum intellectum ſuum laudabitur vir. & peruerſus corde erit in contemptum. Melior eſt [a] qui floccipendit ſe,& ſeruus eſt ei:quã qui glorificat ſe,& caret pane. Cognoſcit iuſtus appetitum iumenti ſui:miſerationes autẽ impiorũ crudeles. Qui colit terrã ſuam ſaturabitur pane: & qui ſequitur vacuos,deficiens eſt corde. Deſiderauit impius rete malorum:radix autẽ iuſtorũ dabit fructum ſuũ. Propter præuaricationem labiorũ laqueus veniet ſuper hoĩem malum: & egredietur de anguſtia iuſtus. De fructu oris quiſq; ſaturabitur
C bono:& retributio mannuũ hoĩs reddetur ei. Via ſtulti recta eſt in oculis eius:& qui obtemperat conſilio,ſapiens eſt. Stulti in die cognoſcetur ira:& qui operit ignominiam, callidus eſt. Iuſtus loquetur veritatẽ,annunciabit iuſtitiã:& teſtis mendax dolum. [b] Eſt q profert verba quæ ſunt veluti confoſſiones gladij:lingua autem ſapientum eſt ſanitas. Labium veracis firmũ erit in perpetuũ:& ad momentũ lingua mendacis. Dolus eſt in corde cogitantium malum:& in corde conſulentium pacem erit lætitia. Non accidet iuſto omnis iniquitas:impij autem re
D pleti ſunt malo. Abominatio domini ſunt labia mendacia:at in facientibus veritatem eſt voluntas eius. Homo callidus operit ſcientiam:& cor ſtultorum prædicat ſtultitiam. Manus ſolicitorum dominabitur,& doloſa erit tributaria. Pauor in corde viri humiliabit illud,& verbum bonum lętificabit illud. Abundantior eſt amico ſuo iuſtus:& via impiorum errare faciet eos. Non aduret vir doloſus venationem ſuam:& diuitiæ hominis precioſæ eſt ſolicitudo. In ſemita iuſtitiæ eſt vita,& in via ſemitæ eius non eſt mors.

Ecci.10.d.
a qui demittit ſe,& ſibi ipſi ſeruit.
Ecci.20.d.
b Eſt blaterater quaſi pũcturæ gladij.

¶ Cuſtodia oris cuſtodia eſt animæ,Iurgia ſunt ſuperborum,afflictiones ſperantium,Sapientia eorum qui conuerſantur ſapientibus. CAP. XIII.

A FIlius ſapiens audit eruditionem patris,& deluſor non audit increpationem. De fructu oris viri comedet bonus vir,& de fructu animæ præuaricatorum comedet vir iniqu9. Qui cuſtodit os ſuum,cuſtodit animam ſuam:aperienti labia ſua erit contritio. Concupiſcit anima pigri,& non eſt ei quod optat:anima autem ſolicitorum impinguabitur. Verbum mẽdax odio habebit iuſtus:impius autem putreſcere faciet opera ſua,& pudore afficiet animum ſuum. Iuſtitia cuſtodiet perfectum via:impietas autem peruertet viã peccatoris. Eſt qui
B ſe diuitem oſtendit,& non eſt ei quicquam:eſt qui pauperem ſe oſtendit,& diuitiæ multæ ſunt ei. Redemptio animæ viri ſunt diuitiæ eius,& pauper non audiuit increpationem. Lux iuſtorum lætificat:lucerna autem impiorum extinguetur. Verè vir ſuperbus dabit litem:& cum conſiliariis erit ſapientia. Diuitiæ,quæ veniunt ex vanitate minuentur, & qui congre-
C gat diuitias manu multiplicabit eas. Spes quæ protrahitur infirmitas eſt cordis,& vt lignum vitæ eſt deſiderium veniens. Contemnens aliquid corrumpetur propter contemptum ipſum:& timenti præceptum reddetur merces. Lex ſapientis eſt vt vena vitæ,ad recedendum à laqueis mortis. Intellectus bonus dabit gratiam:& viæ contemptorum eſt dura. Omnis callidus res ſuas faciet cum ſcientia:ſtultus autem manifeſtabit ſtultitiam. Nuncius impius cadet in malum:legatus autem verax,eſt ſanitas. Paupertas,& ignominia erit elonganti ſe ab correctione:ſed qui cuſtodit increpationem,glorificabitur. Deſi-
D derium factum dulceſcet animæ:& abominatio ſtultorum,eſt recedere à malo. Qui graditur cum ſapientibus, ſapiens erit: ſed qui eſt amicus ſtultis, conteretur. Peccatores ſequetur malum:iuſtis autem deus reddet bonum. Bonus hæreditare faciet filios filiorũ:& reſeruatur iuſto ſubſtantia peccantis. Multus cibus in agro magnatũ:& eſt qui perit,eo quòd non eſt ei iudiciũ. Qui prohibet virgam ſuam,odit filium ſuum:ſed qui diligit eum,quærere facit eum correctionem. Iuſtus comedit ad ſaturitatem animæ ſuæ:venter autem impiorum deficiet.

¶ Sapiens



¶ Sapiens mulier ſtruit ædes. Stulti os ſuperbiæ virga. Viam ſcit ſapiens. Regis honor populus. CAP. XIIII.

A SApiens mulier ædificauit domum ſuam:ſtulta autem manibus ſuis deſtruet eam. Qui ambulat in rectitudine ſua, timet dominum: ſed peruerſus viis ſuis,deſpicit eum. In ore ſtulti eſt baculus ſuperbiæ,labia autem ſapientum cuſtodient eos. Cum non fuerint boues præſepe eſt vacuum,& multitudo frugum eſt in potentia bouis. Teſtis verax non mentietur, loquetur autem mendacia teſtis mendax. Quæſiuit deriſor ſapientiam,& non fuit:& ſcientia intelligenti eſt leuis. Vade à lõge cum viro ſtulto,& neſcies labia mendacia. Sapientia callidi eſt intelligere viam ſuam:& ſtultitia ſtultorum dolus, Stultus loquetur verba delicti,& inter rectos erũt verba dilectionis.
B Cor cognoſcit amaritudinem animæ ſuæ,& in lætitia ipſius non miſcebitur alienus. Domus impiorum delebitur, ſed tabernaculum rectorum deus germinare faciet. Eſt via recta coram viro,& nouiſſimum viæ mortis. Etiã in riſu dolebit cor, & nouiſſimum lætitiæ triſtitia. Viis ſuis ſaturabitur auerſum cor,& ab eo recedet vir bonus. Simplex credet omni verbo: callidus autem intelliget greſſum ſuum. Sapiens timet,& recedit à malo:ſed ſtultus iraſcitur & fidit. Qui cito iraſcitur faciet ſtultitiam: & vir cogitabundus odio habetur ab eo. Hæredi-
C tate acceperunt ſimplices ſtultitiam:callidi autem coronabuntur ſcientia. Incuruabunt ſe mali coram bonis, & impij ad portas iuſti venient. Etiam amico ſuo odioſus erit pauper: ſed qui diligunt diuitem, multi ſunt. Qui contemnit amicum ſuum peccat: ſed qui miſeretur pauperum beatus erit. Nõnne errant cogitantes malum? miſericordia autem & veritas erit cogitantibus bonum. In omnibus quibus homo laborat eſt dignitas:ſed verbum labiorum ſuperfluum verè imputatur ad defectum. Corona ſapientum diuitię eorum: ſtultitia ſtultorum ſtultitia. Eruit animas teſtis verax:loquetur autem mendacia doloſus. In timore domini eſt fiducia fortitudinis:& filiis eius erit ſpes. Timor domini vena vitæ,ad recedẽ
D dum à laqueis mortis. In multitudine populi eſt gloria regis: & cum non fuerit populus,eſt contritio principis. Tardus ira eſt multus intelligentia:& velox ſpiritu exaltat ſtultitiam. Vita carnium,eſt cor ſanum:& putredo oſſium,inuidia. Qui vi aufert quippiam à paupere:probris afficit factorem eius:& honorat eum qui miſeretur pauperis. Propter malitiam ſuam expelletur impius è mundo: ſperat autem in morte ſua iuſtus. In corde intelligentis requieſcet ſapientia:& in medio ſtultorũ cognoſcetur. Iuſtitia exaltabit gentem:& ignominia erit populis peccatum. Amor regis eſt ad ſeruum intelligentem:& ira eius erit contra eum qui pudore eum afficit.

Infra.17.a.

¶ Placat ſermo bonus,contemplatur deus omnes. Cor,mens,os iuſti paſcitur hic oculis. CAP. XV.

A REſponſio mollis retrahere facit iram :& verbum dolore afficiens aſcendere faciet furorem. Lingua ſapientum decorabit ſcientiam: & os ſtultorum loquetur ſtultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur malos,& bonos. Sanitas linguæ,eſt vt lignum vitæ,& peruerſitas in ea eſt contritio in ſpiritu. Stultus contemnet correctionem patris ſui, ſed qui cuſtodit increpationem,efficietur aſtutus. In domo iuſti eſt abundantia magna:& [a] in fructu impij conturbatur. Labia ſapientum ſpargent ſcientiam:cor autem ſtultorum non erit rectum. Sacrificium impiorum eſt abominatio domini: oratio autem rectorum voluntas eius. Abominatio domini
B eſt via impij:ſequentem autem iuſtitiam diliget. Flagellum,malum eſt relinquenti ſemitam domini:& qui odio habet increpationem,morietur. Infernus & perditio ſunt coram domino:quanto magis corda filiorum hominum? Non amabit illuſor increpantem ſe:ad ſapientes non ibit. Cor lætum decorabit faciem:& propter dolorẽ cordis ſpiritus erit triſtis. Cor intelligens quæret ſcientiam:& os ſtultorum paſcetur verbis ſtultitiæ. Omnes dies pauperis mali: ſed iocundus corde eſt ac ſi eſſet in conuiuio iugi. Melius eſt parum cum timore domini,quã theſaurus magnus,& contritio in eo. Melius eſt conui
C uium oleris,vbi ſit dilectio:q̃ bos qui diu fuit in præſepio,in quo ſit odium. Vir iracundus miſcebit lites: & tardus ad irã quieſcere faciet lites. Via pigri videtur ſibi,ac ſi eſſet ſepta ſpinis:ſemita autem rectorum plana eſt. Filius ſapiens lætificabit patrem:& ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Stultitia eſt lętitia deficienti corde:& vir intelligens ſeipſum diriget ad ambulandum. Diſſipabuntur cogitationes,quando non erit cõſilium:ſed multitudine conſiliariorum firmabuntur. Lætitia eſt viro in reſponſione oris ſui:ſed verbum dictum in tempore ſuo valde bonum eſt. Via vitæ eſt deſuper intelligentem,vt declinet ab inferno inferiori. Domum ſuperborum demolie-
D tur dominus:& ſtatuet terminum viduæ. Abominatio domini ſunt cogitationes viri mali:& munda ſunt eloquia pulchra. Turbat domum ſuam qui inhiat auaritiæ:ſed qui odio habet dona,viuet. Cor iuſti meditabitur,quum reſpondendũ fuerit:& os impiorum loquetur mala. Longinquus eſt dominus ab impiis:& orationem iuſtorum audiet. Lux oculorum lætificabit cor:fama bona impinguabit corpus. Auris quæ audit increpationem vitæ,in medio ſapientum cõmorabitur. Qui deſerit correctionem,ſpernit animam ſuam:ſed qui audit increpationem,poſſidet cor. Timor domini,eruditio ſapientię, & ante gloriam humilitas.

a in prouentu ſuo impius ipſe cõturbatur minus ſcilicet recipiens q̃ ſperabat.
Infra.17.d.

¶ Quando paras animum,linguam deus ipſe gubernat. Reges diuinant, eſt uia uiſa bona. CAP. XVI.

A HOminis ſunt præparationes cordis,& à domino eſt reſponſio linguæ. Omnes viæ viri mundæ ſunt in oculis ſuis:ſed qui ponderat ſpiritus eſt dominus. Volue ad dominũ opera tua,& firmabuntur cogitationes tuæ. Omnia opera tua eſt dominus propter ſeipſum:& etiam impium quem adducet ad diem malam. Abominatio domini eſt omnis elatus corde,mox,mox non erit impunis. Miſericordia & veritate redimetur iniq̃tas:et timore domini declinatur à malo. Cum placuerint domino viæ viri:etiam inimicos eius pacabit cum
B eo. Melius eſt parum cum iuſtitia,quàm multitudo frugum abſque iudicio. Cor hominis cogitabit viam ſuam: dominus autem diſponet greſſum eius. Diuinatio eſt in labiis regis, in iudicio non præuaricatur os eius. Statera & bilances iudicij domino,opus eius omnia pondera crumenæ. Abominatio regum eſt facere impietatem:quia iuſtitia firmabitur ſolium. Beneuolentia regum erit in homine habente labia iuſta:& loquentem recta diliget. Ira regis eſt vt nuncius mortis:& vir ſapiens placabit eam. Cum illuxerit facies regis erit vita:& bene
C uolentia eius erit veluti nubes ſerotinæ pluuiæ. Acquirere ſapientiam multo melius eſt,quàm acquirere aurũ precioſum, & acquirere intelligentiam multo melius eſt,quã acquirere electum argentum. Via rectorum eſt declinare à malo:cuſtodit animam ſuam qui cuſtodit viam ſuam. Ante cõtritionem eſt ſuperbia,& ante ruinã elatio ſpiritus. Melius eſt humiliari ſpiritu cum humilibus,quàm diuidere ſpolia cũ ſuperbis. Intelligens rem,inueniet bonum:& confidens in domino beatus erit. Sapiens corde vocabitur intelligẽs:& dulcedo labiorum addet doctrinam. Vena vitæ eſt [a] intelligentia domini ſui: & eruditio ſtultorum ſtultitia eſt. Cor ſapientis intelliget os ſuũ: & labiis ſuis addet doctrinã. Vt fauus mellis ſunt eloquia dul-
D cia:dulcedo animæ,& ſanitas corpori. Eſt uia [b] recta coram uiro,& nouiſſimum eius viæ mortis. Anima laborantis laborauit ſibi:quia [c] incuruauit ſe ei os ſuum. Vir impius fodit malum,& labiis ſuis eſt vt ignis ardens. Vir volubilis mittet litẽ, & ſuſurrator diuidit duces. Vir iniquus ſeducet amicum ſuũ: & ambulare faciet eum per viam non bonam. Claudit oculos ſuos ad cogitandum peruerſitates:annuens labiis ſuis perfecit malum. Corona gloriæ eſt canicies:in via iuſtitiæ inuenietur. Melior eſt tardus ad iram,quàm fortis:& qui dominatur ſpiritui ſuo,quàm is qui capit vrbem. In ſinum proijcitur ſors:& à domino eſt omne iudicium eius.

a prudenti poſſidenti eam.
Supra.14.b.
b apparens homini recta.
c coegit eum os eius,id eſt, fames.

¶ Buccella ſicca eſt melior q̃ uictima iurgij,amici ueri perpetuus amor.

CAP. XVII.

A
Eccl.10.d.
MElior eſt buccella ſicca,& pax in ea,quàm domus plena victimis iurgij.Seruus intelligens dominabitur filio ſtulto,pudore afficienti patrem ſuum:& inter fratres diuidet hæreditatem.Sicut conflatorium argentum,& caminus aurum,ſic probat corda dominus.Malus attendit ſermoni iniquo:mendax auſcultat linguam prauam. Qui ſubſannat pauperem,probris affecit factorem eius:qui lætatur in contritione,non erit impunis.
Supra.14.d.
Corona ſenum filij filiorum,& gloria filiorum patres eorum.Non eſt decora auaro lingua excellens, quanto magis liberali nō eſt decora lingua mendax? Vt lapis
B
gratioſus eſt munus in oculis domini eius:ad omnem locum ad quem ſe verterit,qui munera tribuit proſperabitur.Qui tegit præuaricationes cuiuſpiam,quærit eius amorem: qui verò improperat aliquid,diuidit duces.Magis prodeſt increpatio vna intelligenti,quā percutere ſtultū centies.Profecto vir
Roma.12.d. 1.Petri.3.b. 1.Theſ.5.d. Eſaiæ.5.e.
rebellis quæret malum ſuum:& nuncius crudelis mittetur cōtra eū Occurrere vrſo orbato melius eſt viro,quàm ſtulto in ſtultitia ſua.Reddens malum pro bono,non recedet malum
C
de domo eius.[a] Qui aperit aquam principium eſt contentionis:antequā migitur miſceatur lis dimitte eam.Iuſtificans impium,& impium faciens iuſtum,abominatio domini ſunt etiam ambo.Vt quid eſt precium in manu ſtulti,vt emat ſapientiam,& cor non eſt ei?Omni tempore diligit amicus:[b]& frater propter anguſtiam naſcitur remouendam.Homo deficiēs corde percutit manum,ſpondens ſponſionem coram amico ſuo.Diligit præuaricationem,qui diligit litem:qui eleuat oſtium ſuum,quærit contritionem.Peruerſus corde non inueniet bonum:& qui verterit ſe in lingua ſua,cadet in malum.Qui
a Sicut aperiens aquas eſt qui inchoat contentionem ſcilicet quas cohibere poſtea nequibit.
b & quaſi frater ad tempus anguſtiæ natus erit ſcilicet amicus talis.
Supra.15.b.
generat ſtultum ad triſtitiam ſuam generauit illum,& non lætabitur pater ſtulti.Cor lætum benefaciet vt medicina:& ſpi-
D
ritus triſtis exiccabit oſſa.Munus è ſinu impius capiet, ad peruertendum ſemitas iudicij.Coram intelligente erit ſapientia: & oculi ſtulti erunt in extremo terrę.Ira eſt patri filius ſtultus,
Eccle.2.c.
& amaritudo genitrici eius.Etiam condemnare iuſtum non eſt bonum:percutere principes propter rectitudinem non eſt bonum.Prohibet eloquia ſua qui ſcit ſcientiam:precioſus ſpiritu eſt vir intelligentiæ.Etiam ſtultus cum tacuerit ſapiens reputabitur:qui claudit labia ſua intelligens reputabitur.

¶Inquirit cauſam relicturus amicum.Iuſtus ſui accuſator.Lingua,uita & mors.Mulier bona bonum.

CAP. XVIII.

A
SEcundum deſiderium ſuum quæret(ſapientiam) qui ſe[c] ab aliis diuidit,in omni ſapientia miſcebit ſe.Non volet ſtultus intelligentiam,[d] niſi vt manifeſtetur cor eius.Quando venit [e] impius,venit etiam contemptus: & cum viro [f] ignominioſo venit opprobrium.Vt aquæ profundæ ſunt verba oris viri,vt torrens redundans eſt vena ſapientiæ.Accipere perſonam impij non eſt bonum,nec declinare facere iuſtum
c Ad cōcupiſcentiā quę re: ſeparant: & rei cuiuis feriæ ſe immiſcebit.
d ſed ea tantum,quæ ſe circūuoluunt in corde ipſius.
B
in iudicio.Verba ſtulti venient cum lite,& os eius ad percuſſiones vocabit.Os ſtulti erit contritio ſibi,& labia eius laqueus animæ ſuæ.Verba ſuſurratoris ſunt vt vulnera:& ipſa deſcendunt ad interiora ventris.Etiam qui remiſſus eſt in opere ſuo, frater eſt viro diſſipanti quidpiam. Vt turris fortis eſt nomē
e temerari9
f uano
Eccl.11.a.
domini:ad ipſam curret iuſtus,& exaltabit.Opes diuitis ſunt vt vrbs fortis eius,& ſicut murus eleuatus in imaginatione eius.Ante contritionem eleuabitur cor viri,& ante gloriam e-
C
rit humilitas.Reſpondens verbum antequam audiat,ſtultitia eſt ei,& pudor.Spiritus viri ſufferet infirmitatem eius;ſpiritū autem percuſſum quis feret?Cor intelligens acquiret ſcientiā, & auris ſapientum quæret ſcientiam.[g] Donum hominis dilatare faciet ei locum,& ante magnates ducet eum.Iuſt9 primus eſt in cauſa ſua:veniet amicus eius,& inueſtigabit eum. Lites ceſſare faciet ſors,& inter lites fortes diuidet.[h] Frater durior eſt ciuitate forti:& lites ſunt ſicut vectis palatij.De fructu oris viri ſatiabitur venter eius,& de prouentu labiorū ſuorū ſatu-
g Magnificentia
h A fratre frater offēſus pertinacior eſt ciuitate forti:& lites inter eos ſemel ortę ſūt fortiſſimę ſicut repagula palatij.
D
rabitur.Mors & vita in manu linguæ:& qui diligit eam comedet fructum eius.Qui inuenit vxorem bonam,inuenit bonū: & educet beneuolentiam à domino.Cū deprecationibus loquetur pauper:diues autem reſpondebit dura verba.Vir diligit amicos,vt ſit amic9:& eſt amic9 magis cōiunctus q̄ frater.

¶Pauper præſtat fatuo locupleti.Teſtis falſus punietur,mendaxq́ peribit.

CAP. XIX.

A
MElior eſt pauper qui ambulat in perfectione ſua,quàm peruerſus labiis ſuis, qui eſt ſtultus.Etiam abſque ſcientia animæ non eſt bonum:& feſtinus pedibus peccat.Stultitia hominis peruertet viam eius,& contra dominum iraſcetur cor eius.Opes addent amicos multos:& pauper ab amico ſuo ſaparabitur.Teſtis mendax non erit impunis:& qui loquitur mendacia,non euadet.Multi precabuntur faciem liberalis,& quiuis eſt amicus viro dona tribuenti.Omnes fratres
Danie.13.g.
B
pauperis oderunt eum,quin & amici eius elongauerunt ſe ab eo:proſequitur eos ille verbis,quæ non probant ipſi? Poſſidens cor diligit animam ſuam,cuſtodit intelligentiam ad inueniendum bonum.Teſtis mendax non erit impunis:& qui loquitur mendacia,peribit.Nō eſt decora ſtulto delectatio:quāto magis non eſt decorum ſeruum dominari principibus? Intellectus hominis eſt prolongare furorem ſuum,& gloria eius eſt pertranſire pręuaricationem.Rugitus veluti catuli leonis eſt ira regis,& ſicut ros ſuper herbam beneuolentia eius. Contritio eſt patri ſuo filius ſtultus:& ſicut ſtillatio continuās,ſunt contentiones mulieris.Domus & diuitiæ hæreditas patrum eſt:& à domino eſt mulier intelligens.Pigredo cadere faciet ſo-
C
porem,& anima remiſſa fameſcet. Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam:qui cōtemnit vias ſuas,morietur.Mutuat domino qui largitur pauperi,& retributionem eius reddet ei.Caſtiga filium tuum,quando eſt ſpes:[a] ad interficiendū eum ne eleues animam tuam.Magnus ira ſuſtinet pœnā: quia ſi erueris eum,adhuc addes caſtigare eum.Audi conſilium,& ſuſcipe correctionem,vt ſis ſapiens in nouiſſimo tuo.Multæ cogitationes ſunt in corde viri:conſilium autem domini permanebit.Deſiderium hominis miſericordia eius:& melior eſt
a ad clamorem eius ne tollas animā tuam.
D
pauper,q̄ vir mendax.Timor domini ad vitam,& ſaturus cōmorabitur,non viſitabitur malo. Abſcondit piger manum ſuam in ſinu,etiam ad os ſuum non reducet eam.Deriſorem ſi percuſſeris,ſimplex efficietur aſtutus:& ſi increpauerit quiſpiā intelligentem,intelliget ſcientiam.Qui deſtruit paterna bona,
Infra.21.b.
fugabit matrem:filius pudore afficiens,& erubeſcere faciens. Ceſſa fili mi audire eruditionem:quæ adducit te vt erres ab eloquiis ſcientiæ.Teſtis impius deridebit iudicium, & os impiorum abſcondet iniquitatem.Parata ſunt deluſoribus iudicia,& percuſſiones corpori ſtultorum.

¶Magna laudet,uitet luxuriam, uinum, contentiones uitans. diſſipat intuitu rex mala,pondo duplex.

CAP. XX.

A
DEriſorem efficit vinum,tumultuantem efficit ſechar:& omnis qui oblectatur in eo,non erit ſapiens. Rugitus tanquam leunculi eſt terror regis:qui iraſcitur cum eo,peccat contra animam ſuam. Gloria eſt viro quieſcere à lite, & omnis ſtultus miſcebit ſe. Propter hyemem piger non arabit: poſtulabit in meſſe, & non dabitur. Vt aqua profunda eſt conſiliim in corde viri: & homo intelligens hauriet illud. [b] Magni hominis prædicabit vnuſquiſque miſericordiam: virum autem veracem quis inueniet? Ambulantis in perfectio-
b Multitudo hominū uocat quem uirum pium: ſed uirum fidelem quis inueniet?q.d. nec ipſe fidelis eſt,nec qui ei adulātur.
B
ne ſua iuſti,beati erunt filij poſt eum. Rex qui ſedet ſuper ſolium iudicij,diſpergit oculis ſuis omne malum.Quis poteſt dicere mundaui cor meum, mundus ſum à peccato meo? Duplex pondus,& duplex menſura,abominatio domini ſunt etiam ambo. Etiam in operibus ſuis cognoſcetur puer,vtrum mundum, & vtrum rectum ſit opus eius. Aurem audientem, & oculum videntem, dominus fecit etiam vtrun-
1.Iohan.1: 3.Regū.8.e. 2.Para.6.g. Eccēs.1.c.
C
que. Ne diligas ſomnum, ne forte efficiaris pauper:aperi oculos tuos, ſatura teipſum pane. Malum eſt,malum eſt dicet emptor: & vadens tunc iactabat ſeſe. Eſt aurum,& multitudo margaritarum: & vt vas precioſum ſunt labia ſcientis.

tis.Tolle



Tolle veſtimentum eius,quia fideiuſsit ꝑ extraneo:& pro extraneis in pignus tolle illud.Suauis eſt viro panis mendax, & poſtea implebitur os eius calculo.Cogitationes conſilio firmantur:& conſiliis fac bellum.Qui reuelat ſecretum, incedit
Exodi.21.e. Leuit.20.b. Math.15.a. Supra.17.c. Roma.12.d. 1.Petri.3.b. 1.Theſ.5.d.
fraudulenter:& dilatanti labia ſua non miſces te.Maledicentis patrem ſuum,& matrem ſuam,extinguetur lucerna in obſcuritate tenebrarum.Hæreditas feſtinanter acquiſita in principio,in nouiſsimo eius non erit benedicta.Ne dicas reddā malum:expecta dominū,& ſaluum faciet te.Abominatio domi-
D
ni eſt duplex pondus:& bilanx doloſa non eſt bona.A domino greſſus viri diriguntur:homo autem quomodo intelliget viam ſuam? Laqueus eſt homini deglutire ſanctificatum, & poſt vota inquirere.Diſpergit impios rex ſapiens,& redire faciet ſuper eos rotā.Lucerna domini eſt animus hominis,quæ inueſtigat omnia interiora ventris.Miſericordia & veritas cuſtodient regem,& fulcit miſericordia ſolium ſuum.Gloria iuuenum fortitudo eorum,& decor ſenū canicies.Liuores vulneris ſunt medicina in malo homine:& ſic plagæ in interioribus ventris.

¶Dominus corda apprehendit,illi miſericordia & iudicium placet.Aduerſum illum nec uires ualebunt nec prudentia.

CAP. XXI.

A
VT riuuli aquarum eſt cor regis in manu domini:ad omne quod voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta eſt in oculis eius:ponderat autem corda dominus. Facere iuſtitiam & iudicium,magis eſt electum domino,q̄ ſacrificiū. Exaltatio oculorum & latitudo cordis,cogitatio impiorum peccatum ſunt.Cogitationes viri diſcreti verè tendunt ad ſuperabundantiam:& omnis qui eſt præceps tendit verè ad defectum.Congregatio theſaurorum lingua mendaci eſt vt ſtipula propulſata:quærunt mortem qui eos congregant .Rapinam impiorum adducet dominus ſuper eos,quia renuerūt facere iudicium.Reuerſa eſt via viri impij,& alieni:mundi autem viri rectum eſt op9.Melius eſt habitare in angulo tecti,q̄
B
cum muliere cōtentioſa,& in domo ampla.Anima impij deſyderauit malum,non erit gratus in oculis eius amicus eius.
Infra.25.d.
Quum iudex mulctauerit deriſorē,efficietur ſapiens ſimplex: & cum intellexerit ſapiens alterum ſapientem,accipiet ſciētiā.
Supra.19.d.
Conſyderat iuſtus finem domus impij,& videt q dominus peruertit impios ad malum ipſorum.Qui obturat aurem ſuā à clamore pauperis,etiā ipſe clamabit,& non exaudietur.Donum in abſcondito datum teget furorem:& munus in ſinu iram fortem teget.Lætitia eſt iuſto facere iudicium,& contri-
C
tio erit operātibus iniquitatem.Homo qui errat de via intellectus, in cœtu mortuorū requieſcet.Vir egenus erit qui diligit lætitiam:qui diligit vinum,& pinguia,non ditabitur.Pro redemptiōe iuſti dabitur impius,& pro rectis pręuaricator. Melius eſt habitare in terra deſerti,q̄ cum muliere contentioſa,& iracunda.Theſaurus deſyderabilis,& pinguedo eſt in habitaculo ſapientis:& ſtultus homo diſsipabit illum. Qui ſequitur iuſtitiam,& miſericordiam,inueniet vitam,iuſtitiā,& gloriam.Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens,& deſcendere faciet robur fiduciæ eius.Qui cuſtodit os ſuum,& linguam ſuam,
D
cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.Superbus,elatus,deriſor eſt nomen eius,qui facit opera ſua in ira ſuperbiæ. Deſyderiū pigri interficiet eum:quia renuerunt manus eius facere q̄cq̄. Tota die piger cōcupiſcit concupiſcentiam:iuſtus autem tribuet,& non prohibebit.Sacrificium impiorum eſt abomina-
Eſaiæ.1.d.
tio:quanto magis ſi mala intentione attulerit illud? Teſtis mēdax peribit:& vir qui teſtificatur quod audiuit,ſemper loquetur idem.Roborauit contra eum vir impius faciem ſuā:rect9 autem ipſe diſponet viam ſuam.Non eſt ſapientia neque intelligentia:non eſt conſilium contra dominum. Equus paratus eſt ad diem belli;ſed domini eſt ſalus.

¶Fama bona uincit diuitias.Sapientes audiendi.Patrum termini non tranſgrediendi.

CAP. XXII.

A
ELigibilius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: & quàm argentum,& q̄ aurum eligibilior eſt gratia bona.Diues,& pauper obuiauerunt ſibi,faciens omnes ipſos dominus.Callidus præuidit malum,& abſcondit ſe:ſimplices autem tranſgreſsi ſunt,& pœnis afficientur.Propter humilitatē veniunt homini timor domini,diuitiæ,& gloria,& vita.Spinæ,laquei ſunt in via peruerſi:qui cuſtodit animam ſuā,elongabit ſe ab eis.Imbue puerum ſecundum modū viæ eius:etiā cum ſenuerit non recedit ab ea.Diues pauperibus dominabitur,& mutuū accipiens ſeruus erit viro mutuanti. Qui ſeminat iniquitatem metet iniquitatem,& virga iræ eius deficiet. Benignus oculo ipſe benedicetur:quia dedit de pane ſuo pau-
Eccēs.7.d.
Eccl.10.3.
B
peri.Eiice deriſorem,& egredietur contentio:& ceſſabit iudicium,& ignominia.Qui diligit munditiam cordis propter gratiam labiorum eius, amicus eius erit rex.Oculi domini cuſtodierunt ſcientiam:& peruertet verba pręuaricatoris.Dixit piger,leo eſt foris,in medio platearum occidar.Vt fouea profunda eſt os mulierum alienarum:is contra quem irat9 eſt do-
C
minus,cadet illuc.Stultitia colligata eſt in corde pueri; virga correctionis elongare faciet eam ab eo.Qui vi aufert à paupere,vt augeat ſua,qui dat diuiti verè erit ſibi ad defectū.Inclina aurem tuā,& audi verba ſapientum,& cor tuū pone ad ſcientiam meam. [a] Quia delectabilis eſt, ſi cuſtodieris ea in corde tuo:dirigentur pariter in labiis tuis.Vt ſit in domino fiducia tua,ſcire te feci hæc hodie etiam tu cuſtodi.Nōnne ſcripſit tibi perfecta in conſiliis,& ſcientia? Vt ſcire facerem te rectitudinem eloquiorum veritatis,ad reſpondendum eloquia veritatis mittentibus te? Ne diripias pauperem,quia pauper eſt: &
a Quia pulchrum, ſeu pulcher eris.
D
ne conteras egenum in porta.Quia dominus iudicabit cauſam eorū,& rapiet à rapiētibus eos,animam.Ne ſis amic9 furibūdo, & cū viro iracundo ne eas.Ne fortè diſcas ſemitas ei9, & capias laqueū animæ tuæ.Ne ſis inter percutientes manū fideiubendo,inter fideiubentes pro debitis.Si non eſt tibi ad reddendum,vt quid tollet lectum tuum quod eſt ſubter te? Ne transferas terminum antiquum,quem fecerūt patres tui. Vidiſti virum velocem in opere ſuo? Coram regibus ſtabit, non ſtabit coram tenebroſis.
b ſtrenuum

¶In menſis principum obſeruanda,meretrix,puteus,uinum,& uenenum.

CAP. XXIII.

A
CVm ſederis ad comedendum cum[c] domino,conſyderando conſydera quod erit coram te.Et pones cultrū in gutture tuo,[d] ſi habueris animū.Ne concupiſcas pulmēta eius quæ ſunt cibus fallax.Ne labores,vt diteris,ne ab intelligentia tua deſinas.Nūquid illuſtrabis oculos tuos vt diuitias aſpicias? Sed nō erunt,quia faciendo facient ſibi alas ſimiles aquilæ,& volabunt in cœlū.Ne comedas panem malū oculū habentis,& ne concupiſcas pulmenta eius.Quoniā ſicut æſtimauit animo ſuo, ſic fuit: Comede,& bibe dicet tibi, & cor eius non erit tecum.Bucellā tuā quam comediſti,euomas, & corrūpas verba tua dulcia.In auribus ſtulti ne loquaris,quia
c magnate,
d ſi habueris appetitum.
B
comtemnet intellectū eloquiorum tuorū.Ne tarnsferas terminum antiquum, & in agrum pupillorū, ne introeas.Quia redepmtor illorum fortis eſt:ipſe iudicabit cauſam eorum tecū.Ingredi fac eruditionē cor tuū,& aures tuas ad eloquia ſcientiæ.Ne prohibeas à puero correctionē,ſi percuſſeris eū virga,non morietur.Tu virga percuties eum,& aīam ei9 ab inferno erues.Fili mi ſi ſapiēs fuerit cor tuū,lætabit cor meū, etiā ego lætabor.Ex exultabūt renes mei,cū locuta fuerint labia tua q̄ recta ſunt.Ne ęmulet cor tuum peccatores,ſed in timore domini ſis tota die.Quia verè eſt merces,& ſpes tua nō ſuccidetur. Audi tu fili mi, & ſapiens eris,& ambulare fac
Supra.13.c. Ecci.30.a.
Infra.24.a.
C
per viam cor tuum. Ne ſis cum potatoribus vini, cum commeſſatoribus carnis.Quia bibax & edax pauperes efficientur, & veſtibus ſciſsis induere faciet dormitatio. Obtempera patri tuo, ipſe genuit te:& ne contemnas,quum ſenuerit matrem tuam,Veritatem eme, & ne vēdes ſapiētiam,

& eruditionem,& intelligentiam.Exultando exultabit pater iu
ſti,generans ſapientem lætabitur in eo. Lætabitur pater tuus
& mater tua,& exultabit genitrix tua.Præbe fili mi cor tuum
mihi,& oculi tui vias meas cuſtodiant.Quia ſicut fouea pro-
funda eſt meretrix,& veluti puteus anguſtus eſt aliena , Etiam
ipſa tanq̃ prædæ inſidiabitur,& præuaricatores in homini-
D bus addet.Cui eſt væ,cui anxietas,cui rixæ,cui loquacitas , cui
vulnera fruſtra?cui rubor oculorum erit?Morãtibus in vino,
euntibus ad quærendum vinum mixtum, Ne intuearis vinũ
quando rubeſcit,quum dederit in calice colorem ſuum,ingre
dieturq; directè.In nouiſsimo ſuo ſicut ſerpens mordebit,& ſi
cut regulus dolore afficiet.Oculi tui videbunt viſiones extra-
neas,& cor tuum cogitabit peruerſa.Et eris veluti dormiens
in corde maris,& ſicut dormiẽs in capite mali nauis.Verbera
uerunt me,non ægrotaui:concuſſerunt me , non cognoui eũ
qui me percuſsit:quãdo euigilabo,addam,quærã illud adhuc.

¶ Conſortia malorum fuge.Conſilia multa admitte.Iudicium ſe-
uerum exerce,& proſperabitur ager.

CAP. XXIIII.

A NE æmuleris homines qui faciunt malum,& ne deſyderes
Supra,23.c. eſſe cum eis.Quia rapinam meditabitur cor eorum , &
iniquitatem labia eorum loquentur.Sapiẽtia ædificabitur do
mus,& intelligentia ſtabilietur.Et per ſcientiã interiora reple-
buntur omnibus operibus precioſis,& iocundis.Vir ſapiens
eſt in fortitudine,& vir peritus roborat vires.Quia cõſiliis fa-
cies bellũ,& ſalus in multitudine conſiliariorũ.Excelſiores ſunt
ſtulto ſapientiæ,in porta non aperiet os ſuum.Cogitantẽ ma-
lefacere virum malas habentem cogitationes vocabunt.Cogi
tatio mala hominis ſtulti eſt peccatũ,et abominatio eſt homini
deriſor.Remiſſus fuiſti in die anguſtiæ,anguſta erit fortitudo
Pſalmo.81. tua.Erue eos qui capti ſunt ad mortem:& eos qui labũtur ad
occiſionem,nónne prohibebis?Si dixeris, ecce non nouimus
hunc,nónne qui ponderat corda,ipſe intelliget:& qui cuſtodit
B animam tuam,ipſe cognoſcet,reddetq; homini ſecundũ opus
ſuum?Comede fili mel,quia bonum eſt,& fauum dulce eſt pa-
lato tuo.Sic ſcientia ſapientiæ dulceſcat animę tuæ.Nónne in-
uenies,& erit merces,& expectatio tua non excidetur? Ne in-
ſidieris ô impie habitaculo iuſti : nec rapias accubitum eius.
Quia ſepties cadet iuſtꝰ,& ſurget:impij autem corruent in ma
lum.Cum ceciderit inimicus tuus,ne læteris:& cum impegerit
ne exultet cor tuum. Ne forte conuerſus videat dominum,&
quod diſplicet in oculis eius,& auertat deus ab eo furorẽ ſuũ.
C Ne commercium habeas cũ malignis,& ne æmuleris impios.
a poſteritas Quia non erit [a] finis homini malo:lucerna impiorum extingue
tur.Time dominum fili mi & regem,& cum iterantibus ſuas
Leuit 19.d. iniquitates ne miſceas te.Quoniam repente conſurget cõtritio
Deuter.1.c. eorum,& contritionem amborum quis ſcit?Etiam hęc ſapien
Ecci.41.a. tibus dicuntur:cognoſcere faciem in iudicio non eſt bonum.
Dicenti impio,iuſtus es,maledicent populi:deteſtabuntur eum
nationes.Sed increpantibus impios dulceſcet dominus,& ſup
eos veniet benedictio bona.Labia oſculabitur qui reſpondit
D verba recta.Præpara foris opus tuum,& præpara illud in a-
Supra.10.b. gro tuo:poſtea ædificabis domũ tuã.Ne ſis teſtis mendax con
tra amicum tuum,& ne conteras eũ labiis tuis.Ne dicas:quẽ-
admodum fecit mihi ſic faciam ei:reddam viro ſecundũ opus
ſuum.Iuxta agrũ hominis pigri tranſiui,& iuxta vineã homi-
Supra.6.b. nis deficiẽtis corde.Et ecce aſcenderant per totum ipſum ſpi-
næ,operuerãt ſuperficiẽ eius vrticæ,& maceria lapidum eius
deſtructa erat.Et vidi ego,poſui cor meum:vidi,accepi erudi
tionẽ.Paruis ſomnis,paruis dormitationibꝰ,paruo amplexu
manuũ ad dormiendũ cũ vxore ſua opus eſt. Et veniet tanq̃
viator paupertas tua,& defectus tuus tanquam vir ſcutatus.

¶ Secreta celanda,promiſſa complenda,Simulatio uitanda,nec
ſcrutanda maieſtas.

CAP. XXV.

A ETiam hæ ſunt parabolæ Selomoh quas tranſtulerunt [b] vi
b ſcilicet Sebna ſcriba & alij. ri Chizchiiah regis Iehudah, Gloria dei eſt cælare verbũ
& gloria regum inueſtigare verbum.Cœlorum in altitudine,
& terræ in profunditate,& cordis regum nõ eſt inueſtigatio.
Remoue ſcorias de argento,& egredietur argentario vas.Re-
moue impium coram rege,& firmabitur in iuſtitia ſolium eiꝰ.
Ne magnifices te coram rege,& in loco magnorum ne ſtete-
B ris,Quia melius eſt vt dicat tibi,aſcende huc,quàm ꝙ humiliet
te coram principe, quem viderunt oculi tui . Ne egrediaris
ad litigandum cito, ne forte aliquid facias in nouiſſimo eius,
quando pudore affecerit te amicus tuus.Litigium tuum liti-
ga cum amico tuo,& ſecretum alterius ne reueles. Ne forte
probris afficiat te audiens,& infamia tua non reuertatur. Si-
cut mala aurea cum figuris argenteis eſt verbum dictum cum
modis ſuis.Vt inauris aurea, & ornamentum obrizi eſt qui
arguit ſapientem,cui eſt auris obtemperans.Sicut frigus niuis
in die meſſis, ſic legatus fidelis mittentibus illum: & animam
domini ſui requieſcere faciet.Vt nubes & uentus pluuiam nõ
gignentes,ſic vir qui ſe iactat de dono mendaci.Longanimi-
tate flectetur,princeps,& lingua mollis confringet oſſa.Mel Supra.15.a.
C inueniſti,comede quantum ſufficit tibi, ne forte ſaturus euo-
mas illud.Prohibe pedem tuum à domo proximi tui,ne forte
ſatiatus de te,odio habeat te.Vt malleus,& gladius, & ſagitta
acuta eſt vir qui teſtificatur contra proximum ſuum teſtimo-
nium falſum.Sicut dens confractus,& pes labens,ſic eſt fidu-
cia præuaricatoris in die anguſtiæ . Sicut qui remouet ve-
ſtimentum à ſe in die frigoris , ſicut acetum ſuper [a] nether , a alumen.
ſic & cantans in canticis cordi afflicto . Si eſurierit odio
habens te,ciba illum pane: & ſi ſitiuerit, propina ei aquam. Roma.12.d.
Quia prunas tu accipis ſuper caput eius,etiam dominus red-
det tibi.Sicut ventus aquilo [b] fugat pluuiam,ſic & facies iracũ- b deturbat Supra.21.d.
D da linguam occulte detrahentem.Melius eſt ſedere in angulo
tecti,quàm cum muliere contentioſa,& in domo ampla.Si-
cut aquæ frigidæ animæ ſitienti,ſic auditus bonus è terra lõ-
ginqua.Sicut fons pedibus turbatus & ſcaturigo corrupta, Eccl.3.e.
ſic eſt iuſtus lapſus coram impio.Sicut comedere mel multũ
non eſt bonum, ſic inueſtigatio nimia gloriæ aliorum non eſt
gloria . Sicut vrbs dirupta abſq; muro eſt vir cuius non eſt
prohibitio ſpiritui.

¶ Vt æſtati nix non conuenit,ita nec gloria ſtulto.Stultis iuxta eo-
rum ſtultitiam referendum,alteri fodiens foueam,incidet in eam.

CAP. XXVI.

A SIcut nix in æſtate,& ſicut pluuia in meſſe non eſt conue-
niens,ſic nec conueniens eſt ſtulto gloria.Sicut auis eſt va-
gari,ſicut hirundinis eſt volare:ſic maledictio gratis,non ve-
niet. Flagellum equo,& camus aſino,& virga neceſſaria eſt
corpori ſtultorum.Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiã
eius,ne forte adæqueris ei etiam tu.Reſponde ſtulto ſecũdum
ſtultitiam eius,ne forte ſit ſapiens in oculis ſuis.Sicut [c] ſucciſus c ſuccidens pedes,& rapinã hauriẽs
pedes,ſic iniquitatem bibens,eſt qui mittit verba per manum
ſtulti.Sicut inequales ſunt tibiæ claudi,ſic & parabola in ore
B ſtultorũ.Sicut qui ligat lapidem in funda , ſic eſt qui dat ſtul-
to gloriam.Sicut ſpina quæ aſcendit in manu ebrij,ſic eſt &
parabola in ore ſtultorum. [d] Magnus dominus creat omnia, d Admodũ cõfundit eũ qui mercedẽ dat inſano.
& mercedem dat ſtulto,& marcedem dat tranſgreſſoribus.
Sicut canis reuertitur ad vomitum ſuum , ſic ſtultus iterum
ſtulitiam ſuam.Vidiſti virum ſapientem in oculis ſuis,ſpes eſt 1.Petri.2.d.
de ſtulto magis quàm de eo.Dixit piger:leo eſt in via,leo inter
plateas.Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ſic & piger in le-
ctulo ſuo.Abſcõdit piger manum ſuam in ſinu,laborat redu-
C cere eam ad os ſuum.Sapientior eſt piger in oculis ſuis,ſeptem
reſpondentibus conſilium . Sicut qui apprehendit aures ca-
nis, [e] ſic eſt qui tranſit,qui iraſcitur in lite quæ non eſt ſua. [f] Si- e ſcilicet ut mordeatur.
cut abſcondit ſe qui iacit ſcintillas , ſagittas,& mortem.Sic vir f Sicut inſaniens eſt
qui fraudauit amicum ſuum,& dicet,nónne ludo?Quum non
fuerint ligna,extinguetur ignis:& quum non fuerit ſuſurro,ſi-
lebit contentio.Sicut carbo eſt diſpoſitus ad prunas , & ligna Eccl.38.b.
ad ignẽ,ſic & vir contentioſus ad ſuccẽdendum litẽ.Verba ſu-
ſurronis ſunt veluti blanda ; & ipſa deſcendunt ad interiora
ventris



D ventris.Sicut argentũ plenum ſcoriis obductum ſuper teſtã,
ſic ſunt labia ſuccendentia lites,& cor malũ.Labiis ſuis alium
ſe præferet qui odio habet,& in interioribus ſuis ponet dolũ.
Cum extulerit vocẽ ſuã orãdo,ne credideris ei:quoniã ſeptem
abominationes ſunt in corde illius.Operiet ſe odium in dece-
Eccle.10.b. ptionẽ:manifeſta erit malitia eius in cõgregatiõe.Qui alteri fo
Eccl.27.d. dit foueã,in eam cadet:& qui voluit lapidem cõtra alium, ad
eum reuertetur.Linguam mẽdacem odio habebit contritus
corde:& os blandum faciet expulſionem à via vitæ.

¶ Craſtini non ſit gloria,nec teipſum laudes,agnoſcas pecoris uul-
tum. CAP. XXVII.

A NE laudes te de his quæ facturus es in die craſtino:qa ne-
ſcis quid pariturus ſit dies.Laudet te alienus,& non os
tuum:extraneus,& non labia tua.Grauitas eſt ſaxo, & põdus
eſt arenæ:ſed ira ſtulti grauior eſt vtroq;.Crudelitas eſt in ira,
& impetus in furore:& quis ſtabit coram inuidia? Melior eſt
Iob.4.b. increpatio manifeſta,ꝗ̃ amor abſconditus.Fidelia ſunt vulne
ra diligentis,& multa oſcula odio habẽtis:Anima ſaturata cal
cabit fauũ:& animæ famelicæ omne amarũ erit dulce.Sicut a-
uis vagatur à nido ſuo,ſic vir vagatur à loco ſuo.Sicut vnguẽ
B tum & ſuffimentũ lętificat cor,ſic & dulcedo amici ſui ꝓpter
conſiliũ animę.Amicum tuum,& amicum patris tui ne dere-
linquas,& domũ fratris tui ne ingrediaris in die contritionis
tuæ.melior eſt enim vicinus propinquus,quàm frater longin
quus.Sis ſapiens fili mi,& lætifica cor meum : & reſpondebo
probris afficienti me verbum.Callidus vidit malũ,abſcondit
a ſtolidi ſe, [a] ſimplices tranſierunt,& puniti ſunt.Tolle veſtimentũ eiꝰ,
Supra.20.c. quia fideiuſsit pro extraneo & pro extranea cape pignꝰ eius.
C Qui benedixit amico ſuo voce grandi,mane ſurgendo,male-
dictio reputabitur ei.Stillatio aſsidua in die pluuiæ,& mulier
contentioſa æquauerunt ſe.Abſcondens eam,abſcondit ven
tum:& ſicut vnguẽtũ quod eſt in dextera ſua,clamabit.Ferrũ
ferro acuetur,& vir acuet faciẽ amici ſui.Qui ſeruat ficum:co
medit fructum eius:& qui cuſtodit dñm ſuũ, glorificabitur.
Sicut in aqua facies faciei apparet,ſic cor hominis homini.Se
pulchrum,& perditio non ſaturabuntur,& oculi hominum
Eccl.14.b. non ſaturabuntur.Conflatorium argentum, & caminus au-
D rum,& virum os laudantis eum probat.Si contuderis ſtultũ
in mortario,in medio farris contuſi piſtillo , non recedet ab
eo ſtultitia eius.Agnoſcendo agnoſcas vultum pecoris tui,&
pone cor tuum ad greges.Quia non in ſeculũ diuitiæ ſunt du
raturæ:& num corona erit in generatione, & generationem?
Apparuit herba,& apparebit germen,& colligentur herbæ
montium.Ouium lanæ erunt pro indumentis tuis , & pre-
cium agri erunt hirci.Et ſufficiet precium lactis capratum in
cibum tuum,& cibũ domus tuæ,& victum puellis tuis.

¶ Iuſtus fiduciam leonis habet,& beatus domini timorem.Impius
uero princeps urſi famem.

CAP. XXVIII.

A FVgerunt,& non erat perſequens , impij:& iuſti veluti
leunculus fident. Propter præuaricationẽ populi terræ
ſunt multi principes eius:& propter hominem intelligentem
& ſcientem prolongabitur regnum.Vir pauper,& rapiens
b corradẽs, quæ pani obeſt. pauperes,eſt vt pluuia [b] inundãs,& nõ eſt panis.Derelinquẽ-
tes legem laudabunt impium:& cuſtodientes legem litigabũt
cum eis.Viri mali non intelligent iudicium:quærentes autem
dominum,intelligent omnia.Melior eſt pauper qui ambulat
B in perfectione ſua,quam peruerſus viis,& ipſe diues.Qui cu-
ſtodit legẽ,filius eſt intelligens:qui autem paſcit comedones,
pudore afficiet patrem ſuum . Qui multiplicat diuitias ſuas
vſura & augmento:ad largiendum pauperibus congregabit
eas. Qui remouet aurem ſuam , ne audiat legem : etiã oratio
eius eſt abominatio.Qui errare facit rectos per viam malam,
in foueam eius ipſe corruet:& perfecti hæreditate accipiẽt bo
c diiudicabit num.Sapiens in oculis ſuis eſt vir diues, pauper autem intel-
ligens [c] ſcrutabitur eum.Cũ exultauerint iuſti multa gloria: &
cum ſurrexerint impij,inueſtigabitur homo.Qui tegit ſcelera
ſua,non proſperabitur:confitẽtis aũt,& relinquẽtis miſerebi-
tur.Beatus homo qui pauet ſemper:ſed qui indurat cor ſuũ,
C corruet in malũ.Vt leo rugiens,& vrſus auidus , dominatur
impius populo pauperi.Dux deficiens intelligentiis multipli-
capit rapinas: ſed qui odio habet auaritiã, prolongabit dies.
Homo raptor propter ſanguinẽ animæ vſque ad ſepulchrũ
fugiet, ne teneant eũ.Qui ambulat perfecte,ſalus erit:& puer
ſus viis cadet ſemel . Qui colit terrã ſuã,ſaturabitur pane : ſed Supra.12.b.
qui ſectatur viros inanes,ſaturabitur egeſtate.Vir fidelis mul Eccl.20.d.
tiplicat benedictiones:& qui feſtinat ditari,non erit impunis.
D Cognoſcere faciem in iudicio,nõ eſt bonum:& propter buc-
cellam panis præuaricabitur vir.Feſtinat ad diuitias vir mali
oculi,& non cognoſcit quod defectus veniet ei.Qui increpat
hominem,qui retrocedit,gratiã inueniet,magis ꝗ̃ is qui blan-
ditur lingua.Qui rapit bona patris ſui,& matris ſuæ, & dicit
non eſt præuaricatio,particeps eſt viri diſsipantis bona ſua.
Latus animo,miſcebit litẽ:ſed qui fidit domino,impinguabi-
tur.Qui fidit cordi ſuo eſt ſtultus:& qui ambulat ſapiẽter,ipſe
euadet. Danti pauperi,non erit defectus:& abſcondenti ocu-
los ſuos,erit multitudo maledictionũ.Cum ſurrexerint impij,
abſcondet ſe homo:& cum perierint,multiplicabuntur iuſti.

¶ Contemnens correptionem peribit.Vulgus lætabitur iuſtorum multiplicatio-
ne,principatum uero impiorũ gemet. CAP. XXIX.

A VIr increpatus qui indurat ceruicẽ , repente conteretur, a multiplicati
& non erit ſanitas.Cũ [a] dominati fuerint iuſti,lætabitur
populus:& cũ dominatus fuerit impius,gemet populus.Vir Lucæ.15.c.
qui amat ſapientiam lætificabit patrem ſuum , ſed qui paſcit
ſcorta,perdet ſubſtantiam.Rex in iudicio ſtare faciet terram:
vir aũt qui ſuſcipit dona,diruet eam.Vir qui blanditur ami-
co ſuo,rete expãdit pedibus eius.Propter præuaricationẽ vi-
ri veniet ei malus laqueus:iuſtus autem laudabit,et lætabitur.
B Cognoſcit iuſtus iudicium pauperum:impius non intelliget
ſcientiam.Homines deriſores illaqueabunt ciuitatem:ſapiẽtes
verò auertent furorem.Vir ſapiẽs in iudicio erit cum ſtulto,
& iraſcetur,& ridebit,& non erit requies.Viri ſanguinolenti
odio habebunt perfectum:recti autem quærent animã eius.
Totum ſpiritum ſuum proferet ſtultus:ſapiens autem in po-
ſterum quieſcere faciet eum.Quando dominatur qui attẽdit
verbo mendacij,omnes miniſtri eiꝰ ſunt impij.Pauper & vir
fraudulentus obuiauerunt ſibi:illuminans oculos amborũ eſt
dominus.Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius
C in æternum firmabitur.Virga & increpatio tribuet ſapientiã:
puer aũt dimiſſus pudore afficit matrẽ ſuã.Cum multiplicati
fuerint impij,multiplicabitur præuaricatio:iuſti aũt ruinã eo-
rũ videbũt.Corripe filiũ tuũ,& requieſcere faciet te , & dabit
delicias animæ tuæ.Cum non fuerit viſio,rebellis erit populꝰ:
cuſtodiẽs aũt legẽ beatus erit.Verbis nõ erudietur ſeruus : qa
intelliget,& nõ erit reſpõſio.Vidiſti virum velocem in verbis
ſuis:ſpes eſt ſtulto magis ꝗ̃ de illo.Qui delicate nutrit à pueri
tia ſeruum ſuum,in nouiſsimo ſuo erit ſuperbus perinde ac fi-
D lius.Vir furibundus miſcebit litem, & iracundus multiplicat Iob.22.d.
præuaricationẽ.Superbia hominis humiliabit eũ,& humilem
ſpiritu ſuſtẽtabit gloria. Qui participat cũ fure odio habet a-
nimam ſuam:maledictionem audiet,& non annunciabit. Ti-
mor hominis ponet laqueum:qui fidit dño eleuabitur. Multi
quærunt faciem dominantis:& à domino eſt iudicium vniuſ-
cuiuſque.Abominatio iuſtorum eſt vir iniquus,& abomina-
tio impij eſt rectus via.

¶ Petenda duo,Inſaturabilia,difficilia,grauia,minima deſcribũtur.

CAP. XXX.

A VErba Aghur filij Iache.Prophetiam dixit vir ad Ithiel,
ad Ithiel,& Vchal.Quia ſtultior ſum quolibet,& non
eſt intelligentia hominum mihi.Et non didici ſapientiam , nec
ſcientiam ſanctorum noui.Quis aſcendit in cœlum & deſcen-
dit ? Quis congregauit ventum in pugillis ſuis.Quis ligauit

aquas in veſtimēto?Quis ſtatuit omnes terminos terræ? Qđ
nomen eius,& quod nomen filij eius,nū noſti? Omnis ſermo
dei purgatus clypeus eſt ſperantibus in eo. Ne addas verbis
eius,ne fortè increpet te,& mendax inueniaris.Duo poſtulaui
B à te,ne prohibeas à me,anteꝗ̃ moriar.Verbū ocioſum,et ꝟ-
ba mēdacia elōga à me:paupertatē,& diuitias ne dederis mi-
hi:ale me cibo qui conuenit mihi.Ne fortè ſatier,& negem,&
dicam:quis eſt dominus?Et ne fortè efficiar pauper,& furer,
& aſſumā in vanū nomen dei mei.Ne accuſes ſeruū dño ſuo,
ne fortè maledicat tibi,& delinquas.Eſt generatio quæ patri
ſuo maledicet,& matri ſuæ non benedicet.Eſt & generatio q̃
mūda eſt in oculis ſuis,& à ſorde ſua non eſt lota.Eſt genera-
tio quædam cuius excelſi ſunt oculi,& palpebræ eleuatę ſunt.
Eſt generatio cuius dentes ſunt vt gladij,& vt cultri molares
eius,vt conſumant pauperes è terra,& egenos ab hominib⁹.
C Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicētes,affer,affer.[a] Tria ſunt q̃ nō
ſaturabuntur:quatuor nunꝗ̃ dicunt,ſufficit.Sepulchrū,& ſte
rilis vulua,terra non eſt ſatiata aquis,& ignis non dixit,ſuffi-
cit.Oculum qui ſubſannauerit patrem,& contempſerit obe-
dientiam matris,effodiant corui torrentis,& comedāt eū filij
aquilæ.Tria ſunt abſcondita à me,& quatuor quę non noui.
Viam aquilæ in cœlo,viam ſerpentis ſuper petrā,viam nauis
in corde maris,& viā[b] viri in virgine.Sic eſt via mulieris,quæ
adulterium committit:comedit,& terſit os ſuū,& dixit:Non
operata ſum iniquitatem.Propter tria mouet ſe terra,& pro
pter quatuor non poteſt ſuſtinere:Propter ſeruum,quum re
gnauerit,& ſtultum quum ſaturatus fuerit pane:Propter exo
D ſam quū maritata fuerit,& ancillam quū hæres fuerit dominę
ſuæ.Quatuor ſunt minima terrę:& ipſa ſunt[c] ſapientia,ac ſi ſa
pientiam fuiſſent edocta.Formicæ,populus non fortis,& p̃-
parant in æſtate cibum ſuum.Cuniculi,populus non fortis,
& ponent in petra domum ſuam.Rex non eſt locuſtæ,& egre
dietur adunata omnis ipſa.[d] Simia manibus capiet,& eſt in
ædibus regis.Tria ſunt optimi inceſſus,& quatuor optimæ
itinerationis.Leo fortis inter animalia,& non reuertetur à fa-
cie cuiuſquā.[e] Lelaps accinct⁹,lumbos,hircus,&[f] rex Alcum
cum eo.Si ſtultè egiſti quum te efferres,ſi iniquè cogitaſti,ma
num ad os pone.Quia emulſor lactis,elicet butyrū,& emun-
ctor naris,elicet ſanguinem,& emunctor furorū,eliciet litem.

Pſal.18.c. Deute.4.a. &.12.d.

a Tres.ſ.ſi liç.Sepulchro cū et uuluæ dicentibus,affer affer,addit ſitibunda terra,ut ſint iā tres nunꝗ̃ ſatiatę.Quarta eſt ignis cum quo & aliæ nunquā dicūt ſufficit.

b cum adoleſcentula.

c ſapiētiora ſapiētibus:nē pe formicæ,cuniculi,locuſtæ,& araneę.

d Aranea manibus capiat prędā.

e canis leporarius.

f rex contra quem nemo ſurgit.

¶A uino temperādum,Laus mulieris bonæ.

CAP. XXXI.

A VErba Lemuel regis,prophetia qua erudiuit eum mater
ſua.Quid fili mi,& quid fili vteri mei,& quid fili voto
rum meorū facis?Ne dederis mulieribus ſubſtātiam tuam,&
vias tuas ad delendū reges.Non eſt regum Lemuel,non eſt re
gum bibere vinum,& principum non eſt ſechar.Ne forte bi-
bat,& obliuiſcatur ſtatuti,& mutet iudicium omnium filiorū
pauperis.Date ſechar pereunti,& vinū iis qui amaro animo
ſunt.Bibat,& obliuiſcatur egeſtatis ſuæ:& laboris ſui non re-
cordetur amplius.Aperi os tuum [g] muto,ad iudicium oīm
B filiorum mundi.Aperi os tuum,iudica iudiciū,& iuſtitiā pau
peris,& egeni.Mulierem[h] fortem quis inueniet? Et diſtans à
margaritis eſt precium eius.Cōfidit in ea cor viri ſui,& ſpo-
liis non indigebit.Retribuit ei bonū,& non malum,omnib⁹
diebus vitæ ſuæ.Quæſiuit lanam,& linū,& fecit ſecundū vo-
luntatem manibus ſuis.Fuit velut nauis mercatoris,quæ de
longè adducet panem ſuum.Et ſurrexit exiſtente adhuc nocte,
deditꝗ̃ cibum familiæ ſuæ,& quod conueniebat puellis ſuis.
Cogitauit agrum,& accepit eū,de fructu manuum ſuarū plā-
tauit vineam.Accinxit fortitudine lumbos ſuos,& roborauit
brachia ſua.Guſtauit ꝙ bona eſt negociatio eius:non extin-
C guetur in nocte lucerna eius.Manus ſuas miſit ad vertibulū,
& manus eius apprehenderunt colum.Manum ſuam extēdit
ad pauperem,& manus ſuas extendit ad egenum.Non time-
bit familiæ ſuæ à niue,quia omnis familia eius veſtita eſt dupli
cibus.Torques fecit ſibi:byſſus,& purpura indumentū eius.
Notus in portis vir eius,quum ſederit ipſe cum ſeniorib⁹ ter-
ræ.Linteum fecit,& vendidit,& cingulum tradidit negocia-
tori.Fortitudo,& decor indumentum eius,& ridebit in die
nouiſsimo.Os ſuum aperuit ſapienter,& lex clementiæ fuit in
lingua eius.Speculata eſt vias domus ſuæ,& panem pigritiæ
D non comedit.Surrexerunt filij eius,& beatam dixerunt eam:
vir eius,& laudauit eā.Multæ filiæ fecerunt diuitias:tu autem
aſcendiſti ſuper vniuerſas.Fallax gratia,& vana eſt pul-
chritudo:mulier cui eſt timor dñi,ipſa laudabi-
tur.Date ei de fructu manuum ſuarum,&
laudent eam in portis opera eius.

g pro obmuteſcente ſeu ruſtico ineloquente et in cauſa omnis tranſeūtis,ſeu peregrinantis.

h ſtrenuam,conſtantem.

F I N I S.

# Liber Choeleth, qui

## Eccleſiaſtes [a] appellatur Græcè: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

a id eſt,concionator,aut cōgregator,quanquā Hebræum nomen participium eſt fœmininum.

¶Omnia eſſe uanitatem,quæ in hoc orbe fiunt.

CAPVT I.

A VERBA[b] CHOELETH
filij Dauid regis in Ieruſalaim.Vanitas
vanitatum dixit Choeleth.Vanitas vani
tatum,omnia vanitas.Quid vtilitatis eſt
homini de vniuerſo labore ſuo,quo la-
borat ſub ſole?Gñatio vadit,& genera-
B tio venit,terra aūt in ſeculū ſtat.Et orie-
tur ſol,& occidet ſol & ad locum ſuū tranſit,vbi oriatur.Va-
dit ad meridiem,& circuit ad aquilonem;circuens,circuens
pergit ſpiritus,& ad circuitus ſuos reuertitur ſpiritus.O-
mnia flumina pergunt ad mare,& mare non impletur.Ad lo-
cum ad quem pergunt flumina reuertūtur,vt pergant.Cun-
ctæ res laborioſæ,nō pōt vir eloqui.Nō ſatiatur oculus vidē-
do,nec impletur auris audiēdo.Quod fuit erit,& qđ factum
C eſt,fiet,& nouū nihil eſt ſub ſole.Eſt quidpiā de quo dicitur:vi
de hoc nouū eſt?[c] Iam fuit in ſeculis,quod fuit ante nos.Non
eſt memoria priorū,& etiam poſteriorū,qui erunt,nō erit me
moria,cum his qui erūt poſtea.Ego Choeleth fui rex ſuper Iſ-
rael in Ieruſalaim.Et dedi cor meū ad quærendū & inueſtigā-
dum in ſapientia,omne quod factū eſt ſub cœlo.Hanc occu-
pationē malam dedit deus filiis Adam,vt occupent ſe in ea.
D Vidi omnia opera quæ fiūt ſub ſole:& ecce[d] vniuerſa ſunt va
nitas,& cogitatio ſpiritus.Peruerſum non poteſt dirigi,& de
fectus non poteſt numerari.Locutus ſum cum corde meo,di
cendo:Ego magnificare feci,& addidi ſapientiam ſuper oēm
qui fuit ante me in Ieruſalaim:& cor meum vidit multitudi-
nem ſapientiæ & ſcientiæ.Et dedi cor meum ad ſciendum ſa-
pientiam,& ſcientiam,& inſanias,& ſtultitiam.Agnoui quòd
eſſet hoc etiā [d] cogitatio ſpiritus.Quia in multitudine ſapiē-
tiæ multa ira:& qui addit ſcientiam,addit dolorem.

b id eſt,cōgregātis.qđ uarias hic ſētentias cōgreget,& ſtulti & ſapientis.

c Sæpius

d id totū uapor,& depaſtio ſpiritus.

¶Delicias,ædificia,atꝗ̃ diuitias eſſe uana. CAP. II.

A DIxi in corde meo:Vade nunc probabo te in lætitiam,
& vide bonum:& ecce,etiam hoc vanitas.Riſui dixi,
inſanire facis,& lætitiæ,quid boni facis?Inueſtigaui in corde
meo,vt traherem in vinum carnem meam,& cor meum aſ-
ſueſcere facerem in ſapientia,& tenerem ſtultitiam donec
viderem,quale eſt bonum filiorum Adam,quod faciāt ſub
cœlo,numero dierum vitæ eorum.Magnificaui opera mea,
ædificaui mihi domos,plantaui mihi vineas.Feci mihi hor-
tos,& paradiſos,& plantaui in eis arbores omnis fructus.Fe-
ci mihi piſcinas aquarū,vt irrigare facerē cū illis ſyluā erminā
B tem arbores.Acquiſiui ſeruos,& ancillas,& filij domus erant
mihi,



mihi.pecudes,boues,& pecora multa erant mihi præ omni-
bus qui fuerunt ante me in Ieruſalaim.Coaceruaui mihi etiā
argentum & aurum,& peculiaria regum,& prouinciarum:
feci mihi diuerſa muſica inſtrumenta,& delicias filiorum ho-
minum,electas mulieres ex præda habui.Et magnificat⁹ ſum,
& auctus ſum præ oīmibus qui fuerunt ante me in Ieruſalaim,
inſuper ſapientia mea ſtetit mecum.Et omnia quæ poſtulaue
runt oculi mei non prohibui eis,nec prohibui cor meum ab
omni lætitia:cor enim meū lætatum eſt de omni labore meo.
Et hoc fuit pars mea de omni labore meo.Et reſpexi ad oīmia
opera mea,quæ fecerant manus meæ,& ad laborem quo la-
boraui ad faciendū:& ecce vniuerſa vanitas,& cogitatio ſpi-
ritus,& non eſt vtilitas ſub ſole.Et reſpexi vt viderem ſapien-
tiam,& inſaniasꝗ̃,& ſtultitiam.Quid enim eſt homo qui ven-
C turus eſt poſt regem,qui non ſit facturus quod iam fecerunt
alij?Et vidi ꝙ vtilior eſt ſapientia ꝗ̃ ſtultitia,ſicut vtilior lux
ꝗ̃ tenebræ.Sapientis oculi ſunt in capite eius;ſtultus aūt in te
nebris ambulat.Et cognoui etiam ꝙ euentus vnus eueniet o-
mnibus ipſis.Dixiꝗ̃ in corde meo:Si vt euenit ſtulto,etiam
euenit mihi,vt quid laboraui vt ſapiens eſſem tunc magis?
Et locutus ſum in corde meo,ꝙ etiam hoc eſt vanitas.Non
enim erit memoria ſapientis cum ſtulto in ſeculum,quū iam
dies qui venturi ſunt omnes obliuioni tradendi ſint,& quo-
modo morietur ſapiens cum ſtulto?Odi autem vitam,quia
malum eſt mihi op⁹ quod fit ſub ſole:omnia enim vanitas &
D cogitatio ſpiritus.Et odi omnem laborem meum,quo labo-
ro ſub ſole,quia dimittam illum homini qui erit poſt me.Et
quis ſcit vtrum ſapiens futur⁹ ſit vel ſtultus?Et dominabitur
omni labori meo quo laboraui,vt ſapiens eſſem ſub ſole,etiā
hoc vanitas eſt.[a] Et verſus ſum vt deſperare facerem cor meū
ſuper omnem laborem,quo laboraui ſub ſole.Eſt enī homo
cuius labor eſt in ſapientia,& ſcientia,& rectitudine,& homi-
ni qui non laborauit in ea,dabit partē ſuam.Etiā hoc eſt vani
tas,& malum magnum.Quid enim eſt homini de vniuerſo la
bore ſuo,& cogitatione cordis ſui,quo laborauit ſub ſole?
Quia omnes dies eius ſunt dolores,& ira occupatio eius.Etiā
nocte non dormit cor eius.Etiam hoc vanitas eſt.Nō eſt bo-
num in homine niſi quod comedat,& bibat,& oſtendat ani-
mæ ſuæ bonū de labore ſuo.Etiam hoc vidi quod de manu
dei eſt.Quis enī comedet,& q̃s ſenſibus fruetur vt ego.Quia
homini qui eſt bon⁹ corā eo dedit ſapientiā,& ſcientiā,& læ-
titiā:peccatori aūt dedit occupationē,vt cōgreget ad dādum
ei qui bonus eſt coram deo.Etiam hoc eſt vanitas,& cogita-
tio ſpiritus.

Supra.8.a. Prou.17.d.

a Et mecum reuolui,ut auerterem cor meum ab omni labore.

¶Omnia ſuo prouenire tēpore atꝗ̃ tranſire. CAP. III.

A OMnibus eſt tempus determinatum,& tempus omni
quod volueris ſub cœlo.Tempus naſcendi,& tempus
moriendi,tempus plantandi,& tēpus euellendi plātatum.Tē
pus occidendi,& tempus[b] metendi:tempus deſtruendi,& tē-
ædificandi.Tp̃s flendi,& tp̃s ridendi:tēpus lamentandi,& tp̃s
ſaltandi.Tp̃s proiiciendi lapides,& tp̃s colligendi lapides:tē-
pus amplexandi,& tempus elongandi ab amplectendo.Tem
pus quærendi,& tempus perdendi:tempus cuſtodiendi,& tē
B pus proiiciendi.Tempus ſcindendi,& tempus ſuendi:temp⁹
tacendi,& tempus loquendi.Temp⁹ diligendi,& tēpus odio
habendi:tempus belli,& tempus pacis.Quid vtilitatis facien-
ti in quo ipſe laborat?Vidi occupationem,quam dedit deus
filiis hominum,vt occupent ſe in ea.Omne fecit pulchrum in
tempore ſuo.Etiam perpetuitatis deſyderium dedit in corde
eorum,vt non inueniret homo opus quod fecit deus à prin-
cipio vſꝗ̃ ad finem.Noui quòd non eſt melius in eis niſi læta
C ri,& facere bonum in vita ſua.Et etiam quod omnis homo
comedat,& bibat,& videat bonum de omni labore ſuo,do
num dei eſt.Noui quòd omne quod faciet deus,ipſum erit in
perpetuum.Super illud non eſt addendum,nec ab eo dimi-
nuendum:& deus fecit,vt timeant à facie eius.Quod fuit iam
eſt,& quod futurum eſt iam fuit,& deus requiret tempus prę
ſens.Et adhuc vidi ſub ſole,in loco iudicij ibi impietas,& in
loco iuſtitię ibi impietas.Dixi in corde meo,iuſtum & impiū
iudicabit deus,quia tempus eſt omni quod volueris,& ſuper
D omne opus.Dixi in corde meo[a] propter filios hominum,vt
eligeret eos deus,& oſtenderet ꝙ ſunt veluti animalia,ipſis.
Quia euentus filiorum hominum,& euentus iumentorum
vnus eſt eis:ſicut moritur iſtud,ſicut moritur ille,& ſpirit⁹ v-
nus omnibus,& amplius homini ꝗ̃ iumento non eſt,q̃a oīa
ſunt vanitas.[b] Omnia pergunt ad locum vnum,omnia fuerūt
ex puluere,& omnia reuertuntur in puluerē.Quis ſcit an ſpi-
ritus filiorum hominum aſcendat ſurſum,& ſpūs iumenti de-
ſcendat ſubtus terrā?Et vidi quod nō eſt melius ꝗ̃ quòd læte
tur homo in operibus ſuis.Hoc enim eſt pars eius.Quis enim
adducet eum ad videndum illud quod erit poſt eum.

b ſanandi

a ſuper cōditione filiorū hominū qđ ornet eos de⁹ ut appareat eos eſſe in ſeipſis quaſi iumenta.

b ſcilicet ſi tollas illū illuſtrationis dei ornatum.

¶Calumniæ innocentum,labores hominum,ſolitaria moleſtia.

CAP. IIII.

A ET conuerſus ſum,& vidi omnes oppreſsiones quæ fiūt
ſub ſole:& ecce lachrymæ oppreſſorum,& non erat eis
conſolator,[c] & de manu opprimentium eos viribus,& non
erat eis conſolator.Et laudaui mortuos qui iam mortui ſunt,
magis ꝗ̃ viuos,q̃ ſunt viui huc vſque.[d] Et melior vtroꝗ̃ qui
vſque adhuc non fuit,q̃ nō vidit opus malū:quod fit ſub ſo-
le.Et vidi oēm laborē,& oēm congruentiā operis,quod eſſet
inuidia vnuſquiſꝗ̃ ad proximū ſuū.Etiā hoc eſt vanitas,& co
B gitatio ſpiritus.Stultus complectitur manus ſuas,et comedit
carnem ſuā.Melior eſt plenitudo volæ cū requie,quā plenitu-
do volarum cū labore,& cogitatione ſpūs.Et cōuerſus ſum,
& vidi vanitatē ſub ſole.Eſt vnus,& non eſt ſecund⁹,etiā fili⁹,
& frater non eſt ei,& non eſt finis laboris eius,etiā oculi eius
non ſatiantur diuitiis.Et cui ego laboro,& deficere facio ani-
C mam meam à bono?Et hoc eſt vanitas,& cogitatio ſpiritus.
Meliores ſunt duo ꝗ̃ vnus,quia eſt eis merces bona propter
laborē eorum.Quia ſi ceciderint,vnus ſtare faciet ſociū ſuū,et
væ vni cum ceciderit,non erit ſecundus ad ſubleuandū eum.
Etiam ſi dormierint duo,calor erit eis:vni verò quomodo e-
rit calor?Et ſi præualuerit ei vnus,duo ſtabunt cōtra eū,& fi-
lum triplicatum non cito rumpetur.Melior eſt puer pauper
& ſapiens,rege ſene,& ſtulto,qui neſcit admonitionē recipere
D adhuc.[e] Quia è domo vinctorum egreſſus eſt ad regnum,q̃a
etiam in regno ſuo natus eſt pauper.Vidi cunctos viuentes
ambulantes ſub ſole cum[f] puero ſecundo,qui ſtabit pro eo.
Non eſt finis omnis populi,omnium qui fuerūt ante eos.Ve
rum poſteri non lętabuntur in eo,quia etiam hoc eſt vanitas,
& cogitatio ſpiritus.Cuſtodi pedem tuū,quādo vadis ad do
mum dei:quia propinquior eſt ad audiendum te,ꝗ̃ qđ dant
ſtulti ſacrificium:qui neſciunt facere rem gratam.

c necuis ad euadendū de manu opprimentium.

d Et meliorē his duob⁹ eū qui adhuc non eſt.

e Quia ille de domo uinctorum egreſſus eſt ad regnandum ut Ioſeph: & quia hic in regno ſuo natus egreſſus eſt pauper,ut Pharao.

1.Regū.15.c. Oſee.6.e.

f id eſt,filio regis qui eſt ſecūd⁹ a rege quiꝗ̃ ei ſuccedet.

¶Non temere apud deum pronunciandum,de egenorum oppreſſione non mirandum. CAP. V.

A NE feſtines ore tuo,& cor tuū ne acceleret proferre ver-
bum ante deum:quia deus eſt in cœlo,& tu ſuper ter-
rā:idcirco ſint verba tua pauca.Quia venit ſomnium in mul-
titudine occupationis,& vox ſtulti in multitudine verborū.
Quum voueris votum deo,ne tardes reddere illud:quia non
eſt voluntas in ſtultis.Quæ voueris redde.Melius eſt,ꝙ nō vo
ueas,ꝗ̃ quòd voueas,& non reddas.Ne des os tuum,vt pec-
care facias carnem tuam:& ne dicas ante angelum,ꝙ ſit igno-
B rantia.Vt quid iraſcetur deus propter vocem tuam,& diſſi-
pabit opus manuum tuarum?Quia in multitudine ſomnio-
rum & vanitates,& verba ſunt multa:ſed deum time.Si op-
preſsionem pauperis,& rapinam iudicij & iuſtitiæ videris
in prouincia,ne mireris de voluntate diuina:quia excelſus q̃
eſt ſuper excelſum cuſtodit,& excelſi ſunt ſuper eos.Et vtili-
tas culturæ terræ in omnibus eſt:rex propter agrorum v-
tilitatem eſt ſeruus.Qui diligit argentum,non ſatiabitur ar-
gento:& qui amat habere multitudinem,eſt ſine fructu.

Deute.23.d.

Etiam hoc eſt vanitas. Quum multiplicantur bona, multipli
C cantur comedentes illa: & [a] quod bonum eſt dominis ſuis, niſi
vt videat oculis ſuis? Dulcis ſomnus operantis, ſiue parum, ſi
ue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eũ dor
mire. Eſt mala infirmitas quam vidi ſub ſole, diuitiæ cõſerua-
tæ dominis ſuis in malum ſuum. Peribuntq̃ diuitiæ ipſæ in
occupatione mala: & genuit filium, & non eſt in manu eiꝰ qc-
quã. Quemadmodum egreſſus eſt ex vtero matris ſuæ nudꝰ,
reuertetur vt vadat ſecundum ꝙ venit: & quicquã non por-
tabit de labore ſuo, quod ducat manu ſua. Et etiã hęc eſt mala
infirmitas. Quemadmodum venit, ſic ibit. Et quid vtilitatis
eſt ei, ꝙ laborauit in ventum? Etiam cunctis diebus vitæ ſuæ
in tenebris comedet, & ira multa, & infirmitate, & furore. Ec-
ce quid vidi bonum: ꝙ pulchrum eſt, comedere & bibere, &
videre bonum de omni labore ſuo, quo laborauit ſub ſole, nu
mero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei deus: quia hæc eſt pars
eius. Etiam omnis homo, cui dedit dominus diuitias, & ſub-
ſtantias & facultatem dedit ei, vt comedat ex eis & ſumat par
tem ſuam, & lætetur de labore ſuo, hoc donum dei eſt. Non
enim multum recordabitur dierum vitæ ſuæ, quia deus repẽ
dit lætitiam cordis eius.

a quid grati us poſſeſſori bonorum, q̃ uiſio ipſa oculorũ eius? Iob. 10. c. Iob. 1. d. 1. Timo. 6. b.

¶ Auari diuitis calamitas &c. CAP. VI.

A EST malum quod vidi ſub ſole, & frequens homini. Vir
cui dedit deus diuitias, & ſubſtantias, & gloriam, & non
deficit animæ eius ex omnibus quæ deſyderat: & non dedit ei
poteſtatem deus comedendi ex eis, ſed vir extraneꝰ comedet
B ea: hoc vanitas eſt, & infirmitas mala eſt. Si genuerit vir cen-
tum, & annos multos vixerit, & multiplicati ſunt dies anno-
rum eius, & anima eius non fuerit ſaturata bono, & etiã ſepul
tura non fuerit ei, dixi ꝙ melior eſt illo abortiuus. Quia inua-
num venit, & in tenebras ibit, & tenebris nomen eius operie-
tur. Etiã ꝙ ſolẽ non viderit, & non cognouerit, reqes eſt huic
C [b] magis q̃ illi. Et ſi vixerit mille annos duabus vicibus, & bo-
num nõ viderit, nonne ad locũ vnũ [c] omnis vadit? Omnis la-
bor hominis ob os eius: & etiã [d] anima non implebitur. Quid
enim [e] amplius eſt ſapienti q̃ ſtulto? Quid pauperi ſcienti, per
gere [f] ante vitã? Melior eſt viſio oculorum, [g] q̃ ꝙ eat anima:
D etiam hoc vanitas, & cogitatio ſpiritus. [h] Quicquid fuerit, iã
vocatum eſt nomen eius, & ſcit ꝙ fuit homo, & ꝙ nõ poteſt
iudicare cum eo qui fortior eſt ſe. Sunt verba multa multipli-
cantia vanitatem. Quid amplius eſt homini? Quis enim ſcit,
quid ſit bonum homini in vita, in numero dierum vitæ vani
tatis ſuæ, quos peragit tanq̃ vmbrã? quis qui indicabit homi
ni, quid erit poſt eum ſub ſole?

b ſcilicet abortiuo.
c ſcilicet tã hic quã abortiuus.
d appetitus nõ expletur.
e in hac. ſ. apetitꝰ expletione.
f inſtar uiuẽtium
g quam progreſſio appetitus.
h Quotnſ. quiſq̃ fuerit iam ſepius. uocatũ eſt tale nomen, & notũ quod ſuerit homo nõ ualens cõtendere cum fortiori ſe.

¶ Viribus tuis maiora ne quæſieris. CAP. VII.

MELius eſt nomen bonum q̃ vnguentum bonũ, & dies
mortis q̃ dies quo natus eſt. Melius eſt ire ad domũ
luctus, q̃ ire ad domum conuiuij: eò ꝙ eſt finis omnis homi-
nis, & viuens ponet ibi ſuper cor ſuum. Melior eſt ira riſu, qa
[i] per triſtitiam vultus, iucundum erit cor. Cor ſapientum in
domo luctus, & cor ſtultorum in domo lætitiæ. Melius eſt au
A dire increpationẽ ſapiẽtis, q̃ qđ vir audiat cãticũ ſtultorum.
B Quia ſicut fragor ſpinarũ ſub olla, ſic eſt riſus ſtulti: et etiã hoc
vanitas. Quia [k] oppreſsio inſanire faciet ſapientẽ, & pdet cor
donũ. Melior eſt finis rei, q̃ principiũ eius. Melior eſt longa-
nimis ſpiritu, q̃ elatus ſpiritu. Ne feſtines in ſpiritu tuo ad ira
ſcendũ, qa ira in ſinu ſtultorũ requieſcet. Ne dicas: qd cauſæ
fuit, ꝙ dies primi fuerunt meliores iſtis? quia non ex ſapientia
interrogaſti ſup hoc. Bona eſt ſapientia cũ hæreditate, & ma-
gis vidẽtibus ſolẽ. Quia in vmbra ſapiẽtiæ, in vmbra argẽti
reqeſcet homo: ſed cellior eſt ſciẽtia ſapientiæ, qa viuificabit
C habentes eã. Vide opus dei, quis em̃ poteſt dirigere, quẽ cur-
uauerit ipſe? In die bono eſto in bono, & in die mala vide. E-
tiam hoc contra hoc fecit deus, vt non inueniret homo poſt
eum quicq̃. Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Eſt iuſtus
qui perit in iuſtitia ſua, & eſt impius prolongans dies in ma-
litia ſua. Ne ſis iuſtus multum, & ne ſis ſapiẽs nimium. Vt qd
deſolaberis? Ne paueas multum, & ne ſis ſtultus. Vt quid mo
rieris non in tẽpore tuo? Bonum eſt ꝙ apprehendas hoc, &
etiam ab hoc ne quieſcere facias manum tuã. Qui enim timet
deũ, egredietur de omnibus his. Sapientia roborabit ſapien-
tem, magis q̃ decẽ potentes, qui fuerũt in ciuitate. Quia non
eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonũ, & non peccet. Etiam
D omnibus verbis quæ loquuntur ne ponas cor tuum, vt non
audias ſeruum tuum maledicentem tibi. Quia etiam vicibus
multis nouit cor tuum, ꝙ etiam tu maledixiſti aliis. Oĩa hæc
tentaui in re ſapientiæ, & dixi: ſapiens ero. & ipſa elongata eſt
à me. [a] Procul magis quã erat: & profundum profundũ quis
iuueniet? Circuiui ego & cor meũ vt ſcirem, & vt inueſtigarẽ,
& q̃rerẽ ſapientiã & rationẽ: & vt ſcirẽ impietatẽ ſtultitiæ, &
fatuitatẽ erroris. Et inuenio ego amariorẽ morte mulierẽ, qa
eſt ſicut hami, & ſagenæ cor eius, & vt vincula manꝰ eius: bo-
nus corã deo euadet ab illa, peccans aũt capietur ab ea. Vide,
hoc inueni, dixit Choeleth. Vnam poſt alteram, vt inuenirem
numerũ, quæſiui. Quam adhuc quæſiuit anima mea, & nõ in
ueni. Hominem vnum rectum ex mille inueni: mulierem autẽ
rectam in oĩbus his non inueni. Tantummodo ecce hoc in-
ueni, ꝙ fecit deus hominem rectum: ipſi autem inquiſierũt co
gitationes multas. Quis eſt vt ſapiẽs, & quis eſt vt cognoſcẽs
interpretationem verbi? Sapientia hominis lucere faciet vul-
tum eius: & fortitudo faciei eius mutabitur.

i in mœrore faciet emendatur cor.
k calumnia extollet ſapientem, et perdet cor, qđ munera concupiſcit.
3. Regũ. 8. e. 2. Para. 6. g. Proue. 20. b. 1. Iohan. 1. d.
a Quod tã lõge abfuit & iam profũdum quis inueniet?
Prouer. 17. d.

¶ Sapientis cognitio, os regis iuſiurandum, præceptum obſeruandum, in lætitia uiuendum. CAP. VIII.

A EGo moneo te, vt os regis obſerues, & verbum iuramen
ti dei. Ne ſis feſtinus, vt putes à facie eius abire. Ne ſtes in
re mala, quia omne quod voluerit faciet. Secundum verbum
regis eſt poteſtas. Et quis dicet ei: quid facis? Qui cuſtodit prę
ceptum, non cognoſcet rem malam. Et tempus, & iudicium
cognoſcet cor ſapientis. Quia omni volito eſt tempus, & iu-
dicium: quia malum hominis multum ſuper eum. Quia ne-
ſcit quod futurũ eſt. Quando em̃ erit, quis indicabit ei? Nullꝰ
homo eſt qui poteſtatem habeat in ſpiritũ, vt prohibeat ſpi-
B ritũ: nec eſt poteſtas in die mortis, nec eſt dimiſsio in ꝑlio, ne-
que eruet impietas habentem illam. Omne hoc vidi, & poſui
cor meum ad omne opꝰ quod fit ſub ſole, tẽpore quo domi-
natus eſt homo in hominem in malũ ſibi. Et tũc vidi impios
ſepultos, [b] q venerũt poſt eos, & q in loco ſancto ambulaue-
rũt, obliuioni tradentur in ciuitate in qua rectum fecerãt: etiã
C hoc vanitas eſt. Quia nõ fit ſententia de opere malo cito, ideo
plenũ eſt cor hominis in eis ad faciendum malũ. Qm̃ peccans
facit malũ centies, & prolongat ei deus dies: at etiam ſcio, ꝙ
erit bonũ timentibus deũ, qui timent à facie eius. Et bonũ nõ
erit impio, & non prolongabit dies: tanq̃ vmbra erit q non
timet à facie dei. Eſt vanitas quæ fit ſuper terram: qa ſunt iu-
ſti quibus vſu venit, ac ſi haberent opus impiorũ: & ſunt im-
pij quibus vſu venit, ac ſi haberẽt opus iuſtorũ: dixi ꝙ et hoc
eſt vanitas. Et laudaui ego lætitiã, ꝙ non eſſet bonũ homini
ſub ſole, niſi vt comedat & bibat, & lætetur: & hoc adhære-
D bit ſibi, de labore ſuo, diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei deꝰ ſub
ſole. Quando dedi cor meũ, vt ſcirem ſapientiam, & viderem
[c] occupationem quæ fit ſup terrã, [d] ꝙ etiã die ac nocte ſomnũ
oculis ſuis non videt. Et vidi omne opus dei, ꝙ nõ poſſit ho-
mo inuenire opus quod fit ſub ſole, propter quod laborat
homo, vt quærat & non inueniat. Et etiam ſi dixerit ſapiẽs ſe
ſcire, non poterit inuenire. Quia omne hoc poſui in corde
meo, & ad declarandum omne hoc. Quia iuſti, & ſapientes,
& opera eorum in manu dei: etiam amorem, etiam odiũ ne-
ſcit homo, quæ omnia ante eos ſunt.

b quorũ extat memoria et qui de loco ſancto ad ſepulchrũ trãſierant, obliuioni tradebantur in ciuitate.
c affli ctionẽ
d ut nec die nec nocte

¶ Neſcit homo amore dignus ſit an odio; [redacted] &c. CAP. IX.

A OMnia eueniũt ac ſi eſſet omnibus euentus vnus, iuſto
& impio, bono & mundo & immundo, & ſacrifi-
canti, & ei qui non ſacrificat: ſicut bonus, ſic qui peccat,
qui iurat, ſicut qui iuramentũ timet. Hoc malũ eſt inter oĩa
quæ fiunt [a] ſub ſole, ꝙ euentus vnus ſit omnibus: & etiam cor
B filiorũ hominũ plenum eſt malo, & inſania in corde eorũ, in
vita eorũ: & poſt hoc ad mortuos. [a] Quia cuicũque electo in
ter oĩs viuẽtes, eſt ſpes: quia canis viuus eſt melior leone mor
tuo. Viuentes em̃ ſciunt, ꝙ morituri ſunt: mortui aũt neſciũt
quicq̃, & non eſt eis vltrà merces: quia obliuioni tradita eſt
memoria eorũ. Etiam amor eorũ, etiam odium eorũ, etiam
inuidia eorũ iam periit: & pars nõ eſt eis vltra in ſeculũ in o-
mni qđ fit ſub ſole. Vade, comede in gaudio panem tuũ, &
bibe corde iucũdo vinũ tuum: quia iam cõplacet deus operi
bus tuis. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleũ
ſuper caput tuũ non deficiat. Vide vitã cũ vxore quã dilexi-
ſti omnibꝰ diebꝰ vitæ vanitatis tuæ quos dedit tibi ſub ſole
C oĩbus diebus vanitatis tuæ: quia hęc eſt pars tua in vita, et de
labore tuo quo tu laboras ſub ſole. Oĩe quod inuenerit ma
nus tua ad faciendũ ſecundũ vires tuas fac: quia nõ eſt opus,
nec cogitatio, nec ſcientia, nec ſapiẽtia in ſepulchro, quo tu va
dis. Cõuerſus ſum, & vidi ſub ſole, ꝙ non eſt leuiũ curſus, nec
eſt fortium bellũ, & etiam nõ eſt ſapientiũ panis, & etiam nõ
ſunt rectorũ diuitiæ, & etiã non eſt ſcientiũ gratia: ſed tp̃s, &
caſus accidit omnibus. Quia etiã neſcit homo tp̃s ſuũ. Sicut
piſces qui capiuntur reti malo, & ſicut aues quæ capiuntur la
D queo: ſic capiuntur filij hoĩm in tp̃e malo, cũ ceciderit ſup eos
repẽte. Etiam hanc vidi ſapientiã ſub ſole, & magna eſt mihi.
Ciuitas parua, & viri in ea pauci, & venit aduerſus eã rex ma
gnus, & circũdedit eã, & extruxit cõtra eam munitiones ma-
gnas. Et inuentus eſt in ea vir pauper ſapiens, & eruit ipſe vr-
bem ſapientia ſua, & homo non eſt recordatus viri pauperis
illius. Et dixi ego, ꝙ melior eſt ſapientia q̃ fortitudo: & ſapien
tia pauperis contẽpta eſt, & verba eius non ſunt audita. Ver-
ba ſapientum in quiete audiuntur, plus q̃ clamor domini in-
ter ſtultos. Melior eſt ſapientia q̃ inſtrumenta bellica. Et pec-
cator vnus perdet bonum multum.

a Quoniã quicũq; ſocietatẽ cũ uiuẽtibus habet eſt in ſpe aliqua.
Sapien. 6. a.

¶ Sapientis & ſtulti differentia, ſub rege puero infelicitas, ſub rege nobili proſperitas. CAP. X.

A SIcut muſcæ mortuæ fœtere faciunt, & emanare faciũt fœ
torem vnguenti aromatarij: ſic hominẽ ꝑcioſum ſapien-
tia & gloria, [b] ſtultitia parua. Cor ſapientis ad dexterã eius, &
cor ſtulti ad ſiniſtram ipſius. Et etiã per viam cum ſtultus am
bulat, cor eius deficit, & dicit omnibus, ſtultus eſt. Si ſpiritus
iræ dñantis aſcẽderit contra te, locũ tuum ne dimittas, qa le-
nitas quieſcere faciet peccata magna. Eſt malũ quod vidi ſub
B ſole, ſicut error qui egreditur à facie dominãtis. Poſitꝰ eſt ſtul-
tus in excellentiis magnis: diuites verò in humilitate ſedebũt.
Vidi ſeruos ſuper equos, & principes ambulãtes tanq̃ ſeruos
ſuper terrã. Fodiens foueã in eam incidet, & diſsipens ſepem
mordebit eũ ſerpens. Transferens lapides dolore afficietur in
eis: ſcindens ligna diſcrimini ſe exponit per illa. Si hebetatum
C fuerit ferũ, & huius aciem non terſerit, vires roborabit ſcin-
dens: at [c] excellentia eſt ſapientiæ ſuper alia ꝙ rectum faciat. Si
mordeat ſerpens abſque ſuſurro, [d] non eſt vtilis habenti lin-
guam. Verba oris ſapientis gratioſa, labia aũt ſtulti perdent
eum. Initium verborum oris eius ſtultitia, & nouiſsimũ oris
eius inſania mala. Et ſtultus multiplicabit hæc verba: neſcit ho
mo quid erit, & quod erit poſt ſe quis annũciabit ſibi? Labor
ſtultorum laborare faciet eum, qui neſcit ꝑgere ad ciuitatem.
D Væ tibi terra, cũ rex tuus puer eſt, & principes tui mane co-
medunt. Beata tu terra, quum rex tuus filius eſt nobilium, &
principes tui in tempore comedunt [e] propter fortitudinẽ, &
nõ propter potationẽ. Propter pigritias manuũ inclinabit ſe
vt cadat cõtignatio, & ꝑpter paupertatẽ manuum diſtillabit
domus. [f] Propter riſum faciunt panem, & vinũ lętificabit vi
uos: & argentũ obtinet oĩa. Etiã in cogitatione tua regẽ ne vi-
lipendas, & in penetralibus cubilis tui ne vilipendas diuitem:
quia auis cœli ire faciet vocem, & habens alas annunciabit
verbum.

b ſcilicet fœtere facit.
Prouer. 26. d. Eccl. 27. d.
c at melius rem cõgruere faciet ſapiẽtia ſcilicet acuẽdo ferrũ, non ſe labore macerando.
d nõ excellit uirum linguoſum.
e ad ſuſtẽtationem nõ ad ebrietatem.
f Ad gaudiũ ꝑãt cibũ.



¶ Doctrinam ſeminandam, benefaciendum a iuuentute. CAP. XI.

A MITTE [a] panem tuum etiam ignotis, ac ſi proiiceres ſup
faciem aquarum: quia in multitudinem dierum inue-
nies illum. Da partem panis ſeptem indigentibus, et etiã octo:
non enim ſcis quid erit mali ſuper terram. Si repletæ fuerint
nubes, pluuiam ſuper terram euacuabunt. Et ſi ceciderit [b] li-
B gnum ad auſtrum, & ſi ad aquilonem, in loco in quo cecide-
rit lignum, ibi erit. Qui obſeruat ventum, non ſeminabit; &
qui reſpicit nubes, non metet. Quemadmodum [c] non cogno
ſcis quæ ſit via venti, ſicut nec oſſa in ventre prægnantis, ſic
neſcis opus dei, qui facit omnia. Mane ſemina ſemen tuum, &
veſperi ne quieſcere facias manum tuam; quia neſcis quid ma
C gis rectum ſit, vtrum hoc, vel illud, & an ambo pariter ſint
bona. Et dulcis eſt lux, & iucundum eſt oculis videre ſolem.
Etiam ſi annis multis vixerit homo, & in omnibus his læta-
tus fuerit: recordetur & dierum tenebrarum, [d] quanquã mul
ti ſunt dies lucis, quicquid euenit, iudicabit eſſe vanitatẽ. Læ-
D tare iuuenis in adoleſcentia tua, & iocundetur tibi cor tuum
in diebus iuuentutis tuæ: & ambula in viis cordis tui, & ſecũ-
dum aſpectum oculorum tuorum: ſed ſcito ꝙ propter oĩa
hæc adducet te deus in iudicium.

a Mitte in turbas panẽ tuum, quaſi ſuper undas aquarum.
b arbor ſeu fructus arboris, id eſt, in quocũq; loco fuerit, collocata eleemoſyna ibi nos repoſita manet.
c neſcis uiã ſpiritus in corpora, in utero ꝑgnãtis.
d quia plures illi erunt: et quicquid nũc euenit eſt uanitas, id eſt, uapor non permanens.

¶ Cogitãdus deus a teneris annis ſenectutis ænigmatica deſcriptio. CAP. XII.

A AMoue autem iram à corde tuo, tranſire fac malitiam
à carne tua: quia adoleſcentia & iuuẽtus vanitas ſunt.
Et memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequã
veniant dies mali, & attingant anni [e] de quibus dicas: non eſt
mihi in eis voluntas. Antequam obtenebreſcat ſol, & lux,
& luna, & ſtellæ, & reuertantur [f] nubes poſt pluuiam. In die
qua cõmouebunt ſe [g] cuſtodes domus, & incuruabunt ſe ho-
mines robuſti, & ceſſabunt molares, quia tenebreſcent viden
B tes per feneſtras. Et claudentur oſtia in platea, in humilitate ſo
nitus molæ, & conſurget ad vocem volucris, & humiliabun-
tur omnes filiæ cantici. Etiam de excelſo timebũt, & pauebũt
in via, & reprobabitur coitus, & onerabitur dorſum, & diſsi
pabitur concupiſcentia. Quoniam vadit homo ad domum
ſeculi ſui, & circuibunt in platea plangentes. Anteq̃ elõgetur
funis argenteus, & confringatur lenticula aurea, & contera-
tur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ad ciſternam.
C Tunc reuertetur puluis in terram, quẽadmodum fuit: & ſpiri
tus reuertetur ad deum, qui dedit illum. Vanitas vanitatum
dixit Choeleth, omnia vanitas. Et amplius, quia fuit Choeleth
ſapiens, adhuc docuit ſcientiam populum, & auſcultare fe-
cit, inueſtigauit, & direxit parabolas multas. Quæſiuit Choe-
leth inuenire verba placita, ſcripturam rectam, & verba veri-
tatis. Verba ſapientum ſunt tanq̃ ſtimuli, & tanq̃ claui plan-
D tati, authores congregationum, qui dati ſunt à paſtore vno.
Et amplius his fili mi ſis monitus. Faciendi libros plures non
eſt finis: & doctrina multa afflictio carnis eſt. [h] Finis ver-
bi omnis auditus eſt. Deum time, & mandata eius
cuſtodi, quia hoc eſt omnis homo. Quia omne
opus deus adducet in iudicium ſuper
omne occultum, ſiue bonum ſi-
ue malum ſit.

e ſcilicet ſenectutis.
f id eſt, obnubilent oculi pręſenio, etiam tẽpore ſereno.
g id eſt, manus trement.
h Finis ſermonis totius nũc audiatꝰ. ſ. Deum time.

FINIS.

# Canticum canticorũ

Selomoh: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

## CAPVT I.

A OSCVLETVR ME
ille oſculis oris ſui, quia meliores ſunt a-
mores tui vino. Propter odorẽ vnguẽ-
torum tuorum optimorum, vt oleum
effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentu-
læ dilexerunt te. Trahe me, poſt te curre-
mus. Introduxit me rex in cubicula ſua,
exultabimus, & lætabimur in te, memores amorum tuorum
magis ꝙ vini: recti dilexerunt te. Nigra ſum & decora, filiæ Ie
ruſalaim, ſicut tabernacula Chedar, ſicut cortinæ Selomoh.
B Ne reſpiciatis, ꝙ paululum denigrata ſim, quia aſpexit me ſol;
filij matris meæ irati ſunt in me: poſuerunt me cuſtodẽ vinea-
C rum, vineam meam quæ eſt mihi non cuſtodiui. Nuncia mi-
hi, quẽ dilexit anima mea, vbi paſcas, vbi cubare facias in me-
ridie. Vt quid enim ero veluti declinans ad greges ſodalium
tuorum? Niſi cognoueris te, ô pulchra inter mulieres, egrede
re tibi in veſtigia pecudum, & paſce capellas tuas iuxta taber-
nacula paſtorum. Equæ meæ in curribus Parhoh aſsimilaui
te amica mea. Pulchræ ſunt maxillæ tuæ propter margaritas,
collum tuum propter torques. Margaritas aureas faciemus
tibi cum punctis argenteis. Dum rex eſſet in accubitu ſuo, nar
dus mea dedit odorem ſuũ. Faſciculus myrrhæ dilect⁹ meus
a camphoræ mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus [a] copher dile-
ctus meus mihi, in vineis Henghedi. Ecce tu pulchra es amica
mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarũ. Ecce tu pulcher es
dilecte mi, etiam dulcis: etiã lectus noſter floridus. Tigna do-
morum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra abiegna.

## CAP. II.

A EGo roſa campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter
b arbor pomifera inter arbores ſylueſtres. ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut [b] malus inter ligna
ſyluæ, ſic dilectus meus inter filios. In vmbra eius cõcupiui, &
ſedi, & fruct⁹ eius dulcis palato meo. Introduxit me in domũ
vini, & vexillũ eius ſuper me amor. Fulcite me phialis vitreis,
B ſtipate me malis, quia languens amore ſum. Leua eius ſub ca-
pite meo, & dextera eius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ
Ieruſalaim per capreas, vel ceruos agri, ſi ſuſcitaueritis, & ſi e-
uigilare feceritis amorem, donec voluerit. Vox dilecti mei: ec
ce ipſe venit tranſiliens ſuper montes, ſubſiliens ſuper colles.
Similis eſt dilectus meus capreæ, vel hinnulo ceruorũ. En iſte
ſtat poſt parietem noſtrum, proſpiciẽs è feneſtris, proſpiciens
C è cancellis. Locutus eſt dilectus meus, & dixit mihi: Surge tibi
amica mea, ſpecioſa mea, & veni tibi. Ecce enim hyems tranſi-
uit, hymber pertranſiuit, abit ſibi. Flores apparuerunt in ter-
c cantus. ra, tempus [c] putatiõis aduenit, & vox turturis audita eſt in ter
ra noſtra. Ficus dulceſcere fecit groſſos ſuos, & vites vuæ mi-
nutæ dederunt odorem. Surge tibi amica mea formoſa mea
& veni tibi. Columba mea in ſciſſuris petræ, in abſcõdito gra
dus. Oſtende mihi aſpectum tuum, fac me audire vocẽ tuam.
D Vox enim tua dulcis, & aſpectus tuus deſyderabilis. Capite
d nã uineæ noſtræ ſũt in flore. nobis vulpes, vulpes paruas, corrumpentes vineas; [d] & vineę
noſtræ vuę minutæ. Dilectus meus eſt meus, & ego ſum illius
q paſcit inter lilia. Donec aſpiret dies, & fugiãt vmbræ. Verte
e abruptos te, ſimilis eſto dilecte mi capreæ, vel hinnulo ceruorum ſuper
montes [e] Bether.

## CAP. III.

A IN cubili meo in noctibus quęſiui quem diligit anima mea.
Quæſiui eum & non inueni eum. Surgam nunc, & circu-
ibo per ciuitatem, per plateas, & per loca lata quæram, quem
diligit anima mea. Quæſiui eum, & non inueni eum. Inuene-
runt me cuſtodes, qui circũeunt ciuitatem. Num quem diligit
B anima vidiſtis? Quum paululum tranſiuiſſem ab eis, inueni
quem diligit anima mea: apprehendi eum, & non dimittã eũ,
donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubicu
lum genitricis meæ. Adiuraui vos filiæ Ieruſalaim ꝑ capreas,
vel per ceruos campi, ſi ſuſcitaueritis, & ſi euigilare feceritis a-
C morem, donec voluerit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit è deſerto,
ſicut columnę fumi, ſuffita myrrha & thure, ex omni puluere
pigmentarij. En lectus ipſe qui eſt ipſi Selomoh, ſexaginta po
tentes in circuitu eius ex potentibus Iſrael. Omnes ipſi tenent
gladium, docti bellatores. Vniuſcuiuſq; gladius ſuper femur
D ſuum, propter timorẽ in noctibus. Aedificiũ fecit ſibi rex Se-
lomoh ex lignis Lebanon. Columnas eius fecit argenteas, ſtra
tum eius aureum, ſellam eius purpuream, medium eius ſtratũ
amore, propter filias Ieruſalaim. Egredimini, & videte filiæ
Siion regem Selomoh cum corona, qua coronauit eũ mater
eius in die deſponſationis eius, & in die lætitiæ cordis eius.

## CAP. IIII.

A ECce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui
columbarum intra cincinnos tuos: capill⁹ tuus, vt grex
caprarum, quæ aſpiciunt de monte Ghilhad. [a] Dentes tui, vt
grex ouium tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, quæ oẽs
faciunt gemellos, & ſterilis nõ eſt inter eas. Sicut filum cocci-
neum labia tua, & eloquium tuum decorum, ſicut fragmen
mali punici gena tua intra cincinnos tuos. Sicut turris Dauid
collum tuum, [b] ædificata ad docendũ tranſeuntes: mille clypei
ſuſpenſi ſunt in ea, omnes clypei potentium. Duo vbera tua,
ſicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui paſcuntur inter lilia. Do
B nec aſpiret dies, & fugiant vmbræ, ibo mihi ad montem myr
rhæ, & ad collem thuris. Tota tu pulchra es amica mea, & ma
cula non eſt in te. Mecum de Lebanon ſponſa, mecum de Le-
banon venies: proſpicies de vertice Amanah, de vertice Se-
nir, & Chermon: de habitaculis leonum, de montibus leopar
dorum. Abſtuliſti cor meum ſoror mea ſponſa, abſtuliſti cor
C meum vno ex oculis tuis, & vna torque colli tui. Quàm [c] pul-
chri ſunt amores tui ſoror mea ſponſa, ꝙ boni ſunt amores
tui ꝙ vinum, & odor vnguentorum tuorum præ cunctis a-
romatibus. Fauum ſtillant labia tua ſpõſa, mel & lac eſt in lin-
gua tua, & odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor Lebanon.
Ortus obfirmatus Soror mea ſponſa, fons obfirmatus, fons
ſignatus. Plantationes tuæ paradiſus malorum punicorum,
cum fructibus dulcibus, cyperi cum nardis. Nardus, & croc⁹,
D calamus odoratus, & cinnamomum cum cæteris arboribus
thuriferis. Myrrha, & aloes cum omnibus præcipuis aroma-
tibus. Fons hortorum puteus aquarum viuentium, & fluen-
tium ad Lebanon. Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortũ
meum, fluant aromata illius: veniat dilectus meus ad hortum
ſuum, & comedat fructum pomorum delicatorum ſuorum.

a Dentes tui ut ordo rerũ expolitarũ, et nuper mũdatarũ: omnes ipſi gemino ordine, et orbatio non eſt in eis, id eſt, nullus eſt locus dente uacuus.

b ædificata ad ſuſpẽdendum ora, id eſt, ut ore ſtupido eã oẽs reſpiciant, ob pulchritudinẽ eximiam.

c pulchra ſũt ubera tua.

## CAP. V.

A VEni ego in hortum meũ ſoror mea ſponſa, collegi myr
rham meam cum aromate meo, comedi fauũ meum
cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite
amici, bibite, & inebriate vos chariſsimi. Ego dormio, & cor
meũ vigilat. Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea,
& amica mea, colũba mea, immaculata mea, quia caput meũ
plenum eſt rore, cincinni mei guttis noctis. Expoliaui me tu-
B nicam meam, quomodo induã illam? Laui pedes meos, quo-
modo inquinabo illos? Dilectus me⁹ miſit manum ſuam per
foramen oſtij, & viſcera mea ſonuerunt in me. Surrexi ad ape
riendum dilecto meo. Et manus meæ ſtillauerunt myrrham,
& digiti mei myrrham tranſeuntem ad cardines peſſuli. Ape-
rui ego dilecto meo: at dilectus meus verterat ſe, tranſierat: a-
nima mea egreſſa eſt, dum loqueretur ipſe: quæſiui eum & nõ
inueni eum: vocaui eum, & non reſpondit mihi. Inuenerunt
me cuſtodes qui circũeunt ciuitatem, percuſſerunt me, vulne-
rauerunt



rauerunt me: tulerunt pallium meum quod erat ſuper me cu
C ſtodes murorum. Adiuro vos filiæ Ieruſalaim, ſi inueneritis
a ô narrate ei, quod ſum ego amore lãguens. dilectum meũ, [a] quid narrabitis ei? quia lãgueo amore. Qua
lis eſt dilectus præ dilectis pulcherrima inter mulieres? quid
dilectus tuus habet præ dilectis, quia ſic adiuraſti nos? dilect⁹
meus candidus, & rubicundus, inſignis præ decem milibus.
Caput eius vt aurum obrizum, cincinni eius criſpi, nigri ve-
b ſuper gẽmarum incluſionem. lut coruus. Oculi eius ſicut columbæ iuxta effuſiones aqua-
rum, lauantes ſe lacte, manentes [b] iuxta plenitudinem. Maxillæ
D eius [c] ſicut linea ſulci aromatis, vt flores aromatum: labia eius
c ſicut conſitio aromatũ & germina odorifera. vt lilia diſtillantia myrrham tranſeuntem. Manus eius vt cir-
culi aurei pleni lapidibus pretioſis inſtar hyacinthi. Venter
eius vt candidum ebur, obductum ſaphiris. Crura illi⁹ vt co
lumbæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes auri obrizi. Aſpect⁹
eius vt Lebanon, electus vt cedri. Palatum eius dulcedines; &
totus ipſe deſyderia. Iſte eſt dilectus meus, & iſte eſt amicus
meus filiæ Ieruſalaim. Quo abiit dilectus tuus pulcherrima in
ter mulieres? Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eũ
tecum.

## CAP. VI.

A DIlectus meus deſcendit ad hortum ſuum, ad lineas ſul-
corum aromatis, ad paſcendum in hortis, & colligen-
d locus amœnus eſt, de quo. 3. Re. 15. & 16. dum lilia. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcit
inter lilia. Pulchra es amica mea ſicut [d] Tirſa decora ſicut Ieru
ſalaim, terribilis vt caſtra cum vexillis. Auerte oculos tuos ne
B ſint coram me, quia fortiores fuerunt me. Pilus tuus eſt ſicut
grex caprarum, quæ aſpexerunt de Ghilhad. Dentes tui ſicut
grex ouium quæ aſcenderunt de lauacro, quæ omnes ſunt ge
mellis plenæ, & ſterilis non eſt inter eas. Sicut fragmen mali
C punici ſunt tempora tua intra cincinnos tuos. Sexaginta ſunt
e [redacted] reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt
numerus. Vna eſt columba mea [e], immaculata mea. Vna eſt
matri ſuæ, electa eſt genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & bea-
tam dixerunt eam reginæ, & concubinæ, & laudauerũt eam.
D Quæ eſt iſta quæ videtur veluti aurora, pulchra vt luna, ele-
cta vt ſol, terribilis vt caſtra cum vexillis. Ad hortum nucis
deſcendi ad videndum poma conuallis, ad videndum an flo
ruiſſet vitis, floruiſſent mala punica. Nõ noui, anima mea po
f ô perfecta ſuit me, vt ſint quadrigæ populi mei ſpontanei. Reuertere, re-
uertere [f] Sulamith: reuertere reuertere, et intuebimur te. Quid
videbitis in Sulamith? Chorum caſtrorum.

## CAP. VII.

A QVàm pulchri ſunt pedes tui in calceamentis filia prin
cipis? Vertebræ fœmorum tuorum ſunt ſicut moni-
lia, opus manuum artificis. Vmbilicus tuus vt crater rotun-
g cui nõ deerit temperatum uinum. dus [g] non indigebit temperamento: venter tuus vt aceruus
triticorum ſeptus liliis. Duo vbera [i] tua ſicut duo hinnuli ge-
B melli capreæ. Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui vt
h nares tuæ, ſiue naſus tuus. piſcinæ in Chesbon, iuxta portã filiæ nobiliũ: [h] facies tua, ſicut
turris Lebanon, ſpeculans faciem Dãmeſec. Caput tuũ ſuper
i Charmel⁹ ſcilicet mons pulcher. te veluti [i] coccinũ, & coma capitis tui ſicut purpura. [k] Rex liga
C tus in canalibus. Quàm pulchruiſti, & ꝙ dulcuiſti ô dilecta in
k Rex ſtipatus circũ currentibus. deliciis? Iſta ſtatura tua aſsimilata eſt palmæ, & vbera tua bo-
tris. Dixi: aſcendã in palmã, apprehendam ramos eius, & erũt
nunc vbera tua ſicut botri vitis: & odor nariũ tuarum, ſicut
D malorũ. Et palatũ tuum ſicut vinũ optimũ vadens ad dilectũ
meũ, propter bonitatẽ faciens loqui labia dormientium. Ego
dilecti mei ſum, & ad me eſt deſyderium eius. Veni dilecte mi,
egrediamur in agrũ, cõmoremur in villis. Maturemus ad vi-
neas, videamus an floruerit vitis, aperuerit ſe vua parua, & an
l omnes delicati fructus, noui et ueteres, quos ego dilecte mi. fecerint flores mala punica: ibi dabo amores meos tibi. Man
dragoræ dederunt odorem, & in portis noſtris [l] omnia dul-
cia, noua, & vetera, dilecte mi abſcondi tibi.

## CAP. VIII.

A QVis det te vti fratrem mihi, ſugentem vbera matris
meę? inueniã te foris, oſculabor te: vtiq; non cõtẽnent
te, venire faciã te ad domũ matris meæ: docebis me:
e. Ducã
bibere faciã te de vino aromatico, de vino dulci mali granati
mei. Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur
B me. Adiuraui vos filiæ Ieruſalaim, cur ſuſcitatis, & cur euigila
re facitis dilectam donec ipſa noluerit? Quæ eſt iſta quæ a
ſcendit de deſerto innixa ſuper dilectum ſuum? ſub [a] malo ex-
citaui te: ibi peperit te mater tua, ibi concepit, genuit te.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſu-
per brachiũ tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut
C infernus [b] æmulatio. Faces eius faces ignitæ, flãmæ vehemẽtiſ-
ſimæ. Aquæ multæ non potuerũt extinguere dilectionem, &
flumina non inundabunt illã. Si dederit vir omnẽ ſubſtãtiam
domus ſuæ pro dilectione, cõtẽnendo contẽnent eam. Soror
eſt nobis paruula, & vbera non ſunt ei. Quid faciemus ſorori
noſtræ in die qua fiet ſermo cum ea? Si murus eſt, ædificem⁹
ſuper eam palatium argenteũ: & ſi oſtium eſt, muniamus eam
tabula cedrina. Ego ſum murus, & vbera mea ſunt ſicut tur-
res: tunc fui in oculis eius ſicut reperiens pacẽ. Vinea fuit ipſi
D Selomoh in Bahalhamon: tradidit vineam cuſtodibus, vt qſ
que adduceret pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea,
quæ eſt mihi coram me eſt: mille tibi ô Selomoh, & ducẽti cu
ſtodientibus fructum eius. O quæ habitas in hortis, ſo-
cij atendunt vocẽ tuam, fac me audire. Fuge di-
lecte mi, & aſsimilare capreæ, vel hinnulo
ceruorũ ſuper mõtes aromatum.

a arbor ᵱomi.

b zelotypia

FINIS.

### Prologus in librum Sapientiæ.

*LIber Sapientiæ, apud Hebræos nuſquam eſt. Vnde & ipſe ſtilus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iehudæi Philonis eſſe affirmant. Qui proinde Sapientiæ nominatur; quia in eo Chriſti aduẽtus, qui eſt ſapiẽtia patris, & paſſio eius euidenter exprimitur.*

# LIBER Sapientiæ.

¶ Iudex iuſtitiam arripe, bene ſenti &c.

## CAPVT I.

A DILIGITE iuſtitiam, qui iu
dicatis terram. Sentite de dño in bonita- Iſaiæ. 56. a.
te, & in ſimplicitate cordis quærite illũ:
qm̃ inuenitur ab his qui non tentãt illũ,
apparet aũt eis qui fidẽ habent in illum.
Peruerſæ eñi cogitatiões ſeparant à deo,
probata aũt virtus corripit inſipientes.
Qm̃ in maleuolã animã non introibit ſapientia, nec habitabit Iere. 4. c.
in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ
effugiet fictum, & aufert ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine in-
B tellectu: & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus
eſt eñi ſpiritus ſapiẽtiæ, & nõ liberabit maledictũ à labiis ſuis.
qm̃ renũ illius teſtis eſt deus, & cordis illius ſcrutator verus, et
linguę eius auditor. Qm̃ ſpiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ: &
C hoc qd' cõtinet oĩa ſciẽtiã habet vocis. Propter hoc qui loqui
tur iniqua nõ põt latere: nec ꝑteriet illũ corripiẽs iudicium. In
cogitatiõibus eñi impij [c] interrogatio erit: ſermonũ autẽ illius c inquiſitio
traditio ad deũ veniet, & ad correptionẽ iniquatũ illius. Qm̃
auris zeli audit oĩa, & tumultus murmurationũ nõ abſcõde-
tur. Cuſtodite ergo vos à murmuratiõe, q nihil ꝓdeſt, & a de
tractatiõe parcite linguæ. Qm̃ ſermo obſcurus in vacuum nõ
ibit: os aũt quod mẽtitur occidit aĩam. Nolite zelare mortem
in errore vitæ veſtræ, neq; acqratis perditionẽ in operib⁹ ma
nuũ veſtrarũ. Qm̃ deus mortẽ nõ fecit, nec lætatur in ꝑditiõe
A viuorũ. Creauit eñi vt eſſent oĩa, & ſanabiles fecit natiões or-
bis terrarũ: & nõ eſt in illis medicamentũ extermínij, nec infe-

rorum regnũ in terra.Iuſtitia enim perpertua eſt,& immorta
lis:iniuſtitia aũt mortis acquiſitio.Impij aũt manibus & ver-
bis accerſierunt illam,& æſtimantes illam amicã defluxerunt,
& ſponſiones poſuerunt ad illam,quoniam digni ſunt q̃ ſint
ex parte illius.

¶Impiorum cogitationes.Iehudæorum aduerſus Chriſtum conſilium. CAP. II.

A DIxerunt impij cogitãtes apud ſe nõ rectè: Exiguum &
cũ tædio eſt tẽpus vitæ noſtræ,& non eſt refrigerium
in fine hominis,& non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis.
Quia ex nihilo nati ſumus,& poſt hoc erimus tanq̃ nõ fueri-
mus.Qm̃ fumus afflatus eſt in naribus noſtris,& ſermõis ſcin-
tilla ad cõmouendum cor noſtrũ.Qua extincta cinis erit cor-
pus noſtrũ,& ſpũs diffundetur tanq̃ mollis aer.Et trãſibit vi
ta noſtra tanq̃ veſtigiũ nubis,& ſicut nebula diſſoluetur quę
fugata eſt à radiis ſolis,& à calore illius aggrauata. Et nomen
noſtrum obliuionẽ accipiet p̃ tẽpus,& nemo memoriã habe-
B bit operum noſtrorum.Vmbræ enim tranſitus eſt tempus
1.Para.19.d. Iſaiæ.56.d. noſtrũ,& nõ eſt reuerſio finis noſtri:qm̃ cõſignata eſt,& nemo
reuertitur.Venite ergo,& fruamur bonis q̃ ſunt,& vtamur
creatura tanq̃ in iuuentute celeriter.Vino precioſo,& vnguẽ
tis nos impleamus,& nõ p̃tereat nos flos tẽporis. Coronem⁹
nos roſis anteq̃ marceſcãt,nullũ pratũ ſit quod nõ pertrãſeat
luxuria noſtra.Nemo veſtrũ exors ſit luxuriæ noſtræ. Vbiq̃
relinquamus ſigna lætitiæ,qm̃ hæc eſt pars noſtra,& hęc ſors
noſtra.Opprimamus pauperẽ iuſtũ,& nõ parcamus viduæ,
nec veterano,nec reuereamur canos multi tẽporis.Sit aũt for
titudo noſtra lex iniuſtitiæ.Quod em̃ infirmũ eſt,inutile inue-
nitur.Circunueniamus ergo iuſtum,qm̃ inutilis eſt nobis, &
C contrarius eſt operibus noſtris,& improperat nobis peccata
legis,& diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit
ſe ſcientiã dei habere,& filiũ dei ſe nominat. Factus eſt nobis
in traductionẽ cogitationũ noſtrarũ.Grauis eſt nobis etiã ad
videndum,qm̃ diſsimilis eſt aliis vita illius,& immutatæ ſunt
vię eius.Tanq̃ nugaces æſtimati ſumus ab illo,& abſtinet ſe à
viis noſtris tanq̃ ab immũdiciis,& præfert nouiſsima iuſto-
rũ,& gloriatur patrẽ ſe habere deũ.Videamus ergo ſi ſermo-
nes illius veri ſint,& tẽtemus q̃ vẽtura ſunt illi,& ſciemus quæ
Matth.27.e. erũt nouiſsima illius.Si em̃ eſt verus filius dei,ſuſcipiet illũ, &
liberabit illũ de manibus contrariorũ.Cõtumelia & tormen
to interrogemus eũ,vt ſciamus reuerentiã eius,& probemus
D patientiã illius.Morte turpiſsima cõdẽnemus eũ.Erit enim ei
Ieremi.11.d. reſpectus ex ſermonib⁹ illi⁹.Hæc cogitauerũt,& errauerũt:ex-
cæcauit em̃ illos malitia eorũ.Et neſcierũt ſacramẽta dei, neq̃
Gen.1.d.2.b. mercedẽ ſperauerũt iuſtitiæ:nec iudicauerũt honorẽ animarũ
Eccl.17.a. ſanctarũ.Qm̃ deus creauit hominẽ inexterminabilẽ,& ad ima
Gene.3.a. ginẽ ſimilitudinis ſuę fecit illũ.Inuidia aũt diaboli mors intro-
uit in orbẽ terrarũ.Imitantur aũt illũ qui ſunt ex parte illius.

¶Iuſti in dei manibus uelut aurum probantur,& fulgent,optima ſors datur his. CAP. III.

A IVſtorũ aũt animæ in manu dei ſunt,& nõ tanget illos tor-
mentũ mortis.Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori,& æſtima
Deute.33.a. ta eſt afflictio exitus illorũ.Et ab itinere iuſto abierũt in exter-
miniũ,& quod à nobis eſt iter exterminij:illi autẽ ſunt in pa-
ce.Et ſi corã hominibus tormenta paſsi ſunt,ſpes illorum im-
mortalitate plena eſt.In paucis vexati,in multis bene diſponẽ
tur:qm̃ deus tẽtauit eos,& inuenit illos dignos ſe.Tanq̃ aurũ
in fornace probauit illos,& quaſi holocauſti hoſtiã accepit il-
los,& in tẽpore erit reſpectus illorũ.Fulgebũt iuſti,& tanquã
Mat.13.f. ſcintillæ in arundineto diſcurrent.Iudicabuntur nationes, &
B dñabuntur populis,& regnabit dñs illorũ in perpetuũ. Qui
confidunt in illo intelligent veritatẽ,& fideles in dilectione ac-
quieſcent illi:qm̃ donũ,& pax eſt electis eius.Impij aũt ſecũdũ
quæ cogitauerũt correptionẽ habebunt,qui neglexerunt iu-
ſtũ,& à dño receſſerunt.Sapientiã em̃,& diſciplinã qui abiicit
C infelix eſt,& vacua eſt ſpes illorũ,et labores ſine fructu,& inuti
lia opa eorũ.Mulieres eorũ inſenſatę ſunt,& neq̃ſsimi filij eo-
rum.Maledicta creatura eorum,qm̃ felix eſt ſterilis, & incoin-
quinata,quæ neſciuit thorũ in delicto.Habebit fructũ in reſpe
ctione animarũ ſanctarũ.Et ſpado qui nõ operatus eſt p̃ ma-
nus ſuas iniquitatẽ,nec cogitauit aduerſus deum,nequiſsima.
Dabitur enim illi fidei donũ electũ,& ſors in templo dei acce-
ptiſsima.Bonorũ em̃ laborũ glorioſus eſt fructus:& quæ nõ
D cõcidat radix ſapientiæ.Filij aũt adulterorũ imperfecti erunt,
& ab iniquo thoro ſemẽ exterminabitur.Et ſi quidem longe
vitæ erũt,in nihilum cõputabunt,& ſine honore erit nouiſsi-
ma ſenectus illorũ.Et ſi celerius defuncti fuerint,nõ habebunt
ſpem,nec in die agnitionis allocutionẽ.Nationes enim iniquę
dirę ſunt conſummationis.

¶Caſta generatio fidelium,mortuus iuſtus ſaluatur,ſenecta placẽs deo. CAP. IIII.

A O Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate.Im-
mortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud
deum nota eſt,& apud homines.Cũ præſens eſt imitãtur illã,
& deſyderant eã cum ſe eduxit,& in perpetuũ coronata triũ-
phat, incoinquinatorũ certaminũ præmiũ vincẽs.Multigena
autẽ impiorũ multitudo non erit vtilis,& ſpuria vitulamina
nõ dabũt radices altas,nec ſtabile firmamẽtũ collocabunt. Et
ſi in ramis in tẽpore germinauerint,infirmiter poſita à vento
B commouebuntur,& à nimietate ventorũ eradicabuntur.Cõ
fringentur em̃ rami incõſummati,& fructus illorũ inutiles , &
acerbi ad mãducandũ,& ad nihilũ apti.Ex iniquis em̃ omnes
filij qui naſcuntur,teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parẽtes in in-
terrogatione ſua.Iuſtus aũt ſi morte præoccupat⁹ fuerit,in re
frigerio erit.Senectus enim venerabilis eſt,non diuturna, ne-
que annorum numero computata . Cani autem ſunt ſenſus
C hominis , & ætas ſenectutis vita immaculata . Placẽns[a] deo
factus dilectus , & viuẽns inter peccatores translatus eſt. Ra- a ſcilicet Enoch.Ge.5.
ptus eſt , ne malitia mutaret intellectum eius , aut ne fictio
deciperet animam illius . Faſcinatio enim , nugacitatis ob-
ſcurat bona,& inconſtantia concupiſcẽtiæ trãſuertit ſenſum
ſine malitia.Conſummatus in breui expleuit tempora multa.
Placita enim erat deo anima illius .Propter hoc properauit
educere illũ de medio iniquitatũ.Populi aũt vidẽtes & nõ in-
telligẽtes,nec ponẽtes in præcordiis talia:qm̃ gratia dei,& mi
ſericordia eſt in ſanctos eius,& reſpectus ſup̃ electos illius.Cõ
demnat aũt iuſtus mortuus viuos impios,& iuuẽtus celerius
conſummata longã vitã iniuſti.Videbũt enim finẽ ſapientis,
D & nõ intelligẽt quid cogitauerit de illo deus,& quare minue-
rit illum dñs.Videbũt em̃,& contẽnent eũ:illos aũt deus irri-
debit.Et erũt poſt hæc decidẽtes ſine honore,& cõtumelia in
ter mortuos imperpetuũ.Quoniam dirumpet illos inflatos
ſine voce,& cõmouebit illos à fundamentis,& vſq̃ ad ſupre-
mum deſolabũtur.Et erũt gemẽtes,& memoria illorũ periet.
Venient in cogitatiõe peccatorũ ſuorũ timidi,& traducent il
los ex aduerſo iniquitates ipſorum.

¶Conſtantia iuſtorum,trepidatio impiorum,arma iuſtitiæ. CAP. V.

A TVnc ſtabũt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe
anguſtiauerũt,& q̃ abſtulerũt labores eorũ.Vidẽtes tur
babuntur timore horribili,& mirabuntur in ſubitatione in-
ſperatæ ſalutis,gemẽtes præ anguſtia ſpirit⁹ dicẽt intra ſe,pœ
nitentiam agentes & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt
quos habuimus aliq̃n in deriſum,& in ſimilitudinẽ imprope-
rij,nos inſenſati vitã illorũ æſtimabamus inſaniam,& finẽ illo-
rum ſine honore.Ecce quomodo computati ſunt inter filios
dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus à via ve-
ritatis ,& iuſtitiæ lumen non luxit nobis , & ſol intelligen-
tiæ non eſt ortus nobis . Laſſati ſumus in via iniquitatis, &
perditionis,& ambulauimus vias difficiles , viam autem do-
mini ignorauimus.Quid nobis profuit ſuperbia,aut diuitia-
B rum iactantia quid contulit nobis?Tranſierunt omnia illa tã-
quam vmbra,& tanquam nuncius præcurrens. Et tanquam
nauis quę pertranſit fluctuantem aquam,cuius cum prꝗterie-
rit non
rit nõ eſt veſtigiũ inuenire:neq̃ ſemitam carinæ illius in flucti-
bus.Aut auis quę tranſuolat in aere,cuius nullũ inuenitur ar-
gumentũ itineris illius,ſed tantũ ſonitus alarum verberans le-
uem ventũ,& ſcindens per vim itineris aerẽ:cõmotis alis trã-
uoluit,& poſt hoc nullũ ſignum inuenitur itineris illius . Aut
tanq̃ ſagitta emiſſa in locum deſtinatum : diuiſus aer conti-
C nuo in ſe recluſus eſt,vt ignoretur trãſitus illius.Sic & nos na
ti continuo deſinimus eſſe,& virtutis quidem nullum ſignum
valuimus oſtendere:in malignitate autem noſtra conſumpti
Prou.11.a. ſumus.Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt , quoniã
ſpes impij tanq̃ lanugo eſt quæ à vento tollitur, & tanquam
ſpuma gracilis quæ à procella diſpergitur,& tãquam fumus
qui à vento diffuſus eſt,& tanq̃ memoria hoſpitis vni⁹ diei
prætereuntis.Iuſti autem in perpetuum viuẽt,& apud domi
num eſt merces eorũ,& cogitatio illorum apud altiſsimum.
Ideo accipient regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu
domini:quoniam dextera ſua teget eos,& in brachio ſancto
ſuo defendet illos.Et accipiet armaturam zelus illius,& arma
bit creaturam ad vltionẽ inimicorũ.Induet pro thorace iuſti
D tiam,& accipiet pro galea iudicium certum.Sumet ſcutũ in-
expugnabilẽ æquitatem,acuet autem diram iram in lãceam,
& pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.Ibũt
directę emiſsiones fulgurum,& tanquã à bene curuato arcu
a a petra iaciente ira. nubium exterminabuntur,& ad certum locum inſilient.Et[a] à
petroſa ira plenæ mittentur grandines:excandeſcet in illos a-
qua maris,& flumina concurrent duriter.Contra illos ſtabit
ſpiritus virtutis,& tanquam turbo venti diuidet illos , & ad
eremum producet omnem terram iniquitatis illorum,& ma
lignitas euertet ſedes potentium.

¶Monentur iudices,ut cogitent a domino ſe iudicandos, & puniendos,& ut amplectantur ſapientiam:quid ſit ſapientia.

CAP. VI.

A MElior eſt ſapientia q̃ vires,& vir prudẽs q̃ fortis.Au
Eccẽs.9.d. Roma.13.a. dite ergo reges,& intelligite,diſcite iudices finium ter
ræ.Præbete aures vos qui continetis multitudines, & place-
tis vobis in turbis nationum:quoniam data eſt a domino po
teſtas vobis,& virtus ab altiſsimo,qui interrogabit opera ve
ſtra,& cogitationes ſcrutabitur quoniam cum eſſetis miniſtri
regni illius,nõ rectè iudicaſtis,nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ,ne
que ſecundum voluntatẽ dei ambulaſtis.Horrẽdè,& cito ap-
parebit vobis:qm̃ iudiciũ duriſſimum in his qui præſunt,fiet.
B Exiguo enim conceditur miſericordia,potentes aũt potenter
Deute.10.d. 2.Para.19.c. Iob.34.b. Eccli.35.b. Roma.2.b. Gala.2.b. Ephe.6.b. Coloſ.3.d. Actuũ.10.e. 1.Petri.1.c. tormenta patientur.Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſq̃
deus,qui eſt omnium dominator:nec verebitur magnitudi-
nem cuiuſquã,qm̃ puſillum & magnum ipſe fecit, & æquali-
ter eſt illi cura de omnibus.Fortioribus autem fortior inſtat
cruciatio.Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, vt diſca-
tis ſapientiam:& ne excidatis.Qui enim cuſtodierint iuſtitiã
iuſte iudicabuntur:& qui didicerint iuſta,inuenient quid re-
C ſpondeant.Concupiſcite ergo ſermões meos,& diligite illos:
& habebitis diſciplinã.Clara eſt & quę nunq̃ marceſcit ſapiẽ
tia:& facile videtur ab his qui diligunt eã,& inuenitur ab his
qui q̃rũt illã.Prꝗoccupat qui ſe concupiſcunt,vt illis ſe prior
oſtendat.Qui de luce vigilauerit,ad illam non laborabit: aſſi-
dentem enim illam foribus ſuis inueniet.Cogitare ergo de illa
ſenſus eſt conſummatus,& qui vigilauerit propter illam cito
erit ſecurus.Quoniã dignos ſe circuit ipſa quærens, & in viis
ſuis oſtendet ſe illis hilariter,& in omni prouidentia occurret
illis.Initiũ enim illius veriſsima eſt diſciplinæ cõcupiſcẽtia.Cu-
ra ergo diſciplinę dilectio eſt,& dilectio cuſtodia legum illius
eſt.Cuſtodia autem legũ conſummatio incorruptionis eſt:in-
D corruptio aũt facit eſſe proximũ deo.Cõcupiſcẽtia itaq̃ ſapiẽ
tiæ deducit ad regnũ perpetuũ.Si ergo delectamini ſedibus,
& ſceptris,ô reges populi,diligite ſapientiã vt in perpetuũ re-
gnetis.Diligite lumẽ ſapiẽtię oẽs qui prꝗeſtis populis.Quid eſt
aũt ſapiẽtia,& quẽadmodũ facta ſit referam,& non abſcondã
vobis ſacramenta dei,ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo:&



ponã in lucẽ ſcientiã illius,& non præteribo veritatẽ, neq̃ cũ
inuidia tabeſcente iter habebo:qm̃ talis homo nõ erit parti-
ceps ſapientiæ.Multitudo aũt ſapientiũ,ſanitas eſt orbis terra
rum. Et rex ſapiens,populi ſtabilimentum eſt.

¶Hortans alios ad diſciplinam,exemplum de ſe capere iubet. CAP. VII.

A ERgo accipite diſciplinã per ſermones meos,& proderit
vobis.Sum quidẽ ego mortalis homo,ſimilis omnib⁹,
& ex genere terreno,illius qui prior factus eſt,& in ventre ma
tris figuratus ſum caro,decẽ menſium tẽpore coagulat⁹ ſum
in ſanguine, ex ſemine hominis delectamento ſomni conue-
niente.Et ego natus accepi cõem aerẽ,& in ſimiliter factã de-
cidi terrã,& primam vocẽ ſimilẽ omnibus emiſi plorans . In
inuolumentis nutritus ſum,& magnis curis.Nemo em̃ ex re-
gibus aliud habuit natiuitatis initiũ.Vnus ergo introitus eſt
omnibus ad vitã,& ſimilis exitus.Propter hoc optaui,& da-
tus eſt mihi ſenſus,& innuocaui,& venit in me ſpiritus ſapien
tiæ.Et præpoſui illã regnis & ſedibus,& diuitias nihil eſſe di-
xi,in cõparatione illius.Nec cõparaui illi lapidem precioſum,
qm̃ omne aurũ in cõparatiõe illius arena eſt exigua , & tanq̃
B lutum æſtimabitur argentũ in cõſpectu illius. Super ſalutem Iob.28.c.
& ſpeciẽ dilexi illã,& propoſui pro luce habere illã,qm̃ inex-
tinguibile eſt lumẽ illius.Venerũt aũt mihi oĩa bona pariter
cũ illa,& innumerabilis honeſtas per manus illius,& lætatus
ſum in omnibus,quoniam antecedebat me iſta ſapientia,& i- 3.Regũ.3.b.
gnorabã,qm̃ bonorum omniũ mater eſt.Quam ſine fictione
didici,& ſine inuidia cõmunico,& honeſtatẽ illius nõ abſcõ-
do.Infinitus enim theſaurus eſt hominibus,quo qui vſi ſunt,
participes facti ſunt amicitiæ dei,propter diſciplinæ dona cõ
mendati.Mihi aũt dedit deus dicere ex ſententia, & præſume
re digna horũ quæ mihi dantur,qm̃ ipſe ſapientiæ dux eſt , &
ſapientiũ emẽdator.In manu em̃ illi⁹ & nos et ſermões noſtri,
& oĩs ſapiẽtia,& operũ ſcientiæ diſciplina.Ipſe em̃ dedit mihi
horũ q̃ ſunt ſcientiã verã,vt ſciam diſpoſitionẽ orbis terrarũ
C & virtutes elementorũ,initium & cõſummationẽ,& medieta
tem temporũ,viciſsitudinũ permutationes,& cõſummatiões
temporum,& morũ mutationes,diuiſiones tẽporum , anni
curſus,& ſtellarũ diſpoſitiões:naturas animaliũ,& iras beſtia-
rum:vim ventorũ,& cogitationes hominum:differentias vir
gultorum,& virtutes radicum:& quęcunq̃ ſunt abſcondita
& improuiſa,didici.Omniũ enim artifex docuit me ſapiẽtiã.
Eſt enim in illa ſpiritus intelligentię ſanctus,vnicus,multiplex
ſubtilis,diſertus,nobilis,incoinquinatus,certus,ſuauis,amans
bonum,acutus,qui nihil vetat benefacere:humanus,begnin⁹,
ſtabilis,certus,ſecurus,omnem habens virtutem,omnia pro-
ſpiciẽs,& qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles,mund⁹,ſub-
tilis.Omnibus enim mobilibus,mobilior eſt ſapientia.Attin-
git autẽ vbique propter ſuã munditiã.Vapor eſt em̃ virtutis
D dei,& emanatio quædã eſt claritatis omnipotentis dei ſynce-
ra,& ideo nihil inquinatũ in eã incurrit.Candor eſt enim lu-
cis æternæ & ſpeculũ ſine macula dei maieſtatis,& imago bo
nitatis illius.Et cum ſit vna,omnia poteſt,& in ſe permanens
oĩa innouat,& per nationes in animas ſanctas ſe transfert.A-
micos dei,& prophetas cõſtituit. Neminem enim diligit de⁹,
niſi eum qui cum ſapientia inhabitat.Eſt enim hæc ſpecioſior
ſole,& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum:luci cõparata
inuenitur prior.Illi ſuccedit nox.

¶Hic finem tangit ſapiẽtia,quam mihi ſponſam quæſiui,per quam quicquid amo,dabitur. CAP. VIII.

A SApientiã aũt non vincit malitia.Attingit ergo à fine vſq̃
ad finẽ fortiter,& diſponit oĩa ſuauiter.Hãc amaui,& ex-
quiſiui eã à iuuentute mea,& quęſiui ſpõſam mihi eã aſſume-
re,& amator factus ſum formæ illius.Generoſitatẽ illius glori
ficat cõtuberniũ habens dei:ſed et oĩm dñs dilexit illã.Doctrix
enim eſt diſciplina dei,& electrix operũ illius,& ſi diuitię ap-
petuntur in vita,quid ſapiẽtia locupletius q̃ operatur oĩa?Si

B aũt ſenſus operatur, quis horũ quę ſunt magis q̃ illa eſt arti-
fex? Et ſi iuſtitiã quis diligit, labores huius magnas habent vir
tutes. Sobrietatẽ eñ & prudentiã docet & iuſtitiã & virtutẽ,
quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Et ſi multitudinem
ſcientiæ deſyderat q̃s, ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit
verſutias ſermonũ, & diſſolutiones argumẽtorũ: ſigna et mõ-
C ſtra ſcit anteq̃ fiant, & euentus tẽporũ, & ſeculorũ. Propoſui
ergo hãc adducere mihi ad cõuiuandũ, ſciens q̃m mecum cõ-
municabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij
mei. Habebo ꝓpter hãc claritatẽ ad turbas, & honorẽ apud
ſeniores. Iuuenis & acut⁹ inueniar in iudicio, in cõſpectu po-
tentium admirabilis ero, & facies principũ mirabuntur me.
Tacentem me ſuſtinebũt, loquentem me reſpicient, & ſermo-
cinante me plura, manus ori ſuo imponent. Pręterea habebo
per hanc immortalitatem, memoriã æternã his qui poſt me
futuri ſunt relinquã. Diſponã populos; & nationes mihi erunt
ſubditæ. Timebunt me audientes reges horrendi, & in multi-
tudine videbor bonus, & in bello fortis. Intrans in domum
meam conquieſcam cũ illa. Non enim habet amaritudinem
D conuerſatio illius: nec tædium conuictus illius: ſed lætitiam et
gaudium. Hæc cogitans apud me, & cõmemorans in corde
meo, quoniã immortalis eſt in cogitatione ſapientia, & amici
tia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius hone-
ſtas ſine defectione, & in certamine loquelæ illius ſapientia: &
præclaritas in communicatione ſermonum ipſius: circuibam
quærẽs vt mihi illam aſſumerẽ. Puer aũt erã ingenioſus, & for
titus ſum animã bonã. Et cũ eſſem magis bonus, veni ad cor
pus coinquinatum. Et vt ſciui: quoniam aliter nõ poſſem eſſe
continens niſi deus det: et hoc ipſum erat ſumma ſapientia ſci
re cuius eſſet hoc donum, adij dominum, & deprecatus ſumi
illum, & dixi ex totis præcordiis meis.

¶ Sapientiam tuam e cœlo mihi tribue, ſine illa enim neſcit homo uoluntatem dei. CAP. IX.

A DEus patrum meorum, & dñe miſericordiæ qui feciſti
omnia verbo tuo, & ſapiẽtia tua cõſtituiſti hominem,
vt dominaretur creaturæ quæ à te facta eſt, vt diſponat orbẽ
terrarũ in æquitate & iuſtitia, & in directionẽ cordis iudiciũ
iudicet: da mihi ſedium tuarũ aſsiſtricem ſapientiã, & noli me
reprobare à pueris tuis: q̃m ſeruus tuus ſum ego, & filius an-
cillę tuæ homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad in-
tellectũ iudicij, & legum. Et ſi quis erit conſummatus inter fi-
B lios hominum: ſi fugerit ab illo ſapientia tua, in nihilum com-
1. Para. 28. b. 2. Para. 1. b. putabitur. Tu aũt elegiſti me regẽ populo tuo, & iudicem fi-
liorum tuorũ & filiarũ. Et dixiſti me ædificare templũ in mõ-
Prou. 8. c. Iohan. 1. a. te ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare: ſimilitudi-
nem tabernaculi ſancti tui quod præparaſti ab initio, & tecũ
ſapientia tua quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum or
bẽ terrarum faceres, & ſciebat quid eſſet placitũ oculis tuis, &
C quid directũ in p̄ceptis tuis. Mitte illã de cœlis ſanctis tuis, & à
ſede magnitudinis tuæ, vt mecũ ſit, & mecum laboret: vt ſciã
quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia & intelligit,
& deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua
potentia. Et erunt accepta opera mea, & diſponam populũ
Iſaiæ. 40. d. tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei. Quis enim homi
Roma. 11. d. num poterit ſcire cõſilium dei? Aut quis poterit cogitare q̃d
1. Corin. 2. d. velit deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ
D prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggra
uat animã, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa co-
gitantem. Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in
conſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ in cœlis ſunt au-
tem quis inueſtigabit? Senſum autem tuum quis ſciet niſi tu
dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſ
ſimis? Et [a] ſi correctæ ſint ſemitæ eorũ qui ſunt in terris, & quæ
a ſic correctæ ſunt. tibi placẽt didicerint homines. Nam per ſapientiã ſanati ſunt
quicunque placuerunt tibi domine à principio.

¶ Sapientia ſaluat, deducit, bonaq̃ tribuit omnia iuſtis.

CAP. X.

A HAec illum qui prim⁹ format⁹ eſt à deo pater orbis ter Gen. 1. d. 2. b. 4. b. 7. b. 11. a. 19. c.
rarum, cũ ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum
à delicto ſuo. Et eduxit illum de limo terræ & dedit illi virtu-
tem continendi omnia. Ab hac vt receſsit iniuſtus in ira ſua,
per iram homicidij fraternitas deperijt. Propter quod, cum
aqua deleret terram, ſanauit iterum ſapientia, per contempti-
bile lignum iuſtum gubernans. Hæc & in conſenſu ſuperbiæ,
B cum ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine
querela deo, & in filiis miſericordiam fortem cuſtodiuit. Hæc
iuſtum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, deſcenden-
te igne in pentapolim, quibus in teſtimonium nequitiæ fumi
gabunda conſtat deſerta terra, & incerto tẽpore fructus habẽ
tes arbores, & incredibilis animæ memoria ſtans figmentum
ſalis. Sapientiam enim prętereuntes non tantum in hoc lapſi
ſunt, vt ignorarent bona, ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerũt ho
minibus memoriam, vt in his quæ peccauerũt, nec latere po-
tuiſſent. Sapientia autem hos qui ſe obſeruãt à doloribus libe
C rabit. Hæc autem profugum iræ fratris iuſtum deduxit per Gene. 28. b.
vias rectas, & oſtendit illi regnum dei, & dedit illi ſcientiã ſan-
ctorum: honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores
illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honeſtũ
fecit illum. Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tu-
tauit illum. Et certamẽ forte dedit illi vt vinceret, & ſciret q̃m
omnipotentior eſt ſapientia. Hæc venditum iuſtum non de-
reliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum. Deſcenditq̃ cũ illo Gene. 37. f.
in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret
illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos qui eum depri Exo 13. b.
mebant, & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum. Et de
dit illi claritatem æternam. Hæc populum iuſtum & ſemen ſi
ne querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. In
trauit in animam ſerui dei, & ſtetit contra reges horrendos in
portentis, & ſignis, & reddidit iuſtis mercedem laborũ ſuo-
D rum, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento
diei, & in luce ſtellarũ per noctem. Et tranſtulit illos per mare Exodi. 14. c. Pſalmo. 77.
rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos au- Ex. 12. c. 15. a.
tem illorum demerſit in mare, & ab altitudine inferorum edu
xit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, & decantauerũt
domine nomen ſanctum tuum, & victricem manum tuã lau
dauerunt pariter. Quoniam ſapientia aperuit os mutorum,
& linguas infantum fecit diſertas.

¶ Lex datur ut per quæ peccas, torquearis eiſdem, in mẽſura, numero, pondere, deus omnia diſponit, parat, amat. CAP. XI.

A DIrexit opera eorum in manibus prophetæ ſancti. Iſti fe
cerunt per deſerta quæ non habitabantur, & in locis
deſertis fecerunt caſas. Steterunt contra hoſtes, & de inimicis Exodi. 16. a.
ſe vindicauerunt. Sitierunt & inuocauerunt te: & data eſt illis Exodi. 17. c. Nume. 20. b.
aqua de petra altiſsima, & reqes ſitis de lapide duro. Per quæ
enim pœnas paſsi ſunt inimici illorum, à defectione pot⁹ ſui,
in eis cum abundarent filij Iſrael lętati ſunt. Per hæc cum illis
deeſſent bene cum illis actum eſt. Nam pro fonte quidẽ ſem-
B piterni fluminis humanum ſanginem dediſti iniuſtis. Qui cũ
minuerentur in traductione infantium occiſorum dediſti illis
abundantem aquam inſperatè, oſtendens per ſitim quæ tunc
fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduerſarios illorũ ne-
cares. Cum enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordia di
ſciplinam accipientes ſcierunt, quemadmodum cum ira iudi-
cati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanq̃ pater mo
nens probaſti, illos autem tanq̃ durus rex interrogans condẽ
naſti. Abſentes enim, & præſentes ſimiliter torquebãtur. Du-
plex enim illos acceperat tędium, & gemitus cum memoria
præteritorum. Cum enim audirent per ſua tormenta bene
ſecum agi commemorati ſunt dominum admirãtes in finem
exitus. Quem enim in expoſitione praua proiectum deriſerũt
C & in finem euẽtus mirati ſunt. Non ſimiliter iuſtis faciens, pro
cogitationibus autem inſenſatis iniquitates illorum. Quod
quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuper-
uacuas:



uacuas, immiſiſti illis multitudinem multorum animalium in
vindictam, vt ſcirẽt, quia per quæ peccat quis, per hæc & tor
quetur. Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua,
quæ creauit orbem terrarum ex materia inuiſa immittere il-
lis multitudinem vrſorum, aut audaces leões, aut noui gene-
ris ira plenas & ignotas beſtias, aut vaporem igneum ſpiran-
tes, aut fumi odorem proferentes, aut horrẽdas ab oculis ſcin
D tillas emittentes: quarum non ſolum lęſura poterat illos exter
minare, ſed & aſpectus per timorem occidere. Nam & ſine
his vno ſpiritu poterant occidi perſecutionem paſſi ab ipſis
factis ſuis, & diſperſi per ſpiritum virtutis tuæ. Sed omnia in
menſura & numero & pondere diſpoſuiſti. Multum enim va
lere tibi ſoli ſupererat ſemp: & virtuti brachij tui quis reſiſtit?
Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis
terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, qui deſcendit
in terram, & miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimu
las peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim o-
mnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Nec enim o-
diens aliquid conſtituiſti, aut feciſti. Quomodo autem poſſet
aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? Aut q̃ à te vocatum nõ
eſſet conſeruaretur? Parcis autem omnibus: quoniã tua ſunt
domine: qui amas animas.

¶ Mitis & bonus domini ſpiritus, cui nullus dicit cur faciat, poteſt enim ſolus omnia. CAP. XII.

A O Quàm bonus & ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in o-
mnibus. Ideoq̃ hos qui exerrant partibus corripis, &
de quibus peccant admones & alloqueris: vt relicta malitia
credant in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores ter-
ræ ſanctæ tuæ quos exhorruiſti: quoniam odibilia opera tibi
faciebant per medicamina, & ſacrificia iniuſta, & filiorum ſuo
rum necatores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum ho-
minum, & deuoratores ſanguinis, & authores parentes ani-
marum inauxiliatarum perdere voluiſti à medio ſacramento
tuo, per manus parentum noſtrorum, vt dignam perciperẽt
peregrinationem puerorum dei: q̃ tibi oĩm charior eſt terra.
Sed & his tanq̃ hominibus peperciſti, & miſiſti anteceſſores
exercitus tui veſpas: vt illos paulatim exterminarent. Non q̃a
impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis: aut beſtiis ſæ-
B uis: aut verbo duro ſimul exterminare: ſed partibus iudicans
dabas locum pœnitentiæ: non ignorãs, quoniam neq̃ eſt na-
tio eorum, & naturalis malitia ipſorum, & quoniam non po
terat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen ẽm erat
maledictum ab initio. Nec timens aliquem, veniam dabo pec
catis illorum. Quis enim dicet tibi, quid feciſti? Aut quis ſta-
bit contra iudicium tuum? Aut quis in conſpectu tuo veniet
vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit, ſi pe-
rierint nationes quas tu feciſti? Non eſt enim alius deus q̃ tu:
1. Petri. 5. b. cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas, quoniam non iniuſtè iu
dicas iudicium: neq̃ rex neque tyrannus in cõſpectu tuo inq-
rent de his quos perdidiſti. Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia
C diſponis: ipſum quoque qui non debet puniri condemnas, et
exterum æſtimas à tua virtute. Virtus enim tua iuſtitiæ initiũ
eſt, & ob hoc quod omnium dominus es: omnibus te parce-
re faciens. Virtutem enim oſtendis tu: qui non crederis eſſe in
virtute confirmatus, & hos qui te neſciunt, in audacia tradu-
cis. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas,
& cum magna reuerentia diſponis nos. Subeſt enim tibi eum
volueris poſſe. Docuiſti enim populum tuum per talia ope-
ra: quoniam oportet iuſtum eſſe & humanum; & bonæ ſpei
feciſti filios tuos: quoniam iudicãs das locum in peccatis pœ-
nitentiæ. Si enim inimicos ſeruorum tuorum, & debitos mor
ti cum tanta cruciaſti attentione, & liberaſti dans tempus &
locum per quem poſſent mutari à malitia: cum quanta diligẽ
tia iudicaſti filios tuos: quorum parentibus iuramenta, & cõ-
uentiones dediſti bonarum promiſsionum. Cum ergo das
D nobis diſciplinam inimicos noſtros multipliciter flagellas: vt
bonitatem tuam cogitemus iudicantes, & cum de bonis iudi
catur: ſperemus miſericordiam tuam. Vnde & illis qui in vita
ſua inſenſate, & iniuſte vixerunt: per hæc quæ coluerunt dedi
ſti ſumma tormenta. Etenim in erroris via diutius errauerũt:
deos æſtimantes hæc quæ in animabus ſunt ſuperuacua: inſã-
tium inſenſatorum more viuentes. Proptr hoc tanq̃ pueris
inſenſatis iudicium in deriſum dediſti. Qui autem ludibriis &
increpationibus non ſunt correcti, dignum dei iudicium ex-
perti ſunt. In his enim quæ patiebantur moleſtè ferebant: in
quibus impatientes indignabantur. Per hæc quos putabant
deos, in ipſis cum exterminarentur videntes, illum quem olim
negabant ſe noſſe verum deum agnouerunt. Propter quod
& finis condemnationis eorum veniet ſuper illos.

¶ In idololatras. CAP. XIII.

A VAni ſunt autem omnes homines, quibus nõ ſubeſt ſciẽ
tia dei: & de his quæ videntur bona non potuerũt in-
telligere eum qui eſt: neque operibus attendentes agnouerũt
quis eſſet artifex: ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum ae-
rem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aũt ſolem & lu
nam rectores, & orbis terrarum deos putauerunt. Quorum
& ſi ſpecie delectari deos putauerunt, ſciant quãto his domi-
nator eorum ſpecioſior eſt. Specie enim generator hæc oĩa
conſtituit. Aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt: intel- Roma. 1. c.
ligant ab illis: quoniam qui hęc fecit fortior eſt illis. A magni-
tudine enim ſpeciei, & creaturę recognoſcibiliter poterit crea
tor horum videri. Sed tamen adhuc in his minor eſt querela.
B Et hi enim fortaſſe errant deum quærentes, & volentes inue-
nire. Etenim cum in operibus illius conuerſentur, inquirunt
& perſuaſum habent, quoniam bona ſunt quæ videntur. Ite-
rum autem nec his debet ignoſci. Si enim tantum potuiſſent
ſcire, vt poſſent æſtimare ſeculum: quomodo huius dominũ
non facilius inuenerũt? Infelices autem ſunt, & inter mortuos
ſpes illorum eſt, qui appellauerunt deos opera manuum ho-
minum, aurum & argentum artis inuentionem, & ſimilitudi-
nis animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. Ecci. 44. b.
Aut ſi quis artifex faber de ſylua lignum rectum ſecuerit, & hu
C ius docte eradat omnem corticem, & arte ſua vſus diligenter
fabricet vas inutile in conuerſationem vitæ, reliquiis autem
eius operis ad præparationem eſcæ abutatur, & reliquum ho
rum quod ad nullos vſus facit, lignum curruum, & verticib⁹
plenum ſculptat diligenter per vacuitatem ſuam, & per ſcien
tiam ſuæ artis figuret illud, & aſsimilet illud imagini hominis
aut alicui ex animalibus illud corporet, perliniens rubrica, &
rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam
quæ in illo eſt perliniens, & faciet ei dignam habitationem, &
in pariete ponens illud, & cõfirmans ferro ne forte cadat, pro
ſpiciens illi, ſciens quoniam non poteſt adiuuare ſe. Imago ẽm
eſt, & opus eſt illi adiutorium. Et de ſubſtantia ſua, & de filiis
D ſuis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubeſcit lo-
qui cum illo qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidẽ infirmũ
deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutoriũ inu-
tilem inuocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare nõ po-
teſt, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum
euentu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.

¶ De idololatriæ origine, & effectu. CAP. XIIII.

A ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter fa
cere incipiens, ligno portante ſe: fragilius lignum inuocat.
Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex ſapien-
tia fabricauit ſua. Tua autem pater prouidentia, ab initio cũ-
cta gubernat, quoniam dediſti in mari viam, & inter fluct⁹ Exodi. 14. d.
ſemitam firmiſsimam oſtendens, quoniam potens es ex omni
bus ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed vt non eſ-
ſent vacua ſapientiæ tuæ opera, propter hoc etiam & exiguo
ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per
ratem liberati ſunt. Sed & ab initio cum perirent ſuperbi gi-
gantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens, remiſit ſecu-

lo ſemen natiuitatis,quæ manu tua erat gubernata.Benedictū
eſt enim lignum per quod fit iuſtitia.Per manus autem quod
fit idolum maledictum eſt,& ipſum,& qui fecit illud:quia ille
quidem operatus eſt,illud autem quòd cum eſſet fragile deus
B cognominatus eſt.Similiter autem odio ſunt deo,impius &
impietas eius.Etenim quod factum eſt,cum illo qui fecit tor-
menta patietur.Propter hoc & in idolis nationum non erit
reſpectus,quoniam creaturæ dei in odium factæ ſunt,& in tē
tationem animæ hominum & in muſcipulam pedibus inſi-
pientium.Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorū,
& adinuentio illorum corruptio vitę eſt.Neque enim erat ab
initio,neque erunt in perpetuum.Superuacuitas enim homi
num hęc adinuenit in orbe terrarum,& ideo breuis illorum
finis eſt inuentus.Acerbo enim luctu dolens pater, rapti cito
ſibi filij fecit imaginem:& illum qui tunc quaſi homo mortuꝰ
fuerat,nunc tanq̄ deum colere cœpit,& conſtituit inter ſer-
uos ſuos ſacra & ſacrificia.Deinde interueniente tempore:cō-
ualeſcente antiqua conſuetudine,hic error tanq̄ lex cuſtoditꝰ
eſt,& tyrannorum imperio colebantur figmēta.Et hos quos
C in palam homines honorare non poterant,propter hoc ꝙ lō
gè eſſent à longinquo,figura eorum allata euidentem imagi-
nem regis quem honorare volebant fecerūt,vt illum qui ab-
erat tanquam præſentem colerent ſua ſolicitudine. Prouexit
autem ad horum culturam,& hos qui ignorabant, artificis
eximia diligentia.Ille enim volens plus placere illi qui ſe aſſum
pſit,elaborauit arte ſua,vt ſimilitudinem in melius figuraret.
Multitudo autem hominum abducta per ſpem operis, eum
qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat,nunc de
mum æſtimauerunt.Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio,quo
niam aut affectui,aut regibus deſeruientes homines,incōmu-
nicabile nomen lapidibus & lignis impoſuerunt.Et non ſuffe
cerat erraſſe eos circa dei ſcientiam:ſed in magno viuentes in-
ſcientiæ bello,tot & tam magna mala pacem appellant. Aut
enim filios ſuos ſacrificantes,aut obſcura ſacrificia facientes,
aut inſaniæ plenas vigilias habentes:neque vitam, neque nu-
ptias mundas iam cuſtodiunt:ſed & alius alium per inuidiam
occidit,aut adulterans contriſtat:& omnia cōmixta ſunt,ſan-
guis,homicidium,furtum & fictio,corruptio & infidelitas,
turbatio & periurium,tumultus,bonorum dei immemora-
D tio,animarum inquinatio,natiuitatis immutatio, nuptiarum
inconſtantia,inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. Infando-
rum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium
& finis.Aut enim dum lætantur inſaniunt,aut certe vaticinā-
tur falſa,aut viuunt iniuſtè,aut periurant cito.Dum enim cō-
fidunt in idolis quę ſunt ſine anima,malè iurantes noceri ſe nō
ſperant.Vtraq̄ ergo illis euenient dignè,quoniam male ſenſe
runt de deo attendentes idolis,& iurauerunt iniuſtè in idolo,
contemnentes iuſtitiam.Non enim iurantium eſt virtus, ſed
peccantium pœna perambulat ſemper iniuſtorum prǽuarica
tionem.

¶Item in idololatras. CAP. XV.

A TV autem deus noſter,ſuauis & verus es,patiens,et in mi
ſericordia diſponens omnia.Etenim ſi peccauerimꝰ tui
ſumus,ſcientes magnitudinem tuam:& ſi non peccauerimus,
ſcimus quoniam apud te ſumus computati.Noſſe enim te cō
ſummata iuſtitia eſt,& ſcire iuſtitiam & virtutem tuam radix
eſt immortalitatis.Non enim in errorem induxit nos homi-
nū malæ artis excogitatio,nec vmbra picturæ,labor ſine fru-
ctu,effigies ſculpta per varios colores,cuius aſpectu dat inſen
ſato concupiſcentiam,& diligit mortuæ imaginis effigiem ſi-
ne anima.Malorum amatores digni ſunt morte,qui ſpem ha-
bent in talibus,& qui faciūt illos,& qui diligunt,& qui colūt.
Sed & figulus mollem terram premens laborioſè fingit ad v-
B ſus noſtros vnumquodque vas,& de eodem luto fingit quæ
munda ſunt in vnum vaſa,& ſimiliter quæ his ſunt contraria.
Roma.6.d. Horum autem vaſorum quis ſit vſus,iudex eſt figulus. Et cū
labore vano deum fingit de eodē luto:ille qui paulò antè de
terra factus fuerat,& poſt puſillum reducit ſe vnde acceptus
eſt,repetitus animæ debitum quā habebat.Sed cura eſt illi nō
quia laboraturus eſt,nec q̄m breuis illi vita eſt, ſed concerta-
tur aurificibus & argētariis:ſed & ærarios imitatur,& gloriā
C præfert, quoniam res ſuperuacuas fingit. Cinis eſt enim cor
eius, & terra ſuperuacue ſpes illius, & luto vilior vita eius:
quoniam ignorauit qui ſe finxit,& qui inſpirauit illi animam
quę operatur,& qui inſufflauit ei ſpiritum vitalē.Sed & æſti-
mauerunt luſum eſſe vitam noſtram,& conuerſationem vitæ
compoſitam ad lucrū,& oportere vndecunq̄ etiā ex malo ac
quirere.Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere,qui ex terræ
materia fragilia vaſa,& ſculptilia fingit.Omnes enim inſidian Pſal.113.114.
tes,& infelices ſupra modum animæ ſuæ,ſuperbi ſunt, inimi-
ci populi tui,& imperantes illi,quoniam omnia idola natio-
num deos æſtimauerunt,quibus neque oculorū viſus eſt ad
videndum,neque nares ad percipiendū ſpiritū, neque aures
ad audiendum,neq̄ digiti manuum ad tractandum:ſed & pe
D des eorum pigri ad ambulandū.Homo enim fecit illos,& qui
ſpiritum mutuatus eſt is finxit illos.Nemo enim ſibi ſimilē ho
mo poterit deum fingere.Cum enim ſit mortalis, mortuum
fingit manibus iniquis.Melior enim eſt ipſe his quos colit, q̄a
ipſe quidem vixit cum eſſet mortalis:illi aūt nunq̄.Sed & ani
malia miſerrimi colūt.Inſenſata enim comparata his:illis ſunt
deteriora.Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona po
teſt conſpicere.Effugerunt aūt dei laudē,& benedictionē eiꝰ.

¶Percuſſos ſanat,non herba,ſed uerbo,dator uitæ,angeliciq̄ cibi.
CAP. XVI.

A PRopter hęc & his ſimilia paſsi ſunt dignè tormenta, &
per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.Pro qui
bus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum:quibus dedi-
ſti concupiſcentiam delectamenti ſui nouum ſaporem, eſcam Nume.11.g.
parans eis ortygometrā:vt illi quidem concupiſcētes eſcam,
propter ea quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt,etiam à neceſſaria cō
cupiſcentia auerterētur.Hi aūt in breui inopes facti,nouā gu-
ſtauerunt eſcam.Oportebat enim illis ſine excuſatione quidē
ſuperuenire interitum exercentibus tyrannidem:his autē tan-
tum oſtendere quemadmodum inimici eorum exterminabā-
tur.Etenim cum illis ſuperuenit ſæua beſtiarum ira, morſibꝰ Nume.21.b.
peruerſorum colubrorū exterminabantur.Sed non in perpe
tuum tua ira permanſit,ſed ad correptionem in breui turbati
B ſunt,ſignum habentes ſalutis ad cōmemorationē mandati le-
gis tuæ.Qui enim conuerſus eſt,non per hoc quod videbat
ſanabatur,ſed per te omnium ſaluatorē.In hoc autem oſtēdi-
ſti inimicis tuis,quia tu es qui liberas ab omni malo.Illos em̄ Ex.10.a.8.f. Apoc.7.b.
locuſtarum & muſcarum occiderūt morſus,& non eſt inuen-
ta ſanitas animæ illorū:quia digni erant ab huiuſmodi exter-
minari.Filios aūt tuos,nec draconum,nec venenatorū vice-
runt dentes.Miſericordia enim tua adueniens ſanabat illos.In
memoria enim ſermonū tuorum exterminabantur,& veloci-
ter ſanabantur:ne in altam incidentes obliuionē non poſſent
tuo vti adiutorio.Etenim neque herba,neq̄ malagma ſanabit
eos,ſed tuus domine ſermo qui ſanat omnia.Tu es dn̄e q̄ vitę Deute.32.f. 1.Regū.2.a.
& mortis habes poteſtatē,& deducis vſque ad portas mor- Thob.13.a.
C tis,& reducis.Homo aūt occidit quidem per malitiam animā
ſuam,& cum exierit ſpiritus non reuertetur:nec reuocabit ani Exodi.9.c.
mam quæ recepta eſt:ſed tuā manū effugere impoſsibile eſt.
Negantes enim te noſſe impij per fortitudinem brachij tui fla
gellati ſunt:nouis aquis,& grandinibus,& pluuiis perſecutio-
nem paſsi,& per ignem conſumpti.Quod enim mirabile erat
in aqua,quæ omnia extinguit,plus ignis valebat.Vindex eſt
enim orbis iuſtorum.Quodam enim tempore manſuetaba-
tur ignis ne comburerentur quæ ad impios miſſa erant ani-
malia,ſed vt ipſi videntes ſcirent:quoniam dei iudicio patiun
tur perſecutionem.Et quodam tempore in aqua ſupra virtu Exodi.16.c.
tem ignis exardeſcebat vndique,vt iniquam terræ nationem Nume.11.b.
D exterminaret.Pro quibus angelorum eſca nutriuiſti populū Pſalmo.77.c. Iohan.6.d.
tuū,& paratum panē de cœlo præſtitiſti illis ſine labore,om̄e
dele-



delectamentum in ſe habentem,& omnis ſaporis ſuauitatē.
D Subſtantia enim tua dulcedinem tuam,quam in filios habes
oſtendebat:& deſeruiens vniuſcuiuſq̄ volūtati,ad quod q̄ſ-
que volebat,cōuertabatur.Nix aūt & glacies ſuſtinebāt vim
ignis,& nō tabeſcebant,vt ſcirent q̄m fructus inimicorum ex
Exodi.9.c. terminabat ignis ardēs in grandine,& pluuia coruſcans.Hoc
autē iterum vt nutrirentur iuſti:ignis etiam ſuæ virtutis ob-
litus eſt:creatura enim tibi factori deſeruiens exardeſcit in tor
mentū aduerſus iniuſtos,& lenior ſit ad benefaciendum pro
his qui in te confidunt.Propter hoc & tunc omnia transfigu
rata omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant ad voluntatē
eorum qui à te deſyderati ſunt,vt ſcirent filij tui quos dilexiſti
Deute.8.a. domine,quoniam non natiuitatis fructus paſcunt homines,
Matth.4.a. ſed ſermo tuus hos qui in te crediderint cōſeruat. Quod em̄
ab igne non poterat exterminari,ſtatim ab exiguo radio ſolis
calefactum tabeſcebat,vt notum omnibus eſſet,q̄m oportet
præuenire ſolem ad benedictionem tuam,& ad ortum lucis
te adorare.Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies ta-
beſcet,& diſperiet tanquam aqua ſuperuacua.

¶Iudicia dei magna,quibus mirabilibus pœnis affligit impios.
CAP. XVII.

A MAgna ſunt enim iudicia tua domine,& inenarrabilia
verba tua:propter hoc indiſciplinatæ animæ errauē-
runt.Dum enim perſuaſum habent iniqui,poſſe dominari na
tioni ſanctæ, vinculis tenebrarum et lōgæ noctis cōpediti,in-
Exodi.10.f. cluſi ſub tectis,fugitiui,perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.Et
dum putant ſe latere in obſcuris peccatis,tenebroſo obliuio
nis velamento diſperſi ſunt,pauentes horrendæ,& cum admi
ratione nimia perturbati.Neque enim quæ continebat illos
ſpelunca ſine timore cuſtodiebat:quoniam ſonitus deſcendēs
B perturbabat illos,& ꝑſonę triſtes illis apparentes,pauorē illis
præſtabant.Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumē præ-
Exodi.7.d.et 8.b. bere,nec ſyderum lympidæ flammæ illuminare poterant illā
noctem horrendam.Apparebat autem illis ſubitaneus ignis,
timore plenus:& timore percuſsi illius quæ non videbatur fa
ciei,æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur:& magicę ar-
tis appoſiti erant deriſus,& ſapientiæ gloria correptio cū cō-
tumelia.Illi enim qui promittebāt,timores & perturbatiōes
expellere ſe ab anima languente,hi cum deriſu pleni timore lā-
guebant.Nam & ſi nihil eos ex monſtris perturbabat,trāſitu
animaliū,et ſerpentium ſibilatione cōmoti,tremebundi peri-
bant,& aerem quem nulla ratione quis effugere poſſet negan
tes ſe videre.Frequenter enim præoccupant peſsima,redargu
a dat teſtimo niū condem-nationis. ente conſcientia.Cum ſit enim timida nequitia, [a] data eſt in
omnium condemnationem.Semper enim præſumit ſęua ꝑ-
turbata conſcientia.Nihil enim eſt timor niſi præſumptionis
adiutorium,proditio cogitationis auxiliorum.Et dum ab in
tro minor eſt expectatio,maiorem computat potentiam eiꝰ
cauſę,de qua tormentum præſtat.Illi autem qui impotentem
verè noctem,& ab infimis,& ab altiſsimis ſuperuenientem,eū
dem ſomnum dormientes,aliquando monſtrorum exagita-
bantur timore,aliquando animæ deficiebant traductione.Su
bitaneus enim illis & inſperatus timor ſuperuenerat.Deinde ſi
quiſquam ex illis decidiſſet,cuſtodiebatur in carcere ſine ferro
recluſus.Si enim ruſticus quis erat aut paſtor,aut agri laborū
D operarius præoccupatus eſſet:ineffugibilem ſuſtinebat neceſ
ſitatem.Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.
Siue ſpiritus ſibilans,aut inter ſpiſſos arborum ramos auium
ſonus ſuauis,aut vis aquæ decurrentis nimium, aut ſonus va
lidus p̄cipitantiū petrarū, aut ludentium aīalium curſus inui-
ſus,aut mugientium valida beſtiarum vox,aut reſonans de al
tiſſimis montibus Echo,deficientes faciebat illos præ timore.
Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine,
& non impeditis operibus continebatur.Solis autē illis ſuper
poſita erat grauis imago tenebrarum,quæ ſuperuentura illis
erat.Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenębræ.

¶Dorum Aegyptiorum deſcribitur iudicium.

CAP. XVIII.

A SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem
vocem inimici audiebant,ſed figurā nō videbāt. Et quia Exo.10.f.
non & ipſi eadem paſsi erant magnificabant te:& qui ante lę-
ſi erant,quia non lædebantur,gratias agebant tibi,& vt eſſet
differentia te deum petebant.Propter quod ignis ardentem Exodi.14.c. Pſalm.77.&
columnam ducem habuerunt ignotæ viæ,& ſolem ſine læſu- 104.
ra boni hoſpitij præſtitiſti.Digni quidem illi carere luce,et pa
ti carcerem tenebrarum qui incluſos cuſtodiebāt filios tuos:
per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſeculo dari.Cū Ex.1.c.2.b. 14.f.g.
cogitarent iuſtorum occidere infantes,& vno expoſito filio:
ſed liberato in traductionem illorū,multitudinem filiorū ab-
ſtuliſti,& pariter illos perdidiſti in aqua valida.Illa enim nox
B ante cognita eſt à patribus noſtris,vt verè ſcientes quibus iu-
ramentis crediderunt,animæquiores eſſent.Suſcepta eſt autē
à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum,iniuſtorum autem ex
terminatio.Sicut enim læſiſti aduerſarios noſtros,& nos pro-
uocans magnificaſti.Abſconſe enim ſacrificabant iuſti pueri
bonorum,& iuſtitiæ legem in concordiam diſpoſuerunt ſimi
liter bona & mala percepturos iuſtos,patrum iam decantan-
tes laudes.Reſonabat autem inconueniens inimicorum vox,
& flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.Simili
autem pœna ſeruꝰ cum domino afflictus eſt,& popularis ho Exo.12.d.e.
C mo regi ſimilia paſſus.Similiter ergo om̄es vno nomine mor
tis mortuos habebant innumerabiles.Nec enim ad ſepelien-
dum viui ſufficiebant,quoniam vno momento quę erat prę-
clarior,natio illorum exterminata eſt.De omnibus enim non
credentes propter beneficia,tunc quum primum fuit extermi
nium primogenitorum,ſpoponderunt populum dei ſe eſſe.
Cum enim quietum ſilentium cōtineret omnia,& nox in ſuo
curſu medium iter haberet:omnipotens ſermo tuus domine
exiliens de cœlo à regalibus ſedibus,durus debellator in me-
diam exterminij terram proſiliuit, gladius acutus inſimulatū
imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte,&
vſq̄ ad cœlum attingebat ſtans in terra.Tunc continuo viſus
ſomniorū malorū turbauerūt illos,& timores ſuꝑuenerūt in-
ſperati.Et alius alibi ꝓiectus ſemiuiuꝰ ꝓpter quā moriebatur
cauſam demōſtrabat mortis.Viſiōes em̄ q̄ illos turbauerunt
hęc p̄monebant,ne inſcij quare mala patiebātur,perirent.Te-
tigit aūt tūc & iuſtos tentatio mortis,& cōmotio in eremo fa
cta eſt multitudinis.Sed nō diu ꝑmanſit ira tua.Properās em̄
D homo ſine querela deprecari pro populis,proferēs ſeruitutis Nume.16.g.
ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem alli-
gans reſtitit iræ,& finem impoſuit neceſſitati,oſtendens,quo-
niam tuus eſt famulus.Vicit autem turbas non in virtute cor
poris,nec armatura potentiæ,ſed verbo illum qui ſe vexabat
ſubiecit,iuramenta parentum, & teſtamētum commemorās.
Cū em̄ iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui,in
terſtitit,& amputauit impetū,& diuiſit illā quæ ad viuos du-
cebat viam.In veſte enim pōderis quam habebat, totus erat
orbis terrarum,& parentum magnalia in quatuor ordinibus Exo.28.d.
lapidum erant ſculpta,& magnificentia tua in diademate ca-
pitis illius ſcripta erat. His autem ceſſit qui exterminabat, &
hæc extimuit. Erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

¶Impios noua mors cruciabit,pios uero exaltabit dominus.
CAP. XIX.

A IMpijs autem vſque in nouiſſimum ſine miſericordia ira ſu
peruenit.Prǽſciebat enim et futura illorum:quoniam cum
ipſi permiſiſſent vt ſe educerent, & cum magna ſolicitudine
præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitentiæ actus.
Adhuc enim inter manus habentes luctum,& deplorantes ad
monumenta mortuorum,aliam ſibi aſſumpſerunt cogitatio
nem inſcientiæ:& quos rogantes proiecerant, hos tanquam
fugitiuos perſequebantur. Ducebat enim illos ad hunc fi-
nem digna neceſſitas,& horum quæ acciderant commemo-
rationem amittebant,vt quæ deerant tormentis,repleret pu-
nitio,& populus quidem tuus mirabiliter trāſiret,illi autem

nouam mortem inuenirent. Omnis creatura ad ſuum genus
B ab initio refigurabatur deſeruiens tuis præceptis, vt pueri cuſtodirentur illæſi. Nam nubes caſtra eorū obumbrabat, & ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimēto, & campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monſtra. Tanquam enim equi depauerunt eſcam, & tanq̃ agni exultauerunt, magnificantes te domine, qui liberaſti illos. Memores enim erant adhuc eorū quę in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium produxit terra muſcas, & pro piſcibus eructauit fluuiꝰ multitudinem ranarum. Nouiſsime autem viderūt nouam creaturam auium, quum abducti concupiſcentia poſtulauerunt eſcas epulationis. In allocutione enim deſyderij aſcendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribꝰ ſuperuenerunt, non ſine illis quæ ante facta erant argumentis per vim fluminum. Iuſtè enim patiebantur ſecundum ſuas nequitias. Etenim deteſtabiliorē inhoſpitalitatē inſtituerūt. Alij quidem ignotos non recipiebant aduenas: alij autem bonos hoſpites in ſeruitutem redigebant. Et non ſolum hæc, ſed & alius quidem reſpectꝰ illorum erat: quoniam inuiti receperūt extraneos. Qui aūt cū lætitia receperunt hos, qui eiſdē vſi erāt
D inſtitutis, ſęuiſsimis affixerunt doloribus. Percuſsi ſunt aūt cęcitate, ſicut illi in foribus iuſti, cū ſubitaneis cooperti eſſent tenebris. *Gene.19.c.* Vnuſquiſque tranſitum oſtij ſui quærebat. In ſe enim elementa dum cōuertuntur ſicut in organa qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt. Vnde æſtimari ex ipſo viſu certo poteſt. Agreſtia enim in aquatica conuertebantur, & quæcūque erant natantia, in terra tranſibāt. Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutē, & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur. Flammę econtrario corruptibilium animalium nō vexauerūt carnes coambulantiū, nec diſſoluebāt, illam quæ facile diſſoluebatur, ſicut glacies bonā eſcam.

In omnibus enim magnificaſti populum tuum
domine & honoraſti, & non deſpexiſti
in omni tempore, & in omni loco
aſsiſtens eis.

F I N I S.

## Prologus libri Ieſuah filij Sirach, qui Eccleſiaſticus appellatur.

*MVltorum nobis & magnorū per legem & prophetas, aliosq; qui ſecuti ſunt illos, ſapientia demonſtrata eſt, in quibus oportet laudare Iſrael doctrinæ & ſapientiæ cauſa: quia non ſolum ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiam extraneos poſſe & diſcentes & ſcribentes doctiſsimos fieri. Auus meus Ieſuah poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarū & aliorum librorum, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt, uoluit & ipſe ſcribere aliquid horum quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent, ut deſyderātes diſcere, & illorū periti fieri, magis magisq; attendant animo, & confirmentur ad legitimam uitam. Hortor itaq; uenire uos cū beneuolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & ueniam habere in illis in quibus uidemur, ſequentes imaginem ſapientiæ, & deficere in uerborum cōpoſitione. Nam deficient uerba Hebraica quādo fuerint a translata ad alteram linguam. Non aūt ſolum hæc, ſed & ipſa lex & prophetæ, cæteraq; aliorum librorum, non paruam habent differētiam quando inter ſe dicuntur. Nam in octauo & triceſimo anno, temporibus Ptolemæi Euergetis regis poſtquam perueni in Aegyptum, & cum multum temporis ibi fuiſſem, inueni ibi libros relictos non paruæ, neq; contemnendæ doctrinæ. Itaq; bonū & neceſſarium putaui, & ipſe aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum iſtum & multa uigilia attuli doctrinam in ſpacio tēporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum iſtum dare, & illis qui uolunt animum intendere & diſcere, quemadmodum oportet inſtituere mores qui ſecundum legem domini propoſuerint uitam agere.*

a Nulli igitur tranſlationi penitus fidendum.

# Eccleſiaſticus.

A domino eſt ſapientia, Illius initium timor domini.

C A P V T I.

A OMNIS SAPIENTIA à domino deo eſt, et cum illo fuit ſemper & eſt ante æuum. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſsi, quis dimenſus eſt? Sapientiam dei præcedentem omnia quis inueſtigauit? Prior omnium creata eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons ſapientiæ verbū dei in excelſis, & ingreſſus illius mādata æterna. Radix ſapientiæ cui reuelata eſt, & aſtutias illius quis cognouit? Diſciplina ſapientiæ cui reuelata eſt, & manifeſtata, & multiplicationem ingreſſus illiꝰ quis intellexit? Vnus & altiſsimus creator omniū, omnipotens & rex potens & metuendus nimis: ſedens ſuper thronum illius, & dominans deus. Ipſe creauit illam in ſpiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & menſus eſt. Et effudit illā ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnē carnem, ſecūdū datum ſuū, & prębet illam diligentibus ſe. Timor domini gloria, & glo-
B riatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor dn̄i delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudine dierum. Timenti dominū bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuę benedicetur. Dilectio dei honorabilis ſapientia: quibus autē apparuerit in viſu, diligunt eam, in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum. Initium ſapientiæ timor dn̄i, & cum fidelibus in vulua cōcreatū eſt, & cū electis fœminis graditur et cū iuſtis & fidelibus agnoſcitur. Timor dn̄i ſcientiæ religioſitas. Religioſitas cuſtodiet, & iuſtificabit cor, iocūditatē atq; gaudiū dabit. *Pro.1.a.9.c.* Timenti deū bene erit, & in diebus cōſolatiōis illius *Pſalmo.110.*
C benedicetur. Plenitudo ſapiētiæ timere deū, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à theſauris illius. Corona ſapientiæ timor dn̄i, germinans pacem, & ſalutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam. Vtraque aūt ſunt dona dei. Scientiā, & intellectum prudētiæ, ſapientia cōpartietur, & gloriam tenētiū ſe exaltat. Radix ſapientiæ eſt timere deū, & rami illius longęui. In theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas, execratio autem peccatoribus ſapientia. Timor dn̄i expellit peccatū. Nā qui ſine timore eſt, nō poterit iuſtificari: iracundia enim ani-
D moſitatis illius ſubuerſio illius eſt. Vſque in tp̄s ſuſtinebit patiēs, & poſtea redditio iocunditatis. Bonꝰ ſenſus vſq; in tēpus abſcōdet verba illius, & labia multorū enarrabūt ſenſum illiꝰ. In theſauris ſapiētiæ ſignificatio diſciplinæ; execratio aūt peccatori cultura dei. Fili cōcupiſcēs ſapientiā cōſerua iuſtitiā, & deꝰ p̄bebit illā tibi. Sapiētia eīm et diſciplina timor dn̄i: & qđ bn̄placitū eſt illi fides & māſuetudo, & adimplebit theſauros illiꝰ. Cōtumax nō ſis, & incredibilis timori dei, & ne acceſſeris ad illū duplici corde. Ne fueris hypocrita in cōſpectu hoīm, & non ſcādalizeris in labiis tuis. Attēde in illis ne forte cadas, & adducas animæ tuę inhonorationem, & reuelet deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te: qm̄ acceſſiſti maligne ad dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

¶ Seruus dei ſit patiens laborū, timeat dn̄m. Væ maleficientibus. Timoris effectus. C A P. I I.

A FIli accedens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & ſuſtine, & inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus, & ne feſtines in tēpus obductionis. Suſtine ſuſtentationes dei: cōiungere deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſsimo vita tua. Om̄e qđ tibi applicitū fuerit, accipe: & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argētum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede deo & recuperabit te, & dirige viam tuā
B & ſpera in illum. Serua timorem illius, & in illo veteraſce. Metuentes dominum ſuſtinete miſericordiam eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dominū credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis dominum ſperate in illum, & in oblectationē veniet vobis miſericordia. Qui timetis dominum diligite illum, & illuminabūtur corda ueſtra. Reſpicite filij nationes hominum & ſcitote, quia nullus ſperauit
C in domino, & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis *Pſalmo.36.* eius, et derelictꝰ eſt? Aut q̄s inuocauit eū, et deſpexit illū? Quoniam pius & miſericors eſt deus, & remittit in die tribulatiōis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Væ duplici corde & labiis ſceleſtis, & manibus maleſacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Væ diſſolutis corde, qui non credunt deo, & ideo non protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerūt
D vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient, cum inſpicere cœperit dominus? Qui timent dominum non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum conſeruabunt verbum illius. Qui timent dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius. Qui timent dominum præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent dominum cuſtodiunt mandata eius, & patientiam habebūt vſq; ad inſpectionem illius dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem illius, ſic & miſericordia illius cū ipſo eſt.

¶ Patrem audi & uenerare, ſisq; humilis, ſapiens corde, ſobrie tamen impartire eleemoſynam. C A P. I I I.

A FIlij ſapientiæ eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio. Iudiciū patris audite filij: & ſic facite, vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filiis, & iudicium matris exquirens firmauit in filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierū exaudietur: & ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. *Exodi.20.c. Deute.5.a. Matt.15.a. Marc.7.b. Ephe.6.a.* Qui honorat matrem ſuā iocundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui ti-
B met dominū honorat parentes: & quaſi dominus ſeruiet his qui ſe genuerunt, in opere, & ſermone, & omni patientia. Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à deo, & benedictio illius in nouiſſimo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui non enim eſt tibi gloria, ſed cōfuſio. Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui, & non contriſtes eum in vita illius, & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in tua virtute. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuionem. Nam pro peccato matris reſtituetur
C tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies ſoluentur peccata tua. Quàm malæ famæ eſt qui derelinquit patrem, & eſt maledictus à deo qui exaſperat matrem. Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominū gloriā diligeris. Quanto magnus es humilia te in omnibus, & corā deo inuenies gratiam: *Prou.25.d.* qm̄ magna potentia dei ſolius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ pręcepit tibi deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebꝰ noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominū oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate
D detinuit ſenſus illorum. Cor durum habebit male in nouiſſimo, & qui amat periculū in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & paruum cor in illis ſcandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum. Sinagogę ſuperborum non erit ſanitas: fructex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. Cor ſapientis intelligetur in ſapientia, & auris bona audiet cū omni concupiſcentia ſapientiam. Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam. *Daniel.4.* Meminit in poſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

¶ Opera fac miſericordiæ, malumq; conſitere & protege iuſtitiam. C A P. I I I I.

A FIli eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuertas à paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris, *Thob.4.b.* & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti. Rogationem contribulati ne abiicias, & nō auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope auertas oculos tuos propter irā, & non relinquas querentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam,
B & redde debitum tuum, & reſponde illi pacificè in manſuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de manu ſuperbi, & nō acide feras in anima tua. In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quàm mater. Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & præibit in via iuſtitię, & qui illā diligit, diligit vitā, & q̃ vigilauerint ad illam complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam, vitā hæreditabunt, & quò introibit benedicet deus. Qui ſeruiunt ei obſequētes erunt ſancto, & eos qui diligunt illam diligit deus. Qui audit illam iudicabit gentes, & qui intuetur illam per-
C manebit confidens. Si crediderit ei hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum, quoniā in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. Timorem, & metum, & probationem inducet ſuper illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eum in cogitationibꝰ ſuis, & credat animę illius. Et firmabit illum, & iter ducet directum ad illum, & lætificabit illum, & denudabit abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intellectum iuſtitiæ. Si autem oberrauerit derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici ſui. Fili conſerua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio adducēs peccatum, & eſt confuſio adducens, gloriam, & gratiam. Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam: nec aduerſus animam tuam mendacium. Ne reuerearis proximum tuū in caſu ſuo:
D nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo. In lingua enim ſapiētia dignoſcitur, & ſenſus & ſcientia & doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubiicias te omni homini pro peccato. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris cōtra ictū fulminis. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertēs domeſticos tuos, & opprimēs ſubiectos tibi. Nō ſit porrecta manꝰ tua ad accipiendū, et ad dandū collecta.

¶ Iniquis ne fidas diuitiis, ſed uindictam dei time, conuerti ſtudeas, eſſe ſuſurro caue. C A P. V.

A NOli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris, eſt mihi ſufficiens vita. Nihil enim proderit in tēpore vindictæ & obductionis. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiā cordis tui, & ne dixeris: Quomodo potuit aut quis

me ſubiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindica-
B bit. Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus
Prou.10.a enim eſt patiens redditor. De propiciato peccato noli eſſe ſine
metu, necq; adiicias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas: Mi-
ſeratio domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum
miſerebitur. Miſericordia em̄ & ira ab illo cito proximant, &
in peccatores reſpicit ira illius. Non tardes conuerti ad domi-
num, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illi-
C us, & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli eſſe anxius in di-
uitiis iniuſtis, non enim proderunt tibi in die obductionis, &
Prouerb.11.a vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in
omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici
lingua. Eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui, &
ſcientia, & proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ. Eſto man-
ſuetus ad audiendum verbum dei, vt intelligas, & cum ſapien-
D tia proferes reſponſum verum. Si eſt tibi intellectus reſponde
proximo, ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris
in verbo indiſciplinato, & cõfundaris. Honor & gloria in ſer-
mone ſenſati, lingua verò imprudẽtis ſubuerſio eſt ipſius. Nõ
appelleris ſuſurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris, & con-
fundaris. Super furem enim eſt confuſio, & pœnitentia, & de-
notatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, et
inimicitia, & cõtumelia. Iuſtifica puſillum, & magnũ ſimiliter.

¶ Si non ſuperbis, conſeruas & paras amicos, ſapientiæ ab ineunte ætate operam dato. C A P. V I.

A NOli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium
enim & contumeliam malus hæreditabit, & om̄is pec-
cator inuidus, & bilinguis. Non te extollas in cogitatione ani-
mæ tuæ velut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiã,
& folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris ve-
lut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdet
qui ſe habet, & in gaudiũ inimicis dat illum, & deducet in ſor-
tem impiorum. Verbũ dulce multiplicat amicos, & mitigat
inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundabit. Mul-
ti pacifici ſunt tibi, & conſiliarius ſit ſibi vnus de mille. Si poſſi-
des amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas ei te
ipſum. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non per-
manebit in die tribulationis. Et eſt amicus qui conuertitur ad
inimicitiam, & eſt amicus qui odium & rixam & conuitia de-
B nudabit. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit
in die neceſſitatis. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi
a Si humiliatus fueris, erit contra te. coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget. [a] Si humilia-
uerit ſe contra te, & à facie tua abſconderit ſe: vnanimẽ habe-
bis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis
tuis attende. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inue-
nit illum, inuenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt cõparatio,
& non eſt digna ponderatio auri, & argenti contra bonita-
tem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitę, & immor-
talitatis, & qui metuunt dominum inuenient illum. Qui timet
Deum æquam habebit amicitiã bonam, quoniam ſecundum
illum erit amicus illius. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam,
& vſque ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is qui arat, &
C qui ſeminat accede ad eam, & ſuſtine bonos fructus illius. In
opere em̄ ipſius exiguum laborabis, & cito edes de generatio-
nibus illius. Quàm aſpera eſt nimium ſapientia indoctis homi-
nibus, & non permanebit in illa excors. Quaſi lapidis virtus
probatio erit illis, & non demorabuntur proiicere illam. Sa-
pientia enim doctrinæ ſecuudum nomen eſt eius, & non eſt
multis manifeſta. Quibus autem cognita eſt permanet vſque
ad conſpectum dei. Audi fili & accipe conſilium intellectus,
& ne abiicias conſilium meum. Iniice pedem tuum in compe-
des illius, & in torques illius collum tuum. Subiice humerum
tuum, & porta illam, & ne inimiceris vinculis eius. In omni ani-
mo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conſerua vias
eius. Inueſtiga illam & manifeſtabitur tibi, & continens factus
ne derelinquas eam. In nouiſſimis enim inuenies requiẽ in ea,
& conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes
eius in protectione fortitudinis, & baſes virtutis, & torques
D illius in ſtolam gloriæ. Decor enim vitæ eſt in illa, & vincula il-
lius alligatura ſalutis. Stola gloriæ indues eam, & coronã gra-
tulationis impones tibi. Fili ſi attenderis mihi diſces eam, & ſi
accommodaueris animum tuum, ſapiens eris. Si inclinaueris
aurem tuam excipies doctrinam: & ſi dilexeris audire, ſapiens
eris. In multitudine preſbyterorum prudentium ſta, & ſapien-
tiæ illorum ex corde coniunge te, vt omnem narrationem dei
poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et ſi vi-
deris ſenſatum euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exte-
rat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis dei, & in
mandatis illius maxime aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibit cor, &
concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

¶ Fuge malum, iuſtificationem tuiipſius, mendacia, ruſticationem ne oderis, liberos colloca, deum honora, & memorare nouiſſima.
C A P. V I I.

A NOli facere mala, & non te apprehendent: diſcede ab ini-
quo, & deficient mala abs te. Fili non ſemines mala in
ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. Noli quærere
ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non
te iuſtifices ante deum: quoniam agnitor cordis ipſe eſt, & pe-
nes regem noli velle videri ſapiens. Noli quærere fieri iudex,
niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas
faciem potentis, & pones ſcandalum in agilitate tua. Non pec-
ces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, necq;
alliges duplicia peccata. Nec em̄ in vno eris immunis. Noli eſ-
ſe puſillanimis [a] in animo tuo exorare, & facere eleemoſynam
ne deſpicias. Ne dicas in multitudine munerum meorum re- a in animi tui oratione
ſpiciet de⁹, et offerẽte me deo altiſſimo munera mea ſuſcipiet.
B Non irrideas hominem in amaritudine animæ, eſt enim qui
humiliat, & exaltat circunſpector deus. Noli amare mendaci-
um aduerſus fratrem tuum, neque in amicum ſimiliter facias.
Noli velle mentiri omne mendacium, aſſiduitas enim illius
non eſt bona. Noli uerboſus eſſe in multitudine presbyterorũ
& non iteres verbum in oratione tua. Non oderis laborioſa
opera, & ruſticationem creatam ab altiſſimo. Non te repures
in multitudine indiſciplinatorum. Memento iræ, quoniam
non tardabit. Humilia valde ſpiritum tuum: quoniam vindi-
cta carnis impij, ignis & vermis. Noli præuaricari in ami-
cum pecuniam differentem, neque fratrem chariſſimum in au-
ro ſpreueris. Noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quã ſor-
C titus es in timore domini: gratia enim verecundiæ illius ſuper
aurum. Non lædas ſeruum in veritate operantem, necq; merce-
narium dantem animam ſuam. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus
quaſi anima tua: non defraudes illum libertate, necq; inopem
derelinquas illum. Pecora tibi ſunt: attende illis: & ſi ſunt vtilia
perſeuerent apud te. Filij tibi ſunt: erudi illos, & curua illos à
pueritia eorũ. Filiæ tibi ſunt: ſerua corpus illarũ, & non oſten-
das hilarem faciẽm tuã ad illas. Trade filiã, & grande opus fece-
ris, & homini ſenſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſecundum ani-
mam tuam, nõ proiicias illam, & odibili non credas te in to-
to corde tuo. Honora patrem tuũ, & gemitus matris tuæ ne
D obliuiſcaris. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſ-
ſes, & retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua ti- Supra.3.b.
me dñm, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni vitute dilige e-
um q te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. Honora deum
ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes, & propurga te cũ
brachiis. Da illis partem ſicut mandatum eſt tibi primitiarum
& purgationis, & de negligentia tua purga te cum paucis. Da- Thob.4.a.
tum brachiorum tuorum & ſacrificium ſanctificationis offe-
res domino, & initia ſanctorum: & pauperi porrige manum Leuit.2.a.
tuam, vt perficiatur propiciatio, & benedictio tua: Gratia do-
mini in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas Matth.25.d.
gratiam. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugẽ-
tibus ambula. Non te pigeat viſitare infirmum, ex his enim in
dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare
nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

¶ Non



¶ Non litiges cum potente, diuite, & loquace, A ſenibus diſce, nec omnibus tua conſilia crede. C A P. V I I I.

A NOn litiges cum homine potente: ne fortè incidas in ma-
nus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne fortè
econtra conſtituat litem tibi. Multos enim perdidit aurum, &
argentum, & vſq; ad cor regum extendit, & conuertit. Non li-
tiges cum homine linguato, & nõ ſtrues in ignem illius ligna.
Non communices homini indocto: ne male de progenie tua
loquatur. Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, ne-
B que improperes ei. Memento quoniam omnes in corruptiõ-
ne ſumus. Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute, etenim ex no-
bis ſeneſcũt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciens quo-
niam omnes morimur, & in gaudium volumus venire. Ne
deſpicias narrationem preſbyterorum ſapientium, & in pro-
uerbiis eorum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiam &
doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine querela. Non
C te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt à patri-
bus ſuis. Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore
neceſſitatis dabis reſponſum. Non incendas carbones pecca-
torum arguẽs eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum
illorũ. Ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſi-
diator ori tuo. Noli fœnerari homini fortiori: te quòd ſi fœ-
neraueris, quaſi perditum habe. Non ſpondeas ſuper virtutẽ
tuam: quòd ſi ſpoponderis quaſi reſtituens cogita. Non iudi-
D ces contra iudicẽ, qm̄ ſecundum quod iuſtũ eſt iudicat. Cum
audace non eas in via, ne fortè grauet mala ſua in te. Ipſe enim
ſecundum voluntatem ſuã vadit, & ſimul cum ſtultitia ipſius
peribis. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non
eas in deſertum: qm̄ quaſi nihil eſt ante illũ ſanguis, & vbi non
eſt adiutoriũ elidet te. Cum fatuis conſilium non habeas: non
enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent. Coram extraneo
ne facies conſilium, neſcis enim quid pariet. Non omni homi-
ni cor tuum manifeſtes, ne fortè inferat tibi gratiam falſam, &
conuitietur tibi.

¶ Mulieri noli te credere, & ne deſerito ueterem amicum, conuiuas habeto iuſtos uiros. C A P. I X.

A NOn zeles mulieres ſinus tui: ne oſtendat ſuper te malitiã
doctrinæ nequam. Non des mulieri poteſtatem animę
tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & cõfundaris. Ne reſpicias
mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. Cum
ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in ef-
ficacia illius. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandaliſeris in
decore illius. Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne per-
das te & hæreditatem tuam. Noli circunſpicere in viis ciuita-
B tis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciam tuam à mu-
liere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienã. Propter ſpe-
ciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi
ignis exardeſcit. Omnis mulier quę eſt fornicaria, quaſi ſtercus
in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Speciẽ mu-
lieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt: colloquium e-
nim illius quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere nõ ſedeas
omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & non alterce-
C ris cum illa in vino: ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſan-
guine tuo labaris in perditionem. Ne derelinquas amicum an-
tiquum, nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum, ami-
cus nouus. Veteraſcat, & cum ſuauitate bibas illud. Nõ zeles
gloriam & opes peccatoris, non enim ſcis quæ futura ſit illius
ſubuerſio. Non placeat tibi iniuria iuſtorum, ſciens quoniam
vſque ad inferos nõ placebit impius. Lõge abeſto ab homine
poteſtatem habente occidendi, & non ſuſpicaberis timorem
mortis. Etſi acceſſeris ad illum, noli aliquid cõmittere, ne for-
tè auferat vitam tuam. Communionem mortis ſcito, quoniã
D in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolẽtium arma am-
bulabis. Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, &
cum ſapientibus & prudentibus tracta. Viri iuſti ſint tibi con-
uiuæ, & in timore dei ſit tibi gloriatio, & in ſenſu ſit tibi cogi-
tatus dei, & omnis enarratio tua in pręceptis altiſſimi. In ma-
nu artificum opera laudabuntur, & principes populi in ſapiẽ-
tia ſermonis ſui: in ſenſu verò ſeniorum verbum. Terribilis eſt
in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo o-
dibilis erit.

¶ De ſapiente, iudice, auaritia, ſuperbia, modeſtia, & gloria.
C A P. X.

A IVdex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſen-
ſati ſtabilis erit. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri
eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Rex
inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur
per ſenſum prudentiũ. In manu dei poteſtas terræ, & execrabi-
lis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem ſuſcitabit in
tempus ſuper illam. In manu dei poteſtas hominis, & ſuper fa-
ciem ſcribæ imponet honorem ſuum. Omnis iniuriæ proxi-
mi ne memineris, & nihil agas in operibus iniurię. Odibilis co-
B ram deo eſt & hominibus ſuperbia, & execrabilis oĩs iniqui-
tas gentium. Regnum à gente in gentẽ transfertur, propter in-
iuſtitias, & iniurias, & contumelias: ad diuerſos dolos. Auaro
autẽ nihil eſt ſceleſtius. Quid ſupbis terra & cinis? Nihil eſt ini-
quius q̄ amare pecuniã. Hic enim & animam ſuam venalẽ ha-
bet, qm̄ in vita ſua proiecit intima ſua. Omnis potẽtatus bre-
uis vita: languor prolixior grauat medicum. Breuem languo-
rem prædicit medicus, ſicut & rex hodie eſt, & cras morietur.
Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias,
& vermes. Initium ſuperbię hominis apoſtatare à deo, qm̄ ab
eo qui fecit illum receſſit cor eius, qm̄ initiũ omnis peccati eſt
ſuperbia. Qui timuerit illam adimplebitur maledictis, & ſub-
uertet eum in finẽ. Propterea exhonorauit dñs conuentus ma-
lorum, & deſtruxit eos vſque in finẽ. Sedes ducum ſuperborũ
C deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gentium
ſuperbarũ arefecit deus, & plãtauit humiles ex ipſis gentibus.
Terras gentiũ euertit dominus, & perdidit eas vſq; in funda-
mentum. Arefecit deus ex ipſis & diſperdidit eos, & ceſſare fe-
cit memoriã eorum à terra. Memoriã ſuperborum perdidit
deus, & reliquit memoriam humiliũ ſenſu. Non eſt creata ho-
minibus ſuperbia, necq; iracundia nationi mulierũ. Semen ho-
minum honorabitur hoc quod timet deum, ſemen autẽ hoc
exhonorabitur quod præterit mandata dñi. In medio fratrũ
rector illorum in honore, & qui timent dñm erunt in oculis
illius. Gloria diuitum honoratorum, & pauperum timor dei
eſt; non deſpicere hominẽ iuſtũm pauperem, & nõ magnifi-
D care virum peccatorẽ diuitem. Magnus eſt iudex, & potẽs eſt
in honore, & nõ eſt maior illo qui timet deum. Seruo ſenſato Prou.17.a.
liberi ſeruient, & vir prudens & diſciplinatus non murmura-
bit correptus, & inſcius non honorabitur. Noli extollere te in
faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore anguſtiæ. Me- Prou.12.c.
lior eſt qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui glori-
atur, & eget pane. Fili in maſuetudine ſerua animam tuã, & da
illi honorem ſecundum meritum ſuum. Peccãtem in animam
ſuam, quis iuſtificabit? Et quis honorificabit exhonorantẽ ani-
mã ſuam? Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuũ,
& eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiã ſuam. Qui
autem gloriatur in paupertate, quantomagis in ſubſtantia? Et
qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur.

¶ Sapientia eſt quæ exaltat, quæ recte conſiderat, recte iudicat, omnia a domino, qui humilem exaltat, ſuperbumq; deprimit.
C A P. X I.

A SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio ma- Iohan.7.c.
gnatorum concedere illum faciet. Non laudes virum in
ſpecie ſua. Neque ſpernas hominem in viſu ſuo. Breuis in vo-
latilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In ve-
ſtitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris.
Quoniam mirabilia opera altiſſimi ſolius, & glorioſa, &
abſconſa, & inuiſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in
throno, & inſuſpicabilis portauit diadema. Multi poten-
tes oppreſſi ſunt valde, & glorioſi traditi ſunt in manus
alterorum. Priuſquam interroges, ne vituperes quenquam:

& cum interrogaueris,corripe iuſtè,Priuſquam audias,ne re-
ſpondeas verbum,& in medio ſeniorum ne adiicias loqui,De
B ea re quæ te non moleſtat ne certaris,& in iudicio peccantium
Prou.18.c. ne conſiſtas, Fili ne in multis ſint actus tui,& ſi diues fueris nō
eris immunis à delicto.Si enim ſecutus fueris non apprehen-
des,& non effugies ſi præcurreris.Eſt homo laborans & feſti-
nans & dolens impius,& tanto magis non abundabit.Eſt ho
mo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute,&
abundans paupertate,& oculus dei reſpexit illum in bono,&
erexit eum ab humilitate ipſius,& exaltauit caput eius,& mi-
rati ſunt in illo multi,& honorauerunt deum.Bona & mala,
vita et mors,paupertas & honeſtas à deo ſunt.Sapientia diſci-
plina & ſcientia legis apud dominum,dilectio & viæ bonorū
apud ipſum.Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt:
qui autem exultant in malis conſeneſcunt in malo. Datio dei
C permanet iuſtis,& profectus illius ſucceſſus habebit in æter-
Lucæ.2.c. num.Eſt qui locupletatur parce agendo,& hæc eſt pars mer-
cedis illius in eo quod dicit:inueni requiem mihi,& nunc mā
ducabo de bonis meis ſolus:& neſcit quòd tempus prætere-
at illum,& mors appropinquet,& relinquet omīa aliis,& mo
rietur.Sta in teſtamento tuo,& in illo colloquere,& in opere
mandatorum tuorum veteraſce.Ne manſeris in operibꝰ pec
catorum.Confide autē in deo,& mane in loco tuo.Facile eſt
enim in oculis dei,ſubitò honeſtare pauperem.Benedictio dei
in mercedem iuſti feſtinat,& in honore veloci proceſſus illius
Infra.18.d. fructificat.Ne dicas:Quid eſt mihi opus,& quæ erunt mihi ex
D hoc bona?Ne dicas:Sufficiens mihi ſum,& quid ex hoc peſſi-
mabor?In die bonorum ne immemor ſis malorum,& in die
malorum ne immemor ſis bonorum:quoniā facile eſt coram
deo in die obitus retribuere vnicuiq; ſecundum vias ſuas.Ma
litia horæ obliuionem facit luxuriæ magnę,& in fine hominis
denudatio operum illius.Ante mortem ne laudes hominem
quenquā,qm̄ in filiis ſuis agnoſcitur vir.Non omnem homi-
nem inducat in domum tuam:multæ enim ſunt inſidiæ dolo
ſi.Sicut em̄ eructant præcordia fœtentium,& ſicut perdix in-
ducitur in caueam,& vt caprea in laqueum,ſic & cor ſuper-
borum,& ſicut proſpector videns caſum proximi ſui.Bona
enim in mala conuertens inſidiatur,& in electis imponet ma-
culam.A ſcintilla enim vna augetur ignis:homo verò pecca-
tor ſanguini inſidiatur.Attende tibi à peſtifero,fabricat enim
mala,ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetu-
um.Admitte ad te alienigenam,& ſubuertet te in turbine,&
abalienabit te in viis propriis.

¶Iuſtis benefac,caue inimicos. C A P. X I I.

A SI benefeceris,ſcito cui feceris,& erit gratia in bonis tuis
multa.Benefac iuſto,& inuenies retributionem magnam:
& ſi non ab ipſo,certè à domino.Non eſt enim ei bene qui aſ-
ſiduus eſt in malis,& eleemoſynas non danti:quoniam & al-
tiſſimus odio habet peccatores,& miſertus eſt pœnitentibus.
Da miſericordi,& ne ſuſcipias peccatorem:& impiis,& pecca
toribus reddet vindictam,cuſtodiens eos in diem vindictæ.
B Da bono,& non receperis peccatorem.Benefac humili,& nō
dederis impio.Prohibe panem illi dare,ne in ipſis potentior
te ſit.Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcun
que feceris illi,quoniam & altiſſimus odio habet peccatores,
& impiis reddet vindictam:Non agnoſcetur in bonis amicꝰ,
& non abſcondetur in malis inimicus.In bonis viri inimici il-
C lius,in triſtitia,& in malitia illius amicus agnitus eſt. Non cre-
das inimico tuo in æternum.Sicut enim æramentum ærugi-
nat nequitia illius.Et ſi humiliatꝰ vadat curuus abiice animum
tuum,& cuſtodi te ab illo.Non ſtatues illum penes te,nec,ſe-
deat ad dexteram tuam:ne conuerſus ſtet in loco tuo,ne for-
te conuerſus in locum tuum inquirat cathedram tuam,& in
nouiſſimo cognoſcas verba mea,& in ſermonibus meis ſtimu
leris,quis miſerebitur incantatori à ſerpēte percuſſo,& omni
bus qui appropiant beſtiis?Sic & qui comitatur cū viro ini-
quo,& inuolutus eſt in peccatis eius.Vna hora tecum perma
nebit.Si autem declinaueris,non ſupportabit.In labiis ſuis in-
dulcat inimicus,& in corde ſuo inſidiat̄,vt ſubuertat te in fo-
D ueam.In oculis ſuis lachrymatur inimicus,& ſi inuenerit tem-
pus non ſatiabitur ſanguine:& ſi incurrerint tibi mala,inueni-
es eum illic priorem:& quaſi adiuuans,ſuffodiet plantas tuas.
Caput ſuum mouebit & plaudebit manu,& multa ſuſurrans
commutabit vultum ſuum.

¶Societas cum ſimilibus,non diuitibus & ſuperbis ineunda.
C A P. X I I I.

A QVi tetigerit picem inquinabitur ab ea,& qui commu
nicauerit ſuperbo,induet ſuperbiam,Pondus ſuper ſe
tollit,qui honeſtiori ſe communicat.Et ditiori te,ne ſocius fue
ris.Quid communicabit cacabus ad ollam?Quando enim ſe
colliſerint confringetur.Diues iniuſtè agit,& fremebit,pauper
autem læſus tacebit.Si largitus fueris aſſumet te,& ſi non ha-
bueris derelinquet te.Si habes conuiuet tecum,& euacuabit
te,& ipſe non dolebit ſuper te.Si neceſſarius illi fueris ſupplan
tabit te,& ſubridens ſpem dabit,narrans tibi omnia bona:&
B dicet:quid opus eſt tibi?& confundet te in cibis tuis,donec ti
bi exinaniat bis & ter,& in nouiſſimo deridebit te.Poſtea vi-
dens derelinquet te,& caput ſuum mouebit ad te. Humiliare
deo,& expecta manus eius.Attende,ne ſeductus in ſtultitia hu
milieris.Noli eſſe humilis in ſapientia tua,ne humiliatus in ſtul
titia ſeducaris.Aduocatus à potentiore diſcede,ex hoc enim
magis te aduocabit.Ne improbus ſis,ne impingaris,& ne lō
ge ſis ab eo,ne eas in obliuionem.Ne retineas ex æquo loqui
cum illo,ne credas multis verbis illius.Ex multa enim loquela
C tentabit te,& ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis.
Immitis animus illius cōſeruabit verba tua,& non parcet de
malitia,& de vinculis. Caue tibi & attende diligēter auditui
tuo,qm̄ cum ſubuerſione tua ambulas.Audiens verò verba
illa,quaſi in ſomnis vide & vigilabis.Omni vita tua dilige de-
um,& inuoca illū in ſalute tua. Om̄e animal diligit ſimile ſibi,
ſic & omnis homo proximū ſibi.Omnis caro ad ſimilem ſibi
coniungetur,& omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Sicut com
municabit lupus agno aliquando,ſic peccator iuſto.Quæ cō
municatio ſancto homini ad canem,aut quæ pars bona diui-
ti ad pauperē?Venatio leonis onager in eremo,ſic & paſcua
D diuitum ſunt pauperes.Et ſicut abominatio eſt ſupbo humi-
litas,ſic & execratio diuitis pauper.Diues commotus confir-
matur ab amicis ſuis,humilis autem cum ceciderit expelletur
& à notis.Diuiti decepto multi recuperatores.Locutus eſt ſu
perba,& iuſtificauerūt illum.Humilis deceptus eſt,inſuper &
arguitur.Locutus eſt ſenſata,& non eſt datus ei locus. Diues
locutus eſt & oēs tacuerūt,& verbum illius vſq; ad nubes per
ducent.Pauper locutus eſt,& dicunt:Quis eſt hic?Et ſi offen-
derit,ſubuertent illum.Bona eſt ſubſtantia cui non eſt pecca-
tum in conſciētia,& nequiſſima paupertas in ore impij. Cor
hominis immutat faciē illiꝰ,ſiue in bona,ſiue in mala.Veſtigiū
cordis boni,& faciem bonam difficile inuenies,& cū labore.

¶Beatus qui non labitur,ſed conſtans manet in operibus iuſtitiæ,
Auarus nihil recte facit,omnis caro fœnum.
C A P. X I I I I.

A BEatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo,& non eſt
ſtimulatus triſtitia delicti.Felix qui non habuit animi ſui
triſtitiam,& non excidit à ſpe ſua. Viro cupido & tenaci ſi-
ne ratione eſt ſubſtantia,& homini liuido ad quid aurum?
Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè,aliis congregat,& in bonis
illius alius luxuriabitur.Qui ſibi nequam eſt,cui alij bonus e-
rit?Et non iocundabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet,ni-
hil eſt in illo nequius,& hæc redditio eſt malitiæ illius. Et ſi
benefecerit,ignoranter & non volens facit,& in nouiſſimo
B manifeſtat malitiam ſuam. Nequam eſt oculus inuidi,& a-
uertens faciem ſuam,& deſpiciens animam ſuam. Inſatiabi- Prou.27.c.
lis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur do-
nec conſumat arefaciens animam ſuam. Oculus malus ad
mala,non ſatiabitur pane indigens,& in triſtitia erit ſuper
menſam



menſam ſuam.Fili ſi habes benefac tecum,& deo dignas obla
tiones offer.Memor eſto quoniam mors non tardat,& teſta-
mentum inferorum,quia demonſtratum eſt tibi.Teſtamen-
tum enim huius mundi morte morietur.Ante mortem bene
Supra.4.a. Thob.4.b. fac amico tuo,& ſecundum vires tuas exporrigens da paupe
ri. Non defrauderis à die bono,& particula bonæ diei non
C te prætereat.Nonne aliis relinques dolores & labores tuos?
In diuiſione ſortis da & accipe,& iuſtifica animam tuam.An-
te obitum tuum operare iuſtitiam,quoniam non eſt apud in-
Iſaiæ.40.b. feros inuenire cibum.Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet,&
Iacobi.1.b. ſicut folium fructificans in arbore viridi.Alia generantur,&
1.Petri.1.b. alia deiiciuntur,ſic generatio carnis,& ſanguinis alia finitur,&
alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet,& qui
illud operatur ibit cum illo. Et omne opus electum iuſtifica-
bitur,& qui operatur illud honorabitur in illo. Beatꝰ vir qui
D in ſapientia morabitur,& qui in iuſtitia ſua meditabitur,&
in ſenſu cogitabit circunſpectionem dei: Qui excogitat vias
illius in corde ſuo,& in abſconſis ſuis intelligens,vadens poſt
illam quaſi inueſtigator,& in viis illius conſiſtens: Qui reſpi-
cit per feneſtras illius,& in ianuis illius audiens:Qui requieſcit
iuxta domum illius,& in parietibꝰ illius figens palum.Statuet
caſulam ſuam ad manus illius,& requieſcent in caſula illius
bona per æuum.Statuet filios ſuos ſub tegmine illius,& ſub
ramis eius morabitur.Protegetur ſub tegmine illius à feruo-
re,& in gloria eius requieſcet.

¶Bonus perficit bona,boniſq; cibatur à domino,peccatoris ex
ore ſordet laus dei. C A P. X V.

A QVi timet deum faciet bona,& qui contiñens eſt iuſti-
tiæ apprehendet illam,& obuiabit illi quaſi mater ho
norificata,& quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illū. Cibauit
illum pane vitę,& intellectus,& aqua ſapientiæ ſalutaris pota-
uit illum.Et firmabitur in illo & non flectetur,& continebit il
lum,& non confundetur,& exaltabit illum apud proximos
ſuos,& in medio eccleſiæ aperiet os eius,& adimplebit eum
B ſpiritu ſapientiæ,& intellectus,& ſtola gloriæ veſtiet illum. Io
cunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum,& no
mine æterno hæreditabit illum.Homines ſtulti non apprehen
dent illam,& homines ſenſati obuiabunt illi. Homines ſtulti
non videbunt eam,longè enim abeſt à ſuperbia & dolo. Viri
mendaces non erunt illius memores,& viri veraces inuenien
tur in illa,& ſucceſſum habebūt vſq; ad inſpectionem dei.Nō
eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,quia non eſt à domino miſ-
ſus,quoniam à deo profecta eſt ſapientia.Sapientiæ enim dei
aſtabit laus,& in ore fideli abundabit,& dominator dabit eā
C illi.Non dixeris per eum abeſt:quæ enim odit ne feceris.Non
dicas:ille me implanauit,non enim neceſſarij ſunt ei homines
impij.Omne execramentum erroris odit dominus,& non e-
rit amabile timentibus eum.Deus ab initio conſtituit homi-
nem,& reliquit illum in manu [a] conſilij ſui. Adiecit mandata
a id eſt,libe- & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare, conſerua-
rum ei dedit bunt te,& in perpetuum fidem placitam ſeruare.Appoſuit ti
arbitrium. Matth.19.c. bi aquam & ignem,ad quod volueris porrige manum tuā.
D Ante hominem vita,& mors:bonum,& malum. Quod pla-
Ieremi.21.c. cuerit ei,dabitur illi:quoniam multa ſapientia dei & fortis in
Pſalmo.33. potentia,videns omnes ſine intermiſſione. Oculi domini ad
Hebr.4.c. timentes eum,& ipſe agnoſcit omnem operam hominis.Ne-
mini mandauit impiè agere,& nemini dedit ſpacium peccan
di.Nō em̄ cōcupiſcit multitudinē filiorū infideliū & inutiliū.

¶Non eſt iocundandum in filiis impiis,de igne vltionis domini,ſi-
cut in vno ita & in multis. C A P. X V I.

A NE iocunderis in filiis impiis ſi multiplicentur,nec oble-
cteris ſuper ipſos ſi non eſt timor dei in illis. Non cre-
das vitæ illorum,& ne reſpexeris in labores eorum. Melior
eſt enim vnus timens deum,quàm mille filij impij.Et vtile eſt
mori ſine filiis,quàm relinquere filios impios.Ab vno ſenſato
inhabitabitur patria,& à tribus impiis deſeretur.Multa talia
Iſa.21.b. vidit oculus meus,& fortiora horum audiuit auris mea.In ſy
nagoga peccantium exardebit ignis,& in gente incredibili ex
ardeſcet ira.Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigan
tes qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti,& non pepercit
peregrinationi illorum:ſed percuſſit eos,& execratus eſt eos
præ ſuperbia verbi illorum.Non miſertus eſt illis gentem to-
B tam perdens,& extollentem ſe in peccatis ſuis.Et ſicut ſexcenta
milia peditum,qui congregati ſunt in duritia cordis ſui:& ſi
vnus fuiſſet ceruicatꝰ,mirum ſi fuiſſet immunis. Miſericordia
enim & ira eſt cum illo,potens eſt exoratio,& effundēs iram.
Secundum miſericordiam ſuam,ſic correctio illius,hominem
ſecundum opera ſua iudicat.Nō effugiet in rapina peccator,
& non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.Omnis
miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum ope
rum ſuorum,& ſecundum intellectum peregrinationis ipſius.
C Non dicas:A deo abſcondar,& ex ſummo quis mei memora
bitur?In populo magno non agnoſcar.Quæ eſt enim anima
mea in tam immenſa creatura?Ecce cœlum & cœli cœlorum,
abyſſus & vniuerſa terra,& quæ in eis ſunt in conſpectu illius
commouebuntur:montes ſimul & colles & fundamenta ter
ræ,& cum conſpexerit illa deus,tremore concutientur. Et in
omnibus his inſenſatum eſt cor,& omne cor intelligitur ab il
lo,& vias illius quis intelligit? Et procellam,quam nec ocu-
lus vidit hominis.Nam plurima illius opera ſunt in abſcōſis:
ſed opera iuſtitiæ eius quis enunciabit,aut quis ſuſtinebit? Lō
ge enim eſt teſtamentum à quibuſdam,& interrogatio homi-
num in conſummatione eſt.Qui minoratur corde cogitat in-
ania,& vir iprudens & errans cogitat ſtulta.Audi me fili & di
D ſce diſciplinam ſenſus,& in verbis meis attende in corde tuo,
& dicam in æquitate diſciplinam,& ſcrutabor enarrare ſapiē-
tiam,& in verbis meis attende in corde tuo,& dico in æquita
te ſpiritus:virtutes quas poſuit deus in opera ſua ab initio,&
in veritate enuntio ſcientiam eius.In iudicio dei opera eius ab
initio,& ab inſtitutione hominum ipſorum diſtinxit partes il
lorum,& initia eorum in gentibus ſuis.Ornauit in æternum
opera illorum,nec eſurierunt,nec laborauerunt,& non deſti-
terunt ab operibus ſuis.Vnuſquiſque proximum ſibi non an
guſtabit vſque in æternum.Non ſis incredibilis verbo illius.
Poſt hæc Deus in terram reſpexit,& impleuit illam bonis ſu-
is.Anima autem om̄is vitalis denunciauit ante faciem ipſius,
& in ipſa iterum reuerſio illorum.

¶Deus creator omnium,dedit legem homini in agnitionem peccati, vt eo cogni-
to,pœnitentiam ageremus viuentes ante mortem. C A P. X V I I.

A DEus creauit de terra hominem,& ſecūdum imaginem
ſuam fecit illum.Et iterum conuertit illum in ipſam,& Ge.1.d.&.2.b.5.a.
ſecundum ſe veſtiuit illū virtute.Numerū dierum,& tempus
dedit illi,& dedit illi poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper terrā.
Poſuit timorem illius ſuper omnem carnē,& dominatus eſt
beſtiarum,& volatilium.Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſi Gene.2.d.
bi,conſilium & linguam,& oculos,& aures,& cor dedit illis
excogitandi,& diſciplina intellectus repleuit illos.Creauit illis
ſcientiam ſpūs,& ſenſu impleuit cor illorū,& mala & bona,o-
ſtendit illis.Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum,oſtē
dere illis magnalia operum ſuorum,vt nomen ſanctificatio-
B nis collaudent,& gloriari in mirabilibus illius vt magnalia e-
narrent operū eius.Addidit illis diſciplinam,& legem vitæ hę
reditauit illos.Teſtamentum æternū conſtituit cum illis,& iu
ſtitiam & iudicia ſua oſtēdit illis.Et magnalia honoris eius vi-
dit oculus eorum,& honorē vocis audierunt aures illorū,&
dixit illis:attendite ab omni iniquo.Et mandauit illis vnicuiq;
de proximo ſuo.Vię illorū corā illo ſunt ſemper,non ſunt abſ
conſæ ab oculis ipſius. In vnamquanq; gentem præpoſuit
rectorem,& pars dei Iſrael facta eſt manifeſta. Et omnia
opera illorum velut ſol in conſpectu dei,& oculi eius ſine
intermiſſione inſpicientes in viis eorum. Non ſunt abſcon
ſa teſtamenta propter iniquitatē illorū,& omnes iniquitates
C eorum in conſpectu dei. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus Infra.29.c.
cum ipſo,& gratiam hominis quaſi pupillam conſer-

uabit,& poſtea reſurget,& retribuet illis retributionem vni
cuique in caput ipſorum,& conuertet in inferiores partes ter
ræ.Pœnitentibus aũt dedit viã iuſtitiæ,& confirmauit deficiẽ
tes ſuſtinere,& deſtinauit illis ſortem veritatis.Conuertere ad
dominum & relinque peccata tua:precare faciem domini,&
minue offendicula.Reuertere ad dominum,& auertere ab in-
iuſtitia tua,& nimis odito execrationem,& cognoſce iuſtitias
& iudicia dei,& ſta in ſorte propoſitionis,& orationis altiſſi-
mi dei.In partes vade ſeculi ſancti cum viuis & dantibus con-
D feſſionem dei.Non demoreris in errore impiorum,ante mor
tem confitere.A mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Confite-
beris viuens,viuus & ſanus confiteberis,& laudabit deum,&
gloriaberis in miſerationibus eius.Quàm magna miſericor-
dia domini,& propiciatio illius conuertentibus ad ſe.Nec e-
nim omnia poſſunt eſſe in hominibus,quoniã non eſt immor
talitatis filius hominis,& in vanitate malitię placuerunt.Quid
lucidius ſole? Et hic deficiet.Aut quid nequius quàm quod
excogitauit caro & ſanguis?Et hoc arguetur. Virtutem alti-
tudinis cœli ipſe conſpicit.Et omnes homines terra & cinis.

¶Virtus & potentia dei conſummata & inenarrabilis,miſericor-
dia eius immenſa,contra illum non eſſe quærendum aliquid,ſed in
omnibus prudenter nobis eſſe prouidendum,gutta enim dies hois.

CAP. XVIII.

A QVi viuit in æternum creauit omnia ſimul. Deus ſolus
iuſtificabitur,& manet inuictus rex in æternum.Quis
ſufficiet enarrare opera illius? Quis enim inueſtigabit magna
lia eius?Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciabit?
Aut quis adiiciet enarrare miſericordiam eius?Non eſt minu
ere neq; adiicere,nec eſt inuenire magnalia dei.Cum conſum-
mauerit homo,tunc incipiet,& cum quieuerit operabitur.
Quid eſt homo,& quæ eſt gratia illius?Et quid eſt bonũ, aut
Pſalmo.89. quid nequam illius?Numerus dierum hominum vt multum
B centum anni,quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. Et ſicut
calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui.Propter hoc patiens
eſt deus in illis,& effundit ſuper eos miſericordiam ſuam. Vi-
dit præſumptionem cordis eorum,quoniam mala eſt: & co
gnouit ſubuerſionem illorum,quoniã nequam eſt.Ideo imple
uit propitiationem ſuam in illis,& oſtendit eis viam æquita-
tis.Miſeratio hominis circa proximum ſuũ,miſericordia autẽ
dei ſuper omnem carnem.Qui miſericordiam habet docet,
& erudit quaſi paſtor gregem ſuum.Miſerator excipiens do-
ctrinam miſerationis,& qui feſtinat in iudiciis eius.Fili in bo-
nis non des querelam,& in omni dato non des triſtitiam ver-
bi mali.Nõnne ardorem refrigerabit ros?Sic & verbum me
C lius quàm datum Nõnne ecce verbũ ſuper datum bonũ?Sed
vtraq; cum homine iuſtificato.Stultus acriter improperabit,
a donum liuidi & [a] dat⁹ indiſciplinati tabeſcere faciet oculos. Ante iudicium
para iuſtitiam tibi,& antequam loquaris diſce.Ante langorẽ
adhibe medicinam,& ante iudicium interroga teipſum,& in
conſpectu dei inuenies propiciationem.Ante langorẽ humi-
lia te,& in tempore infirmitatis oſtende conuerſionem tuam.
Non impediaris orare ſemper,& ne verearis vſq; ad mortem
iuſtificari,quoniam merces dei manet in æternũ. Ante oratio
Lucæ.8.a. Theſſa.5.d. Sup.d.11.c. nem præpara animam tuam,& noli eſſe quaſi homo qui ten-
tat deum.Memento iræ in die conſummationis,& tempus re
D tributionis in conuerſatione facies. Memento paupertatis in
tempore abundantiæ,& neceſſitatem paupertatis in die diui
tiarum.A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus,&
hæc omnia citata in oculis dei.Homo ſapiens in omnibus me
tuit,& in diebus delictorum attendet ab inertia.Omnis aſtu-
tus agnoſcit ſapientiam,& inuenienti eam dabit cõfeſſionem.
Senſati in verbis & ipſi ſapienter egerunt,& intellexerunt veri
tatẽ & iuſtitiam,& implorauerunt prouerbia & iudicia.Poſt
Roma.13.d. concupiſcentias tuas non eas,& à voluntate tua auertere. Si
præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius,faciet te in gaudium
inimicis tuis.Ne oblecteris in turbis:nec in modicis. Aſſidua
enĩ eſt cõmiſſio illorũ.Ne fueris mediocris in contentione ex
fœnore,& nõ eſt tibi nihil in ſeculo,eris enĩ inuid⁹ animæ tuæ.

¶Vinum & uenus egenos & ſtultos faciunt,ſecretra teneto,corre
ption eutitor in proximum,prudentia mundi,ſtultitia apud deum.

CAP. XIX.

A OPerarius ebrioſus nõ locupletabitur,& qui ſpernit mo
dica paulatim decidit. Vinum & mulieres apoſtatare
faciunt ſapientes,& arguunt ſenſatos:& qui ſe iungit fornica-
riis erit nequam.Putredo & vermes hæreditabunt illum,& ex
tolletur in exemplum maius,& tolletur de numero anima e-
ius.Qui credit cito leuis corde eſt,& minorabitur: & qui de-
linquit in animam ſuam,[a] inſuper habebitur. Qui gaudet ini a errabit
quitate denotabitur, & q odit correptionem minuetur vita,
& qui odit loquacitatem extinguit malitiam.Qui peccat in a-
B nimam ſuam pœnitebit,& qui iocundatur in malitia denota-
bitur.Ne iteres verbum nequam & durum,& non minora-
beris.Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum,& ſi eſt ti-
bi delictum noli denudare.Audiet enim te & cuſtodiet te, &
quaſi defendens peccatũ odiet te,& ſic aderit tibi ſemper.Au-
diſti verbum aduerſus proximum tuum,commoriatur in te,
fidens quoniam non te dirumpet.A facie verbi parturit fatu- Leuit.19.d.
us,tanquam gemitus partus infantis.Sagitta infixa femori ca- Matth.18.b.
nis,ſic verbum in corde ſtulti.Corripe amicum ne forte non Lucæ.17.a.
intellexerit,& dicat:non feci,aut ſi fecerit,ne iterum addat face
re.Corripe proximũ,ne forte non dixerit:& ſi dixerit,ne fortè
iteret.Corripe amicum,ſæpe enim fit comiſſio,& non omni
C verbo credas.Eſt qui labit̃ lingua ſua,ſed non ex animo.Quis Iacob.3.a.
eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua?Corripe proximum
antequam commineris,& da locum timori altiſſimi;quia o-
mnis ſapientia timor dei,& in illa timere deum,& in omni ſa-
pientia diſpoſitio legis,Et non eſt ſapientia nequitię diſciplina,
& non eſt cogitatus bonus peccatorum prudentia. Eſt pru-
dentiæ nequitia,& in ipſa execratio,& eſt inſipiens qui minui-
tur ſapientia.Melior eſt homo qui minuitur ſapientia,& defi-
ciens ſenſu in timore Dei,quàm qui abundat ſenſu,& tranſgre
D ditur legem altiſſimi.Eſt ſolertia certa,& ipſa iniqua,& eſt qui
emittit verbum certum enarrans veritatem.Eſt qui nequiter
humiliat ſe,& interiora eius plena ſunt dolo,& eſt iuſtus qui ſe
nimium ſubmittit à multa humilitate,& eſt iuſtus qui inclinat
faciem ſuam,& fingit non videre ſe quod ignoratum eſt. Et ſi
ab imbecillitate virium veretur peccare:ſi inuenerit tempus
malefaciẽdi malefaciet.Ex viſu cognoſcitur vir,& ab occurſu
faciei cognoſcitur ſenſatus.Amictus corporis & riſus dentiũ,
& ingreſſus hominis enunciant de illo. Eſt correptio men-
dax in ira contumelioſi,& eſt iudicium quod non probatur
eſſe bonum,& eſt tacens & ipſe eſt prudens.

¶Confeſſio aperta,bona.Sapientia eſt tacere ad tempus & loqui,
furtum præſtat aſſiduo mendacio,xenium iudicem excæcat.

CAP. XX.

A QVàm bonum eſt arguere quàm iraſci,& confitentem
in oratione non prohibere.Concupiſcentia ſpadonis
deuirginauit iuuenculam, ſic qui facit per vim iudicium ini-
quum.Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitenti-
am,ſic enim effugies voluntarium peccatum.Eſt tacens qui in
uenitur ſapiens,& eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum.
Eſt autem tacens,& non habens ſenſum loquelæ,& eſt tacens
ſciens tempus apti temporis.Homo ſapiens tacebit vſque ad
tempus,laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus.
Qui multis vtitur verbis lædet animam ſuam,& qui poteſta-
B tem ſibi ſumit iniuſtè odietur.Eſt proceſſio in malis viro indi-
ſciplinato,& eſt inuentio in detrimentum. Eſt datum quod
non eſt vtile,& eſt datum cuius retributio duplex.Eſt propter
gloriam minoratio,eſt qui ab humilitate leuabit caput. Eſt
qui multa redimat modico precio,& reſtituens ea in ſeptu-
plum.Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit,gratię autem
fatuorum effundentur.Datus inſipientis non erit vtilis tibi:
oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit,& multa im
properabit, & operatio oris illius inflammatio eſt. Ho-
die fœneratur



die fœneratur quis,& cras expetit,& odibilis eſt homo huiuſ-
modi.Fatuo non erit amicus,& nõ erit gratia in bonis illius.
C Qui enĩ edũt panem illius,falſæ linguæ ſunt. Quoties & quã-
ti irridebunt eum?Neq; enim quod habendũ erat directo ſen
ſu diſtribuit,ſimiliter & quod non erat habendũ.Lapſus fal-
ſæ linguæ quaſi qui in pauimento cadens,ſic caſus malorũ fe-
ſtinanter venient.Homo [a] acharis quaſi fabula vana,& in ore
a ſine gratia indiſciplinatorum aſſidua erit.Ex ore fatui reprobabitur pa-
rabola,non enim dicit illam in tempore ſuo. Et qui vetatur
peccare præ inopia,& in requie ſua ſtimulabitur.Eſt qui per-
det animam ſuam præ confuſione,& ab imprudenti perſona
perdet eam,perſonæ autem acceptione perdet ſe.Eſt qui præ
confuſione promittit amico,& lucratus eſt eum inimicũ gra-
D tis.Opprobrium nequam in homine mendacium,& in ore
indiſciplinatorũ aſſidue erit. Potior fur quàm aſſiduitas viri
mendacis,perditionem autẽ ambo hæreditabunt. Mors ho-
minum mendacium ſine honore,& confuſio illorũ cum ipſis
ſine intermiſſione.Sapiens in verbis producet ſeipſum,& ho-
mo prudens placebit magnatis.Qui operatur terrã ſuam in-
altabit aceruum frugum,& qui operatur iuſtitiam ipſe exalta
Prouer.11.b. 28.c. bitur,qui verò placet magnatis,effugiet iniquitatem.Xenia &
Exod.23.a. dona excæcant oculos iudicum,& quaſi mutus in ore auertit
Deute.16.d. correctiones eorum.Sapientia abſconſa,& theſaurus inuiſus,
Infra.41.c. quæ vtilitas in vtriſque?Melior eſt qui cælat inſipientiam ſu-
am,quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam.

¶Non irritandum malum,audax & temerarius hæreticus,inops
ſtultus & uas fractum eſt,uerba eius ſarcina.

CAP. XXI.

A FIli peccaſti,non adiicias iterum,ſed & de priſtinis depre-
Supra.5 b. care:vt tibi dimittantur.Quaſi à facie colubri fuge pecca
ta,& ſi acceſſeris ad illa ſuſcipient te.Dentes leonis dentes eius,
interficientes animas hominum.Quaſi rompheа bis acuta ho
minis iniquitas,plagæ illius non eſt ſanitas.Obiurgatio & in-
iuriæ annullabunt ſubſtantiam,& domus quę nimis locuples
eſt annulabitur ſuperbia,ſic ſubſtãtia ſuperbi eradicabitur.De
precatio pauperis ex ore vſq; ad aures perueniet,& iudicium
feſtinato adueniet illi. Qui odit correctionem veſtigium eſt
Supra.16.a. peccatoris,& qui timet deum conuertetur ad cor ſuum.No-
B tus à longe potẽs lingua audaci,& ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo.
Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis:quaſi qui colli-
git lapides ſuos in hyeme.Stuppa collecta ſynagoga peccan-
tium,& conſummatio illorum flamma ignis. Via peccantiũ
complanata lapidibus,& in finem illorũ inferi & tenebræ &
pœnæ.Qui cuſtodierit iuſtitiam continebit ſenſum eius,con-
ſummatio timoris dei ſapientia & ſenſus.Non erudietur qui
non eſt ſapiens in bono.Eſt autem inſipientia quę abundat in
malo,& non eſt ſenſus vbi amaritudo.Scientia ſapientis tan-
quam inundatio abundabit,& conſiliũ illius ſicut fons vitæ
permanet.Cor fatui quaſi vas confractum,et oẽm ſapientiam
C non tenebit.Verbum ſapiens quodcũque audierit ſcius lau-
dabit,& ad ſe adiiciet:audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi, &
proiiciet illud poſt dorſum ſuum.Narratio fatui quaſi ſarci-
na in via.Nam in labiis ſenſati inuenietur gratia.Os prudentis
quæritur in eccleſia,& verba illius cogitabunt in cordibus ſu
is.Tanquam domus exterminata,ſic fatuo ſapientia, & ſcien-
tia inſenſati inenarrabilia verba.Compedes in pedibus do-
ctrina ſtulto,& quaſi vincula manuum ſuper manũ dexterã.
Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam,vir autẽ ſapiens vix tacite
ridebit.Ornamentũ aureũ prudẽti doctrina,& quaſi brachia
C le in brachio dextro.Pes fatui facilis in domũ proximi,& ho-
mo peritus cõfundetur à perſona potẽtis.Stultus à feneſtra re
ſpiciet in domũ,vir autẽ eruditus foris ſtabit.Stultitia homi-
nis auſcultare per oſtiũ, & prudens grauabitur cõtumelia.La
bia imprudentiũ ſtulta narrabunt,verba autem prudentiũ ſta
Iudæ.1.c. tera ponderabuntur.In ore fatuorũ cor illorum, & in corde
ſapientiũ os illorum.Dum maledicit impius diabolum,male-
dicit ipſe animam ſuã,Suſurro coinquinabit animam ſuam,
& in omnibus odietur,& qui permanſerit odioſus erit, ta-
citus,& ſenſatus honorabitur.

¶Piger ſtercore lapidatur:liberi,honos & confuſio parentum,qui
bus prædicandum,quomõ fugendum,cum ſtultis paucis loquen
dum,amicitia fide ſeruanda,& beneuolentia.

CAP. XXII.

A IN lapide luteo lapidatus eſt piger,& omnes loquentur ſu-
per aſpernationem illius.De ſtercore boũ lapidatus eſt pi-
ger,& omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Confuſio pa-
tris eſt de filio indiſciplinato,filia autem fatua in deminoratio
ne fiet.Filia prudens hæreditas viro ſuo,nã quæ confundit,in
contumeliam fit genitoris.Patrem & virum cõfundit audax,
& ab impiis non minorabitur, ab vtriſq; autem inhorabitur.
Muſica in luctu importuna narratio,flagella & doctrina in o-
B mni tẽpore ſapientia.Qui docet fatuũ,quaſi qui cõglutinat te-
ſtam.Qui narrat verbum non audienti,quaſi qui excitat dor-
mientẽ de graui ſomno.Cum dormiẽte loquitur qui enarrat Infra.38.b.
ſtulto ſapientiam,& in fine narrationis dicit:Quis eſt hic? Su-
pra mortuũ plora,deficit enim lux eius,& ſupra fatuũ plora:
defecit enim ſenſu.Modicum plora ſuper mortuum qm̃ requie-
uit.Nequiſſimi enĩ nequiſſima vita ſupra mortẽ fatui.Luctus
mortui ſeptem dies,fatui aũt & impiĩ omnes dies vitæ illorũ.
Cum ſtulto ne multum loquaris,& cum inſenſato ne abieris. Supra.12.c.
Serua te ab illo vt non moleſtiam habeas & non coinquina-
beris in peccato illius.Deflecte ab illo & inuenies requiem, &
non accidiaberis in ſtultitia illius.Super plumbũ quid graua-
bitur?Et quod illi aliud nomẽ q̃ fatuus?Arenam & ſalẽ et maſ Prou.17.a.
ſam ferri facilius eſt ferre,quã hominem imprudentẽ,& fatuũ,
C & impium.Sicut loramentũ ligneũ colligatum fundamento
ædificii non diſſoluetur,ſic & cor confirmatum in cogitatio-
ne conſilii.Cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non
deprauabitur.Sicut paleæ in excelſis & cementa ſine impenſa
poſita contra faciem venti non permanebunt ſic et cor timi-
dum in cogitatione ſtulti contra impetũ timoris non reſiſtet.
Sicut ornatus arenoſ⁹ in pariete limpido,ſic & cor trepidum
in cogitatione fatui omni tempore non metuet,ſed & qui in
præceptis dei permanet ſemper.Pungens oculum deducit la-
chrymas,& qui pungit cor profert ſenſum.Mittens lapidẽ in
volatilia deiiciet illa, ſic & qui conuitiatur amico diſſoluit
D amicitiam.Ad amicum & ſi produxeris gladiũ non deſperes,
eſt enim regreſſus ad amicum.Si aperuerit os triſte,non time-
as.Eſt enim concordatio excepto conuicio & improperio,&
ſuperbia & myſterii reuelatione,& plaga doloſa.In his omni-
bus effugiet amicus.Fidem poſſide cum amico in paupertа-
te illius,vt & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis
illius permane illi fidelis,vt in hæreditate illius cohæres ſis.An
te ignem camini vapor,& fumus ignis inaltatur,ſic & ante ſan
guinem maledicta & contumeliæ & minæ.Amicum ſalutare
non confundaris.A facie illius non me abſcondam,& ſi mala
mihi euenerint per illum ſuſtinebo.Omnis qui audiet cauebit Pſalmo.140.
ſe ab eo.Quis dabit ori meo cuſtodiam,& ſuper labia mea ſi-
gnaculum certum,vt non cadam in ipſis,& lingua mea per-
dat me?

¶Precatio ad deum,non temere iurandum,tria genera peccato
rum,timor domini,optimum hominis.

CAP. XXIII.

A DOmine pater & dominator vitæ meæ,ne derelinquas
me in cogitatu & conſilio eorum, nec ſinas me cadere
in illa exprobratione.Quis ſupponit in cogitatu meo flagella,
& in corde meo doctrinam ſapientiæ,vt ignorationibus eo-
rum non parcet mihi,& non appareant delicta eorum, & ne
adincreſcant ignorantiæ meæ,& multiplicentur delicta mea,
& peccata mea abundent,& incidam in conſpectu aduerſari-
orum meorum,& gaudeat inimicus meus? Domine pater
& deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.
Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & o-
mne deſiderium auerte à me. Aufer à me ventris concu-
piſcentias, & concupitus concupiſcentiæ ne apprehendant
me,& animæ irreuerenti,& infrunitæ ne tradas me. Doctri-

nam oris audire filij,& qui cuſtodierit illam non periet labijs
ſuis,nec ſcandalizabitur in operibus nequiſſimis.In vanitate
B ſua apprehenditur peccator,& ſuperbus & maledictus ſcan-
dalizabitur in illis.Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi em̄
caſus in illa.Nominatio verò dei non ſit aſſidua in ore tuo,&
Infra.27.b. nominibus ſanctorū non admiſcearis,qm̄ nō eris immunis ab
eis.Sicut enim ſeruus interrogatus aſſidue à liuore non minui
tur,ſic oīs iurans & nominans in toto à peccato non purgabi
tur.Vir multū iurans implebitur iniquitate,& non diſcedet à
domo illius plaga.Et ſi fruſtrauerit fratrem,delictū illius ſuper
ipſum erit,& ſi diſſimulauerit, delinquit dupliciter,& ſi in va
cuum iurauerit:non iuſtificabitur.Replebitur enim retributi-
one domus illius.Eſt & alia loquela contraria morti,non inue
niatur in hæreditate Iahacob.Et enim à miſericordibus oīa
hæc auferentur,& in delictis non volutabunt.Indiſciplinoſæ
loquelæ non aſſueſcat os tuum:eſt enim in illa verbum pecca
ti.Memento patris & matris tuæ,in medio enim magnatorū
conſiſtis,ne forte obliuiſcatur te deus in conſpectu illorum,&
aſſiduitate tua infatuatus improperiū patiaris,& maluiſſes
non naſci,& diem natiuitatis tuæ maledicas.Homo aſſuetus
2.Reg.16.b. in verbis improperij,in omnibus diebus ſuis non erudietur.
C Duo genera abundant in peccatis,& tertium adducit iram &
perditionem. Anima calida quaſi ignis ardens non extin-
guetur,donec aliquid glutiat,& homo nequam in ore car-
nis ſuæ,non deſinet,donec incendat ignem.Homini fornica-
rio omnis panis dulcis,non fatigabitur tranſgrediens vſq; ad
finē.Omnis homo qui tranſgreditur lectū ſuum contēnens in
animam ſuā,& dicens;quis me videt?tenebræ circundant me,
Iſaiæ.28.c. & parietes cooperiunt me,& nemo circunſpicit me, quē vere
or,delictorū meorū non memorabitur altiſſimus:& non intel
lexit qm̄ omnia videt oculus illius,quoniam expellit à ſe timo
rem dei huiuſmodi hominis timor,& oculi hominū timentes
illum,& non cognouit:qm̄ oculi domini multo plus lucidio-
res ſunt ſuper ſolem circunſpicientes omnes vias hominū,&
profundum abyſſi,& hominū corda intuētes in abſconditas
D partes. Domino enim deo anteq̄ crearent̄ omnia ſunt agni-
ta,ſic & poſt perfectum reſpicit omnia.Hic in plateis ciuitatis
vindicabitur,& quaſi pullus equinus fugabitur,& vbi non
ſperauit apprehendetur.Et erit dedecus omnibus,eo ꝙ non
intellexit timorē domini.Sic & mulier omnis relinquens virū
ſuum,& ſtatuens hęreditatem ex alieno matrimonio.Primo
em̄ in lege altiſſimi incredibilis fuit,& ſecundo virum ſuū de-
reliq̄t;tertio in adulterio fornicata eſt,& ex alio viro filios ſta-
tuit ſibi.Hęc in eccleſiam adducetur,& in filios eiꝰ reſpicietur.
Non tradent filij eius radices,& rami eius non dabūt fructū,
derelinquēt maledictū in memoriā eius,& dedecus illius nō de
lebitur.Et agnoſcēt qui derelicti ſunt qm̄ nihil meliꝰ eſt quàm
timor dei:& nihil dulcius quā reſpicere in mandatis domini.
Gloria magna eſt ſeq̄ dn̄m,lōgitudo em̄ dierū aſſumet̄ ab eo.

❡Sapientiæ excellentia & laus. C A P. X X I I I I.

A SApientia laudabit animam ſuam,& in deo honorabitur,
& in medio populi ſui gloriabitur, & in eccleſijs altiſſi-
mi aperiet os ſuum,& in conſpectu virtutis illius gloriabitur,
& in medio populi ſui exaltabitur,& in plenitudine ſancta ad-
mirabitur,& in multitudine electorum habebit laudē,& inter
benedictos benedicetur dicens: Ego ex ore altiſſimi prodiui
primogenita ante omnem creaturam.Ego feci in cœlis vt ori
retur lumen indeficiens,& ſicut nebula texi omnē terram.Ego
in altiſſimis habitaui,& thronus meus in columna nubis. Gy-
rum cœli circuiui ſola,& profundū abyſſi penetraui,& in flu-
ctibus maris ambulaui,& in omni terra ſteti.Et in oīi popu
lo,& in omni gente primatum habui,& omnium excellētiam
B & humilium corda virtute calcaui.Et in his omnibus requiē
quæſiui,& in hæreditate domini morabor. Tunc præ-
cepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me re-
quieuit in tabernaculo meo,& dixit mihi: In Iahacob inha-
bita & in Iſrael hæreditare,& in electis meis mitte radices,
ab initio & ante ſecula creata ſum,& vſque ad futurum ſeculū
non deſinam,& in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.
Et ſic in Siion firmata ſum,& in ciuitate ſanctificata ſimiliter
requieui,& in Ieruſalaim poteſtas mea.Et radicaui in populo
honorificato,& in partes dei mei hæreditas illius,& in plenitu
dine ſanctorum detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in
Lebanon,& quaſi cypreſſus in monte Siion,quaſi palma ex-
altāta ſum in Cades,& quaſi plantatio roſæ in Ierecho.Quaſi
oliua ſpecioſa in campis,& quaſi platanus exaltata ſum iuxta
aquam.In plateis ſicut cynamomum,& balſamum aromati-
zans odorem dedi.Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odo
C ris,& quaſi ſtorax,& galbanus & vngula,& gutta. Quaſi Le-
banon non inciſus, vaporaui habitationem meam,& quaſi
balſamum non mixtum odor meus.Ego quaſi terebinthus ex
tendi ramos meos,& rami mei honoris & gratiæ. Ego quaſi
vitis fructificaui ſuauitatem odoris,& flores mei fructus ho-
noris & honeſtatis.Ego mater pulchrę dilectionis,& timoris,
& agnitionis,& ſanctæ ſpei.In me gratia omnis vitæ & verita
tis,in me omnis ſpes vitæ & virtutis.Tranſite ad me omnes q̄
concupiſcitis me,& à generationibus meis adimplemini.Spi-
ritus enim meus ſuper mel dulcis,& hæreditas mea ſuper mel
& fauum.Memoria mea in generatione ſeculorum. Qui edūt
me adhuc eſurient,& qui bibūt me adhuc ſciēt.Qui audit me Iohan.6.d.
non confundetur,& qui operatur in me non peccabit.Qui e-
lucidant me vitam æternam habebunt.Hæc omnia liber vi-
tę,& teſtamentum altiſſimi & agnitio veritatis.Legem man-
dauit Moſeh,& in præceptis iuſtitiarum & hæreditatem do-
mui Iahacob & Iſrael promiſſiones.Poſuit Dauid puero ſuo
excitare regem ex ipſo fortiſſimum,& in throno honoris ſedē
tem in ſempiternum.Qui implet quaſi Piſon ſapientiam,& ſi Ioſue.3.c.
cut Tygris in diebus nouorum.Qui adimplet quaſi Euphra-
tes ſenſum.Qui multiplicat quaſi Iarden in tempore meſſis.
D Qui mittit diſciplinam ſicut lucem,& aſſiſtens quaſi Gihon
in die vindemiæ. Qui perfecit primus ſcire illam, & infir-
mior non inueſtigabit eam.A mari enim abundabit cogitatio
eius,& conſilium illius in abyſſo magna.Ego ſapientia effudi
flumina,ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio,ego qua-
ſi fluuius Dorix,& ſicut aquęductus exiui de paradiſo.Dixi:Ri
gabo hortum plantationum,& inebriabo partus mei fructū.
Et factus eſt mihi trames abundans,& fluuius meus appropin
quauit ad mare.Quoniam doctrinam quaſi antelucanum il-
lumino omnibus,& enarrabo illam vſque in lōginquum.Pe-
netrabo inferiores partes terrę,& inſpiciam omnes dormien-
tes,& illuminabo omnes ſperantes in domino.Adhuc doctri
nam quaſi prophetiam effundam,& relinquam illam quæren
tibus ſapientiam,& non deſinam in progenies illorum vſque Infra.13.c.
in æuum ſanctum. Videte quoniam non ſoli mihi laboraui,
ſed omnibus exquirentibus veritatem.

❡Tria eligit,& totidem odit deus,legem laudat,& nihil peius mu
liere dicit. C A P. X X V.

A IN tribus placitum eſt ſpiritui meo,quæ ſunt probata co-
ram deo & hominibus.Concordia fratrum,& amor pro
ximorum,& vir & mulier ſibi bene conſentientes.Tres ſpeci-
es odiuit anima mea,& aggrauor valde animæ illorum.Pau-
perem ſuperbum,& diuitem mendacem,& ſenem fatuum &
inſenſatum.Quæ in iuuentute tua non congregaſti: quomo-
do in ſenectute tua inuenies?Quàm ſpecioſum caniciei iudici-
um,& presbyteris cognoſcere conſilium.Quàm ſpecioſa ve-
teranis ſapientia,& glorioſus intellectus & conſilium.Corona
ſenum multa peritia,& gloria illorum timor dei.Nouem inſu
ſpicabilia cordis magnificaui,& decimum dicam in lingua ho
minibus.Homo qui iocundatur in filiis,viuens & videns ſub
B uerſionem inimicorum ſuorum.Beatus qui habitat cum mu
liere ſenſata,& qui lingua ſua non eſt lapſus,& qui nō ſeruiuit
indignis ſe.Beatus qui inuenit amicum verū,& qui enarrat iu
ſtitiam auri audienti. Quàm magnus qui inuenit ſapientiam
& ſcientiam,ſed nō eſt ſuper timentem dominū.Timor dei ſu
per omnia ſe ſuperpoſuit.Beatus homo cui donatum eſt ha-
bere timorem dei.Qui timet illum,cui aſſimilabitur? Timor
dei initium dilectionis eius,fidei autem initium agglutinandū
eſt ei.Omnis plaga triſtitia cordis eſt,& omnis malitia nequi-
tia mulieris.Et omnem plagam,& non plagam videbit cor-
dis,& omnem nequitiam,& non nequitiam mulieris,& oēm
C obductum,& non obductum odiētium,et omnem vindictā,
Prou.21.c. & non vindictam inimicorum. Non eſt caput nequius ſu-
per caput colubri:non eſt ira ſuper iram mulieris.Commora
ri leoni & draconi placebit,quàm habitare cum muliere ne-
quam.Nequitia mulieris immutat faciem eius,& obcęcabit
vultum ſuum tanquam vrſus,& quaſi ſaccum oſtendet in me
dio proximorum.Ingemuit vir eius,& audiēs ſuſpirauit mo
dicum.Breuis oīs malitia ſuper maliciam mulieris:ſors pec-
catorum cadet ſuper illam.Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus
veterani,ſic mulier linguata homini qeto.Ne reſpicias in mu-
lieris ſpeciem,& non concupiſcas mulierem in ſpecie. Mulie-
ris ira irreuerentia,& confuſio magna.Mulier ſi primatū ha-
D beat,contraria eſt viro ſuo.Cor humile & facies triſtis & pla
Gene.3.b. ga mortis, mulier nequam.Manus debiles & genua diſſolu-
ta,mulier quæ non Beatificat virum ſuum.A muliere initium
factum eſt peccati,& per illam omnes morimur.Nō des aquę
tuæ exitum nec modicum:nec mulieri nequam venam pro-
deundi.Si non ambulauerit ad manum tuam,confundet te
in conſpectu inimicorum. A carnibus tuis abſcinde illam,
ne ſemper te abutatur.

❡Fœmina delectat bona,quatuor inde timenda,ſed tres res contri
ſtant,difficileſq; duæ. C A P. X X V I.

A MVlieris bonæ beatus vir:numerus enim annorum il-
lorum duplex.Mulier fortis oblectat virum ſuum, &
annos vitæ illius in pace implebit.Pars bona,mulier bona,in
parte bona timentium deum,dabitur viro pro factis bonis:
diuitis autem & pauperis cor bonum,in omni opere vultus
illorum hilaris.A tribus timuit cor meum,& in quarto facies
B mea metuit:Delaturam ciuitatis,et collectionem populi,& ca
lumniam mendacem,ſuper mortem oīa grauia: Dolor cor
dis & luctus,mulier zelotypa.In muliere zelotipa flagellum
linguæ,omnibus communicans. Sicut boum iugum quod
mouetur,ita & mulier nequam.Qui tenet illam,quaſi qui ap-
prehendit ſcorpionem.Mulier ebrioſa ira magna,& cōtume-
lia,& turpitudo illius non tegetur.Fornicatio mulieris in ex-
cellentia oculorum,& in palpebris illius agnoſcetur.In filia a-
uertente ſe firma cuſtodiam,ne inuenta occaſione abutatur ſe.
Ab omni irreuerentia oculorum eius caue,& ne mireris ſi te
C neglexerit.Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet,& ab o-
mni aqua proxima bibet,& contra omnem palum ſedebit,
contra omnem ſagittam aperiet pharetram,donec deficiat.
Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa il-
lius impinguabit.Diſciplina illius datum dei eſt.Mulier ſenſata
& tacita,non eſt immutatio eruditæ animæ.Gratia ſuper gra
tiam mulier ſancta & pudorata. Omnis autem ponderatio
non eſt digna continentis animæ.Sicut ſol oriens mundo in
altiſſimis dei,ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domꝰ
eius.Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum,& ſpeci-
es faciei ſuper ætatem ſtabilem.Columnæ aureæ ſuper baſes
argenteas,& pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris. Fun-
D damenta ęterna ſuper petram ſolidam,ſic mandata dei in cor
de mulieris ſanctæ.In duobus contriſtatum eſt cor meum, &
in tertio iracundia mihi aduenit.Vir bellator deficiēs per ino
piam,& vir ſenſatus contemptus,& qui tranſgreditur à iuſti-
tia ad peccatum,deus parauit eum ad rompheam.Duæ ſpeci
es difficiles,& periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur
negotians à negligentia,& non iuſtificabitur caupo à peccatis
labiorum.

❡Gens delinquit inops,iuſtos tribulatio tentat,ſtultus mutatur,
celanda arcana. C A P. X X V I I.

PRopter inopiam multi deliquerunt,& qui quærit locu-
pletari auertit oculum ſuum.Sicut in medio compagi-
A nis lapidum palus figitur,ſic & inter medium venditionis &
emptionis anguſtiabitur peccatis.Cōteretur cum delinquēte
delictum.Si non in timore dn̄i tenueris te inſtanter,cito ſub-
uertetur domus tua.Sicut in pcuſſura cribri remanebit pul-
uis,ſic aporia hominis in cogitatu illius.Vaſa figuli pbat for-
nax,& homines iuſtos tentatio tribulationis.Sicut ruſticatio
de ligno oſtendit fructum illius,ſic verbum ex cogitatu cor-
dis hominis.Ante ſermonem non laudes virum,hæc enim tē
tatio eſt hominum.Si ſequaris iuſtitiam apprehendes illam,
& indues quaſi poderem honoris,& inhabitabis cum ea, &
B proteget te in ſempiternū,& in die agnitionis inuenies firma-
mentum.Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt,& veritas ad e-
os qui operantur illam reuertetur. Leo venationi inſidiatur
ſemper,ſic peccata operantibus iniquitatem. Homo ſenſatꝰ
in ſapientia manet ſicut ſol:nam ſtultus ſicut luna mutatur.In
medio inſenſatorum ſerua verbum tempori,in medio autem
cogitantium aſſiduus eſto.Narratio peccantium odioſa,& ri Supra.25.b.
ſus illorū in delictis peccat.Loquela multum iurans horripila
tionem capiti ſtatuet,& irreuerētia ipſius obturatio aurium.
C Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum,& maledictio illorū au-
ditus grauis.Qui denudat arcana amici fidem perdit,& non
inueniet amicū ad animum ſuū.Dilige proximū & cōiungere
fide cum illo.Quod ſi denudaueris abſconſa illiꝰ,nō perſeque
ris poſt eum.Sicut enim homo qui perdit amicū ſuum, ſic &
qui perdit amicitiā proximi ſui.Et ſicut qui dimittit auem de
manu ſua,ſic qui reliquiſti proximū tuū, & non eum capies.
Non illum ſequaris,qm̄ longe abeſt.Effugit em̄ quaſi caprea
de laqueo,qm̄ vulnerata eſt anima eius.Vltra eum non pote-
ris colligare,& maledicti eſt concordatio.Denudare autē ami
ci myſteria deſperatio eſt animæ infelicis.Annuēs oculo fabri
cat iniqua,& nemo eum abiiciet.In conſpectu oculorum tuo Prou.10.d.
rum cōculcabit os ſuum,& ſup ſermones ſuos admirabitur.
Nouiſſimè autē peruertet os ſuū,& in verbis tuis dabit ſcan-
dalum.Multa audiui,& nō coæquaui ei,& dn̄s odiet illū.Qui
in altum mittit lapidē,ſuper caput eius cadet,& plaga doloſa Prou.26.d.
doloſi diuidet vulnera.Et qui foueā fodit incidet in eā,& qui Eccēs.10.b.
ſtatuit lapidē proximo ſuo offendet in eo;& q̄ laqueū alij po-
nit,peribit in illo.Facienti nequiſſimū conſiliū ſuper ipſum de
D uoluetur,& non agnoſcet vnde eueniet illi.Illuſio & imprope
riū ſuperborum,& vindicta,ſicut leo inſidiabitur illi.Laqueo
peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum:dolor autem conſu-
met illos antequam moriantur.Ira & furor vtraque execrabi
lia ſunt,& vir peccator continens erit illorum.

❡Is qui non parcit fruſtra, quærit ipſe medelam, uitia linguæ &
eiuſdem pericula. C A P. X X V I I I.

A QVi vindicari vult à domino inueniet vindictā,& pec-
cata illius ſeruās ſeruabit.Relinque proximo tuo nocē Deute.32.c.
ti te,& tunc deprecāti tibi peccata ſoluentur.Homo homini Roma.12.d.
reſeruat irā,& à deo quærit medelā.In hominē ſimilem ſibi nō Matth.6.b.
habet miſericordiam,& de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dū Marc.11.c.
caro ſit reſeruat irā & propiciationē petit à deo. Quis exora-
bit pro delictis illius?Memento nouiſſimorū,& deſine inimi-
cari.Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius.Me-
morare timorem dei,& non iraſcaris proximo.Memorare te
ſtamentum altiſſimi,& deſpice ignorantiam proximi. Abſti-
ne te à lite,& minues peccata.Homo enim iracundus incēdit
litē,& vir peccator turbabit amicos,& in medio pacem habē
tium immittit inimicitiā.Secundū enim ligna ſyluæ, ſic ignis
exardeſcit,& ſecundū virtutē hominis ſic iracundia illius erit,
& ſecundum ſubſtantiā ſuam exaltauit iram ſuā.Certamen fe-
ſtinatum incendit ignē,& lis feſtinans effundit ſanguinem,&
lingua teſtificans adducet mortem.Si ſufflaueris quaſi ignis ex
ardebit,& ſi expueris ſuper illam extinguetur.Vtraque ex ore
proficiſcuntur.Suſurro & bilinguis maledictus:multos enim
turbauit pacem habētes.Lingua tertia multos commouit, &

diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum
C deſtruxit,& domos magnatorum effodit. Virtutes populo-
rum concidit,& gẽtes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres
viratas eiecit,& priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illã
non habebit requiem,nec habebit amicum in quo requieſcat.
Flagelli plaga liuorem facit:plaga autẽ linguę cõminuet oſſa.
Multi ceciderunt in ore gladij,ſed non ſic quaſi qui interierũt
per linguam ſuã. Beatus qui tectus eſt à lingua nequã,qui in i-
racundia illius non tranſiuit,& non attraxit iugum illius,& in
vinculis eius non eſt ligatus. Iugũ enim illius iugum ferreũ eſt,
& vinculũ illius vinculũ æreũ eſt. Mors illius mors neqſſima &
vtilis potius inferus quàm illa. Perſeuerantia illius non ꝑmane
D bit,ſed obtinebit vias iniuſtorũ. In flamma ſua nõ cõburet iu-
ſtos. Qui derelinquunt dñm incident in illã,& exardebit in il-
lis,& non extinguetur,& immittetur in illos quaſi leo,& qua-
ſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis,& linguam nequã
noli audire,& ori tuo facito oſtia,& ſeras auribus tuis. Aurũ
tuum,& argentum tuũ confla,& verbis tuis facito ſtateram,
& frenos ori tuo rectos,& attende ne forte labaris in lingua,
& cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi,& ſit ca-
ſus tuus inſanabilis in mortem.

¶ Mutuum dandum,& reddendum,eleemoſyna data exorat pro nobis,
lapſus recuperãdus,hoſpitalitas & frugalitas. CAP. XXIX.

A QVi facit miſericordiam fœneratur proximo ſuo,et qui
præualet manu mãdata ſeruat. Fœnerare proximo tuo
in tempore neceſſitatis illius:& iterum redde proximo in tem
pore ſuo. Confirma verbũ & fideliter age cum illo,& in omni
tempore inuenies quod tibi neceſſarium eſt. Multi quaſi inuẽ
tionem æſtimauerunt fœnus, & præſtiterũt moleſtiã his qui
ſe adiuuerunt. Donec accipiant oſculantur manus dantis,& in
promiſſionibus humiliant vocẽ ſuam,& in tempore redditio
nis poſtulabit tẽpus,& loquetur verba tædij,& murmuratio
num,& tempus cauſabitur. Si aũt potuerit reddere aduerſa-
bitur. Solidi vix reddet dimidium,& computabit illud quaſi
B intentionẽ. Sin autem fraudabit illum pecunia ſua,& poſſide-
bit illum inimicũ gratis,& conuicia,& maledicta reddet illi,&
pro honore,& beneficio reddet illi contumeliã. Multi nõ cau
ſa nequitiæ,non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt.
Veruntamẽ ſuper humilẽ animo fortior eſto,& pro eleemo-
ſyna non trahas illum. Propter mandatũ aſſume pauperẽ,&
Thob.4.b. Supra.17.c. propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Perde pecu
niam propter fratrẽ & amicũ,& non abſcondas illã ſub lapi-
de in perditionẽ. Pone theſaurum tuũ in præceptis altiſſimi,
C & proderit tibi magis quàm aurũ. Conclude eleemoſynam in
corde pauperis,& hæc pro te exorabit ab omi malo. Eleemo
ſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo,& gratiã hominis quaſi pu-
pillam conſeruabit,& poſtea reſurget,& retribuet illis retribu
tionẽ vnicuiq; in caput illorum. Super ſcutum potentis, & ſu
per lanceam aduerſus inimicũ tuum pugnabit. Vir bonus fi-
dem facit proximo ſuo,& qui perdiderit confuſionẽ derelin-
quet ſibi. Gratiã fideiuſſoris ne obliuiſcaris,dedit enim pro te
animam ſuam. Repromiſſorem fugit peccator & immũdus.
Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator,& ingrat⁹ ſenſu de-
reliquit liberantẽ ſe. Vir repromittit de proximo ſuo,& cum
pediderit reuerentiã derelinquet ab eo. Repromiſſio nequiſſi-
ma multos perdidit diligẽtes,& commouit illos quaſi fluctus
maris,viros potẽtes gyrans migrare fecit,& vagati ſunt in gẽ
D tibus alienis. Peccator trãſgrediẽs mãdatum dñi incidit in pro
miſſionẽ nequã,& qui conatur multa agere,incidet in iudiciũ
Infra.39.c. Recupera proximum ſecundũ virtutem tuã & attende tibi ne
incidas. Initiũ vitæ hominis aqua & panis & veſtimentum,&
domus ꝓtegens turpitudinẽ. Melior eſt vict⁹ pauperis ſub teg
mine aſſerum,quàm epulæ ſplendidæ in peregre ſine domici-
lio. Super minimũ & magnũ placeat tibi,& improperiũ pere
grinationis nõ audies. Vita nequã hoſpitãdi de domo in do-
mum,& vbi hoſpitabitur,non fiducialiter aget, nec aperiet
os. Hoſpitabitur & paſcet,& potabit ingratos,& adhuc ama
ra audiet. Trãſi hoſpes,& orna mẽſam,& quæ in manu habes
ciba cęteros. Exi à facie honoris amicorũ meorũ: neceſſitudi-
ne domus meæ hoſpicio mihi factus es frater. Grauia hæc ho
mini habẽti ſenſum:correctio domus,& improperium fœne
ratoris.

¶ Iunge flagella docens natum,ſi diligis ipſum. eſt auro melior,
vera ſalus hominis. CAP. XXX.

A QVi diligit filium ſuũ,aſſiduat illi flagella,vt lætetur in
nouiſſimo ſuo,& non palpet proximorum oſtia. Qui Prou.13.d. &.23.b.
docet filium ſuũ laudabitur in illo,& in medio domeſticorum
in illo gloriabitur. Qui docet filiũ ſuum in zelum mittit inimi
cum,& in medio amicorũ gloriabitur in illo. Mortuus eſt pa-
ter eius, & quaſi nõ eſt mortuus. Similẽ em̃ reliquit ſibi poſt
ſe. In vita ſua vidit,& lætatus eſt in illo. In obitu ſuo nõ eſt con
triſtatus,nec cõfuſus eſt corã inimicis. Reliquit enim defenſo-
B rem cõtra inimicos,& amicis reddentẽ gratiam. Pro anima-
bus filiorũ colligabit vulnera ſua,& ſuper oẽm vocem turba
buntur viſcera eius. Equus indomitus euadet durus,& fili-
us remiſſus euadet præceps. Lacta filium tuũ,& pauentem te
faciet: lude cum eo,& contriſtabit te. Non corrideas illi,ne cõ
doleas,& in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. Non des illi
poteſtatem in iuuentute,& ne deſpicias cogitatus illius. Cur- Supra.7.c.
ua ceruicẽ eius in iuuentute,& tunde latera eius dũ infans eſt,
ne forte induret & non credat tibi,& erit tibi dolor animæ.
Doce filium tuũ,& operare in illo ne turpitudinẽ illius offen-
C das. Melior eſt pauper ſanus,& fortis viribus:quàm diues im
becillis,& flagellatus malitia. Salus animæ in ſanctitate iuſtitię,
& melior eſt omni auro & argento:& corpus validũ, quàm
cenſus immenſus. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corpo-
ris,& non eſt oblectamentũ ſuper cordis gaudium. Melior eſt
mors,quàm vita amara,& requies æterna,quàm languor per
ſeuerans. Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones Dani.14.b.
epularũ circũpoſitæ ſepulchro. Quid proderit libatio idolo?
Nec enim mãducabit,nec odorabitur. Sic qui effugatur à do
D mino,& portans mercedes iniquitatis. Videns oculis,& inge
miſcens ſicut ſpado,complectens virginẽ & ſuſpirãs. Triſtitiã
non des animę tuæ,& non affligas temetipſum in cõſilio tuo.
Iocunditas cordis hæc eſt vita hominis,& theſaurus ſine defe-
ctione ſanctitatis,& exultatio viri eſt longæuitas. Miſerere ani
mæ tuæ placens deo,& contine,& congrega cor tuum in ſan-
ctitate eius,& triſtitiam longe expelle à te. Multos enim occi-
dit triſtitia,& non eſt vtilitas in illa,zelus & iracundia minuũt
dies,& ante tẽpus ſenectam adducet cogitatus. Splendidum
cor bonum in epulis eſt,epulæ enim illius diligenter fiunt.

¶ Luxum uigiliæ frenant,iuſtus fugit aurum,uinumq; ſobriæ ſumit.
CAP. XXXI.

A VIgilia honeſtatis tabefaciet carnes,& cogitatus illius au
feret ſomnum. Cogitatus præſcientiæ auertit ſenſum,
& infirmitas grauis ſobriam facit animam. Laborauit diues
in congregatione ſubſtantiæ,& in requie ſua replebitur bonis
ſuis. Laborauit pauper in diminutiõe victus,& in fine inops
fit. Qui aurũ diligit,non iuſtificabitur, & qui inſequitur con-
ſumptionẽ replebitur ex ea. Multi dati ſunt in auro caſus,& fa
cta eſt in ſpecie ipſius perditio illorũ. Lignũ offenſionis eſt au-
rum ſacrificantiũ,væ illis qui ſectantur illud,& omnis impru- Lucæ.6.d.
dens deperiet in illo. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macu-
la,& qui poſt aurũ non abiit:nec ſperauit in pecunia & theſau
ris. Quis eſt hic,& laudabimus eũ? Fecit em̃ mirabilia in vita
B ſua. Qui probatus eſt in illo,& perfectus inuentus eſt,& erit il
li gloria æterna. Qui potuit trãſgredi & non eſt tranſgreſſus:
& facere mala,& non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in do
mino,& eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorũ.
Super menſam magnã ſediſti,nõ aperias ſuper illã faucem tuã
prior,Non dicas ſi multa ſunt,quæ ſuper illã ſunt. Memento
qm̃ malus eſt oculus nequã. Nequius oculo quid creatum eſt?
Ideo ab



Ideo ab omni facie ſua lachrymabitur,cum viderit. Ne exten
das manum tuam prior,& inuidia contaminatus erubeſcas,
nec comprimaris in conuiuio vino. Intellige quæ ſunt proxi-
mi tui ex teipſo. Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi appo-
nuntur,vt non cum manducas multum,odio habearis. Ceſſa
C prior cauſa diſciplinæ,& noli nimius eſſe ne fortè offendas:&
ſi in medio multorum ſediſti,prior illis ne extendas manum
tuam,nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini eru
dito vinum exiguum,& in dormiendo nõ laborabis ab illo,
& non ſenties dolorem. Vigilia & cholera,& tortura viro in-
frunito,ſomnus ſanitatis in homine parco. Dormiet vſq; ma-
ne,& anima illius cum ipſo delectabitur. Et ſi coactus fueris in
edendo multum,ſurge è medio & vome,& refrigerabit te, &
non adduces corpori tuo infirmitatem. Audi me fili,& non
ſpernas me,& in nouiſſimo inuenies verba mea. In omnibus
Prou.22.b. operibus tuis eſto velox,& omnis infirmitas non occurret ti-
bi. Splendidum in panibus benedicent labia multorum,& te
D ſtimonium veritatis illius fidele. In nequiſſimo pane murmu
rabit ciuitas,& teſtimonium nequitiæ illius verum eſt. Diligẽ-
tes in vino noli ꝓuocare,multos em̃ exterminauit vinũ. Ignis
probat ferrum durum,ſic vinum corda ſuperborum arguet
in ebrietate potatum. Aequa vita hominib⁹, vinũ in ſobrieta
te:ſi bibas illud moderate,eris ſobrius. Quæ eſt vita quæ mi-
nuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors. Vinum in iocun-
ditatem creatum eſt,& non in ebrietatem ab initio. Exultatio
animæ & corporis,vinum moderate potatum. Sanitas eſt a-
nimæ & corpori,ſobrius potus. Vinum multum potatum,
irritationem & iram & ruinas multas facit. Amaritudo ani-
mæ,vinum multum potatum. Ebrietatis animoſitas impru-
dentis offenſio,minorans virtutem & faciens vulnera. In con
uiuio vini non arguas proximum,& non deſpicias eum in io
cunditate illius. Verba improperij non dicas illi,& non pre-
mas illum in repetendo.

¶ Poteſtas non ſe extollat,ſed omnium curam gerat,omnibus faciles
præbendo aures,iuuenis tacens,quærat. CAP. XXXII.

A REctorem te poſuerũt,noli extolli,eſto in illis quaſi vnus
ex ipſis. Curam illorum habe,& ſic conſidera,& omni
cura tua explicita recumbe,vt læteris propter illos,& ornamẽ
tum gratiæ accipias coronam,& dignationem conſequaris
corrogationis. Loquere maior natu,decet enim te. Primum
verbum diligenti ſcientiam,& non impedias muſicam. Vbi
auditus non eſt,non effundas ſermonem,& importunè noli
extolli in ſapientia tua. Gemmula carbunculi in ornamẽto au
B ri,& comparatio muſicorum in conuiuio vini. Sicut in fabri
catione auri ſignum eſt ſmaragdi:ſic numerus muſicorum in
iocundo,& moderato vino. Audi tacens, & pro reuerentia
accedet tibi bona gratia. Adoleſcens loquere in tua cauſa:vix
cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris,habeat caput re-
ſponſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius,& audi tacens ſi-
mul,& quærens. In medio magnatorum loqui non præſu-
mas,& vbi ſunt ſenes non multum loquaris. Ante grandinẽ
pręibit coruſcatio,& ante verecundiam pręibit gratia,& pro
reuerentia accedet tibi bona gratia. Et hora ſurgendi non te-
C trices. Præcurre autem prior in domum tuam, & illic aduo-
care,& illic lude,& age conceptiones tuas,& nõ in delictis &
verbo ſuperbo. Super his omnibus benedicito dñm qui fecit
te,& inebriantem te ab omnibus bonis ſuis. Qui timet deum
accipiet doctrinã eius,& qui vigilauerint ad illũ,inuenient be
nedictionẽ. Qui quęrit legẽ implebitur ab ea,& qui inſidioſe
agit ſcandalizabitur ab ea. Qui timent deũ inuenient iudiciũ
iuſtum,& iuſtitias quaſi lumen accendent. Peccator homo vi
tabit correptionem,& ſecundũ voluntatẽ ſuã inueniet cõpa-
rationẽ. Vir conſilij nõ diſperdet intelligentiã,alienus & ſuper
D bus nõ pertimeſcet timorẽ. Etiam poſtq; fecit cũ eo ſine con-
ſilio,& ſuis inſectationibus arguetur. Fili ſine cõſilio nihil faci-
as,& poſt factũ non pœnitebis. In via ruinæ non eas,& nõ of-
fendes in lapides,nec credas te viæ laborioſę:ne ponas animæ
tuæ ſcandalum. Et à filiis tuis caue, & à domeſticis tuis atten-
de. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hæc eſt enim
conſeruatio mãdatorum. Qui credit deo attendit mandatis,
& qui confidit in illo,non minoratus erit.

¶ Timor dñi cõſeruat a malis,ſtultus ut rota eſt,ordo & oppoſitum omnium re-
rum,ſubdere te noli tuis,ſed corripe & pace eos. CAP. XXXIII.

A TImenti deum non occurrent mala,ſed in tentatione de-
us illum conſeruabit,& liberabit à malis. Sapiẽs non o-
dit mandata,& iuſtitias,& non illidetur quaſi in procella na-
uis. Homo ſenſatus credit legi dei,& lex illi fidelis. Qui interro
gationem manifeſtat parabit verbum,& ſic deprecatus exau
dietur,& cõſeruabit diſciplinã,& tunc reſpondebit. Præcor-
dia fatui quaſi rota carri,& quaſi axis verſatilis cogitatus illi⁹.
Equus emiſſarius:ſic & amicus ſubſannator ſub oĩ ſupraſedẽ-
te hinnit. Quare dies diẽ ſuperat,& iterũ lux lucẽ & annus an-
B num à ſole ad ſolẽ? A domini ſcientia ſeparati ſunt, facto ſole
præceptũ cuſtodiente per dei ſapientiã diuidũtur. Et immuta
uit tempora,& dies feſtos ipſorũ,& in illis dies feſtos celebra-
uerunt ad horã. Ex ipſis exaltauit & magnificauit deus,& ex i-
pſis poſuit in numerum dierum,& omnes homines de ſolo,
& ex terra vnde creatus eſt Adam. In multitudine diſciplinæ
domini ſeparauit eos,& immutauit vias eorũ. Et ex ipſis bene
dixit & exaltauit,& ex ipſis ſanctificauit & ad ſe applicauit, &
ex ipſis maledixit & humiliauit,& conuertit illos à ſeparatione
ipſorum. Quaſi lutũ figuli in manu ipſius, plaſmare illud & di
ſponere. Oẽs viæ eius ſecũdũ diſpoſitionem eius,ſic homo in
manu illius qui ſe fecit,& reddet illi ſecundũ iudicium ſuũ. Cõ
tra malum bonũ eſt,& contra vitã mors,ſic & contra virũ iu
ſtum peccator. Et ſic intuere in oĩa opera altiſſimi. Duo cõtra
C duo & vnũ contra vnũ. Et ego nouiſſimus euigilaui,& quaſi
qui colligit acinos poſt vindemiatores. In benedictione dei &
ipſe ſperaui,& quaſi quũ vindemiat repleui torcular. Reſpici-
te qm̃ non mihi ſoli laboraui,ſed & omnibus exquirẽtibus di Supra.24.b.
ſciplinã. Audite me magnates, & omnes populi,& rectores
eccleſiæ auribus percipite. Filio et mulieri,fratri & amico non
des poteſtatẽ ſuper te in vita tua,& nõ dederis alij poſſeſſionẽ
tuã,ne fortè pœniteat te,& depreceris pro illis. Dũ adhuc ſu-
peres & aſpiras,nõ immutabit te omnis caro. Melius eſt enim
vt filij te rogent,q; te reſpicere in manus filiorũ tuorum. In o-
mnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculã in
gloriã tuã in die conſummationis dierũ vitæ tuæ,& in tẽpo-
re exitus tui diſtribue hæreditatẽ tuam. Cibaria & virga & o-
nus aſino,panis & diſciplina & opus ſeruo. Operatur in diſci
plina,& quærit requieſcere:laxa manus illi,& quærit libertatẽ.
D Iugum & lorum curuant collum durum,& ſeruum inclinant
operationes aſſiduæ. Seruo maliuolo tortura & compedes,
mitte illum in operationem ne vacet. Multam enim malitiam
docuit ocioſitas. In opera conſtitue eum,ſic enim condecet il-
lum. Quod ſi non obaudierit curua illum compedibus,& nõ
amplifices ſuper omnem carnem. Verum ſine iudicio nihil fa-
cias graue. Si eſt tibi ſeruus fidelis,ſit tibi quaſi anima tua,qua
ſi fratrem ſic eum tracta,quoniam in ſanguine animæ compa-
raſti illum. Si læſeris eum iniuſtè,in fugam conuertetur,& ſi ex Supra.7.c.
tollens diſceſſerit,quẽ quæras,& in qua via quæres illũ,neſcis.

¶ Mendacia,ſomnia,& auguria fugienda ſapienti,expertus multa
ſcit,ſpiritus tim[illegible] deum quæritur,dona impij ingrata deo.
CAP. XXXIIII.

A VAna ſpes & mendaciũ viro inſenſato,& ſomnia extol-
lunt imprudẽtes. Quaſi qui apprehẽdit vmbrã,& perſe
quitur ventũ:ſic & qui attendit ad viſa mẽdacia. Secundũ hoc
viſio ſomniorũ. Ante faciẽ hominis ſimilitudo alterius homi-
nis. Ab immundo,quid mundificabitur? Et à mendace,quid
verum dicetur? Diuinatio erroris & auguria mendacia,& ſo-
mnia malefaciẽtiũ vanitas eſt. Et ſicut parturientis cor tuũ phã
taſias patitur,niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio:ne dede-
ris in illis cor tuũ. Multos enim errare fecerunt ſomnia,& exci
derunt ſperantes in illis. Sine mendacio conſummabitur ver-

bum legis,& ſapientia in ore fidelis complanabitur. Qui non eſt tentatus quid ſcit? Vir in multis expertus cogitabit multa, B & qui multa didicit enarrabit intellectum. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. Qui autem in multis fatuus eſt multiplicat malitiam. Qui temperatus non eſt, qualia ſcit? Qui implanatus eſt, abundabit nequitia. Multa vidi enarrãdo, & plurimas verborum conſuetudines. Aliquotiẽs vſq; ad mortem periclitatus ſum horum cauſa,& liberatus ſum gratia dei. Spiritus timentium deum quæritur,& in conſpectu illius benedicetur. Spes enim illorum in ſaluantem illos,& oculi dei in diligentes ſe. Qui timet dominum, nihil trepidabit,& non pauebit quoniam ipſe eſt ſpes eius. C Timentis dominum beata eſt anima eius. Ad quem reſpicit,& qui eſt fortitudo eius? Oculi domini ſuper timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris,& vmbraculum meridiani, deprecatio offenſionis & adiutorium caſus, exaltans animam & illuminans oculos, dãs ſanitatem & vitam & benedictionem.

Prouer.15.a. Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata,& non ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniuſtorũ. Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis & iuſtitiæ. Dona iniquorum nõ probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multi- D tudine ſacrificiorum eorũ propiciabitur peccatis. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinem,& qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. Vnus ædificans,& vnus deſtruens, quid prodeſt illi niſi labor? Vnus orans,& vnus maledicens: cuius vocem exaudiet deus? Qui baptizatur à mortuo,& iterum tangit mortuũ, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis,& iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet?

¶Oratio & ſacrificium præſtantius, oblatio hilaris, uiduæq; & pupilli, & humiliantis ſe, preces alte ſcandunt ad dominum.

CAP. XXXV.

A QVi conſeruat legem multiplicat orationem. Sacrificiũ ſalutare eſt attendere mandatis,& diſcedere ab omni iniquitate,& propitiationem litare ſacrificiis ſuper iniuſtitias,& deprecatio ꝓ peccatis recedere ab iniuſtitia. Retribuet gratiam qui offert ſimilaginem,& qui facit miſericordiam offert

Exodi.25.b. &34.c. ſacrificium. Beneplacitum eſt domino recedere ab iniquitate,

Deute.16.d. & deprecatio pro peccatis recedere ab iniuſtitia. Non apparebis ante conſpectum domini vacuus. Hæc enim omnia pro- B pter mãdata dei fiunt. Oblatio iuſti impinguat altare,& odor ſuauitatis eſt in cõſpectu altiſſimi. Sacrificium iuſti acceptum

2.Cor.9.b. Thob.4.b. eſt,& memoriam eius non obliuiſcetur dominus. Bono animo gloriam redde deo,& non minuas primitias manuũ tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum,& in exultatione ſanctifica decimas tuas. Da altiſſimo ſecundum donatũ eius,& in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum:

Leui.22.c. Deu.15.d. quoniam dominus retribuens eſt,& ſepties tantum retribuet C tibi. Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpicere ſacrificiũ iniuſtum, qm̃ dominus vindex eſt,& non

Roma.2.b. Deu.20.b. 2.Par.19.c. Iob.34.b. Sapie.6.b. Gala.2.b. Ephe.6.b. Gala.3.d. Actuũ.10.e. 1.Petri.1.c. eſt apud illum gloria perſonæ. Non accipiet dominus perſonam in pauperem,& deprecationem læſi exaudiet. Nõ deſpiciet preces pupilli, nec viduã ſi effundat loquelã gemitus. Nõne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt,& exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt vſq; ad cœlum,& dominus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat deum in oblectatione ſuſcipietur,& deprecatio illius vſque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit,& donec propinquet non conſolabitur,& non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Et dominus non elongabit, ſed D iudicabit iuſtos & faciet iudicium,& fortiſſimus non habebit in illis patientiam: vt contribulet dorſum ipſorum,& gentibus reddet vindictam donec tollat plenitudinem ſuperborum,& ſceptra iniquorum contribulet: donec reddat hominibus ſecundum actus ſuos,& ſecundum opera Adæ,& ſecundũ præſumptionem illius: donec iudicet iudiciũ plebis ſuæ,& oblectabit iuſtos miſericordia ſua. Specioſa miſericordia dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

¶Quæ te non quærit, timeat gens, ſed miſerere noſtri, noſq; in uiam dirige iuſtitiæ qui eccleſia ſponſa delectaris, cuius es colũna. CAP. XXXVI.

A MIſerere noſtri deus omnium,& reſpice nos,& oſtende nobis lucem miſerationũ tuarũ,& immitte timorẽ tuum ſuper gentes: quæ non exquiſierunt te: vt cognoſcant quia non eſt deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuã ſuper gentes alienas: vt videant potentiam tuã. Sicut enim in conſpectu eorũ ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in eis, vt cognoſcãt te ſicut & nos cognouimus, quia non eſt deus præter te dñe. Innoua ſigna,& im- B muta mirabilia. Glorifica manum & brachium dexterum. Excita furorem,& effunde iram. [a]Extolle aduerſarium,& afflige inimicũ. [a] E medio tolle. Feſtina tẽpus & memẽto finis,& enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui ſaluatur,& qui peſſimãt plebem tuam inueniant perditionem. Contere caput principũ,& inimicorũ dicentiũ: non eſt alius præter nos. Congrega oẽs tribus Iahacob,& cognoſcant quia non eſt deus niſi tu, vt enarrent magnalia tua,& hæreditabis eos ſicut ab initio. Miſerere plebi tuæ ſuper quã inuocatũ eſt nomen tuũ,& Iſrael quẽ C coæquaſti primogenito tuo. Miſerere ciuitati ſanctificationis tuę Ieruſalaim ciuitati requiei tuæ. Reple Siion inenarrabilibus virtutibus tuis,& gloria tua populum tuum. Da teſtimoniũ quia ab initio creaturæ tuæ ſunt,& ſuſcita ꝑcationes quas locuti ſunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedẽ ſuſtinentibus te: vt prophetę tui fideles inueniãtur,& exaudi orationes ſeruorũ tuorũ, ſecundũ benedictionẽ Aharon, da po- Nume.6.d. pulo tuo,& dirige nos in viã iuſtitiæ, vt ſciant omnes qui habitant terram: quia tu es deus conſpector ſeculorũ. Oẽm eſcã mãducabit venter,& eſt cibus cibo melior. Fauces contingũt D cibum,& cor inſenſatum verba mendacia. Cor prauũ dabit triſtitiã,& homo peritus reſiſtet illi. Oẽm maſculũ excipiet mulier,& eſt filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem viri ſui,& ſuper omnẽ concupiſcentiã hominis ſuperducet deſiderium. Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis & miſericordiæ: non eſt vir illius ſecundũ filios hominũ. Qui poſſidet mulierem bonam inchoat poſſeſſionem, adiutorium ſecundum illum eſt,& columna vt requies. Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio,& vbi non eſt mulier ingemiſcit egẽs. Cui credit qui non habet nidum? Et deflectens vbicunque obſcurauerit: quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

¶Rumpit amicitiam tibi fictus amicus, opuſq; conſilium prodit, eſtq; ſophiſta grauis: CAP. XXXVII.

A OMnis amicus dicet,& ego amicitiam copulaui, ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nõnne triſtitia ineſt vſq; ad mortem? Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertẽtur. O præſumptio neqſſima, vnde creata es cooperire aridam malitiam,& doloſitatem illius. Sodalis amico coniocundabitur in oblectationibus,& in tempore tribulatiõis aduerſarius erit. Sodalis amico condolet cauſa ventris,& contra hoſtem arripiet ſcutũ. Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo,& non immemor ſis illius in operibus tuis. Noli conſiliari cũ ſocero tuo,& à zelantibus te abſconde conſilium. Omnis conſiliarius prodit conſilium: ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. A B conſiliario ſerua animam tuam. Prius ſcito quæ ſit illius neceſſitas,& quid ipſe in animo ſuo cogitabit. Ne forte mittat ſudem in terram,& dicat tibi bona eſt via tua,& ſtet ecõtrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate,& cum iniuſto de iuſtitia,& cum muliere de his quę æmulatur. Cum timido de bello, cum negociatore de traiectione. Cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratiis agendis. Cum impiis de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario, de omni opere, cum operario annuali de conſummatione anni, cum ſeruo pigro de multa operatione.



Non attendas his in omni cõſilio. Sed cum viro ſancto C aſſiduus eſto, quemcunque cognoueris obſeruantem timorẽ dei: cuius anima eſt ſecundum animam tuam. Quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue tecum. Non eſt enim tibi aliud plus illo. Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, pluſquam ſeptem circunſpectores ſedẽtes in excelſo ad ſpeculandum. Et in his omnibus deprecare altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Ante omnia opera verbum verax præcedat te,& ante omnem actũ conſilium ſtabile. Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur: bonum & malum, vita & mors,& dumtaxat illorum eſt aſſidua lingua. Vir peritus multos erudiuit,& animæ ſuæ ſuauis eſt. Qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt, in omni re defraudabitur. Non eſt enim illi data à domino gratia, omni enim ſapientia defraudatus eſt. Eſt ſapiens ani- D mæ ſuæ ſapiens,& fructus ſenſus illius laudabilis. Vir ſapiens plebem ſuam erudit,& fructus ſenſus illius fideles ſunt. Vir ſapiens implebitur benedictionibus,& videntes illum laudabunt. Vita viri in numero dierum, dies autem Iſrael innumerabiles ſunt. Sapiens in populo hæreditabit honorem & nomen illius erit viuens in æternum. Fili in vita tua tenta animã tuam,& ſi fuerit nequam non des illi poteſtatem. Non enim omnia omnibus expediunt,& non omni animæ omne genus placet. Noli auidus eſſe in omni epulatione,& non te effundas ſuper omnem eſcam. In multis enim eſcis erit infirmitas,& auiditas appropinquabit vſq; ad choleram. Propter crapulã multi obierunt, qui autem abſtinens eſt abiiciet vitam.

¶Honora medicos, nouiſſimaq; recordare, quiſquis arte ſua gaudet, & ſapit. CAP. XXXVIII.

A HOnora medicum propter neceſſitatem, etenim illum creauit altiſſimus. A deo eſt enim omnis medela,& à rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius,& in conſpectu magnatorum collaudabitur. Altiſſimus creauit de terra medicinam,& vir prudens non abhorrebit il-

Exod.15.d lam. Nõnne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionẽ hominum virtus illorum. Et dedit hominibus ſcientiã altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis. In his curans mitigabit dolorem,& vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis,& vnctiones conficiet ſanitatis,& nõ conſummabũtur opera eius. Pax enim dei ſuper faciẽ terræ. Fili in tua infirmitate non deſpicias teipſum, ſed ora dñm & ipſe curabit te. Auerte à delicto,& dirige manus,& ab omni delicto mũda cor tuũ. Da ſuauitatem,& memoriam ſimilaginis,& impingua oblationẽ,& da locũ B medico. Et enim illum dñs creauit,& non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt etenim tempus quando in manibus illorum incurras, ipſi verò dñm deprecabunt, vt dirigat requiem eorum in ſanitatẽ propter conuerſationẽ illorũ. Qui

Sup.22.b. delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici. Fili in mortuum produc lachrymas,& quaſi dira paſſus incipe plorare:& ſecũdum iudicium contege corpus illius,& non deſpicias ſepulturam illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius vno die,& conſolare propter triſtitiam,& fac luctum ſecundum meritũ eius vno die vel duobus pro-

Prou.15.b &.17.d pter detractionem. A triſtitia enim feſtinat mors & cooperit virtutem,& triſtitia cordis flectit ceruicẽ. In abductione permanet triſtitia,& ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. Non dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te,& memento nouiſſimorum. Noli obliuiſci, neq; enim eſt conuerſio,& huic C nihil proderis,& teipſum peſſimabis. Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit,& tuum. Mihi heri,& tibi hodie. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius,& cõſolare illum in exitus ſpiritus ſui. Sapiẽtiam ſcribe in tempore vacuitatis,& qui minoratur actu ſapientiam percipiet, quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrũ,& qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat,& conuerſatur in operibus eorum,& narratio eius in filijs thesaurorum. Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos,& vigilia eius in ſagina vaccarum. Sic omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignacula ſculptilia,& aſſiduitas eius variat picturam. Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ,& vigili[a] ſua perficit opus. Sic faber ferrarius ſedens iuxta incudem,& conſiderans opus ferri. Vapor ignis vret carnes eius,& in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius,& contra ſimilitudinem vaſis ocu- D lus eius. Cor ſuum dabit in conſummationẽ operum,& vigilia ſua ornabit imperfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuum conuertens pedibus ſuis rotã, qui in ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum,& innumera eſt omnis operatio eius. In brachio ſuo formabit lutum,& ante pedes ſuos curuabit virtutem ſuam. Cor ſuum dabit vt conſumet linitionem,& vigilia ſua mundabit fornacem. Oẽs hi in manibus ſuis ſperauerunt,& vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt. Sine his omnibus non ædificatur ciuitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt,& in eccleſiam non tranſilient. Super ſellam iudicis nõ ſedebunt,& teſtamentum iudicij nõ intelligent, neq; pallam facient iudiciũ,& diſciplinam,& in parabolis non inuenientur, ſed creaturã æui confirmabunt,& deprecatio illorũ in operatione artis, accommodantes animas ſuas,& conquirentes in lege altiſſimi.

¶Sapientiam ex antiquis & prophetis inquirit, ſapiens omni laude dignus, [redacted] CAP. XXXIX.

A SApientiam omnium antiquorum exquirat ſapiens,& in prophetis vacabit. Narrationem virorũ nominatorum cõſeruabit,& in verſutias parabolarũ ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret,& in abſconditis parabolarũ cõuerſabitur. In medio magnatorũ miniſtrabit,& in cõſpectu pręſidis apparebit. In terrã alienigenarũ gentiũ pertrãſiet. Bona em̃ & mala in omnibus tentabit. Cor ſuum tradet ad vigilandũ diluculo ad dñm qui fecit illũ,& in cõſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuũ in oratione,& pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dñs magnus voluerit, ſpũ intelligẽtiæ replebit illũ,& ipſe tanq; imbres emittet eloquia ſapientiæ ſuæ,& in B oratione cõfitebitur dño. Et ipſe diriget conſiliũ eius,& diſciplinam,& in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palã faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ,& in lege teſtamenti dñi gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientieam eius,& vſque in ſeculũ non delebitur. Non recedet memoria eius,& nomen eius requiretur à generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes,& laudem eius enunciabit eccleſia. Si permanſerit nomen eius derelinquet pluſquam mille:& ſi requieuerit proderit illi. Adhuc conſiliabor vt enarrem, vt furore enim repletus ſum. Et in voce dicit: Obaudite me diuini fructus,& quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarum fructificate. Quaſi libanus odorem ſuauitatis habete. Florete flores quaſi liliũ & date odorem,& frondete in gratiam,& collaudate cãticum,& benedicite dominũ in operibus ſuis. Date nomini eius ma- C gnificentiam,& confitemini illi in voce labiorum veſtrorum,& in canticis labiorum & citharis & ſic dicetis in confeſſio- Gene.1.d.

ne. Opera domini vniuerſa bona valde. In verbo em̃ eius ſte- Marci.6.d

tit aqua ſicut cõgeries,& in ſermone oris illius ſicut exceptoria aquarum, quoniam in præcepto illius placor fit,& non eſt minoratio in ſalute ipſius. Opera omnis carnis coram illo,& nõ eſt quicquam abſconditum ab oculis eius. A ſeculo vſque in ſeculum reſpicit,& nihil eſt mirabile in conſpectu eius. Non eſt dicere quid eſt hoc, aut quid eſt iſtud, omnia enim in tempo- Gene.6.d

re ſuo quærentur. Benedictio illius quaſi fluuius inundabit, et quomodo cataclyſmus aridam inebriauit, ſic ira ipſius gentes Exo.14.e

quæ non exquiſierunt eum hæreditabit. Quomodo conuertit aquas in ſiccitatem,& ſiccata eſt terra,& viæ illius viis illorum directæ ſunt, ſic peccatoribus offenſiones in ira eius. Bona bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis bona & mala. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis,& ferrum, D ſol, lac,& panis ſimilagineus,& mel,& botrus vuæ,& oleum, Supra.29.d

& veſtimentum. Hæc omnia ſanctis in bona, ſic & impiis,& peccatoribus in mala conuertentur. Sunt ſpiritus qui ad vin-

dictam creati ſunt,& in furore ſuo confirmauerunt tormenta
Infra.41.b. ſua.Et in tempore conſummationis effundent virtutem,& fu
rorem eius qui fecit illos confu . lent.Ignis ,grando,fames, &
mors,omnia hæc ad vindictam creata ſunt.Beſtiarum dẽtes,
& ſcorpij,& ſerpentes,romphea vindicans in exterminium im
pios.In mandatis eius epulabuntur,& ſuper terram in neceſſi
tate præparabuntur,& in temporibus ſuis nõ præterient ver
bum.Propterea ab initio confirmatus ſum,& cogitaui,et ſcri
pta dimiſi.Omnia opera domini bona,& omne opus hora
ſua ſubminiſtrabit.Non eſt dicere hoc illo nequius eſt.Omnia
enim in tempore ſuo cõprobabuntur.Et nunc in omni cor-
de,& ore collaudate,& benedicite nomen domini.

¶ *Vita noſtra ſtimulus,furor,timor,ira,fames,mors,omnia prætereunt,firma fides remanet.* CAP. XL.

A OCcupatio magna creata eſt omnibus hominibus,& iu
gum graue ſuper filios Adam à die exitus de vẽtre ma
tris eorum vſq; in diem ſepulturæ in matrẽ omnium.Cogita
tiones eorũ & timores cordis adinuentiones expectationis,&
dies finitionis,à præſidente ſuper ſedem glorioſam vſq; ad hu
miliatum in terram & cinerem ab eo qui vtitur hyacintho, &
portat coronam vſq; ad eum qui operitur lino crudo.Furor
Zelus,tumultus,fluctuatio,& timor mortis,iracundia perſe-
uerans,& contentio,& in tempore refectionis in cubili ſomnꝰ
noctis immutat ſcientiã eius.Modicum aũt tanquã nihil in re-
B quie,& ab eo in ſomnis quaſi in die reſpectus.Cõturbatus eſt
in viſu cordis ſui tanquam qui euaſerit in die belli.In tempore
ſalutis ſuæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem, cum
Supra.39.d. omni carne ab homine vſq; ad pecus,& ſuper peccatores ſep-
Gen.7. tuplũ.Ad hæc mors ſanguis,contẽtio & romphea,oppreſſio
nes fames,& contritio,& flagella. Super iniquos creata ſunt
Infra.41.a. hæc oĩa,& propter illos factus eſt cataclyſmus.Oĩa em̃ quę
Eccés.1.b. de terra ſunt,in terram conuertentur,& aquæ omnes in mare
conuertentur.Omne munus,& iniquitas delebitur,& fides in
ſeculum ſtabit.Subſtantiæ iniuſtorũ ſicut fluuius ſiccabũtur,
& ſicut tonitruum magnũ in pluuia perſonabunt.In aperien
do manus ſuas lætabitur,ſic præuaricatores in cõſummatio-
C ne tabeſcent.Nepotes impiorũ non multiplicabunt ramos,
& radices immundæ ſuper cacumen petræ ſonãt.Super oẽm
aquam viriditas,& ad orã fluminis ante omne fœnum euelle
tur.Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus,& miſericordia
in ſeculo permanet.Vita ſibi ſufficientis operarij conculcabi-
tur,& in ea inuenies theſaurum.Fili ædificatio ciuitatis confir
mabit nomẽ,& ſuper hanc mulier immaculata cõputabitur.
Vinum & muſica lætificant cor,& ſuper vtraq; dilectio ſapi-
entiæ.Tibiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam,& ſuper
vtraq; lingua ſuauis.Gratiã & ſpeciem deſiderabit oculus tu-
us,& ſuper hoc virides ſationes.Amicus & ſodalis in tempo-
re conuenientes,& ſuper vtroſq; mulier cum viro. Fratres in
adiutorium in tempore tribulationis,& ſuper eos miſericor-
dia liberabit.Aurum,& argẽtum & conſtitutio pedum,& ſu-
D per vtrunq; conſilium beneplacitum. Facultates & virtutes
exaltant cor,& ſuper hæc timor domini.Nõ eſt in timore do
mini minoratio,& nõ eſt in eo inquirere adiutorium. Timor
domini ſicut paradiſus benedictionis,& ſuper omnem gloriã
operuerunt illum.Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas.Meli-
us eſt enim mori quàm indigere.Vir reſpiciens in menſam a-
lienam,non eſt vita eius in cogitatione victus. Alit enim ani-
mam meam cibis alienis.Vir autem diſciplinatus & eruditus
cuſtodiet ſe.In ore imprudentis conculcabitur inopia,& in vẽ
tre eius ignis ardebit.

¶ *Anxia mors prauis,bona pauperibus ſenibusq;. De illa non tam curandũ quam de nomine bono,coram quibus de quibus erubeſcendũ.* CAP. XLI.

A O Mors quàm amara eſt memoria tua homini pacẽ ha-
bẽti in ſubſtantiis ſuis viro quieto,& cuius viæ directæ
ſunt in omnibus,& adhuc valenti accipere cibũ. O mors bo-
num eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur
viribus defecto ætate,& cui de omnibus cura eſt,& incredibi
li qui perdit ſapientiam.Noli metuere iudicium mortis. Me-
mento quæ ante te fuerunt,& quæ ſuperuẽtura ſunt tibi.Hoc
iudicium à domino omni carni,& quæ ſuperuenient tibi in
beneplacito altiſſimi,ſiue decem,ſiue centum,ſiue mille anni.
Non eſt enim in inferno accuſatio vitæ.Filij abominationum
B fiunt filij peccatorũ,& qui conuerſantur ſecus domos impio-
rum.Filiorum peccatorum periet hęreditas,& cum ſemine il-
lorum aſſiduitas opprobrij.De patre impio queruntur filij,
quoniam propter illum ſunt in opprobrio. Væ vobis viri
impij, ꝙ dereliquiſtis legẽ dñi altiſſimi.Et ſi nati fueritis,in ma
ledictione naſcemini:ſi mortui fueritis,in maledictione erit pars
vestra.Omnia quæ de terra ſunt in terram conuertentur, ſic Supra.40.b.
impij à maledictione in perditionem.Luctus hominũ in cor-
pore ipſorum,nomen autem impiorum delebitur. Curam
C habe de bono nomine,hoc enim magis permanebit tibi quã
mille theſauri precioſi & magni.Bonæ vitę numerus dierum,
boni autem nomen permanebit in æuum.Diſciplinam in pa-
ce conſeruate filij.Sapientia enim abſcondita,& theſaurus in- Supra.20.d.
uiſus,quæ vtilitas in vtriſque?Melior eſt homo qui abſcondit
ſtultitiam ſuã,quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuã.Ve-
runtamen reuertimini in his quæ procedunt de ore meo.Nõ
eſt enim bonũ omnem irreuerentiam obſeruare,& nõ omnia
omnibus beneplacent in fide.Erubeſcite à patre & matre de
fornicatione,& à præſidẽte & à potente de mendacio,à prin
cipe & à iudice de delicto,à ſynagoga & plebe de iniquitate,
à ſocio & amico de iniuſtitia,& à loco in quo habitas de fur-
D to, de veritate dei & teſtamento, de diſcubitu in panibus,&
obfuſcatione dati & accepti,à ſalutantibus de ſilentio,à reſpe-
ctu mulieris fornicariæ,& ab auerſione vultus cognati.Ne a-
uertas faciem à proximo tuo,& ab auferendo partem,& non
reſtituendo.Ne reſpicias mulierem alieni viri, & ne ſcruteris
ancillam eius,neque ſteteris ad lectum eius.Caue ab amicis de
ſermonibus improperij,& cum dederis ne improperes.

¶ *Audita non publices,nec perſonæ rationem habeas,natam bene ſerua,ſapientiæ diuinæ cõmendatio.* CAP. XLII.

A NOn duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermo-
nis abſconditi,& eris verè ſine confuſione , & inuenies
gratiam in conſpectu omnium hominũ. Ne pro his omnibꝰ
confundaris,& ne accipias perſonam vt delinquas.De lege al- Leuit.19.c.
tiſſimi & teſtamento,& de iudicio,iuſtificare impium,de ver- Deute.1.c. 16.d.
bo ſociorum & viatorum, & de datione hæreditatis ami- Prou.24.c.
corum,& de æqualitate ſtaterę,& ponderum,de acquiſitione Iacobi.2.a.
multorum,& paucorum,& de corruptione emptionis,& ne
gociatorum,& de multa diſciplina filiorum,& ſeruo peſſimo
latus ſanguinare:ſuper mulierem nequam bonum eſt ſignum.
B Vbi manus multæ ſunt,claude,& quodcunq; trades numera
& appende,datum verò & acceptum omne deſcribe.De diſci
plina inſenſati,& fatui,& de ſenioribus qui iudicantur ab ado
leſcentibus,& eris eruditus in omnibus,& probabilis in con-
ſpectu omnium virorum.Filia patris abſcondita eſt,vigilia,&
ſolicitudo eius aufert ſomnum,ne forte in adoleſcentia ſua a-
dultera efficiatur,& cũ viro cõmorata odibilis fiat, nequãdo
polluatur in virginitate ſua,& in paternis ſuis grauida inueni-
atur:ne fortè cũ viro cõmorata trãſgrediatur,aut certe ſterilis
efficiatur.Super filiã luxurioſam confirma cuſtodiã, nequan-
do faciat te in opprobrium venire inimicis,à detractione in
C ciuitate,& obiectione plebis,& confundat te in multitudine
populi.Omni homini noli attẽdere in ſpecie & in medio mu-
lierum noli cõmorari.De veſtimẽtis enim procedit tinea, & à
muliere iniquitas viri.Melior eſt enim iniquitas viri quàm be
nefaciens mulier,& mulier confundẽs in opprobriũ. Memor
ero igitur operum dñi,& quæ vidi annũciabo in ſermonibus
domini opera eius.Sol illuminans per omnia reſpexit,& glo-
ria domini plenũ eſt opus.Nõnne dominus fecit ſanctos enar
rare omnia mirabilia ſua,quæ cõfirmauit dominus omnipo-
tens ſtabilis in gloria ſua?Abyſſum & cor hominum inueſti-
gauit,&



gauit,& in aſtutia eorum excogitauit.Cognouit enim domi-
nus omnẽ ſcientiam,& inſpexit in ſignum eius annunciãs quæ
D præterierunt,& quæ ſuperuentura ſunt,reuelans veſtigia oc-
cultorum.Non præterit illum omnis cogitatus,& non abſcõ
dit ſe ab eo vllus ſermo.Magnalia ſapiẽtiæ ſuæ decorauit quę
eſt ante ſeculum,& vſque in ſeculum:neq; adiectum eſt,neque
minuetur,& non eget alicuius conſilio. Quàm deſiderabilia
omnia opera eius,& tanquam ſcintilla quæ eſt conſiderare.
Omnia hæc viuunt,& manent in ſeculum,& in omni neceſſi-
tate omnia obaudiunt ei.Oĩa duplicia vnum cõtra vnum,
& nõ fecit quicquam deeſſe. Vniuſcuiuſq; conſeruabit bona.
Et quis ſciens confirmabit fortitudinem eius?Et quis ſatiabi-
tur videns gloriam eius?

¶ *Pergit commemorare mirabilia,uirtuteſq; dei memorabiles.*

CAP. XLIII.

A ALtitudinis firmamẽtum,pulchritudo eius, ſpecies cœ
li in viſione gloriæ.Sol in aſpectu annuncians in exitu,
vas admirabile opus excelſi.In meridiano exurit terram, & in
conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere?Fornacem cuſto
diens in operibus ardoris.Tripliciter ſol exurens montes ra-
dios igneos exufflans,& refulgens radiis ſuis obcæcat oculos.
Magnus dñs ꝙ fecit illũ,& in ſermonibꝰ eius feſtinauit iter. Et
luna in oĩbus in tẽpore ſuo,oſtenſio tẽporis,& ſignũ ęui. A lu
na ſignũ diei feſti, luminare quod minuitur in cõſummatione.
Menſis ſecudũ nomen eius eſt creſcens mirabiliter in cõſum-
mationem.Vas caſtrorũ in excelſis,in firmamento cœli reſpõ
B densglorioſe.Species cœli gloria ſtellarũ,mundũ illuminãs in
excelſis dñs.In verbis ſancti ſtabunt ad iudiciũ & non deficiẽt
in vigiliis ſuis.Vide arcũ,& benedic eũ,qui fecit illum. Valde
Gene.9.b. ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo.Gyrauit cœlum in circuitu glo-
riæ,manus excelſi aperuerunt illũ.Imperio ſuo accelerauit ni-
uem,& accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. Propter-
ea aperti ſunt theſauri & euolauerunt nebulæ ſicut aues.In ma
gnitudine ſua poſuit nubes,& confracti ſunt lapides grandi-
nis.In conſpectu eius commouebũtur montes,& in volũtate
eius aſpirauit nothus.Vox tonitrui eius verberauit terrã:tem
peſtas aquilonis & cõgregatio ſpũs,& ſicut auis deponens ad
C ſedendũ aſpergit niuẽ, & ſicut locuſta demergens deſcenſus e-
ius.Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus,& ſu-
per imbrẽ eius expaueſcit cor.Gelu ſicut ſalem effundet ſuper
terram,& dũ gelauerit fiet tanquam cacumina tribuli. Frigi-
dus ventus aquilo flauit,& gelauit criſtallus ab aqua. Sup o-
mnem congregationẽ aquarũ requieſcet,& ſicut lorica induet
ſe aquis.Et deuorabit montes & exuret deſertum,& extinguet
viride ſicut ignẽ.Medicina oĩm in feſtinatione nebulæ, & ros
a & in ea plantauit inſulas. obuians ab ardore venienti humilẽ efficiet eum.In ſermone e-
ius ſiluit ventus,& cogitatione ſua placauit abyſſum, [a] & plã-
tauit illum dominus Ieſuah.Qui nauigat mare enarrat pericu
la eius,& audientes auribus noſtris admirabimur.Illic præcla
ra opera & mirabilia:varia beſtiarum genera,& omnium pe-
corum,& creatura belluarum.Propter ipſum cõfirmatus eſt
itineris finis,& in ſermone eius compoſita ſunt omnia. Multa
D dicimus,& deficimus verbis,conſummatio autem ſermonũ,
ipſe eſt .In omnibus gloriantes,ad quid valebimus?Ipſe enim
omnipotens ſuper omnia opera ſua. Terribilis dominus &
magnus vehementer,& mirabilis potentia ipſius.Glorifican-
tes dominum quantumcũque potueritis ſuperualebit adhuc
Pſalmo.95. & admirabilis magnificentia eius.Benedicentes dominum ex
altate illum quantum poteſtis;maior enim eſt omni laude.Ex-
altantes eum,replemini virtute.Ne laboretis:non enim com-
prehendetis.Quis videbit eum,& enarrabit,& quis magnifi-
Pſalmo.105. cabit eũ,ſicut eſt ab initio?Multa abſcondita ſunt maiora his.
Pauca enim vidimus operum eius.Omnia autem dominus fe
cit,& piè agentibus dedit ſapientiam.

¶ *Laus ſanctorum,præſertim Chanoch,Noach,Abraham, Iſchac,& Iahacob.* CAP. XLIIII.

A LAudemus viros glorioſos,& parentes noſtros in gene-
ratione ſua.Multam gloriam fecit dominus magnificen
tia ſua à ſeculo.Dominantes in poteſtatibus ſuis,homines ma
gni virtute & prudentia ſua præditi,nunciãtes in prophetis di-
gnitatem prophetarũ,& impetrantes in præſenti populo, &
virtute prudẽtiæ populis ſanctiſſima verba.In pueritia ſua re
quirentes modos muſicos,& narrantes carmina ſcripturarũ.
Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes,
pacificantes in domibus ſuis.Omnes iſti in generationibus gẽ
tis ſuæ gloriam adepti ſunt,& in diebus ſuis habentur in lau-
dibus.Qui de illis nati ſunt,reliquerunt nomen narrandi lau-
B des eorum.Et ſunt quorum non eſt memoria.Perierunt qua-
ſi qui non fuerint, & nati ſunt quaſi non nati,& filij eorũ cum
ipſis.Sed illi viri miſericordiæ ſunt:quorum pietates non de-
fuerunt.Cum ſemine eorum permanent bona,hæreditas ſan-
cta nepotes eorũ.Et in teſtamentis ſtetit ſemen eorũ,& filij eo-
rum propter illos vſq; in æternum manet.Semen eorũ & glo
ria eorum non derelinquetur.Corpora eorũ in pace ſepulta Gene.5.c. Hebr.11.a.
ſunt,& nomen eorum viuet in generationem & generationẽ. Ge.6.b.7.a. Hebr.11.b.
C Sapientiam ipſorum narrent populi,& laudem ipſorum nũ- b exemplũ
ciet eccleſia.Chanoch placuit deo,& translatus eſt [a] in paradi pœnitentiæ
ſum,vt det gentibus ſapientiam. Noach, inuentus eſt perfe- ipſis nationibus.
ctus,iuſtus,& in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio.I-
deo dimiſſum eſt reliquum terræ,cum factum eſt diluuium.
Teſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illum,ne deleri poſſit dilu-
uio omnis caro. Abraham magnus pater multitudinis gen-
tium,& non eſt inuentus ſimilis illi in gloria. Qui conſeruauit
D legem excelſi, & fuit in teſtamento cum illo . In carne eius Gene.17.a.
ſtare fecit teſtamentũ,& in tentatione inuentus eſt fidelis.Ideo
iureiurando dedit illi gloriã in gente ſua,creſcere illũ quaſi ter- Gene.22.d. 22.c.
ræ cumulũ,& vt ſtellas exaltare ſemen eius,& hæreditare illos Galat.3.b.
à mari vſq; ad mare,& à flumine vſq; ad terminos terræ.Et Iſ
chac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius. Be-
nedictionem oĩm gentium dedit illi dominus, & teſtamentũ
ſuum confirmauit ſuper caput Iahacob.Agnouit eum in be-
nedictionibus ſuis,& dedit illi hæreditatem,& diuiſit illi partẽ
in tribubus duodecim.Et conſeruauit illi homines miſericor-
diæ,inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

¶ *De laudibus Moſeh,Aharon & Pinchas.* CAP. XLV.

DIlectus deo & hominibus Moſeh,cuius memoria in be Exodi.11.a.
A nedictione eſt.Similem illũ fecit in gloria ſanctorum,&
magnificauit eũ in timore inimicorũ,& in verbis ſuis mõſtra Exo.6.7.8. 16.c.19.b.
placauit.Glorificauit illum in conſpectu regũ,& iuſſit illi co-
ram populo ſuo,& oſtendit illi gloriã ſuam.In fide & lenitate
ipſius ſanctũ fecit illũ,& elegit eũ ex omni carne.Audiuit enim
eum & vocẽ ipſius,& induxit illũ in nubẽ.Et dedit illi cor ad
præcepta,& legẽ vitæ & diſciplinæ,docere Iahacob teſtamen
tum ſuũ,& iudicia ſua Iſrael.Excelſum fecit Aharon fratrẽ ſuũ
& ſimilem ſibi de tribu Leui.Statuit ei teſtamentũ æternum,
& dedit illi ſacerdociũ gentis,& beatificauit illum in gloria.Et Exodi.4.d.
circuncinxit eum zona iuſtitiæ,& induit eũ ſtola gloriæ,& co Exodi.28.f
ronauit eum in vaſis virtutis.Circum pedes & femoralia, &
B humerale poſuit ei,& cinxit illũ tintinnabulis aureis plurimis
in gyro,dare ſonitũ in inceſſu ſuo:auditum facere ſonitum in
tẽplo in memoriam filiis gẽtis ſuę.Stolã ſanctam auro & hya-
cintho,& purpura,opus textile,viri ſapientis iudicio & veri-
tate præditi.Torto cocco opus artificis gemmis precioſis fi-
guratis in ligatura auri,& ope lapidarij ſculptis in memoriã
ſecundum numerum tribuum Iſrael.Corona aurea ſuper mi
tram eius expreſſa ſigno ſanctitatis: gloria honoris & opus
virtutis,deſiderio oculorũ ornata.Sic pulchra ante ipſum nõ
fuerũt talia vſque ad orientem. Nõ eſt indutus illa alienigena Leuit.8.b.
C aliquis,ſed tantum filij ipſius ſoli,& nepotes eius per omne tẽ
pus.Sacrificia ipſius cõſummata ſunt igni quotidie. Comple-
uit Moſeh manus eius,& vnxit illum oleo ſancto. Factum eſt
illi in teſtamentum æternum,& ſemini eius ſicut dies cœli,fun-

gi ſacerdotio & habere laudem,& glorificare populum ſuum
in nomine ſuo,Ipſum elegit ab omni viuente offerre ſacrificiũ
deo incenſum,& bonum odorem,in memoriam placare pro
populo ſuo,& dedit illis in præceptis ſuis poteſtatem,in teſta
mentis iudiciorum docere Iahacob teſtimonia, & in lege ſua
Nume.16.a. lucem dare Iſrael.Quia contra illum ſteterunt alieni,& pro-
pter inuidiam circundederunt illum homines in deſerto qui
erant cum Dathan,& Abiron,& congregatio Corach,in ira-
cundia.Vidit dominus deus & non placuit illi,& conſumpti
D ſunt in impetu irecundiæ.Fecit illis monſtra,& conſumpſit il
los in flamma ignis.Et addidit Aharon gloriam & dedit illi
hæreditatem,& primitias frugum terræ dimiſit illi. Panem i-
pſius in primis parauit in ſatietatem,nam & ſacrificia domini
edent quæ dedit illi & ſemini eius.Cæterum inter gentes non
hæreditabit,& pars non eſt illi in gente.ipſe eſt enim pars eius
Nume.25.e. 1.Mac.2.f. & hæreditas.Pinchas filius Elhazar,tertius in gloria imitando
eum in timore domini,& ſtare in reuerentia gentis,in bonita-
te & alacritate animæ ſuæ placuit deo Iſrael.Ideo ſtatuit illi te-
ſtamentum pacis,& principem ſanctorum & gẽtis ſuæ,vt ſit
illi,& ſemini eius ſacerdotij dignitas in æternum.Et teſtamen-
tum Dauid regis filij Iſai de tribu Iehudah,hæreditas ipſi & ſe
mini eius vt daret ſapientiam in cor noſtrum iudicare gentem
ſuam in iuſtitia,ne abolerẽtur bona ipſorum,& gloriam ipſo-
rum, in gentem eorum æternam fecit.

¶Laus Iehoſuah,Caleb,& Semuelis. CAP. XLVI.

A Fortis in bello Iehoſuah [a] binnum ſucceſſor Moſeh in ꝓ-
[a] filius Nun phetis,qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maxi-
mus in ſalutem electorum dei,expugnare inſurgentes hoſtes,
vt conſequeretur hæreditatem Iſrael.Quam gloriam adeptus
eſt in tollendo manus ſuas,& iactando contra ciuitates rom-
phæas.Quis ante illum ſic reſtitit?Nam hoſtes ipſe dominus
percuſſit.An non in iracundia eius impeditus eſt ſol,& vna di
Ioſue.10.c. es facta eſt quaſi duo?Inuocauit altiſſimum potentẽ in oppu-
gnando inimicos vndiq;,& audiuit illum magnus,& ſanctus
deus in ſaxis grandinis virtutis valde fortis.Imperum fecit cõ
B tra gentem hoſtilem,& in deſcenſu perdidit contrarios vt co
gnoſcant gentes potentiam eius,quia cõtra deum pugnare nõ
eſt facile,& ſecutus eſt à tergo potẽtes.Et in diebus Moſeh mi-
Nume.14.c. ſericordiam fecit ipſe & Caleb filius Iephunneh:ſtare cõtra ho
ſtem & prohibere gentem à peccatis,& perfringere murmur
malitiæ.Et ipſi duo cõſtituti à periculo liberati ſunt à numero
Ioſue.14.e. ſexcentorũ milium peditum,inducere illos in hæreditatem in
terram quæ manat lac & mel.Et dedit dñs ipſi Caleb,fortitu-
dinem,& vſq; in ſenectutem permanſit illi virtus,vt aſcende-
ret in excelſum terræ locum:& ſemen ipſius obtinuit hæredi-
C tatem.Et viderunt oẽs filij Iſrael,quia bonum eſt obſequi ſan
cto deo.Et iudices ſinguli ſuo noĩe quorũ nõ eſt corruptũ cor,
qui non auerſi ſunt à domino vt ſit memoria illorũ in benedi
ctione.Et oſſa eorũ pullulant de loco ſuo,& nomẽ eorum per
manet in æternum:permanente ad filios illorum ſanctorũ vi-
rorum gloria.Dilectus à domino deo ſuo,Semuel propheta
domini,renouauit imperium,& vnxit principes in gente ſua.
D In lege domini congregationem iudicauit,& vidit deum Ia-
hacob,& in fide ſua probatus eſt propheta.Et cognitus eſt in
verbis ſuis fidelis,quia vidit deum lucis.Et inuocauit dominũ
omnipotentem in oppugnando hoſtes circunſtantes vndiq;,
1.Re.7.c. & 16.a. in oblationem viri inuiolati,Et intonuit de cœlo dominus,&
in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam,& contriuit prin
cipes Tyriorum,& omnes duces Peliſtim.Et ante tempus fi-
nis vitæ & ſeculi teſtimonium præbuit in conſpectu domini
& Chriſti.Pecunias & vſque ad calceamenta ab omni carne
non accepit,& non accuſauit illum homo.Et poſt hęc dormi
1.Regũ.25.a. 28.c. uit,& notum fecit regi,& oſtendit illi finem vitæ ſuæ,& exalta
uit vocem eius de terra in prophetia delere impietatẽ gentis.

¶Laudes Nathan,Dauid,Selomoh,uituperium Rechabham,& Iarobham. CAP. XLVII.

A Poſt hæc ſurrexit Nathan propheta in diebus Dauid. Et
quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filijs Iſrael. 2.Regũ.12.a.
Cum leonibus luſit quaſi cum agnis,& in vrſis ſimiliter fecit ſi 1.Re.27.c.17.
cut in agnis ouium.In iuuentute ſua nunquid non occidit gi-
gantem,& abſtulit opprobrium de gente?In tollendo manũ
in ſaxo fundæ deiecit exultationẽ Gholiath,vbi inuocauit do
minum omnipotentẽ.Et dedit in dextera eius tollere hoĩem 1.Regũ.18.b.
fortem in bello,& exaltare cornu gentis ſuæ,Sic in decem mi-
B libus glorificauit eum,& laudauit eum in benedictionibus do
mini in offerendo illi coronam gloriæ.Contriuit eñ inimicos
vndiq;,& extirpauit Peliſtim contrarios vſq; in hodiernum
diem.Contriuit cornu ipſorum vſq; in æternum.In omni o-
pere dedit confeſſionẽ ſancto, & excelſo in verbo gloriæ. De
omni corde ſuo laudauit dominum,& dilexit eum qui fecit il-
lum,& dedit illi contra inimicos potentiam.Et ſtare fecit can
tores cõtra altare,& in ſono eorum dulces fecit modos,& de-
dit in celebrationibus decus,& ornauit tempora vſq; in con-
ſummationẽ vitæ,vt laudarent nomen ſanctũ dñi,& amplifi-
carent mane dei ſanctitatẽ,Chriſtus purgauit peccata ipſius,et 1.Regũ.12.d.
exaltauit in ęternum cornu eius.Et dedit illi teſtamentũ regni,
& ſedem gloriæ in Iſrael.Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus,& 3.Regũ.4.c.
propter illum deiecit omnem potentiã inimicorũ. Selomoh
imperauit in diebus pacis,cui ſubiecit deus oẽs hoſtes vt con-
deret domum in nomine ſuo,& pararet ſanctitatem in ſempi- 3.Regũ.4.d.
C ternum,quemadmodum eruditus eſt in iuuentute ſua.Et im-
pletus eſt quaſi flumen ſapientia,& terram retexit anima ſua.
Et repleſti in comparationibus ænigmata,ad inſulas longè di
uulgatum eſt nomen tuum,& dilectus es in pace tua.In cantile
nis,& prouerbiis,& comparationibus,& interpretationibus
miratæ ſunt terræ,& in nomine domini dei,cui eſt cognomen
deus Iſrael.Collegiſti quaſi auricalchum aurum, & vt plum- 3.Regũ.11.a.
bum compleſti argẽtum.Et inclinaſti femora tua mulieribus.
Poteſtatem habuiſti in corpore tuo.Dediſti maculã in gloria
tua,& prophanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad libe-
ros tuos,& in cæteris ſtultitiam tuam,vt faceres imperium bi
D partitum,& ex Ephraim imperare imperium durum. Deꝰ au
tem non derelinquet miſericordiam ſuam,& non corrumpet
nec delebit opera ſua,neq; perdet à ſtirpe nepotes electi ſui, &
ſemen eius qui diligit dominum non corrumpet. Dedit au-
tem reliquũ Iahacob & Dauid de ipſa ſtirpe.Et finem habuit
Selomoh cũ patribus ſuis.Et dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo
gentis ſtultitiam,& imminutum à prouidentia Rechabham, 3.Regũ.12.c.
qui auertit gentem conſilio ſuo,& Iarobham filium Nabath,
qui peccare fecit Iſrael,& dedit viã peccandi Eprahim,& plu-
rima redundauerunt peccata ipſorum.Valde enim auerterũt
illos à terra ſua.Et quæſiuit omnes nequitias vſque dum per-
ueniret ad illos defenſio,& ab omnibus peccatis liberauit eos.

¶Eliiah,Eliſah,Chizchiiah,& Ieſahaiah laudes. CAP. XLVIII.

A Et ſurrexit Eliiah propheta quaſi ignis, & verbum ipſius
quaſi facula ardebat.Qui induxit in illos famem,& imitã 3.Regũ.17.a.
tes illum [a] inuidia ſua pauci facti ſunt.Non eñ poterant ſuſti- [a] in zelo tuo
nere præcepta domini.Verbo dñi continuit cœlum,& deie-
cit à ſe ignẽ terrę,Sic amplificatus eſt Eliiah in mirabilibus ſuis.
Et quis poteſt ſimiliter gloriari tibi?Qui ſuſtuliſti mortuũ ab
inferis de ſorte mortis in verbo dñi dei,qui deieciſti reges ad
perniciem,& confregiſti facile potentiã ipſorũ,& glorioſus de
lecto ſuo.Qui audis in Sinai iudiciũ, & in Choreb iudicia de- 3.Regũ.19.c.
fenſionis.Qui vngis reges ad pœnitentiam,& prophetas facis
B ſucceſſores poſt te.Qui receptus es in turbine ignis in curru
equorũ igneorũ,qui inſcriptus es in iudiciis tẽporum lenire i- 4.Regũ.2.b.
racundiã domini,conſiliare cor patris ad filiũ,& reſtituere tri
bus Iahacob.Beati ſunt q viderũt,& in amicitia tua decorati
ſunt.Nã nos vita viuimus tantũ,poſt mortẽ aũt non erit tale 4.Regũ.13.d.
nomẽ noſtrũ.Eliiah qui in turbine tectus eſt,& in Eliſah com-
pletus eſt ſpũs eius.In diebus ſuis nõ pertimuit principẽ,& po
tẽtia nemo vicit illũ,nec ſuperauit illũ verbũ aliquod,& mor-
tuum pro-



C tuum ꝓphetauit corpꝰ eius.In vita ſua fecit mõſtra,& in mor
te mirabilia opatus eſt.In oĩbus iſtis nõ pœnituit ppl's,& non
receſſerũt à peccatis ſuis vſq; dũ abiecti ſunt de terra ſua,& di
ſpſi ſunt in oẽm terrã,& relicta eſt gens perpauca,& princeps
in domo Dauid.Quidã ipſorũ fecerunt qd' placeret deo , alij
aũt mſta cõmiſerũt peccata.Chizchiiah muniuit ciuitatẽ ſuã,
& induxit in mediũ eius aquã,& fodit ferro rupem,& ædifica
uit ad aquã puteũ.In diebus ipſiꝰ aſcendit Sancherib,& miſit
Rabſache,& ſuſtulit manũ ſuã cõtra illos,& extulit manũ ſuã
in Siion,& ſupbus factus eſt potẽtia ſua.Tunc mota ſunt cor
D da & manus ipſorum,& doluerũt quaſi parturiẽtes mulieres.
Et inuocauerunt dñm miſericordẽ,& expãdentes manꝰ ſuas
extulerunt ad cœlũ,& ſanctꝰ dñs deus audiuit cito vocẽ ipſo-
rum.Nõ eſt cõmemoratus peccatorũ ipſorum,neque dedit
illos inimicis ſuis,ſed purgauit illos in manu Ieſahaiah ſancti
4.Re.19.g. ꝓphetæ.Deiecit caſtra Aſſur,& cõtriuit illos angelus dñi.Nã
Thob.1.d. fecit Chizchiiah qd' placuit deo,et fortiter iuit in via Dauid pa
Iſaiæ.37.g. 1.Mac.7.f. tris ſui,quã mãdauit Ieſahaiah ꝓpheta magnus & fidelis in cõ
2.Mac.8.c. ſpectu dei.In diebus ipſius retro rediit ſol,& addidit regi vitã.
4.Reg.22.a. Iſaiæ.48.a. Spiritu magno vidit vltima & cõſolatꝰ eſt lugẽtes in Siiõ vſq;
in ſempiternũ.Oſtẽdit futura & abſcõdita antequã euenirent.

¶Inter omnes reges tres iuſti reperti tantũmodo Irmeiah,Iechezchel,duodecim ꝓphetarũ,Zerubabel,Ieſuah,Ioſeph,Sẽ,& Seth, laudes. CAP. XLIX.

A Memoria Ioſiiah in cõpoſitione odoris facta opus pi-
gmẽtarij.In omni ore quaſi mel indulcabitur eiꝰ me-
moria,& vt muſica in cõuiuio vini.Ipſe eſt directus diuinitus
4.Reg.23.b. in pœnitẽtia gẽtis,& tulit abominatiões impietatis.Et guber-
nauit ad dñm cor ipſius,& in diebus peccatorum corrobora
uit pietatẽ.Præter Dauid & Chizchiiah,& Ioſiiah oẽs reges
peccatũ cõmiſerunt,nã reliquerunt legẽ altiſsimi reges Iehu-
Iere.38.b. B dah,& cõtẽpſerunt timorẽ dei.Dederunt eñ regnũ ſuũ aliis,et
gloriã ſuã alienigenæ gẽti.Incẽderunt electã ſanctitatis ciuita-
Iere.1.b. tẽ,& deſertas fecerunt vias ipſius in manu Irmeiah. Nã male
Ezechi.1. tractauerũt illum qui à ventre matris cõſecratus eſt ꝓpheta
euertere & eruere,& perdere,& iterũ ædificare & renouare.Ie
C chezchel q vidit cõſpectum gloriæ,quam oſtẽdit illi in curru
Aggei.2.d. Cherubim.Nã cõmemoratus eſt inimicorũ in imbre,bñface-
Zach.3.a. 1.Eſdræ.3.b. re illis rectas vias.Et duodecim prophetarũ oſſa pullulãt de
loco ſuo.Nã corroborauerũt Iahacob,& redemerũt ſe in fide
virtutis ſuæ.Quomodo amplificemus Zerubabel.Nã & ipſe
quaſi ſignũ in dextera manu Iſrael.Et Ieſuah filiũ Ioſedec.Qui
in diebus ædificauerunt domũ,& exaltauerũt tẽplũ ſanctum
D domino,paratũ in gloriã ſempiternam.Et Nechemiah in me
Nehe.7.a. moria multi tẽporis,q erexit nobis muros euerſos,& ſtare fe
Supra.44.c. cit portas & ſeras,qui erexit domos noſtras.Nemo natus eſt
Gene.50.d. in terra qualis Chanoch:nã & ipſe receptus eſt à terra. Et Io-
ſeph qui natus eſt homo princeps fratrum,firmamentũ gẽtis,
rector fratrũ,ſtabilimentũ populi,& oſſa ipſius viſitata ſunt,
& poſt mortẽ prophetauerunt.Seth & Sẽ apud homines glo
riam adepti ſunt,& ſuper omnem animã in origine Adam.

¶Iura ſacerdotis,Simõ magnꝰ bene fundat tẽplũ,qui quaſi ſol,luna,ſtellaue micat. Gẽtes quas amet uel oderit,author libri qs fuerit. CAP. L.

A Simon Oniæ filius ſacerdos magnus,q in vita ſua ſuffulſit
domũ,& in diebus ſuis corroborauit tẽplũ.Tẽpli etiã al-
titudo ab ipſo fundata eſt:duplex ædificatio & excelſi parietes
tẽpli.In diebus ipſiꝰ emanauerũt putei aquarũ,& quaſi mare
adimpleti ſunt ſupra modũ.Qui curauit gentẽ ſuã & liberauit
eam à perditione.Qui præualuit amplificare ciuitatẽ,qui ade-
ptus eſt gloriã in cõuerſatione gẽtis,& ingreſſum domꝰ & a-
trij amplificauit.Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ,& qſi
luna plena in diebus ſuis lucet.Et quaſi ſol refulgẽs,ſic ille efful
ſit in tẽplo dei.Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ , &
B quaſi flos roſarum in diebus vernis,& quaſi lilia quæ ſunt in
tranſitu aquæ,& quaſi thus redolens in diebus æſtatis. Quaſi
ignis effulgens,& thus ardens in igne.Quaſi vas auri ſolidum,
ornatum omni lapide precioſo.Quaſi oliua pullulans,& cy-
preſſus in altitudine ſe extollẽs.In accipiendo ipſum ſtolã glo-
riæ,& veſtiri eũ in cõſummatione virtutis,in aſcẽſu altaris ſan
cti gloriam dedit ſanctitatis amictũ.In accipiendo autẽ partes
de manu ſacerdotũ,& ipſe ſtans iuxta aram.Circa illũ corona
fratrum,& quaſi plãtatio cedri in monte Lebanon,ſic circa il
lum ſteterunt quaſi rami palmæ & omnes filij Aharon in glo-
ria ſua.Oblatio aũt domini in manibus ipſorũ coram omni
ſynagoga Iſrael,& conſummatione fungens in Aram,amplifi
care oblationẽ excelſi regis porrexit manum ſuam in libatio-
ne,& libauit de ſanguine vuæ.Effudit in fundamento altaris
C odorem diuinũ excelſo principi.Tunc exclamauerunt filij A-
haron,in tubis ductilibus ſonuerunt,& auditam fecerũt vo-
cem magnam in memoriã corã domino.Tunc omnis popu-
lus ſimul properauerunt,& ciciderunt in faciem ſuper terrã
adorare dominum deũ ſuũ,& dare preces omnipotenti deo
excelſo.Et amplificauerunt pſallentes in vocibus ſuis,& in ma
gna domo factus eſt ſonus ſuauitatis plenus.Et rogauit popu
lus dominum excelſum in prece vſque dũ perfectꝰ eſt honor
dñi,& munus ſuũ perfecerunt. Tunc deſcendens manus ſuas
extulit in oẽm congregationem filiorum Iſrael,dare gloriam
deo à labiis ſuis,& in nomine ipſiꝰ gloriari.Et iterauit oratiõ-
nem ſuam volens oſtendere virtutẽ dei.Et poſt rurſum plus
D orauit deum oĩm,qui magna fecit in omni terra,q auxit dies
noſtros à ventre matris noſtræ,& fecit nobiſcum ſecundum
ſuam miſericordiam.Det nobis iocunditatem cordis,& fieri
pacẽ in diebus noſtris in Iſrael,per dies ſempiternos,& crede-
re Iſrael nobiſcum eſſe dei miſericordiam , vt liberet nos in
diebus ſuis.Duas gentes odit anima mea,tertia autem non eſt
gens quam oderim.Qui ſedent in monte Sehir,& Peliſtim,&
ſtultus populus qui habitat in Sechem. Doctrinã ſapiẽtiæ &
diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Ieſuah filiꝰ Sirach Ieroſolymi-
ta,q renouauit ſapiẽtiam de corde ſuo.Beatꝰ q in iſtis verſa-
tur bonis.Qui ponit illa in corde ſuo ſapiẽs erit ſemp. Si eñi
hæc fecerit ad omnia valebit,quia lux dei veſtigium eius eſt.

¶Oratio Ieſuah filij Sirach. Caput LI.

A Confitebor tibi dñe rex & collaudabo te deũ ſaluatorẽ
meũ.Cõfitebor nomini tuo qm̃ adiutor & protector
factus es mihi,& liberaſti corpus meũ à perditione,à laq̃o lin-
guæ iniquæ,& à labiis operantium mendacium,& in conſpe
ctu aſtantiũ factus es mihi adiutor.Et liberaſti me ſecundum
multitudinẽ miſericordiæ noĩs tui à rugiẽtibus p̃paratis ad e-
ſcã,de manibus q̃rentiũ aĩam meã,& de portis tribulationum
quæ circũdederunt me à preſſura flãmæ quæ circũdedit me,
& in medio ignis nõ ſum æſtuatꝰ.De altitudine vẽtris inferi,&
à lingua coinquinata,& à verbo mẽdacij à rege iniquo, & à
B lingua iniuſta.Laudabit vſq; ad mortẽ aĩa mea dñm , & vita
mea appropinquãs erat in inferno deorſum. Circũdederunt
me vndiq;,& nõ erat qui adiuuaret.Reſpiciẽs erã ad adiuto-
riũ hominũ & nõ erat.Memoratꝰ ſum miæ tuę dñe,& coope
ratiõis tuæ q̃ à ſeculo ſunt,qm̃ eruis ſuſtinẽtes te dñe,& liberas
eos de manibꝰ gẽtium.Exaltaſti ſup terram habitationẽ meã,
& pro morte defluente deprecatus ſum.Inuocaui dominum
patrem domini mei,vt nõ derelinquat me in die tribulatiõis
meæ,& in tempore ſuperborũ ſine adiutorio.Laudabo no-
men tuũ aſsidue,& collaudabo illud in cõfeſsione,& exaudita
eſt oratio mea.Et liberaſti me de perditione,& eruiſti me de
tp̃e iniquo.Propterea cõfitebor & laudẽ dicam tibi, & bñdi-
C cam nomini dñi.Cum adhuc iunior ſum priuſq; oberrarem
quæſiui ſapientiam palã in oratione mea.Ante tp̃s poſtulebã
pro illa,& vſque in nouiſsimis inquirã eam,& florebit tanquã
pręcox vua.Lætatum eſt cor meũ in ea,ambulauit pes meus
iter rectum,in iuuẽtute mea inueſtigabã eã. Inclinaui modicè
aurem meam,& excepi illam.Multã inueni in me ipſo ſapien-
tiam,et multũ profeci in ea.Danti mihi ſapientiã dabo gloriã.
Cõſiliatus ſum eñ vt facerẽ illã.Zelatus ſum bonũ,& non cõ
fundar.Colluctata eſt anima mea in illa,& in faciendo eã con
firmatus ſum.Manus meas extendi in altũ,& in ſapientia eius,

luxit anima mea,& ignorantias meas illuminauit.Animã meã
direxi ad illam,& in agnitione inueni eã.Poſſedi cũ ipſa cor ab
initio,propter hoc non derelinquar.Venter meus conturba
tus eſt quærendo illam,propterea bonã poſsidebo poſſeſsio
nem.Dedit em̃ mihi dñs linguã mercedẽ meã,& in ipſa lauda=
D bo eum.Appropiate ad me indocti, & cõgregate vos in do
mũ diſciplinæ.Quid adhuc retardatis,& quid dicitis in his?
Animæ veſtræ ſitiunt vehementer.Aperui os meũ & locut⁹
ſum.Comparate vobis ſine argento ſapientiam & collum ve
ſtrum ſubiicite iugo eius,& ſuſcipiat anima veſtra diſciplinã.
In proximo eſt enim inuenire eam.Vide oculis veſtris,q̃a mo
dicum laboraui,& inueni mihi multã requiẽ.Aſſumite diſci=
plinã in multo numero argenti,& copioſum aurũ poſsidete
in ea.Lætetur anima veſtra in miſericordia eius,& non
confundemini in laude eius.Operamini op⁹ ve
ſtrum ante tp̃s,& dabit vobis mercedẽ
veſtram in tempore ſuo.

F I N I S.

# Liber Ieſahiahu, Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶Præcinit iram diuinam contra Ieruſalaim,propter eius peccata.

CAPVT I.

A VISIO Ieſahiahu filij Amos,quã
vidit ſuper Iehudah,& Ieruſalaim in die
bus Huziiahu,Iothan,Achaz,& Iechiz=
chiiahu regum Iehudah.Audite cœli, &
auribus percipe terra,quoniam domin⁹
locut⁹ eſt.Filios enutriui,& exaltaui: ipſi
aũt præuaricati ſunt contra me.Cogno
uit bos poſſeſſorem ſuũ,& aſinus præſepe dñi ſui;Iſrael aũt nõ
B cognouit,populus me⁹ nõ intellexit.Væ gẽti peccatrici,pplo
graui iniquitate,ſemini malorũ,filiis corruptoribus:derelique
runt dñm,iraſci fecerũt ſanctũ Iſrael,alienauerũt ſe retrorſum.
Per quid percutiemini adhuc?addetis prauitatẽ?Omne caput
ad languorẽ,& omne cor ad pollutionẽ.A plãta pedis vſque
ad verticẽ non eſt in eo ſynceritas: ſed vulnus,cõtuſio,& pla=
ga ſanioſa;nec ſunt hęc cõpreſſa,nec circũligata,nec oleo lini=
Infra.5.d. ta.Terra veſtra deſolatur,ciuitates veſtræ ſuccẽdũtur igni:ter
rã veſtrã corã vobis alieni deuorãt,& deſolatio eſt ſicut euer
ſio alienorũ.Et derelinquetur filia Siion ſicut vmbraculũ in vi
C nea,ſicut tuguriũ in cucumerario,ſicut ciuitas deſolata. Niſi
dñs exercituũ reliquiſſet nobis ſuperſtites paucos ſicut Sedõ
fuiſſemus,& ipſi Hamorah aſsimilati fuiſſemus.Audite verbũ
Roma.9.f. Gene.19.c. dñi principes Sedom,auribus percipite legẽ dei noſtri popu=
lus Hamorah:Vt quid mihi offertis multitudinẽ victimarũ
veſtrarũ,dicit dñs?Satur ſum holocauſtis arietũ,& adipe bu=
balorũ:& ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorũ no=
lui.Cum veniretis vt conſpiceremini corã me, quis quæſiuit
D hoc de manu veſtra,vt conculcaretis atria mea?Ne addatis af
ferre ſacrificium mendax:ſuffimentum abominatio eſt mihi.
Calẽdas,ſabbatũ,& cõuocationẽ ſolẽnitatis:vt rẽ iniquã ferre
nequeo,ſicut nec cœt⁹ retẽtionẽ.Calendas veſtras et ſolennita
Ieremi.6.c. Amos.5.f. tes veſtras odio habet anima mea:ſunt mihi oneri,laboraui ſu
a Baptizamini & in nouitate uitæ ambulate. ſtinendo.Et q̃n extendetis manus veſtras, occultabo oculos
meos à vobis:etiã q̃n multiplicabitis orationẽ,nõ audiã;ma=
nus em̃ vr̃ę ſanguine plenę ſunt.Lauate[a] igit̃ vos,mũdi eſtote,
E remouete malũ operũ veſtrorũ de cõſpectu oculorũ meorũ:
Infra.59.f. 1.Petri.3.b. deſinite malefacere.Diſcite benefacere,q̃rite iudicium,dirigite
oppreſſum,iudicate pupillo,iudicate viduę.Venite nunc, &
increpemus nos,dicit dñs. Si fuerint peccata veſtra tañq̃ cocci
nũ veluti nix albeſcent; ſi fuerunt rubra tanq̃ vermiculus,ve=
lut lana alba erunt.Si volueritis,& audieritis,bonũ terræ co=
medetis.Si aũt renueritis,& irritaueritis,gladio deuorabimi=
ni;q̃a os dñi locutũ eſt.Quomodo fuit vt meretrix ciuitas fi=
delis?plena fuit iudicio,& iuſtitia morata eſt in ea,nũc aũt ho=
micidæ.Argentum tuũ verſum[a] eſt in ſcorias;vinum tuũ mi= a id eſt, argentum adulteratur, et uinum a tabernariis mixtũ aqua uendit. Ieremiæ.5.g.
F xtum eſt aqua.Principes tui declinantes,& ſocij furũ:omes di
ligunt munara,ſequũtur retributiões:pupillo non iudicãt, &
cauſa viduæ non ingredietur ad eos.Propterea ſic dicit dñs
deus exercituũ fortis Iſrael:Heu cõſolabor de hoſtibus meis,
& vindicabo me de inimicis meis.Et cõuertam manũ meam
ſuper te, & repurgabo quaſi fornax ſcorias tuas, & afferam
omnia ſtanna tua.Et reſtituã iudices tuos ſicut erãt in princi=
G pio,& conſiliarios tuos ſicut ab initio:& poſtea vocaberis ci
uitas iuſtitiæ,ciuitas fidelis.Siion in iudicio redimetur, & qui
conuerſi fuerint ad eam in iuſtitia.Contritio aũt præuarica=
torũ,& peccatorũ erit pariter,derelinquentesq̃ dominũ con
ſumentur.Pudore enim afficiemini[b] ab arboribus quas cõcu b a diis.
piuiſtis,& pudore afficiemini ab [c]hortis quos elegiſtis.Quan c Ganot erant protecta quędam loca variis floſculis ornata, ubi ſacrificabant.
do eritis velut quercus defluens foliis ſuis,& velut hort⁹ cui
aqua nõ eſt.Et erit fortis vt ſtuppa,& operator eius vt ſcintil
la,& ſuccẽdentur ambo pariter,& nõ erit qui extinguat.

¶[redacted] CAP. II.

A VErbum quod vidit Ieſahiahu filius Amos ſuper Iehu=
dah,& Ieruſalaim.Et erit,in[d] nouiſsimis diebus præpa= d Poſt Iſraelis tranſmigrationem nouiſſimam eo ſeculo prędicit Ezechiæ liberationem.
ratus erit mõs domus dñi in vertice montium,& eleuabit ſe
præ collibus,& confluent ad eũ omnes gẽtes.Et ibunt popu
li multi,& dicent:venite,& aſcendamus[e] ad montem dñi, ad
domũ dei Iahacob:& docebit nos vias ſuas,& ambulabimus
in ſemitis eius:quia de Siion exibit lex,& verbũ dñi de Ieruſa= e Exhortatio fuit ab Ezechia.2.Para.30.uide Mi.4.
laim.Et iudicabit inter gentes,& arguet populos multos: &
contundent gladios ſuos in ligones,& lanceas ſuas in falces:&
non leuabit gens contra gentẽ gladiũ,& non diſcent vltra bel
lum.Domus Iahacob venite,& ambulemus in lumine domi=
B ni.Dimiſiſti em̃ populũ tuũ,domũ Iahacob,quia ſuperſtitiõe
repleti ſunt præ Aramęis qui ſunt ad orientem Iſraeli,& augu
res fuerunt ſicut Peliſtim,& [f]in filiis alienis fuerunt ſufficiẽtes.
Repleta eſt terra eius argento,& auro,& non eſt finis theſau= f in filiis falſo agnitis ſeu ſpurij ſufficientiam habuerunt. loquit̃ contra decẽ tribus.
ris eius:& repleta eſt terra eius equis,& non eſt finis quadrigis
eius.Et repleta eſt terra eius diis vanis. Operi manuũ ſuarũ
incuruauerunt ſe,& quod fecerunt digiti eorum.Et incurua=
uit ſe homo,& humiliauit ſe vir:& tu non parces eis. Ingrede
re in petram & abſconde te in puluere à facie formidinis dñi,
& à decore altitudinis eius.Oculi elati hominis humiliabunt
C ſe,& incuruabit ſe altitudo hominũ,eleuabitur aũt dñs ſolus
in die illa.Dies em̃ domini exercituũ ſuper omnem ſuperbũ,
& excelſum,& ſuper oẽm elatum,& humiliabit ſe.Et ſup oẽs
cedros Lebanon ſublimes,& eleuatas,& ſup oẽs querc⁹ Ba=
ſan.Et ſup oẽs mõtes excelſos,& ſup oẽs colles eleuatos.Et ſup
oẽm turrim excelſam,et ſup oẽm murũ munitũ.Et ſup oẽs na
ues Tarſis,& ſup oẽs picturas cõcupiſcibiles.Et incuruabit ſe
elatio hoĩs,et humiliabit ſe altitudo hoĩm,et eleuabitur dñs ſo
lus in die illa.Et idola penitus cõcidet.Et introibũt in ſpelun= Lucæ.23.d. Oſee.10.b. Apoc.9.b.
D cas petrarũ,& in foueas ſubterraneas à facie formidinis dñi,&
à gloria altitudinis ei⁹,quũ ſurrexerit vt cõterat terrã.In die il=
la proiiciet homo idola argẽtea ſua,& idola aurea ſua,q̃ fecerũt
ſibi,vt incuruarẽt ſe imaginib⁹ talparũ,& veſptilionũ. Et in=
gredientur ſpeluncas petrarum,& cauernas ſaxorũ à facie for=
midinis domini,& à gloria altitudinis eius, quum ſurrexerit
vt conterat terram.Deſinite vobis ab [g]homine, cuius anima g [redacted]
in naribus eſt.Quid enim reputationis eſt ipſe?

¶Ieruſalem affligẽda prędicit̃ uſq̃ ad Ezechiã. CAP. III.

A ECce enim dominator dñs exercituum remouere facit à
Ieruſalaim,& à Iehudah fulcimentũ & fulcimẽtũ, hoc eſt
omne fulcimentũ panis,& omne fulcimentũ aquæ. Fortem
& virum bellicoſum,iudicem & prophetam,& diuinum &
ſenẽ.Quinquagenariũ & honorabilẽ vultu,& cõſiliariũ,& ſa
piẽtẽ artificẽ,& induſtriũ oratorẽ.Et dabo pueros principes
eorum



a ſub Achaz eorũ,& pueri [a]dñabuntur eis.Et opprimetur populus vir in
b & ruina hęc erit in poteſtate tua ſcilicet ut cohibeas eam. virũ,& vir in amicum ſuum,inualeſcẽt puer in ſenẽ,& ignobi
lis in nobilẽ.Apprehendet em̃ vir fratrẽ ſuũ familię patris ſui,
dicens:Veſtimentũ tibi eſt,princeps eris nobis,[b]ruina aũt hęc
B ſub manibus tuis erit.Iurabit in die illa dicens:[c] Non ero dñs,
c Nolo eſſe ſanator,ſcilicet,cum ſitis tam grauiter oppreſſi nolo curam ueſtri nunc ſuſcipere.uide.2.Pa.28. & in domo mea non eſt panis,nec veſtimentum.Ne cõſtitua
tis me principẽ populi.Ruit enim Ieruſalaim,& Iehudah con
cidit;quia lingua eorum & opera eorum contra dñm ad irri=
tandũ oculos gloriæ eius.Agnitio vultus eorũ teſtificabitur
contra eos,& peccatum ſuum ſicut Sedom nunciauerũt,non
abſconderunt.Væ animæ eorum,quoniam reddiderũt ſibi=
ipſis malum.Dicite iuſto cum fuerit bonus,quòd fructum o=
perum ſuorum comedent. Væ impio in malum,retributio
enim manuũ eius fiet ei.Populo meo oppreſſores eius,paruu
C lus,& mulieres dominatæ ſunt ei.Popule mi qui beatificãt te,
errant,& viam ſemitarum tuarum perdunt.Stat ad iudican=
dum dominus,& ſtat ad iudicandũ populos.Dominus ad iu
dicium veniet cũ ſenibus populi ſui,& principibus ſuis. Vos
autem depaſti eſtis vineam.Rapina pauperis eſt in domibus
veſtris.Quid vobis vt atteratis populum meum,et facies pau
perũ cõminuatis,dicit dominus deus exercituum?Et dixit do
minus:Pro eo q̃ eleuatæ ſunt filię Siion,& ambulauerunt ex=
D tento gutture,& nutibus oculorum,ambulando,& tripudiã
do ibant,& in pedibus ſuis calceamenta habebant ſquamata.
d pudenda. tanta erit penuria, ut uix pudenda tegere poſſint. Decaluabit dominus verticem filiarum Siion,& domin⁹[d] na
tes earum nudabit.In die illa recedere faciet dominus gloriã
ornamentorum pedum inſtar ſquamarum,& vittas inſtar re
tis,& lunulas.Et torques & armillas,& mitras.Pileos,& peri=
ſcelides,& murenulas,& pectoralia,et inaures.Anulos,& cir=
culos naris,mutatoria,& vela,& linteamina,& crumenas. Et
ſpecula,et ſindones,et vittas,& theriſtra.Et erit,pro aromate
fœtor erit,et pro cingulo exciſio,& pro crinium diſpoſitione
æquali,caluicium,& pro faſcia pectorali cingulum ſacci,adu=
ſtioq̃ pro pulchritudine.Viri tui gladio cadent,& fortitudo
tua in pręlio.Et plangent,& lugebunt portæ eius, & munda
in terra ſedebit.

¶De ſeptem mulieribus uirum unum accepturis,ob magnam uirorum cladem. CAP. IIII.

A ET apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die il
la,dicendo:Panem noſtrum comedemus,& veſtimẽtis
e Nudæ erant captiuæ & ſine uiro. 2.para.28. noſtris[e] induemur,tantũmodo inuocetur nomen tuũ ſuper
nos,aufer opprobrium noſtrum.In die illa erit [f] germen dñi
in decore et gloria,et fructus terræ in ſublimitate et decore,iis
qui euaſerint de Iſrael.Et erit ei qui relict⁹ fuerit in Siion,et re
B ſiduus in Ieruſalaim,ſanctus dicetur,omnis qui ſcriptus eſt in
f [redacted] vita in Ieruſalaim.Quando abluet dominus ſordem filiarum
Siion,& ſanguinem Ieruſalaim lauabit de medio eius,in ſpiri=
tu iudicij,et ſpiritu ardoris.Et creabit dominus ſuper omnẽ
locum montis Siion,et ſuper loca eius nubem per diem,& fu
mum,et ſplendorẽ ignis flãmantis per noctẽ. Super omnem
enim gloriam erit protectio.Et tabernaculũ erit pro vmbra=
g i.ab aſſyriorum inundatione. culo per diem ab æſtu,& pro tegmine,& abſconſione à[g] tur=
bine,& à pluuia.

¶De Chriſto,eiuſque uinea.Superfluæ ædificationis,ebrietatiſque execratio. CAP. V.

A CAntabo nunc propter dilectum meum canticũ dilecti
mei,propter vineã eius.Vinea fuit dilecto meo in colle
loco pingui.Et ſepiuit eã,lapidibus purgauit eã,& plãtauit eã
plantis vitis optimę:ædificauit turrim in medio eius,& etiam
torcular excidit in ea;& expectauit vt faceret vuas,& fecit la=
bruſcas.Et nunc habitator Ieruſalaim,et vir Iehudah iudicate
nunc inter me et vineã meam.Quid boni poterã facere vltra
vineę meæ,et non feci in ea?Cur expectaui vt faceret vuas, &
fecit labruſcas?Et nunc ſcire faciam nunc vos quid ego facio
vineæ meæ:Remouebo ſepem eius,& erit ad paſcendum.Di=
B ruam maceriam eius,& erit in conculcationem.Et ponam eã
in deſolationem.Non putabitur,et non fodietur,et aſcendet
vepris,& ſpina,et nubibus mandabo vt non pluãt ſuper eam
pluuiã.Vinea enim dñi exercituum dom⁹ Iſrael eſt,et vir Iehu
dah plantatio lætitiarum eius.Et expectauit deus vt facerent
iudicium,& ecce plaga iuſtitiam,et ecce clamor. Væ iis qui
coniungunt domum domui, agrum agro appropinquare
C faciunt,adeo vt non ſit locus aliis.Et num habitabitis vos ſo=
li in medio terræ?In auribus meis ſunt,dicit dominus exerci=
tuum.Si non domus multæ in deſolationẽ erunt,grandes,&
pulchræ abſque habitatore.Decem enim iugera vineæ faciẽt
batum vnum,& ſementis Chorus faciet Ephah.Væ iis q̃ ſur
gunt mane vt ebrietatem ſectentur,qui morantur vſque ad
crepuſculum donec vinum æſtuare faciet eos. Et erit ci=
D thara,& nebel,& tympanum, & tibia, & vinum in conui=
uiis eorum:& opus domini non reſpexerunt,& op⁹ manuũ
eius non viderunt.Propterea captiu⁹ duct⁹ eſt populus me⁹,
eò q̃ non fuit ei ſcientia;& populus gloriæ eius eſt populus
famelicus,& multitudo eius aruit ſiti.Propterea dilatauit in=
fernus deſyderium ſuũ,et aperuit os ſuũ præter morem,et de
ſcendet decorus eius,et multitudo eius,& turba eius,& cetus
eius ad eum.Et incuruabit ſe homo,& humiliabit ſe vir,et o=
culi ſublimium humiliabunt ſe.Et ſublimis apparebit domi=
nus exercituũ propter iudiciũ,& deus ſanctus apparebit ſan=
ctus propter iuſtitiã.Et paſcentur agni iuxta morẽ ſuũ, & de=
ſerta terræ pinguia qui peregrinantur comedẽt.Væ iis q̃ tra=
hunt iniquitatẽ funibus mendacij, & veluti funibus plauſtri
E trahunt peccatum.Qui dicunt:acceleret,feſtinet opus ſuũ, vt
videamus:appropinquet,et veniat conſilium ſancti Iſrael, et
ſciemus.Væ dicentibus malũ bonum,& bonum malum,qui
ponũt tenebras lucem,et lucem tenebras,qui ponunt amarũ
dulce,et dulce amarum.Væ ſapientibus in oculis ſuis,et corã
F facie ſua prudentibus.Væ iis qui ſunt potentes ad bibendum
vinum,et hominibus robuſtis ad miſcendũ inebriatiua. Qui
iuſtificant impium propter munera,et iuſtitiam iuſtorũ mu=
tant ab eis.Propterea ſicut cõſumit ſtipulam lingua ignis, et
quiſquilias flamma debilitat,ſic radix eorum veluti putredo
erit,& germen eorũ ſicut puluis terræ aſcendet.Spreuerũt em̃
legem domini exercituũ,et eloquiũ ſancti Iſrael cõtempſerũt.
Ideo iratus eſt furor dñi in populũ ſuũ,et extendit manũ ſuam
ſuper eum,et percuſſit eum:& contremuerũt montes, & fuit
morticiniũ eorum exciſum in medio platearum.In omni hoc
non eſt auerſus furor eius,& adhuc manus eius extenta.Et ele
G uabit vexillũ in nationes à lõge,& ſibilabit ei ab extremo ter=
ræ,& ecce cito leuis veniet.Non erit deficiens,& non erit la=
borans in eo.Non dormitabit neque dormiet,nec erit ſolu=
tum cingulũ lumborũ eius,nec rumpetur corrigia calceamen
torũ eius.Quia ſagittæ eius acutæ,& oẽs arcus eius extenti.
Vngulæ equorũ eius,vt ſilex reputatæ ſunt, & rotæ ei⁹ tanq̃ a & ſibi ſeruabit et nemo rapiet.
tempeſtas.Rugitus ei,vt leonis:rugiet vt catuli leonum,et fre
met,& tenebit prædam,[a]& rapiet,& nõ erit qui eruat.Et fre=
met ſuper eum in die illa ſicut fremit mare,& aſpiciet in terrã,
& ecce tenebræ,anguſtia,& lux obtenebrata eſt[b] in cœlis eius. b in defluxionibus ſuis.

¶Ieſahiah uidet gloriam domini,& mittitur ad Iehudęæ deſolationem prophetandum. CAP. VI.

A IN anno quo mortuus eſt rex Huziiahu,vidi dominum ſe=
dentem ſuper ſolium excelſum,& eleuatum,& fimbriæ ei⁹
replebant templum.Seraphim ſtabant ſuper illud.[c] Sex alæ e=
rant vnicuiq̃,duabus velabat vnuſquiſque faciem ſuã,& dua
B bus velabat pedes ſuos,& duabus volabat.Et clamabat alter
ad alterum,& dicebat,ſanctus,ſanctus,ſanctus,dñs exercituũ:
plena eſt omnis terra gloria ei⁹.Et mouerunt ſe ſuperlimina=
ria cardinũ propter vocẽ clamantis,& domus repleta eſt fu=
mo.Et dixi:Væ mihi,quia [c]tacui,quia vir pollutus labiis ſum, c obmutui quaſi ſtatua.
C & in medio populi polluti labiis habito.Quia regẽ dñm exer=
cituũ viderũt oculi mei.Et volauit ad me vn⁹ de Seraphim,&
in manu eius erat carbo quem forcipibus tulerat de altari.Et

tangere fecit os meum,& dixit:Ecce tetigit hic labia tua,& re-
D cedet iniquitas tua,& peccatum tuũ expiabitur.Et audiui vo
cem dñi dicentis:Quem mittam,& quis ibit nobis?Et dixi:Ec
ce ego,mitte me.Et dixit:Vade,& dices populo huic:Audite
audiendo,& ne intelligatis,& videre videndo,& ne cognoſca
tis.Impingua cor populi huius,& aures eius aggraua,& ocu
los eius claude,ne forte videat oculis ſuis,& auribus ſuis au-
diat,& corde ſuo intelligat,& conuertatur,& ſanet eum.Et di
xi: Vſque quo dñe?Et dixit:Donec deſolentur ciuitates abſq;
habitatore,& domus ſine homine,& terra deſoletur deſola-
tione. Et elongabit dominus hominẽ, & multiplicabit dies
derelictionis in medio terræ.Et adhuc erit in ea derelictione
[a]decimatio reſidua,quæ iterum erit depaſta:vt enim tilia &
quercus abiectis foliis ſubſiſtentiam habent, ſic ſemen ſanctũ
in eâ derelictione ſubſiſtet.

a id eſt,decima pars remanebit, ut Amos.5.

¶ Aramæi contra Ieruſalaim prælatur, ueniunt,prophetatur uirgo conceptura. CAP. VII.

A FVit autem in diebus Achaz filij Iotham, filij Huziiahu
regis Iehudah,aſcendit Reſin rex Aram,& Pechach fili9
Remaliahu rex Iſrael,Ieruſalaim in prælium contra eam,& nõ
potuit expugnare eam.Et nunciatum eſt domui Dauid,dicen
do:Requieuit Aram cum Ephraim,& cõmouit ſe cor eius,&
cor populi eius,ſicut mouentur ligna ſyluæ à facie venti.Di-
xit aũt dñs ad Ieſahiahu:Egredere nunc in occurſum Achaz
tu,& Sear Iaſub filius tuus ad extremum aquæductus piſci-
næ ſuperioris in via agri fullonis.Et dices ad eum:Caue tibi,
& quieſce.Ne timeas,& cor tuũ ne molleſcat à duabus cau-
dis titionum fumigantium iſtorum,in ira furoris Reſin,& A-
B ram,et filij Remaliahu.Eò q; conſilium inierit cõtra te Arã in
malum,Ephraim,& filius Remaliahu,dicẽdo: Aſcendam9 in
Iehudah,et obſideamus eã,& ſcindamus eam nobis,& regna
re faciamus regem in mẽdio eius filiũ Thabal.Sic dixit domi-
nus deus:Non ſtabit,& nõ erit. Caput Aram Dãmeſec,& ca
put Dãmeſec Reſin,& adhuc remanent ſexaginta & quinque
anni,frangetur Ephraim ne ſit popul9.Et caput Ephraim So-
meron,& caput Someron filius Remaliahu:[b]ſi non credatis
verbis meis,eſt quia non eſtis ſtabiles.Adiecit autem domin9
loqui ad Achaz,dicẽdo:Pete tibi ſignum à domino deo tuo:
[c]pfunda teipſum petẽdo,vel eleua temetipſum in excelſum.
Et dixit Achaz:Non petam,& non tentabo dñm.Et dixit:au
dite nunc domus Dauid:Nunquid parũ eſt vobis labore affi-
cere homines,quia labore afficitis & deũ meũ?Ideo dabit do-
minus ipſe vobis ſignum:[d]Ecce virgo prægnans,& pariens fi
liũ,& vocabis tu mr̃ nomẽ eius Himmanuel.[e] Butyrũ et mel
comedet:vt ſciat reprobare malum,& eligere bonum. Verũ
antequam ſciat puer reprobare malum & eligere bonum,de
relinquetur terra,quam tu deteſtaris,a facie duornm regum
C [f]ſuorum.Adducet item dñs ſuper te,& ſuper populum tuũ,
& ſuper domum patris tui,dies qui non venerunt a die qua
ſeparauit ſe Ephraim a Iehudah:nempe regem Aſſur.Et erit,
in die illa[g]ſibilabit dñs muſcæ quæ eſt in extremo fluminum
Aegypti,& api quæ eſt in terra Aſſur.Et venient, & requie-
ſcent omnes ipſi in torrentibus deſertorũ:et in cauernis petra
rum,et in omnibus ſpinis,& in vniuerſis arboribus vilibus.
In die illa radet dominus nouacula mercede conducta in iis q
ſunt trans flumen cum rege Aſſur,caput et pilos pedum:& e-
tiam barbam conſumet.Et erit,in die illa nutriet vir vitulam
bouis,& duas oues,Et erit præ multitudine lactis quod faciet
D comedet butyrum:butyrum enim & mel comedet[h] omnis q
remanſerit in medio terræ,Et erit, in die illa erit omnis locus
in quo fuerunt mille vites,valentes mille argenteos, in veprẽ
& in ſpinam.Cum ſagittis,& arcu ingredietur illuc.Vepris e-
nim & ſpina erit omnis terra.Et omnes montes qui ſarculo
ſarrientur,non veniet illuc timor vepris & ſpinæ,ſed erunt in
paſcuam bouis,et in conculcationem pecoris.

b ſi ſtabilem non adhibueritis fidẽ,ecquidem nec uos ſtabilie mini uide.2.Para.20.
c id eſt, in profũdo uel in excelſo ſignum pete.
d [redacted]
e Butyrũ et mel comedet et in cognitione eius erit improbare malum, et eligere bonũ.
f ſcilicet Reſin & Pecchah.
g id eſt,muſcas et apes ſibilo educet dominus de Aegypto & Aſſyria.
h id eſt,magna erit fertilitas,et ueluti paruulis cib9 ille dulceſcet:cibus enim ille eſt paruulorum & fertilitatẽ arguit

¶ De liberatione terræ per Himmanuel,de lapide percuſsionis, & petra offenſionis. CAP. VIII.

A ET dixit dominus ad me:Tolle tibi volumen grande, &
ſcribe in eo ſtilo hominis:ad feſtinandum ſpoliũ accele-
rauit prædam.Et teſtificari faciam mihi teſtes fideles Vriiah ſa
cerdotem,& Zechariahu filiũ Iebcrechiahu.Et acceſſi ad[a]pro
phetiſſam,quæ concepit,et peperit filium:et dixit domin9 ad
me:voca nomen eius:feſtinando ſpolium accelerauit prædã:
quia anteq̃ ſciat puer vocare,pater mi & mater mea, tollet
B opes Dammeſec et ſpolia Someron coram rege Aſſur.Et ad
iecit dñs loqui ad me adhuc,dicẽdo:Pro eo q; abiecit popu-
lus iſte aquas Silloach,quæ vadunt quiete,& gaudiũ eſt ad Re
ſin,et filiũ Remaliahu.Ideo ecce dñs aſcendere faciet ſuper eos
aquas fluminis fortes,& multas,regem ſcilicet Aſſur,& oẽm
gloriam eius,et aſcendet ſuper omnes torrentes eius,et ibit ſu
per omnes ripas eius.Et tranſibit per Iehudah,inundabit,trãſ
ibit,& vſque ad collum pertinget:& erit extenſio alarum ei9
plenitudo latitudinis terræ tuæ Himmanuel. Confringimini
populi Aſſur & conterimini,et auribus percipite vniuerſi lõ
ginqui terræ:accingite vos,et contereminí:accingite vos, &
contereminí.Conſiliamini cõſiliũ,et diſsipabitur. Loquimini
verbum,& non ſtabit,[b]quia nobiſcũ deus.Sic em̃ dixit domi
nus ad me in fortitudine prophetiæ,et erudiuit me ne irem in
via populi huius,dicendo:Non dicatis,[c]cõiuratio eſt, ad oĩa
quæ dicit populus iſte,coniuratio eſt:et timorẽ eius non time
C bitis,et nõ pauebitis,Dñm exercituũ ſanctificabitis, et ipſe ſit
timor veſter,& ipſe pauor vr̃.Et erit[d]in palatiũ,& in lapidem
pcuſsiõis,& in petrã offẽſiõis,duab9 domib9 Iſrael,in laqueũ,
& in rete habitãti Ieruſalaim.Et impingẽt in his plurimi,& ca
dent,& conterentur,et irretientur,et capientur.Liga teſtimo
nium, obſigna legem cum diſcipulis [e] meis. Et præſtolabor
dñm qui abſcõdit faciem ſuã à domo Iahacob,et expectabo
eum.Ecce ego,& pueri quos dedit mihi dñs,vt ſint ſigna, &
portenta in Iſrael:à dño exercituũ,qui habitat in monte Siiõ,
D dati ſunt,Et cum dixerint ad vos:Quærite à pythonibus,& a
diuinis,qui garriunt,et loquuntur:Itane populus hic deũ ſuũ
regret,p viuis requirendo mortuos?Per legẽ ipſam et teſtifi
cationẽ deum teſtor,ſi non dicturi ſunt iuxta verbum hoc de
requirendis mortuis,in quo tamen nec tantillum eſt lucis. Et
tranſibit per legem ipſam induratus,& eſuriens:& erit,cũ eſu
rierit,iraſcetur,& maledicet regi ſuo,et deo ſuo,et reſpiciet ſur
ſum,Et terram intuebitur,& ecce tribulatio,tenebræ, obſcu-
ratio,anguſtia,& expanſa caligo.[f]Quia non erit ei obſcuratio
ſecundum anguſtiam quæ fuit ei tempore primo ab eo qui
alleuiare fecit terram Zebulun,et terrã Naphthali, & vltimo
ab eo qui aggrauari fecit,via maris trans Iarden Ghelil gẽtiũ.

a [redacted]
b quia Immanuel,id eſt quia deus eſt cũ Ezecgia contra Aſſyrios.
c rebellio.ſ. in Aſſyrios.
d in ſãctuarium refugij.
e ſcilicet Vria & Zacharia:cuiuſmodi ſunt oẽs theodidacti.
f Nec euaſit ille cui hęc accidit anguſtia:nã ſicut prius ſuſtulit hoſtis terram Zebulun & Naphtali ita poſtea deterius aget, nẽpe ad uiam maris,tranſitum Iordanis & Galileam gẽtium.
g A luce illa quam oppreſſo populo attulit Ezechias Chriſti typus, rapiſ propheta ad immenſã & ęternã Chriſti lucem.
h alias, ei magnificaſti.
i ſicut in die Midiãn.Iud.7.ibi enim ſolus deus pugnauit,ut hic contra Aſſyrios.
k Omne enim prælium pręliantis eſt cũ conflictu & ueſtiũ cruentatione: at iſtud erit per incendium et deuorationẽ ignis, ſcilicet ab angelo in Aſſyrios.

¶ [redacted]
CAP. IX.

A P[g]Opulus qui ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnã,
habitãtibus in terra vmbræ mortis lux ſplendiuit ſuper
eos.Multiplicaſti gentem[h],non magnificaſti lætitiam , lætati
ſunt coram te ſecundum lætitiam quæ eſt in meſſe, quemad-
modum exultant,qui diuidunt ſpolia.Iugum enim oneris ei9,
& virgam humeri eius,ſceptrum exactoris in eo ,confregiſti,
[i]ſecundum diem Midiam.[k]Quia omnis qui pugnat,pugnat
cum commotione,& veſtimẽtũ inuolutũ ſanguine:et erit ad
B cõbuſtionẽ,cibus ignis.Paruulus enim natus eſt nobis,fili9 da
tus eſt nobis,& erit principatus ſup humerũ ei9,& vocabitur
nomẽ ei9,admirabilis,cõſiliari9,de9, fortis,pater ſeculi , prin-
ceps pacis,Ad multiplicãdũ principatũ,& pacẽ abſque fine ſu
per ſoliũ Dauid,& ſup regnũ eius,vt diſponat illud,et corro-
boret in iudicio,et iuſtitia,ex hoc tp̃e,& vſq; in ſeculum:Zelus
dñi exercituũ faciet hoc.Verbũ miſit dñs in Iahacob,& ceci-
dit in Iſrael,Et ſciẽt ppl's omnis Ephraim,& q habitat Some-
C ron in ſupbia et magnitudine cordis,dicendo:Lateres cecide
rũt,ſed leuigato lapide ædificabimus:Sycomori ſuccisæ ſunt,
ſed cedros immutabimus.Et eleuabit domin9 hoſtes Reſin ſu
per eũ,& inimicos eius cõmiſcebit,Arã ab oriẽte, & Peliſtim
ab occidente, & deuorabunt Iſrael toto ore.In omni hoc
non



non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extẽta.Et po
pulus non eſt reuerſus ad percutientem ipſum, & dominum
exercituum non quæſierunt.Et excidit dominus ab Iſrael ca-
put & caudam,ramum & iuncum die vna.Senex,& honora-
bilis vultu,ipſe eſt caput:& propheta qui docet mendacium,
ipſe eſt cauda.Et erunt beatificantes populum iſtum,errare fa
D cientes:& beatificati eius perditi.Ideo ſuper adoleſcentulis ei9
non lætabitur dominus;& viduarum eius & pupillorum ei9
non miſerebitur:quia vniuerſi ſunt impij,& maligni,& omẽ
os loquitur ſtultitiam.In omni hoc non eſt auerſus furor ei9,
ſed adhuc manus eius extenta.[a]Succẽſa eſt enim tanquã ignis
impietas,veprem,& ſpinam vorabit:& ſuccendetur in denſi-
tatibns ſyluæ,& eleuauerunt ſe ſicut eleuatur fumus. Propter
iram domini exercituum obſcurata eſt terra,& fuit populus
tanquam eſca ignis:vnuſquiſque fratri ſuo non parcit.Rapiet
ad dexteram,& eſuriet:comedet ad ſiniſtram,& non ſaturabi
tur.Vnuſquiſque carnem brachij ſui comedit. Menaſſeh E-
phraim,& Ephraim Menaſſeh,ſimul ipſi contra Iehudah . In
omni hoc non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius ex
tenta.

a Exardeſcit nãq; impietas, vt ignis qui uepres et ſpinas deuorat:qui et in cõdenſis ſylue adeo exarſit, ut ſint magnę eleuationes aſcendentis fumi.

¶ Comminatur oppreſſoribus pauperum,& uiduarum,prophetat contra Sennacherib. CAP. X.

A VAe ſcribentibus decreta iniqua,& ſcribere facientibus,
qui mendacium ſcribere fecerunt.Vt peruertant iudi-
cium pauperum, & rapiant in iudicio pauperes populi mei,
vt ſint viduæ prẹda eorum,& pupillos diripiant.Et quid fa-
cietis in die viſitationis,& deſolationis quæ à longinquo ve-
B niet?Ad quem fugietis pro auxilio?Et vbi derelinquetis glo-
riã veſtrã?Non euadet quiſpiã,niſi qui incuruauerint ſe inter
vinctos,& inter interfectos ſe proſtrauerint.In omni hoc non
eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta. O Aſſur
virga furoris mei,& virga ipſa in manu eorũ eſt ira mea . Ad
gentem impiam mittam eum,& ſuper populum furoris mei
mandabo ei,vt ſpoliet ſpolia,& prẹdetur prædam, & ponat
eum in conculcationem ſicut lutum platearum.Ipſe autẽ non
ſic exiſtimabit, & cor eius nõ ita putabit,ſed ad perdẽdũ erit
cor eius,& ad excidendum gentes non paucas.Dicet em̃:Nõn
ne principes mei ſimul reges ſunt? Nõnne ſicut Charchemis
C fuit Chalno?Nõnne ſicut Arphad fuit Chamath?Nõnne ſi-
cut Dammeſec fuit Someron?Quemadmodum inuenit ma-
nus mea regna idoli:& ſimulachra eorum precioſiora q̃ Ieru
ſalaim & Someron.Nõnne quẽadmodum feci Someron &
idolis eius,ſic faciam Ieruſalaim & ſimulachris eius?Et erit cũ
compleuerit dñs omne opus ſuum in mõte Siion,& in Ieruſa
laim,viſitabo ſuper fructũ magnitudinis cordis regis Aſſur,
& ſuper gloriam altitudinis oculorum eius.Dixit enim:in for
titudine manus meę feci,& in ſapientia mea : quia intellexi,&
remouere feci terminos populorum,& theſauros eorum de-
D prædatus ſum,& deſcendere feci eos qui quaſi vir fortis ſede
bant.Et inuenit veluti nidum manus mea ſubſtantiã populo-
rum:& ſicut colliguntur oua derelicta,oẽm terram ego con-
gregaui,& non fuit qui moueret alam,& aperiret os,& garri
ret.Nũquid gloriabitur ſecuris contra inſcidentem cum ea?
Nunquid ſe magnificabit ſerra contra eleuantẽ eam?ita eleuat
E deus virgam & eleuantes eam,ac ſi leuaret baculũ qui non eſt
arbor.Ideo mittet dominator dñs exercituũ in pinguibus ei9
maciẽ,& ſubter gloriã eius incendet incendiũ quaſi incendiũ
ignis.Et erit lux Iſrael in ignẽ,& ſanctus eius in flãmã,& arde-
bit & deuorabit ſpinam eius,& veprem ei9 in die vna.Et glo-
riã ſyluæ eius,& frugiferi campi eius,ab anima vſque ad car-
nem conſumet,& erit ſicut diſſolutus vexillifer. Et reſidua li-
gna ſyluæ eius pauca numero erunt,vt ea puer ſcribat.Et erit
in die illa non adiiciet vltrà reſiduum Iſrael,& euaſor domus
Iahacob,inniti ſuper percutientem ſe,ſed innitetur ſuper do-
F minum ſanctum Iſrael in veritate.Reſiduum cõuertetur,reſi-
duum Iahacob ad deum fortem.Quia ſi fuerit populus tuus
Iſrael veluti arena maris,reſiduum cõuertetur ex eo.Conſum-
matio deciſa inundat propter iuſtitiam.Quia conſummatio-
nem deciſam dominus deus exercituum facit in medio terræ.
Idcirco ſic dixit dñs deus exercituũ:Ne timeas populus mi ha
bitator Siion ab Aſſur.Virga percutiet te,& baculum ſuum
leuabit ſuper te in via Aegypti.Adhuc em̃ paululũ paululũ,
G & cõſummabitur ira,& furor meus ad cõſumptionem eorũ.
Et ſuſcitabit ſuper eum dñs exercituũ flagellũ iuxta plagã Mi-
dian in petra Horeb:& virgã ſuam vt ſuper mare,& eleuabit
eã ſuper eũ in via Aegypti.Et erit,in die illa remouebitur on9
eius ab humero tuo,& iugum eius à collo tuo,& corrũpetur
iugũ à facie vnctionis.Venit ad Haiath,trãſiuit in Migron,in
Michmas[a]cõmendabit inſtrumenta ſua.Tranſierũt vadum,in
Ghebah diuerſorio pernoctarũt : obſtupuit Ramah , Ghib-
bah Saul fugit.Exalta vocem tuam filia Gallim, attende Lai-
ſah,pauper Hanathoh.Elongauit ſe Madmenah,habitatores
Ghuebim congregauerunt ſeipſos.Adhuc dies in Nob ad ſtã
dum.Eleuabit manum ſuam[b]mons Siion,collis Ieruſalaim.Ec
ce dominator dominus exercituum excidit ramum in robo-
re,& excelſi ſtatura ſucciſi,& ſublimes humiliabuntur.Et ſucci
det arbores[c]perplexas ſyluæ ferro, & arbores Lebanon ferro
forti cadent.

a recenſuit arma ſua
b ad mõtẽ filię Siiõ,collem Ieruſalẽ.
c condenſas.

¶ Prædicit natiuitatem Chriſti,eiuſque contra Antichriſtũ uictoriam,& conuerſionem reliquiarum Iſrael.
CAP. XI.

A ET egredietur virga de ſtirpe Iſai, & germen de radicib9
eius fructificabit.Et requieſcet ſuper eam ſpiritus domi-
ni,ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ,ſpiritus conſilij & fortitu
dinis,ſpiritus ſcientiæ & timoris domini. Et [d] odorari faciet
eum in timore domini:nec ſecundum viſionẽ oculorũ ſuorũ
iudicabit,neque ſecundum auditũ aurium ſuarũ arguet. Sed
iudicabit in iuſtitia pauperes,& arguet in rectitudine pro mã
ſuetis terræ:& percutiet terrã virga oris ſui,& ſpiritu labiorũ
B [e]ſuorũ interficiet impium.Et erit iuſtitia cingulum lumborũ
eius,& fides cingulum renum eius.Et habitabit lupus cum a-
gno,& pardus cum hœdo accubabit:& vitulus & catul9 leo-
nis & pecus pingue ſimul,& puer paruus ducet eos.Et vacca
& vrſa paſcentur,ſimul accubabũt nati earũ,& leo ſicut bos
comedet paleam.Et delectabitur lactens ſuper foramen aſpi-
dis,& ſuper cauernã reguli ablactatus manum ſuam extẽdet.
Non nocebunt,& non perdent in vniuerſo monte ſanctita-
tis meæ:quia repleta eſt terra ſcientia domini,ſicut aquæ ma-
re operientes.Et erit in die illa,radix Iſai,quæ ſtabit vt vexillũ
populorum illã gentes quęrent:& erit requies eius in gloria.
C Et erit,in die illa adiiciet dominus ſecundo manum ſuam ad
poſsidendum reſiduum populi ſui,quod remanebit ab Aſ-
ſur,& ab Aegypto,& à Pathros,& à Chus,& ab Helam,& à
Sinhar,& à Chamath,& ab inſulis maris. Et eleuabit vexillũ
in nationibus,& congregabit profugos[f]Iſrael,& diſperſos Ie
hudah congregabit à quatuor angulis terræ.Et recedet zelus
Ephraim,& hoſtes Iehudah excidentur. Ephraim non æmula
bitur Iehudah,& Iehudah non anguſtiabit Ephraim.Et vola
D bunt in humerum Peliſtim ad occidentem,ſimul prædabun-
tur filios orientis.Edom & Moab miſſio manus eorum,& fi
lij Hammon[g]auditus eorum.Et excidet dominus[h]ſcopulum
maris Aegypti,& leuabit manum ſuã ſuper flumen in fortitu
dine ſpiritus ſui:& percutiet eum diuidens illud in ſeptem flu
mina,& ambulare faciet tranſeuntes in calceamentis. Et erit
via reſiduo populi eius,qui relinquetur ab Aſſur,ſicut fuit Iſ
raeli in die qua aſcendit è terra Aegypti.

d .i.adeo oĩa odorabitur in timore domini, ut nec uiſione oculorum,nec auditu aurium in iudicio egeat.
e [redacted]
g Omnia hęc iuxta literam ſemel ſequuta ſunt poſt diuinã illam Aſſyriorum cladẽ, & iterum in ſpiritu ſequutura prędicũtur.
g obedientia in linguam

¶ Canticum eccleſiæ pro deuicto regno mundi.
CAP. XII.

A ET dices in die illa: confitebor tibi domine , quanquàm
iratus fuiſti contra me:auerſus eſt furor tuus,& conſola
tus es me. Ecce deus ſalus mea,cõfidam & nõ pauebo:q̃a for-
titudo mea,& laus mea dominus,& fuit mihi ſalus.Et haurie-
tis aquas in gaudio de fontibus ſalutis. Et dicetis in die illa:

Confitemini domino, inuocate nomen eiꝰ, Scire facite in po-
pulis opera eius: mementote quoniam excelſum eſt nomẽ eiꝰ.
Cantate domino, quoniam magnificentiam fecit: ſcitur hoc
in vniuerſa terra. Exalta vocem, & lauda habitatrix Siion, qa
magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

¶ Euerſionem Babel, & captiuitatem, reditumq; populi prophetat.

CAP. XIII.

A PRophetia Babylonis quam vidit Ieſahiahu filiꝰ Amos.
Super montem eleuatum eleuate vexillum, exaltate vo-
cẽ ad eos. Leuate manũ, ingrediatur portas munificorũ. Ego
præcepi ſanctificatis meis, etiã vocaui fortes meos in ira mea,
exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus ad ſi
militudinem populi multi: vox ſonitus regnorum gentiũ cõ-
gregatarum: dominus exercituum numerat exercitum prelij.
B Venientes de terra procul ab extremo cœli: dominus, & va-
ſa furoris eius ad diſperdendum omnem terram. Vlulate, qa
prope eſt dies domini: veluti præda ab omnipotente veniet.
Idcirco omnes manus debiles erunt, & omne cor hominis li-
queſcet. Et terrebuntur, anguſtiæ & dolores tenebunt eos, &
veluti parturiens dolebunt: vnuſquiſque ad proximum ſuum
ſtupebunt, facies flammarum facies eorum. Ecce dies domini
venit crudelis, & indignatio, & ira furoris, vt ponat terram in
ſolitudinem, & peccatores eius diſperdat ex ea. Quoniã ſtellæ
cœlorum, & oriones eorum, non lucere facient lumen ſuum.
Obſcurabitur ſol quando egredietur, & luna non ſplendere
faciet lumen ſuum. Et viſitabo ſuper orbem malum, & ſuper
C impios iniquitatem eorum. Et ceſſare faciam ſuperbiam ſup-
borum, & ſuperbiam fortium humiliare faciam. Precioſiorẽ
faciam hominem magis q̃ obrizũ, & hominem magis quàm
aurum Ophir. Idcirco cœlum mouere faciam & contremi-
ſcet terra de loco ſuo: propter iram domini exercituũ, & pro
pter diem iræ furoris eius. Et erit tanquam ceruus eiectus, &
ſicut pecus, & non erit qui congreget: vnuſquiſque ad popu-
lum ſuum reuertentur, & vnuſquiſque ad terram ſuã fugient.
Omnis qui inuentus fuerit perfodietur, & omnis qui ſe adiũ-
get, cadet gladio. Et paruuli eorum allidentur in oculis eorũ.
Diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ec

a Medos

ce ego ſuſcito contra eos [a] Madai, qui argentum non æſtima-
D bunt, & aurum non volent. Et arcubus pueros allidẽt, & fru-
ctui ventris non miſerebuntur, & filiis non parcet oculus eo-
rum. Et erit Babel gloria regnorũ, gloria ſuperbiæ Chaldeo-
rum ſecundum ſubuerſionem, qua ſubuertit deus Sedom, &
Hamorah. Nõ erigetur in ſeculum, nec habitabitur vſque in
generationem, & generationem: & non tendet tentorium ibi
Harabs, & paſtores non accubare facient ibi pecudes. Sed ac-
cubabunt ibi beſtiæ ſylueſtres, & replebuntur domus eorum
furũculis: & habitabũt ibi filię ſtrutionis, & dęmones ſaltabũt
ibi. Et cantabunt [b] vlulæ in ędibus eius, & dracones in palatiis
deliciarum. Prope eſt autem vt veniat tempus eiꝰ, & dies eiꝰ
non protrahentur.

b insulares beſtię in deſolationibus ſilentiis ſeu uiduatis domibus.

¶ Parabolica inſultatio in regem Babel. CAP. XIIII.

A MIſerebitur em̃ dominꝰ Iahacob, & eliget adhuc Iſrael,
& requieſcere faciet eos ſuper humũ ſuam: & copula-
bit ſe peregrinus eis, & adhærebunt domui Iahacob. Et tollẽt
eos populi, & adducẽt eos ad locum ſuum, & erũt poſsidẽtes
ex eis domꝰ Iſrael, ſup terrã dñi in ſeruos, & ancillas, & capient
eos q ceperant eos, & dominabũtur oppreſſoribus ſuis. Et e-
B rit in die qua requiem dederit dominus tibi à labore tuo, & à
timore tuo, & à ſeruitute dura, qua ſeruitum fuit à te. Sumes
parabolam iſtam contra regem Babel, & dices: Quomodo
[c] ceſſauit oppreſſor, quieuit plena auro? Contriuit dominus
[d] baculum impiorum, virgam dominantium. Percutien-
tem populos in ira percuſsione indeclinabili, dominantem in
furore gẽtibus, [e] perſecutionẽ paſſum nõ prohibuit. Quieuit,
requieuit omnis terra, cecinerũt laudẽ. Etiã abietes lætatę ſunt
de te, cedri Lebanon: ex eo tpe quo dormiſti, non aſcendit q
ſuccideret nos. Infernus deorſum expauit pp̃ter te, in occur-

c quieuit exactor et ceſſauit aurei penſio.
d ſceptrum
e et perſecutionem paſſo abſq; ulla ceſſatione.

ſum aduentus tui [a]: ſuſcitauit tibi mortuos, & omnes princi-
pes terræ: ſurgere fecit de ſoliis ſuis omnes reges gentium. O-
mnes iſti reſponſa dabunt, & dicent tibi: etiam tu infirmatus
es ſicut nos, & nobis aſsimilatus es. Detracta eſt ad inferos ſu-
D perbia tua, ſonitus nablorum tuorum: ſubter te ſternetur ver
mis, & operit te vermis. Quomodo cecidiſti de cœlo Luci-
fer fili auroræ? proſtratus es ad terram qui debilitabas gẽtes?
Tu autem dixiſti in corde tuo: cœlum aſcendam, ſuper ſtellas
dei exaltabo ſoliũ meũ, & ſedebo in mõte eccleſię in lateribus
aqlonis. Aſcẽdã ſup altitudinẽ nubis, & ſimilis ero altiſsimo.
Veruntamẽ ad infernũ detraheris, [b] ad latera ſepulchri. Viden
tes te, te proſpicient, & te contemplabuntur, dicentes: Num
hic eſt vir ille qui conturbabat terram, & concutiebat regna?
E Poſuit orbem ſicut deſertum, & vrbes eius deſtruxit, nec vin-
ctis eius aperuit alicubi. Omnes reges gentium, vniuerſi ipſi
dormierunt in gloria, vir in [c] domo ſua. Tu autem proiectus
es de ſepulchro tuo tanq̃ ſurculꝰ abominabilis, vt veſtimentũ
occiſorũ, qui confoſſi ſunt gladio: qui deſcendũt ad lapides ſe
pulchri veluti cadauer cõculcatum. Non vnies te cum eis in
ſepultura, quia terram tuam perdidiſti, populum tuum occi-
diſti: non vocabitur in æternum ſemen peſsimorum. Præpa-
rate filiis eiꝰ occiſionem in iniquitate patrũ eorũ: ne cõſurgãt,
& hæreditate accipient terram, atque impleãt ſuperficiem or
bis inimicis. Et conſurgam contra eos, dicit dñs exercituum,
& perdam de Babel nomen, & propinquum filium, & nepo
tem dicit dñs. Et ponam eam in poſſeſsionẽ ericij, & paludes
F aquarũ, & ſcopabo eam ſcopis diſsipationis dicit dñs exerci-
tuum. Iurauit dñs exercituum, dicendo: Si non ſecundum ꝙ
cogitaui, & ſecundum ꝙ decreui conſurget. Vt conterã Aſ-
ſur in terra mea, & in mõtibus meis cõculcabo eũ: & remoue-
bitur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eius remo-
bitur. Hoc eſt conſilium quod decretum eſt ſuper omnem ter
ram, & hæc manus extenta ſuper omnes gentes. Dñs em̃ deus
exercituum decreuit, & quis irritabit? & manus eius extenta,
& quis redire faciet eam? In anno quo mortuꝰ eſt Achaz fuit
G prophetia iſta. Ne læteris [d] Peleſeth omnis tu, ꝙ confracta ſit
virga percuſsionis tuæ. De radice em̃ ſerpentis egredietur re-
gulus, & fructus eius ceraſtes volans. Et paſcentur primogeni
ti pauperum, & mendici fiducialiter requieſcent: & interire fa
ciam fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiet. Vlula ô
porta, clama ô ciuitas. Diſsipata Peleſeth omnis tu: ab aquilo-
ne enim fumus venit, & non [e] erit ſolitarius in tẽporibus ſuis.
Et quid reſpondebitur nunciis gentis? ꝙ dominus fundauit
Siiõ, & in ea ſperabunt pauperes populi eius.

a excitauit ad occurſum tui gigantes hircos & reges gentium.
b ad angulũ cauernę, quaſi indignus loco medio.
c quaſi in domo ſunt q quieſcũt in ſepulchris ſuis.
d Pheliſtæa
e non ſupererit vel unus in cœtibus eius.

¶ Prophetat aduerſum Moab. CAP. XV.

A PRophetia Moab. Quia nocte vaſtatus eſt Har Moab, &
ſucciſus, quia nocte vaſtatus eſt Chir Moab & ſucciſus.
Aſcendit in templum, & Dibon in excelſa ad fletum: ſup Ne-
bo & ſuper Medba Moab vlulabit: et in cũctis capitibus eius
B erit caluitium, & omnis barba erit raſa. In plateis eiꝰ accingẽt
ſe ſaccis: in tectis eius & in plateis eius tota ipſa vlulabit deſcẽ
dens in fletum. Et clamauit Cheſbon & Elhaleh, vſque ad Ia-
has audietur vox eorum: atq; ideo armati Moab [f] clamabũt,
C anima eius vociferabit ſibi. Cor meum ad Moab clamabit,
[g] vectes eius vſque ad Sohar vitulam triennem: quia in aſcen-
ſu Luchith in fletu aſcendet in eam, quia in via Choronaim
clamorem contritionis ſuſcitabũt. Aquæ enim Nimrim in de
ſolationes erunt, vnde & aruit herba, defecit germen, & viri-
de non fuit. Ideo diuitias fecit, & ſubſtantias ſuas iuxta torren
D tem ſalicum deferent. Quia circuiuit clamor terminũ Moab:
vſque ad Eglaim vlulatus eiꝰ, & Beer Elim vlulatus eius. Quia
aquæ Dimon repletæ ſunt ſanguine: ponam enim ſuper Di-
mon addita: ſuperſtiti Moab leonem, & reſiduo terræ.

f vlulabunt, anima cuiuſque vlulante apud ſe.
g fugitiui

¶ Prophetat adhuc contra Moab. CAP. XVI.

A MIttite [h] agnũ dñatoris terræ de petra deſerti ad mõtẽ
filiæ Siion. Erit em̃, ſicut auis emiſſa fugiẽs de nido, ſic
erũt filię Moab ad vada Arnõ. Affer cõſiliũ, fac iudiciũ, pone
quaſi

h [redacted] 3.



pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie: abſconde ex-
B pulſos, & fugientem ne prodas. Habitent in te expulſi mei,
[a] Moab ſis tu latibulum eis à facie populatoris. Defecit em̃ ex
preſſor, & defecit populator, conſumpta ſunt reptilia de ter-
ra. Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper il
lud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans & quærens iu-
dicium, & feſtinans ad iuſtitiam. Audiuimꝰ ſuperbiã Moab,
C ſuperbus eſt valde: ſuperbia eius & extollentia eiꝰ, & indigna-
tio eius non ſunt recta verba eius. Idcirco vlulabit Moab ſu-
per Moab, totus ipſe vlulabit: ſup [b] dolia Chirchareſeth loq-
mini, veruntamen percuſsi. Quia vites Cheſbõ deſolatę ſunt,
plantationes optimæ vitium Sibmah: domini gentium quaſ
ſauerunt optimas vites eius, vſque ad Iahazer peruenerunt, er
rauerunt in deſertum: propagines eius extenderunt ſe, tranſie
runt mare. Idcirco plorabo in fletu Iahazer, in fletu vitis Si-
bmah: inebriabo te lachryma mea Cheſbon, & Elhaleh: qm̃
ſup fructus æſtatis tuæ, & ſup meſſem tuã [c] celeuſma cecidit.
D Et deficiet lætitia & exultatio ab vbere cãpo, & in vineis non
cãtabunt, & non iubilabunt: vinũ in torcularibus non calca-
bit calcãs, iubilationẽ ceſſare feci. Ideo viſcera mea ſup Moab
veluti citharæ ſonabũt, & intima mea ſup Chirchares. Et erit,
cũ apparuerit, ꝙ laborauerit Moab ſup excelſum, ingredietur
ſanctuarium ſuum, vt oret, & non poterit. Hoc eſt verbũ qđ
locutus eſt dominus ad Moab ex eo tempore. Et nunc locu-
tus eſt dominus, dicendo. In tribus annis tanquam annis mer
cenarij [d] alleuiabitur gloria Moab, in omni populo eius, qui
multus: & qđ reliquũ erit, erit admodum exiguũ, & inualidũ.

a Ridet Moabitas, quod noluerit profugos Iſraelitas aliquo modo protegere.
b fũdamẽta
c iubilus hoſtium.
d tin ignominiam uertet.

¶ Prophetat cõtra Dammeſec. CAP. XVII.

A PRophetia Dammeſec, ecce Dammeſec remouebitur ne
ſit ciuitas, & erit aceruus ruinæ. Derelictæ ciuitates Ha-
roher gregibus erunt, & accubabunt, & non erit exterrẽs. Et
ceſſabit munitio ab Ephraim, & regnum à Dammeſec, & reſi
duo Aram: ſicut gloria filiorum Iſrael erunt, dixit dñs exerci-
B tuũ. Et erit, in die illa attenuabitur gloria Iahacob, & pingue-
do carnis eius macreſcet. Et erit, ſicut ſi colligat meſſor ſegetẽ,
& brachiũ eius ſpicas metat: erit ſicut qui colligit ſpicas in val
le Rephaim. Et relinquentur in eo racemi, ſicut excuſsio oleæ
C duorum vel trium granorũ in ſummitate rami: aut quatuor
vel qnq; in ramis eius frugiferis, dixit dñs deus Iſrael. In die il-
la aſpiciet homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctum
Iſrael reſpicient. Et non aſpiciet ad altaria opus manuũ eius:
& quod fecerunt digiti eius non reſpiciet, nẽpe Lucos & ima
gines. In die illa erunt ciuitates fortitudinis eiꝰ ſicut derelictio
rami, & frondis, quos dereliquerunt à facie filiorum Iſrael, &
D erit deſolatio. Quia oblita es dei ſalutis tuę, & petræ fortitudi
nis tuæ nõ es recordata: propterea plantabis plantatiões pul-
chras, & [e] germen alieni ſeminabis. In die facies creſcere plãta-
tionẽ tuã, & mane ſemen tuum germinare facies [f]: commotio
rami in die percuſsionis infirmantis & doloris deſperati. Væ
multitudini populorum multorum, qui ſicut fremitus mariũ
ſonabunt: & ſtrepitus nationũ, vt ſtrepitus aquarum multarũ
ſtrepet. Populi ſicut ſonitus aquarum multarum ſonabũt: &
increpabit eum, & fugiet procul: & perſecutionem patientur
ſicut gluma montium a facie venti, & ſicut ſtipula coram tem
peſtate. In tempore veſpertino ecce turbatio, & antequàm ſit
mane, non erit ipſe, hæc eſt pars prædantium nos, & ſors diri
pentium nos.

e palmitem a longinquis ductũ ubi plãtabis.
f at recedet meſſis in die hęreditatis, et erit dolor deſperabilis, id eſt, pulchre omnia inchoabitis, & male finient.
g alatis cimbis referta.

¶ Prophetat cõtra Aethiopes. CAP. XVIII.

A O Terra [g] vmbræ alarum, quę eſt trans flumina Aethio-
piæ. Mittens per mare legatos, & in naui iuncea ſuper
faciẽ aquarũ. Ite nunc leues ad gentẽ tractã & expilatã, ad po
pulũ terribilẽ ex quo fuit, & vltra [h] gentẽ lineatim, & cõculca-
tã, cuius diripuerunt flumina terram. Omnes habitatores or
bis, & incolæ terræ: quum eleuabitur vexillum in montibus,
videbitis: & quum clanxerit tuba, audietis. Sic enim dixit do-
minus ad me: Quieſcam, & cõſyderabo in loco meo, ſicut aer
ſerenus ſuperueniente luce, ſicut nubes rorida in æſtu meſsis.

h gentẽ regule regulę, id eſt, pigrã, diu expectatam: quę ſenſim regulando et regulã poſt regulã ſua cõponit. Aegre ferebãt Iudęi lẽtũ Aethiopũ cõtra Aſſyrios aduentum.

C Nam ante meſſem, cum erit quaſi perfectum germen, & acer
ba vua matureſcens erit adhuc flos: ſi præcidat quis palmites
falcibus, & propagines ſuccidens auferat: Relinquentur ſimul
D auibus montium, & beſtiis terræ: & æſtiuabit ſuper ea auis, &
omnis beſtia terræ ſuper ea hyemabit. In tempore illo defere-
tur [a] munus domino exercituum populi tracti & depilati, &
à populo terribili ex quo fuit, & vltrà gente lineatim, & con
culcata, cuius diripuerunt flumina terram: ad locum nominis
domini exercituum montem Siion.

a Direptis Aethiop. ab Aſſyriis & Aſſyriis ab ãgelo interfectis, omnia tã dẽ ſunt dño oblata. et eo ſpectat pręmiſſa parabola: indicãs deum nolle Aethiopas diripere donec ſit opportunũ ut fiat ei oblatio.

¶ Prophetat contra Aegyptum. CAP. XIX.

A ONus Aegypti: Ecce dñs equitatus ſuper nubẽ leuem,
& ingredietur Aegyptum, & mouebũt ſe ſimulachra
Aegypti à facie eius, & cor Aegypti liquefiet in medio eius.
Et cõfundam Aegyptum cum Aegypto, & pugnabũt vir in
fratrem ſuum, & vir in amicum ſuum, ciuitas in ciuitatem, re-
gnum in regnum. Et euacuabitur ſpiritus Aegypti in medio
eius, & conſiliũ eius deſtruam: & interrogabunt ſimulachra, et
diuinos, & pythones, & ariolos. Et tradã Aegyptũ in manu
dominorum durorum, & rex fortis dominabitur eis, dixit do
minator dñs exercituũ. Et deperdentur aquæ de mari, & flu-
uius exiccabitur, & areſcet. Et elongare facient flumina, atte-
nuabuntur, & ſiccabũtur flumina Aegypti: calamus, & iũcus
B excidẽtur. Gramineta quæ ſunt iuxta riuum, iuxta ripam flu-
minis, & omnis ſementis riui areſcet, propulſabitur, et nõ erit.
Et mœrebunt piſcatores, & lugebũt omnes proiicientes in ri-
uum hamum, & expandentes rete in ſuperficie aquarũ infir-
mabuntur. Et pudore afficientur operantes lina pectinata, &
texentes retia. Et erunt retia eius contrita, vna cũ iis qui faciũt
clauſuram ſtagnorũ pro piſcibus. Veruntamen ſtulti princi-
pes Sohan, ſapientes conſiliarij Parhoh, quorũ eſt conſiliũ in-
fatuatum: quomodo dicetis pro Parhoh: filius ſapientũ ego
ſum, filius regum antiquorum? Vbi ſunt nunc ſapientes tui?
annuncient nunc tibi: & notificent, quid decreuerit dominus
exercituum ſuper Aegyptũ. Infatuati ſunt principes Sohan,
errauerunt principes Noph: errare fecerunt Aegyptum an-
guli tribuum eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum
peruerſitatum, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere
ſuo, ſicut errat ebrius in vomitu ſuo. Et nõ erit Aegypto opꝰ,
C quod fecerit caput & cauda, ramus & iuncus. In die illa erit
Aegyptus ſicut mulieres: & ſtupebit, & timebit à facie eleua-
tionis manus domini exercituum, quam ipſe eleuat ſuper eã.
Et erit terra Iehudah Aegypto in pauorem: omnis qui recor-
datus fuerit illius, ſibi timebit, à facie cõſilij domini exercituũ,
quod ipſe decreuit ſuper eũ. In die illa erũt qnque [b] ciuitates in
terra Aegypti loquẽtes lingua Chenahanitide, & iurãtes per
dñm exercituum, ciuitas Heres dicetur vni. In die illa erit alta-
D re domino in medio terræ Aegypti, & titulus iuxta termi-
num eius domino. Et erit in ſignum, & in teſtem domi-
no exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad do-
minum à facie opprimentium, & mittet eis [c] ſeruatorẽ, & ma-
gnatẽ, & liberabit eos. Et cognoſcetur dominus ab Aegypto,
& cognoſcent Aegyptij dominum in die illa: & facient ſacri-
ficium, & oblationem, & vouebunt votũ domino, & reddẽt.
Et percutiet dominus Aegyptum percutiendo, & ſanando:
& reuertentur ad dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos.
In die illa erit via ab Aegypto ad Aſſur; & intrabit Aſſur
Aegyptum, & Aegyptus in Aſſur, & obſequentur Aegy-
ptij ipſi Aſſur. In die illa erit Iſrael tertius Aegypto & Aſſur
benedictio in medio terræ. Cui ſcilicet benedixit dominus
exercituum, dicendo: Benedictus populus meus Aegypti,
opus manuũ mearũ Aſſur, et hæreditas mea Iſrael.

b in quas multi Iudęorum fugerãt ut docet cap. 30. & 31.
c [redacted]

¶ De Aegypti captiuitate. CAP. XX.

A IN anno quo ingreſſus eſt Tartham in Aſdod, cum miſiſſet
eum [d] Sarghon rex Aſſur, & pugnaſſet cum Aſdod, cepit
eam. In tempore illo locutus eſt dominus per manum Ieſa-
hiahu filij Amos, dicendo: Vade, & ſolue ſaccum de lumbis
tuis, & calceamentum tuum ſolue de pedibus tuis. Et fecit ſic

d qui et Sancherib.

eundo nudus,& diſcalceatus.Dixit autem dominus:Quem=
admodum ambulauit ſeruus meus Ieſaiahu nudus & diſcal=
ceatus tribus annis,ſignum et portentum erit ſuper Aegyptũ
B & ſuper Aethiopiam.Sic ducet rex Aſſur captiuitatẽ Aegy=
pti & trãſmigrationem Aethiopicam, pueros & ſenes, nudũ
& diſcalceatum,& diſcoopertos natibus in ignominiã Aegy=
pti.Confringentur,& pudore afficientur ab Aethiopia aſpe=
ctu ſuo, & ab Aegypto gloria ſua. Et dicet habitator [a] inſulę
huius in die illa:Ecce talis eſt aſpectus noſter, quò cõfugimus
pro auxilio , vt liberaremur à facie regis Aſſur, & quomo=
do euademus nos?

a Iudæi ab Aſſyriis & Ægyptiis circũdati, erant quaſi in inſula,quę ab undis undique concutitur.

❡ Babel ruina per Medos & perſas. CAP. XXI.

A PRophetia deſerti maris.Sicut turbines in auſtro ad tran
ſeundũ è deſerto venit de terra formidabili. Viſio dura
nunciata eſt mihi:Ecce præuaricator prẹuaricator,& ecce ua=
ſtator vaſtator.Aſcende Helam,obſide Madai:omnẽ gemitũ
eius ceſſare feci.Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, an=
guſtiæ apprehenderunt me,ſicut anguſtiæ parturiẽtis. Incur=
uaui me,quando audiui:teritus fui,quando vidi. Errauit cor
meum,horror terruit me.Noctem amabilẽ mihi, poſuit mi=
B hi in pauorem.Diſponendo menſam ,ſpeculando ſpeculam,
comedendo & bibendo:ſurgite [b] principes, vngite clypeum.
Sic eñ dixit ad me dominus: Vade,ſtatue ſpeculatorem , qui
quod viderit annũciet,& vidit currũ,par equitũ,currũ aſini,
& currũ cameli.Et attẽdit attentiõe,attẽtione multa.Et clama
uit quaſi leo:ſuper ſpeculam dñe mi ego ſto iugiter per diem
& ſuper cuſtodiam meam ego ſto totis noctibus.Et ecce hic
venit currus viri,par equitum:& reſpondit,& dixit:Cecidit,
C cecidit Babel,& omnia ſculptilia deorum eius cõtriuit in ter=
ram. [c] Tritura mea,& filij areę meę:quæ audiui à domino ex=
excituum deo Iſrael annũciaui vobis.Prophetia [d] Dumah: ad
me clamat è Sehir: Cuſtos qd de nocte,cuſtos quid de nocte?
Dixit cuſtos:Venit mane,& etiam nox: [e] ſi quęritis quærite,re
uertimini venite.Prophetia in Harab:In ſaltu in Harab mo=
rabimini,ô ſemitæ Dedanim.In occurſum ſitienti [f] venite a=
D quæ:habitatores terræ Temah cum pane eius præuenite fu=
gientem.A facie enim gladiorum fugerunt:à facie gladij nu=
dati,à facie arcus extenti,& à facie grauitatis prælij. Sic enim
dixit dñs ad me:In termino anni,ſicut anni mercenarij , cõſu=
tur omnis gloria Chedar.Et reſiduum pauci erunt numero,
iaculatores fortium filiorum Chedar imminuentur.Domin⁹
enim deus Iſrael locutus eſt.

b id eſt,tempore maioris ebrietatis,ecce Babylonis excidiũ Dani.5.
c Trituratiõ mea,& contritus fructus areę meę,id eſt, triturata Babel.
d Dumah fuit fili⁹ Iſmahel.
e ſi interrogatis interrogate,id eſt,licet ſemel & iterum interrogetis redeundum tum uobis eſt,& ueniendũ ad excidium.
f attulerunt aquam.

❡ Sermo domini contra Ieruſalaim,per Nabuchodonoſor deuaſtandam.Sub perſona Eliachim figuratur Chriſtus.

CAP. XXII.

A PRophetia vallis [g] viſionis:Quid tibi nunc,quia aſcendi=
ſti omnis tu in tecta:Tumultus plena ,vrbs olim tumul
tuans,ciuitas læta.Interfecti tui non interfecti gladio , neque
mortui [h] bello.Cuncti principes tui fugerunt ſimul,à iaculato
ribus ligati ſunt.Omnes qui inuenti ſunt in te,vincti pariter,
& ſic qui procul fugerant.Propterea dixi:Ceſſate à me, ama=
ritudine afficiam me in fletu.Ne feſtinetis conſolari me ſuper
B populatione filiæ populi mei.Dies enim contritionis & con=
culcationis,& coartationis domino deo exercituum in valle
viſionis,diruens parietem,& clamans ad montẽ.Et Helã ſum
pſit pharetram in curru hominis & equitũ:& Chir manifeſta
C bit clypeos.Et fuit,electæ valles tuæ repletæ ſunt curribus,&
equites bellando bellauerunt in porta.Et deuoluit inimic⁹ o=
perimentum Iehudah:& reſpexiſti in die illa ad arma domus
ſyluæ.Et ſciſſuras ciuitatis Dauid vidiſtis, quia multiplicatæ
ſunt,& congregaſtis aquas piſcinæ inferioris.Et domos Ieru=
ſalaim numeraſtis,& deſtruxiſtis domos ad muniendum mu
rum.Et [i] congregationẽ feciſtis inter duos muros pro aquis
piſcinæ veteris:& non ſuſpexiſtis ad factorẽ eius,& plaſmato=
rem eius de longe non vidiſtis.Et vocabit dñs deus exercituũ
D in die illa ad fletum,& ad planctum,& ad caluitium,& ad cin
gulum ſacci.Et ecce eſt eis gaudium,& lætitia,occidendo bo=
ues,& iugulando pecudes,comedendo carnem, & bibendo
vinum:comedendo & bibendo,quia cras [a] moriemur.Et re=
uelabitur in auribus meis,domini exercituũ:ſi expiabitur ini=
quitas hæc vobis,donec moriamini,dixit dominus exercituũ.
Sic dixit dñs deus exercitũ:Vade ingredere ad theſaurariũ iſtũ
E ad Sebnah,qui eſt ſuper domũ,& dic ei:Quid tibi negocij eſt
hic , & quis eſt tibi hic, quia excidiſti hic tibi ſepulchrum?ſi=
cut qui excidit in excelſo ſepulchrum ſuum,qui ſtatuit in pe=
tra tabernaculum ſibi.Ecce dominus migrando migrare facit
te,ô fortis,& amiciet te amiciendo.Circundando circũdabit
te circuitu,ſicut pilam ad terram latam locis.Ibi morieris , &
F ibi erunt currus gloriæ tuæ,ignominia domus domini tui.Et
expellam te de ſtatione tua,& de ſtatu tuo diruet te.Et erit, in
die illa vocabo ſeruum meum Eliachim filium Chilchiiahu.
Et induam eum tunica tua,& cingulo tuo confortabo eum,
& poteſtatem tuam dabo in manu eius,& erit in patrem ha=
bitatori Ieruſalaim,& domui Iehudah.Et dabo [b] clauem do=
mus Dauid ſuper humerum ei⁹:& aperiet,& non erit q clau
dat:& claudet,& non erit qui aperiat.Et figam illum vt clauũ
in loco ſtabili,& erit in ſolium gloriæ domus patris ſui. Et ſu=
ſpendetur ſuper illũ omnis gloria domus patris ſui:filij & ne=
potes,omne vas paruũ à vaſis craterarũ vſq; ad omnia inſtru
mẽta nebelim.In die illa dixit domin⁹ exercituũ remouebitur
clauus qui fixus fuerat in loco ſtabili,& excidetur,& cadet , &
excidetur onus quod fuerat ſuper illum,quia dñs locutus eſt.

g id eſt,Ieruſalem.
h ſed fame in obſidiõe.
i foſſam
a ita ſcilicet ait inſan⁹ hic propheta nos breui perituros : ſed nos nihilominus epulabimur.
b claues ille habuit theſaurorum,et fuit fidelis:nihilo minus tamen excitus eſt,q ſi regnũ Chriſti ſit ab antichriſto quodãmodo excindendum.

❡ Prophetat cõtra Tyrum. CAP. XXIII.

A PRophetia Sor:Vlulate naues Tarſis,quia vaſtatio facta
eſt,vt non ſit domus introitus : de [c] terra Chittim reue=
latum eſt eis.Silete habitatores inſulæ:negociator Sidon trãſ=
fretaas mare repleuerunt te.Et in aquis multis ſemen Sichor,
[d] meſsis fluminis prouentus eius:& fuit negociatio gentium.
Erubeſce Sidon.Dixit enim mare,fortitudo [e] maris dicendo:
Non parturiui,& non peperi,& non enutriui iuuenes,nec ex
B altaui virgines.Quando auditum erit Aegyptiis,dolebũt [f] ſe=
cundum auditum Sor.Tranſite in Tarſis,vlulate habitatores
inſulæ.Nunquid hæc erit vobis quæ fuit exultans? A diebus
antiquis antiquitas eius.Ducẽt eam pedes eius longè ad pere=
grinandum.Quis conſuluit hoc ſuper Sor coronãtem viros
ſuos?cuius negociatores principes,inſtitores eius inclyti ter=
ræ?Dominus exercituum conſuluit hoc,vt prophanaret ſu=
perbiam omnis glorię,vt vilipenderet vniuerſos inclytos ter
C rę.Tranſi terram tuam tanquam [g] fluuium:ad filiam Tarſis [h] ,
quia non eſt fortitudo vltra.Manum ſuam extendit ſup ma=
re,commouit regna.Dominus præcepit ſuper negociatorẽ,
ad diſperdendum fortitudines eius.Et dixit:Non adiicias vl=
tra,vt exultes:oppreſſa virgo filia Sidon,ſurge tranſi ad Chit
tim,etiam ibi non erit requies tibi.Ecce terra Chaſdim iſte po
pulus non fuit, [h] Aſſur fundauit eam nauibus:erexerunt arces
eius,contriuerunt ædes eius,poſuit eam in ruinã.Vlulate na=
D ues Tarſis,quia vaſtata eſt fortitudo veſtra.Et erit, in die illa
obliuioni tradetur Sor ſeptuaginta annis,ſicut dies regis v=
nius.In fine ſeptuaginta annorum erit ipſi Sor veluti canticũ
meretricis.Sume citharam,circui ciuitatem meretrix obliuio
ni tradita:bene cane,frequenta canticum,vt ſis in memoriã.
Et erit,in fine [i] ſeptuaginta annorum viſitabit dominus Sor,
& reuertetur ad merces ſuas,& fornicabitur cum vniuerſis re
gnis terræ ſuper faciem terræ.Et erit negociatio eius,et mer=
ces eius , ſanctitas domino. Non recondetur,neque repone=
tur,quia habitantibus coram domino erit negociatio eius,ad
comedendum ad ſaturitatem,& in operimentum vetus.

c de regione Cypri deuolutum eſt ad eos malum hoc.
d id eſt,Nili. ob quem eſt magnus in Ægypto frumenti prouẽtus.
e id eſt,Tyrus, quę iactat ſe repletã alienigenis, quos ipſa nõ genuit.
f iuxta rumorem quem audient de Tyro.
g id eſt tenue fretum, quo a cõtinente ſecernebatur Tyrus. Tarſis uero intelligit omne litt⁹ maris, ob inſigne illud litt⁹ ad ſinum Arabicum, in quo erat copia lapidis Tarſis,id eſt ſmaragdi,cuius eſt color ceruleus, ut celi & maris qui & color tarſis dicitur.
h Aſſur poſuit fũdamẽta eius,p ſolitudinis beſtiis:ipſi erexerunt arces eius, ſurgere fecerunt palatia eius, et ipſe poſuit eã in ruinam.
i ſemel et iterũ fuit Tyrus ab Aſſyriis et Babyloniis direpta, et ab Alexãdro poſtea funditus perdita,ut docet Zac.cap.9.

❡ Prædicit mala orbi uentura,typo terræ ſuæ.

CAP. XXIIII.

A ECce dominus euacuat terram , & deſolari facit eam:
ſubuertet faciem eius , & diſpergere faciet habitatores
eius.Et erit ſicut populus,ſic ſacerdos:ſicut ſeruus,ſic domin⁹
eius:ſicut ancilla,ſic domina eius:ſicut emens,ſic vendẽs:ſicut
mutuans,



mutuans,ſic accipiens mutuũ:quemadmodum fœnerator,ſic
qui fœnus accipit.Et euacuando euacuabitur terra,& diripiẽ
do diripietur.Dñs enim locut⁹ eſt verbum hoc.Deſtructa eſt,
ruit terra,deſolata eſt,ruit orbis,infirmati ſunt excelſi populi
B terræ.Et terra fuit impia propter habitatores eius,quia tranſ
greſsi ſunt leges,mutauerũt preceptũ,diſsipauerunt fœd⁹ ſem
piternum.Ideo periurium deſolauit terrã,& deſolati ſunt ha=
bitantes in ea.Ideo combuſti ſunt habitatores terræ,& relin=
quentur homines pauci.Deſolatum eſt vinũ,deſolata eſt vitis,
ingemuerũt omnes læti corde.Ceſſauit gaudium tympano=
rum,quieuit ſonitus exultantiũ,quieuit gaudiũ citharæ.Cum
canticis non bibent vinum,amara erit ſechar bibentibus illã.
C Attrita eſt ciuitas vanitatis clauſa eſt omnis domus [a] ,intrinſe=
cus.Clamor propter vinũ erit in plateis,obtenebrata eſt oĩs
lætitia,migrauit gaudiũ terræ.Remãſit in vrbe ſolitudo,& in
deſolatione conteretur porta.Sic eñ erit in medio terræ , in
medio populorum:ſicut excuſsio oleæ,ſicut racemi quando
finita fuerit vindemia.Hi eleuabunt vocẽ ſuã,laudabũt : pro=
pter gloriam dñi exultabunt ab [b] occidente. Ideo in vallibus
glorificate dñm,in inſulis maris nomen dñi dei Iſrael. Ab ex=
tremo terræ laudes audiuimus,gloriã iuſto:& dixi: [c] Secretũ
meũ mihi,ſecretũ meũ mihi:vę mihi,prẹuaricãtes præuarica=
ti ſunt,& præuaricatione præuaricãtes præuaricati ſunt.For
mido,& fouea,& laque⁹ ſuper te habitator terræ.Et erit,qui
fugerit à voce formidinis,cadet in foueã:Et qui aſcenderit de
medio foueæ,capietur laqueo.Quia cantaractæ de excelſo a=
D perientur,& cõtremiſcẽt fundamẽta terræ. Cõfringẽdo cõfre
git ſe terra,diſsipãdo diſsipauit ſe terra,mouẽdo mouit ſe ter
ra.Agitãdo agitabit ſe terra ſicut ebri⁹,et [d] mouebit ſe,ſicut tu
rium,& grauis erit ſuper eam impietas eius,& corruet , & nõ
adiiciet vt ſurgat.Et erit,in die illa viſitabit dñs ſuper exercitũ
excelſi in excelſo,& reges terræ in terra.Et congregabũtur cõ=
gregatione vinctorum in carcere,& claudentur in carcere, &
poſt multos dies viſitabuntur.Et erubeſcet luna,& pudore af
ficietur ſol:quia regnauit dominus exercituum in mõte Siion
& in Ieruſalaim,& coram ſenibus ſuis gloria.

a ut nullus pateat aditus, id quod metu Aſſyriorũ contigit.
b totus occidens de Aſſyriorum interitu gauiſus eſt.
c Mecũ ipſe contabeſco, mecum ipſe contabeſco. uidẽs ſcilicet omnia ita polluta.
d ſeipſã uagã faciet quaſi per diuerſa rua: nunc ad Ægyptios cõfugiẽs nũc ad Aſſyrios.

❡ Deo gratiarum actio. CAP. XXV.

A DOmine deus meus es tu,exaltabo te,cõfitebor nomini
tuo,quoniam feciſti mirabilia. Conſilia quæ dixiſti à
longe,firma,firma ſunt.Quia poſuiſti ciuitatem [e] in tumulũ,
vrbem munitam in ruinã,palatium alienorũ,vt nõ ſit ciuitas,
in ſempiternũ non reędificabitur.Ideo glorificabũt te popul⁹
B fortis,& ciuitas gentium fortiũ timebũt te.Quia fuiſti fortitu
do paupi,& fortitudo egeno in tribulatiõe ei⁹:tegmẽ à turbi=
ne, vmbraculũ ab ęſtu.Spũs eñ robuſtorũ, [f] ſicut ruere faciẽs
parietẽ: [g] Sicut æſt⁹ in loco ſicco ſonitũ alienorũ humiliabis:
C ſicut æſt⁹ in vmbra [h] nubis,ppago fortiũ humiliabitur.Et fa=
ciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cõ
uiuium pinguium,conuiuium defecatorum pinguium me=
dullatorum,defecatorum purgatorum.Et perdet in monte
hoc faciẽ operimenti operti ſuper omnes populos,& tegmẽ
opertum ſuper omnes gẽtes.Perdet mortem [i] in ſempiternũ,
& delebit dominus deus lachrymam ab omni facie:& oppro
brium populi ſui auferet ab vniuerſa terra,quia dominus lo=
cutus eſt.Et dicet in die illa,ecce deus noſter iſte: expectauim⁹
eum,& ſeruabit nos.Iſte dominus expectauimus eum,exulta=
bimus & lætabimur in ſalute eius.Quia requieſſet percuſsio
D domini in monte iſto,& conculcabitur Moab ſub eo ſicut cõ
culcatur palea in ſterquilinio.Et extendet man⁹ ſuas in medio
eius,quemadmodum extendit natans ad natandum:& humi
liabit altitudinem eius [k] cum cubitis manuum ſuarum.Et mu
nitionem ſublimitatis murorum tuorum incuruabit , humi=
liabit,& peruenire faciet in terram vſque ad puluerem.

e ſcilicet Niniuen.
f ſicut ruens murus .ſ.impetu ruet.
g Quaſi ęſtu ante in arido loco,ſic ſonitum.
h cũ,ſcilicet, deſideratur pluuia.
i luem illã Aſſyriacam.
k una cũ inſidiis manuũ eius.

❡ Canticum de uia iuſti,& impij duritia, de mortuorum reſurrectione. CAP. XXVI.

A IN die illa cantabitur cãticum illud in terra Iehudah: Vrbs
fortitudinis nobis,ſalutem ponet vt muros & antemura
le.Aperite portas [a] & ingrediatur gens iuxta cuſtodiens veri=
tates.Eum cuius deſyderium eſt cõiunctum tibi, cuſtodies in
pace,in pace:quia tibi fidit.Fidite domino vſque in ſeculum,
quia in domino eſt fortitudo ſeculorum.Quia incuruabit ha
bitatores excelſi,ciuitatem ſublimem humiliabit : humiliabit
B eam vſque ad terram,peruenire faciet eam vſque ad puluerẽ.
Conculcabit eam,pes,pedes pauperis,greſſus egenorum.Se=
mita eſt iuſto recta,ô deus recte,callem iuſti librabis. Etiã via
iudiciorum tuorum domine ſuſtinuimus te,eò quòd nomen
tuum,& memoria tui eſt deſyderium animæ noſtræ. Animo
meo deſyderaui te in nocte,etiam ſpiritu meo in medio mei
quæram te.Nam quando iudicia tua fuerunt in terra, iuſtitiã
didicerunt habitatores orbis.Gratia fiat impio,& non diſcet
iuſtitiam,in terra vbi debet recta facere,inique aget:& nõ vi=
debit ſublimitatẽ domini.Domine excelſa eſt manus tua,ne vi
deant:videbunt,& pudore afficientur inuidẽtes populo tuo.
Etiam ignis hoſtes [b] tuos conſumet.Domine diſpones pacem
nobis,quia etiam omnia opera noſtra operatus es nobis.Do
mine deus noſter dominati ſunt nobis domini abſq; te. Tãtũ
C tibi fidimus,ideo memorabimus nomen tuum.Mortui non
viuẽt, [c] mortui q dominati ſunt nobis,nõ reſurgent:ppterea
viſitaſti & diſsipaſti eos,& perdidiſti omnem memoriam eo=
rum.Addidiſti genti domine,addidiſti genti,glorificaſti te.E=
longaſti vſque ad omnes terminos terræ.Domine in auguſtia
viſitauerunt te,effuderunt orationẽ quãdo correctio tua fuit
eis.Sicut prægnãs,quum appropinquat partui dolet, clamat
D in doloribus ſuis,ſic fuimus à facie tua domine. Concepim⁹,
parturiuimus,quaſi peperimus ſpiritum:ſalutes enim nõ ſunt
factæ in terra,nec ceciderunt habitatores [d] orbis.Viuẽt mor=
tui tui,ſicut cadauer meum reſurgent.Expergiſcimini & lau=
date habitatores pulueris,quia vt ros olerum ros tuus,& [e] ter
ra mortuos pỉiciet.Vnde popule mi ingredere cubicula tua,
& claude oſtium tuum ſuper te. Abſconde te ipſum paululũ,
ad momentũ,donec tranſeat ira.Ecce enim dominus egredie
tur de loco ſuo,vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ ſuper
eum:& reuelabit terra [f] ſanguinem ſuum,& non operiet vltra
interfectos ſuos.

a ſcilicet Ieruſalem, profligato Sancherib.
b Aſſyrios
c gigantes
d ſeculi confuſi.
e terra ipſa gigantes abiiciet.
f ſanguines in ea effuſos.

❡ Iudicium in liuiathan. CAP. XXVII.

A IN die illa viſitabit dominus in gladio ſuo duro,& grandi,
& forti,Liuiathan ſerpentem tranſeuntem mare inſtar ve=
ctis,& Liuiathan ſerpentem tortuoſum,& occidet cœtũ qui
eſt in mari.In die illa:vinea bonum vinum faciens , cantando
de ipſa dicite.Ego dominus cuſtodio eam,ad momenta riga=
re faciam eam:& ne forte viſitet eam hoſtis,nocte & die cuſto
B dio eam.Ira non eſt mih.Si quis in ea ponat mihi ſpinam &
veprem,in bellum progrediar in ea,& ſuccendam eã pariter.
Aut ſit fortis in fortitudine mea,faciat pacem mihi,pacem fa=
ciat mihi.In diebus qui veniunt radicabit Iahacob,florebit et
germinabit Iſrael,& implebunt faciem orbis fructu. Nunqd
iuxta plagã percutiẽtis eum,percuſsit eum?num ſecundum oc
ciſionem occiſorum eius occiſus eſt?In menſura,in plantatio=
nibus eius iudicabis eam:remouit vento ſuo duro tempore
quo flat eurus.Idcirco in hoc propitiabitur iniquitas Iaha=
C cob,& hoc erit omnis fructus,vt remoueat peccatum ſuum,
cnm poſuerit ipſe omnes lapides altaris,ſicut lapides calcis di=
rutos,non ſtabunt luci & imagines.Alioqui ciuitas munita e=
rit ſolitaria habitaculum dimiſſum & derelictum veluti deſer=
tum:ibi paſcetur vitulus,& ibi accubabit,& cõſumet ramos
eius.Dum aruerint rami eius conterentur, mulieres veniẽtes
ſuccendunt eos.Non enim populus intelligentiarum eſt.Ideo
non miſerebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non
miſerebitur eius.Et erit,in die illa excutiet dominus ab alueo
fluminis vſque ad torrentem Aegypti,& vos colligemini ſi=
gillatim filij Iſrael.Et erit,in die illa clanget tuba magna, & ve=
nient qui perditi fuerant in terra Aſſur , & expulſi in terram

Aegypti,& incuruabunt ſe domino in monte ſanctitatis in Ieruſalaim.

❡ Indignatio domini cõtra ſuperbiam tribus Ephraim,& ebrioſos ſacerdotes. Item de uenturo Chriſto,typo Ezechiæ.

CAP. XXVIII.

A VAe coronæ ſuperbiæ,ebriis Ephraim,& flori decidenti,deſyderio gloriæ eius,quæ erant ſuper verticem vallis pinguium,qui ſunt concuſsi vino.Ecce dies validus et fortis domino,ſicut tempeſtas grandinis,vt turbo[a] exciſionis,ſicut tempeſtas aquarum multarum inundantium in terra in fortitudine.Pedibus calcabuntur:corona ſuperbiæ ebrij Ephraim.Et erit flos decidens deſyderiũ decoris eius,qui eſt ſuper verticem vallis pinguium,ſicut præcox ficus quæ venit ante fructus æſtatis,quam quum viderit videns,mox exiſtentem in manu ſua deglutiẽt.In die illa erit dominus exercituum vt corona deſyderij & ſertum gloriæ reſiduo populi ſui.

B Et erit ſpiritus iudicij[b] ſedenti ſuper thronum iudicij,& fortitudo detractantibus bellum ad portam.Et etiam ipſi propter vinum errauerunt,& propter ſechar errauerunt:ſacerdos & propheta errauerunt propter ſechar,perierũt propter vinũ:errauerunt propter ſechar,errauerunt in viſione,impegerũt in iudicio.

C Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu,& ſorde,vt non ſit locus abſque ſorde.Quem docebit talis ſcientiam,& quem intelligere faciet quod audiuit?pueri ſunt ablactati à lacte,auulſi ab vberibus.Nam eſt eis præceptũ poſt præceptũ,præceptũ poſt præceptum,[c] linea poſt lineam,linea poſt lineam,parũ ibi,parum ibi.Quia[d] balbutientibus labiis,& lingua altera loquetur ꝓpheta ad populũ iſtum.Ad quos dixit propheta;Hęc requies eſt,requiẽ pſtate laſſo,& hæc requies:et noluerunt audire.Et erit eis verbũ domini,præceptum poſt præceptũ,præceptũ poſt præceptum,regula poſt regulam,regula poſt regulam,[e] parum ibi,parum ibi:vt vadant & cadant retrorſum,& conterantur,& illaqueentur,et capiantur.

D Propter hoc audite verbum domini viri illuſores,dominatores populi huius,qui eſt in Ieruſalaim.Dixiſtis enim:Percuſsimus fœdus cum morte,& cum ſepulchro fecimus pactũ:pro phetæ flagellum inundans cum tranſierit non veniet nobis,quia poſuimus mendacium ſpem noſtram,& mẽdacio occultati erimus.

E Idcirco ſic dixit dñs deus:Ecce ego fundo in Siiõ lapidem,lapidem munitionis,anguli precioſi,fundamẽti fundati.Qui credit,non feſtinet,vt videat hoc.Et ponam iudiciũ [f] lineæ,& iuſtitiam menſuræ,& verret grando ſpem mẽdacij,& occultationem aquæ inundabunt.Et remouebitur fœdus veſtrum cum morte,& viſio veſtra cum ſepulchro nõ ſtabit. Flagello iundanti cum tranſierit,eritis in conculcationem.A tempore quo tranſierit ipſe tollet vos,quoniam ſingulo mane

F tranſibit,die & nocte.Et erit pauor intelligere famam eorum quæ vobis contingent.Breuis eſt enim ſtratus vt nõ poſſint ſe extendere in eo,& operimentũ anguſtum eſt,vt ſeipſos non poſſint colligere ſub eo.Sicut enim in mõte Peraſim ſurget dominus,ſicut in valle in Ghibhon iraſcetur,vt faciat opꝰ ſuum.Extraneum eſt opus eiꝰ.Faciet inquã opꝰ[g] ſuum,et erit res ſtupenda.Et nunc ne deludatis vos,ne forte fortificentur vincula veſtra,quia conſumptionem & rem deciſam audiui à domino deo exercituum ſuper omnem terram.Auribꝰ percipite et audite vocem meam,attendite & audite eloquium

G meum.Nunquid tota die arabit arans,vt ſerat?proſcindet,& colet humum ſuam?Nõnne ſi adæquauerit faciem eius?diſperget nigellam,& cyminum ſparget,& ponet triticum menſuratum,& hordeum ſignatum,& ſpeltam in termino eius?Et erudiet ſatorem illum ad iudicium,deus eius docebit eum. Non enim tribula triturabitur nigella,& rota plauſtri ſuper cyminum circundabitur,ſed virga excutietur nigella,& cyminum baculo.Panis comminuetur,quia non in perpetuum triturãdo triturabit illum,nec conteret rotam plauſtri eius,& dentibus eius non comminuet eum.Etiam hoc à domino exercituum exiuit,mirificauit conſilium,magnificauit[h] ſapientiam.

a Aſſyriacus turbo omnia conuellens.
b Ezechiæ
c regula poſt regulã,ſenſim enim dedit eis Ieroboam ſuorũ præcepto rum regulas:ac ſi quis lactantem catechizet.
d ridiculis,i,ridiculus erit qui eos increpabit,quaſi aliena lingua loquens.
e id eſt,ſenſim creſcent eorum traditiones.
f ad regulã
2.Samu.5. Ioſue.10.
g cõtra Aſſyrios.
h rẽ ſtabilẽ.

❡ Vaticinatur Ieruſalaim,ab Aſſyriis affligendam,

CAP. XXIX.

A V[a]Ae Ariel Ariel ciuitas in qua mãſit Dauid.Addite annum ſuper annũ,& agnos iugulent.Et coanguſtaui Ariel,& erit planctus,& luctus:& erit mihi ſicut Ariel.Et caſtrametabor in circuitu tuo ſicut pila rotunda contra te,& obſidebo te turri lignea & ſtatuam contra te munitiones.

B Et humiliabis te,& humili voce,acſi exiret de terra,loqueris,& humile erit eloquium tuum.Et erit tenuis ſicut pythonis de terra vox tua:& acſi exiret de puluere eloquium tuum,garriet. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo hoſtium,& ſicut gluma trãſiens multitudo fortium:eritq́ ſtatim ſubitò.A domino exercituum viſitabitur in tonitruo,& in concuſsione,& voce magna:turbine,tempeſtate,& flamma ignis conſumente. Et erit

C ſicut ſomnium viſionis nocturnæ,multitudo omnium gentium quæ dimicabunt conra Ariel,& omnes militantes contra eam,& munitiones facientes contra eã,& anguſtiis afficiẽtes eam.Et erit ſicut qui ſomniat eſuriens,& ecce comedit,& expergiſcetur,& vacua erit anima eius:& quemadmodum ſomniat ſitiẽs,& ecce bibit,& expergiſcetur,& ecce erit laſſus,& anima eius appetit:ſic erit multitudo omnium gentium,quę

D dimicabunt contra montem Siion.[b] Tardi eſtote,& admiramini:excæcati ſunt,& alios excæcant.Vt ebrij ſunt,& non vino:moti ſunt,& non potu inebriatiuo.Quoniã operuit vos dominꝰ ſpiritu[c] ſoporis,& clauſit oculos veſtros:prophetas,

E & principes veſtros qui vident,operuit.Et facta eſt vobis viſio omnium prophetarum,ſicut verba epiſtolæ ſignatæ,quã dabunt ſcienti literas dicendo:lege nunc iſtam:& dicet,nõ poſſum,quia ſignata eſt.Et dabitur epiſtola ei,qui neſciuit literas,dicendo:lege nunc iſtam.& dicet:non noui literas.Et dixit dominus:Pro eo quòd appropinquauit populus iſte ore ſuo,& labiis ſuis honorauerunt me:Cor aũt eius elongauit ſe à me,et fuit timor eorum quo timuerunt me,ſicut[d] mandatum hominum edoctum.Ideo ecce ego addo vt mira faciã in populo iſto:vt mira faciam,& miraculum.Et peribit ſapientia ſapientium eius,& intelligentia intelligentium eius abſcondet ſe.Væ

F iis qui profundi ſunt à domino,vt abſcondant conſilium,& ſunt in tenebris opera eorum,& dixerunt:Quis videt nos,& quis cognoſcit nos?Subuerſio ueſtra verè ſicut lutũ figuli reputabitur.Nũ dicet opꝰ[e] factori ſuo:non fecit me?& figmẽtũ dicet fictori ſuo:non intellexit?Nõnne adhuc breuiſsimo tempore conuertetur Lebanon[f] in Charmel:& Charmel vt ſylua reputabitur?Et audient in die illa qui modo ſunt ſurdi verba libri,& de caligine & de tenebris oculi cæcorum videbũt.

G [g] Et addent mites in domino lætitiam,& mendici hominũ in ſancto Iſrael exultabunt.Quum defecerit fortis,& defecerit illuſor,& ſuccidentur omnes qui perſeuerant in iniquitate:peccare facientes hominem in verbo,& increpanti in porta laqueos tendentes,& declinare facientes inaniter iuſtum.Idcirco ſic dixit dominus ad domum Iahacob,qui redemit Abraham:Non tunc pudore afficietur Iahacob,& non tunc facies eius albeſcet.Quinimo cum viderit ipſe natos ſuos,opus manuum mearum in medio eius,ſanctificabunt nomen meum,et ſanctificabunt ſanctum Iahacob,& deum Iſrael timebunt.Et ſcient q errabant ſpiritu intelligentiam,& qui murmurabunt diſcent legem.

a O leo dei,leo fortis.erat enim figura templi inſtar leonis.
b Cogitare aliquandiu.
c Nolebant credere prophetę ſtupenda de Aſſyriis narranti.
d præceptũ quod ab hominibus docetur.
e de factore
f in agrum humilem.
g Viſo Ezechię miraculo.

❡ Comminatur iis qui in Aegyptum ab Aſſyriis fugiebant.

CAP. XXX.

A VAe filiis declinantibus,dixit dominus,vt facerent conſilium,& non ex me:& tegerent tegumentum,non ex ſpiritu meo:vt adderent peccatum ſuper peccatum.Qui ambulant,vt deſcendant in Aegyptum,& os meum non interrogauerunt,vt ſeipſos roborent in fortitudine Parhoh,& ſperent in vmbra Aegypti.Et erit vobis fortitudo Parhoh ad pudorem,& ſpes in vmbra Aegypti ad ignominiam.Fuerũt enim in Soham principes eius,& nuncij eius Chanes attingẽt. Omnis pudore affectus eſt ſuper populum;non proderunt eis:nec ad auxilium,neque ad faciendum vtilitatem,ſed ad pudorem,& etiam ad opprobrium.Prophetia animalium Aegypti,quæ eſt ad meridiem Iſrael in terra anguſtiæ,& tribulationis leo:& tigris egredientur,ex eis vipera,& ſerpens volãs,

C ferent ſuper humerum pullorum diuitias ſuas,& ſuper gibbũ camelorum theſauros ſuos,populo qui non proderit. Et Aegyptij vane,& inaniter auxiliabuntur.[a] Ideo vocaui hanc,fortitudo eorum manſio.Et nunc ingredere,ſcribe in tabula eis,& in libro ſcribe illud,& erit in die nouiſsimo in teſtimonium vſque in ſeculum.Populus enim rebellis eſt,filij mendaces,filij qui noluerunt audire legem domini.Qui dixerunt videntibus nõ videbitis,& aſpicientibus nõ aſpicietis nobis recta.Loquimini nobis blanda,videte illuſiones. Recedite de via,declinate de ſemita,ceſſare facite à facie noſtra ſanctum Iſrael.Propterea ſic dixit ſanctus Iſrael:Pro eo quod ſpreuiſtis verbum hoc,& ſperaſtis in diuitiis ex rapina congregatis,& peruerſitate,& innixi eſtis ei.Propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut ędificium cadens,locus tumens in muro excelſo,cuius mox repente veniet contritio.Et conteret eum ſecundum

D contritionem,lagenæ figulorum,conterendo. Nõ parcet & non inuenietur de fragmento eius teſta ad capiendũ ad ignẽ de incendio,& ad hauriendum aquam de fouea.Sic em̃ dixit dominus deus ſanctus Iſrael:In quiete,& requie ſalui eritis.In quiete,et ſpe erit fortitudo veſtra.Et noluiſtis.Sed dixiſtis:Nequaquam,ſed ſuper equum fugiemus.Ideo fugietis. Et ſuper leuem equitabimus.Ideo leues erunt pſequẽtes vos.Millenarius vnꝰ à facie increpatiõis vniꝰ,à facie increpationis qnque fugietis,donec relinquamini ſicut malus in vertice montis,& veluti ſignum ſuper collem.Et propterea expectat dominus, vt miſereatur veſtri,& propterea exaltabit ſe,vt miſereatur ve

E ſtri:quia deus iudicij dñs,beati omnes qui expectant eum.Populus enim ſi in Siion habitabit & in Ieruſalaim,plorando nõ plorabis:miſerendo miſerebitur tui.Ad vocem clamoris tui,cum audierit,reſpondebit tibi.Dabit quidẽ vobis dominus panem anguſtiæ,& aquam oppreſsionis:at non elongabitur vltra doctor tuus.Et erunt oculi tui videntes[b] doctorẽ tuum. Et aures tuæ audient verbũ eius qui eſt poſt te,dicendo:Hæc via,ambulate in ea ſi quando declinabitis ad dexterã,vel ad ſiniſtram.Et contaminabis operimentum ſculptiliũ argẽti tui,& operimentũ precioſum conflatilis auri tui.Diſperges ea ſi

F cut menſtruum:egredere,dices ei.Et dabit pluuiã ſeminis tui, quando ſeminabis terram:& panis fructus terræ erit pinguis, & vberrimus.Paſcet pecus tuum in die illa paſcuum latum. Et boues & pulli operantes terram,migma mundum comedent,quod ventilatur pala,& ventilabro.Et erunt ſuper oẽm montem excelſum,& ſuper omnem collem eleuatũ riui aquarum in die interfectionis multitudinis,cum ceciderint turres. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis,& lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum,in die qua alligauerit dominus contritionẽ populi ſui,& percuſſuram plagæ eius ſanauerit.Ecce nomen domini,venit de longinquo,ardens furor eius,& grauitas oneris:labia eius repleta ſunt ira,& lingua eius tanq̃ ignis conſumens.Et ſpiritus eius erit velut torrens inundans,vſq;

G ad collũ dimidiabit,& veniet ad eleuandũ gentes in cribro vanitatis,& frenum errare faciens in maxillis populorum.Cãticum erit vobis ſicut in nocte ſanctificatæ ſolẽnitatis,& lætitia cordis ſicut eſt pergenti cũ tibia,vt intret in montem dñi ad fortem Iſrael.Et audire faciet dominus potentiã vocis ſuæ,& deſcẽſionem brachij ſui oſtendet in ira furoris,et flãma ignis conſumentis diſperſione,& turbine,& lapidibus grandinis. Quia à voce domini conteretur Aſſur,virga percutiens.Et erit omnis tranſitus virgæ ei affixę,quam requieſcere faciet dominus in tympanis & citharis,& in bellis eleuationis pugnabit cum ea.Præparata eſt enim ab heri[c] Topheth,etiam ipſi regi præparata eſt:profundam fecit eam deus,dilatauit.In pyra eius ignis,& ligna multa erunt,flatus domini ſicut torrens ſulphuris ardentis in ea.

a Ideo hęc clamãdo dixi:fortitudo eorum manere. Et hæc uerba ſcribere iubetur propheta.
b [redacted]
c In ualle Topheth,q̃ & gehinnon pcuſſi ſũt ab angelo Aſſyrij egreſſo dei iudicio a uicina ualle Iehoſaphat. Ioel.3. Sitæ enim ſunt hæ ualles ad orientem urbis uerſus Sodomiticum ſulphuris lacũ uide Ieremi. 7.& 17.



❡ Redarguit eos qui magis ad mũdi,quam ad dei auxilium cõfugiunt. CAP. XXXI.

A VAe deſcendentibus in Aegyptum pro auxilio. Equis innixi ſunt,& ſperauerunt in curribus,quia multi:et in equitibus,quia præualidi ſunt valde,& non reſpexerũt ad ſanctum Iſrael,& dominum nõ quæſierunt.Et etiam ipſe ſapiẽs,& adduxit malum,& verba ſua non remouit,& ſtetit contra domum peſsimorum,& contra auxilium operantium iniquitatem.Et Aegyptij homines ſunt,& non deus,& equi eorum caro ſunt,& non ſpiritus.Et dominus inclinabit manũ ſuam, Et corruet auxiliator,& cadet is cui eſt auxilio,& ſimul om̃es

B ipſi deficient.Sic enim dixit dominus ad me:Quemadmodũ rugiet leo,& catulus leonis ſuper prædã ſuam,contra quẽ clamatur à congregatione paſtorum,& à voce eorum non formidabit,& à multitudine eorum non humiliabitur:ſic deſcendet dominus exercituum ad præliandum ſuper mõtẽ Siion,

C & ſuper collem eius.Sicut aues volantes,ſic proteget dominus exercituũ Ieruſalaim,protegendo & liberando,tranſiliendo & ſeruando.Conuertimini ad id à quo admodum declinaſtis filij Iſrael.In die enim illa abiicient vnuſquiſq; idola argẽtea ſua,& idola aurea ſua,quæ fecerunt vobis manus veſtræ

D in peccatum.Et cadet Aſſur gladio,non viri,& gladius nõ hominis conſumet eum:& fugiet à facie gladij,& iuuenes eius diſſoluti erunt.Et ad arcem ſuam præ timore tranſibit,& pauebũt à vexillo principes eiꝰ,dixit dominus,cui eſt ignis in Siiõ,& clibanus in Ieruſalaim.

❡ De Chriſti ac Apoſtolorum eius aduentu.

CAP. XXXII.

A ECce ad iuſtitiam faciendam regnabit rex,& principes ad iudicium præerunt.Et erit[a] vir ille ſicut latibulum à vento,& ſicut latibulum à turbine,ſicut riui aquarum in deſerto, ſicut vmbra petræ grauis in terra ſitienti.Et non caligabunt oculi videntium,& aures audientium attendent.Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam,& lingua balborum feſtinabit loq nitida.Non vocabitur vltrà ſtultus liberalis,& auro non dice

B tur diues.Stultus enim ſtultitiam loquetnr,& cor eius faciet iniquitatem,vt faciat impietatem,& loquatur contra dominum errorem,vt vacuam faciat animam eſurientis,& potum ſitientis deficere faciat.Et auari vaſa menſuræ mala ſunt. Ipſe cogitationes malas cogitauit ad perdẽdum pauperes eloqiis mendacij,& dum alloquetur pauperem in iudicio.Et liberalis liberalia conſuluit,& ipſe propter liberalia ſtabit. Mulieres opulentæ ſurgite,audite vocem meam filiæ confidentes,per

C cipite auribus eloquiũ meũ.[b] Annũ cũ anno pauebitis,confidẽtes.Defecit em̃ vindemia,collectio non veniet.Pauete opulẽtæ,mouete vos cõfidẽtes,exuite vos,& nudate vos,& accingite vos ſaccis ſuper lumbos,ſuper vbera,plangentes ſuper agros deſyderabiles ſuper vitem fructificantẽ.Super humũ populi mei ſpina & vepris aſcendet,quia ſuper oẽs domos gau

D dij,& ciuitatem exultantem aſcendent.Palatium em̃ dimiſſum eſt,multitudo vrbis relicta eſt,& arx & munitio fuerunt in ſpeluncas,vſque in ſeculum,gaudium onagrorum paſcua fuerũt gregum.Donec effundatur ſuper nos ſpiritꝰ de excelſo,& erit deſertũ vt[c] Charmel,& Charmel vt ſylua reputabitur.Et habitabit in ſolitudine iudiciũ,& iuſtitia in Charmel habitabit. Et erit opus iuſtitiæ pax,& opus iuſtitię requies vſque in ſeculum.Et habitabit populus meus in tabernaculo pacis,& in tabernaculis fiduciarum,& in requiebus opulentis. Grandinabit autem grando in ſylua,& in loco humili humiliabit ſe ciuitas.Beati eſtis qui ſeritis ſuper omnem locum aquoſum,mittentes pedem bouis & aſini ad paſcendum in eum.

a [redacted]
b Plus quã per annum expaueſcetis uos nũc cõfidẽtes. Vni enim anni penuriã parum prę opulentia ſolebant timere.
c ager cultus

❡ Prophetat aduerſus Sancherib. CAP. XXXIII.

A VAe prædanti,& tu non prędam paſſus,& ſpernenti,et non ſpreuerunt te.Cum conſummaueris prædans,prędam patieris:cum cõſummaueris contemnere,contemnẽt te. Domine miſerere noſtri.Te enim expectauimus,eſto brachiũ

eorum ſingulo mane,etiam ſalus noſtra in tempore anguſtię.
A voce multitudinis fugerunt populi,ab exaltationibus tuis
B diſperſæ ſunt gentes.Et colligetur præda veſtra vt colligĩtur
bruci,ſicut inceſſus locuſtarum incedens per eum.Eleuatus eſt
dominus,quoniam habitat in excelſo:impleuit Siion iudicio,
& iuſtitia.Et erit firmitas temporis tui fortitudo ſalutum,ſa-
pientia,& ſcientia.Timor domini ipſe eſt theſaurus eius.Ecce
nuncij eorum clamabunt foris,nuncij pacis amarè flebũt.De
ſolatæ ſunt viæ,ceſſauit tranſiens ſemitam,irritauit pactũ,pro
iecit ciuitates,non reputauit hominem.[a] Deſtructa eſt,deſola
ta eſt terra,pudore affectus eſt Lebanõ et exciſus:facta eſt pla
nicies ſicut deſertum,& excuſſa eſt Baſan,& Charmel. Nunc
ſurgam dicit dominus,nunc exaltabo me,nunc eleuabo me.
Concipietis quiſquilias,parietis ſtipulam.Spiritus veſter erit
ignis,qui conſumet vos.Et erunt populi vt incendia calcis,vt
C ſpinæ exciſæ,igni comburetur.Audite lõginqui quę fecerim,
& cognoſcite vicini fortitudinem meam.Formidauerunt in
Siion peccatores,poſſedit tremor impios dicentes:quis habi
tabit ex nobis cum igne deuorante?Quis habitabit ex nobis
cum ardoribus perpetuis?Qui ambulat in iuſtitiis,& loqtur
æquitates:qui reprobat auaritiam oppreſsionum:qui excutit
manus ſuas,ne ſuſcipiat munera:qui obturat aurem ſuam,ne
audiat ſanguinem:& claudit oculos ſuos,ne videat malum.I-
pſe in excelſis habitabit,munimenta ſaxorum ſublimitas eius,
panis eius datus eſt,aquæ eius ſtabiles.Regem in decore ſuo
D videbunt oculi tui,videbunt terram longinquam.Cor tuum
meditabatur timorẽ.Vbi eſt ſcriba?vbi ponderator?vbi nu-
merans turres?[b] Populũ barbarũ non videbis,populũ obſcu
re loquẽtẽ vt non percipias,ridiculum lingua abſque intelligẽ
tia.Reſpice Siion ciuitatem ſolennitatis noſtræ. Oculi tui vi-
debunt Ieruſalaim habitationem quietam,tabernacum quod
non transferetur,nec proficiſcẽtur claui eius in ſeculum,& o-
mnes funes eius non rumpentur.Quia vere ibi fortis domi-
nus nobis erit vt locus fluuiorum,& riuorum latorum.Loc⁹
vt non poſsit ire per eum nauis remigij,& nauis magna non
tranſeat per eum.Dominus enim iudex noſter,dominus legi-
fer noſter.Dominus rex noſter,ipſe ſeruabit nos. Extenſi ſunt
funes tui,at non poterunt roborare[c] malum ſuum,non exten
derunt velum:tunc diuiſa eſt præda,& ſpolia multa. Claudi
diripuerunt prædam.Et non dicet habitator vrbis:ægrota-
ui:populus qui habitat in ea ſubleuatus eſt ab [d] iniquitate.

a Luxit.
b obiectionibus impiorũ reſpõdet propheta.
c arborẽ.ſ. nauis.
d id eſt, uiſo miraculo facti ſũt fideles qui antea propter Aſſyriorũ potẽtiam dubitabãt iniquè de deo ſentientes.

¶De Idumeæ uaſtatione. CAP. XXXIIII.

A Ccedite gentes ad audiendum,& populi attendite.Au
diat terra,& plenitudo eius,orbis,& omnia germina
eius.Quia ira eſt dño ſup[e] oẽs gentes,& furor ſup vniuerſum
exercitum eorum;interfecit eos, dedit eos iugulationi.Et in-
terfecti eorum proiicientur,& de cadaueribus eorum aſcen-
det fœtor eorum,& liqueſcent montes propter ſanguinẽ eo-
rum.Et liqueſcet omnis exercitus cœli,& complicabunt ſe ſi-
cut liber cœli,& omnis exercitus eorum decidet,ſicut decidit
B folium de vite,& ſicut decidit de ficu.Quoniam inebriat⁹ eſt
in cœlo gladius meus:ecce ſuper Edom deſcendet,& ſup po-
pulum[a] interfectionis meæ ad iudicium.Gladius domini re-
pletus eſt ſanguine,incraſſatus eſt adipe,ſanguine agnorum,et
hircorum,adipe renum arietum:ſacrificium enim domini in
Boſrah,& interfectio magna in terra Edom.Et deſcendent v-
nicornes cũ eis,& iuuenci cum tauris,& inebriabitur terra eo
rum ſanguine,& puluis eorum adipe impinguabitur. Quia
dies vltionis domini,annus retributionum ad iudicandũ pro
Siion.Et conuertentur torrentes eius in piſcem,& puluis eius
C in ſulphur,& erit terra eius in picem ardentem.Nocte & die
non extinguetur,in ſeculum aſcendet fumus eius,à generatio
ne in generationem deſolabitur,in ſeculum ſeculorum nõ erit
tranſiens per eam.Et poſsidebunt eam pellicanus,& ericius,et
vlula,& coruus habitabunt in ea,& extendet ſuper eam lineã
deſolationis,& lapides vacuitatis,principes eius nõ ibi regnũ

e Omnibus gentibus minatur,in exẽplum adducẽs Edom,q & impios omnes fratrum ſuorum perſecutores p. figurat.
a anathema

vocabunt,& omnes principes eius erunt nihil.Et aſcendẽt in
palatiis eius ſpinæ,vrtica,& paliurus in munitionibus eius,&
erit habitaculum draconum,atrium filiabus ſtruthionis.Et oc
current beſtię ſylueſtres cum[a] vlulis,& dęmon ad ſociũ ſuum
D clamabit.Veruntamen ibi quieuit ſtrix,& inuenit ſibi requiẽ.
Ibi nidificauit ericius,& peperit.Et ſcindet oua poſtquã colle
gerit in vmbra eius.Veruntamen ibi congregati ſunt vultu-
res vnuſquiſque ad ſocium ſuum.Requirite in libro domini,
& legite:vnum ex eis non defuit, vnumquodque cum ſocio
ſuo non defuit:quia os meum ipſum præcepit ea, & ſpiritus
eius ipſe congregauit ea.Et ipſe cadere fecit eis ſortem. Et ma
nus eius diuiſit eam eis in linea,vſque in ſeculum poſsidebunt
eam in generatione,& generatione babitabunt in ea.

a inſularib⁹.

¶De gentium uocatione,de ſignis per Chriſtum edendis.
CAP. XXXV.

A LAetabuntur deſertum,& inuia,& exultabit ſolitudo,&
florebit veluti roſa.Germinando germinabit,& exulta
bit etiam exultatione,& laudando.Gloria Lebanon data eſt
eis,decor Charmel,[b] & planiciei,ipſi videbunt gloriam domi
ni,decorem dei noſtri.Confortate manus remiſſas, & genua
debilia roborate.Dicite ſtultis corde,confortamini,ne timea-
B tis:ecce deus veſter cum vltiõe veniet,& videbitis retributio-
nem dei.Ipſe veniet,& ſaluos faciet vos.Tunc aperientur ocu
li[c] cæcorum,& aures ſurdorũ patebunt. Tunc ſaliet ſicut cer-
uus claudus,& laudabit lingua muti:quia ſciſſæ ſunt in deſer-
C to aquę,& flumina in ſolitudine.Et erit locus arid⁹ in ſtagnũ,
& ſitiens in fontes aquarum:in [d] habitaculo draconũ accubi-
tus eius,atrium calamo,& iunco.Et erit ibi ſemita, & via, &
via ſanctitatis vocabitur ipſa.Non tranſibit per eam pollut⁹,
D & hæc erit ipſis.Tam aſſuetus ambulare per viam,quam ſtul
ti non errabunt in ea.Non erit ibi leo,& lædens inter beſtias
non aſcendent per eam,nec inuenietur ibi,& ambulabũt per
eam redempti.Et redempti domini reuertentur,& venient in
Siion cum laude,& lætitia ſeculi erit ſuper caput eorum.Gau
dium,& lætitiam apprehendent,& fugiẽt dolor,& gemitus.

b & Saron
c [redacted]
d in habitaculo in quo draco recubuit,erit locus humectus p arundine & iunco.Et draconem uocat Aſſyriũ, qui loca circa urbem ſua obſidione deformauerat.

¶Hic eſt dimidium libri.

¶Hactenus prophetice,nunc hiſtorice docet geſta Sancherib & Ezecchiæ. CAP. XXXVI.

A ET fuit:Quartodecimo anno regis Chizchiiahu, aſcẽdit
Sancherib rex Aſſur cõtra omnes ciuitates Iehudah mu
nitas,& cepit eas.Et miſit rex Aſſur Rabſacheh de Lachis in
Ieruſalaim ad regem Chizchiiahu cum exercitu graui,& ſtetit
in aq̃ductu piſcinæ ſupioris in via agri fullonis.Et egreſſus eſt
ad eum Eliachim filius Chilchiiahu,qui erat ſuper domum,&
Sebnah ſcriba,& Ioach filius Aſaph à commentariis. Et dixit
ad eos Rabſacheh:Dicite nũc ad Chizchiiahu,ſic dixit rex ma
B gnus rex Aſſur:Quę eſt fiducia hæc cui fidiſti?Dixi profecto in
corde meo:Hic cogitat poſſe liberari oratione labiorum,ſed
conſilio,& fortitudine opus eſt ad prælium.Nunc cui fidiſti,
quia rebellaſti contra me?Ecce fidiſti baculo harundineo con
fracto iſti,Aegypto,cui ſi innixus fuerit quiſpiam intrabit in
manum eius,& perforabit eam.Sic eſt Parhoh rex Aegypti
C omnibus fidentibus ei. Et ſi dixeris mihi, domino deo no-
ſtro fidimus:nónne iſte eſt cuius remouere fecit Chizchiiahu,
excelſa,&[c] altaria,dixitq; ad Iehudah,& Ieruſalaim:coram alta
ri iſto incuruabitis vos?Et nunc fideiube obſecro dño meo re
D gi Aſſur,& dabo tibi duo milia equorum,ſi potueris dare e-
quitantes ſuper eos.Et quomodo vertere facies faciem ducis
vnius ſeruorum domini mei minorum,vt confidas tibi in Ae
gypto propter currus,& equites?Et nunc nunquid abſq; do
mino aſcendi contra terram iſtam,vt diſperdam eam?Domi-
nus dixit mihi:aſcende contra terram iſtam,& diſperde eam.
E Et dixit Eliachim,& Sebnah,& Ioach ad Rabſacheh: Loque-
re obſecro ſeruis tuis Syriace,quia intelligimus,& ne loquaris
nobis Iehudaice in auribus populi,qui eſt ſuper murum. Et
dixit

c Altaria idolorum uere ſuſtulerat pius Ezechias:id quod nebulo ille criminatur.

dixit Rabſacheh:Nunquid ad dominum tuum,& ad te miſit
me dominus meus,vt loquerer verba iſta?Nónne ad homi-
nes ſedentes ſuper muro,vt comedant ſtercus ſuum,& bibãt
[a] aquas pedum ſuorum vobiſcum?Et ſtetit Rabſacheh,& cla
F mauit voce magna Iehudaice,& dixit:Audite verba regis ma
gni regis Aſſur.Sic dixit rex:ne ſedocat vos Chizchiiahu, q̃a
non poterit eruere vos.Et ne confidere faciat vos Chizchiia-
hu,in domino dicendo,eruendo eruet vos dominus, & non
dabitur ciuitas hæc in manu regis Aſſur. Ne audiatis Chiz-
chiiahu.Sic enim dixit rex Aſſur: Facite mecum benedictio-
nẽ,& egredimini ad me,& comedite vnuſquiſque vitẽ ſuã,&
vnuſquiſque ficũ ſuã,& bibite vnuſquiſq; aquã ciſternæ ſuæ.
Donec veniam,& tollam vos ad terram,ſicut terram veſtrã,
ad terram frumenti,& vini,terram panis,& vinearũ.Ne for-
te pſuadeat vobis Chizchiiahu,dicendo:dominus eruet nos.
Nunquid eruerunt dij gẽtium vnuſquiſque terram ſuam de
manu regis Aſſur?Vbi eſt de⁹ Chamath,& Arpad?& vbi eſt
deus Sepharuaim?Et num eruerunt Someron de manu mea?
Quis eſt inter omnes deos terrarum iſtarum,qui eruerit terrã
ſuam de manu mea,quia eruet dominus Ieruſalaim de manu
mea?Et ſiluerunt,& non reſponderunt ei verbum: præceptũ
enim regis erat,dicendo:Non reſpondebitis ei. Et ingreſſus
eſt Eliachim filius Chilchiiahu,qui erat ſuper domum, & Se-
bna ſcriba,& Ioach filius Aſaph à cõmentariis,ad Chizchiia-
hu ſciſsis veſtibus,& nunciauerunt ei verba Rabſacheh.

a aquas capitis uocant Hebręi lachrymas,& aquam pedũ urinam.

¶Exercitus Sãcherib ab angelo percutitur,& ipſe a propriis filiis necatur. CAP. XXXVII.

A ET fuit,cum audiſſet rex Chizchiiahu, ſcidit veſtimenta
ſua,& operuit ſe ſacco,& intrauit in domum domini.Et
miſit Eliachim,qui erat ſuper domum,& Sebna ſcribam, &
ſeniores ſacerdotum opertos ſaccis,ad Ieſahiahu filiũ Amos
prophetæ.Et dixerunt ad eum,ſic dixit Chizchiiahu:Dies an-
guſtiæ,increpationis,& blaſphemiæ,dies hæc:quia venerunt
filij[b] vſque ad matricem,& virtus nõ eſt ad pariendum:Si for
te audiat dominus deus tuus verba Rabſachech, quem miſit
rex Aſſur dominus ſuus,vt probris afficiat deum viuentem,
& arguat verbis,quæ audiuit dominus deus tuus:& leua ora
B tionem pro reſiduo quod inuenitur.Et venerunt ſerui regis
Chizchiiahu,ad Ieſahiahu. Et dixit ad eos Ieſahiahu : Sic di-
cetis domino veſtro, ſic dixit dominus: Ne timeas à facie
verborum quæ audiſti,quibus contempſerũt pueri regis Aſ-
ſur me.Ecce ego do in eo ſpiritum,& audiet auditũ,& reuer-
tetur in terram ſuam,& cadere faciã eum gladio in terra ſua.
Et reuerſus eſt Rabſacheh,& inuenit regem Aſſur p̃liãtem ad
uerſus Libnah.Audierat enim quod pfectus erat de Lachis.
Et audiuit de Tirhacah rege Aethiopiæ,dicẽdo:Egreſſus eſt,
vt pugnet tecum. Et audiuit, & miſit nuncios ad Chizchiia
hu, dicendo: Sic dicetis ad Chizchiiahu regem Iehudah,
dicendo:Ne ſeducat te deus tuus cui tu fidis,dicendo:Nõ da
C bitur Ieruſalaim in manu regis Aſſur.Ecce audiſti,quæ fecerũt
reges Aſſnr omnibus terris,delendo eas,& tu erueris? Nũqd
eruerunt eas dij gentium,quos ſubuerterunt patres mei,Go-
zan,& Charan,& Reſeph,& filios Heden qui erãt in Telaſar?
Vbi eſt rex Chamath,& rex Arpad,& rex ciuitatis Sephar-
uaim,Henah,& Hiuuah?Et tulit Chizchiiahu literas de manu
nunciorum,& legit eas,& aſcendit in domum domini,& ex-
pãdit eas Chizchiiahu coram domino.Orauit autem Chiz-
chiiahu ad dominum, dicendo :Domine exercituum deus
Iſrael,ſedens ſuper Cherubim,tu es deus ſol⁹ omnium regno-
rum terræ.Tu feciſti cœlum,& terram. Inclina domine aurẽ
tuam,& audi.Aperi domine oculos tuos,& vide,& audi oĩa
verba Sancherib,qui miſit vt probris afficeret deum viuen-
D tem.Vere domine vaſtauerunt reges Aſſur omnes terras,&
terram eorum.Et tradidit deos eorum igni.Non enim dij e-
rant,ſed opus manuum hominũ,lignum,& lapis,& perdide-
runt eos.Et nunc dñe deus noſter ſaluos fac nos de manu ei⁹,
vt cognoſcant omnia regna terræ,quod tu es dominus ſol⁹.

b uſque ad membranarum uteri rupturam.

Et miſit Ieſahiahu filius Amos ad Chizchiiahu,dicendo : Sic
dixit dominus deus Iſrael,pro quibus ſupplicaſti mihi,p San
cherib rege Aſſur:Hoc eſt verbum quod locutus eſt domin⁹
E ſuper eum.Deſpexit te,ſubſannauit te virgo filia Siion,poſt te
caput mouit filia Ieruſalaim.Quem probris affeciſti,& cõtu-
meliis affeciſti,& contra quem exaltaſti vocem,& leuaſti in al-
titudinem oculos tuos?Contra ſanctum Iſrael.Per manũ ſer-
uorum tuorum probris affeciſti dominum,& dixiſti:In mul-
titudine curruum meorum aſcendi altitudinem montium,la
tera Lebanon,& ſucciſam altitudinem cedrorum eius, & ele-
ctas abietes eius,& introibo altitudinem ſummitatis eius, ſal-
tum Charmeli eius.Ego fodi,& bibi aquas multas,& ſiccabo
planta pedum meorum omnes riuos[a] munitos.Nónne audi
ſti à longe [b] illud quod feci à diebus antiquis quod plaſmaui?
Nunc adduxi illud,& erit ad deſolandum in aceruos deſtru-
ctionum,ciuitates munitas?Habitatoreſq; earum abbreuiati
manu,contriti ſunt,& pudore affecti ſunt. Fuerunt vt herba
agri,& olus germinis,vt herba tectorum,& vredo ante ſege-
tem.Habitationem autem tuam,& egreſſum tuum,& introi-
F tum tuum noui,& furorem tuum in me.Eo q iratus es cõtra
me,& tumultus tuus aſcendit in aures meas,& ponam hamũ
meum in naribus tuis,& camum meum in labiis tuis,& redi-
re faciam te per viam per quam veniſti.Et hoc tibi ſignũ:Co
mede anno hoc[c] cadiuum,& anno ſecundo ſponte naſcens.
Anno verò tertio ſeminate,& metite,& plantate vineas,et co
medite fructum earum.Et adiiciet euaſio ipſius domus Iehu-
dah(quæ remanſit)radicem deorſum, & faciet fructum ſur-
ſum.Quia de Ieruſalaim egredietur reliquiæ,& euaſio de mõ-
te Siion.Zelus domini exercituum faciet hoc. Propterea ſic
dixit dominus de rege Aſſur:Non introibit ciuitatem hanc,
& non iaciet ibi ſagittam,& non præoccupabit eam clypeo,
& non effundet iuxta eam aggerem.Per viam per quam ve-
G nit,reuertetur,& ciuitatem hanc non ingredietur dixit domi-
nus.Et protegam ciuitatem hanc,vt ſeruem eam propter me,
& propter Dauid ſeruum meum.Egreſſus eſt autem angelus
domini,& percuſsit in caſtris Aſſur centum & octoginta &
quinque milia.Et maturauerunt mane,& ecce omnes erãt ca
dauera mortua.Et profectus eſt,& abiit,& reuerſus eſt Sãche-
cherib rex Aſſur,& habitauit in Nineueh. Et fuit,eo adoran-
te in domo Niſroch,deum ſuum,Adramelech,& Sareſer filij
eius percuſſerunt eum gladio,& ipſi Euaſerunt in terra Ara-
rath,& regnauit Eſarchaddon filius eius pro eo.

a omnes foſſas obſidionis quę .ſ. fiunt ad muniendas obſeſſas urbes.
b hos locos caſtiga,ut.4.Regum.19.
c id quod accedit quaſi priori radici adnaſcens .i. hoc erit uobis miraculũ quod biẽnio ſine cultura terræ uiuatis & adhuc qđ ſupererit iaciat radices.

¶Chizchiiahu ægrotanti,& oranti,quindecim anni adduntur.
CAP. XXXVIII.

A IN diebus illis ægrotauit Chizchiiahu ad moriendũ,& ve-
nit ad eum Ieſahiahu filius Amos prophetæ, dixitq; ad
eum,ſic dixit dominus:Pręcipe domui tuæ,quia morieris tu,
& non viues.Et conuertit Chizchiiahu faciem ſuam ad parie
tem,& orauit ad dominum,& dixit:Obſecro dñe, memento
queſo,q ambulauerim corã te in veritate,& corde perfecto:
B & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim.Et fleuit Chizchiia-
hu fletu magno.Et fuit verbum domini ad Ieſahiahu,dicẽdo:
Vade,& dic ad Chizchiiahu:ſic dixit domin⁹ deus Dauid pa-
tris tui:Audiui orationem tuã,vidi lachrymas tuas:Ecce ad-
do dieb⁹ tuis quindecim annos.Et de manu regis Aſſur eruã
te,& ciuitatem hanc,& protegam ciuitatem hanc.Et hoc ti-
bi ſignum à domino,quod facturus ſit dominus verbũ hoc
quod locutus eſt.Ecce reuerti facio vmbram graduum, quæ
deſcendit per gradus Achaz in ſole retrorſum decem gradi-
bus.Et reuerſus eſt ſol decem gradibus ſecundum grad⁹ quos
deſcenderat.Scriptura Chizchiiahu regis Iehudah cum ægro
taſſet,& conualuiſſet de infirmitate ſua .Ego dixi,in exciſione
C dierum meorum vadam ad portas ſepulchri, priuatus reſi-
duo annorum meorum.Dixi,non videbo dominum, domi-
nũm in terra viuentium.Non aſpiciam hominem vltrà cum
habitatoribus orbis.Incolatus meus receſsit,& migrauit à me

4.Reg.20.a. 2.Para.32.f.

veluti tabernaculum paſtoris:pręcidi velut texẽs vitam meã, ægritudine deus concidet me:à die vſque ad noctem conſumes me. Statui vſque ad mane:veluti leo,ſic cõterebat omnia oſſa mea. A die vſque ad noctem conſumes me. Sicut grus & hirundo,ſic garriebam,garriebam vt columba:eleuati erant

D oculi mei in excelſum:Domine infirmitas vim fecit mihi,quieſcere fac me. Quid loquar? Et dixit mihi,& fecit quod dixit:[a]incedam omnibus annis meis cũ amaritudine animæ meæ. [b]Domine vltrà eos viuent,& omnibus,ꝙ in eis eſt vita ſpũs mei, & ſanabis me,& viuificabis me. Ecce dum eſſem in pace, amaritudo mihi,amaritudo fuit:& tibi placuit eruere animã meã à fouea putredinis,& proieciſti poſt tergum tuũ omnia peccata mea. Quia non corpus in ſepulchro confitebitur tibi,neque corpus mortuum laudabit te,nec ſperabunt corpora deſcendentia in ſepulchrum in veritate tua. Viuens,viuens confitebitur tibi,ſicut ego hodie:pater filiis notam faciet veritatẽ tuam. Domin⁹ dixit ꝙ ſaluum me faceret,& ideo pſalmos noſtros pſallemus omnibus diebus vitæ noſtræ in domo domini. Dixitq; Ieſahiahu:Tollant maſſam ficuum,& alligent ſuper hulcus,& ſanabitur. Et dixit Chizchiiahu:[c]Quod ſignum, ꝙ aſcendam in domum domini.

a cõmouebo me omni tempore uitę meę ſuper hac amaritudine animæ meę:id eſt,dũ eius recordabor, concutiar.
b Domine apud eos q deinceps uiuẽt ad oĩa & in omnib⁹ erit mihi ſpiritualis uita, nã tu domine, quaſi ſomniare facturus uiuificaſti me.
c ô quale ſignum,ſcilicet egregium eſt.

¶Chizchiiahu oſtẽſis theſauris ſuis legatis regis Babylonij corripitur a Ieſahiahu.

CAP. XXXIX.

A IN illo tempore miſit Merodach Baladan fili⁹ Baladan rex Babel literas,& munus ad Chizchiiahu:Audierat enim ꝙ ægrotaſſet,& conualuiſſet. Lætatus eſt autem ſuper eis Chizchiiahu,& oſtendit eis domum aromatum ſuorum,argentũ, & aurum,& aromata,& vnguentum optimum , & omnem domum vaſorum ſuorum,& omne quod inuentũ eſt in theſauris ſuis.

4.Reg.20.c.

B Non fuit quicquã quod non oſtenderit eis Chizchiiahu in domo ſua,& in omni poteſtate ſua. Introiuit autẽ Ieſahiahu propheta ad regem Chizchiiahu, & dixit ei : Quid dixerunt viri iſti,& vnde venerunt ad te? Et dixit Chizchiia-

C hu:De terra lõginqua venerũt ad me de Babel. Et dixit:Quid viderũt in domo tua? Et dixit Chizchiiahu:Oĩa quæ erant in domo mea,viderunt. Non fuit aliquid quod nõ oſtenderim eis in theſauris meis. Et dixit Ieſahiahu ad Chizchiiahu:Audi verbum domini exercituũ:Ecce dies veniũt,& tolletur omne quod eſt in domo tua,& quæ reconderunt patres tui vſq; ad diem hanc,in Babel:non relinquetur aliquid dixit dominus. Et de filijs tuis qui exibunt de te,quos genueris,tollent,& erũt eunuchi in palatio regis Babel. Et dixit Chizchiiahu:ad Ieſahiahu:Bonum verbũ domini,quod locutus es. Et dixit:quia erit pax,& veritas in diebus meis.

¶De Iohannis Baptiſtæ aduentu,& Chriſti redemptione.

CAP. XL.

A COnſolamini,cõſolamini pplm meũ,dicet de⁹ veſter. Loquimini [d] ad cor Ieruſalaim,& clamate ad eã, ꝙ cõpleta militia eius,& placabilis facta iniquitas eius:ſuſcepit enim de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. [c]Vox clamantis in deſerto,expurgate viam domini, rectam facite in ſolitudine viam dei noſtri. Omnis vallis exaltabit ſe, & omnis

d .i.blande

B mons,& collis humiliabunt ſe,& erit prauum in directionẽ, & altitudines in planiciem. Et reuelabit ſe gloria domini,et videbit omnis caro pariter,ꝙ os domini locutum eſt. Vox dicẽtis:Clama. Et dixit:Quid clamabo? Omnis caro vt herba, & omnis pietas eius tanq; flos agri. Aruit herba, & cecidit flos, quia ſpiritus domini ſufflauit in eum ; Verè herba eſt populus. Aruit herba, & cecidit flos,verbum autem dei noſtri ſtabit in ſeculum. Super montem excelſum aſcende euangelizatrix ipſius Siion, exalta in fortitudine vocem tuam , euagelizatrix Ieruſalaim:exalta, ne timeas. Dic ciuitatibus Ie-

[redacted]

C hudah : ecce [f] deus veſter. Ecce dominus deus cum forti veniet, & brachium eius dominium dabit ei: ecce merces eius cum eo,& opus illius coram illo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet,brachio ſuo congregabit agnos,in ſinu ſuo portabit, & fœtas ſuauiter ducet. Quis menſus eſt pugillo ſuo aquas,& cœlos palmo menſurauit,& ponderauit menſura puluerem terræ,& librauit in regula mõtes,& colles in ſtatera. Quis põderauit ſpiritum domini,& quis vir conſilium eius ſcire fecit eum? Cum quo conſiliatus eſt,& quis inſtruxit eum,& docuit eum in ſemita iudicium,& erudiuit eum ſcientia,& viam intel-

f [redacted]

Sapien.9.c.

D ligentiarum oſtendit illi? Ecce gentes ſicut ſtilla ſitulæ, & ſicut puluis tenuis ſtateræ reputatæ ſunt. Ecce inſulas tanquã puluerem proiiciet. Et Lebanon non eſt ſufficiens ad accendẽdum, & beſtia eius non eſt ſufficiens ad holocauſtum. Omnes gẽtes ſicut nihil ſunt coram eo:pro nihilo & inani reputatæ ſunt ei.

Roma.11.d.

E [a]Cui igitur aſsimilabitis deum,& quid ſimilitudinis ponetis ei? Sculptile conflabit faber,& aurifex in auro expandet [b]illud, & catenas argenteas ponet in eo. [c]Theſaurari⁹ qui eſt ſup oblationes,lignum quod non putreſcat eliget:artificem ſapientem quæret ei, ad præparandum ſculptile quod non mouebit ſe? Nõnne ſcietis? Nõnne audietis? Nõnne annunciatum eſt à principio vobis? Nõnne? Nõnne intelligetis fundamẽta terræ? Qui ſedet ſuper ſphæram terræ,& habitatores eius ſunt vt locuſtæ. Qui extendit velut telam cœlos,& expandit eos ſi-

a Miris modis rudes Iudæos inducit , ut redemptionẽ a Babylonica captiuitate futuram,nõ ab idolis eſſe credant,ſed a creatore deo, q et hęc prędicit antequam fiant,ut.c.ſe.
b id eſt,inaurabit ipſum.
c Collector oblatę pecuniæ.

F cut tabernaculũ ad habitandum. Qui ponit principes in nihilum,iudices terræ velut inane fecit. Etiam non ſunt plantati, neq; ſati ſunt etiam non radicare fecit in terra truncum eorũ, & inſuper flauit in eos,& aruerunt,& turbo velut ſtipulã auferet eos. Et cui aſſimilaſtis me,& æquabor,dicit ſanctus? Leuate in excelſum oculos veſtros,& videte quis creauerit hęc, qui educit in numero exercitum eorum Omnia ipſa per nomen vocat prę multitudine fortitudinum,& fortis potentia cuiusq; non deficit. Vt quid dicis Iahacob, et loqueris Iſrael?

G Abſcondita eſt via mea à domino,& à deo meo iudiciũ meũ tranſiuit. Nõnne noſti,aut non audiſti? Deus æternus dominus,qui creat terminos terræ,non deficiet,nec laborabit:non eſt inueſtigatio intelligentiæ eius. Qui dat laſſo fortitudinem, & cui non ſunt vires,robur multiplicat. Laſſabuntur pueri, & laborabunt,& iuuenes cadendo cadent. Sperantes autem in domino,[d]mutabunt robur,aſcendent ala ſicut aquilæ:current & non laborabunt,progredientur & non laſſabuntur.

Mat.17.b.
Infra.40.b.

d innouabũt id eſt,nouum robur acquirent.

¶Babylonijs id ignorantibus parari a deo ruinam eorum.

CAP. XLI.

A TAcete & attendite mihi [c] inſulares,& populi innouent fortitudinem. Accedant,tunc loquantur,pariter ad iudicium accedamus. Quis ſuſcitauit ab oriente [f] iuſtitiam,et vocabit eum ad pedem ſuum? dabit in conſpectu eius gentes, & regibus dominari faciet:dabit eos veluti puluerem in gladiũ eius,ſicut ſtipulam proiectam in arcum ei⁹. Perſequetur eos,

e ô beſtię inſulares.ita uocauit propheta beſtias Babylonis,paluſtria incolentes.c.13.et.34.

B tranſibit in pace,ſemitam pedibus ſuis non ingredietur. Quis operatus eſt,& fecit,vocans generatiões ab exordio? Ego dominus primus,& cum nouiſsimis ego ipſe. Viderũt inſulares, & timuerunt,extrema terræ obſtupuerũt; [g] appropinquauerunt,& venerunt. Vnuſquiſque proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet,confortate. Confortauit etiam faber lignari⁹ aurificem mollificantem malleum ad percuſsionem bractearum ſuper incudem,dicens:coniũctio bractearum bona[h] eſt; & firmauit idolum ipſum clauis,ne moueatur. Et tu Iſrael ſer-

f uirũ iuſtitię ſcilicet Cyrum qui dei iuſtitiã . exequuturus eſt perdita Babylone.
g impetum facturi uenerunt.

C ue mi,Iahacob quem elegi,ſemen Abraham amici mei. Tu es quem apprehendi ab extremis terræ,& à principibus eius euocaui te,& dixi tibi:ſeruus meus es tu:elegi te,& non abieci te. Ne igitur timeas,quia tecũ ſum. Ne terrearis, quia ego de⁹ tuus:ego roboraui te,inſuper auxiliatus ſum tibi,inſuper ſuſtẽtaui te dextera iuſtitiæ meæ. Ecce pudore afficientur,& erubeſcent omnes qui iraſcuntur cõtra te:erunt tanq; nihil, et per-

h ad idolum ſcilicet cõpingẽdũ. nã ad idola Babylonij properabant tempore belli.

D ibunt viri contendentes tecũ. Quæres eos,& nõ inuenies eos, viros ſcilicet qui cõtendũt tecũ:erunt tanquam nihil, & quaſi cõſumptio,viri bellantes cõtra te. Ego dominus deus tu⁹ apprehendens dexteram tuam,dicensq; tibi:ne timeas,ego adiuuo te. Ne formides vermis Iahacob,exiguitas Iſrael. Ego auxiliatus ſum tibi , dixit dñs, & redẽptor tuus ſanctus Iſrael. Ecce

E poſui te vt [a] traham,vt tribulam nouam habentem ora:triturabis montes & cõminues,colles ſicut quiſquilias pones. Ventilabis eos & ventus tollet eos,& turbo diſperget eos. Et tu exultabis in domino,in ſancto Iſrael [b]laudabis te. Egeni & pauperes quærũt aquas,& non ſunt,lingua eorum ſiti periit:ego dñs exaudiã eos,deus Iſrael nõ derelinquã eos. Aperiã in excelſis flumina,& in medio cãporũ fontes. Ponã deſertũ in ſtagnũ aquarũ,& terrã ſolitudinis in exit⁹ aquarũ. Dabo in ſolitudine cedrũ,& ſittah genus cedri optimę,myrtum,& arborem oliuæ:ponam in deſerto abietem,vlmum,& buxum pariter. Vt

a raſtrum
b gloriaberis

F ſcilicet videant,& ſciant,& reponant,& intelligant pariter:qa manus domini fecit hoc,& ſanctus Iſrael creauit illud. Appropinquate iudicium veſtrum dicit dominus. Accedere facite fortes veſtros,dicit rex Iahacob. Accedant,& nuncient nobis accidentia futura:priora quæ fuerunt nunciate, & ponemus cor noſtrũ,& ſciemus nouiſsima eorũ,vel quæ futura ſunt facite audire nos. Annunciate quæ ventura ſunt in poſterum, & ſciemus ꝙ dij eſtis:etiã ꝙ benefacietis & malefacietis,narra-

G bimus,& videbimus ſimul. Ecce eſtis ex nihilo,& opus veſtrũ ex nihilo:vir abominabilis eliget vos. Suſcitaui ab aquilone, & veniet:ab ortu ſolis [c]vocabit nomen meum:& veniet ſup principes ſicut ſuper lutum,& ſicut figulus conculcabit lutũ. Quis annunciauit ab exordio,& ſciemus,& à principio,& dicemus ꝙ eſt iuſtus? Verum non eſt qui annunciet,etiã non eſt qui audiat ſermones veſtros. Primus ad Siion dicet,ecce,ecce ipſi:& ipſi Ieruſalaim euangeliſtam eum dabo. Et videbo , & non erit quiſpiam [d] qui ſciat aliquid,& ex ipſis non erit conſiliator. Et interrogabo eos,& non reſpondebunt verbum. Ecce omnes ſunt vanitas,nihil opera eorum,ventus & inane cõflatilia eorum.

c Cyrus inuocauit nomen dei ſieri. 2.Pa.36.& Ezræ.1.idq; a parte aquilonis & orientis reſpectu Ieruſalem.
d ſcilicet inter Babylonios.

¶De Chriſto eiuſque aduentu ſub Cyri typo, & de baptiſmo.

CAP. XLII.

A ECce ſeruus meus,innitar ei,electus meus,complacuit animæ meæ:dedi ſpiritum meum ſuper eum,iudiciũ gentibus exire faciet in lucem. Non clamabit,& non elauabit,neque audire faciet foris vocem ſuam. Calamum fere quaſſatũ, non conteret,& linum fere extinctum non extinguet. Ad veritatem educet iudicium. Non caligabit,nec frangetur , donec ponat habitatoribus terræ iudicium:& legem eius inſulares

B expectabunt. Sic dixit deus dominus creans cœlos, & extendens eos,expandẽs terram,& germina eius,dans flatum populo qui eſt ſuper eam,& ſpiritum ambulantibus per eam. Ego dominus vocaui te in iuſtitia,& apprehendam manũ tuã, & cuſtodiam te,& dabo te in fœdus [c] populi,in lucem gentibus,vt aperias oculos cæcos,vt educas è carcere vinctũ,è domo carceris ſedentes in tenebris. Ego dominus. Hoc eſt nomen meum,& gloriam meam alteri non dabo,& laudẽ meã ſculptilibus. Priora ecce venerunt,& noua ego annuncio,antequam oriantur,audire faciam vos. Cantare domino canticum nouum,laus eius ab extremo terræ. Deſcendentes in mare,& plenitudo eius, inſulæ,& habitatores earum. Leuabunt vocem,deſertum,& ciuitates eius,villæ in quibus habitabit congregatio Chedar:laudabunt habitatores rupium,de vertice montium clamabunt. Ponent domino gloriam,& laudẽ eius in inſulis nunciabunt. Dominus ſicut fortis egredietur,ſi-

e ſublimitas horum uerborum ſoli Chriſto conuenit. [redacted]

D cut vir bellicoſus ſuſcitabit zelum:vociferabitur atque etiam iubilabit,& ſuper inimicos ſuos præualebit. Tacebam iamdudum,ſilebam,& continebam me:at nunc quaſi parturiẽs clamabo,deſolabo,& abſorbebo ſimiliter. Deſolare faciam montes & colles,& omnem herbam eorum ſiccare faciam. Et [f] ponam flumina in inſulas,& ſtagna ſiccare faciam. Et ambulare faciam cæcos per viam quam non nouerunt,ꝑ ſemitas quas non cognouerunt,calcare faciam eos. Ponam tenebras ante eos in lucem,& praua in rectum. Hæc verba feci eis,& non dereliqui eos. Conuerſi ſunt retrorſum,confundentur confuſione qui fidunt ſculptili,qui dicunt conflatili:vos dij noſtri. O ſurdi audite:& cæci viſum recipite ad videndum. Quis eſt cæcus niſi ſeruus meus:& ſurdus,niſi quem ſicut angelum meũ miſſurus ſum? Quis cæcus ſicut [a] perfectus,& cæcus ſicut ſeruus domini? Vidiſti multa,& nõ obſeruas:apertę ſunt aures & nemo audit. Domino ita placuit propter iuſtitiam ſuam, magnificabit legem , & roborabit. Et ipſe populus prædam paſſus,& direptus,illaqueatur in ſpeluncis:omnes in domibus carcerum latitarunt:fuerunt in rapinam,& non erat q erueret in direptione,& non erat qui diceret, redde. Quis in vobis auribus percipiet hoc,attendet,& aduertet in poſterũ? Quis dedit in direptionem Iahacob, & Iſrael prædantibus? Nõnne dominus,cui peccauimus? Noluerunt in viis eius ambulare,& non paruerunt legi eius. Ideo effudit ſuper eum irã furoris ſui,& fortitudinem belli:& inflammauit illum in circuitu,& non cognouit:& ſuccendit eũ,& non poſuit ſup cor.

f conſtituam flumina inſularibus beſtiis,& earũ paludes exiccabo. loquitur ſemper cõtra Babylonem, cuius etiam mõtes et colles humiliabuntur.

a cui data eſt perfectio, ſeu pax.

¶Populum credentem ſecurum facit.liberatio.res noua baptiſmus.

CAP. XLIII.

A ET nunc ſic dixit dominus,creator tuus Iahacob, & formator tuus Iſrael:Ne timeas,quia redemi te, vocaui nomen tuum:meus es tu. Cum tranſieris per aquas,tecum ero,et flumina non operient te. Cum ambulaueris per ignem,nõ cõbureris,& flamma non ardebit in te. Quia ego dominus deus tuus ſanctus Iſrael ſeruator tuus:dedi [b]precium tuum Aegyptum,Chus,& Seba pro te. Ex quo precioſus fuiſti in oculis meis,glorioſus fuiſti,& ego dilexi te:dabo hominem pro te,et populos pro anima tua. Ne timeas,quia ego tecum ſum. Ab oriente adducam ſemen tuum,& ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni,da, & auſtro , ne prohibeas. Affer filios meos de longinquo,& filias meas ab extremo terræ. Omnis

b pro redẽptione tui.i. Ægyptio & Æthiopas pro te Aſſyriis obieci.

Supra.41.b.

B qui vocatur nomine meo,ad gloriam meam creaui eum,formaui eum,& etiam aptaui. Eduxi populum qui erat cæcus,et nunc oculi ſunt ei:& ſurdos,& aures eis ſunt. Congregentur omnes gentes ſimul,& colligantur populi:quis eſt inter eos q iſtud annunciet,& priora qui ſunt qui nos audire faciant? Dẽt teſtes,& iuſti euadent:alioqui audiãt nos,& dicant:veritas eſt. Vos teſtes mei,dixit dominus,& ſeruus [c] meus quem elegi:vt ſciatis,& credatis mihi,& intelligatis,ꝙ ego ipſe ſum,ante quẽ non eſt formatus deus,neque poſt me erit. Ego,ego domin⁹,

c [redacted]

C & non eſt præter me ſeruator. Ego annunciaui,& ſeruaui, & audire feci,& non fuit in vobis ali⁹. Et vos teſtes mei,dixit dominus,& ego deus. Etiam anteq; eſſet dies ego ipſe ſum,& nõ eſt qui de manu mea eruat. Operabor, & quis id auertet? Sic dixit dominus redemptor veſter ſanctus Iſraelis : ꝓpter vos [d]miſſus ſum in Babel,& deſcendere faciam fugitiuos vniuerſos ipſos,& Chaſdim,quorum in nauib⁹ eſt clamor. Ego dominus ſanctus veſter,creans Iſrael,rex veſter. Sic dixit domin⁹ qui dat in mari viam,& in aquis vehementibus ſemitam. Qui educit currum & equum,bellicam fortitudinem & robur: ſimul decumbent,& non exurgent,extincti ſunt,ſicut [e] linũ extincti ſunt. Ceterum in memoriam ne reuocetis priora,& an-

d miſi ſcilicet Cyrũ in Babylonem, & deiiciam oĩa repagula eorum,& Chaldeos ipſos cum luctibus clamoris eorum.

1.Cor.5.d.
Apoc.21.b.

D tiqua ne intueamini. Ecce ego facio nouũ,nunc orietur. Nõnne cognoſcetis illud? Ponam profecto in deſerto viam,in ſolitudine flumina. Glorificabit me beſtia agri,dracones & filiæ ſtruthionis:quia dedi in deſerto aquas,flumina in ſolitudine, vt potum darem populo meo,electo meo. Populum iſtum formaui mihi:laudem meam narrabunt. Et non me inuocaſti Iahacob,cum laboraſti in me Iſrael? Non adduxiſti mihi pec⁹ holocauſtorum tuorum [f],& victimis tuis non honoraſti me: nec ego ſeruire feci te in oblatione,nec laborare feci te in ſuffimento. Non emiſti mihi argento calamũ aromaticum,& adipe victimarum tuarum non inebriare feciſti me. Verum ſeruire [g] feciſti me propter peccata tua,& laborare feciſti me propter iniquitates tuas. Ego ,ego ſum,qui deleo præuaricationes tuas propter me, & peccatorum tuorum non recorda-

e quod ſolet celeriter creſcere, poteſt uere & etiam celeriter extingui, ut Exodi.9.
f ſcilicet in Babylone.
g Seruile quodãmodo reddebat nomen dei,cũ eum inuocãres ſeruitio premebãt.

bor. Memorare fac me, ſimus in iudicio ſimul. Narra tu, vt iu
ſtifices te. Pater tuus primus peccauit, &[a] doctores tui præua
ricati ſunt contra me. Et occidam præcipuos ſanctitatis: & da
bo[b] in occiſionem ipſum Iahacob, & Iſrael in opprobria.

a illuſores
b in anathema.

¶ Promittit nouum baptiſmum, deteſtatur idola, uocat ad pœnitentiam. CAP. XLIIII.

A E T nunc audi Iahacob ſerue mi, & Iſrael quem elegi. Sic
dixit dominus factor tuus, & formator tuus ab vtero,
qui & auxiliabitur tibi: Ne timeas ſerue mi Iahacob, & ô re-
cte quem elegi. Quia effundam aquas ſuper ſitientem, & fluen
ta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuũ,
& benedictionem meam ſuper germina tua. Et germinabunt
quaſi inter herbam, & ſicut ſalices iuxta riuulos aquarum. Iſte
dicet, domini ego ſum, & iſte inuocabit in nomine Iahacob.
Et iſte ſcribet manu ſua domino, & nomine Iſrael cognomina
bit ſeipſum. Sic dixit dominus rex Iſrael, & redemptor eius do
B minus exercituum: Ego primus, & ego nouiſsimus, & præter
me non eſt deus. Et quis ſicut ego vocabit, annunciabit hoc,
& ordinabit illud mihi, à tempore quo conſtitui mihi popu-
lum ſeculi? & quę breui futura, & quæ poſtea ventura ſunt, an
nuncient eis. Ne timeatis, & ne formidetis. Nónne ex eo tem-
pore audire feci te, & annunciaui: & vos teſtes mei: an eſt de9
præter me? eſt ne quis fortis, quem ego non nouerim? Artifi-
ces ſculptilis, omnes ipſi vanitas: & concupiſcibilia eorum, nõ
proderunt. Et teſtes eorum ipſi ſunt, ꝙ non videbunt, neque
cognoſcent; atque ideo cõfundentur. Quis igitur formare au-
det deũ, & ſculptile conflare? ad nihilum certe proderit. Ecce
omnes ſocij eius pudore afficientur, & artifices ipſi ſunt ex ho
minibus: conuenient omnes ipſi, ſtabunt, pauebunt, & pudo-
re afficientur ſimul. Faber ferrarius dolabra operabitur pru-
nis, & malleis figurabit illud: & operabitur brachiõ, in fortitu
C dine ſua etiam famelicus, & donec non ſint vires: non bibet a-
quã, & laſſus erit. Faber lignarius extendit regulam, & effigiẽ
dat ei filo phœnicio: faciet illud dolabris, & circino figurabit:
& faciet illud ad imaginem viri ſecuudum gloriam hominis,
ad inhabitandum domum. Ibit ad ſuccidendum ſibi cedros,
& tollet ilicem, & quercum, & roborabit ſe vt quærat melio-
ra inter ligna ſyluæ: plantabit pinum, & pluuia nutriet eam. Et
erit homini ad comburendum, & ſumet ex eis, & calefaciet ſe,
etiam ſuccendet, & coquet panem: etiam operabitur deum, et
incuruabit ſe: faciet illud ſculptile, & incuruabit ſe ei. Medium
eius comburet igni, & ſuper medium eius carnem comedet:
aſſabit aſſaturam, & ſaturabitur, etiam calefaciet ſe, & dicet: eu
ge, calefeci me, vidi focum. Reſiduum autem eius in deum fa-
ciet in ſculptile ſuum: incuruabit ſe ei, et adorabit, et orabit eũ,
& dicet: libera me, quia deus meus es tu. Non cognouerũt, ne
que intellexerunt, [c] quia (deus) complanauit, vt non videant,
oculos eorum, vt non intelligant corda eorum. Et non redu-
cet prædicta ad cor ſuum, nec ſcientiam, neque intelligentiam
habet, dicendo: Dimidium eius combuſsi igni, & etiam coxi
ſuper carbones eius panem. Aſſaui carnem, & comedi, & reli-
quum eius pro abominatione faciam, trunco ligni incurua-
bo me. [d] Paſcit cinerem, cor ſeductum declinare fecit eum, &
non liberabit animam ſuam, nec dicet: Nónne eſt mendacium
D in dextera mea? Memento horum Iahacob, & Iſrael, quoniã
ſeruus meus tu: formaui te, ſeruus meus es tu Iſrael, ne obliui-
ſcaris mei. Deleui vt nubem præuaricationem tuam, & velu-
ti nubem peccata tua: reuertere ad me, quia redemi te. Lauda
te cœli, quoniam fecit dominus: iubilate inferiora terræ, cla-
mate montes laudationem, ſylua, & omnis arbor quæ eſt in
ea: quoniam redemit dominus Iahacob, & in Iſrael gloriabi-
tur. Sic dixit dominus redemptor tuus, & plaſmator tuus ex
vtero: Ego dominus faciens omnia, extendens cœlos ſolus, ex
pandens terram mea potentia. Diſsipat deus ſigna mẽdaciũ,
& augures inſanire facit. Conuertit ſapiẽtes retrorſum, & ſciẽ
tiam eorum ſtultam facit. Suſcitat verbum ſerui ſui, & conſi-
lium angelorum ſuorum complet. Qui dicit ad Ieruſalaim,
habitabitur: ad ciuitates Iehudah, ædificabũtur, & deſerta ei9
ſuſcitabo. Qui dicit [a] profundo, ſicca te, & flumina tua ſiccare
faciam. Qui dicit ad Chores, paſtor meus, & omnem volunta
tem meam complebit: dicendo ipſi Ieruſalaim, ædificabitur, et
templo, fundabitur.

c quod ipſemet artifex complanauit idolis oculos ne uideant, nec corde intelligant.
d Idipſum nobis eſt, paſcere uentos.
a id eſt Babyloni in profunda ualle ſitæ.

¶ De Cyro ſub typo Chriſti, populum liberaturi. CAP. XLV.

A S Ic dixit dominus Chriſto ſuo [b] Chores, cui9 roboraui de-
xteram, vt expandam coram eo gentes, & lumbos regũ
diſſoluam, vt aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudẽ
tur. Ego ante te ibo, & tortuoſa dirigam, ianuas æreas conte-
ram, & vectes ferreos concidam. Et dabo tibi theſauros, qui
ſunt in locis tenebroſis, & theſauros abſconditos, vt ſcias ꝙ
B ſum dominus, qui voco nomen tuum, deus Iſrael. Idq; pro-
pter ſeruum meum Iahacob, & Iſrael electum meum: vocaui
te nomine tuo, cognominaui te, & nõ cognouiſti me. Ego do-
minus, & non eſt amplius, præter me non eſt deus. Accinxi te,
& non cognouiſti me. Vt ſciãt ab ortu ſolis, & ab occidente,
ꝙ non eſt præter me. Ego dominus, & non eſt amplius. For-
mans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malũ.
Ego dominus faciens omnia hæc. Stillate cœli deſuper, & cœ-
li ſtillent iuſtitiam. Aperiat ſe terra, & fructificent ſalus & iuſti-
tia, quas germinare faciet terra ſimul: ego dominus creaui [c] eũ.
Væ contendenti cum plaſmatore ſuo, teſtæ cum teſtis terrę.
Nunquid dicet lutum figulo ſuo: quid facis? & operi tuo [d] nõ
ſunt manus? Væ qui dicit patri, quid generas? & mulieri, quid
parturis? Sic dixit dominus ſanctus Iſraelis, & plaſmator eius:
Quæ ventura ſunt interrogate me, ſuper filios meos, & ſuper
opus manuum mearum [e] præcipite mihi. Ego feci terram, &
C hominem ſuper eam creaui ego. Manus meæ tetenderunt cœ
los, & omni exercitui eorum præcepi. Ego ſuſcitaui eum in iu
ſtitia, & omnes vias eius dirigam. Ipſe ędificabit ciuitatẽ meã,
& captiuitatem meam dimittet, non precio, nec munere, dixit
dominus exercituum. Sic dixit dominus, labor Aegypti, & ne
gociatio Chus, & Sebaim, viri menſuræ magnę [f] ſuper te trãſ-
ibant, & tui erant, poſt te ambulabant. In compedibus tranſ-
ibant, & tibi incuruabant ſe, teq; deprecabantur, dicentes: Tã
tum in te eſt deus, & non eſt amplius præter deum [g]. Vere tu
deus abſcondens te, deus Iſrael ſaluator. Pudore afficientur, &
etiam erubeſcent omnes ipſi: ſimul abierunt cum pudore fa-
bricatores ſculptilium. Iſrael ſaluatus eſt in domino ſalute ſecu
lorum. Non pudore afficiemini, neque erubeſcetis vſque in ſe
cula ſeculi. Quia ſic dixit dominus creans cœlos, ipſe deus for-
D mans terram, faciens eam, & ipſe diſponens eam: (nõ in vanũ
creauit eam, ad habitandum formauit eam). Ego dominus, et
non eſt amplius. Non in abſcondito locutus ſum, in loco ter-
ræ tenebrarum. Non fruſtra dixi ſemini Iahacob: quęrite me.
Ego dominus loquens iuſtitiam, annuncians recta. Congrega
te vos, & venite, & accedite ſimul [h] abiecti gentium. Non co-
gnouerunt qui efferuut lignum ſculptilis ſui, & orant deũ qui
non ſeruat. Annunciate, & accedere facite, inſuper conſiliami-
ni ſimul. Quis audire fecit hoc ab initio, & ex eo tempore nun
ciauit illud? Nónne ego dominus? & non eſt vltrà deus pręter
me. Deus iuſtus, & ſaluans non eſt præter me. Cõuertimini ad
me, & ſalui eritis omnes fines terrę: quia ego deus, & non eſt
amplius. Per me iuraui; egreſſum eſt de ore meo iuſtitiæ ver-
bum, & non reuertetur: quòd mihi curuabitur omne genu, iu
rabit omnis lingua. Vtiq; in domino eſt mihi, inquiet iuſtitia
& fortitudo: & talis vſque ad eum perueniet, at pudore affi-
cientur omnes qui iraſcuntur ei. In domino iuſti erũt & ſe glo
rificabunt omnes qui ſunt ſemen Iſrael.

b Cyro
Roma. 9. d. Lucæ. 23. c.
c [redacted]
d id eſt, non eſt elaboratum.
e id eſt, quã quam id erga patrẽ nõ deceat ego tamen malo uos ea mihi pręcipere, ꝙ ab idolis rogare. id eſt, malo uos prophetis meis, ut meo nomine uobis reſpondeant, imperare.
f ad te ſcilicet Ieruſalẽ, fœ. generis. uide. c. 18.
g id eſt, ô tu fortis deus, in hominib9 certe tu arcano modo agis, non in ſculptilibus.
h quaſi, eſt liberati a gentibus, ſcilicet Aſſyriis. Vos eñ de his mei9 iudicabitis q priora eſtis experti.
Romã. 14. b.

¶ Idolorum finis, Iehudæorum increpatio, ſalus per Chriſtum. CAP. XLVI.

A C Vruauit ſe Bel, incuruauit ſe Nebo: fuerunt ſimula-
chra eorum ſuper beſtias & iumenta; quæ portando
graua-



grauata erant onere vſque ad laſſitudinem. Curuauerunt ſe,
incuruauerunt ſe ſimul, & non potuerunt ſaluare onus: & ani
ma eorum in captiuitatem iuit. Audite me domus Iahacob,
& omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini ab vtero, &
qui geſtamini à vulua. Et vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſ-
que ad caniciem ego portabo. Ego feci, & ego feram, & ego
portabo, & eruam. Cui aſſimilabitis me, & adæquabitis, & cõ
B parabitis me, & aſſimilabor? Qui abire faciunt aurum de locu
lo, & argentum calamo ponderant: mercede conducunt au-
rificem, & facient ex illo deum: procident, etiam incuruabunt
ſe. Portabunt illum ſuper humerum, geſtabunt eum, & ponẽt
illum in loco ſuo: & ſtabit, de loco ſuo non mouebit ſe. Inſup
clamabit ad eum, & non reſpondit, de tribulatione eius non
ſeruabit eum. Memẽtote huius, & roborate vos: reducite præ
uaricationes ſuper cor. Recordamini priorum, quæ ſunt à ſe-
culo: quoniam ego deus, & non eſt vltrà deus, & non eſt ſicut
ego. Annunciens ab exordio nouiſſimum, & ab initio quæ
non ſunt facta, dicens, conſilium meum ſtabit, vt omnem vo-
luntatem meam faciam. Vocans ab oriente [a] auem, de terra
longinqua virum conſilij mei: etiam locutus ſum, etiam addu
cam illud: formaui, etiam faciam illud.

Supra. 4. f. Baruc. 6. c.
a ſcilicet Cyrum, celeriter contra Babylonem aduolantem.

¶ Sermo contra Babylonem. CAP. XLVII.

A A Vdite me duri corde, qui longe eſtis à iuſtitia. Appro-
pinquare feci iuſtitiam meam, non elongabit ſe, & ſalus
mea non moram faciet: & dabo in Siion ſalutem, & Iſraeli glo
riam meam. Deſcende, & ſede ſuper puluerem virgo filia Ba-
bel, ſede in terra: non erit ſolium ô filia Chaſdim, quia non ad-
iicies vt vocent te teneram, & deliquatam. Tolle molã, & mo-
le farinam. Denuda cincinnos tuos, diſcooperi plantas, detege
crura, tranſi flumina. Reuelabitur turpitudo tua, etiam vide-
bitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non [b] occurrã
tibi, ſicut homines alij. Redẽptor noſter dominus exercituũ:
nomen eius, ſanctus Iſrael. Sede, tace, & intra in tenebras filia
Chaſdim, quia non adiicies, vt vocent te dominam regnorũ.
Iratus fui contra populum meum, cõtaminaui hæreditatem
B meam, & dedi eos in manu tua: nõ poſuiſti eis miſericordias,
ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuũ valde. Et dixiſti: in ſeculum
ero dñа: adeo, vt non poneres hæc ſuper cor tuũ, neq; recorda
reris nouiſſimi huius? Et nunc audi hoc deliquata, quæ habi-
tas confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego ſum, & nõ eſt pr
ter me amplius. Non ſedebo vidua, nec cognoſcã orbitatẽ. Et
venient tibi duo hæc ſubito eodem tẽpore, ſterilitas, & orbi-
tas, ſecundum plenitudinẽ ſuam venient ſuper te, propter mul
titudinem maleficiorum tuorum, propter fortitudinẽ incan-
tatorũ tuorum vehementẽ. Et fidiſti malitiæ tuæ, dixiſti: nemo
C videt te. Sapientia tua, & ſcientia tua auertit te. Et dixiſti in cor
de tuo: ego ſum, non eſt præter me vltrà. Et veniet ſup te dies
mala, cuius diluculum ignoras, & cadet ſuper te contritio, quã
non poteris remouere: & veniet ſuper te repẽte deſolatio, quã
neſcis. Sta nunc cum incãtationibus tuis, & cum multitudine
maleficorum tuorũ, in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi
D forte poſſis proficere, ſi forte robores te. Laboraſti in multitu
dine conſiliorum tuorũ. Stent nunc, & ſeruent te ſpeculantes
cœlũ, qui contẽplantur ſtellas, cognoſcere faciunt mẽſes, ab iis
quæ vẽtura ſunt ſuper te. Ecce fuerunt tanquã ſtipula, ignis cõ
buſſit eos. Non liberabunt animam ſuam de manu flammæ.
Non eſt pruna ad calefaciendum ſe, nec ignis ad ſedendũ co-
ram eo. Sic fuerũt tibi ij in quibus laboraſti. Negociatores tui
ab adoleſcentia tua, vnuſquiſque ad latus ſuum errauerunt,
non eſt qui ſeruet te.

b non irruã ut homo id eſt, non humanis uirib9 ſed diuinis ruet Babylon. Apoc. 18. b.

¶ Reprehenduntur Iehudæi. Dñs uult ſolus coli. CAP. XLVIII.

A A Vdite hoc domus Iahacob, qui vocatis vos nomine
Iſrael, & qui de aquis Iehudah exierunt, qui iurant per
nomen domini, & dei Iſrael recordari facient, non in veritate,
nec in iuſtitia. De ciuitate eñ ſanctitatis vocauerũt ſe, & deo Iſ-
rael innixi ſunt, dominus exercituũ nomẽ eius. Priora ex eo tẽ-
pore annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audire feci ea. Re-
pente feci, & venerunt. Iam noui quod durus es, & vt neruus
ferreus ceuix tua, & frons tua vt æs. Et annunciaui tibi ex eo
tempore, anteq; veniret audire feci te, ne forte diceres: idolum
meum fecit ea, & ſculptile meũ, & conflatile meũ præcepit ea.
Audiſti, vide totum hoc: & nõne vos aliis annunciabitis? Au
dire feci te noua ex hoc tẽpore, [a] & cõſeruata apud me, & non
B ſciuiſti ea. Nunc creata ſunt, & nõ ex eo tẽpore, & ante diẽ hũc
non audiſti ea: ne forte diceres, ecce cognoui ea. Etiã non audi
ſti, etiã non cognouiſti, etiã ex eo tẽpore non fuit aperta auris
tua. Noui eñ quod pręuaricãdo pręuaricabis, & preuarica-
tor ab vtero vocatus es. Propter nomen meũ elongabo furo
rem meũ, & propter laudẽ meam prologabo irã meam tibi,
vt nõ ſuccidere faciã te. Et ecce purgaui te, & nõ tanquã argẽ-
tum, elegi te in camino afflictionis. Propter me, propter me fa
ciã, alioqui eñ eſſet pollutũ nomen meũ: & gloriã meam alteri
non dabo. Audi me Iahacob, & Iſrael vocatus à me. Ego ipſe,
ego primus, etiã ego nouiſſimus. Manus quoq; mea fundauit
terrã, & dextera mea mẽſa eſt cœlos. Voco eos, ſtabunt ſimul.
C Congregate vos oẽs, & audite, quis inter eos annũciauit iſta?
Dñs dilexit [b] eum, faciet voluntatẽ eius in Babel, & brachium
eius erit in Chaſdim. Ego, ego locutus ſum, etiã vocaui eũ, ad-
duxi eũ, & proſperabitur via eius. Appropinquate ad me, au-
dite, hoc: nõ à principio in abſcõdito [c] locutus ſum: à tẽpore
quo res euenit, ibi eram: & nũc dominus deus miſit me, & ſpi
ritus eius. Sic dixit dominus redemptor tuus ſanctus Iſrael E-
go dominus deus tuus, docens te, vt proſim tibi, faciens
D ambulare te in via per quam ambulas. Vtinam attendiſſes
ad mandata mea, & fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua
ſicut fluctus maris. Et fuiſſet veluti harena ſemen tuum, & filij
vteri tui ſicut lapilli eius. Non excideretur, & non diſſiparetur
nomen eius à facie mea. Egredimini de Babel, fugite à Chaſ-
dim, in voce clamoris annunciate, audire facite hoc, efferte il-
lud vſque ad extremum terræ. Dicite: redemit dominus ſeruũ
ſuum Iahacob. Non ſitierunt, per deſerta ambulare fecit eos,
aquas de petra fluere fecit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt a-
quæ. Non eſt pax (dixit dominus) impiis.

a & retruſa quę neſciebas.
Sup. 42. b. & 41. b. Apoc. 1. d.
b [redacted]
c [redacted]
Infra. 57. d.

¶ Chriſtus ad ſe adducturus omnes gentes, loquitur per prophetam, & de baptiſmo. CAP. XLIX.

A A Vdite inſulares me, & attendite populi de longe. Do-
minus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ me
morare fecit nomen meum. Et poſuit os meum, ſicut gladium
acutum, in vmbra manus ſuæ abſcondit me. Et poſuit me vt
ſagittam terſam, in pharetra ſua abſcondit me. Et dixit mihi,
ſeruus meus es tu Iſrael, qa in te gloriabor. Et ego dixi, in vacu
um [d] laboraui: Inaniter, & vane fortitudinẽ meã conſumpſi:
at iudiciũ meum eſt cum dño, & opus meũ cum deo meo. Et
B nunc dixit dñs formans me ex vtero ſeruũ ſibi: vt reducã Iaha
cob ad eũ, & Iſrael [e] non congregabit ſe: & glorioſus ero in o-
culis dñi, & deus meus fuit fortitudo mea. Et [f] dixit: leue eſt, vt
ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandum tribus Iahacob, & deſolatos Iſ-
rael ad conuertendũ: & dedi te in lucẽ gẽtium, vt ſis ſalus mea
vſq; ad extremũ terræ. Sic dixit dñs redẽptor Iſrael, ſanctus e-
C ius, ad contẽptibilem animã, ad abominatã gentem, ad ſeruũ
dominorũ: Reges videbunt, & ſurgent principes, & incurua-
bunt ſe propter dñm, quia fidelis eſt, ſanctũ Iſrael, & elegit te.
Sic dixit dñs: In tẽpore placito exaudiui te, [g] & in die ſalutis au
xiliatus ſum tibi: cõſeruabo te, & dabo te [h] in fœdus populi, ad
ſuſcitandũ terrã, ad hæreditare faciendũ hęreditates deſolatas.
Ad dicẽdũ vinctis: exite, & his q in tenebris [i] ſunt: manifeſtate
vos. Super vias paſcentur, & in omnibus locis excelſis erunt
paſcua eorum. Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet
eos æſtus, nec ſol: quia miſerator eorum ducet eos, & ad fon-
tes aquarum ducet eos. Et ponam in omnibus montibus me
D is viam, & ſemitæ meæ exaltabuntur. Ecce iſti à longinquo ve
nient, & ecce iſti ab aquilone, & occidente, & iſti de terra Sinis
Laudate cœli, & exulta terra, & cantate montes laudem: quia
conſolatus eſt dominus populum ſuum, & pauperum ſuo-

d fruſtra me torqueo nemine credẽte.
e ei.
f [redacted]
Apoc. 7. a.
g ſcilicet Iſraelem.
h id eſt, ut tibi ſit cum gentibus pax
i ſcilicet in Babylone.

E rum miſerebitur. Dixit Siion: Dereliquit me dominus, & dominus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſcetur mulier infantis ſui, vt non miſereatur filij vteri ſui? Etiam ſi iſtæ obliuiſcerent, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce [a] in manibus deſcripſi te: muri tui coram me ſunt ſemper. Accelerant qui te ædificēt: diſſipantes verò te, & deſtruentes te, à te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregauerunt ſe, venerūt tibi. Viuo ego dixit dominus, quia omnibus his velut ornamento veſties te: & ligabis eos, vt torques collo tuo tanquam ſponſa. Quia deſerta tua, & ſolitudines tuę, & terra deſtructionis tuæ, nunc arcta erit propter multitudinem habitatorum. & elongabunt ſe perdentes te. Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatum tuarum: Anguſtus eſt mihi locus: cede mihi, &

F habitabo. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos? cum fuerim ego orbata, & ſolitaria, demigrans, & recedens: & iſtos quis educauit? Ecce ego remāſi ſola, iſti vnde ſunt? Sic dixit dominus deus: Ecce leuabo ſuper gentes manum meam, & ſuper populos exaltabo vexillum meum: & afferent filios tuos in vlna, & filiæ tuæ ſuper humerum portabuntur. Et erunt reges nutricij [b] tui, & reginæ eorum nutrices tuæ. Proni in terra incuruabunt ſe tibi, & puluerem pedum tuorum lingent: & ſcies

G quòd ſum dominus, & quòd non pudore afficientur ſperantes in me. Nunquid tolletur à forti præda? & num captiuitas [c] iuſta euadet? Verè ſic dixit dominus: Etiam captiuitas fortis tolletur, & præda robuſti euadet: & iudices tuos iudicabo, & filios tuos ſeruabo. Et comedere faciam ſpoliantes te carnem ſuam, & tanquam muſto ſanguine ſuo inebriabunt ſe. Et ſciēt omnis caro quòd ego dominus ſeruo te, & quòd redemptor tuus eſt fortis Iahacob.

Infra.6.a. a in palmis meis ſculpſi te, ſcilicet ut ſis mihi ſemper in memoria.

b Hęc ad literam completa docent Ezra, Nehemias, Eſter, et Nabuchodonoſor, qui ſe Danieli incuruauit.

c Obiectio eſt cōtra prophetā. Nam qui iuſte erāt ob tanta facinora in captiuitatē ducti, non uidebantur a tam ualido hoſte liberandi.

¶ [redacted]

CAP. L.

A SIc dixit dominus: Quis eſt iſte liber repudij matris veſtræ, quam dimiſi? aut qui ſunt creditores mei, quibus vendidi vos? Ecce propter iniquitates veſtras venditi eſtis, & propter ſcelera veſtra deiecta eſt mater veſtra. Cur veni, & non erat quiſpiam: vocaui & non erat qui reſponderet? Nunquid abbreuiando abbreuiauit ſe manus mea à redemptione? nō eſt in me potentia ad eruendum? Ecce increpatione mea ſiccare faciam

B mare, ponam flumina in deſertum. Computreſcēt piſces eorum, eo quòd non eſt aqua, & morientur ſiti. Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum. Dominus deus dedit mihi linguam eruditorum, vt ſciam dicere tempore ſuo ſitibundo verbum. Excitabit ſingulo mane, excitabit inquam mihi aurem ad audiendum, [d] ſicut doctis. Dominus deus ape-

C ruit mihi aurem, & ego non fui rebellis, retrorſum non ſum reuerſus. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus: faciem meam non abſcondi ab ignominiis, et ſputo. Dominus autem deus auxiliabitur mihi, ideo nō erubui: ideo poſui faciem meam, vt ſilicem. Et noui quod nō pudore afficiar. Iuxta eſt qui iuſtificat me, quis contendet mecum? Stemus ſimul. Quis habet iudicium mecum? Accedat ad me. Ecce do-

D minus deus auxiliabitur mihi: quis eſt qui impium faciat me? Ecce omnes ipſi tanquam veſtimentum veteraſcent, & tinea comedet eos. Quis inter vos eſt timens dominum, audiat vocem ſerui ſui: qui ambulauit in tenebris, & ſine ſplendore, ſperet in nomine domini, & initatur deo ſuo. Ecce omnes vos accenditis ignem, & cingitis vos incendiis: ambulate in foco ignis veſtri, & in incendiis quæ ſuccendiſtis. De manu mea fuit hoc vobis, in dolore iacebitis.

Oſe.c.4. Infra.50.a.

Matt.16.g. d inſtar eruditorum diſcipulorum.

Pſal.101.d.

[redacted]

¶ Vocat dominus populum, cui glorioſam promittit eccleſiam, &c.

CAP. LI.

A AVdite me ſequentes iuſtitiam, quærentes dominum. Aſpicitę [e] ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad perforationem ciſternæ vnde eruti eſtis. Aſpicite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Sarah quæ concepit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Quia cōſolatus eſt dominus Siion, conſolatus eſt omnes deſolationes eius, & poſui deſertum eius tāquam delicias, & ſolitudinem eius veluti hortum dn̄i: Gaudiū & lætitia inuenieť in ea, gratiarū actio, & vox

B laudis. Attēdite ad me popule mi, & gens mea, me audite: quia lex [a] à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum quieſcere faciam. Propinqua eſt iuſtitia mea, egreſſa eſt ſalus mea, & brachia mea populos iudicabūt. Me inſulares expectabūt, & brachium meum expectabūt. Leuate in cœlum oculos veſtros, & videte terram deorſum. Cœli enim ſicut fumus deficient, & terra ſicut veſtimentum veteraſcet, & habitatores eius ſimiliter interibunt: ſalus autem mea in ſempiternum erit, & iu-

C ſtitia mea non conteretur. Audite me ſcientes iuſtitiam, populus in quorum corde eſt lex mea: ne timeatis opprobrium hominum, & opprobria eorum ne metuatis. Quia ſicut veſtimētum comedet eos tinea, & ſicut lanam deuorabit eos vermis. Iuſtitia autem mea in ſempiternum erit, & ſalus mea in generationem generationum. Suſcita te, ſuſcita te, indue te fortitudinem brachium domini. Suſcita te ſecundum dies antiquos, ſecundum generationes ſeculorum. Nōnne tu es brachium illud olim proſcindens ſuperbam Aegyptum, & conficiēs draconem? Nōnne tu exiccans mare, aquam voraginis magnæ?

D Ponens in profundo maris viam, vt tranſirent redempti? Et redempti igitur domini reuertentur, venient in Siion cum laude: & lętitia ſempiterna erit ſuper caput eorum. Gaudium, & lætitiam tenebunt, & fugient dolor, & gemitus. Ego, ego ipſe conſolor vos. Quæ es tu Siion, vt timeas ab homnine qui morietur: & à filio hominis, qui ſicut herba dabitur? Et oblitus es domini factoris tui, qui tendit cœlos, & fundat terram: &

E formidaſti iugiter tota die à furore affligentis, & qui [b] parat ſe ad corrumpendum. Et vbi eſt furor opprimentis? Feſtinauit ligatus, vt ſolueretur: & nō morietur quis in fouea, nec deficiet panis eius. Ego ſum dominus deus tuus, qui diuiſi mare, & perſonuerunt fluctus eius: Dominus exercituum nomen eius. Et poſui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantē cœlos, & fundē terrā, & dicā ad Siion: po-

F pulus meus es tu. Suſcita te, ſuſcita te, ſurge Ieruſalaim, quæ bibiſti de manu domini calicem furoris eius: fecem calicis anguſtiæ bibiſti, & expreſſiſti. Non eſt ductor ei ex omnibus filiis quos genuit, & non eſt qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis, quos enutriuit. Duo hæc eueniunt tibi, quis condolebit tibi? Vaſtitas & contritio, ſeu fames, & gladius: in quo cōſolabor te? Filij tui defecerunt, iacuerunt in capite omniū pla-

G tarum, ſicut bos ſylueſtris in reti, pleni furore domini, increpatione dei tui. Idcirco audi nūc hoc pauper, & ebria anguſtiis, & non vino. Sic dixit dominus tuus deus, & deus tuus iudicari faciet populum ſuum. Ecce tuli de manu tua calicem anguſtiæ, fecem calicis furoris mei. Non adiicies vt bibas illum vltrà. Et ponam illum in manu depopulantium te, qui dixerunt animæ tuæ: Incurua te, & ſuper te tranſibimus. Et tu poſuiſti corpus tuum quaſi terram, & ſicut plateam tranſeuntibus.

e ne ſcilicet deſperetis ob paucitatem.

a [redacted]

Infra.52.a. Supra.35.d.

b cum ille ſe diſponeret ad perdendum ſcilicet Aſſyrius. At ubi nunc eſt furor illius afflictoris? Feſtinat etiam migrare faciens, ſcilicet Cyrus, ad aperiri faciendum Babylonicos carceres.

¶ Excitatur eccleſia ad uirtutes, laudantur apoſtolici prædicatores deſcribitur Chriſti humilitas. CAP. LII.

A SVſcita te, ſuſcita te, indue te fortitudinem tuam Siion, induæ te veſtimenta gloriæ tuæ Ieruſalaim ciuitas ſancta: quia non adiiciet, vt veniat per te vltrà incircunciſus, & immundus. Excute te de puluere, ſurge, ſede Ieruſalaim: ſoluete à vinculis colli tui captiua filia Siion. Sic enim dixit dominus: Gratis venundati eſtis, & abſque argēto eritis redempti. Quia ſic dixit dominus deus: In Aegyptum deſcendit populus meus in princi-

B pio, vt peregrinareť ibi: & Aſſur pro nihilo oppeſſit eū. Et nunc [c] quid mihi hic dixit dn̄s: Quoniam ablatus eſt populus meus gratis: dn̄atores eius vlulare faciunt eum, dixit dn̄s, & iugiter tota die nomen meū ſpernitur. Propterea cognoſcet populus meus nomen meū: propterea inquā, in die illa, quia [d] ego ipſe qui loquebar ecce adſū, quàm pulchri ſunt ſuper mōtes pedes euāgelizātis, audire facientis pacē, euāgelizantis bonū, audire faciētis ſalutē, dicētis ad

C Siion: Regnauit deus tuus. Vox ſpeculatorū tuorū leuauerūt vocē, ſimul laudabūt, quia oculo ad oculū videbunt, cum conuerterit dominus Siion. Cātate, laudate ſimul deſerta Ieruſalaim, quia conſolatus eſt dominus populum ſuum, redemit Ieruſalaim. Denudauit dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutem dei noſtri. Recedite, recedite: exite inde, pollutum ne tangatis:

D exite de medio [a] eius: purificate vos qui fertis vaſa domini. Quia non cum feſtinatione exibitis, & cum fuga non ambulabitis: quia ambulat ante vos dominus, & congregat vos deus Iſrael. Ecce prudenter aget ſeruus [b] meus: exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Quemadmodum admirati ſunt ſuper te multi, [c] ſic corruptus eſt præ viro aſpectus eius, & forma eius præ filiis hominum: Sic rumor aſperget gentes multas: ſuper eum claudent reges os ſuum eò quòd viderit quod non fuerat narratum eis, & quod non audierant intellexerint.

c id eſt, in tertia hac Babyloniorum oppreſſione. Roma.10.c. d id eſt, me ideo melius tunc cognoſcent, quia experti erūt me uerum prædixiſſe et me ipſū tunc liberatū uidebunt. Supra.49.d. 2.Cor.6.a. Pſal.97.a. Roma.15.a.

a ſcilicet Babylonis.

b [redacted]

c [redacted]

A ¶ Prædicit Chriſti paſſionem. CAP. LIII.

QVis credidit [d] auditui noſtro, & brachiū domini cui reuelatum eſt? Et aſcendit ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra deſerti. Non eſt forma ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aſpectus, vt deſideraremus eum. Deſpectus eſt, & abiectus inter viros: vir dolorum, & expertus in firmitatē: & quaſi abſcōdebamus faciem ab eo: deſpectus erat, &

B non reputauimus eum. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portauit, & nos reputauimus eum plagatum, percuſſum à deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter [e] præuaricationes noſtras, attritus eſt propter iniquitates noſtras. Caſtigatio pro pace noſtra ſuper eum & liuor eius ſanitas fuit nobis. Omnes nos tanquam oues errauimus, vnuſquiſque ad viam ſuam conuerſi ſumus: & dominus peruenire fecit ad eum pœnam omnium noſtrum. Oppreſſus eſt, & afflictus eſt, & non aperiet os ſuum. Sicut agnus ad occiſionem ducetus, & ſicut ouis coram tondentibus eam obmuruit, & non aperiet os ſuum. De clauſura, & iudicio ſublatus eſt, & [f] generationem eius quis enarrabit? quoniā abſciſus eſt è terra viuētium, propter pręuaricationem populi mei, [g] plaga fuit ei. Et dedit cum impiis ſepulturam eius, & cum diuite inter mortuos ſuos: cum tamen non iniquitatem fecerit, nec dolus fuerit, in ore eius. Et dominus voluit conterere eum, ægrotare fecit. Si poſuerit ſeipſam pro delicto anima eius, videbit

D ſemen, prolongabit dies: & voluntas domini per manum eius proſperabitur. Propter laborem animæ ſuæ, videbit, & ſaturabitur. Scientia ſua iuſtificabit, iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates ipſorum ipſe portabit. Ideo partem dabo ei cum multis, & cum fortibus diuidet ſpolia: pro eo quòd effudit in mortem animam ſuam, & cum præuaricatoribus numeratus eſt: & ipſe peccatum multorum tulit, & pro præuaricatoribus orabit.

d [redacted]

e [redacted] ta occaſio prædicēdi paſſionem Chriſti cui ſoli conuenit horū uerborum ſublimitas & ueritas.

f euum. Nō enim filiorū generationē ſignificat hoc ſed euū, peregrinationē, uitę periodum.

g plaga exiſtente in eis.

A ¶ De Iehudæorum & gentium uocatione. CAP. LIIII.

LAuda ſterilis, quæ es vt mulier quæ non peperit: decanta laudem, exulta quæ es vt mulier quæ non parturiuit: quia plures ſunt filij [h] deſolatæ quam filij maritatæ, dixit dominus. Dilata locum tabernaculorū tuorum, & cortinas tentoriorū tuorum extendant: ne prohibeas: elonga funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad meridiem enim, & aquilonē dilatabis te, & ſemen tuū gentes hæreditate accipient, & ciuita-

B tes deſolatas inhabitare faciēt. Ne timeas, quia nō pudore afficieris, nō erubeſces, nec cōfunderis. Imo pudoris adoleſcētię tuę obliuiſceris, & opprobrij viduitatis tuæ nō recordaberis amplius. Quia [i] maritus tuus, factor tuus dn̄s exercituum nomē eius: & redemptor tuus ſanctus Iſrael, deus omnis terræ vocabitur. Quia ſicut mulierem derelictā, & derelictam ſpiritu vocauit te dominus, & vxorem adoleſcentiæ, quia repulſa fuiſti dixit deus tuus. Momento paruo dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento iræ abſcondi faciem meā, in [k] momēto à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redemptor tuus dominus. Quemadmodum in [l] diebus Noach hoc mihi eſt, cui iuraui quò non trāſirent aquæ Noach vltrà ſuper terram: ſic iuraui vt non iraſca-

C contra te nec increpē te. Montes enim mouebunt ſe, & colles nutabunt: miſericordia autem mea à te non recedet, & fœdus pacis meæ nō mouebit ſe, dixit miſerator tuus dominus. Paupercula, tempeſtate obruta, & conſolatione deſtituta, ecce ego colloco in carbunculo lapides tuos, et fundabo te in ſaphyris. Et ponam ex margaritis feneſtras tuas, & portas tuas ex lapidibus inſtar flammę rutilantibus, & omnem terminum tuum

D ex lapidibus deſiderabilibus. Et vniuerſi filij tui erunt docti à domino, & multiplicabit pacem filiorū tuorum. In iuſtitia fundaberis: elonga te ab oppreſſione, quia non timebis, & à contritione, quia non appropinquabit tibi. [m] Quia congregādo congregabit ſe, non ex me: quiſquis congregauerit ſe tecū contra te, cadet. Ecce ego creaui fabrum ſufflātem in igne prunas, & proferētem vas in opus ſuum: & ego creaui interfectorem ad diſperdendum. Omne vas quod fictum eſt contra te, nō proſperabitur: & omnem linguam quæ ſurget contra te in iudicio, condemnabis. Hæc eſt hæreditas ſeruorum domini, & iuſtitia eorum à me eſt, dixit dominus.

h id eſt plures habebis filios poſt deſolationē hāc Babylonicā, quam habueris tempore quo antea fuiſti marito iūcta.

i mariti tui factores, tui erūt, Deus zebaoth, & redēptor chriſtus. Chriſtū ſponſū agnoſcas, quę antea ſolū deū nouiſti. Imo & ſpiritum nouum, quæ antea fuiſti derelicta ſpiritu.

k Momētū vocat tempus multorū annorū captiuitatis.

l aquis

m Ecce uagans uagabiť abſque me: qui apud te uagabiť cōtra te, cadet.

¶ De baptiſmo & populo Chriſtiano. &c. CAP. LV.

A OVos omnes ſitientes, venite ad aquas, etiā qui non habet pecuniam: venite, emite & comedite: venite inquā, emite abſque argento & abſque precio vinū, & lac. Quare appenditis argentum non in pane, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audiendo me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtrā & ve-

B nite ad me. Audite, & viuet anima veſtra: & feriam vobiſcū pactum ſempiternum, miſericordias Dauid ſtabiles. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem, & præcipientem populis. Ecce gentem quam neſcies vocabis, & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current propter dn̄m deum tuum, & ſanctū Iſrael, quia glorificauit te. Quærite dn̄m, dum inuenitur: inuocate eum dum eſt propinquus. Derelinquat impius viam ſuam, &

C vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dn̄m & miſerebitur eius, & ad deum noſtrum, quoniā multiplicabit vt parcat. Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtrę, nec viæ veſtræ, vię meæ, dixit dn̄s. Quia ſicut altiores ſunt cœli quàm terra, ſic altiores ſunt viæ meæ quā viæ veſtrę, & cogitationes meæ quàm cogitationes veſtræ. Et quemadmodum deſcēdit imber, & nix de cœlo, & illuc non reuertitur, ſed inebriat terram,

D & generare facit eam, & germinare eam facit, & dabit ſemen ſerenti & panem comedēti: Sic erit verbū meū, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quod volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudēt manu. Pro ſpina alba aſcēdet abies, & pro vrtica aſcēdet myrthus: & erit dn̄o in nomē, in ſignum æternum, non delebitur.

Apoc.22.d.

¶ De ſabbato cuſtodiendo, & paſtoribus deuorantibus populum.

CAP. LVI.

A SIc dixit dominus: Cuſtodite iudiciū & facite iuſtitiā quia propinqua eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia mea, vt reuelet ſe. Beatus homo qui fecerit hoc, & filius hoīs qui apprehenderit hoc: qui cuſtodit ſabbatū, ne polluat illud, qui cuſtodit manum ſuam ne faciat omne malū. Et ne dicat filius alienigenæ, qui [n] adhæret dn̄o, dicendo: diuidēdo diuidet me dn̄s à populo

B ſuo: & ne dicat eunuchus, ecce ſū lignū aridū. Quia ſic dixit dn̄s eunuchis, qui ſeruabūt ſabbata mea, & eligēt quæ volui, & apprehendūt fœdus meū: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locū, & nomē melius quàm filiis, & filiabus, nomen ſempiternū dabo eis, quod non peribit. Filios aūt alienigenas, qui adhærēt dn̄o, vt miniſtrēt ei, & diligāt nomen dn̄i, vt ſint ei ſerui, oēm cuſtodientē ſabbatū, ne polluat illud, & tenētes fœdus meū: adducā ad montē ſanctū meum, & lætificabo eos in domo orationis

C meę: holocauſta eorum, & victimę eorum erunt ad beneplacitum ſuper altari meo: quia domus mea domus orationis vocabitur oībus populis. Ait dn̄s deus, qui congregat diſperſos

n id eſt, proſelytus in reditu a Babylone, ut apud Ezrā & Nehemiam, ubi & de ſabbato.

Sapiē.3.d. Supra.29. Matt.11.b. Marc.21.b. Lucæ.19.g.

Iſrael: adhuc congregabo ſuper eum congregatos eius. D Omẽs [a] beſtiæ agri venite ad deuorandum, omnes beſtiæ ſyluæ. Speculatores eius cæci, vniuerſi ipſi neſciuerũt: vniuerſi ipſi canes muti qui nõ volẽt latrare, dormitãtes, dormiẽtes, diligẽtes dormitare. Et canes illi animo feroces neſciunt ſaturitatem, & paſtores ipſi neſciunt intelligere: vniuerſi ipſi ad viam ſuam, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo eius. Venite inquiunt ſumamus vinum, & inebriemus ſechar: & erit ſecundum hunc diem cras, vel maior erit valde.

a Antiochi ſeculo iterum diſgregantur qui erãt congregati.

¶ Liberatus populus denuo lapſus increpatur.

CAP. LVII.

A IVſtus perit, & non eſt quiſquam qui ponat ſuper cor: & [b] viri miſericordes congregantur, & non eſt qui intelligat. [c] Quia propter malum mundo venturum congregatur iuſtus. Ingredietur in pace requieſcent in cubilibus ſuis, qui ambulauerit coram eo. Et vos accedite huc filij præſtigioſi, ſemẽ adulterum, quorum mater fornicata eſt. Super quo oblectati eſtis? contra quem dilataſtis os, & prolongaſtis lingam? Nonne eſtis filij præuaricatores, ſemen mendax? Coeuntes cũ diis ſub omni ligno viridi, immolantes paruulos in torrentibus, [d] ſubter eminentes petras. In partibus torrentis pars tua. Ipſi ipſi ſunt ſors tua, etiã ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium. Nunquid ſuper his conſolationem accipiam? Super montem excelſum & eleuatum poſuiſti cubile tuum, etiam illuc aſcendiſti ad immolandum victimam. B Et [e] poſt oſtium, & poſtem poſuiſti ſuffitum tuum: quia à me prohibita diſcooperuiſti teipſam, & aſcendiſti excelſa, dilataſti cubile tuum, & pepigiſti pactum cum eis, dilexiſti cubile eorum, in loco quẽ vidiſti. Et [f] munera detuliſti regi cum oleo, & multiplicaſti pigmenta tua: & miſiſti legatos tuos procul, & humiliaſti teipſam vſq; ad inferos. In multitudine viæ tuæ laboraſti, [g] nec dixiſti, deſperatũ eſt. Requiem virium tuarum inueniſti, propterea nõ ægrotaſti. Et quem formidaſti & timuiſti, q; ſic mentita es? & C mei non es recordata, nec poſuiſti ſuper cor tuum: anne ego taceam? & à ſeculo, & me non timuiſti? Ego annunciabo iuſtitiã tuam, & opera tua, et non proderunt tibi. Cũ clamaueris, liberent te collegia tua, Et omnes eos tollet ventus, tollet vanitas. Qui autem ſperat in me, hæreditate capiet terram, & poſſidebit montem ſanctum meum. Dicetq; eleuate, [h] eleuate viam, D mundate viam, tollite offendiculum de via populi mei. Quia ſic dixit excelſus, & ſublimis, habitãs in ſeculum, & ſanctum eſt nomen eius: in excelſo, & ſancto habitabo: & cum [i] contrito, & humili ſpiritu, vt viuificem ſpiritum humiliũ, & viuificem cor contritorum. Non enim in ſempiternum litigabo, nec in ſeculum iraſcar: quia ſpiritus qui eſt à facie mea induet corpus & ſpiracula ego feci. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum abſcondendo faciem meã: & iratus ſum, & abiit rebellis per viam cordis ſui. Vias eius vidi, & ſanaui eum, & requieſcere feci eum, & reddidi conſolationes ei, & lugentibus eius. Creans ſermone labiorum, pacem pacem, longinquo, & propinquo, dixit dominus: Et ſanaui eum. Impij autem ſunt veluti mare impulſum: nam quieſcere non poteſt, & impellunt ſe aquæ eius cœno, & luto. Non eſt pax, dixit deus impiis.

b inſignes pietate viri euerruntur, quaſi a cumulatoribus expilati.
c A facie enim malitiæ expilatur iuſtus. Venit ille pacificus recũbũt illi in cubiculis ſuis ambulat ille in rectitudine ſua illis ſcilicet maliciam cogitãtibus.
d ſub angulis arcium.
e in conclauibus poſuiſti memoriale myſteriorũ tuorum.
f cantaſti regi in oleo.
g nec cogitaſti dicendo: peruerſe agitur.
h cõplanate
i deteſtatur iam lapideũ templũ, ut. c. 66.

¶ Inuehitur in hypocritica ieiunia. CAP. LVIII.

A CLama in gutture. Ne prohibeas clamorem, tanquam tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo meo præuaricationem eorum, & domui Iahacob peccata eorum. Et me per ſingulos dies quærent, & ſcire vias meas volent, veluti gens quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium dei ſui, non dereliquerit. Interrogabunt me iudicia iuſtitiæ, appropinquationem dei volent. Vt quid [i] inquiunt ieiunauimus, & non vidiſti? affliximus animam noſtram, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitis quod vultis, & omnes ſubſtantias veſtras repetitis. Ecce ad lites, & contentionem ieiunatis, & ad percutiendũ pugno impiè. Non ieiunetis ſicut die hac, vt audire faciatis in B excelſo vocem veſtram. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem vt affligat homo animam ſuam? nunquid vt curuet ſicut iuncum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternat? Nunquid iſtud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc eſt ieiunium quod elegi? Vt ſoluas colligationes impietatis, [a] ſoluas faſciculos iugi: & dimittas confractos liberos, & omne iugum diſrumpatis? Nonne vt frangas eſurienti panem tuum, & pauperes vagos introducas in domum? C Cum videris nudum, operi eum, & à carne tua non abſcondas te. Tunc erumpet veluti aurora lumen tuum, & ſanitas tua cito germinabit, & ibit coram te iuſtitia tua. Gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adſum. Si remoueris de medio tui iugum, vt non mittas digitum in rem alienam, nec loquaris iniquitatem. Et ſi protuleris famelico [b] animam tuam, & animã afflictam ſaturaueris: orietur in tenebris lux tua, & caligo tua, erit ſicut meridies. Et ducet te dominus ſemper, & ſaturari faciet [c] in ſiccitatibus animam tuam, & oſſa tua impinguabit: & eris veluti hortus irriguus, & ſicut ſcaturigo aquarum cuius non deficiunt aquæ. Et ædificabuntur à te deſerta ſeculi, fundamenta generationis & generationis ſtare facies: & vocaberis D ſepiens fracturam, reuerti facies ſemitas ad habitandum. Si redire feceris à ſabbato pedes tuos, vt non facies voluntates tuas in die ſancto meo: & vocaueris ſabbatum delicias, ſanctum domini glorioſum: & glorificaueris eum, vt nõ facias vias tuas, neque inueniatur voluntas tua, neque loquaris verbum ſecundum voluntatem tuam: Tunc delectaberis in domino, & equitare faciam te ſuper excelſã terræ, & comedere faciam te hæreditatem Iahacob patris tui, quia os domini locutum eſt.

i Pharïſaicũ ſupercilium.
a tollas aggregationes oneris:
b id eſt, piũ affectũ tuũ.
c id eſt tempore ſterilitatis.

¶ Dominus ad ſaluandum potens, ad audiendum facilis.

CAP. LIX.

A ECce [d] non eſt abbreuiata manus domini, vt non ſeruare poſſit: nec aggrauauit ſe auris eius, vt non audiat. Sed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & deum veſtrum: & peccata veſtra abſcondere fecerunt faciem à vobis, vt non audiat. Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia veſtra locuta ſunt mendacium, lingua veſtra iniquitatem fatur. Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neque eſt iudex in veritate: cõfitendo ſuper nihili, & loquẽdo vanitatem, concipiendo peruerſitatem, & pariendo iniquitatem. Oua aſpidis ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de B ouis eorum morietur: & [e] quod factum eſt, erumpet in regulum. Telæ etiam eorum non erunt pro veſtimento, nec tegentur operibus ſuis. Opera eorum opera [f] iniquitatis, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum current & feſtinabunt, vt effundant ſanguinẽ innocentẽ. Cogitationes eorum cogitationes iniquæ, vaſtitas & cõtritio in viis eorũ. Viam pacis non cognouerunt, & non eſt iudiciũ in viis eorũ. Semitæ eorũ incuruatæ ſunt eis. Omis qui calcat in ea, neſciet pacem. Propterea elongauit ſe iudiciũ à nobis, & non apprehẽdit nos iuſtitia. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: ſplendores, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut cæci parietem, & veluti abſq; oculis attrectauimus. C Impegimus meridie, vt in obſcuritatis crepuſculo: in [g] ſepulchris fuimus, ſicut mortui Clamauimus ſicut vrſi omnes nos, & tanquam columbæ gemendo gemuimus: expectauimus iudiciũ, & non eſt: ſalutem, & elongauit ſe à nobis. Multiplicatæ ſunt eñ præuaricationes noſtræ coram te, & peccata noſtra teſtificata ſunt contra nos: quia iniquitates noſtræ nobiſcum ſunt, & iniquitates noſtras cognouimus. [h] Præuaricari, & mentiri in dominum, & retrocedere à deo noſtro: loqui calũniam, & peruerſitatem concipere, & loqui de corde verba mendacia. Et reuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia à longe ſtetit: quia impegit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et veritas defecit: & [i] receſſit à malo, ac ſi fuiſſet direpta. D Et vidit dominus, & diſplicuit in oculis eius, quia non erat iudicium. Et vidit quòd non eſſet quiſpiam, & [k] admiratus eſt.

d licet iterũ totus populꝰ ã uia dei receſſerit.
e fracto aſpidis ouo iterũ producitur aſpis, ſicut uos iniqui parturitis iniquitatem.
f uanitatis.
g peccatis deſolationis.
h Præuaricã do, mentiẽdo & c.
i recedẽs a malo, prædæ ſeipſum exponet.
k mirũ, qđ poſt tãta dei opera ne unus quidem populo ſuper fuerit, qui integrã ſeruarit ueritatis uiã: ut. c. 64.



tus eſt. quòd non eſſet qui oraret: ideo ſalutem ſibi fecit brachium ipſius, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum. Et induit ſe iuſtitiam ſicut loricam, & galeam ſalutis in capite ſuo: & induit ſe veſtimenta vltionis veſtem, & induit ſe ſicut pallium zelum. Sicut vir zelat retributiones, ſicut zelat vt reddat iram hoſtibus ſuis, retributionẽ inimicis ſuis: inſularibus retributionem reddet. Et timebunt ab occidente nomen dñi, & ab ortu ſolis gloriam eius: cum venerit veluti fluuius hoſtis, ſpiritus domini fugabit eum. Et veniet ad Siion redẽptor, & ad redeuntes ab iniquitate in Iahacob, dixit dñs. Et hoc pactum meũ, quod ego pangã cum eis dixit dñs. Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dixit dominus ex hoc tempore, & vſque in ſeculum.

¶ Recapitulatione quadam deſcribit nouam Ieruſalem.

CAP. LX.

A SVrge [a] illuminare, quia venit lumen tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebræ operiẽt terram, & caligo populos. Super te autem orietur dominꝰ, & gloria eius ſuper te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes ipſi congregauerunt ſe, venerunt ad te: filij tui de longe venient, & filiæ tuæ iuxta latus nutrientur. Tunc videbis, & inundabis, obſtupeſcet, & dilatabitur cor tuum: B quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerint tibi. Multitudo camelorum operiet te, pulli camelorum Midian, & Ephah. Omnes ipſi de Seba [b] veniãt, aurum, & thus deferent, & laudes domini annunciabunt. Omia pecora Chedar congregabunt ſe tibi, & arietes Nebaioth miniſtrabunt tibi. Aſcendent ſuper bene gratum altare meum, & domum gloriæ meæ glorificabo. Quæ ſunt cõgregationes iſtæ quæ vt nubes volabunt, & ſicut columbæ ad feneſtras ſuas? Me eñ inſulares expectabunt & ſicut naues Tarſis in principio, vt adducãt filios tuos de longinquo. Argentum eorũ, & aurum eorum cum eis, nomini domini dei tui, & ſancto Iſrael, quia glorificauit te. Et ædificabunt filij alienigenæ muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi: in ira enim mea percuſſi te, & voluntate mea miſertus ſum tui. Et aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferat ad te fortitudinem gentium, & reges eorum ducantur. Gentes enim & C regnum quæ non ſeruierit tibi, peribunt: & gentes vaſtando vaſtabuntur. Gloria Lebanon ad te veniet, abies, & buxus, & pinus ſimul, ad glorificandum locum ſanctuarij mei, & locum pedum meorum glorificabo. Et pergent ad te humiliando ſe filij affligentium te, & incuruabunt ſe ſuper plantas pedum tuorum omnes qui ſpernebant te: & vocabunt te ciuitatem domini Siion ſancti Iſrael. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & exoſa, & non erat qui trãſiret, ponam te in gloriam ſeculi, gaudium generationis, & generationis. Et ſuges lac gentium, & mamillã regum lactaberis: & ſcies quòd ſum dominus qui ſeruo te, redemptor tuus fortis Iahacob. Pro ære afferam aurũ, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus fer D rum: & ponam oppreſſionem tuam pacem, & exactionem tuam iuſtitiam. Et non audietur vltrà [c] rapina in terra tua, vaſtitas, & contritio in terminis tuis: & vocabis ſalutem muros tuos, & portas tuas laudem. Non erit tibi amplius ſol in lucem per diem, & ſplendor lunæ non illuminabit te: ſed erit tibi dominus in lucem ſempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltrà ſol tuus, & luna tua non deficiet: quia dominus erit tibi in lucem ſempiternã, & finiẽtur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes erunt iuſti, in ſeculum hæreditate accipient terram: virgultum plantationis meæ, opus manuum mearum, vt glorificer. Parua familia erit in mille, & parua familia erit in gentem fortem: ego dominus in tempore ſuo accelerare faciam illud.

a id eſt, ædificare ô Ieruſalem.
b [redacted] ad Chriſti eccleſiam myſtice referenda.
c iniqua exactio.

¶ In perſona Chriſti loquitur propheta.

CAP. LXI.

A SPiritus domini dei ſuper me: eapropter vnxit me dominus ad annunciandum manſuetis: miſit me, vt oblinirem contritos corde, vt prædicarem captiuis libertatem, & vinctis apertionem carceris. Vt prædicarem annum voluntatis domino, & diem vltionis deo noſtro, vt conſolarer omnes lugentes. Vt ponerem lugentibus in Siion, & darem eis gloriã B pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu ſtricto: & vocarem eos arbores iuſtitiæ, plantationem domini ad glorificationẽ. Et ædificabunt deſolationes ſeculi, ſolitudines antiquas erigent, & innouabunt ciuitates ſolitudinis, deſerta generationis, & generationis. Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra, & filij alienigenæ erunt agricolæ veſtri, & vinitores veſtri. Et vos ſacerdotes domini vocabimini, miniſtri dei noſtri, dicetur vobis: opes gẽtium comedetis, & in gloria C eorum exaltabimini. [a] Pro pudore veſtro duplici, & ignominia laudabunt partem eorum: ideo in terra eorũ duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis. Quia ego dominus diligo iudicium, odio habeo rapinam in holocauſtum: & dabo opꝰ eorum in veritate, & fœdus ſempiternum feriam cum eis. Et ſcietur in gentibus ſemen eorum, & filij eorũ in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoſcent eos, quia ipſi ſunt D ſemen cui benedixit dominus. Gaudendo gaudebo in domino, exultabit anima mea in deo meo: quia induere me fecit veſtimentis ſalutis, pallio iuſtitiæ induere fecit me: tanquam ſponſum [b] magnificabit gloriam, & tanquam ſponſam [c] ornabit vaſa ſua. Quia ſicut terra proferet germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinare faciet, ſic dominus deus germinare faciet iuſtitiam, & laudem coram vniuerſis gentibus.

a Gloria inquam ad pudorem ueſtrũ duplicata & loco ignominiæ extollẽt portionẽ eorum.
b ornabit ſacerdotali decore.
c quę ornatẽ monilibus ſuis.

¶ Prænunciat nouam Ieruſalem. CAP. LXII.

A PRopter Siion nõ tacebo, & propter Ieruſalaim nõ quieſcam, donec egrediatur, vt ſplendor iuſtitia eius, & ſalus eius, vt lampas accendat ſe. Et videbunt gentes iuſtitiam tuã, & cuncti reges gloriam tuam. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini declarabit. Et eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. Non dicetur tibi vltrà, derelicta, & terræ tuæ non dicetur amplius, deſolata. B Sed [d] vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua habitata: quia cõplacuit dñs in te, & terra tua [e] erit habitata. Habitabitur eñ vt iuuenis cum virgine, inhabitabunt te filij tui: & vt eſt gaudium ſponſo ſuper ſponſam, ſic gaudebit ſuper te deus tuus. Super muros tuos Ieruſalaim conſtitui cuſtodes, tota die & C tota nocte iugiter non tacebunt: qui reminiſci facitis domini, ne ſilentium ſit vobis. Ne detis ſilentium ei donec ſtabiliat, & donec ponat Ieruſalaim laudem in terra. Iurauit dominus per dexterã ſuam, & per brachiũ fortitudinis ſuæ, ſi dedero triticũ tuum vltrà in cibum inimicis tuis, & ſi biberint filij alieni vinum tuum in quo laboraſti. Sed congregantes illud, comedẽt illud, & laudabunt dominum: & colligentes illud bibent illud D in atriis ſanctitatis meæ. Tranſite, tranſite per portas, expurgate viã populi [f] eleuate, eleuate ſemitam, remouete lapides, attollite vexillum ſuper populos. Ecce dominus audire facit ad extremũ terræ. Dicite filiæ Siion: Ecce ſalus tua venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populum ſanctitatis, redemptos à domino: & tu vocaberis, quæſita ciuitas non derelicta.

d tibi uocabitur nomen beneplacitum meũ in ea & terræ tuæ uocabitur nomen maritata.
e maritabitur. Sicut maritat iuuenis uirginem maritabunt te filij tui. reiectis. ſ. alienigenis uxoribus, ut in Ezræ & Nehemię hiſtoria: ubi & de muri cuſtodibus iuxta literam.
Supra. 40. c. Zach. 9. b. Matth. 21. a.
f complanate cõplanate.

¶ Triumphus Chriſti ab Idumæis, aduerſariis Iahacob expoſtulatio prophetæ. CAP. LXIII.

A QVis eſt iſte q; venit de Edõ, rubeas veſtes habẽs de Boſrah? iſte formoſus in ſtola ſua, [g] feſtinus in multitudine potentiæ ſuæ? ego loquens in iuſtitia, magnus ad ſeruandum. Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantis in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de populis non eſt quiſquam mecum: & calcabo eos in furore meo, & conculcabo eos in ira mea, & aſperſi ſanguinem eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Di-

g [redacted]

es enim vltionis in corde meo, annus redemptorum meorũ venit. Et aſpexi, & non erat auxiliator, admiratus ſum, & non erat qui fulciret: & ſaluauit mihi brachium meum, & iuſtitia mea ipſa fulciuit me, Et conculcabo populos in furore meo, & inebriabo eos in ira mea, & deſcẽdere faciam in terram fortitudinem eorum.[a] Miſerationes domini memorare faciam, laudes domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis dominus: & multitudinem boni domui Iſrael, quod reddidit eis ſecudũ miſericordiam ſuam, & ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum. Et dixit:[b] Verè populus meus ſunt, filij qui non

a loquitur propheta.

b ſcilicet dominus.

C mentientur: & factus eſt eis ſaluator. In omni anguſtia eorum ei fuit anguſtia, & angelus faciei eius ſaluos fecit eos: propter dilectionem ſuam, & indulgentiam ſuam ipſe redemit eos: tulit eos, & portauit cunctis diebus ſeculi. Ipſi autem rebelles fuerunt, & iraſci fecerunt ſpiritum ſanctitatis eius: & effectus eſt eis inimicus, ipſe pugnauit contra eos. Et [c] recordatus eſt dierum ſeculi Moſeh, & populi ſui: Vbi[d] eſt qui aſcendere fecit eos de mari, cum paſtoribus gregis ſui? Vbi eſt qui poſuit in medio eius ſpiritum ſanctitatis ſuæ? Qui ambulare eos fecit ad dexteram Moſeh, brachio gloriæ ſuæ? qui ſcidit aquas ante eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum? Qui ambulare fecit eos per abyſſos, ſicut equus ambulabat per deſertum, nec impegerũt:

c ad memoriã reduxit.

d Cũ deus ad memoriã reduceret priora, ad eum propheta ita exclamat: Vbi?

Deute.26.d. Baruc.2.d.

D Veluti animal per vallem deſcendens, quem ſpiritus domini quietè ducit: ſic duxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Aſpice è cœlo, & vide de habitaculo ſanctitatis tuæ, & gloriæ tuæ: vbi ſunt zelus tuus, & fortitudines tuæ, multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? mihi continuerunt [e] ſe? Tu enim pater noſter: quia Abraham neſciuit nos, & Iſrael non agnouit nos. Tu domine pater noſter, redẽptor noſter: à ſeculo eſt nomen tuum. Quare errare nos feciſti dñe de viis tuis, indurare feciſti cor noſtrum à timore tuo. Conuertere ptopter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuę. Ad breue tempus poſſederunt terram populus ſanctitatis tuæ: hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam. Nos fuimus tui à ſeculo tu, non dominatus es eorum, nec inuocatũ eſt nomen tuum ſuper eos: vtinam diſrumperes cœlos, deſcẽderes, & ſicut olim à facie tua montes defluerent.

e Vim ne ſibi fecerunt erga me? ſcilicet cohibitę ne deſcendãt ad me.

¶ Pergit propheta alloqui deum ſpectans præuaricatores & templum deſtructum. CAP. LXIIII.

A INſtar inflamantis ignis[f] efferuentes aquas erat deflagratio ignis tui, ad manifeſtandum nomen tuum hoſtibus tuis. A facie tua gentes formidabant. Cũ faceres terribilia, non ſperabamus: deſcendiſti, à facie tua montes defluxerunt. Et à ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculis nõ vidit deum præter te, qui ita faciat expectanti ipſum. Occurriſti

f diſſolutas aquas, id eſt, populos. Pſal.78.b.

B gaudenti in te, & facienti iuſtitiam: in viis tuis illi recordabantur tui. Ecce, te irato, & nobis peccantibus, in eis ſeculum perſiſtebat, & nos ſaluabamur. At nunc facti ſumus vt pollutio omnes nos, & tanquam veſtimẽtum in quinatum omnes iuſtitiæ noſtræ: & decidimus veluti folium omnes nos, & iniquitates noſtræ tanquam ventus abſtulerunt nos. Et[g] non eſt qui inuocet nomen tuum, qui excitet ſe ad apprehendendum

1.Cor.2.c.

g Non eſt iuſtus ne un⁹ quidem Ro.3.&.8.c.39. &.Mich.7.

C te. Abſcondiſti enim faciem tuam à nobis, & languidos nos feciſti, propter manum iniquitatũ noſtrarum. Et nunc domine, pater noſter es tu: nos lutum, & tu fictor noſter, & opus man⁹ tuæ omnes nos. Ne iraſcaris domine vſque valde, & ne in ſeculum memineris iniquitatis: ecce, reſpice quæſo, populus tuus

D ſumus omnes nos. Ciuitates ſanctitatis tuæ fuerũt vt deſertũ, Siion vt deſertum fuit, Ieruſalaim deſolata. Domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, in qua laudauerunt te patres noſtri, fuit in exultationem ignis, & omne deſiderabile noſtrum fuit in deſolationem. Nunquid ſuper his continebis te domine, tacebis, & affliges nos vſque valde?

h id eſt, nonũ populum etiam in me nõ cogitãtẽ a Babylone reducã: hos uero peccatis ĩueteratos perire ſinam.

¶ Reſpondet deus, infelicitas nouæ Ieruſalaim. CAP. LXV.

A OBuius factus ſum iis qui non interrogauerant, inuẽtus ab iis qui[h] nõ quęſierant me: dixique: ecce ego, ecce ego, ad gentẽ que non inuocauerat nomen meũ. Expandi enim manus meas tota die ad populum declinantẽ, qui gradiũtur per viã non bonam, poſt cogitationes ſuas. Populus qui iraſci faciunt me coram me ſemper: ſacrificant in hortis & ſuffire faciunt ſuper dealbatos lateres. Qui manent in ſepulchris, & in deſertis pernoctant: qui comedunt carnem ſuilam, & ius prophanatorum eſt in vaſis ſuis. Qui dicunt: ſta apud te, ne appropinques

B mihi, quia ſanctior ſum te. Iſti fumus in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce ſcriptum eſt coram me: nõ tacebo, ſed reddam, & reddam in ſinu eorum. Iniquitates [a] veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum [b] reddam ſimul dixit dominus: nam ſuffiuerũt illi ſuper montes, & ſuper colles probris affecerũt me: & remetiar opus eorum primum in ſinum eorũ. Sic dixit dñs: Quẽadmodum cum inuenitur muſtũ in botro, & dicit quis, ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt in illo? ſic faciam propter ſeruos meos, vt non diſperdam totum. Et educam de Iahacob ſemen, & de Iehudah hæreditate accipientem montes meos: & hæreditate accipient eam electi mei, & ſerui mei habitabũt ibi. Et erit [c] planicies habitaculum pecorũ, & vallis Nachor, locus accubitus armentorum populo meo qui requiſierunt me. Vos autẽ qui derelinquitis dominum, qui obliuiſcimini montis ſanctitatis meæ:[d] qui paratis militiæ cœli menſam,

a ueſtræ

b in idem redeunt. nã perinde eſt, ſi in hoc uel illud latus a recta uia deuies.

Prou.1.c. Iere.7.c.

C qui impleris planetis libamen. Numeraboque vos gladio, & oẽs vos iugulationi incuruabitis vos eo, quod vocaui, & nõ reſpõdiſtis, locutus ſum, & non audiſtis: & feciſtis malũ in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis. Propterea ſic dixit dominus deus: Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibẽt & vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur, & vos pudore afficiemini. Ecce ſerui mei clamabunt præ iocũditate cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Et dimittetis nomen veſtrum in execrationẽ electis meis, & interficiet vos dñs deus: & ſeruos ſuos vocabit nomine alio. Qui benedicit ſe in terra, benedicet ſe in deo Amen. Et qui iurat in terra, iurabit in deo Amen: quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores, & quia abſcondẽt ſe ab oculis meis.

c Saron. nomen proprium loci paſcuoli pro ouibus, ſicut Nachor pro bobus. Carnalis enim populus in his rebus felicitatem cõſtituebat.

d diſponẽtes exercitui cõmeatum & complẽtes uni modum iuxta numerũ militũ: Numerabo quoque uos in gladio.

D Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terrã nouam: & non memorabuntur priores, nec aſcendent ſuper cor. Sed gaudete & exultate in ſeculum ſeculi in his quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ieruſalaim exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Ieruſalaim, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea vltrà vox fletus, & vox clamoris. Non erit tunc vltrà infans dierum, neque ſenex, qui non impleuerit dies ſuos. Quoniam puer centenarius morietur, & peccator centenarius maledicetur. Et ædificabunt domos, & habitabunt, & plantabunt vineas, & comedent fructum earum. Non ædificabunt, & alius habitabit, nõ plantabunt, & ali⁹ comedet: ſecundũ enim dies durationis arboris, erunt dies populi mei, & opus manuum ſuarum inueterabunt electi mei. Non laborabunt inuacuum, nec generabunt cum terrore, quia ſemen benedictorum à domino ſunt, & filij eorum cum eis. Et erit, antequam clamẽt, exaudiam: adhuc ipſis loquentibus, audiam. Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo ſicut bos comedet paleam, & ſerpenti puluis panis erit: non nocebunt, nec occident in omni monte ſanctitatis meæ, dixit dominus.

Supra.11.b.

¶ Materialis templi & carnalis ſacrificij reprobatio, nouæ Ieruſalaim felicitas, iudicium domini per ſecundum aduentum.

CAP. LXVI.

A SIc dixit dominus: cœlum & ſolium meum, & terra ſcabellum pedum meorum: vbi igitur domus iſta quam ædificabitis mihi, & vbi locus ille quietis meæ? Omnia etiam hæc manus mea fecit, & fuerunt omnia hæc antequã eſſet templũ, dixit dominus. Et cum toto hoc ad afflictum ipſum ego potius ſpecto ad cõtritũ ſpiritu, & trementem ſuper verbũ meũ. [e] Qui immolat bouẽ eſt ac ſi interficeret virũ, qui immolat pec⁹ perinde eſt ac ſi deceruicaret canem, qui offert oblationem eſt ac ſi offerret ſanguinẽ ſuillũ, qui ſuffire facit thus eſt ac ſi bñdiceret idolo: etiam hæc elegerunt in viis ſuis, & abominationibus ſuis

Act.7.

e Hęc eſt ultima ratio improbationis lapidei templi. Nõ ſolũ enim predictis rationibus in ſpiritu erit uerũ dei templũ ſed etiã hac quod abominationẽ in iſto uos faciatis.



bus ſuis anima eorum delectata eſt. Vnde & ego eligam illuſiones eorum, & quæ timent adducam eis, eò quòd vocaui, &

B non erat qui reſponderet, locutus ſum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerũt fratres veſtri odio habentes vos, abominantes vos propter nomen meum:[a] glorificet dominus: at conſpicietur in lætitia veſtra, & ipſi pudore afficientur. Vox ſonitus de ciuitate, vox de [b] templo, vox domini reddentis retributionem inimicis ſuis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret dolor ei, peperit maſculum. Quis audiuit tale, & quis vidit huic ſimilia? nunquid parta eſt terra die vna? num parietur gens vice vna? quia parturiuit, etiam peperit Siion filios ſuos. Num mulierem venire faciam ad partum, & non parere faciam, dixit dominus? Nũ ego qui generare facio, [c] ero prohibitus, dixit deus tuus? Lætamini cum Ieruſalaim, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugetis ſuper eam. Vt ſcilicet ſugatis, & ſaturemini ab vbere conſolationum eius: vt mulgeatis, & delectemini propter ſplendorem gloriæ eius. Sic

a grauis erit dominus .ſ. ſi tẽplũ iterũ dilaceret.

b Calamitas templi ſecũdi ubi antequã naſcerentur, in chriſto, abortiui per Antiochum facti ſunt. Innumera deinde multitudo eſt; repente Chriſto nata celeſti generatione. Quę omnia docet Zacharias.

C enim dixit dominus: Ecce ego declino ad eam tanquã fluuiũ, pacẽ, & tanquam torrentẽ inũdantẽ, gloriã gentium, & ſugetis: ſuper latus portabimini, & ſuper genua riſu afficiemini. Sicut vir quẽ mater ſua conſolatur, ſic ego cõſolabor vos, & in Ieruſalaim cõſolationẽ acipietis. Et videbitis, et gaudebit cor veſtrũ,

c ero cõcluſus ut mihi filios non generem?

D & oſſa veſtra tanquã herba germinabunt: & cognoſcetur manus dñi erga ſeruos ſuos, & iraſcetur inimicis ſuis. Quia ecce dominus in igne veniet, & tanquam turbo quadrigæ eius, vt reddat in ira furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis. Quia in igne dominus iudicabit, & in gladio ſuo omnem carnem: & multi erunt interfecti à domino. Qui ſanctificant ſe, & qui purificant ſe in hortis [d] poſt peculiarem in medio: comedentes carnem ſuillam, abominationem, & murem: ſimul conſumentur, dixit dominus. Et ego viſitabo opera eorum, & cogitationes eorum, quando veniet tempus, vt cõgregem omnes gentes, & linguas, & venient, & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui euaſerint, ad

d unus poſt unum in medio, id eſt, tres ordine ſiti. quibus conferuntur porcus abominatio & mus.

E gentes Tarſis, Pul, & Lud, trahentes arcum, Tubal, et Iauan, ad inſulas longinquas, quæ non audierũt auditum meum, & nõ viderunt gloriam meam: & annunciabunt gloriam meam in gentibus. Et adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus

F donum domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalaim dixit dominus: quemadmodum cum adducunt filij Iſrael munus in vaſe mundo, in domum domini. Et etiam ex eis aſſumã in ſacerdotes, & in Leuitas, dixit dominus. Quia ſicut cœli noui & terra noua, quos ego facio, ſtant coram me, dixit dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum. Et [e] erit de menſe in menſem eius, & de ſabbato in ſabbatum eius: veniet atque omnis caro, vt incuruet ſe coram me, dixit dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum præuaricantium in me: quoniam vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur, & erunt [e] opprobrium omni carni.

d erit exuberantia mẽſis in menſe ſuo & exuberãtia ſabbati in ſabbato ſuo, ideſt, tãta erit redũdantia ut nõ ſolum anno nec menſi nec diei cõſetur quod deſit.

e nauſea

FINIS.

# LIBER Irmeiahu, interprete Sante Panigno, Lucenſi.

¶ Sanctificatur, mittiturque Irmeiahu ad prophetandum.

CAPVT I.

A VERBA IRMEIAHV filij Chilchiiahu de ſacerdotibus qui fuerum in Hanathoth in terra Biniamin. Quod fuit verbum domini ad eum in diebus Ioſiiahu filij Amon regis Iehudah, tertiodecimo anno quo regnauit. Et fuit in dieb⁹ Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah, vſque ad conſummationem vndecimi anni.[a] Sidchiiahu filij Ioſiiahu regis Iehudah, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalaim in menſe quinto. Et fuit verbum domini ad me dicendo:

a Annos plus quam quadraginta uaticinando clamauit.

B Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam gentibus dedi te. Et dixi: Ahah domine deus. Ecce non noui loqui, quia puer ſum. Et dixit dominus ad me: Ne dicas puer ſum: quia ad oĩa ad quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quę præcipiam tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia tecum ſum, vt eripiam te, dixit dominus. Et miſit dominus manum ſuã, & tetigit os meum,

C & dixit dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. vide, conſtitui te die hac ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & diruas, & diſperdas, & deſtruas: vtque ędifices, & plantes. Et fuit verbum domini ad me dicendo: Quid tu vides Irmeiahu? Et dixi: Virgam amygdalinam maturè floreſcẽtem ego video. Et dixit dominus ad me: Rectè vidiſti: nam maturo ego ſuper verbum meum, vt faciam illud. Et fuit verbum domini ad me ſecũdò dicendo: Quid tu vides? Et dixi: Ollã [b] bullientem video, & aſpectus eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pandetur malum ſuper omnes habi-

b ſuccenſam ſufflatã, ut olla intelligat Ieruſalẽ, & ignem ſufflans Nabuchodonoſor. uide Ezech.11. Gene.9.b.

D tatores terræ. Quia ecce ego voco omnes cognationes regnorum aquilonis dixit dominus: & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalaim, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iehudah. Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & ſuffiuerunt diis alienis, & incuruauerunt ſe operibus manuum ſuarum. Tu autem accinges lumbos tuos, & ſurges, & loqueris ad eos omnia quæ ego præcipiam tibi: ne paueas à facie eorum, ne forte contererere te faciam ante eos. Et ego ecce dedi te hodie vt ciuitatem munitam, & columnam ferream, & murum æreum ſuper omnem terram, regibus Iehudah, principibus eius, ſacerdotibis eius, & populo terræ. Et bellabunt contra te, & non præualebunt tibi quia tecum ſum ait dominus, vt liberem te.

Infr.25.c.

¶ Inuehitur in ſacerdotes & paſtores, increpatur Ieruſalaim ob diuini uerbi inobedientiam, fornicationemque cum idolis

CAP. II.

A ET fuit verbum domini ad me dicendo: Vade, & clama in auribus Ieruſalaim dicendo: Sic dixit dominus: Recordatus ſum tui, pietatis adoleſcentiæ tuæ, charitatis deſponſationis tuæ, quando ambulabas poſt me in deſerto in terra nõ ſata. Sanctitas fuit Iſrael domino, primitiæ frugum eius: omnes deuorantes eum deſolabuntur, & malum veniet ſuper eos dixit dominus. Audite verbum domini domus Iahacob, & oẽs cognationes domus Iſrael. Sic dixit dñs: Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt ſe à me? & am-

B bulauerunt poſt vanitatem, & vani ſunt. Et non dixerunt: vbi eſt dominus qui aſcendere fecit nos è terra Aegypti? qui am-

bulare fecit nos per deſertum:per terram deſertam,& deſola=
tam:per terram aridam, & vmbræ mortis:per terram, per
quam non tranſit vir,neque habitauit homo ibi. Et induxi
a ferſilem — vos in terram [a] Carmel,vt comederetis fructum eius:& bo=
num eius,& ingreſſi eſtis, & contaminaſtis terram meam, &
hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem. Sacer=
dotes non dixerunt:vbi eſt dominus? & tenentes legem non
nouerunt me,& paſtores præuaricati ſunt in me, & prophe=
tæ prophetauerunt in Bahal,& poſt ea quæ non profuerunt
ambulauerunt.Propterea adhuc iudicabo vos dixit domi=
C nus,& filios filiorum veſtrorum iudicabo,Siquidem tranſite
in inſulas Chittiim,& videte:& in Cedar mittite,& conſidera
te vehementer:& videte ſi fuit ſimile.Num mutauit gens de=
os?& ipſi non ſunt dij:populus verò meus mutauit gloriam
ſuam in id quod nō prodeſt.Obſtupeſcite cœli ſuper hoc hor
reſcite,& deſolamini vehementer,dixit dominus.Duo enī ma
la fecit populus meus:Me dereliquerunt venā aquæ viuæ, vt
effoderent ſibi ciſternas,ciſternas fractas quæ non continent
aquas.Nunquid ſeruus eſt Iſrael,num eſt vernaculus? Quare
D fuit in prædam?Super eum rugierunt catuli,dederunt vocem
ſuam,& poſuerunt terram eius in ſolitudinem, ciuitates eius
b tu tibi facis, — exuſtæ ſunt abſq; habitatore.Etiā filij Noph,& Tachpanches,
confregerunt tibi verticem. Nónne hoc [b] fecit tibi,eò quòd
dereliquiſti dominum deum tuum in tempore quo ambula=
re faciebat te per viam?Et nunc,quid tibi in via Aegypti,vt bi
bas aquam Nili?Et quid tibi in via Aſſur,vt bibas aquam flu
minis?Corripiet te malitia tua,& auerſio tua increpabit te:&
c ſcilicet Ægyptium. — ſcito,& vide,quòd malum,& amarum eſt reliquiſſe te domi=
num deum tuum,& non eſſe timorem meum in te dicit do=
d non tranſgrediar: attamen ſuper omnē collē. — minus deus exercituum.Quia à ſeculo confregi iugum [c] tu=
um,rupi vincula tua,& dixiſti:[d] Non ſeruiam:ſuper omnem
enim collem ſublimem,& ſub omni ligno frondoſo tu diſcur
rebas meretrix.Ego plantaui te optimam vitem totam ipſam
E ſemen verum,& quomodo conuerſa es mihi in ſarmenta vi=
e auram coarctationis.ſ. libidinis. — tis alienæ?Etenim ſi laueris te nitro,& multiplicaueris tibi Bo
rith,ſignata eſt iniquitas tua coram me,dixit dominus deus.
f id eſt,eo anni tempore quo pre libidine incaleſcit onagra ſicut tu tempore magni feruoris ſtultitie tuæ capieris. — Quomodo dices,non ſum polluta,& poſt Behalim non am=
bulaui?Vide viam tuam in valle,ſcito quid feceris,Dromeda=
ria leuis capiēs vias ſuas.Onager aſſuetus deſerto in deſiderio
animæ ſuæ attraxit [e] ventum occaſionis ſuę:quis auertet eam?
Omnes qui quærunt eam,non laborabunt in [f] mēſe ſuo inue
nient eam.Prohibe pedem tuum,ne ſit diſcalceatus,& guttur
tuum [g] à ſiti.Et dixiſti:[h]Deſperatum eſt?nequaquam.Adama
g id eſt,ne te ſiti maceres,nec calciamenta atteras currēdo poſt alienas gentes. — ui quippe alienos,& poſt eos ibo.Vt pudore afficitur fur,qn̄
deprehenditur,ſic pudore affecti ſunt domus Iſrael,ipſi,reges
eorum,principes eorum,& ſacerdotes eorū,& prophetæ eo=
rum.Dicētes ligno,pater meus es tu,& lapidi,tu genuiſti nos.
F quia verterunt ad me dorſum,& non faciem:& in tempore
h Peruerſe ne agis?Nequaquā.non putabāt illi ſe apoſtatare a deo. — mali ſui dicent:ſurge,& ſerua nos.Et vbi ſunt dij tui quos feci=
ſti tibi?Surgant.Num liberabunt te in tempore mali tui? Se=
cundum numerum quippe ciuitatum tuarum fuerunt dij tui
Iehudah.Vt quid litigatis cōtra me?Oēs vos prǽuaricati eſtis
i dilatati ſumus. — cōtra me,dixit dn̄s.Fruſtra pcuſſi filios veſtros: diſciplinā nō
receperunt.Deuorauit gladius veſter [i] prophetas veſtros,tan=
G quam leo vaſtator.O generatio,videte vos verbum domini.
Nunquid ſolitudo fui Iſraeli?Num terra tenebroſa valde?Vt
k Cur adornas uiam tuā ut tibi cōpares amatores? ſubinde etiā adornas uerſutias, vt doceas impoſturam uiarum tuarum? — quid dixerunt populus meus:[i] dominamur.non veniemus
vltrà ad te?Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui,ſpon=
ſa murenularum ſuarum?Populus vero meus obliti ſunt mei
diebus abſq; numero.[k] Cur dirigis viam tuam,ad quærendū
dilectionem?Ideo etiam malitias docuiſti vias tuas. Etiam in
oris veſtimentorum tuorum inuenti ſunt ſanguines animarū
l Perfodientes domū licet interficere Ex.22.at nō ita hic. — pauperum innocentum,non cum [l] perfoſſorio inueniſti eos,
ſed ſuper omnibus his,Dixiſti,quia innocens ſum:item auer=
ſus eſt furor eius à me.Ecce ego iudico te,eò quòd dixeris, nō
peccaui.Cur diſcurris ita,repetendo viam tuam?Etiā ab Ae=
gypto pudore afficieris,quemadmodum pudore affecta es

ab Aſſur.Etiam hinc egredieris,& manus tuæ erunt ſuper ca=
put tuum:quia reprobauit dominus confidentias tuas,& nō
proſperaberis in eis.

¶ Arguitur Ieruſalaim fornicationis reuocatur ad pœnitentiam.
CAP. III.

A DIcunt:ſi dimiſerit vir vxorem ſuam,& abierit ab eo,&
fuerit viri alterius,nunquid reuertetur ad eam ampli=
us?Nónne præuaricando præuaricata eſt terra hæc? Tu autē
fornicata es cum amatoribus multis,ſed reuertere ad me di=
xit dominus,Leua oculos tuos ad excelſa loca & vide,Vbi nō
ſis pſtituta?In viis ſediſti inſidiās eis ſicut Harabs ī deſerto,&
præuaricare fecisti terram propter fornicationes tuas,& ma
litiam tuam.Et prohibiti ſunt imbres,& ſerotina pluuia non
erit,& frons mulieris meretricis fuit tibi,renuiſti erubeſcere,
B Nónne ex hoc tempore vocabis me:pater meus es:dux ado=
leſcentiæ meæ es tu? Nunquid reſeruabit in ſeculum iram,
num ſeruabit in æternum? Ecce locuta es, & feciſti mala,&
potuiſti,Dixit autem dominus ad me,in dieb9 Ioſiiahu regis:
Nunquid vidiſti quæ fecit rebellis Iſrael?abiit ipſa ſuper oēm
montem excelſum,& ſub omi ligno frondoſo.& fornicata eſt
ibi.Et dixi poſtquam fecit omnia hæc:ad me reuertaris:& nō
eſt reuerſa.Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iehudah:Et vidi
quòd vidit,& quòd ſecundum omnes cauſas quibus fornica
ta eſt rebellis Iſrael,dimiſi eam,& dedi libellum repudiorū e=
ius ei;& non timuit præuaricatrix Iehudah ſoror eius,ſed ab=
iit,& fornicata eſt etiam ipſa.Et fuit ob facilitatem fornicatio
nis ſuæ,peccare fecit terram:& mœchata eſt cum lapide,& li=
C gno. Et etiam cum omni hoc nō eſt reuerſa ad me præuarica
trix ſoror eius Iehudah toto corde ſuo,ſed mendaciter, dixit
dominus.Et dixit dominus ad me:iuſtificauit animam ſuam
rebellis Iſrael,magis quàm p̄uaricatrix Iehudah.Vade,& cla=
ma ſermones iſtos,ad aquilonem,& dic:Reuertere rebellis Iſ=
rael,dixit dominus:non faciam cadere iram meā in vos, quia
miſericors ſum,dixit dominus:non ſeruabo iram in ſeculum.
Veruntamen ſcito iniquitatem tuam,quia in dominum deū
tuum præuaricata es:& ſparſiſti vias tuas alienis ſub omni li=
gno viridi,& vocem meam non audiſtis, ait dominus. Con=
D uertimini filij rebelles dixit dominus,qa ego [a] dominatus ſum — a maritus ueſter fui Reſpondet ei quod dixerat de rapudiata nō reaſſumenda.
vobis,& aſſumam vos,vnum de ciuitate,& duos de familia,
& introducā vos in Siion.Et dabo vobis paſtores iuxta cor
meum,& paſcent vos ſcientia,& intellectu.Et erit,cum multi=
plicati fueritis,& creueritis in terra,in diebus illis dixit domi=
nus,non dicent vltrà:arca fœderis domini:nec aſcendet ſuper
cor,neq; recordabuntur illius,nec viſitabunt,nec fiet vltrà. In
tempore illo vocabunt Ieruſalaim ſolium domini,& congre=
E gabunt ſe ad eam omnes gentes in nomine domini in Ieruſa=
laim.Et non ambulabunt vltrà poſt duritiam cordis ſui ma=
li.In diebus illis ibūt domus Iehudah ad domum Iſrael,& ve=
nient ſimul de terra aquilonis ad terram quam ſortiri fecit pa
tres veſtros.Ego autem dixi:Quomodo ponam te in filios,&
tribuam tibi terram deſiderabilem,hæreditatem concupiſci=
bilem exercituum gentium?Et dixi:Patrē meum vocabis me,
& à me non retrocedes.Siquidem vt contempſit mulier dile=
ctum virum ſuum,ſic contempſiſtis me domus Iſrael,dixit do
F minus.Vox ſuper excelſa audita eſt,fletus deprecationū filio=
rum Iſrael:quia iniquam fecerunt viam ſuam,obliti ſunt do=
mini dei ſui.Conuertimini filij rebelles, & ſanabo rebelliones
veſtras:Ecce nos venimus ad te:tu enim es dominus deus no
ſter.Verè mendacium eſt vt expectemus ſalutem à collibus, à
multitudine,à montibus:verè in domino deo noſtro eſt ſalus
G Iſrael.Bahal autem pudore afficiens ſuos cultores,conſumpſit
laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra,oues eo=
rum, & boues eorum,& filios eorum,& filias eorum.Dormi
emus in pudore noſtro,& operiet nos ignominia noſtra:quia
domino deo noſtro peccauimus,nos,& patres noſtri ab ado
leſcentia noſtra,& vſque ad diem hanc,& non obtemperaui=
mus voci domini dei noſtri.

¶ Pœniten=



¶ Pœnitenti Ieruſalaim promittitur venia:Non pœnitenti,deuaſtatio.
CAP. IIII.

A SI reuerſus fueris Iſrael,dixit dominus,ad me reuertere: &
Oſee.1.d. — ſi abſtuleris abominationes tuas à facie mea,non demigra
bis.Et iurabis,viuit dominus,in veritate,& in iudicio,& in iu
ſtitia:& benedicent ſe in eo gentes,& in eo laudabunt ſe.Sic e=
nim dixit dominus viro Iehudah,& Ieruſalaim:Arate vobis
aruum,& ne ſeratis ſuper ſpinas. Circuncidite vos domino,
& auferte præputia cordis veſtri viri Iehudah,& habitatores
Ieruſalaim:ne forte egrediatur vt ignis ira mea,& ſuccēdatur,
& non ſit qui extinguat propter malitiam operum veſtrorū.
Annunciate in Iehudah,& in Ieruſalaim audire facite,& dici=
te:Clangite tuba in terra,clamate,congregate,& dicite:Con=
B gregate vos,& ingrediamur ciuitates munitas.Leuate vexil=
lum in Siion,congregate vos,ne ſtetis:quia malum ego addu
co ab aquilone,& contritionem magnam.Aſcēdit leo de vm
braculo ſuo,& interfector gentium profectus eſt,egreſſus eſt
de loco ſuo:vt ponat terram tuam in ſolitudinem,& ciuitates
tuæ deſolentur abſq; habitatore.Super hoc accingite vos ſac
cis,plangite,& vlulate:quia non eſt auerſa ira furoris domini
C à vobis: Et erit,in die illa dixit dominus, peribit cor regis, &
cor principum,& obſtupeſcēt ſacerdotes,& prophetæ admi
rabuntur.Et dixi:ahah domine deus,verè decipiendo decepi
ſti populum iſtum & Ieruſalaim,dicendo: pax erit vobis, &
peruenit gladius vſque ad animam.In tēpore illo dicetur po=
pulo huic,& Ieruſalaim:ventus ſiccus erit in excelſis locis, in
deſerto,in via filiæ populi mei,non ad ventilandum neq; ad
D purgandum.Ventus vehementior his veniet mihi:& nunc e=
Sapien.1.a. — tiam ego loquar iudicia cum eis.Ecce tanquam nubes aſcen=
det,& veluti turbo currus eius:leuiores ſunt aquilis equi eius:
Væ nobis quoniam in prædā dati ſumus.Laua à malitia cor
tuum Ieruſalaim,vt ſalua ſis.Vſquequo morari facies in me=
dio tui cogitationes iniquitatis tuæ?Vox enim annunciantis
veniet à Dan,& audire facietis iniquitatem de monte Ephra=
im.Memorate propter gentes,ecce audire facite ſuper Ieruſa=
laim cuſtodes venientes è terra longinqua,& dabunt ſuper ci
uitates Iehudah vocem ſuam.Veluti cuſtodes agrorum fue=
E rūt iuxta eam in circuitu,quia me irritauit,dixit domin9. Via
tua,& actus tui fecerunt hæc tibi:iſta malitia tua,quia amara,
quia peruenit vſq; ad cor tuum.Ventrem meum,ventrē me=
um doleo,parietes cordis mei doleo:reſonat in me cor meū,
non tacebo:quoniam vocem tubæ audiſti anima mea,clamo
rem belli.Contritio ſuper contritionem vocata eſt,quia va=
ſtata eſt omnis terra:repente vaſtata ſunt tabernacula mea,ſu=
bito cortinæ meæ.Vſquequo videbo vexillum,audiam vo=
cem tubæ? Quia ſtultus populus meus, me non cognoue=
runt, filij inſipientes ſunt, & non intelligentes ſunt: ſapien=
tes ſunt ad malefaciendum, benefacere autem non noue=
runt.Vidi,terram,& ecce erat deſolata,& vacua:& cœlos, &
non erat lux eorum.Vidi montes,& ecce tremebant,& omes
F colles deſtructi fuerunt.Vidi,& non erat homo,& omnia vo
latilia cœli inde receſſerant. Vidi, & ecce locus fertilis erat vt
deſertum,& omnes vrbes eius deſtructæ erāt à facie domini,
& à facie iræ furoris eius.Sic enim dixit dominus: deſerta erit
omnis terra,ſed conſummationem non faciam.Propter hoc
deſolabitur terra,& obſcurati erunt cœli deſuper:eò quòd lo=
cutus ſum,cogitaui,& non pœnituit me,nec auertar ab eo.A
a nubes.ſ. ad cacumina montium. — voce equitum,& iacientis ſagittas arcu,fugit omnis habitator
ciuitatis,ingreſſi ſunt [a] ſyluas dēſas,& ad rupes aſcenderunt.
G Omnis ciuitas derelicta eſt,& non habitat in eis quiſquam.Tu
autē vaſtata,quid facies?Quia modo induis te coccino, quia
ornas te ornamento aureo,quia pingis ſtibio oculos tuos,fru
ſtra decoras te:contempſerunt te amatores,animam tuā quæ
rent.Vocem enim tanquam parturientis audiui, anguſtiam
vt puerperæ,vocem filiæ Siion quæ lamentabitur,& expan=
det manus ſuas,dicens:Væ nūc mihi,quia defecit anima mea
propter interfectores.

¶ Quæritur fides in populo.Prædicitur uaſtitas Iehudææ,recenſenturq; peccaca eius.
CAP. V.

A SCrutamini in plateis Ieruſalaim,& videte nunc,& ſcitote,
& quærite in plateis eius,an inueniatis virum, an ſit qui fa
ciat iudicium,qui quǽrat veritatem,& parcam [a] ei. Et ſi viuit — a ipſi Ieruſalem.
dominus dixerint,verè mendacium iurabunt. Domine oculi
tui,nónne [b] ſunt ad res ſtabiles?Percuſſiſti eos, & non dolue= — b ad ueritatem, uiros ueritatis.
runt,conſumpſiſti eos,renuerunt accipere diſciplinam;durio
res fuerunt facies eorum petra,renuerunt reuerti. Ego autem
B dixi, forſitan pauperes ſunt,ſtulti facti ſunt,quia non nouerūt
viam domini,iudicium dei ſui.Ibo ad maiores,& alloquar e=
os:ipſi enim cognouerunt viam domini,iudiciū dei ſui.Sed i=
pſi ſimul confregerunt iugum,ruperunt vincula.Idcirco per
cuſſit eos [c] leo de ſylua,lupus deſerta incolens vaſtabit eos,par — c id eſt, rex Babylonis.
dus feſtinans ſuper ciuitates eorum,omnis qui egreſſus fuerit
ex eis rapietur:quia multiplicauerunt ſe præuaricationes ſuæ,
multiplicarunt ſe rebelliones eorum.Quomodo hoc parcam
tibi?filij tui dereliquerunt me,& iurauerunt per eum qui non
eſt deus:ſaturaui eos,& adulterium commiſerunt,& in domo
meretricis congregabant ſe in multitudinem tanquam exerci
tus.Vt equi ſaturati ſingulo mane erant,vnuſquiſq; ad vxorē
proximi ſui hinniebant.Nunquid ſuper his non viſitabo, di=
C xit dominus?Nónne in gente,quæ eſt ſicut hæc, nō vlciſcetur
anima mea?Aſcendite muros eius,& diſſipate, conſummatio
nem autē ne faciatis:auferte mœnia eius,quia non ſunt domi=
ni.Quia præuaricando præuaricati ſunt in me domus Iſrael,
& domus Iehudah,ait dominus.Negauerūt dn̄m,& dixerūt:
Non ipſe,& non veniet ſuper nos malum,& gladium & famē
non videbimus.Prophetæ autem fuerunt in ventum,& nihil
erat in eis.Sic fiet eis.Propterea ſic dixit dn̄s deus exercituum:
Pro eo ꝙ locuti eſtis verbum hoc,ecce ego do verba mea in
D ore tuo vt ignem,& populum hunc,vt ligna,& cōſumet eos.
Ecce ego adduco ſuper vos gentem de longinquo,domus Iſ=
rael,ait dn̄s:gens robuſta eſt,gens quæ à ſeculo eſt,gens cuius
ignorabis linguam,nec intelliges quid loquatur.Pharetra eius
veluti ſepulchrum patens,vniuerſi ipſi fortes.Et comedet meſ
ſem tuam,& panem tuum,comedet filios tuos, & filias tuas,
comedet oues tuas & boues tuos,comedet vitem tuam & fi=
cum tuam:cōteret vrbes munitas tuas,quibus tu fidis,gladio.
Et etiam in diebus ipſis dixit dn̄s,nō faciam vobiſcum cōſum
mationē.Et erit,ſi dixeritis,propter quid fecit dominus deus
E noſter nobis omnia hæc,dices ad eos:Sicut dereliquiſtis me,
& ſeruiſtis deo alieno,in terra veſtra,ſic ſeruietis alienis in ter=
ra quæ non eſt veſtra.Annunciate hoc in domo Iahacob,&
audire facite hoc in Iehudah dicendo:Audite nunc hoc popu — Infra.26.b.
le ſtulte,cui non eſt cor:oculi eis ſunt,& non vident, aures eis
ſunt,& non audiunt.Nunquid me nō timebitis ait dominus?
Num à facie mea non pauebitis?Qui poſui harenam terminū
mari,præceptum ſempiternum,& non præteribit illud.Et cō
mouebunt ſe,& non præualebunt,& intumeſcent fluctus ei9
F & non tranſibunt illud.Populo autē huic fuit cor declinans,
& rebelle,declinauerunt,& abierunt.Et non dixerunt in cor=
de ſuo,metuamus nunc dominum deum noſtrū,qui dat plu=
uiam temporaneam,& ſerotinam in tēpore ſuo:qui ſeptima
nas ſtatutas ad meſſem cuſtodit nobis.Iniquitates veſtræ de=
clinare fecerunt hæc,& peccata veſtra prohibuerunt bonum
à vobis.Quia inuenti ſunt in populo meo impij:aſpicient, vt
qui ponit laqueos,ſtare fecerunt laqueum, homines capient.
G Sicut cauea plena auibus,ſic domus eorum plenæ ſunt dolo: — Iſaiæ.1.f.
ideo magnificati ſunt,& ditati ſunt.Impinguati ſunt, candidi
facti ſunt,etiam ſuperauerunt in malis alios viros malos.Iudi
cium non iudicauerunt,nec iudicium pupilli,& proſperaue=
runt,& iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid ſu=
per his non viſitabo dicit dominus?Et nónne in gente quæ eſt
ſicut hæc,non vlciſcetur anima mea?Res admiratione digna
& turpis facta eſt in terra.Prophetæ prophetauerunt menda=

citer,& ſacerdotes accipiebant munera ad manus ſuas.Et po-
pulus meus ita voluerunt:& quid vltrà facietis poſt hæc?

❡Prænunciat aduentum Nebuchadneſar,populiq́ captiuitatẽm
ob ſacerdotum auaritiam. CAP. VI.

A FVgite filij Biniamin de medio Ieruſalaim,& in Tecoah
clangite buccina,& [a]ſuper Bethacherem eleuate turrim:
quia malum viſum eſt ab aquilone,& contritio magna.Mulie
ri quiete habitanti in tabernaculo,& delicatæ aſſimilaui filiam
Siion.Ad eam venient paſtores,& greges eorum fixerũt in ea
tentoria per circuitum,pauerunt vnuſquiſq; in loco ſuo.Præ
parate aduerſus eam bellum,ſurgite,& aſcẽdamus in meridiẽ.
B Væ nobis,quia declinauit dies,quia extenderũt ſe vmbræ ve-
ſpertinæ.Surgite,& aſcendamus noctu,& diſſipemus ædes e-
ius.Sic enim dixit dominus exercituum:Succidite arbores,&
effundite iuxta Ieruſalaim aggerem.Hæc eſt ciuitas quæ viſita
ta eſt,in tota ciuitate oppreſſor eſt in medio eius. Quẽadmo-
dum ſcaturire facit puteus aquam ſuã,ſic ſcaturire fecit maliti
am ſuam.Direptio & vaſtitas auditur in ea coram me ſemper
C infirmitas & percuſſio.Erudi teipſam Ieruſalaim,ne fortè rece
dat anima mea à te,ne fortè ponam te deſertã,terram non ha-
bitabilem.Sic dixit dominus exercituũ,vindemiator peracta
vindemia qui remanſerant colligit racemos,ita ij colligendo
colligent reliquũ Iſrael.Conuerte manum tuã ſicut vindemia
tor ad caniſtros.Cui loquar,& quem monebo,& audient?Ec
ce incircuncifa auris eorum,& non poterunt attendere. Ecce
D verbum domini fuit eis in opprobrium,& non volent illud.
Et ira domini plenus ſum,laboraui ad continendũ me,ad ef-
fundendum eam ſuper paruulos foris,& ſuper congregationẽ
iuuenum pariter:quia etiam maritus cum vxore capientur,ſe
nex cũ pleno dierum.Et vertentur domus eorum ad alteros,
agri,& vxores pariter:quia extendam manum meã ſuper ha-
bitantes terrã dicit dominus.A paruo enim eorũ vſq; ad ma-
gnum eorum omnis ipſe auarè ſectatur auaritiam,à propheta
vſq; ad ſacerdotẽ,omnis ipſe facit mendacium.Et curabãt cõ-
Infra.4.d. Eſai.56.d. tritionem filiæ populi mei,leui ſermõe dicẽdo:pax,pax,& nõ
erat pax.Num pudore affecti ſunt, quòd abominationẽ fece
E rint?etiã pudore non ſunt ſuffuſi,etiam erubeſcere neſciuerũt.
Quamobrem cadent inter ruentes,in tempore quo viſitabo
eos,corruent dicit dñs.Sic dixit dominus:State ſuper vias,&
videte,& interrogate de ſemitis antiquis,quæ ſit via bona,&
ambulate in ea,& inuenietis requiẽ animæ veſtræ:& dixerunt:
non ambulabimus.Et conſtituã ſuper vos ſpeculatores,inten
dite voci buccinæ:& dixerunt nõ intendemus.Ideo audite gẽ
tes,& cognoſce cõgregatio iniquitates q̃ ſunt in eis.Audi ter-
ra:Ecce ego adduco malũ ſuper populũ iſtũ,fructum cogita-
F tionum eorũ:quia verbis meis nõ intenderunt,& legẽ meam
reprobauerunt.Vt quid iam mihi thus de Seba veniet,& ca-
lamus odoratus optimus de terra longinqua?Holocauſtoma
ta veſtra non ſunt ad beneplacitum,& ſacrificia veſtra nõ dul
cuerũt mihi.Propterea ſic dixit dominus:ecce do populo hu-
ic ruinas,& ruent in eis patres,& filij pariter,vicinus,& amic⁹
Eſaiæ.1.d. eius peribũt.Sic dixit dñs:Ecce populus venit de terra aquilo
nis,& gens magna conſurget à lateribus terræ.Arcum,& ſcu
tum arripient crudeles ſunt,& non miſerebuntur. Vox eorũ
tanquã mare ſonabit,& ſuper equos equitabunt,parati tanq̃
vir ad præliũ aduerſum te filia Siion.Audiuimus famam eius,
G debilitatæ ſunt manus noſtræ,tribulatio apprehendit nos,do
lor,vt parturientis.Ne exeas ad agrum,& per viã ne ambules:
qm̃ gladius inimici,pauor eſt in circuitu.Filia populi mei ac-
cinge te ſacco,volue te in cinere,luctum vnici fac tibi,planctũ
amaritudinũ:quia repẽtè veniet vaſtator ſuper nos. Munitio
nem dedi te in populo meo,munitionem,& ſcies & probabis
viam eorum. Omnes ipſi principes declinantes, ambulantes
fraudulenter,æs,& ferrum:omnes ipſi corruptores ſunt.Cõ-
buſtum eſt ſufflatorium ab igne,conſumptum eſt plumbum,
& conflauit conflando,& mali non ſunt auulſi.Argentum re
probatum vocate eos,quia reprobauit dominus eos.

❡[redacted]
CAP. VII.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à dño, dicendo: Sta in
porta domus dñi,& prædica ibi verbum iſtud,& dic:
Audite verbũ dñi omnis Iehudah,qui ingredimini per por-
tas has,vt incuruetis vos dño.Sic dixit dñs exercituũ deus Iſra
el:Bonas facite vias veſtras,& opera veſtra,& habitare faciam
vos in loco iſto.Ne fidatis verbis mẽdacij,dicẽdo:Templum
B dñi,templũ dñi,templũ dñi ſunt.Qm̃ ſi bonas faciẽdo bonas
feceritis vias veſtras,& opa veſtra,& faciendo feceritis iudiciũ
inter virũ & amicũ eius.Peregrinum,pupillũ,& viduã nõ op
preſſeritis,& ſanguinem innocentẽ nõ effuderitis in loco iſto,
& poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobis:Ha-
bitare faciã vos in loco iſto,in terra quã dedi patribus veſtris
à ſeculo vſq; in ſeculũ.Ecce vos fiditis in verbis mẽdacij,quod
nõ prodeſt.Nunquid eſt furandũ,occidendum,& adulteran
dum,& iurandũ mendaciter,& adolendũ Bahal,& eundum
poſt deos alienos,quos non noſtis?Et veniſtis,& ſtetiſtis corã
C me in domo hac,in qua inuocatũ eſt nomẽ meum,& dixiſtis:
liberati ſumus:idq; faciendo omnes abominationes iſtas.Nũ-
quid vt ſpelunca latronũ fuit domus hæc,in qua inuocatũ eſt
nomen meũ in oculis veſtris?Etiã ego ecce vidi dixit dñs. Sed
ite nunc ad locũ meũ,qui eſt in Siloh,vbi habitare feci nomen
meum in principio:& videte quæ fecerim ei propter malitiã
populi mei Iſrael.Et nũc qa feciſtis oĩa opera hæc dixit dñs,&
locutus ſum ad vos mane ſurgendo,& loquẽdo,& non audi
ſtis:& vocaui vos,& nõ reſpõdiſtis:Faciã domui huic,in qua
inuocatum eſt nomen meũ,cui fiditis,& loco quẽ dedi vobis,
& patribus veſtris,ſicut feci Siloh.Et proiiciã vos à facie mea,
ſicut proieci oẽs fratres veſtros, vniuerſum ſemen Ephraim.
D Tu autẽ ne ores pro populo iſto,& ne aſſumas pro eis laudẽ,
& orationẽ,& ne depreceris me,quia nõ exaudiã te. Nõne vi
des quid iſti faciunt in ciuitatibus Iehudah,& in plateis Ieruſa
laim?Filij colligũt ligna,& patres ſuccendũt ignẽ,& mulieres [a] reginæ
impaſtãt paſtã,vt faciãt placẽtas [a]ſtellæ cœli,& libẽt libamina
diis alienis,vt me iraſci faciãt.Nõne me ipſi irritãt dixit dñs? an
nõ ſeipſos potius ad pudorẽ vultus eorũ?Ideo ſic dixit dñs de
us:Ecce furor meus,& ira mea effunditur in locũ iſtum ſuper
homines,& ſuper animalia,& ſuper arbores agri,& ſuper fru
ctus terrę,& ſuccẽdetur,& nõ extinguetur.Sic dixit dñs exer-
E cituum deus Iſrael:Holocauſta veſtra addite victimis veſtris,
& comedite carnẽ.Quia non ſum locutus cũ patribus veſtris,
nec præcepi eis in die qua eduxi eos è terra Aegypti ſuper ver
bis holocauſti,& victimæ.Sed verbũ hoc præcepi eis dicẽdo:
Obtemperate voci meę,& ero vobi in deũ,& vos eritis mihi
in populũ,& ambulate in omni via quã præcepi vobis,vt be
ne ſit vobis.Et non paruerũt nec inclinauerunt aurẽ ſuam,ſed
abierunt in cõſiliis,in duritia cordis ſui mali,& retroceſſerunt,
& non progeſſi ſunt.A die qua egreſſi ſunt patres veſtri è ter-
ra Aegypti vſq; ad diẽ hãc,& miſi ad vos oẽs ſeruos meos
F prophetas per diẽ ſurgendo mane,& mittendo.Et non obau
dierunt mihi,nec inclinauerũt aurẽ ſuam,ſed indurauerũt cer- [b] nazaratæ-
uicem ſuã,& peius faciunt q̃ patres eorum.Et loqueris ad eos tum,id eſt,cõ
omnia verba hæc,& non obaudiẽt tibi:& vocabis eos,& nõ ſecrationem-
reſpondebunt tibi.Et dices ad eos:Hæc eſt gens quæ non ob quia nazarei comam nu-
temperauit voci domini dei ſui,nec recepit diſciplinam:periit triebant.
veritas,& abſciſa eſt de ore ipſorũ.Tonde [b] cæſariem tuam,& [c] in memo-
proiice,& ſume ſuper loca excelſa planctũ,quia proiecit domi riam illius Aſſyriorum
nus,& reliquit generationẽ furoris ſui.Quia fecerunt filij Iehu combuſtiõis factę in To-
dah malum in oculis meis,dixit dominus:poſuerunt abomi- pheth, quaſi Baal id eſſe
G nationes ſuas in domo,in qua inuocatum eſt nomrn meũ, vt ciſſet, ædifi-
pollueren eã.Et ædificauerunt [c] excelſa Topheth, quæ eſt in ficarũt eius numini,regiũ
valle filij Hinnom,vt incenderent filios ſuos & filias ſuas igni: idolũ et altare filios ſuos
quod non præcepi nec aſcendit ſuper cor meum. Ideo ecce di per ignẽ ibi traducentes.
es veniunt dicit dominus,& nõ dicetur vltrà Topheth,& val 4.Reg.23.E-
lis filij Hinnõ,ſed vallis interfectionis:& ſepelietur in Topheth ſa.30.& infr.
eò quòd non erit locus.Et erit morticinum populi huius in 19.&.32.
cibum



cibum volatilibus cœli,& animalibus terræ,& non erit qui
exterreat.Et ceſſare faciam de vrbibus Iehudah,& de plateis
Ieruſalaim vocem gaudij, vocem letitiæ, vocem ſponſi,&
Ezec.16.c. vocem ſponſæ.Nam in deſolationem erat terra.

❡Comminatur reſiduis de captiuitate,reprehenduntur ſcribæ mendaces.
CAP. VIII.

A IN tempore illo ait dominus: educent oſſa regum Iehu-
dah,& oſſa principum eius,& oſſa ſacerdotum,& oſſa
prophetarum,& oſſa habitantium Ieruſalaim,de ſepulchris
ſuis.Et expandent ea ad ſolem,& lunam,& omnem exercitũ
cœli,quæ dilexerunt,& quibus ſeruierunt,& poſt quæ ambu
lauerunt,& quæ quęſierunt,& quibus incuruauerunt ſe,non
colligentur,nec ſepelientur,in ſterquilinium ſuper faciem ter
ræ erũt.Et eligetur mors magis quàm vita ab omni reſiduo,
qui reſidui erunt de familia mala hac in vniuerſis locis, quæ
reſidua erunt ad quæ deiiciam eos,dixit dominus exercituũ.
Et dices ad eos:Sic dixit dominus:Nunquid cadent,& non
B reſurgent?Nunquid auertetur,& non conuertetur?Quare
rebellis eſt populus iſte Ieruſalaim rebellione forti?Apprehẽ-
derunt dolum,renuerunt reuerti,attendi,& audiui,non re-
ctum loquentur,non eſt quiſquam quem pœniteat mali ſui,
dicẽdo:Quid feci?Omnis ipſe conuerſus eſt in curſum ſuum,
tanquam equus impetu vadens in prælium. Etiam ciconia
in cœlo cognouit tempus ſuum,& turtur,& grus,& hirun-
do cuſtodierunt tempus aduentus ſui,populus autem meus
non cognouit iudicium domini.Quomodo dicitis ſapien-
tes ſumus,& lex domini eſt nobiſcum?Verè ecce mẽdacium
C fecit ſtilus,fruſtra ſunt ſcribæ. Pudore affecti ſunt ſapientes,
perterriti ſunt,& capti ſunt,verbum domini reprobauerũt,
& ſapientia quid eſt eis?Propterea dabo vxores eorum aliis,
agros eorũ hæredibus,quia à paruo vſq; ad magnũ omnes
auari ſectantur auaritiam,& à propheta vſq; ad ſacerdotem
D omnes faciunt mendacium. Et ſanabant contritionem filiæ
populi mei leni verbo dicendo,pax,pax,& non erat pax.Nũ
pudore affecti ſunt,quoniam abominationem fecerunt?Etiã
pudore non ſunt pudore affecti,& erubeſcere neſcierunt.Id-
circo cadent inter corruentes,in tempore viſitationis ſuæ ca-
E dent,dixit dominus:Conſumendo conſumam eos dixit do-
minus.Non ſunt vuæ in vite,nec ſunt ficus in ficu,& folium
cecidit,& dedi eis fructus,qui tranſierunt ab eis.Propter qd
manemus?Congregate vos,& ingrediamur ciuitates muni-
tas,& deficiemus ibi,quia dominus deus noſter deficere nos
fecit,& potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim
domino.Expectare pacem,& non erit bonum, tempus me-
delę & ecce terror.A Dan auditus eſt fremitus equorum ei⁹,
F à ſonitu hinnituum equorum fortium eius tremuit omnis
terra.Et venerunt,& deuorauerunt terram,& plenitudinem
eius,vrbem,& habitantes in ea.Quia ecce ego mitto in vos
ſerpentes regulos,quibus non eſt incantatio,& mordebunt
vos ait dominus.Quũ volo confortari ſuper dolorem meũ,
non poſſum,quia in me cor meum eſt infirmum. Ecce vox
clamoris filiæ populi mei de terra longinqua.Nunquid do-
minus non eſt Siion,rex eius non eſt in ea?Quare iraſci fece-
runt me,ſculptilibus ſuis,vanitatib⁹ dei alieni?Tranſiuit meſ-
ſis,finita eſt æſtas,& non ſumus ſaluati.Super contritionem
G filiæ populi mei contritus ſum, obtenebratus ſum, ſtupor
obtinuit me.Nunquid theriaca nõ eſt in Ghilhad,num me-
dicus non eſt ibi?Sed cur non eſt curata medicina filia popu-
li mei?

❡Planctus prophetæ ſuper populi malitiam.
CAP. IX.

A QVis det,vt caput meum ſit aqua,& oculus meus ve-
na lachrymarum,& flebo die ac nocte interfectos fi-
liæ populi mei?Quis det mihi in ſolitudine diuerſorium via-
torum,& derelinquam populum meum,& recedam ab eis,
quia vniuerſi ſunt adulteri,cœtus præuaricatorum?Et ten-
dere fecerunt linguam ſuam,arcum ſuum mendacium,& nõ
veritatem roborauerunt ſe in terra,quia de malo ad malum
egreſſi ſunt,& me non cognouerunt dixit dominus. Vnuſ-
quiſque ab amico ſuo cauete,& omni fratri ne fidatis, quia
omnis frater ſupplantando ſupplantabit,& omnis amicus
B fraudulenter incedet.Et vnuſquiſq; amicum ſuum circumue
niet,& veritatem non loquentur.Docuerunt linguam ſuam
loqui mendacium vt prauè agerent,laborauerunt. Habita-
tio tua eſt inter doloſos,doloſè renuerunt ſcire me,dixit do-
minus.Propterea ſic dixit dominus exercituum: Ecce ego
fundo eos,& probabo eos.Quomodo enim faciam,vt non
fundem eos propter filiam populi mei.Sagitta extẽſa lingua
eorum,dolum locuta eſt.Ore ſuo pacem cum amico ſuo lo-
quentur,& in corde ſuo ponent inſidias ſuas. Nunquid ſu-
C per his non viſitabo in eis dixit dominus?Nunquid in gen-
te,quę eſt ſicut hæc,non vlciſcetur anima mea? Super mõtes
aſſumam fletum,& lamentũ,& ſuper habitacula deſerti plã-
ctum quoniam incenſa ſunt,vt non ſit quiſquam qui tranſ-
eat. Et non audierunt vocem pecudum,à volucribus cœli,
vſq; ad animalia tranſmigrauerunt,abierunt.Et ponam Ieru Pſal.17.2.
ſalaim in aceruos,habitaculum draconis,& ciuitates Iehudah Sup.5.a
ponam deſolationem,vt non ſit habitator.Quis eſt vir ſapiẽs Oſee.14.d.
& intelliget hoc,& ad quem locutum eſt os domini,& nun-
ciabit illud?Propter quid periit terra,exuſta eſt, veluti deſer-
D tum,vt nõ ſit tranſiens?Dixit autem dominus:Eo quod de-
reliquerunt legem meam,quã dedi coram eis,& non audie-
runt voci meæ,nec ambulauerunt in ea.Et abierunt poſt du
ritiem cordis ſui,& poſt Behalim, quos docuerunt patres
eorum.Idcirco ſic dixit dominus exercituum deus Iſraël:Ec-
ce ego cibo populum hunc abſynthio,& potum dabo eis
aquam fellis.Et diſpergã eos in gẽtes,quas non nouerũt ipſi,
& patres eorum,& mittam poſt eos gladium,donec conſu-
E mam eos.Sic dixit dominus exercituum: contemplamini,&
vocate lamentatrices,& veniant,& ad ſapiẽtes mulieres mit Infra.14.ſſ
tite,& veniant.Et feſtinent,& aſſumant ſuper nos planctum
& deducant oculi noſtri lachrymas,& palpebræ noſtræ de-
fluãt aqs.Quia vox lamẽtatiõis audita eſt de Siiõ.Quomo-
do vaſtati ſum⁹ pudore affecti ſum⁹ vehementer,qa derelin-
quim⁹ terrã,& qa proiecerũt nos habitacula noſtra. Sed audi-
te mulieres verbum domini,& aſſumat auris veſtra verbum
oris eius,& docete filias veſtras lamentum,& vnaquęq; ami-
cam ſuam planctũ.Quia aſcendit mors per feneſtras noſtras,
& intrauit palatia noſtra vt diſperdat paruulum de platea,
F iuuenes de plateis.Loquere ſic dixit dominus,& cadet mor-
ticiniũ hominis tanq̃ ſtercus in ſuperficie agri,& veluti ma-
nipulus poſt metentem,& non erit qui colligat.Sic dixit do-
minus:Ne laudet ſe ſapiẽs in ſapiẽtia ſua,neq; laudet ſe potẽs
in potentia ſua,nec laudet ſe diues in diuitiis ſuis. Sed in hoc
laudet ſe,qui laudat ſe,quod intelligit,& cognoſcit me, quia
ego dñs facio miſericordiã,iudiciũ,& iuſtitiã in terra. Hæc
enim volo,dixit dñs.Ecce dies veniunt,dixit dñs,& viſitabo
omnẽ circunciſum,& habentem præputium.Aegyptum,& 2.Co.10.d
Iehudah,& Edom,& filios Hammon,& Moab,& oẽs habi-
G tãtes in extremo angulo mũdi,qui habitãt ĩ deſerto,quia oẽs
gentes habẽt p̃putiũ,& oĩs dom⁹ Iſraël p̃putiũ habẽt cordis.

❡Non eſſe metuendas ſyderum conſtellationes.
CAP. X

A AVdite verbũ,quod locutus eſt dñs ſuper vos domus
Iſraël.Sic dixit dñs:Viã gẽtiũ ne diſcatis,& à ſignis cœ
li ne metuatis,ſed metuãt gẽtes ab eis.Quia ſtatuta populorũ
vanitas ſunt,quia lignũ de ſylua p̃cidit opus manuũ artificis
aſcia.Argẽto,& auro decorauit illud.Clauis & malleis cõfor
tauerũt illud,& nõ egredietr e loco ſuo. Sicut palma æqualis
eſt,& nõ loquetur,portãdo portabitr,quia nõ incedit.Ne ti-
meas ab eo,quia nõ malefaciet,& etiã benefaciẽdi nõ eſt in eo
B facultas.Nõ eſt ſicut tu dñe.Magn⁹ es,& magnũ nomẽ tuũ
in fortitudine.Quis nõ timebit te rex gentiũ?Quia tibi cõue
nit regnũ quia inter oẽs ſapiẽtes gẽtiũ,& inter oĩa regna eo-

rum non eſt ſicut tu.Et ſimul deſipient,& ſtultè agent.Erudi-
tio vanitatũ lignũ eſt.Argentũ extenſum de Tarſis afferet, &
aurũ de Vphaz,opus artificis,& manꝰ aurificis, hyacinthus,
& purpura indumentũ eorũ. Opus ſapientũ vniuerſa ſunt.
C Dñs aũt deꝰ veritas eſt,deꝰ viuẽs,& rex æternꝰ.Ab ira eiꝰ cõ-
tremiſcet terra,& nõ ſuſtinebũt gẽtes irã eiꝰ.Sic dicetis eis:Dij
qui cœlũ & terrã nõ fecerũt,pereãt e terra,& de ſub cœlo hi.
Dñs deꝰ eſt,q̃ fecit terrã potẽtia ſua,q̃ ſtabiliuit orbẽ ſapien-
tia ſua,& prudẽtia ſua extẽdit cœlos.Qui voce ſua dat multi-
tudinẽ aquarũ in cœlo,qui aſcendere facit nubes ab extremo
terræ,fulgura cũ pluuia facit,& educit vẽtũ de theſauris ſuis.
Vt brutũ effectꝰ eſt omnis homo ꝓpter ſcientiã.Pudore affe
D ctus eſt omnis aurifex à ſculptili,quia mẽdaciũ eſt cõflatile eiꝰ
& nõ eſt ſpiritꝰ in eo.Vanitas ſunt ſculptilia,opus irriſiõe di-
gnum,in tẽpore viſitatiõis eiꝰ peribũt.Nõ eſt ſicut hæc pars
Iahacob,quia plaſmator omniũ ipſe eſt,& Iſraël virga hære-
ditatis eius dñs exercituũ nomẽ eius.Cõgrega de terra mer-
E ces tuas,quæ habitas in loco munito.Quia ſic dixit dñs: Ecce
vt lapides funda proiiciunt,proiiciã habitatores terræ vice
hac,& affligã eos,vt inueniãt eos anguſtiæ.Væ mihi ſup con-
tritione mea,indurata eſt plaga mea.Ego autẽ cogitabã,pro-
fectò hãc infirmitatẽ ferre potero,Tabernaculũ meũ vaſtatũ
eſt,& omnes funiculi mei dirupti ſunt:filij mei qui exierunt ex
F me nõ ſunt,nõ eſt qui extendat vltrà tentoriũ meũ,& qui eri-
gat cortinas meas.Quia vt bruta effecti ſunt paſtores,& do-
mini nõ quæſierũt. Propterea nõ intellexerunt,& omnis grex
eorũ diſperſus eſt.Vox auditiõis:Ecce venit,& cõmotio ma-
gna de terra Aquilonis,vt ponat ciuitates Iehudah in ſolitu-
dinem,in habitaculũ draconũ.Noui dñe quòd nõ eſt homi-
nis via eiꝰ,nec eſt viri ambulãtis via eiꝰ,nec eiꝰ eſt vt præparet
G greſſum ſuũ.Corripe me dñe, verũtamẽ in iudicio nõ in furo
re tuo,ne forte diminuere facias me.Effunde ĩdignationẽ tuã
ſup gẽtes,q̃ nõ cognouerunt te,& ſup gentes quæ nomẽ tuũ
nõ inuocauerũt,quia comederũt Iahacob & deuorauerũt eũ,
& conſumpſerunt eum,& habitaculũ eius deſolare fecerunt.

¶Maledictio eorum qui non obediunt verbo dei,prædicit Chriſtus ſe crucifigendũ.
C A P. X I.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à dño vt diceret: Au-
dite verba pacti huiꝰ,& loquimini ad viros Iehudah
& habitatores Ieruſalaim.Et dices ad eos:Sic dixit dñs deus
Iſraël:Maledictus quicunque non paruerit verbis pacti huiꝰ.
Quod præcepi patribus veſtris in die qua eduxi eos e terra
Aegypti,e fornace ferrea dicendo:Audite voci meæ,& faci-
te ea iuxta omnia quæ præcepero vobis,& eritis mihi in po
pulum,& ego ero vobis in deum. Vt ſtatuam iura-
mentum,quod iuraui patribus veſtris,vt darem eis terram
fluentem lacte,& melle ſecundũ diem hanc.Et reſpõdi, & di-
xi:Amen dñe.Et dixit dominus ad me,prædica omnia verba
hæc in ciuitatibus Iehudah,& in plateis Ieruſalaim, dicendo:
Audite verba pacti huius,& facite ea.Quia conteſtando cõ-
B teſtatus ſum patres veſtros in die qua aſcendere feci eos è ter
ra Aegipti vſq; ad diem hanc mane ſurgendo,& cõteſtãdo,
dicendo:Audite voci meę.Et non paruerunt,nec inclinaue-
runt aurem ſuam,ſed abierũt vnuſquiſq; in duritiem cordis
ſui mali.Et induxi ſuper eos oĩa verba pacti huius,quod præ
cepi vt facerent,& nõ fecerunt.Et dixit dñs ad me:Inuenta eſt
coniuratio in viro Iehudah,& habitatoribus Ieruſalaim.Re-
C uerſi ſunt ad iniquitates patrũ ſuorum priorum, qui renue-
runt obtemperare verbis meis.Et hi abierunt poſt deos alie-
nos,vt ſeruirent eis.Diſſipauerunt domus Iſraël,& domus Ie
hudah pactum meum,quod pepigi cum patribus eorum.
Quamobrem ſic dixit dominus:Ecce induco ſuper eos ma-
lum,de quo non poterunt exire.Et clamabunt ad me,& non
audiam eos.Et ibunt ciuitates Iehudah,& habitatores Ieruſa
Supra.2.f. Supra.17.a. Iuca.14.b. laim,& clamabunt ad eos quibus ipſi ſuffiunt.& ſeruando
non ſeruabunt eos in tempore mali eorum. Quia ſecundum
numerum ciuitatum tuarum,fuerunt dij tui Iehudah,& ſe-
cundum numerum platearum Ieruſalaim poſuiſtis aras con-
fuſionis,& aras ad ſuffiẽdum Bahal.Tu autẽ ne ores pro po-
pulo hoc,& ne aſſumas pro eis laudem,& orationem, quia
nõ exaudiam in tempore quo clamauerint ad me ſuper ma-
lo ſuo.Quid eſt dilecto meo vltrà in domo mea, quum fece-
rit abominationes multas,& homines ſanctuarij tranſibunt
à te,quia in malitia tua tunc exultaſti. Oliuam viridem pul-
chram fructu formoſam vocauit dominus nomẽ tuum. Ad
vocem loquelæ grandis exarſit ignis ſuper eam,& confrege-
runt ramos eius. Et dominus exercituum qui plantat te,
locutus eſt ſuper te malum propter malum domus
Iſraël, & domus Iehudah, quod fecerunt ſibi ad irritan-
D dum me ſacrificando Bahal.Dominus autem ſcire fecit me,
& ſciui.Tunc videre feciſti me opera eorum.Et ego eram tã-
quam agnus,& tanquam bos qui ducitur ad iugulandum,
& non cognoui quòd contra me cogitauerunt cogitationes.
Corrumpamus veneno cibum eius,& excidamus eum è ter
ra viuentium,& nomen eius non memoretur amplius. Sed
domine exercituum qui iudicas iuſtè,qui probas renes & cor
videam vltionẽ tuam de eis.Tibi enim reuelaui cauſam meã.
Propterea ſic dixit dominus ad viros Hanathoth,qui quæ-
runt animam tuam dicendo:Ne vaticineris in nomine do-
mini,& non morieris per manus noſtras.Propterea ſic dixit
dñs exercituũ:Ecce viſito eos.Iuuenes morient gladio,filij eo
rũ et filiæ eorum moriẽtur fame.Et reſiduum non erit eis.In-
ducã enĩ malũ,erit viris Hanathoth annus viſitationis eorũ.

¶Conqueritur impiis cuncta euenire proſpere,inuehitur in paſtores,populi ſeducto-
res. C A P. X I I.

A IUſtus es domine,ſi contendam tecum.Veruntamen iudi-
cia loquar tecũ.Quare via impiorum proſperata eſt, pa-
cem habuerunt omnes præuaricantes præuaricationem? Plã
taſti eos,etiam radicati ſunt,profecerunt,etiam fecerunt fru-
ctum:propè fuiſti ori eorum,& longè à renibus eorũ? Et tu
domine noſti me,vidiſti me, & probaſti cor meum tecum.
Euelle eos ſicut oues ad iugulationem,& præpara eos ad diẽ
occiſiõis.Vſquequo erit deſolata terra,& herba omnis agri
areſcet propter malitiam habitantium in ea? Defecerunt ani-
malia & volucres,quoniam dixerunt,non videbit nouiſſima
noſtra. Si cum peditibus cucurriſti,& laborare fecerunt te,
quomodo miſces te cum equis? Et in terra pacis cui fidebas,
quærunt te occidere,& quomodo facies in altitudine Iardẽ?
Nam etiam fratres tui,& domus patris tui,etiam ipſi præua-
ricati ſunt contra te,etiam ipſi clamauerunt poſt te congre-
gando.Ne credas eis,quum locuti fuerunt ad te bona. Reli-
C qui domum meam,dimiſi hæreditatem meam,dedi dilectio-
nem animæ meæ in manu inimicorum eius.Fuit mihi hære-
ditas mea tanq̃ in ſylua.Dedit contra me vocem ſuam, ideo
odi eam.Nunquid vt auis tincta ſanguine veniet contra hæ-
reditatem meam quam elegi mihi? Nunquid vt auis per cir-
cuitum contra eam? Venite congregate vos omnes beſtiæ
agri,venite ad deuorandum.Paſtores multi demoliti ſunt vi
neam meam.Conculcauerunt partem meam,poſuerũt por-
tionem deſiderabilem meam in deſertum ſolitudinis. Poſuit
eam in deſolationem,luxit contra me deſolata. Deſolata eſt
omnis terra,quia non eſt quiſq; qui ponat ſuper cor. Super
omnia loca excelſa in deſerto venerunt vaſtatores, quia gla-
dius dñi deuorat ab extremo terræ vſq; ad extremum terrę,
non eſt pax vniuerſę carni.Seminauerunt frumenta,& ſpinas
D meſſuerunt,ęgrotauerunt,& non profecerũt,pudore afficie-
mini à fructibus veſtris propter iram furoris domini.Sic di-
xit dominus aduerſum omnes vicinos meos peſſimos qui tã-
gunt hæreditatem,quam hæreditare feci populum meũ Iſrl.
Ecce euello e terra ſua,& domum Iehudah euellam e medio
eorum.Et erit, poſtquam euulſero eos,reuertar, & miſere-
bor eorum,et reducam eos vnumquemq; ad hæreditatem
ſuam et vnumquemq; ad terram ſuam. Et erit,ſi diſcendo
didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo, viuit



dominus:ſicut docuerunt populum meum iurare in Bahal,
ædificabuntur in medio populi mei.Et ſi non audierint, euel-
lam gentem illam euellendo,& perdendo ait dominus.

¶Per lumbare putrefactum dominus internecionem Ieuudah
præfigurat, C A P. X I I I.

A SIc dixit dominus ad me:Vade,& eme cingulum lineum,
& pones illud ſuper lũbos tuos,& in aquam non inferes
illud.Et emi cingulum iuxta verbum domini,& poſui ſuper
lumbos meos.Et fuit verbum domini ad me ſecundo,dicen-
do:Tolle cingulum quod emiſti, quod eſt ſup lumbos tuos,
& ſurge,vade ad Euphratem,& abſcõde illud in foramine pe
træ.Et perrexi,& abſcondi illud in Euphrate ſicut præceperat
dominus mihi.Et fuit,in fine dierum multorũ,dixit dominus
ad me:Surge,vade ad Euphratem,& tolle inde cingulũ,quod
præcepi tibi,vt abſconderes ibi.Et perrexi ad Euphratem, &
fodi,& tuli cingulum de loco vbi abſconderam illud: & ecce
computruerat cingulum,nulliuſq; erat vtilitatis.Et fuit verbũ
domini ad me,dicendo:Sic dixit dominus:ſic putreſcere faciã
B ſuperbiam Iehudah,& ſuperbiam Ieruſalaim multam.Popu-
lum iſtum peſſimum,qui renuũt audire verba mea,qui ambu
lant in duricie cordis ſui,abieruntq; poſt deos alienos,vt ſer-
uirent eis,& incuruarẽt ſe eis:& erit ſicut cingulum hoc quod
nullius eſt vtilitatis.Sicut enim adhæret cingulũ lumbis viri,ſic
adhærere mihi feci omnem domum Iſrael,& omnem domũ
Iehudah,dixit dominus:vt ſint mihi in populum,& in nomẽ,
& in laudem,& in gloriam,& non audierunt.Et dices ad eos
verbum iſtud:Sic dixit dominus deus Iſrael:Omnis vter im-
plebitur vino.Et dicent ad te:Nunquid ſciendo non ſcimus,
quòd oĩs vter implebitur vino? Et dices ad eos:Sic dixit do
minus:Ecce ego impleo omnes habitatores terræ huius,& re
ges qui ſedent pro Dauid ſuper ſolio eius,& ſacerdotes,& pro
C phetas,& omnes habitatores Ieruſalaim,ebrietate. Et collidã
eos alterum ad alterum,patres & filios pariter ait dominus:
non parcam,neq; indulgebo,nec miſerebor,quin deſtruã eos.
Audite,& auſcultate,ne eleuetis vos,q̃a dominus locutus eſt.
Date dño deo veſtro gloriã anteq̃ contenebreſcere faciat, &
anteq̃ offendãt pedes veſtri ſuper montes caliginoſos: expe-
ctabitis lucem,& ponet eã vt vmbram mortis,& vt caliginẽ.
Infra.31.b. Et ſi non audieritis hoc,in occultis plorabit anima mea à fa-
cie ſuperbiæ:Lachrymando lachrymabitur,& deſcendere fa-
ciet oculus meus lachrymas,quia captus eſt grex domini.Dic
regi & reginæ:humiliate vos,ſedete:quoniam deſcendit prin
cipatus veſter corona gloriæ veſtræ.Ciuitates quę ſunt ad me
ridiem clauſæ ſunt,& non eſt qui aperiat:translata eſt Iehudah
tota:translata eſt cum vniuerſis.Leuate oculos veſtros,& vi-
D dete eos qui veniunt ab aquilone:vbi eſt grex datus tibi,pecꝰ
gloriæ tuæ? Quid dices cum viſitauerit te? tu enim aſſuefeciſti
[a] eos ſuper te principes & capitaneos.Nonne dolores appre
hendẽt te vt mulierem parturientẽ? Et ſi dixeris in corde tuo,
quare euenerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis
tuæ,diſcoopertæ ſunt fimbriæ tuæ,diſcoopertæ ſunt plantæ
tuæ.Nunquid vertet Aethiops pellem ſuam,& pardus macu
las ſuas? Etiam vos poteritis benefacere aſſueti malefacere. Et
diſpergere faciam eos tanquam ſtipulam tranſeuntem ad ven
tum deſerti.Hæc ſors tua pars menſuræ tuæ à me,dixit domi
nus,quæ oblita es mei & fidiſti mendacio.Et etiam ego nuda
ui fimbrias tuas cõtra faciem tuã,& apparuit ignominia tua.
Adulteria tua,& exultationes tuæ, fœditas fornicationis tuæ
ſuper colles,in agro vidi abominationes tuas:vę tibi Ieruſala-
im:non mundabis te poſthac,quando adhuc es immunda [b].

a ſ.Aſſyrios quos a tempore regis Achaz ipſimet Iudæi acciuerunt.

b id eſt,citra punitionẽ meam nõ te recognoſces, cum ſis huc-uſq; in profũdo malitiæ.

¶Nec ieiunia,neq; preces prodeſſe obſtinatis:minatur falſis prophetis.
C A P. X I I I I.

A QVod fuit verbum domini ad Irmeiahu [c] ſuper verba
prohibitionum pluuiarum. Deſolata eſt Iehudah &
portæ eius deſolatæ ſunt,obſcuratæ ſunt in terra, & clamor
Ieruſalaim aſcendit.Et maiores eorum miſerunt minores ſuos
ad aquam:venerunt ad [d] foſſas,& non inuenerunt aquam: re
uerſi ſunt cum vaſis ſuis vacuis,pudore affecti ſunt,erubuerũt,
et operuerunt caput ſuum.Propter terrã deuaſtatam,quia nõ
fuit pluuia in terra,pudore affecti ſunt agricolæ,& operuerũt
caput ſuum.Nam etiam cerua in agro peperit,& reliquit,q̃a
non erat herba.Et onagri ſteterunt in excelſis, attraxerunt au-
ram tanquam dracones:defecerunt oculi eorum,quia non e-
rat herba.Si iniquitates noſtræ teſtificatæ ſunt contra nos,do
B mine fac propter nomen tuum:quia multæ ſunt rebelliones
noſtræ,tibi peccauimus.Expectatio Iſrael,ſeruator eius in tem
pore afflictionis.Quare eris veluti peregrinus [a] in terra,& tan
quam viator,qui declinat ad pernoctandum? Quare futurus
es veluti vir attonitus,tanquam fortis,qui non poteſt ſaluum
facere? tu autem in medio noſtri es domine,& nomen tuum
ſuper nos inuocatum eſt,ne derelinquas nos.Sic dixit domi-
nus populo huic:ita dilexerunt mouere ſe,pedes ſuos nõ pro-
hibuerunt ne irent,ideo dominus noluit eos:nunc recordabi
tur iniquitatis eorum,& viſitabit peccata eorum.Et dixit do-
Supra.7.a. Sup.5.1.b. minus ad me:Ne ores pro populo iſto in bonum.Cum ieiu-
nauerint,non exaudiam clamorem eorum.Et ſi obtulerint ho
locauſtum,& oblationem,nolo ea quia gladio,& fame,& pe
ſte conſumã eos.Et dixi:Ahah domine deus:ecce vates dicunt
C eis:non videbitis gladium,& fames non erit vobis,ſed pacem
veram dabo vobis in loco iſto.Et dixit dominus ad me:Fal-
ſum vates vaticinantur in nomine meo.Non miſi eos,neque
præcepi eis,nec locutus ſum ad eos:viſionem mendacem, &
diuinationem,& nihil,& ſeductionem cordis ſui vaticinãtur
vobis.Idcirco ſic dixit dominus,ſuper vates qui vaticinantur
in nomine meo,& ego non miſi eos:& ipſi dicunt: gladius &
fames non erit in terra iſta:gladio & fame conſumentur vates
illi.Et populus quibus vaticinantur,proiecti erunt in plateis
Ieruſalaim à facie famis,& gladij,& non erit qui ſepeliat eos:
ipſi inquam,vxores eorum,& filij eorũ,& filiæ eorũ:& effun-
dam ſuper eos malum ſuum.Et dices ad eos verbũ iſtud: De-
ducant oculi mei lachrymas nocte ac die,& ne taceant,q̃m cõ
D tritione magna contra eſt virgo filia populi mei,plaga dura
valde.Si egreſſus fuero ad agrum,ecce occiſi gladio:& ſi intro
iero in ciuitatem,ecce infirmati fame:quia tam vates, quã ſa-
cerdos circuierunt in terram,& non cognouerunt. Nunquid
abiiciendo abieciſti Iehudah:num Siion abominata eſt anima
Supra.8.e. tua? Quare percutere feciſti nos,& non eſt nobis ſanitas? expe-
ctauimus pacem,& non eſt bonum : tempus ſanitatis, & ecce erit
turbatio.Cognouimus domine impietatem noſtram,iniqui-
tatem patrum noſtrorũ,quia peccauimus tibi. Ne reprobes
propter nomen tuum,& ne deiicias ſolium gloriæ tuæ:recor
dare,ne irrites pactum tuum nobiſcum.Nunquid ſunt in va-
nitatibus gentium qui pluere faciant? & num cœli dabunt im
bres? Nonne tu ipſe dominus deus noſter? Et expectabimus
te,quia tu feciſti omnia hæc.

c ſuper iis quæ futura erant in tempore anguſtiarum.

d puteos.

a ſcilicet,qui tranſit,alienũ hoſpiciũ nõ curans.

¶Minatur dominus vltionem in populum Iehudaicum.
C A P. X V

A ET dixit dominus ad me:Si ſtarent Moſeh,& Semuel in
Zacha.11.b. oratione coram me,non eſt voluntas mea ad populum
iſtũ.Emitte à facie mea,& egrediatur.Et erit,ſi dixerint ad te:
Quo egrediemur? dices ad eos:Sic dixit dominus:qui ad mor
tem,ad mortem:& qui ad gladium,ad gladium:& qui ad fa-
mem,ad famem:& qui ad captiuitatem,ad captiuitatẽ.Et prę
ficiam eis quatuor gentes,dixit dominus,gladium ad occiden
dum,& canes ad trahendum,& volatilia cœli,& beſtias terræ
ad deuorandũ,& diſſipandũ.Et dabo eos in cõmotionẽ vni-
uerſis regnis terræ,propter Menaſſeh filium Iechizchiiahu re
B gis Iehudah,propter ea quæ fecit in Ieruſalaim.Quis enim mi
ſerebitur tui Ieruſalaim? & quis condolebit tibi? & quis ibit ad
poſtulandũ pacẽ pro te? Tu dereliq̃ſti me dicit dñs,& retror-
ſum abiſti:& extendã manum meã ſuper te,& diſperdã te: [b] la-
boraui ad pœnitendum.Et diſpergam eos ventilabro in por
tas terræ. Orbaui, perdidi populum meum. A viis ſuis non
ſunt reuerſi.Multiplicatæ ſunt mihi viduę eius pręharena ma

b fatigatus ſum reſipiſcendo toties a malo quod tibi parabam.

rium. Adduxi in eos, ſuper [a] congregationem iuuenum, vaſtatorem meridie, cadere feci ſuper eam repente deſolationem ciuitatis & feſtinanter. Infirmata eſt quæ pariebat ſeptem, dolore affecta eſt anima eius, occidit ſol eius adhuc exiſtente die: pudore affecta eſt, & erubuit, & reſiduum eius in gladium dabo coram inimicis eorū, ait dominus. Væ [b] mihi mater mea, quia genuiſti me virum rixæ & virum diſcordię in vniuerſa terra: non fœneratus ſum eis, nec fœnerati ſunt mihi, & vniuerſi maledicunt mihi. Dixit dominus: [c] ſi non quod remanebit tēporis erit in bonum, ſi non occurrere feci tibi in tēpore malo, & C in tempore afflictionis aduerſus inimicum. Nunquid cōteret ferrum ferrum, quod eſt ab aquilone, & æs? Opes tuas, & theſauros in direptionē dabo, non precio: & propter omnia peccata tua & peccata quæ ſunt in omnibus terminis tuis. Tranſire faciam te ad inimicos tuos in terram quam non noſti: quia ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ſuper vos ardebit. Tu noſti domine, recordare mei, & viſita me, & vindica me de inimicis meis, [d] ne in longanimitate furoris tui ſuſcipias me: ſcito q́ ſuſtineo propter te opprobriū. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos. Et fuit verbum tuum mihi in gaudium, & in lætitiam cordis mei, quia inuocatum eſt nomen tuum ſuper me domine deus exercituum. Non ſedi in cœtu ludentium, nec exultaui: propter plagam tuam ſolus ſedi, quoniam ira repleſti D me. Vt quid fuit dolor meus fortis, & plaga mea deſperata? renuit curari: eſſendo eris mihi velut vena mendax, veluti aquæ quæ non ſunt fideles. Propterea ſic dixit dominus: Si conuerſus fueris, & ego conuertam te, coram me ſtabis: & ſi eduxeris precioſum à vili, tanquam os meum eris: cōuertentur ipſi ad te, & tu non conueteris ad eos. Et dabo te populo huic murū æneum, munitum, & bellabunt contra te, & non præualebūt tibi: quia tecū ero, vt ſeruem & eruam te, dixit dominus. Et eruam te de manu peſſimorum, & redimā te de manu fortiū.

a matrem adoleſcētum.
b Conqueritur Ieremias, quod ob prophetiam peius audiat quam uſurarius quiuis.
c Si nō tibi quid ſupererit in bonū: ſi non interceſſero pro te in tempore malo & in tempore tribulationis apud hoſtem, ſcilicet Nabuchodonoſor, ut tibi Ieremiæ parcat. Nā ferro & æri, ut dixi, præualebis. Et ſunt uerba dei iurantis.
d id eſt, ne tandiu expectei, ut ego prius è medio tollar, quam uideam uindictam.

❡ Prædicit calamitatem Iehudæorum, & de populo Chriſtiano ex gentibus. CAP. XVI.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo: Non accipies tibi vxorem, nec erunt tibi filij & filiæ in loco iſto. Quia ſic dixit dominus: Super filios & filias, qui generātur in loco iſto, & ſuper matres eorum quæ generant eos, & ſuper patres eorū qui generant eos in terra iſta. [e] Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, neq́ ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt: & gladio & fame conſumētur, & erūt cadauera eorum in eſcam volatilibus cœli, & beſtiis terræ. Sic enim dixit dominus: Ne ingrediaris domum luctus, nec vadas ad plangendum, neq́ condoleas eis: quia abſtuli pacē meam à populo iſto, dixit dominus, miſericordiā, & miſeratiōes. B Et morientur magni & parui in terra hac. Non ſepelientur, nec plangent eos, & non ſe incident, nec decaluabunt ſe propter eos. Et non extendent ſe ſuper luctum ad conſolandū eos ſuper mortuo, neq́ dabunt eis potum calicem cōſolationum ſuper patre ſuo, & ſuper matre ſua. Et domū conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis ad comedendū & bibendū. Sic em̄ dixit dominus exercituum deus Iſrael: Ecce ego ceſſare faciam de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocē ſponſi & vocē ſponſæ. Et erit, cum annuntiaueris populo huic omnia verba hęc, & dixerint tibi: propter qd locutus eſt dn̄s ſuper nos om̄e malū grande hoc, & quæ iniquitas noſtra, & quod peccatum noſtrū, quod peccauimus domino deo noſtro? C Dices ad eos: propterea quòd dereliquerunt patres veſtri me, ait dominus, & abierunt poſt deos alienos, & ſeruierunt eis, & incuruauerunt ſe eis: & me dereliquerunt, & legem meam non cuſtodierunt. Et vos peius feciſtis faciendo quàm patres veſtri: & ecce vos ambulatis vnuſquiſque poſt duritiem cordis ſui mali, vt non obaudiatis mihi. Et eiicere faciam vos de terra hac, in terram quam nō cognouiſtis vos, & patres veſtri, & ſeruietis ibi diis alienis die ac nocte, quia non dabo vobis miſericordiam. Propterea ecce dies veniunt, dixit dn̄s, & non dicet̄ vltrà: viuit dominus qui aſcendere fecit filios Iſrael è terra Aegypti. Sed, viuit dominus qui aſcendere fecit filios Iſrael de terra aquilonis, de vniuerſis terris ad quas expellere fecit eos: & reducere faciā eos in terram ſuam, quā dedi patribus eorum. Ecce ego mitto ad piſcatores multos dixit dominus, & piſcabuntur eos: & poſtea mittam D ad multos venatores, & venabuntur eos ex omni mōte, & omni colle, & de cauernis petrarū. Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum, & non ſunt occultatæ à facie mea, neque eſt abſcondita iniqutas eorū à conſpectu oculorū meorum. Et reddam primū duplicem iniquitatē eorum, & peccatum eorum, eò quòd contaminauerunt terrā meam cadaueribus abominationum ſuarū, & abominationibus ſuis impleuerūt hæreditatem meā. Domine fortitudo mea, & robur meū, & refugium meum in die afflictionis. Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: verè mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem, & non eſt in eis vtilitas. Nunquid faciet ſibi homo deos? Et ipſi non ſunt dij. Idcirco ecce oſtendam eis vice hac, oſtendam eis manum meam, & fortitudinem meam, & ſcient quòd nomen meum eſt dominus.

e Aliis mortibus quam ſint mortes egritudinū morientur.
Supra.5.a.

❡ Iehudæorum obſtinatio, maledicti in hominem confidentes, obſeruandū ſabbatum. CAP. XVII.

A PEccatum Iehudah ſcriptum eſt ſtilo ferreo, ſtilo adamantino, ſculptum in tabula cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. [a] Cum recordati fuerint filij eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum iuxta lignū frondoſum, & iuxta colles excelſos. [b] Montane in regione, opes tuas omnes theſauros tuos in direptionē dabo, propter peccatū excelſorū tuorum, quæ ſunt in vniuerſis cōfinibus tuis. Et [c] remiſſio erit in te ab hæreditate tua quam dedi tibi, & ſeruire te faciā inimicis tuis in terra quā non noſti: qm̄ ignem ſuccendiſtis in furore meo, & vſq́ in æternum ardebit. Sic dixit dominus: Maledict⁹ vir qui fidit homini, & ponit carnē brachium ſuū, à domino recedit cor eius. Et erit tanquā myrica in deſerto, & non videbit cum venerit bonū: & habitabit in ſiccitatibus in deſerto, terra B deſolata, & quæ non habitatur. Benedictus vir qui fidit domino, & eſt dominus fiducia eius. Et erit tanq́ arbor plantata ſecus aquas, & quæ ſecus riuū mittet radices ſuas: & nō videbit cum venerit æſtus, & erit folium eius viride: & [d] in anno prohibitionis pluuiæ non timebit, nec deſinet facere fructū. Supplantatiuum eſt cor præ omnibus, & peruerſum eſt, quis cognoſcet illud? Ego dn̄s ſcrutans cor, probās renes, vt dem vnicuiq́ iuxta viā ſuam, iuxta fructū operum ſuorū. Sicut perdix colligit oua, & nō parit, ſic qui facit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierū ſuorum derelinquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit inſipiēs. Solium gloriæ altitudo à principio, locus ſanctificationis noſtræ. O ſpes Iſrael domine, oēs qui dereliquerunt te pudore afficiētur: & [e] recedentes à me in terra ſcribētur, quoniam dereliquerūt venam aquarū viuentium dn̄m. Sana me C domine, & ſanabor: ſaluū me fac, & ſaluus ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt verbū domini? Veniat nūc. Et ego non elōgaui meipſum, vt eſſem paſtor poſt te, & diem contritionis non deſideraui: tu noſti: quod exiuit de labiis meis rectū coram te fuit. Ne ſis mihi formidini, ſpes mea tu in die mala. Pudore afficientur perſequentes me, & non pudore afficiar: pauebunt ipſi, & non pauebo ego. Adhuc ſuper eos diē malā, & duplici cōtritiōe cōterere eos. Sic dixit dn̄s ad me: Vade, & ſta in porta filiorū populi per quā ingrediuntur reges Iehudah, & per quā egrediuntur, atq́ in omnibus portis Ieruſalaim. Et dices ad eos: Audite verbū domini reges Iehudah & omnis Iehudah, & oēs habitatores Ieruſalaim, qui ingredimini per portas has. Sic dixit dn̄s: cauete propter animas veſtras. Et ne portetis pōdus in die ſabbati, nec inferatis per portas Ieruſalaim. Neq́ efferatis on⁹ de domib⁹ veſtris in die ſabbati, & omne opus non faciatis: & ſanctificate diem ſabbati, D quemadmodum præcepi patribus veſtris. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent, neque acciperent diſciplinam. Et erit, ſi audiendo audieritis me dixit dominus, vt non inferatis onus per portas ciuitatis huius in die ſabbati, & ſanctificaueritis diē ſabbati, vt non faciatis in eo omne opus, Ingrediētur per portas ciuitatis huius reges, & principes ſedentes ſuper ſolium Dauid equitantes in curru, & in equis, ipſi & principes eorū vir Iehudah, & abitatores Ieruſalaim, & habitabitur ciuitas hęc in ſeculum. Et venient de ciuitatibus Iehudah, & de circuitibus Ieruſalaim, & de terra Biniamin, & de campeſtribus, & de mōte, ab auſtro adducentes holocauſtum, & ſacrificium, & oblationem, & thus, & adducentes confeſſionem in domum domini. Si autem non obedieritis mihi, vt ſanctificetis diem ſabbati, & non portetis onus, nec inferatis per portas Ieruſalaim in die ſabbati, ſuccendere faciam ignem in portis eius, & deuorabit palatia Ieruſalaim, & non extinguetur.

a Quaſi recordādo filiorum, recordantur altariū ſuorum, magno ſcilicet affectu.
b O tu mōs meus, qui es in amœno loco, opes
c deſtitueris tu ab hæreditate tua.
Infra.58.a.
d in tempore amputationis ſurculorum nō erit ſolicita. facile ſcilicet alios germinans.
Pſalmo.1.
e qui caſtigauerūt me in terra ſcribentur, id eſt in puluere iacebūt, nec attingent ſublime illud ſolium.
Apoc.2.[illegible]
Leuit.25.a.

❡ Comparat hominem uaſis figuli, ſuaq́ perſecutione Chriſti paſſionem præfigurat. CAP. XVIII.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à domino vt diceret: Surge, & deſcēde in domū figuli, & ibi audire faciam te verba mea. Et deſcendi in domum figuli, & ecce faciebat opus ſuper rotam. Et diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat, ex luto in manu figuli: & cōuerſus eſt, & fecit illud vas alterum, quemadmodum rectum fuit in oculis figuli, vt faceret. Et fuit verbum domini ad me, dicendo: Nunquid ſicut figulus iſte non potero facere vobis domus Iſrael, ait dominus? Ecce ſicut eſt lutum in manu figuli, ſic eſtis in manu mea domus Iſrael. Repēte loquar aduerſus gētem, & aduerſus regnum, vt euellam, & B confringam, & perdam. Et conuertetur gens ipſa à malo ſuo contra quod locutus ſum, & pœnitebit me ſuper malo qd᷑ cogitaui facere ei. Et repente loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum, vt ædificem, & plantem. Et faciet malum in oculis meis: vt non audiat vocem meam, pœnitebit me ſuper bono quod dixi, vt benefacerem ei. Et nūc age, dic viro Iehudah, & habitatoribus Ieruſalaim, dicendo: Sic dixit dominus: Ecce fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationē. Reuertimini nunc vnuſquiſq́ à via ſua mala, & bonas facite vias veſtras, & opera veſtra. Et dixerunt: [a] Deſperatum eſt: ſed poſt cogitationes noſtras ibimus, & vnuſquiſq́ cogitationē cordis ſui mali faciemus. Ideo ſic dixit dominus: Interrogate C nunc gentes. Quis audiuit ſimilia? Rem fœdam fecit nimis virgo Iſrael, numquis [b] relinquet de petra agri niuem [c] Lebanon? Num relinquentur aquæ venientes à loco alio frigidæ defluentes? Quia oblitus eſt mei populus meus, fruſtra adolebunt: & impingere fecerunt eos falſi prophetæ in viis eorum, vt relinquant ſemitas longi temporis, vt ambulent per ſemitas viæ non calcatę. Et ponant terram eorum in ſtuporem, ſibiloſq́ longi tēporis. Oīs qui trāſierit iuxta eā admirabitur, & mouebit caput ſuum. Sicut ventus orientalis, diſpergā eos corā inimico: ceruicem, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum. Et dixerunt: Venite, & cogitemus cōtra Irmeiahu malas cogitationes. Non enim peribit lex à ſacerdote, & conſiliū à ſapiente, & verbum à propheta. Venite, & percutiamus eū lingua, & ne attendamus ad vniuerſa verba eius. Attende domine ad me, & audi vocem ligantium mecum. Nunquid red- D ditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, vt auerterem iram tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem, & fluere fac eos per manus gladij. Et ſint vxores eorum orbatæ, & viduæ, & viri earum ſint occiſi morte: iuuenes eorum percuſſi gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim ſuper eos exercitum repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem domine noſti omne conſiliū eorum aduerſum me in mortem. Ne expies iniquitatem eorum, & peccatum eorum à facie tua ne deleas. Et ſint debilitati in conſpectu tuo, in tempore furoris tui fac cum eis.

a Peruerſe ubiq́ agitur: equidem & nos poſt
b ſcilicet, qui ſitit.
c ſcilicet, quā preſentē habet.

❡ Minatur dira habitatoribus Ieruſalaim propter idololatriam. CAP. XIX.

A SIc dixit dominus ad me: Vade, & eme vaſculum figuli teſtaceum, & duc tecum de ſenioribus populi, & de ſenioribus ſacerdotum. Et egredere ad vallem filij Hinnom, per oſtium portæ [a] fictilis: & prædica ibi verba hæc quæ loquar ad te. Et dic: Audite verbum domini reges Iehudah, & habitatores Ieruſalaim, ſic dixit dominus exercituum deus Iſrael: Ecce adduco malū ſuper locum iſtum, quod omnis qui audierit [b] tin- B nient aures eius. Eò quòd dereliquerūt me, & alienauerunt locum iſtum, & adoleuerunt in eo diis alienis, quos non nouerunt ipſi, & patres eorum, & reges Iehudah, & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum. Et ædificauerunt excelſa Bahal ad [c] comburēdum filios ſuos igni, in holocauſta ipſi Bahal, quod non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcēdit ſuper cor meum. Propterea ecce dies veniunt dixit dominus, & non vocabitur, locus iſte amplius Topheth, & vallis filij Hinnō, ſed vallis occiſionis. Et diſſipabo conſilium Iehudah, & Ieruſalaim in loco iſto, & cadere faciam eos gladio coram inimicis ſuis, & in C manu quærentium animas eorum, & dabo cadauera eorum in eſcam volatilibus cœli, & beſtiis terræ. Et ponam ciuitatem hanc in ſtuporem, & in ſibilum. Omnis qui tranſierit per eam, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius. Et comedere faciam eos carnem filiorum ſuorum, & carnem filiarum ſuarum, & vnuſquiſq́ carnem amici ſui comedet, in obſidione, & anguſtia qua anguſtiis afficient eos inimici eorum, & quærentes animam eorum. Et conteres vaſculum in oculis virorū qui eunt tecum, Et dic ad eos: Sic dixit dominus exercituum: ſic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam ſicut conterit quiſpiam vas figuli quod non poteſt curari vltrà: & in Topheth ſepelientur, eò quòd non erit locus ad ſepeliendum. Sic D faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius, vt ponā ciuitatem hanc ſicut Topheth. Et erunt domus Ieruſalaim, & domus regum Iehudah ſicut locus Topheth immundæ, propter omnes domos ſuper quarum adoleuerunt tectis omni militiæ cœli, & libauerunt libamina diis alienis, Venit autem Irmeiahu de Topheth, quo miſerat eum dominus, vt vaticinaretur, & ſtetit in atrio domus domini, & dixit ad omnē populum: Sic dixit dominus exercituum deus Iſrael: Ecce adduco ſuper ciuitatem iſtam & ſuper omnes vrbes eius omne malum quod locutus ſum contra eam, quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent verba mea.

a orientalis
b contremiſcent.
c Religio erat, pueros ibi per ignē traducere, ut ab illo Aſſyriorū incēdio populū ſeruaret Baal. Inde tamen paſſim tenelli cōburebātur: ideo uocat holocauſtum.
Supra.18.c. Infra.64.c. et 50.c.

❡ Irmeiahu ob uerbum dei percutitur, incarceratur, prædicit ciuitatis uaſtationem, deſperat, maledicit natiuitati ſuæ. CAP. XX.

A ET audiuit Paſchur filius Immer ſacerdos (& ipſe erat prępoſitus dux in domo domini) Irmeiahu prophetantem verba iſta, & percuſſit Paſchur Irmeiahu prophetā, & poſuit eum [d] in carcerem, qui erat in porta Biniamin ſuperiori, quæ erat in domo domini. Et fuit, in craſtino eduxit Paſchur Irmeiahu de carcere, & dixit ad eum Irmeiahu: Non Paſchur vocauit dominus nomen tuum, ſed Maghor Miſſabib (.i. pauorē vndiq́.) Quia ſic dixit dominus: Ecce ego do te in pauorē tibi, & omnibus diligentibus te: & corruēt gladio inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt: & omnē Iehudah dabo in manu regis Babel, & traducet eos in Babel, & ꝑcutiet eos gladio. B Et dabo omnes opes ciuitatis huius, & omnē laborem eius, & omne precioſum eius, & cunctos theſauros regū Iehudah dabo in manu inimicorū eorum, & diripient eos, & tollent eos, & adducēt eos in Babel. Tu autē Paſchur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatē, & Babel ingredieris, ibiq́ morieis, & ibi ſepelieris tu, & oēs diligentes te, quibus vaticinatus es mendaciter. [e] Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum, [f] fortior me fuiſti, & præualuiſti: fui ego in deriſum om̄i die, vniuerſi ipſi ſubſannant me. [g] Quia omni tempore loquor, vocifero iniquitatem, & vaſtitatem clamo: quia fuit verbum domini mihi cauſa probri, & ſubſannationis omni die. Et di- C xi: Non recordabor eius, nec loquar vltrà in nomine eius: & fuit in corde meo tanquā ignis ardens clauſus in oſſibus meis;

Infra.18.c.
d in cippum
e Incautum duxiſti me.
f fortiter mecum egiſti.
g Quoniam ultra metam ego loquor, uociferor direptionē, & uaſtitatē clamo. Hāc patet eſſe cauſā ſuæ deceptionis, quod incautus acrius iuſto obiurgaret: cum eſſet ſibi in deriſum.

& laboraui ad ferendum,& non potui. Audiui enim detractionẽ multorum,& pauorem vndiq;,dicentium. Annunciate de illo verbum mendax,& annunciabimus illud regi. Omnis homo,qui mecum pacificus eſſe debebat, obſeruaban an [a] claudicarem in aliquo:ſi fortè decipiatur,& præualeamt ei,& accipiamus vltionem noſtram de eo. Dominus autẽ meꝰ cum eſt tanquam potens fortis:idcirco perſequentes me impingent,& non præualebunt:pudore afficientur vehemẽter, [b] quia non proſperabuntur:ignominia perpetua erit illis,quę non obliuioni tradetur. Domine autem exercituū qui probas iuſtum,qui vides renes,& cor:videam vltionem tuam de eis: tibi enim reuelaui cauſam meam. Cãtate domino,laudate dominum,quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua natus ſum: dies qua peperit me mater mea ne ſit benedicta. [c] Maledictus vir qui annunciauit patri
D meo,dicendo:natus eſt tibi filius maſculus:qui lætificando lætificauit eum. Et ſit vir ille ſicut ciuitates quas ſubuertit dominus,& non pœnituit eum:audiat clamorem mane, & vociferationem in tempore meridiano. Vt quid non ipſa interfecit me à vulua,& fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum meum, & vulua eius conceptio perpetua. Vt quid iam de vulua egreſſus ſum:vt viderem laborem & dolorem,& deficerent in pudore dies mei?

a an a ueritatis uia aberrarem,ut me accuſarent. Iob.t.a. b quia non prudenter agent. Iob.3 a. c Magno ſpiritus feruore ſibi nuper magna pollicebat, et nũc repente incipit refrigeſcere & tædio affici. d recedat hoſtis.

¶ Vaticinatur capiendum Sidchiiahu regem,urbemq; exurendam.

C A P. X X I.

A Verbum quod fuit ad Irmeiahu à domino,quando miſit ad eum rex Sidchiiahu,Paſchur filium Malchiiah & Sephaniah filium Mahaſeiah ſacerdotem,vt dicerent:Interroga nunc pro nobis dominum,quia Nebuchadneſar rex Babel præliatur aduerſum nos:ſi fortè faciat dominus nobiſcum ſecundum omnia mirabilia ſua,& [d] aſcẽdat à nobis. Et dixit Irmeiahu ad eos:Sic dices ad Sidchiiahu:Sic dixit dominus deus Iſrael:ecce ego [e] conuerto inſtrumenta bellica quę in mani-
B bus veſtris ſunt,& quibus pugnatis cum rege Babel,& Chaſdim,qui obſident vos extra murum:& cõgregabo [f] ea in medium ciuitatis huius. Et pugnabo vobiſcum manu extenta,& brachio forti,& furore,& indignatione,& ira magna. Et percutiam habitatores ciuitatis huius,& homines & animalia:peſtilentia magna moriẽtur. Et poſtea dixit dominus:dabo Sidchiiahu regem Iehudah,& ſeruos eius,& populum, & qui remanſerit in ciuitate hac,à peſte,& à gladio,& à fame, in manu Nebuchadneſar regis Babel,& in manu inimicorum eorum,
C & in manu quærẽtium animam eorum:& percutiet eos acie gladij: Nõ ignoſcet eis,nec parcet,neq; miſerebitur. Et ad populum hunc dices:Sic dixit dominus: Ecce do coram vobis viam vitæ,& viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio,fame,& peſte:qui autem egreſſus fuerit,& transfugerit ad Chaſdim,qui obſident vos, viuet, & erit ei anima ſua in ſpolium. Poſui enim faciem meam contra ciuitatẽ hanc in malum,& non in bonum,ait dominus:in manum regis Babel dabitur,& comburet eam igni. Et domui regis Iehudah,
D dic:Audite verbum domini. Domus Dauid,ſic dixit dominꝰ: Iudicate mane iudicium,& eruite oppreſſum de manu opprimentis,ne fortè egrediatur vt ignis ira mea,& ſuccendatur,& non ſit qui extinguat propter malitiam operum eorum. Ecce venio ad te habitatrix vallis,petra cãpeſtris,ait dominus: qui dicitis:quis confringet nos,& quis ingredietur habitacula noſtra? Et viſitabo vos iuxta fructum operum veſtrorum, dixit dominus:& ſuccendere faciam ignem in ſylua eius, & conſumet omnes ciuitates,quæ ſunt in circuitu eius.

e circunuoluõ f eos ſcilicet Chaldeos. Infra.22.a.

¶ Monetur rex iudicij, & iuſtitiæ &c. C A P. X X I I.

A Sic dixit dominus:Deſcende in domum regis Iehudah, & loquere ibi verbum hoc. Et dic:Audi verbum domini rex Iehudah,qui ſedes ſuper ſolium Dauid,tu,& ſerui tui,& populus tuus,qui ingredimini per portas has. Sic dixit dominus:facite iudicium,& iuſtitiam,& liberate oppreſſum de manu opprimentis, & aduenam & pupillum & viduam ne opprimatis,& ne rapiatis,& ſanguinem innocentem ne effundatis in loco iſto. Si enim faciendo feceritis hoc,ingrediẽtur per portas domus huius reges ſedẽtes pro Dauid ſuper ſolium eius,equitantes in curru,& equis,ipſe & ſerui eius,& populus eius. Et ſi
B non audieritis verba hæc,per me iuraui,dixit dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc. Quia ſic dixit dominus,ſuper domum regis Iehudah: [a] Ghilhad tu mihi caput Lebanon:ſi non poſuero te in ſolitudinem,vt vrbes non habitatas. Et pręparabo ſuper te interfectores vnumquenq; & inſtrumenta eius,& ſuccidẽt electas cedros tuas,& cadere facient ſuper ignẽ. Et tranſibunt gentes multæ per ciuitatẽ iſtam,& dicent vnuſquiſq; ad amicum ſuum:propter quid fecit dominus ſic ciuitati grandi huic? Et dicent: propterea quòd dereliquerunt
C pactum domini dei ſui,& incuruauerunt ſe diis alienis, & ſeruierunt eis. Ne defleatis mortuos,& ne cõdoleatis eis:flete flẽdo pro abeunte,quia nõ reuertetur vltrà,nec videbit terram natiuitatis ſuæ. Quia ſic dixit dominus de Sallū filio Ioſiiahu regis Iehudah,regnãte pro Ioſiiahu patre ſuo,qui egreſſus eſt de loco iſto:non reuertẽt huc amplius. Sed in loco illo ad quẽ [b] tranſtulerunt eum,morietur,& terram iſtam nõ videbit amplius. Væ ædificanti domum ſuam in iniuſtitia,& cœnacula ſua ſine iudicio: [c] amico ſuo ſeruiet gratis,& mercedem operis eius non dabit ei. Qui dicit,ædificabo mihi domum ma-
D gnarum menſurarum, & cœnacula ſpacioſa,vt ingrediatur ventus æſtatis tempore,& apertas facit ei feneſtras, & tectam domum cedrinis tabulis,& pictam ſinopide. Nunquid regnabis,quia tu miſces te cum cedrino ædificio? Pater tuus nónne comedit,& bibit,& fecit iudicium,& iuſtitiam,& tunc bene erat ei? Iudicauit iudicium pauperis & egeni, & tunc bene fuit ei. Nónne hoc eſt ſcire me,dixit dominus? Sed non ſunt oculi tui,& cor tuum,niſi ad auaritiam tuam,& ad ſanguinem innocentem fundendum,& ad oppreſſionem,& ad contritionem faciẽdam. Propterea ſic dixit dominus ſuper Iehoiachim filium Ioſiiahu regem Iehudah:Non plangent eum:væ frater
E mi,& væ ſoror. Non plangent eum:væ domine,& væ gloriæ eius. Sepultura aſini ſepelietur detractus, & proiectus vltrà portas Ieruſalaim. Aſcende in montem Lebanon, & clama,& in montem Baſan da vocem tuam:& clama vndique: quia contriti ſunt omnes diligentes. Locutus ſum ad te in felicitatibus tuis. Dixiſti non audiam. Hæc via tua ab adoleſcentia tua, quia non audiſti vocem meam. Omnes paſtores tuos depaſcet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: tunc pudore afficieris,& erubeſces propter omnem malitiam
F tuam. Quæ habitas in Lebanon, nidificas in cedris. Quam gratioſa eris, cum venerint tibi dolores, dolor tanquam parturientis. Viuo ego dixit dominus, quia ſi eſſet [d] Choniahu filius Iehoiachim regis Iehudah, anulus in manu dextera mea:quia inde euellam te. Et dabo te in manum quærentium animam tuam, in manum eorum, à quorum times facie, & in manum Nebuchadreſar regis Babel, & in manum Chaſdim. Et proiicere faciam te, & matrem tuam, quæ genuit te,ad terram alienam, in qua non eſtis nati, ibique moriemini. Et ad terram ad quam ipſi eleuant animam ſuam,vt reuertantur illuc, illuc non reuertentur. Num vt ſculptile contem-
G ptibile,contritus eſt vir iſte Choniahu, aut vt vas contritum in quo non eſt voluntas? Vt quid proiecti ſunt ipſe,& ſemẽ eius,& proiecti ſunt ſuper terram,quam non nouerunt? Terra,terra,terra,audi verbum domini:Sic dixit dominus,ſcribite virum iſtum [e] orbum,virum qui non erit felix in diebus ſuis:nam non proſperabitur de ſemine eius vir ſedens ſuper ſolium Dauid,& dominans vltrà in Iehudah.

a Vrbs ipſa eſt domus regū Iehudah, quæ hic uocatur Ghilhad, quod ſit ut illa aceruus teſtimonij,et caput terræ Baſan. Dicitur etiam ſublimitas Libani quod excelſas habeat eius cedros. b ſcilicet Ægyptum. c in amico ſue ſibi ſeruiet gratis. d Iechonias qui et Iehoiachim. e qui ſine hærede,regū ſui ſeculi nouiſſimus.

¶ Inuehitur grauiter in malos paſtores,gregẽ dn̄i turpiter lacerãtes,ac dei uerbum adulterantes,prædixitq; Chriſtū naſciturū. C A P. X X I I I.

A Væ paſtoribus qui perdunt,diſperguntq; pecudes paſcuæ meæ,dixit dominus. Ideo ſic dixit Dn̄s deus Iſrael ad paſtores, qui paſcunt populum meum: Vos diſperſiſtis pecudes



pecudes meas,atque eieciſtis eas,& non viſitaſtis eas,ecce viſito ſuper vos malitiam operum veſtrorum, dixit dominus. Et congregabo reliquias pecudum mearum de omnibus terris ad quas eieci eas,& redire faciam eas ad habitacula ſua, & creſcent,& multiplicabuntur. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtores, & paſcent eas:& non timebunt vltrà,nec formidabunt, neq; deficient dixit dominus. Ecce dies veniunt dixit dominus, & ſuſcitabo ipſi Dauid [a] germen iuſtum,& regnabit rex, & proſperabitur,& faciet iudicium,& iuſtitiam in terra. In diebus eius ſaluus erit Iehudah,& Iſrael habitabit confidenter:& hoc eſt nomen eius,quod vocabũt: [b] dominꝰ iuſtitia noſtra:Ideo
B ecce dies veniunt dixit dominus,& non dicent vltrà:viuit dominus,qui aſcendere fecit filios Iſrael è terra Aegypti. Sed:viuit dn̄s,qui aſcendere fecit,& qui adduxit ſemen domus Iſrael de terra aqlonis,& de omnibus terris ad quas eieci eos, & habitabunt in terra ſua. Propter prophetas contritum eſt cor meum in medio mei,commota ſunt omnia oſſa mea, fui tanquam vir ebrius,& veluti vir ſuper quem tranſiuit vinū:idq; à facie dn̄i,& à facie verborum ſanctorum eius. Quia adulteris repleta eſt terra,quia propter falſum iuramentum deſolata eſt terra,& aruerunt paſcua deſerti:& fuit curſus eorū malus,& fortitudo eorū non recta. Quia tam propheta,q; ſacerdos peccauerunt:etiam in domo mea inueni malum eorum ait dn̄s. Idcirco erit via eorū eis tanq; lubricum in caligine,im-
C pellentur,& corruent in ea:adducam enim ſuper eos malum, annum viſitationis eorum,ait dn̄s. Et in prophetis Someron vidi inſulſa:prophetauerunt in Bahal,& errare fecerūt populum meum Iſrael. Et in ꝓphetis Ieruſalaim vidi fœda:adulteria committunt,& ambulant in mendacio,& confortauerūt manus malorum,vt non conuertantur vnuſquiſq; à malitia ſua:fuerunt mihi vniuerſi ipſi vt habitatores Sedom,& habitatores eius vt Habitatores Hamorah. Propterea ſic dixit dominus exercituū ad prophetas:Ecce ego comedere facio eos abſynthium, [c] & propinare faciam eis aquā fellis:à prophetis enim Ieruſalaim egreſſa eſt iniquitas in omnem terram. Sic dixit dominus exercituum:Ne audiatis verba prophetarum,q prophetant vobis:vaneſcere faciunt vos,viſionem cordis ſui
D loquuntur:non de ore domini. Dicunt dicendo ſpernentibus me:locutus eſt dominus,pax erit vobis:& omni ambulãti in duritia cordis ſui,dixerunt:non veniet ſuper vos malū. Quis enim ſtetit in ſecreto domini,& vidit,& audiuit verbum eiꝰ? quis attendit verbo eius,& audiuit:Ecce turbo domini cum furore egredietur,& turbo cadens,ſuper caput impiorum cadet. Non reuertetur furor domini,donec faciat,& donec ſtatuat cogitationes cordis ſui:in nouiſsimo dierum intelligetis in ea re intelligentiã. Non miſi prophetas,& ipſi cucurrerunt: non ſum locutus ad eos,& ipſi prophetabant. Et ſi ſtetiſſent in ſecreto meo,& audire feciſſent verba mea populum meū, auerti feciſſent eos à via ſua mala,& à malitia operum eorū.
E Nunqd deus de propinquo ego ſum,dixit dn̄s,& nõ deus de longinquo? Num occultabit ſe quiſpiã in occultis,& ego nõ videbo eū dixit dn̄s? Nónne cœlū & terram ego impleo,dixit dn̄s? Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendaciū,dicendo:Somniaui,ſomniaui? Vſquequo? nunquid eſt in corde prophetarū prophetantiū mendacium, & prophetantium dolum cordis ſui? Qui cogitant vt obliuiſci faciant populum meum nominis mei ſomniis ſuis,quę narrant vnuſquiſque amico ſuo:ſicut obliti ſunt patres eorū nominis mei propter Bahal. Propheta cū quo eſt ſomnium, narret ſomnium:& cum quo eſt verbum meum,loquatur verbū meum verè. Quid paleæ ad triticum,dixit dominus? Nónne ſic eſt verbum meum,tanquam ignis,dixit dominus? & velu-
F ti malleus cõteret petram? Propterea ecce ego ad prophetas, ait dominus,qui furantur verba mea, vnuſquiſq; ab amico ſuo:Ecce ego ad ꝓphetas,ait dn̄s,q lenificãt linguã ſuam,& dicũt:dicit. Ecce ego ad ꝓphetãtes ſomnia mẽdacia, ait dn̄s, & narrauerūt ea,& errare fecerūt ppl̄m meum mẽdaciis ſuis, & blanditiis ſuis:& ego nõ miſi eos,nec præcepi eis,& proficiendo non profuerunt populo huic,dixit dn̄s. Et ſi interrogauerit te populus iſte,vel propheta,vel ſacerdos,dicendo:quę eſt [a] prophetia domini? dices ad eos:Quæ [b] prophetia? derelinquam vos,dixit dominus. Et propheta,& ſacerdos ac populus,qui dixerit: [c] prophetia domini:viſitabo virum illum , &
G domum eius. Sic dicetis vnuſquiſque ad amicum ſuum,& vnuſquiſq; ad fratrẽ ſuum : Quid reſpõdit dn̄s? Et qd locutus eſt dn̄s? Et [d] ꝓphetia dn̄i nõ memorabitur vltrà:quia prophetia erit vnicuiq; verbū ſuū:& vos peruertiſtis [e] verba dei viuẽtis, domini exercituum dei noſtri. Sic dices ad prophetam:Quid reſpondit tibi dominus,& quid locutus eſt dominus? [f] Et nū prophetiam dn̄i dicetis? Propterea ſic dixit dominꝰ:Quia dixiſtis verbum iſtud [g] prophetia domini, [h] miſi ad vos dicẽdo: Non dicatis [i] prophetiam domini. Propterea ecce ego [k] obliuiſcar veſtri obliuiſcendo,& euellam vos,& ciuitatem quã dedi vobis,& patribꝰ veſtris à facie mea. Et dabo ſuper vos opprobrium ſempiternum,& ignominias ſempiternas, quę nõ obliuioni tradentur.

a [redacted]
b id eſt,ſola dei iuſtitia ſumus a Babylone liberati. Referunt hæc myſtice ad Chriſtum, qui uere eſt deus noſter & iuſtitia noſtra. propheticus enim ſermo gladiꝰ eſt utrinque ſcindens. c et potabo eos lachrymis

a onus b onus c onus d id eſt,hoc nomẽ, onus, non memorabit. qui em̄ oneris per irriſionẽ meminerit, erit uere onus ſuper ipſum. e ut rem.ſ. odioſã, onus uocatis:cum reuerenter oportuerit rogare,quid dicat et uelit dominus. f Et ſi oneris ultra meminerit is.Cõminatio eſt cum iureiurando. g onus h quanquã miſerim. i onus k onerabo uos onere. Alludit ad uerbū onus.

¶ Viſio duorum Calathorum. C A P. X X I I I I.

A Videre fecit me dominus,& ecce duo caniſtra ficuū parata ante templum domini,poſtquã tranſmigrare fecit Nebuchadreſar rex Babel Iechoniahu filium Iehoiachim regem Iehudah,& principes Iehudah,& artifices , & incluſores de Ieruſalaim,& adduxit eos in Babel. Caniſtrum vnum habebat ficus bonas valde,ſicut ficus præcoquas:& caniſtrum alterum habebat ficus malas valde quę non poterant comedi
B propter malitiam. Et dixit dominus ad me:Quid tu vides Irmeiahu? Et dixi:Ficus:ficus bonas,bonas valde,& malas,malas valde,quę non poſſunt comedi propter malitiam. Et fuit verbum domini ad me dicendo:Sic dixit dominus deꝰ Iſrael: Sicut ficus bonæ hæ,ſic [l] cognoſcere faciam tranſmigrationẽ Iehudah,quam emiſi de loco iſto in terrã Chaſdim in bonū. Et ponam oculum meum ſuper eos in bonum,& reducã eos in terram hanc:& ædificabo eos,& non deſtruam,& plãtabo eos,& non euellam. Et dabo eis cor,vt ſciant me q; ſum domi-
C nus:& erunt mihi in populum,& ego ero eis in deum,quia reuertentur ad me toto corde ſuo. Et ſicut ficus malæ,quæ non poſſunt comedi propter malitiam,quia ſic dixit dominꝰ: Sic dabo Sidchiiahu regem Iehudah,& principes eius,& reſiduū Ieruſalaim,qui remanſerunt in vrbe hac,& qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in commotionem,& malum omni-
D bus regnis terræ,in opprobrium,& parabolam, & prouerbium,& maledictionem in omnibus locis ad quæ eieci eos. Et mittam in eis gladium,famem,& peſtem,donec conſumãtur ipſi è terra quam dedi eis,& patribus eorum.

l Pœnitẽtia illi poſt Iechoniã in Babylone ducebãtur. Infra.29.d.

¶ De ſeptuaginta annorum captiuitate totius Iehudææ.

C A P. X X V.

A Verbum quod fuit ad Irmeiahu ſuper omnem populū Iehudah anno quarto Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah. Ipſe eſt annꝰ [m] primꝰ Nebuchadreſar regis Babel. Qđ locutus eſt Irmeiahu propheta ad oẽm populū Iehudah,et ad vniuerſos habitatores Ieruſalaim , dicendo: A tertiodecimo anno Ioſiiahu filij Amon regis Iehudah vſque ad diem hanc, iam tertio & vigeſimo anno fuit verbum domini ad me,et locutus ſum ad vos mane ſurgendo,& loquendo,& non audiſtis. Et miſit dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas mane ſurgendo,& mittendo, & non audiſtis, neque inclinaſtis aurem veſtram ad audiendum. Dicebant autem : reuertimini nunc quiſque à via ſua mala,& à malitia operum veſtrorum,& habitabitis ſuper terram,quam dedit dominꝰ vobis, & patribus veſtris à ſeculo,& vſque in ſeculum. Et ne ambule-
B tis poſt deos alienos,vt ſeruiatis eis,& incuruetis vos eis : & ne iraſci faciatis me ꝓpter opus manuū veſtrarū,& nõ malefaciã vobis. Et nõ obtẽperaſtis mihi,dixit dn̄s,vt iraſci faceretis me ꝓpter opus manuū veſtrarum in malū vobis. Propterea

m a quo incipiūt.70.anni numerari.

ſic dixit dominus exercituum:Pro eo q̃ non paruiſtis verbis
B meis;Ecce mittam,& aſſumam vniuerſas cognationes aqui-
lonis,ait domin⁹,et ad Nebuchadreſar regem Babel ſeruum
meum,& adducam eos ad terram iſtam,& ad habitatores e-
ius,et ad omnes nationes iſtas in circuitu:& interficere faciam
eos,& ponam eos in ſtuporem,& in ſibilum,& in ſolitudines
ſempiternas.Perdereq̃ faciam ex eis vocem gaudij,& vocem
lætitiæ,vocem ſponſi & vocem ſponſæ,vocem molarum,&
C lumen lucernæ.Et erit vniuerſa terra hęc in ſolitudinē & in ſtu-
porem,& ſeruient gentes iſtæ regi Babel ſeptuaginta annis.
Et erit,cum impleti fuerint ſeptuaginta anni,viſitabo regem
Babel & gentem ipſam dixit dominus,iniquitatem eorum,&
terram Chaſdim,& ponam illam in ſolitudines ſempiternas.
Et adducam ſuper terram ipſam omnia verba mea,quæ locu
tus ſum contra eam,omne quod ſcriptū eſt in libro hoc,qđ
propherauit Irmeiahu aduerſum omnes gentes.Quia [a] faciēt
in eis etiam ipſæ gentes multæ,& reges magni,& reddam eis
ſecundum opus eorum,& iuxta opus manuum eorum.Quia
ſic dixit dominus deus Iſrael:Sume calicem vini furoris huius
de manu mea,& propinare facies illum omnibus gentibus ad

[a] Quia ſeruierūt gentes Chaldæis,etiā ipſi uiceuerſa ſeruient eis: gentes inquā multæ.

D quas mitto te.Et bibent,& trement,& inſanient à facie gladij,
quem mitto inter eos:Et accepi calicem de manu domini,&
propinare feci,omnibus gentibus ad quas miſit me domin⁹.
Nempe Ieruſalaim,& ciuitatibus Iehudbh,& regibus eius,&
principibus eius,vt ponerem eas in ſolitudinem in ſtuporē,
& in ſibilum,& in maledictionem ſecundum diem hanc.Pa-
rhoh quoq̃ regi Aegypti,& ſeruis eius,& principibus eius,&
omni populo eius.Et omnibus populis miſtis,& omnib⁹ re-
gibus terræ Hus,& omnibus regibus terræ Peliſtim,Aſchalō,
& Hazzah,& Hecron,& reſiduo Aſdod.Edom,& Moab,&
filiis Hammon:Omnibus regibus Sor,& vniuerſis regibus
Sidon,& omnibus regibus inſularum qui ſunt trans mare.Et
E Dedan,& Tema,& Buz,& vniuerſis terminis anguli mundi.
Et cunctis regibus Harabiæ,hoc eſt,omnibus regibus Hara-
biæ qui habitant in deſerto.Et cunctis regibus Zimri,& vni-
uerſis regibus Helam,& omnibus regibus Madai.Et cunctis
regibus aquilonis propinquis,& remotis alteris ab alteris,&
omnibus regnis terræ,quæ ſunt in ſuperficie terræ:& rex Se-
ſach bibet poſt eos.Et dices ad eos:Sic dixit dominus exerci-
tuum deus Iſrael:Bibite,& inebriamini,et vomite,et cadite,et
nō reſurgatis à facie gladij,quem ego mitto inter vos.Et erit,
ſi renuerint accipere calicem de manu tua,vt bibant,dices ad
eos:Sic dixit dn̄s exercituum:Bibendo bibetis.Quia ecce ci-
uitati ſuper quam inuocatum eſt nonen meum incipio male
facere,& vos penitus eritis innoxij? Non eritis innoxij. Gla-
dium voco ſuper omnes habitatores terræ,dixit domin⁹ ex-
F ercituum:Et tu prophetabis ſuper eos omnia verba hæc,&
dices ad illos:Dominus de excelſo rugiet,& de habitaculo ſan
cto ſuo dabit vocem ſuam.Rugiendo rugiet ſuper habitacu-
lum ſuum,celeuſma veluti calcantium,concinetur omnibus
habitatoribus terræ. Venit ſonitus vſque ad extremū terræ,
quia iudiciū eſt dn̄o cū gentib⁹,iudex eſt ipſe omnis carnis:im
Canti.1.a. pios tradet gladio,dixit dn̄s.Sic dixit dn̄s exercituū. Ecce ma-
lū egreditur à gēte in gentē,& turbo magnus ſuſcitabitur à la
teribus terræ,Et erūt interfecti à dn̄o in die illa ab extremo ter
ræ,vſq̃ ad extremū terræ:Nō plangentur,nec colligentur,ne-
G que ſepeliētur,veluti ſterquiliniū in ſuperficie terræ erūt.Vlu-
late paſtores,& clamate,& inuoluite vos in puluere maiores
pecudum:qa cōpleti ſunt dies veſtri,ad iugulandū,alter alte-
rū,& cōpletæ ſunt diſperſiones veſtræ,& cadetis,veluti vas de
ſyderabile.Et peribit fuga à paſtoribus,& euaſio à maiorib⁹
pecudū.Vox clamoris paſtorū,& vlulatus maiorū pecudū:
quia vaſtauit dominus paſcua eorum.Et ſucciſa ſunt paſcua
pacifica propter iram furoris domini.Dereliquit tanq̃ leūcu-
lus tabernaculū ſuū,quia fuit terra eorū in deſolationē ꝓpter
iram inimici opprimentis,& iram furoris eius.

¶Sacerdotes prophetam interficere conantur.

CAP. XXVI.

A IN principio regni Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah,
fuit verbū iſtud à dn̄o,vt diceret.Sic dicit dn̄s:ſta in atrio
domus dn̄i,& loquere ad oēs ciuitates Iehudah(de quib⁹ ve-
niunt,vt incuruēt ſe in domo dn̄i,)vniuerſa verba quæ præ-
cepi tibi,vt loquaris ad eos:ne prohibeas verbum.Si fortè au
diant,& conuertantur vnuſquiſq̃ à via ſua mala,& pœniteat
me mali,quod cogito facere eis propter maltiam operū eorū
Et dices ad eos:Sic dixit dominus:Si non parueritis mihi,vt
ambuletis in lege mea,quā dedi corā vobis. Vt obtēperetis
B verbis ſeruorum meorum prophetarum,quos mitto ad vos
mane ſurgendo,& mitendo,& non paruiſtis.Et dabo domū
iſtam ſicut Siloh,& vrbem hanc dabo in maledictionem cun
ctis gentibus terræ.Et audierunt ſacerdotes,& prophetę,&
omnis populus Irmeiahu loquentem veba hęc in domo dn̄i.
Et fuit,cū cōſummaſſet Iermeiahu loqui omnia quę p̄ceperat
dominus,vt loqueretur ad oēm populum,apprehenderunt
eum ſacerdotes & prophetæ,& omnis populus dicēdo:mo-
riendo morieris.Quare prophetaſti in nomine dn̄i,dicendo:
ſicut Siloh erit domus iſta,& vrbs iſta deſolabitur,vt non ſit
C habitator?Et congregatus eſt omnis populus aduerſus Irme-
iahu in domo dn̄i.Et audierūt principes Iehudah hæc,& aſcē
derūt de domo regis in domū dn̄i,& ſederūt in oſtio portæ
dn̄i nouæ.Et dixerunt ſacerdotes,& prophetæ ad principes,
& ad omnē populū dicendo:iudiciū mortis eſt viro huic,qa
prophetauit cōtra ciuitatē iſtā,ſicut audiſtis auribus veſtris.
Et ait Irmeiahu ad omnes principes,& ad vniuerſum popu-
lū dicēdo:Dominus miſit me,vt prophetarē contra domum
iſtam,& contra ciuitatē hanc oīa verba quæ audiſtis.Et nunc
bonas facite vias veſtras,& opa veſtra,& obaudite voci dn̄i
dei veſtri,& pœnitebit dn̄m mali,q̃ locut⁹ eſt aduerſum vos.
D Ego aūt ecce ſum in manu veſtra:facite mihi ſicut bonum eſt,
& ſicut rectū eſt in oculis veſtris.Veruntamen ſciendo ſciatis,
quia ſi occiditis me,ſanguinem innocentē traditis ſuper vos,
& ſuper ciuitatem iſtam,& ſuper habitatores eius.In veritate
enim miſit me dn̄s ad vos,vt loquerer in auribus veſtris oīa
verba hæc.Et dixerunt principes,& omnis populus ad ſacer-
dotes,& prophetas:non eſt viro huic iudicium mortis,quia
E in nomine domini dei noſtri locutus eſt ad nos:Surrexerūtq̃
viri de ſenioribus terræ,& dixerunt ad omnem cœtū popu-
li dicendo:Michah Moraſtites vaticinatus eſt in dieb⁹ Chiz-
chiiahu regis Iehudah,& ait ad oēm populū Iehudah dicēdo:
Sic dixit dn̄s exercituum:Siion ſicut ager arabitur,& Ieruſa-
laim vt tumuli erit,& mons domus vt excelſa ſyluæ. Nunqd
interficiendo interfecit eum Chizchiiahu rex Iehudah,& oīs
Iehudah?Nōnne timuit dn̄m,& [a] precatus eſt faciē dn̄i,& pœ-
F nituit dn̄m mali,quod locutus fuerat aduerſus eos?Et nos fa-
cimus malum grande cōtra animas noſtras.Et etiam vir vati
cinatus eſt in nomine domini,Vriiahu filius Semahaiahu de
Chiriathieharim,& prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam,&
uerſus terram hanc iuxta omnia verba Irmeiahu. Et audiuit
rex Iehoiachim,& omnes potentes eius,& omnes principes
verba eius,& quæſiuit rex interficere eū:& audiuit Vriiahu,
& timuit,fugitq̃,& ingreſſus eſt Aegyptum.Et miſit rex Ie-
hoiachim viros in Aegyptum,Elnathan filium Hachbor,&
G viros cum eo in Aegyptum.Et eduxerunt Vriiahu de Aegy
pto,& adduxerunt eum ad regem Iehoiachim,& percuſſit eū
gladio,& proiecit cadauer eius in ſepulchra [b] filiorum popu-
li.Itaq̃ man⁹ Achicam filij Saphan erat cum Irmeiahu,vt nō
traderet eū in manu populi ad interficiendum eum.

[a] Vnde merito quaſi nouā Ezechiæ ſeculo partā ſalutem uaticinatur Eſaias.

[b] id eſt,publica,uel ſepulchra pauperum.

¶Iuſſu dn̄i Irmeiahu regibus mittit uincula,quibus monētur ſubiici Nebuchadneſar.

CAP. XXVII.

A IN principio regni Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah,
fuit verbum iſtud ad Irmeiahu à domino dicendo:Sic di-
xit dominus ad me:Fac tibi vincula,& vectes,& pones ea ſu-
per collum tuum.Et mittes ea ad regem Edom,& ad regem
Moab,& ad regem filiorum Hammon;& ad regē Sor,& ad
regem



regem Sidon per manum nunciorum qui veniunt in Ieruſa-
laim ad Sidchiiahu regem Iehudah.Et præcipies eis,vt domi
nis ſuis dicant:Sic dixit dominus exercituum deus Iſrael:Sic
dicetis dominis veſtris:Ego feci terram,hominem,& anima-
lia quę ſunt in ſup̄ficie terræ,potentia mea magna,& brachio
meo extēto.Et dedi eā cui placuit in oculis meis. Et nūc dedi
oēs terras has in manu Nebuchadneſar regis Babel ſerui mei,
B & etiā beſtias agri dedi ei,vt ſeruiāt ei.Et ſeruient ei oēs gentes,
& filio eius,& filio filij eius,donec veniat tempus terræ eius,
etiam ipſius,& ſeruient ei gentes multæ,& reges magni.Et e-
rit,gens & regnum quæ non ſeruierint Nebuchadneſar regi
Babel,& qui nō poſuerit collum ſuum ſub iugo regis Babel,
gladio & fame & peſte viſitabo gentem illam ait domin⁹,do-
nec conſumam eos per manum eius.Et vos ne audiatis pro-
phetas veſtros,& diuinos veſtros,& ſomnia veſtra,& augu-
res veſtros,& maleficos veſtros,qui dicunt vobis dicendo:
Non ſeruietis regi Babel.Quia mendacium ipſi prophetant
vobis,vt longè faciāt vos à terra veſtra,& eiiciant vos,& per
eatis.Gens autem quæ introduxerit collum ſuum in iugū Re
gis Babel,& ſeruierit ei,dimitti faciam eum in terra ſua dixit
dominus,& colet eam,& habitabit in ea.Et ad Sidchiiahu re-
gem Iehudah locutus ſum ſecundum omnia verba hæc dicē-
do:introducite colla veſtra in iugum regis Babel,& ſeruite ei,
& populo eius,& viuetis.Vt quid moriemini tu,& popul⁹
C tuus gladio fame & peſte,quemadmodum locutus eſt domi-
nus ad Gentem,quæ non ſeruierit regi Babel?Et ne audiatis
verba prophetarum dicentium nobis dicendo:non ſeruietis
regi Babel:quia mendacium prophetant vobis.Quia nō mi-
ſi eos,ait dominus:& ipſi prophetant in nomine meo menda
citer,vt eiicere faciam vos,& pereatis vos,& prophetæ,qui
vaticinantur vobis.Et ad ſacerdotes,& ad omnem populum
iſtum locutus ſum,dicendo:ſic dixit dominus:ne audiatis ver
ba prophetarum veſtrorum,qui prophetant vobis,dicen-
do:ecce vaſa domus domini reuertentur de Babel,nunc,cito:
D quia mendacium prophetant vobis.Ne audiatis eos,ſeruite
regi Babel,& viuetis.Vt quid erit ciuitas hęc ſolitudo? Et ſi
prophetæ ſunt,& eſt verbum domini cum eis,orent nūc do-
minum exercituum,vt non eant vaſa quę remanent in domo
4.Reg.15.c. domini,& in domo regis Iehudah,& in Ieruſalaim,in Babel.
Quia ſic dixit dominus exercituum ad colūnas,& ad mare,&
ad baſes,& ad reſiduum vaſorum quæ remanent in vrbe hac.
Quæ ſcilicet non tulit Nebuchadneſar rex Babel,cum trāſmi-
grare fecit Iechoniah filium Iehoiachim regem Iehudah de Ie
ruſalaim in Babel,et omnes optimates Iehudah,& Ieruſalaim.
Quia ſic dixit dominus exercituum,deus Iſrael:ad vaſa quæ
relicta ſunt in domo domini,& domo regis Iehudah,& Ieru-
ſalaim.In Babel adducentur,& ibi erunt vſq̃ ad diem,quo vi
ſitabo eos dixit dominus,& aſcendere faciam ea,& redire fa-
ciam ea ad locum hunc.

¶Chananiah cuiuſdam falſa prophetia

CAP. XXVIII.

A ET fuit,in anno ipſo in principio regni Sidchiiah regis Ie
hudah,anno quarto,menſe quinto,dixit ad me Chana-
niah filius Hazur propheta,qui erat de Ghibhon,in domo
domini in oculis ſacerdotum,& omnis populi,dicendo;Sic
dixit dominus exercituum deus Iſrael,dicendo:confregi iugū
regis Babel.Tempore duorum annorum dierū redire faciā
ad locum hunc omnia vaſa domus domini,quæ tulit Nebu-
chadneſar rex Babel de loco iſto,& adduxit ea in Babel.Et Ie
choniah filium Iehoiachim regem Iehudah,& omnem tranſ-
migrationem Iehudah,qui ingreſſi ſunt in Babel,redire faciā
ad locum iſtū,ait dominus:conteram enim iugum regis Ba-
B bel. Et dixit Irmeiahu propheta ad Chananiah prophetam
in oculis ſacerdotum,& in oculis omnis populi,qui ſtabāt in
domo domini.Et ait Irmeiah propheta:Amē.Sic faciat do-
minus:ſuſcitet dn̄s verba tua quæ prophetaſti,vt redire faciat
vaſa domus dn̄i,& omnem tranſmigrationem de Babel ad lo
cum iſtum.Veruntamen audi nunc verbū hoc quod loquor
in auribus tuis,& in auribus vniuerſi populi. Prophetæ qui
fuerunt ante me,& ante te à ſeculo,& prophetauerunt ſup ter
ras multas,& regna magna de prælio,afflictione,& peſte.Pro
pheta qui vaticinatus eſt de pace,cum venerit verbum ꝓphe
C tæ,ſcietur propheta quem miſit dominus in veritate.Et tulit
Chananiah propheta [a] vectem de collo Irmeiahu prophetæ,
& confregit eum.Et ait Chaniah in oculis omnis populi,dicē
do:Sic dixit dominus:Sic confringam iugum Nebuchadne-
ſar regis Babel infra duos annos dierum,de collo omniū gen
tium:& abiit Irmeiah propheta in viam ſuam.Et fuit verbū
domini ad Irmeiah,poſtq̃ cōfregit Chananiah propheta ve
ctem de collo Irmeiah ꝓphetæ dicendo:Vade,& dic ad Cha
naniah dicēdo:Sic dixit dn̄s:vectes ligneos cōfregiſti,& facies
D ꝓ eis vectes ferreos.Quia ſic dixit dn̄s exercituū de⁹ Iſrael:Iu-
gum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarū,
vt ſeruiant Nebuchadneſar regi Babel,& ſeruiant ei,& inſup
beſtias agri dedi ei.Et dixit Irmeiah propheta ad Chananiah
prophetam:Audi nunc Chananiah:Non miſit te dominus.
Et fidere feciſti populum iſtum in mendacio.Idcirco ſic dixit
dominus:Eace mitto te à facie terræ:hoc anno morieris,quia
præuaricationem locutus es contra dominum.Et mortu⁹ eſt
Chananiah propheta anno ipſo,menſe ſeptimo.

[a] catenam

¶Deſcribit populi tranſmigrationē,eiuſq̃ poſt LXX. annos reditum,monet cauendum a falſis prophetis.

CAP. XXIX.

A ET hæc ſunt verba literarū quas miſit Irmeiah propheta
de Ieruſalaim ad reſiduum ſeniorum tranſmigrationis,
& ad ſacerdotes,& ad prophetas,& ad omnem populū quē
tranſmigrare fecerat Nebuchadneſar de Ieruſalaim in Babel.
Poſtq̃ ſcilicet egreſſus eſt Iechoniah rex,& regina,& eunuchi,
principes Iehudah,& Ieruſalaim,& artifices,& incluſores de
Ieruſalaim.Per manum Elhaſah filij Saphan,& Ghemariah fi-
B lij Chilchiiah(q̄s miſit Sidchiiah rex Iehudah ad Nebuchad-
neſar regē Babel in Babel)dicendo:Sic dixit dominus exerci-
tuum,deus Iſrael,omni tranſmigrationi,quam tranſmigrare
feci de Ieruſalaim in Babel:Aedificate domos,& habitate,&
plātate hortos,& comedite fructus eorū.Accipite vxores,&
gn̄ate filios,& filias,& accipite filiis vr̄is vxores,& filias vr̄as
date viris,& pariant filios,& filias:& multiplicate vos ibi,&
non diminuatis vos.Et quęrite pacem ciuitatis,ad quam trāſ-
migrare feci vos,& orate pro ea ad dominum:quia in pace il
lius,erit vobis pax.Sic enim dixit dominus exercituum deus
C Iſrael:Ne ſeductionem faciant vobis prophetę veſtri,qui ſunt
in medio veſtri,& diuini veſtri:& ne audiatis ſomnia veſtra,
quæ ſomiatis.Quia falſum ipſi prophetant vobis in nomine
meo:non miſi eos dixit dominus.Sic enim dixit domin⁹ de⁹:
Poſtquam impleti fuerint in Babel ſeptuaginta anni,viſitabo
vos,& ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum,vt reducā
vos ad locum iſtum.Ego enim noui cogitationes,quas cogi-
to ſuper vos dixit dominus:cogitationes pacis,& non mali,
vt dem vobis [b] nouiſsimum,& ſpem.Et inuocabitis me,& ibi
tis,& orabitis me,& exaudiam vos.Et quæretis me,& inuenie
tis,cum quæſieritis me toto corde veſtro.Inueniar vobis di-
D xit dominus,& reducam captiuitatem veſtram,& congrega-
bo vos de vniuerſis gentibus,& de cūctis locis,ad quæ expel
li feci vos,dixit dominus:& reuerti faciam vos ad locū,vnde
tranſmigrare feci vos.Quia dixiſtis:ſuſcitauit nobis dominus
prophetas in Babel.Sic enim dixit dominus ad regem,qui ſe-
det ſuper ſolium Dauid,& ad omnem populum,qui habitat
in vrbe hac,fratres ſcilicet veſtros,q nō ſunt egreſsi vobiſcum
in trāſmigrationē. Sic inq̃ dixit dn̄s exercituū: Ecce mitto in
eos gladiū,famem,& peſtē.Et dabo eos veluti fic⁹ turpes,quę
non poſſunt comedi prę malitia.Et pſequar eos gladio,fame,
& peſte:& dabo eos in cōmotionem vniuerſis regnis terræ,
in maledictionem,in ſtuporem,in ſibilum,& in opprobrium
in cunctis gentibus,ad quas eiicere feci eos. Pro eo quòd

[b] poſteritatē

non audierunt verba mea dixit dominus:quæ miſi ad eos ꝑ
E ſeruos meos prophetas mane ſurgendo,& mittendo,& non
audiſtis dixit dominus.Vos autem audite verbum domini
omnis tranſmigratio quam emiſi de Ieruſalaim in Babel. Sic
dixit dominus exercituum deus Iſrael ad Achab filium Cho-
laiah,& ad Sidchiiahu filium Mahaſeiah,qui prophetant vo-
bis in nomine meo mendaciter:Ecce trado eos in manu Ne-
buchadneſar regis Babel,& percutiet eos in oculis veſtris. Et
aſſumetur ex eis maledictio ab omni tranſmigratiõe Iehudah,
quæ eſt in Babel,dicendo:Ponat te dominus, ſicut Sidchiia-
hu,& ſicut Achab,quos combuſsit rex Babel igni pro eo ꝙ
fecerunt nephas in Iſrael,& adulterium commiſerunt cum v-
xoribus amicorum ſuorum,& locuti ſunt verbum in nomi-
F ne meo mendaciter,quod non præcepi eis:id quod ego co-
gnoſco & teſtor,dixit dominus.Et ad Semahaiahu Nechela-
mitem,dices dicendo:Sic dixit dominus exercituum deus Iſ-
rael:Pro eo ꝙ miſiſti in nomine tuo literas ad omnem popu-
lum qui eſt in Ieruſalaim,& ad Sephaniah filium Mahaſeiah ſa
cerdotem,& ad vniuerſos ſacerdotes dicendo:Dominus de-
dit te ſacerdotem pro Iehoiadah ſacerdote,vt ſitis pręfecti in
domo domini omni viro furioſo,& prophetanti,vt des eum
in carcerem,& in neruum:& nunc,vt quid non increpaſti Ir-
meiahu Antothitem prophetantem vobis?Ob id ſcilicet, ꝙ
miſit ad nos in Babel dicendo:Longum eſt,ędificate domos,
& habitate:plantate hortos,& comedite fructus eorum.Et le
G git Sephaniah ſacerdos epiſtolam hanc in auribus Irmeiahu
prophetæ.Et fuit verbum domini ad Irmeiahu,dicẽdo:Mit-
te ad omnem tranſmigrationem dicendo:Sic dixit dominus
ad Semaiah Nechalamitem:Pro eo ꝙ prophetauit vobis Se
mahaiah,& ego non miſi eum,& fidere fecit vos in mẽdacio,
Idcirco ſic dixit dominus:Ecce viſito Semahaiah Nechalami
tem,& ſemen eius:non erit ei vir habitans in medio populi
huius,& non videbit bonum,quod facio populo meo , dixit
dominus:quia præuaricationem locutus eſt aduerſus dñm.

*Captiuitatem Iehudæ,liberationemq;,ac in hoſtes ultionem prædicit.*
CAP. XXX.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à domino dicendo: Sic
dixit dominus deus Iſrael,dicendo:Scribe tibi omnia,
quæ locutus ſum ad te in libro:Ecce enim dies veniunt dixit
dominus,& conuertam captiuitatem populi mei Iſrael,& Ie-
hudah,dixit dominus,& redire faciam eos ad terram quã de-
di patribus eorum,& poſsidebunt eam.Et hæc verba quę lo
cutus eſt dominus ad Iſrael,& Iehudah.Quoniam ſic dixit do
minus:Vocem terroris audiuimus,formido eſt,& non pax.
Interrogate nũc,& videte,ſi generat maſculus:quare ergo vi-
di omnem virum habentem manus ſuper lumbos ſuos tanq;
parturientem,& conuerſæ ſunt omnes facies in pallorem?Vę
B quia magna dies illa,vt non ſit ſimilis:tempuſq; afflictionis eſt
Infra.49.g. Iſaiæ.44.a. ipſi Iahacob,& ab eo ſaluabitur.Et erit:In die illa,dixit domi-
nus exercituum,conteram iugum eius de collo tuo,& vincu-
la tua rumpam,& non ſeruient ei vltrà extranei. Sed ſeruient
domino deo ſuo,& Dauid regi ſuo:quem ſuſcitabo eis.Tu au
tem ne timeas ſerue mi Iahacob,dixit dominus,nec paueas Iſ
rael:quia ecce ego ſaluificans te [a] à longè,& ſemen tuũ de ter-
ra captiuitatis eorum:& reuertetur Iahacob,& requieſcet,&
pacatus erit,& non erit qui exterreat. Quoniam tecum ego
ſum ait dominus,vt ſaluum faciam te:faciam enim cõſumma
tionem in cunctis gentibus,in quos diſperſi te:veruntamẽ in
te non faciam conſummationem,ſed caſtigabo te in iudicio,
[b]& ſuccidendo non ſuccidam te.Sic enim dixit dominus:for-
tis eſt contritio tua,& difficilis plaga tua.Non eſt qui iudicet
iudicium tuum ad ſanitatem,medicinæ curatiuæ non ſunt ti-
bi.Oẽs amatores tui obliti ſunt tui,te non quęrent: plaga em̃
inimici ꝑcuſsi te,& caſtigatiõe crudeli:ꝓpter multitudinẽ ini-
C quitatis tuæ multiplicata ſunt peccata tua.Quid clamas ſuper
contritione tua,fortẽ eſſe dolorẽ tuum? propter multitudi-
nẽ iniquitatis tuæ,quia multiplicata ſunt peccata tua,feci hæc

a de loco remoto,

b nec te ut innocentem habebo.

tibi.Propterea omnes deuorantes te,deuorabuntur,& vni-
uerſi hoſtes tui vniuerſi ipſi in captiuitatem ibunt,& erunt di
ripientes te in direptionẽ,& cunctos prædãtes te dabo in prę
dam.Curabo enim ſanitatẽ tuam,& à plagis tuis ſanabo te.
dixit dominus,quia eiectum vocauerunt te:Siion ipſi(aiunt)
qui requirat non eſt.Sic dixit dominus:ecce conuerto cõuer
ſionem tabernaculorum Iahacob,& habitaculorum eius mi-
D ſerebor,& ædificabitur ciuitas ſuper cumulum eius, & pala-
tium iuxta diſpoſitionem eius habitabitur. Et egredietur ex
eis vox gratiarum actionis,& vox gaudentium:& multipli-
care faciam eos,& non minuentur,& honorabo eos,& nõ at
tenuabuntur.Et erunt filij eius ſicut prius,& cœtus eius corã
me diſponetur:& viſitabo omnes qui oppreſſerunt eos.Et e-
rit [a] fortis eius ex eo,& dominator eius de medio eius egredie
tur,& appropinquare faciam eum,& accedet ad me. Quis e-
nim eſt iſte qui ita dilatauit cor ſuum,vt innitatur mihi , dixit
dominus?Eritis mihi in populum,& ego ero vobis in deum.
Ecce turbo domini in furore egreſſus eſt,turbo manẽs:ſuper
caput impiorum manebit.Non reuertetur ira furoris domi
ni,donec faciat,& donec ſtatuat cogitationes cordis ſui:in no
uiſsimo dierum intelligetis illud.

a fortior rege Perſarum fuit Zerubabel,ſoli innitens dei ſpiritui,Zach.4. typo uero Ieſu Chriſti,q ſolus deo patri hæret arctiſſime.

*Diſperſum Iehudam,in terram ſuam,ad baptiſmũ ducendum,Rachel ploraturã, nouam legem in cordibus ſcribendam.* CAP. XXXI.

A IN tempore illo,dixit dominus,ero in deum vniuerſis con
gnationibus Iſrael,& ipſi erunt mihi in populum.Sic dixit
dominus:Inuenite gratiã in [b] deſerto populus euaſores gladij:
iuit deus ante eum,vt requieſcere faceret eum.A [c] longo tem
pore(inquit populus)dominus apparuit mihi. Et dominus
ait:Charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miſericordia.
Adhuc ædificabo te,& ędificaberis virgo Iſrael.Adhuc orna
beris tympanis tuis,& egredieris in choro ludentiũ . Adhuc
plantabis vineas in montibus Someron:plantabunt plantan
tes,& [d] propharrabunt.Quia erit dies,in qua clamabũt cuſto-
des in monte Ephraim:Surgite,& aſcendamus in Siion ad do
B minum deum noſtrum.Sic enim dixit dominus : Exultate in
Iahacob lętitia,& exultate in capite gentium Auditum facite,
laudate,& dicite:Saluum fac domine populũ tuum , reſiduũ
Iſrael.Ecce adducam eos de terra aquilonis , & congregabo
eos de lateribus terræ:inter eos erunt cæcus,& claudus,et prę
gnans,& pariens ſimul:cœtus magnus reuertentur huc.Cum
fletu venient,& cum miſericordiis adducere faciam eos.Am-
bulare faciam eos ad torrentes aquarum in via recta , in qua
non impingent:quia ero Iſraeli in patrem,& Ephraim primo
genitus meus erit.Audite verbum domini gentes,& annun-
ciate in inſulis quę procul ſunt,& dicite:Qui diſperſit Iſrael,cõ
gregabit eum,& cuſtodiet eum,ſicut paſtor gregẽ ſuum . Re-
C demit em̃ dñs Iahacob,& redemit eum de manu fortioris eo.
Et venient,& laudabunt in excelſo Siion,& confluẽt ad boni
tatẽ dñi ſuper frumentũ,& ſuper vinũ,& ſuper oleũ,& ſuper
filios pecorũ,& boũ:eritq; anima eorũ quaſi hortus irriguus,
& non addent vt doleãt amplius.Tũc lætabitur virgo in cho
ro,iuuenes & ſenes ſimul: & conuertam luctum eorũ in gau-
dium,& conſolabor eos, & lætificabo eos à dolore ſuo . Et
inebriabo animam ſacerdotum pinguedine,& populus meꝰ
bonitate mea ſaturabuntur,dixit dominus.Sic dixit dominꝰ:
Vox in excelſo colle audita eſt,ploratus & fletꝰ amaritudinũ,
Rachel plorante ſuper filios ſuos:renuit cõſolari ſup filiis ſuis,
quia non ſunt.Sic dixit dominus:Prohibe vocem tuam à fle-
tu,& oculos tuos à lachrymis:quia eſt merces operi tuo , ait
dominus:& reuertentur de terra inimici.Et eſt ſpes [e] nouiſsi-
D mo tuo,ait dominus:& reuertentur filij ad terminum ſuum.
Audiendo audiui Ephraim plangentem,& dicentẽ mihi:Ca-
ſtigaſti me,& caſtigatus ſum,vt vitulus nõ aſſuetus ferre iugũ:
fac me cõuerti,& conuertar,quia tu es dominus deus meus.
Poſtquam enim conuerſus ſum,pœnituit me peccatorũ meo
rum,& poſtq; oſtẽſum eſt mihi,percuſsi femur:confiſus ſum,
& erubui,quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcẽtiæ meæ.
Nonne

b ſcilicet redeundo a Babylone, Eſaiæ.40.& Ezach.34.

c a remoto loco.

d uindemiabunt.

e poſteritati tuæ.



Nonne filius precioſus eſt mihi Ephraim?nonne puer dele-
ctabilis?Quia ex eo tempore quo locutus ſum cum eo,recor
dãdo recordabor eiꝰ adhuc,idcirco ſonuerũt viſcera mea ꝓ-
pter eũ miſerãdo miſerebor eiꝰ ait dñs.Statue tibi lapidẽ e re
ctũ ad agnoſcẽdũ viã,pone tibi cumulos altos,pone cor tuũ
ad ſemitã,viã ꝑ quã ambulaſti.Reuertere virgo Iſrl',reuertere
ad ciuitates tuas iſtas,Vſquequo vertes te huc,& illuc filia re-
E bellis?Quia creabit dñs nouũ i terra,fœmina circũdabit virũ.
Sic dixit dñs exercituũ deus Iſraël:Adhuc dicẽt verbũ iſtud in
terra Iehudah,& in vrbibus eius,quum conuertero captiui-
tatem eorum,benedicat tibi dñs habitaculum iuſtitiæ,mons
ſancte.Et habitabunt in ea Iehudah, & omnes ciuitates eius
ſimul,agricolę,& proficiſcentur gregatim.Quia inebriare fe-
ci animã laſſam, & omnẽ animã triſtẽ impleui.Propter hoc
expergefactus ſum,& vidi & ſomnus meus dulcis fuit mihi.
Ecce dies veniunt,dixit dñs,& ſeminabo domũ Iſraël,& do-
mũ Iehudah ſemine hominis,& ſemine animalis.Et erit quẽ-
admodũ,ſollicitus fui ſuper eos ad euellendũ.& diruendũ.&
excutiendum,& perdendũ,& malefaciẽdum,ſic ſollicitus ero
ſuper eos ad ædificandum,& plantandum dixit dñs.In die-
bus illis non dicẽt vltrà : Patres comederunt vuã acerbam,
& dẽtes filiorũ obſtupuerunt.Sed vnuſq́uiſq; ꝓpter iniquitatẽ
ſuã morietur.Oĩs hoĩs,qui comederit vuã acerbã,obſtupeſcent
dẽtes,Ecce dies veniũt dixit dñs,& feriã cũ domo Iſrl',& cum
domo Iehudah fœdus nouũ:Nõ ſecundũ fœdus quod pepi-
gi cum patribus eorum,in die qua apprehendi manum eo-
rum,vt educerẽ eos è terra Aegypti,quia ipſi irritum fece-
F rũt pactũ meum,& dñatus ſum eis dixit dominꝰ,Sed hoc erit
fœdus quod feriã cũ filijs Iſrl' poſt dies ipſos dixit dominꝰ.Da
bo legẽ meã in medio eorũ,& in corde eorum ſcribã eam,&
ero eis in deum,& ipſi erunt mihi in populũ. Et non doce-
bunt vltrà vnuſquiſq; amicũ ſuũ,& vnuſquiſq; fratrẽ ſuũ di-
cendo:Cognoſcite dominum,omnes em̃ cognoſcẽt me à mi
nimo eorũ vſq; ad maximũ eorũ,dixit dominus,quia propi-
tiabor iniquitati eorũ,& peccati eorũ non memorabor am-
plius.Sic dixit dominus qui dedit ſolem in lumine diei,ſtatu
ta lunæ,& ſtellarum in lumine noctis,qui rupit mare,& ſona
runt fluctus eius,dominus exercituũ nomẽ eius. Si remoueri
poſſunt ſtatuta iſta à facie mea dixit dominus,etiam ſemen
Iſraël remoueri poterit,vt non ſit gens coram me cunctis die
bus.Sic dixit dominus.Si metiri poſſunt cœli ſurſum,& in-
ueſtigari fundamenta terræ deorſum,etiam ego abiiciam oẽ
ſemen Iſraël propter omnia quę fecerunt,dixit dominus.Ec-
ce dies veniũt dixit dominus,& ædificabitur ciuitas domino
à turre Chanamel vſq; ad portam anguli,Et exibit vltra filiũ
G menſuræ coram eo ſuper collem Ghareb,& circuibit Gho-
hath.Et omnem vallem cadauerum,& cineris locũ,& vniuer
ſas regiones vſq; ad torrentem Chidron vſq; ad angulũ por-
tæ equorum ad orientem,ſanctitas domino, non euelletur,
neq; deſtruetur vltrà in ſeculum.

*Prophetat Irmeiahu in carcere,&c.* CAP. XXXII.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à domino anno deci-
mo Sidchiiahu regis Iehudah.Ipſe eſt annus octauus
decimus anni Nebuchadneſar.Et tunc exercitus regis Babel
obſidebat Ieruſalaim,& Irmeiahu propterea erat clauſus in
atrio cuſtodiæ,quæ erat in domo regis Iehudah. Clauſerat
enim eum Sidchiiahu rex Iehudah dicendo:Quare tu vatici-
naris,dicendo:Sic dixit dominus:Ecce ego do ciuitatem iſtã
in manum regis Babel,& capiet eã?Et Sidchiiahu rex Iehu-
dah non euadet de manu Chaſdim,ſed tradendo tradetur in
manũ regis Babel,& loquẽt os eius cum ore illiꝰ,& oculi eiꝰ
oculos illius videbũt.Et in Babel,ire faciet Sidchiiahu, & ibi
erit, donec viſitem eũ dixit dñs.Si dimicaueritis cum Chaſ-
dim,non proſperabimini.Et dixit Irmeiahu,Fuit verbũ do-
mini ad me dicendo:Ecce Chanamel filius Sallum patruelis
tuꝰ venit ad te dicendo:Eme agrũ meũ,qui eſt in Hanathoth
quia tuus eſt iudicio redemptionis,vt emas, et venit ad me
Chanamel filius patrui mei iuxta verbum domini ad atriũ cu
B ſtodiæ,& ait ad me:Eme quæſo agrum meum,qui eſt in Ha
nathoth,quæ eſt in terra Biniamin.quia tuus eſt iure hæredi-
tario,& tua eſt redemptio. Eme tibi,& cognoui, quod ver-
bum dñi eſſet.Et emi agrũ à Chanamel filio patrui mei, qui
eſt in Hanathoth,& appendi ei argentum ſeptem ſecalim,&
decem argenteos.Et ſcripſi in libro,& ſignaui,& teſtificari fe
ci teſtes,& appendi argẽtum in ſtatera,& accepi librum em-
ptionis ſignatũ,& librum apertum,& librum conditionum
venditionis ſecundum præceptum legis, & conſuetudinum
in vendendo,& emendo fructus.Et dedi librum emptionis
Baruch filio Neriiah filio Machaſeiah in oculis Chanamel pa
trui mei,& in oculis teſtium qui ſcripti erãt in libro emptio-
nis,in oculis omnium Iehudæorum qui manebant in atrio
C cuſtodiæ.Et præcepi Baruch in oculis eorum dicendo : Sic
dixit dñs exercituum deus Iſraël.Tolle libros iſtos,librũ em-
ptionis hunc & ſignatũ,& librum apertũ hunc,& pones eos
in vaſe fictili,vt ſtent diebus multis.Sic enim dixit dñs exerci
tuum deus Iſraël:Adhuc poſſidebuntur domus,& agri,& vi
neæ in terra iſta.Et oraui ad dominum,poſtquàm dedi librũ
emptionis Baruch filio Neriiah dicendo:Ahah domine deꝰ.
Ecce tu feciſti cœlum,& terram potentia tua magna,& bra-
chio tuo extẽto.Non eſt abſconditum à te quicquam.Qui fa
cis miſericordiam in milibus, & reddis pœnam iniquitatis
patrum in ſinum filiorum eorũ poſt eos.Deus magnus, po-
tens,dñs exercituũ nomẽ eius.Magnꝰ cõſilio, & multꝰ õpe qa
D oculi tui aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum hominum,vt
des vnicuiq; ſecundum vias ſuas,& ſecundum fructum ope-
rum ſuorum.Qui poſuiſti ſigna,& portenta in terra Aegy-
pti vſq; ad diẽ hanc,& in Iſraël.& in homine,& feciſti tibi no
men ſecundũ diem hanc.Et eduxiſti populum tuum Iſraël e
terra Aegypti ſignis,& portentis,& manu robuſta, & bra-
chio extento,& terrore magno.Et dediſti eis terrã hãc ſuper
E quã iuraſti patribus eorũ,vt dares eis terram fluentem lacte,
& melle.Et ingreſſi ſunt,& poſſederunt eam,& non audierũt
voci tuæ,& in lege tua non ambulauerunt.Omnia quæ præ-
cepiſti eis,vt facerent,nõ fecerunt,& euenit eis omne malum
hoc.Ecce arietibus ingrediẽtur ciuitatem ad capiendum eam
& vrbs dabitur in manu Chaſdim, qui pręliantur aduerſus
eam propter gladium,& famem,& peſtilentiam.Et quod lo
cutus es erit,& ecce tu cernis.Et tu dixiſti mihi domine deus:
Eme tibi agrum argento,& teſtificare fac teſtes,& vrbs dabi-
tur in manu Chaſdim Et fuit verbum domini ad Irmeiahu
dicendo:Ecce ſum dominus deus vniuerſæ carnis.Nunquid
à me celabitur quicquam?Propterea ſic dixit dominus: Ec-
ce tradam ciuitatem iſtam in manum Chaſdim,& in manum
Nebuchadneſar regis Babel,& capiet eã.Et veniẽt Chaſdim Dxo.34.a.
qui ꝑliant aduerſum vrbẽ hãc,& ſuccendẽt ciuitatẽ hãc igni:
F & cõburẽt eã,& domos ſup quarũ adoleuerũt tecta ipſi Ba-
hal,& liberauerunt libamina diis alienis,vt iraſci facerent me.
faciebant enim filij Iſraël,& filij Iehudah profecto malũ in o-
culis meis ab adoleſcentia ſua,quia filij Iſraël profectò iraſci fa
ciebant me opere manuum ſuarum,dixit dominus. Quia in
furore meo,& in ira mea fuit mihi ciuitas hæc à die qua ędifi
cauerunt eam vſq; ad diem hanc,vt auferre faciam eam à fa-
cie mea.Propter omnem malitiam filiorum Iſraël, & filiorũ
Iehudah quam fecerunt,vt iraſci facerent me,ipſi,reges eorũ,
principes eorum,ſacerdotes eorum,& prophetæ eorum,&
viri Iehudah,& habitatores Ieruſalaim . Et verterunt à me
ceruicem, & non faciem,& quum docerem eos, mane ſur-
gendo,& docendo , non audiebant , vt acciperent diſcipli-
G nam. Et poſuerunt abominationes ſuas in domo , in qua
inuocatum eſt nomen meum , vt polluerent eam. Et ædi- Supr.2.f Supr.7.b.
ficauerunt excelſa Bahal, quæ ſunt in valle filij Hinnom, vt
tranſire facerent filios ſuos,& filias ſuas Molech,quod non

præcepi eis,nec aſcendit in cor meũ,vt facerent abominatio-
nẽ hanc,vt peccare facerent Iehudah.Et nunc propterea ſic
dixit dñs deus Iſraẽl ad ciuitatẽ hãc de qua vos dicitis:Trade
tur in manu regis Babel gladio,& fame,& peſte,Ecce cõgre-
go eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos in furore meo, &
in ira mea,& in ira grãdi,& redire faciã eos ad locum iſtum,
& habitare faciam eos confidenter,Et erunt mihi in populũ,
& ego ero eis in deum.Et dabo eis cor vnum,& viã vnam,
vt timeant me omnibus diebus,vt bene ſit eis,& filiis eorũ
poſt eos.Et feriam cum eis pactum ſempiternum,quia non
C reuertar à tergo eorum,vt benefaciam eis,& timorem meũ
dabo in corde eorum,vt non recedant à me.Et gaudebo ſu-
per eos benefaciendo eis,& plantabo eos in terra hac in veri
tate,corde meo,& tota anima mea.Quia ſic dixit dñs: Sicut
adduxi in populum iſtũ omne malũ grande hoc, ſic adducã
ſuper eos omne bonum,quod loquor ſuper eos.Et poſſide-
bitur ager in terra iſta,de qua dicitis quòd deſerta eſt,vt non
ſit homo,& iumentum,data eſt in manu Chaſdim. Agros
argento ement,& ſcribet in libro,& ſignabit & teſtificari fa-
ciet teſtes in terra Biniamin,& in circuitu Ieruſalaim,& in ci-
uitatibus Iehudah,& in ciuitatibus montanis,& in ciuitatib⁹
campeſtribus,& in ciuitatibus q̃ ſunt ad auſtrum,quia redi-
re faciam captiuitatem eorum dixit dominus.

¶ De conuerſione Iehudah,& Ieruſalaim,de ſuſcitando uerbo dei & Chriſto naſci-
turo. CAP. XXXIII.

A ET fuit verbum domini ad Irmeiahu ſecundo. (Et ipſe
adhuc erat clauſus in atrio cuſtodiæ) dicendo: Sic di-
xit dominus qui magnificat Ieruſalaim,dominus qui format
illam vt ſtabilire faciat illam dominus nomen eius : Cla-
ma ad me,& reſpondebo tibi,& annuntiabo tibi grandia,
& fortia,& quę non cognouiſtis.Sic enim dixit dñs deus Iſrl.
ad domus vrbis huius,& ad domos regum Iehudah,quę de
ſtructæ ſunt arietibus,& ſecuribus.Eò quòd habitatores ea-
rum ibant ad dimicandum cum Chaſdim ad implẽdum eas
domos cadaueribus hominum,quos percutere feci in furo-
re meo,& ira mea.Et cur abſcondi faciem meã à ciuitate hac
Propter omnem malitiã eorũ.Ecce ego curo ipſi Ieruſalaim
ſanitatem,& medicinã,& curabo eos,& reuelabo eis multitu
dinem pacis,& veritatis.Et redire faciã captiuitatẽ Iehudah,
& captiuitatem Iſraẽl,& ædificabo eos ſicut in principio. Et
emundabo illos ab omni iniquitate ſua,qua peccauerunt cõ
tra me parcã omnibus iniquitatibus eorũ, quibus peccaue-
runt contra me,& quibus præuaricati ſunt cõtra me. Et erit
B mihi in nomen,gaudiũ,laudem,& gloriam cunctis gentibus
terræ,quæ audierint omne bonum,quod ego faciam eis, &
pauebunt,& trement ſuper omni bono,& ſuper omni pace
quam ego faciam ei.Sic dixit dñs: Adhuc audietur in loco
hoc de quo dicitis quòd deſertus eſt,vt non ſit homo,necq;
animal in ciuitatib⁹ Iehudah,& in plateis,quæ deſolatæ ſunt,
vt non ſit homo,nec habitator,necq; animal. Vox gaudij,&
vox lætitiæ,vox ſponſi,& vox ſponſæ,vox dicentium:Con-
fitemini domino exercituum,quoniam bonus dominus,qm̃
in ſeculum miſericordia eius,adducentiũ confeſſionẽ in do-
mum dñi,quia reducere faciã captiuitatẽ terræ,ſicut in prin-
cipio dixit dñs.Sic dixit dñs exercituum:Adhuc erit in loco
iſto deſerto abſq; homine,vſq; ad animal & in cunctis ciuita-
tibus eius,habitaculum paſtorũ,& accubantiũ pecorũ.In ci-
uitatibus mõtanis,in ciuitatibus campeſtribus planitiei,& in
ciuitatibus quę ſunt ad auſtrũ,& in terra Biniamin,& in cir-
cuitu Ieruſalaim,& in ciuitatibus Iehudah,adhuc tranſibunt
pecora ad man⁹ numerãtis,dixit dñs.Ecce dies veniũt.dixit
C dñs,& cõfirmabo verbũ bonũ,qđ locut⁹ ſum ad domũ Iſrl.
& ad domũ Iehudah.In dieb⁹ illis,& in tpe illo germinare fa-
ciã ipſi Dauid germen iuſtitiæ,& regnabit rex,& pſperabit,
& faciet iudiciũ,& iuſtitiã in terra.In dieb⁹ ipſis ſeruabit̃ Iehu
dah,& Ieruſalaim habitabit cõfidẽter,& iſte q̃ vocabit eã,eſt
dñs iuſt⁹ noſter.Quia ſic dixit dñs:Nõ excidet̃ ipſi Dauid vir
ſedẽs ſup ſoliũ dom⁹ Iſrl.Et ſacerdotib⁹ Leuitis non excidet̃
vir à facie mea,offerẽs holocauſtũ,& adolens ſacrificiũ,& fa-
ciẽs ſacrificiũ,oĩbus dieb⁹.Et fuit verbũ dñi ad Irmeiahu di-
cendo:Sic dixit dñs:Si irritare poteſtis pactũ meũ diei,& pa-
ctũ meũ noctis qđ pepigi cũ Noach vt nõ ſit dies,& nox in
tpe ſuo.Etiã pactũ meũ irritari poterit cũ Dauid ſeruo meo,
vt nõ ſit ei fili⁹ regnãs ſup thronũ ei⁹,& cũ Leuitis ſacerdoti-
D bus miniſtris meis.Queadmodũ nõ põt numerari exercitus
cœli,nec mẽſurari põt harena maris,ſic multiplicabo ſemen
Dauid ſerui mei,& Leuitas miniſtrãtes mihi.Et fuit verbum
dñi ad Irmeiahu dicẽdo:Nõne vidiſti qđ ppl̃s iſte locut⁹ eſt:
dicẽdo,Duas familias quas elegerat dñs,abiecit, & populũ
meũ filij eorũ deſpexerũt vt nõ ſit vltrà gẽs corã eis. Sic dixit
dñs:Si nõ erit pactũ meũ cũ die,& nocte,ſtatuta cœli.& ter-
ræ nõ poſui.Etiã ſemẽ Iahacob,& Dauid ſerui mei abiiciam,
vt nõ aſſumã de ſemine ei⁹ dominãtes ſemini Abrahã,Iſchac
& Iahacob.Reducã em̃ captiuitatẽ eorũ,& miſerebor eorũ.

¶ Minatur tradendam ciuitatem:Increpantur qui fratres libertate donatos
retrahunt in Seruitutem. CAP. XXXIIII.

A VErbũ quod fuit ad Irmeiahu à dño Et nebuchadne-
ſar rex Babel,& oĩs exercit⁹ ei⁹,vniuerſaq; regna terræ
poteſtatis man⁹ ei⁹,& oẽs ppl̃i bellabant cõtra Ieruſalaim &
cõtra oẽs vrbes eius dicẽdo:Sic dixit domin⁹ deus Iſraẽl:Va
de,& dic ad Sidchiiahu regem Iehudah,& dic ad eũ: Sic di-
xit dñs:Ecce do ciuitatẽ hanc in manũ regis Babel,ſuccendet
eam igni.Et tu non euades de manu eius,ſed comprehendẽ-
do cõprehenderis,& in manũ ei⁹ traderis,& oculi tui oculos
regis Babel videbũt,& os ei⁹ os tuũ alloquetur, & Babel in-
troibis.Attamen audi verbum dñi Sidchiiahu rex Iehudah.
Sic dixit dñs ad te:Nõ morieris gladio.In pace morieris,& ſe
cundũ cõbuſtiones patrũ tuorũ regũ priorũ,qui fuerũt ante
B te,ſic cõburent te,& væ dñe plangent te,quia verbũ locutus
ſum dixit dñs.Et locut⁹ eſt Irmeiahu propheta ad Sidchiia-
hu regẽ Iehudah vniuerſa verba hæc in Ieruſalaim.Et exer-
citus regis Babel pugnabat cõtra Ieruſalaim,& cõtra oẽs ci-
uitates Iehudah,quæ remãſerãt cõtra Lachis,& cõtra Haze-
cah.Iſtæ em̃ remãſerãt de ciuitatib⁹ Iehudah,vrbes munitæ.
Verbũ quod fuit ad Irmeiahu à dño poſtquã pcuſſit rex Sid
chiiahu fœdus cũ omni pplo in Ieruſalaim pdicãdo ſeruis &
C ancillis libertatẽ.Vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruũ ſuũ,& vnuſ-
quiſq; ancillã ſuã,Hebreũ & Hebræã,liberos,vt nõ vteret̃ eis vi
delicet Iehudæo fratre ſuo vnuſqſq;.Et audierũt oẽs princi-
pes,& vniuerſus ppl̃s,q̃ venerãt in pactũ,vt dimitteret vnuſ-
quiſq; ſeruũ ſuũ,& vnuſquiſq; ancillã ſuã,liberas,vt nõ vteret̃
eis ampli⁹,& audierũt,& dimiſerũt.Et cõuerſi ſunt deinceps,
& reduxerũt ſeruos,& ancillas,quos dimiſerãt liberos,& ſub
iugauerũt eos in ſeruos,& in ancillas.Et fuit verbũ dñi ad Ir- Exo.21.
meiahu à dño dicẽdo:Sic dixit dñs de⁹ Iſrl:Ego pcuſſi fœdus Deu.15.d.
cũ patrib⁹ veſtris,in die qua eduxi eos e terra Aegypti de do
mo ſeruorũ dicẽdo:In fine ſeptẽ annorũ dimittetis vnuſqſq;
fratrẽ ſuũ Hebræum,qui vendidit ſe tibi,& ſeruiet tibi ſex an-
nis,& dimittes eũ liberum à te,& non audierũt patres veſtri
me,nec inclinauerunt aurẽ ſuã.Et conuerſi eſtis hodie,& fe-
ciſtis rectũ in oculis meis,vt prædicaretis libertatẽ vnuſquiſ-
que amico ſuo,& iniiſtis pactũ in cõſpectu meo in domo ſu-
per quam inuocatum eſt nomen meum. Et reuerſi eſtis, &
maculaſtis nomen meum, & reduxiſtis vnuſquiſq; ſeruum
ſuum,& vnuſquiſq; ancillam ſuam,quos dimiſiſtis liberos,in
animam ſuam,& ſubiugaſtis eos vt ſit vobis in ſeruos,& an-
cillas.Propterea ſic dixit dominus:Vos non obediſtis mihi,
vt prædicaretis libertatem vnuſquiſq; fratri ſuo,& vnuſquiſ-
que amico ſuo.Ecce ego prædico vobis libertatem dixit do-
minus,ad gladium,& ad peſtem,& ad famem, & dabo vos
D in commotionem cunctis regnis terræ . Et dabo viros
qui tranſgreſſi ſunt pactum meum , qui non ſtatue
runt verba fœderis,quod percuſſerunt in cõſpectu meo:quũ
E vitulum conciderunt in duas partes,& tranſierunt[a] inter di-
uiſiones eius.Principes Iehudah,& principes Ieruſalaim,eunu
chos,& ſacerdotes,& omnem populum terræ,qui tranſierũt
inter diuiſiones vituli:Dabo eos in manum inimicorũ eorũ,
& in manu quærentium animam eorum,& erit morticinium
eorum in eſcam volatilibus cœli,& animalibus terræ.Et Sid-
chiiahu regem Iehudah,& principes eius dabo in manum ini
micorum eorum,& in manum quærentium animam eorũ,
& in manum exercitus regis Babel,qui[b] aſcenderunt à vobis.
Ecce præcipio, dixit dominus,& reducam eos ad ciuitatem
hanc,& præliabuntur aduerſus eam,& capient eam, & incen
dẽt eam igni:& ciuitates Iehudah dabo in ſolitudinem, vt nõ
ſit habitator.

a ritus hic erat ineundi fœderis, ut gene.15.

b diſceſſerũt pugnaturi cõtra Ægyptios.

¶ Iehudæ & Ieruſalaim inobedientia increpatur.
CAP. XXXV.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à domino,in diebus Ie
hoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah,dicẽdo:Vade ad
domum Rechabitarũ,alloquere eos,& introduces eos in do-
mum domini,in vnum è cubiculis,& propinabis eis vinum.
Et aſſumpſi Iaazaniah filiũ Irmeiahu filij Chabaſſiniah,et fra-
tres eius,& omnes filios eius,& vniuerſam domum Rechabi
tarum,Et introduxi eos in domum domini in cubiculum fi-
liorum Chanan,filij Igdaliahu viri dei,quod erat apud cubi-
culum principum,quod erat ſupra cubiculum Mahaſeiahu fi
lij Sallum cuſtodis[c] liminis.Et poſui coram filiis domus Re-
B chabitarum cyphos plenos vino,& calices,& dixi ad eos: bi-
bite vinum.Et dixerunt:Non bibemus vinum,quia Iehona-
dab filius Rechab pater noſter præcepit nobis dicendo:Non
bibetis vinum vos,& filij veſtri vſque in ſeculum.Et domum
non ædificabitis,& ſementem non ſeretis,& vineam non plan
tabitis,nec erit vobis.Sed in tabernaculis habitabitis cunctis
diebus veſtris,vt viuatis diebus multis,in ſuperficie terræ in
qua peregrinamini.Et obediuimus voci Iehonadab filij Re-
chab patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis,vt non bi
beremus vinum cunctis diebus noſtris,nos,vxores noſtræ,fi-
lij noſtri,& filiæ noſtræ.Nequæ ædificaremus domos pro ha
bitatione noſtra:& vinea,& ager,& ſementis non fuit nobis.
Sed habitauimus,in tabernaculis,& obediuimus, & fecimus
C iuxta omnia quæ præcepit nobis Iehonadab pater noſter. Et
fuit,cum aſcenderet Nebuchadneſar rex Babel ad terram,dixi
mus:Venite,& ingrediamur Ieruſalaim à facie exercitus Chaſ
dim,& à facie exercitus Aram,& manſimus in Ieruſalaim . Et
fuit verbum domini ad Irmeiahu dicendo:Sic dixit dominus
exercituum,deus Iſrael:vade,& dic viris Iehudah,& habitato
ribus Ieruſalaim:Nõnne recipietis diſciplinã,vt obediatis ver
bis meis dixit dominus:[d] Firmatum eſt verbum Iehonadab
filij Rechab,quod præcepit filiis ſuis,vt non biberent vinum,
& non biberunt vſque ad diem hanc,quia paruerunt præce-
pto patris ſui:ego autem locutus ſum ad vos mane ſurgẽdo,
& loquendo,& non obediſtis mihi.Miſiq; ad vos omnes ſer
uos meos prophetas mane ſurgendo,& mittendo,dicens:Cõ
uertimini obſecro vnuſquiſque à via ſua mala,& bona facite
opa veſtra,& ne ambuletis poſt deos alienos,vt ſeruiatis eis,
& habitabitis in terra quam dedi vobis,& patribus veſtris:&
non inclinaſtis aurem veſtrã,nec obediſtis mihi.Quia firmaue
D runt filij Iehonadab,filij Rechab,præceptum patris ſui,quod
præcepit eis:populus autem iſte non obediuerunt mihi.Idcir
co ſic dixit dominus deus exercituum deus Iſrael:Ecce addu-
co ſuper Iehudah,& omnes habitatores Ieruſalaim,omne ma
lum quod locutus ſum ſuper illos,pro eo quod locutus ſum
ad eos,& non audierũt,vocaui illos,& nõ reſponderũt . Do-
mui aũt Rechabitarũ dixit Irmehiahu:Sic dixit dominus exer
cituũ deus Iſrael:Pro eo ꝙ obediſtis præcepto Iehonadab pa
tris veſtri,& cuſtodiſtis omnia mandata eius,& feciſtis iuxta
omnia quæ præcepit vobis.Propterea ſic dixit dominus ex-
ercituum deus Iſrael:Nõ excidetur vir de Iehonadab filio Re-
chab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

c calicum, ſeu craterũ.

d Erectio facta eſt,ſeu executio data uerbis Iehonadab.

Supra.18.b. &.13.b.

¶ Liber Irmeiahu coram populo lectus,per regem Iehoiachim exuritur.
CAP. XXXVI.

A ET fuit,anno quarto Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehu-
dah fuit verbum hoc ad Irmeiahu à domino dicendo:
Tolle tibi volumen libri,& ſcribe in eo omnia verba,quæ lo-
cutus ſum tibi,aduerſum Iſrael,& Iehudah,& aduerſum oẽs
gentes à die qua locutus ſum ad te,à diebus Ioſiiahu vſq; ad
diem hanc.Si forte audiant domus Iehudah omne malũ qđ
cogito facere eis,vt reuertantur vnuſquiſque à via ſua mala,et
propitius ero iniquitati eorum et peccato eorum.Et vocauit
Irmeiahu Baruch filium Neriiah:& ſcripſit Baruch ex ore Ir-
B meiahu,omnia verba domini,quæ locutus eſt ad eum in vo-
lumine libri.Et præcepit Irmeiahu Baruch dicendo:Ego ſum
detentus,nõ poſſum ingredi domum domini. Ingredere tu,
& lege in volumine,qđ ſcripſiſti ex ore meo,verba domini in
auribus populi in domo domini in die ieiunij:& etiam in au-
ribus omnis Iehudah,qui veniunt de ciuitatibus ſuis leges ea.
Si forte cadat oratio eorum in conſpectu domini,& reuertan
tur vnuſquiſque à via ſua mala:quia magnus eſt furor , & ira
quam locutus eſt dominus ſuper populum hunc.Et fecit Ba-
ruch filius Neriiah iuxta omnia quæ pcepit ei Irmeiahu pro-
pheta,legendo in libro vba domini in domo domini.Et fuit,
anno quinto Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah menſe no
no,prædicauerunt ieiunium in conſpectu dñi omni populo
in Ieruſalaim,& vniuerſo populo qui veniebat de vrbibus Ie
C hudah in Ieruſalaim.Legitq; Baruch in libro verba Irmeiahu,
in domo domini ,in cubiculo Ghemariahu filij Saphan ſcri-
bæ,in atrio ſuperiori oſtij portæ domus domini nouæ,in au
ribus omnis populi.Et audiuit Michaiehu filius Ghemariahu
filij Saphan oĩa verba dñi ex libro.Deſcẽditq; in domũ regis
ad cubiculũ ſcribæ:& ecce ibi oẽs principes ſedebãt:Eliſamah
ſcriba,& Delaiahu fili⁹ Semahaiahu,et Elnathan fili⁹ Hachbor
& Ghemariahu fili⁹ Saphan,& Sidchiiahu fili⁹ Chananiahu,
et vniuerſi principes.Et nũciauit eis Michaiehu oĩa vba q̃ au-
diuit , legente Baruch in libro in aurib⁹ populi.Et miſerũt o-
mnes principes ad Baruch,Iehudi filium Nethaniahu filij Se-
lemiahu filij Chuſi,vt diceret:Volumen in quo legiſti in auri-
bus populi,ſume in manu tua,& veni: Et tulit Baruch filius
Neriiah volumen in manu ſua,& venit ad eos.Et dixerunt ad
D eum:Sede nunc,& lege illud in aurib⁹ noſtris:& legit Baruch
in auribus eorum.Et fuit,quum audiſſent omnia verba dei,
expauerunt vnuſquiſque ad amicum ſuum,& dixerunt ad Ba
ruch:Nunciando nunciabimus regi omnia verba hæc.Et Ba
ruch interrogauerunt dicendo:Nuncia nunc nobis quomo-
do ſcripſiſti omnia verba hæc ex ore ei⁹.Dixit aũt eis Baruch:
Ore ſuo legebat mihi omnia verba hæc,& ego ſcribebam in
E libro atramento.Et dixerunt principes ad Baruch:Vade ab-
ſcõde te tu,& Irmeiahu,& nemo ſciat vbi ſitis.Et ingreſſi ſunt
ad regem in atriũ.Volumen aũt commendauerunt in cubicu
lo Eliſamah ſcribæ.Et nunciauerunt in auribus regis omnia
verba hæc.Et miſit rex Iehudi,vt caperet volumen.Et tulit il-
lud de cubiculo Eliſamah ſcribæ,& legit in ipſo in auribus
regis,& in auribus omnium principum,qui ſtabant iuxta re-
gem.Rex autem ſedebat in domo hyemali menſe nono, & a-
rula coram eo ardebat.Et fuit,cum legiſſet Iehudi tres pagel-
las,& quatuor,ſcidit illud nouacula ſcribæ,& proiecit in ignẽ
F qui erat in arula,donec conſumeretur omne volumen ſuper
ignem qui erat in arula.Et non timuerũt,nec ſciderũt veſtimẽ
ta ſua,rex,& omnes ſerui eius,qui audiebãt omnia verba iſta.
Et etiã Elnathan,& Delaiahu,& Ghemariahu deprecati ſunt
regẽ,ne cõbureret volumẽ:& nõ audiuit eos.Et pręcepit rex
Ierachmeel filio Melech,& Seraiahu filio Hazriel,& Selemia-
hu filio Habdeel,vt tollerẽt Baruch ſcribã,& Irmeiahu,pphe
tã.Abſcõdit aũt eos dñs.Et fuit verbũ domini ad Irmeiahu:
poſtq; combuſſerat rex volumen,& verba quæ ſcripſerat Ba
ruch ex ore Irmeiahu,dicendo:Reuertere,tolle tibi volumen

alterum,& ſcribe in eo omnia verba priora,quæ erant in vo-
lumine priori,quod cōbuſsit Iehoiachim rex Iehudah. Et ad
Iehoiachim regem Iehudah,dices:ſic dixit dominus:Tu com-
buſsiſti volumen iſtud,dicendo:Quare ſcripſiſti in eo,dicēdo:
Veniendo veniet rex Babel,& vaſtare faciet terram hanc,&
ceſſare faciet ex ea homines & animalia?Propterea ſic dixit do-
minus ad Iehoiachim regem Iehudah:Non erit ei ſedens ſup
ſolio Dauid,& cadauer eius erit proiectum ad æſtum in die,
G & ad gelu in nocte.Et viſitabo ſuper eum,& ſemen eius,& ſer-
uos eius,iniquitatem eorum:& adducam ſuper eos,& ſuper
habitatores Ieruſalaim,& viros Iehudah,omne malum quod
locutus ſum ad eos,& non audierunt.Irmeiahu autem tulit
volumen alterum,& dedit illud Baruch filio Neriahu ſcribę.
Et ſcripſit in eo ex ore Irmeiahu omnia verba libri,quem cō-
buſſerat Iehoiachim rex Iehudah igni,& adhuc ſuper ea ad-
dita ſunt verba multa ſimilia.

¶ Irmeiahu urbis excidium prædicens,a Sidchiiahu rege mittitur in carcerem. CAP. XXXVII.

A ET regnauit rex Sidchiiahu filius Ioſiiahu pro Choniahu
Infra.24.a. filio Iehoiachim,quem regem conſtituit Nebuchadre-
ſar rex Babel in terra Iehudah.Et nō obediuit ipſe:& ſerui eiꝰ,
& populus terræ,verbis domini,quæ locutus eſt per Irmeia-
hu prophetam.Et miſit rex Chidchiiahu Iehuchal filium Sele-
miah,& Sephaniahu filium Mahaſeiahu ſacerdotem,ad Irme-
iahu prophetam,vt dicerent:Ora quæſo pro nobis ad domi-
B num deum noſtrum.Et Irmeiahu venit,& egreſſus eſt in me-
dium populi,& non poſuerunt eum in domum carceris.
Exercitus autem Parhoh egreſſus eſt de Aegypto:& audie-
runt Chaſdim,qui obſidebant Ieruſalaim,auditum eorum,
& aſcenderunt ab Ieruſalaim.Et fuit verbum domini ad Irme-
iahu prophetam,dicendo:ſic dixit dominus deus Iſrael:Sic di-
cetis ad regē Iehudah,qui miſit vos ad me,vt inquiratis me:
Ecce exercitus Parhoh,qui egeſſus eſt vobis in auxiliū,reuer-
ſus eſt in terram ſuam in Aegyptum.Et redibunt Chaſdim,
& bellabūt cōtra ciuitatem hanc,& capient eam,& ſuccendēt
eam igni.Sic dixit dominus:Ne decipiatis animas veſtras,di-
cendo:Eundo ibunt à nobis Chaſdim:quia non ibunt.Imo ſi
percuteretis omnem exercitum Chaſdim,qui præliantur vo-
biſcum,& remaneant ex eis viri transfixi,vnuſquiſque è tento-
rio ſuo conſurgent,& incendēt ciuitatem hanc igni.Et fuit,cū
aſcendiſſet exercitus Chaſdim ab Ieruſalaim propter exercitū
Parhoh:Egreſſus eſt Irmehiahu de Ieruſalaim,vt iret in terrā
Biniamin,vt diuideret ſeipſum inde,quia erat in medio po-
C puli.Et fuit in porta Biniamin,& ibi erat præpoſitus,& no-
men eius Iriiah,filius Selemiah filij Chananiiah:& apprehen-
dit Irmeiahu prophetam,dicendo:Ad Chaſdim tu dilaberis.
Dixitq́ Irmeiahu:falſum eſt,non dilabor ad Chaſdim.Et non
audiuit eum,ſed cōprehendit Iriiah Irmeiahu,& adduxit eū
ad principes.Et irati ſunt principes contra Irmeiahu,& percu-
tere fecerunt eum,& poſuerunt eum in domū carceris,in do-
mum Iehonathan ſcribę:ipſam enim fecerunt domū carceris.
Cum ingreſſus eſſet Irmeiahu in domum laci,& in locū vbi
manebant detenti,manſit ibi Irmeiahu diebus multis.Et miſit
rex Sidchiiahu,& tulit eum,& interrogauit eum rex in domo
ſua abſconditè,& dixit:Num eſt verbum à domino? Et dixit
Irmeiahu:Eſt.Et dixit:In manum regis Babel traderis.Et dixit
Irmeiahu ad regem Sidchiiahu:Quid peccaui tibi,& ſeruis
tuis,& populo huic,quia poſuiſti me in domum carceris?
D Et vbi ſunt prophetæ veſtri,qui prophetabant vobis,dicen-
do:Non veniet rex Babel contra vos,& contra terram hāc?
Supra.20.a. Et nunc audi obſecro domine mi rex:Cadat obſecro depre-
catio mea in conſpectu tuo,& ne redire facias me in domum
Iehonathan ſcribę,ne moriar ibi.Et pręcepit rex Sidchiiahu,
& commendauerunt Irmeiahu in atrio cuſtodiæ.Et dedit ei
tortam panis per diem de platea piſtorum,donec conſumere-
tur omnis panis de ciuitate;& manſit Irmeiahu in atrio cu-
ſtodiæ.

¶ Principes petunt Irmeiahu occidi,mittitur in lacum,per Hebedmelech eunuchum extrahitur. CAP. XXXVIII.

A AVdiuit autem Sephathiah filius Matthan,& Gheda-
liahu filius Paſchur,& Iuchal filius Selemiahu,& Pa-
ſchur filius Malchiiah,verba quæ Irmeiahu loquebatur ad o-
mnem populum,dicendo,ſic dixit dominus:Qui manſerit in
ciuitate iſta,morietur gladio,fame,& peſte:qui autem exierit
ad Chaſdim,viuet,& erit ei anima eiꝰ in ſpolium,& viuet.Sic
B dixit dominus:Tradendo tradetur ciuitas hæc in manū exer-
citus regis Babel,& capiet eam.Et dixerunt principes ad re-
gem:Moriatur quæſumus vir iſte:vt quid enim debilitat ma-
nus virorum belli,qui remanſerunt in ciuitate hac,& manus
vniuerſi populi,loquendo ad eos ſecundum verba hæc?quia
vir iſte non quærit pacem populo huic,ſed malum. Et dixit
rex Sidchiiahu:Ecce eſt in manibus veſtris.Non enim eſt con-
ſentaneum,vt rex poſsit facere aliquid contra vos.Et tulerunt
Irmeiahu,& proiicere fecerunt in ciſternam Malchiiahu filij
Melech,qui erat in atrio cuſtodiæ,& ſubmiſerunt Irmeiahu
funibus:in ciſterna autem non erat aqua,ſed lutum,& defixꝰ
eſt Irmeiahu in cœnum.Et audiuit Hebedmelech Aethiops
vir eunuchus,(& ipſe erat in domo regis)ꝙ poſuiſſent Irme-
iahu in ciſternam:(& rex ſedebat in porta Biniamin.)Et egreſ-
C ſus eſt Hebedmelech de domo regis,& locutus eſt ad regem,
dicendo:Domine mi rex,male fecerunt viri iſti omnia quæ fe-
cerunt in Irmeiahu prophetam,quem proiicere fecerunt in ci-
ſternam:& morietur in loco ipſo propter famem:non enim
eſt panis vltrâ in ciuitate.Et præcepit rex Hebedmelech Ae-
thiopi,dicendo:Tolle in manu tua hinc XXX.viros,& aſcē-
dere fac Irmeiahu prophetam de ciſterna,antequam moria-
tur.Et aſſumpſit Hebedmelech viros qui erant in poteſtate
ſua,& ingreſſus eſt domum regis ſub theſaurum,& tulit inde
D veteres pannos,& antiq́s deuaſtatos,& miſit eos ad Irmeiahu
in ciſternā ꝑ funes.Et dixit Hebedmelech Aethiops ad Irme-
iahu:Pone nunc veteres pannos deuaſtatos ſub axillis manuū
tuarum ſubter funes:& fecit Irmeiahu ſic.Et extraxerunt Irme-
iahu funibus,& aſcendere fecerunt eum è ciſterna:& manſit Ir-
meiahu in atrio cuſtodiæ.Et miſit rex Sidchiiahu,& tulit Ir-
meiahu prophetam ad ſe,ad introitū tertium,qui erat in do-
mo domini:& dixit rex ad Irmeiahu:Interrogo te verbum,ne
abſcondas à me quicquam.Dixit autem Irmeiahu ad Sidchiia-
E hu:Si annunciauero tibi,nónne mori faciēdo,mori facies me?
Et ſi conſuluero tibi,non parebis mihi.Et iurauit rex Sidchiia-
hu ipſi Irmeiahu clàm,dicendo:Viuit dominus qui fecit no-
bis animam hanc,ſi occidero te,& ſi tradidero te in manū vi-
rorum iſtorum,qui quærunt animum tuam.Et dixit Irmeia-
hu ad Sidchiiahu:ſic dixit dominus deus exercituum deus Iſ-
rael:Si exeundo exieris ad principes regis Babel,viuet anima
tua,& ciuitas hæc non ſuccendetur igni,& viues tu,& familia
tua.Si autem non exieris ad principes regis Babel,tradetur ci-
uitas hæc in manum Chaſdim,& ſuccendent eam igni,& tu
non effugies de manu eorum.Et dixit rex Sidchiiahu ad Ir-
meiahu:Timeo propter Iehudęos,qui transfugerūt ad Chaſ-
dim,ne fortè dent me in manum eorum,& illudāt mihi.Et di-
F xit Irmeiahu:Non tradent.Audi quæſo vocem domini qua
loquor ad te,& bene erit tibi,& viuet anima tua.Si autem re-
nueris exire,hoc eſt verbum,quod oſtendit mihi dominus.Et
ecce omnes mulieres quæ remanſerunt in domo regis Iehu-
dah,educūtur ad principes regis Babel:& ipſæ dicunt:ſuaſe-
runt tibi,& præualuerunt tibi viri pacis tuæ:infixi ſunt in cœ-
no pedes tui,conuerſi ſunt retrorſum.Et omnes vxores tuas,
& filios tuos educent ad Chaſdim,& tu non euades de manu
eorum.Sed in manu regis Babel capieris,& ciuitatem hanc
G comburere facies igni.Dixit autem Sidchiiahu ad Irmeiahu:
Nemo ſciat verba iſta,& non morieris.Si aūt audierint prin-
cipes,ꝙ locutus ſum tecum,& venerint ad te,& dixerint tibi,
indica nunc nobis quid locutus es ad regem,ne cęles à nobis,
& non interficiemus te,& quid locutus eſt ad te rex?Dices ad
eos:Cadere feci deprecationem meam coram rege,ne reduce-
re faceret me in domū Iehonathan,ne moriar ibi.Venerūtq́
omnes principes ad Irmeiahu,& interrogauerunt eum,& nū-
ciauit eis iuxta omnia verba hæc,quæ præcepit rex:& tacue-
runt ab eo,quia non eſt auditum verbum.Et manſit Irmeia-
hu in atrio cuſtodiæ vſque ad diem quo capta eſt Ieruſalaim:
et factum eſt,vt caperetur Ieruſalem.

¶ Capitur ciuitas,Sidchiiahu fugit,comprehenditur,exoculatur. Irmeiahu & Hebedmelech ſaluantur.

CAP. XXXIX.

A ANno nono Sidchiahu regis Iehudah,mēſe decimo,ve-
Infra.52.a. 4.Regū.25.a. nit Nebuchadreſar rex Babel,& omnis exercitus eius
in Ieruſalaim,& obſederunt eam.Vndecimo autem anno Sid-
chiiahu,menſe quarto,nona menſis confracta eſt ciuitas.Et in-
greſsi ſunt omnes principes regis Babel,& ſederunt in porta
media Nerghalſareſer,Sangharnebo,Sarſechim,Rabſaris,
Narghalſareſer,Rabmagh,& omnes reliqui principes regis
B Babel.Et fuit,cum vidiſſet eos Sidchiiahu rex Iehudah,& oēs
viri bellatores,fugerunt,& egreſsi ſunt nocte de ciuitate ꝑ viā
horti regis,per portam quæ erat inter duos muros:& egreſ-
ſus eſt per viam deſerti.Et ꝓſecutus eſt exercitus Chaſdim eos,
& comprehenderunt Sidchiiahu in deſertis Ierecho,& tule-
runt eum,& aſcendere fecerunt eum ad Nebuchadneſar regē
Babel in Riblah,quæ eſt in terra Chamath:& locutus eſt cum
eo iudicia.Et iugulauit rex Babel filios Sidchiiahu in Riblah
in oculis eius:& omnes nobiles Iehudah iugulauit rex Babel.
C Et oculos Sidchiiahu cæcauit,& vinxit eum in compedibus,
vt adduceret eum in Babel.Domumq́ regis,et domos popu-
li ſuccenderunt Chaſdim igni,& muros Ieruſalaim diruerūt.
Reſiduum autem populi,qui remanſerat in ciuitate,& tranſ-
a ſicariorū. fugas qui transfugerant ad eum,& reſiduum populi,q̄ remā-
ſerat,tranſtulit Nebuzaradan magiſter[a] laniorum in Babel.
Et de plebe pauperum quibus non erat quicquam,remanere
fecit Nebuzaradan magiſter laniorum in terra Iehudah,et de-
dit eis vineas,& agros in die illa.Præceperat autē Nebuchad-
reſar rex Babel ſuper Irmeiahu,per manū Nebuzaradan ma-
giſtri laniorum,dicendo:Tolle illum,& oculos tuos pone ſu-
per illum,& ne facias ei quicquam mali,ſed ſecūdum quod lo-
quetur ad te,ſic facies cum eo.Miſitq́ Nebuzaradan magiſter
laniorum,& Nebuzazban,Rabſaris,& Nerghalſareſer,Rab-
magh,& omnes magiſtri regis Babel.Et miſerunt,& tulerunt
D Irmeiahu de atrio cuſtodiæ,& tradiderunt eum Ghedaliahu
filio Achicam filij Saphan,vt educerent eum ad domum,&
habitaret in medio populi.Ad Irmeiahu autem fuerat verbū
domini,cum eſſet clauſus in atrio cuſtodiæ,dicendo:Vade,&
dic ad Hebedmelech Aethiopem,dicendo:Sic dixit dominus
exercituum deus Iſrael:Ecce adduco verba mea ſuper ciuitatē
hanc in malum,& non in bonum,& erunt in conſpectu tuo
in die illa.Et liberabo te in die illa,dixit dominus,& non trade-
ris in manum virorum à quorum tu formidas facie.Sed eruē-
do eruam te,& gladio non cades:& erit tibi anima tua in ſpo-
lium,quia fidiſti mihi,ait dominus.

¶ Irmeiahu datur libertas proficiſcendi quo uelit,Ionathan dicit Ghedaliahu duci cædem ſuam. CAP. XL.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu à domino,poſtquā di-
Infra.43.b. miſit eum Nebuzaradan magiſter laniorū de Ramah,
quando tulit eum,& ipſe erat vinctus catenis in medio omīs
tranſmigrationis Ieruſalaim,& Iehudah,qui tranſmigrabātur
in Babel.Et tulit magiſter laniorum Irmeiahu,& dixit ad eū:
Dominus deus tuus locutus eſt malum hoc contra locū iſtū.
Et adduxit,& fecit dominus quemadmodum locutus eſt:q̄a
peccaſtis domino,& non paruiſtis voci eius,et accidit vobis
verbū hoc:Et nunc ecce ſolui te hodie à catenis q̄ ſunt in ma-
Gene.13.b. nibus tuis.Si placet in oculis tuis,vt venias mecum in Babel,
B veni & ponam oculum meum ſuper te.Si autem diſplicet in
oculis tuis,vt venias mecum in Babel,reſide:vide,oīs terra in
conſpectu tuo eſt:ad locum qui bonus,& rectus eſt in oculis
tuis,vt vadas,vade.Et adhuc eo quoquam non reuertente,re-
uertere ait,ad Ghedaliah filium Achicam filij Saphan,quem
præpoſuit rex Babel ciuitatibus Iehudah,& habita cum eo
in medio populi:vel ad omnem locum,qui rectus eſt in o-
culis tuis,vt vadas,vade.Et dedit ei magiſter laniorū portio-
nem,& munꝰ,et dimiſit eum.Venit autem Irmeiahu ad Ghe-
daliah filium Achicam in Miſpah,& habitauit cum eo in me-
dio populi,qui remanſerant in terra.Et audierunt om̄es prin-
cipes exercituum,qui per regionem erant,& viri eorū,quòd
C pręfeciſſet rex Babel Ghedaliahu filium Achicā terrę,quòdq́
commendaſſet ei viros,& mulieres,& paruulos,& pauperes
terræ,& eos q̄ nō fuerāt tranſlati in Babel.Et venerūt ad Ghe-
daliahu in Maſpah:Iſmahel filius Nethaniahu,& Iochanan,&
Ionathan filij Chareah,& Seraiah filius Tanchumeth,& filij 4.Regū.25.f.
Hephai Nethophatites,& Iezaniahu filius Mahachati,ipſi,&
viri eorū.Et iurauit eis Ghedaliahu filiꝰ Achicam filij Saphā,
& viris eorum,dicendo:Ne timeatis ſeruire Chaſdim:habita-
te in terra,& ſeruite regi Babel,& bene erit vobis.Et ego ecce
habito in Miſpah,vt ſtem corā Chaſdim,qui venient ad nos:
vos aūt colligite vinum,& fructum,& oleum,& ponite in va-
ſis veſtris,& manete in vrbibus veſtris quas apprehendiſtis.
Et etiam omnes Iehudæi,qui erāt in Moab,& inter filios Hā-
mon,& in Edom,& qui erant in vniuerſis terris,audierunt ꝙ
dediſſet rex Babel reſiduum in Iehudah,& ꝙ præpoſuiſſet ſu-
D per eos Ghedaliahu filiū Achicam filij Saphan.Et reuerſi ſunt
omnes Iehudæi de vniuerſis locis ad quæ expulſi fuerāt,et ve-
nerunt in terram Iehudah ad Ghedaliahu in Miſpah:& colle-
gerunt vinum,& fruges multas valde.Iochanan autem filius
Chareach,& omnes principes exercituum,qui erāt per regio-
nem,venerunt ad Ghedaliahu in Miſpah.Et dixerunt ei:Nón-
ne cognoſcendo cognoſces,ꝙ Bahalis rex filiorum Hammō
miſit Iſmahel filium Nethaniah,vt faciat percutere te in ani-
ma?Non credidit eis Ghedaliahu filius Achicam. Iochanan
autem filius Chareach dixit ad Ghedaliahu clam in Miſpah,di-
cendo:Ibo nunc,& percutiam Iſmahel filium Nethaniah,&
nemo ſciet.Quare percutiet te in anima,& diſpergentur oēs
Iehudæi,qui congregati ſunt ad te,& peribit reſiduum Iehu-
dah.Et dixit Ghedaliahu filiꝰ Achicam ad Iochanan filiū Cha-
reach:ne facias verbū hoc:falſum em̄ tu loqueris de Iſmahel.

¶ Iſmahel occidit Ghedaliahu,Ionathan perſequitur Iſmahelem.

CAP. XLI.

ET fuit,menſe ſeptimo venit Iſmahel filius Nethaniah de
A ſemine regio,& optimates regis,& decem viri cum eo,
ad Ghedaliahu filium Achicam in Miſpah,& comederūt ibi
panem ſimul in Miſpah.Surrexit autem Iſmahel filius Netha-
niah,& decem viri qui erant cum eo,& percuſſerunt Gheda-
liahu filium Achicam filij Saphan gladio,& interfecit eū,quē
præfecerat rex Babel terræ.Et omnes Iehudæos,qui erāt cum
Ghedaliahu in Miſpah,& Chaſdim qui inuenti ſunt ibi,et vi-
ros bellatores percuſsit Iſmahel.Et fuit,die ſecunda,qua occi-
dit Ghedaliahu nemo id nouerat.Venerūtq́ viri de Sechē,
de Silo,& de Someron,octoginta viri raſi barbam,& ſciſ-
ſi veſtibus,& lacerati,& munera & thus erant in manu eorū,
vt adducerent in domum domini.Et egreſſus eſt Iſmahel filiꝰ
B Nethaniah in occurſum eorum de Miſpah vadens eundo,&
flens.Et fuit,cum occurriſſet eis,dixit ad eos:Venite ad Ghe-
daliahu filium Achicam.Et fuit,cum veniſſent ad medium ci-
uitatis,iugulauit eos Iſmahel filius Nethaniah ad medium ci-
ſternæ,ipſe,& viri qui erāt cū eo.Et decem viri reperti ſunt in-
ter eos,& dixerunt ad Iſmahel:Ne occidas nos,quia ſunt no-
bis theſauri in agro frumentorū,& hordeorū,& olei,& mel-
lis:& ceſſauit,& nō interfecit eos in medio fratrū eorū.Ciſter-
na aūt in quā proiicere fecerat Iſmahel oīa cadauera virorum,
quos ꝑcuſsit ꝓpter Ghedaliahu,ipſa eſt quā fecit rex Aſa pro-
C pter Bahaſah regem Iſrael:ipſam repleuit Iſmahel filius Netha-

niah occiſis.Et captiuum duxit Iſmahel om̃e reſiduũ populi,
qui erat in Miſpah,filias regis,& omnem populum qui remã
ſerant in Miſpah,quos commendauerat Nebuzaradan magi
ſter laniorum Ghedaliahu filio Achicã:& captiuos duxit eos
Iſmahel filius Nethaniah,& abiit vt tranſiret ad filios Ham=
mon.Et audiuit Iochanan filius Chareach,& omnes princi=
pes exercituum,qui erant cum eo,omne malum quod fece=
rat Iſmahel filius Nethaniah.Et aſſumpſerunt omnes viros,
& abierunt,vt pugnarent cum Iſmahel filio Nethaniah:et in
uenerunt eum ad aquas multas quæ ſunt in Ghibhõ. Et fuit,
cum audiſſet omnis populus,qui erat cum Iſmahel, Iochanã
filium Chareach,& vniuerſos principes exercituum,qui erãt
cum eo,lætati ſunt.Et verterunt ſe omnis populus,quem ca=
ptiuum duxerat Iſmahel de Miſpah:& reuerſi ſunt,& iuerunt
D ad Iochanã filium Chareach.Iſmahel autem filius Nethaniah
euaſit cum octo viris à facie Iochanan,& abiit ad filios Ham=
mon.Tulit autem Iochanan filius Chareah,& omnes princi=
pes exexcituum,qui erant cum eo,omne reſiduũ populi quẽ
reduxerat ab Iſmahel filio Nethaniah de Miſpah,poſtq̃ per=
cuſsit Ghedaliah filium Achicam:viros ſcilicet bellatores,&
mulieres,& paruulos,& eunuchos,quos reduxerat de Ghib=
hon.Et abierunt & habitauerunt in peregrinatione Chim=
ham,quæ eſt iuxta Bethlechem,vt pergerent,& ingrederẽtur
Aegyptum.A facie nempe Chaſdim:timuerunt enim à facie
eorum:quia percuſſerat Iſmahel filius Nethaniah Ghedalia=
hu filium Achicam,quem præpoſuerat rex Babel,terræ.

¶Irmeiahu monet reliquias populi,ne proficiſcantur in Aegy-
ptum. CAP. XLII.

A ET acceſſerunt omnes principes exercituum, & Iochanã
filius Chareach,& Iezaniah fili⁹ Hoſahaiah, & om̃is po  Sup. 21.a.& 27.d. Infra eod.
pulus à paruo vſque ad magnum. Et dixerunt ad Irmeiahu
prophetam:Cadat quæſumus oratio noſtra in cõſpectu tuo,
& ora pro nobis ad dominum deum tuum, pro omni reſi=
duo iſto:quia remanſimus pauci ex multis,ſicut oculi tui in=
tuentur nos.Et annunciet nobis dñs deus tuus viã per quam
pergamus,& verbum quod faciamus.Dixit aũt ad eos Irme=
B iahu propheta:Audiui,ecce oro ad dñm deum veſtrũ ſecun=
dũ verba veſtra:et erit,omne verbũ quod reſpõderit dñs vo
bis,indicabo vobis:non prohibebo à vobis verbum.Et ipſi
dixerunt ad Irmeiahu:Sit dñs inter nos teſtis veritatis,et fidei,
niſi iuxta omne verbum,in quo miſerit te dominus de⁹ tuus
ad nos,ſic faciamus.Siue bonum ſit,ſiue malum,voci domi=
ni dei noſtri ad quẽ mittimus te,obediem⁹,vt bene ſit nobis,
ſi obediuerimus voci dñi dei noſtri.Et fuit,poſt finẽ decẽ die=
rum,fuit verbum domini ad Irmeiahu.Vocauitq́ Iochanan
filium Chareach,& om̃es principes exercituũ, qui erãt cũ eo,
& vniuerſum populũ à paruo vſque ad magnũ. Et dixit ad
eos:Sic dixit dñs deus Iſrael,ad quẽ miſiſtis me,vt cadere face=
rem preces veſtras in conſpectu eius:Si manẽdo mãſeritis in
terra hac,ædificabo vos,& non deſtruam:plãtabo vos,& nõ
euellam,quia pœnitet me mali,quod feci vobis. Ne timeatis
à facie regis Babel,à cuius vos timetis facie: ne timeatis à facie
eius,dixit dominus,quia vobiſcum ſum,vt ſaluos faciã vos,et
C eruam vos de manu eius.Et dabo vobis miſericordias,& mi=
ſerebitur veſtri,& habitare faciet vos in terra veſtra.Et ſi dixe=
ritis: Nõ habitabimus in terra hac.vt non obediatis voci do
mini dei veſtri,dicendo:Nequaquam,ſed terram Aegypti in
grediemur,in qua nõ videbimus bellũ,& ſonũ tubæ non au=
diemus,& pane non eſuriemus,& ibi habitabimus.Et nũc id=
circo audite verbũ domini reſiduum Iehudah,ſic dixit domi
nus exercituũ deus Iſrael : Si vos ponendo poſueritis facies ve
ſtras,vt ingrediamini Aegyptũ,& intraueritis ad peregrinã=
dum ibi:Erit,gladius à quo formidatis,ibi comprehẽdet vos
in terra Aegypti;& fames à qua timetis,ibi adhærebit vobis
in Aegypto,& ibi moriemini.Et erunt,omnes viri qui poſue
runt facies ſuas,vt ingrediantur Aegyptum,ad peregrinandũ
ibi,morientur gladio,fame,& peſte;& nõ erit eis ſupſtes,et eua
ſor à facie mali,quod ego adduco ſup eos.Sic enim dixit do=
D minus exercituum deus Iſrael:Sicut effuſus eſt furor meus, &
ira mea ſuper habitatores Ieruſalaim,ſic effundetur ira mea ſu
per vos cum ingreſsi fueritis Aegyptum:et eritis[a] in iuſiuran  a in execrationem.
dum,& in ſtuporem,& in maledictionem,& in opprobriũ,
& non videbitis vltra locum iſtum.Locutus eſt dominus ſu=
per vos,reſiduum Iehudah:ne intretis Aegyptum: ſciẽdo ſcia
tis,q̃ monui vos hodie.Et[b] errare feciſtis animas veſtras: vos  b feſelliſtis me in animas ueſtras, id eſt,in dãnum ueſtrũ.
enim miſiſtis me ad dominum deum noſtrum,dicendo: Ora
pro nobis ad dñm deum noſtrum.& iuxta omnia,quæ dixe=
rit dominus deus noſter,ſic annuncia nobis, & faciemus. Et
annunciaui vobis hodie,& non obaudiſtis voci domini dei
veſtri,& vniuerſis pro quibus miſit me ad vos.Et nunc ſcien=
do ſciatis,q̃ gladio & fame & peſte moriemini in loco in quẽ
vultis intrare ad peregrinandum ibi.

¶Reclamante Irmeiahu,Iochanan abducit reliquias populi in Aegyptum:
Irmeiahu prædicit uaſtitatem Aegypti. CAP. XLIII.

A ET fuit,quum compleſſet Irmeiahu loqui ad omnẽ po=
pulum,vniuerſa verba dñi dei eorũ,pro quibus miſerat
eum dñs deus eorũ ad eos,omnia verba iſta: Dixit Hazariah
filius Hoſachiah,& Iochanan fili⁹ Chareach,& omnes viri ſu=
perbi dicentes ad Irmeiahu:Mendacium loqueris, non miſit
te dominus deus noſter,dicendo:non ingrediamini Aegyptũ
ad peregrinandũ ibi.Sed Baruch filius Neriiah incitat te ad=
uerſus nos,vt tradat nos in manum Chaſdim,vt interficere fa
B ciat nos,& migrare faciat nos in Babel.Et non paruit Iocha=
nan filius Chareach,& om̃es principes exercituum, & vniuer
ſus populus voci domini,vt manerent in terra Iehudah.Et tu  Supra.40.a.
lit Iochanan fili⁹ Chareach, & omnes principes exercituum,
omne reſiduum Iehudah,qui reuerſi fuerant de cunctis genti
bus,ad quas expulſi fuerant ad habitandum in terra Iehudah.
Viros ſcilicet,mulieres,& paruulos,& filias regis, & omnem
animam,quam dimiſerat Nebuzaradan magiſter laniorum
cum Ghedaliahu filio Achican filio Saphan,& Irmeiahu pro
pheta,& Baruch filio Neriiahu.Et ingreſsi ſunt terram Aegy=
pti,quia non obedierunt voci domini:& venerunt vſque ad
C Tachpanches.Et fuit verbum domini ad Irmeiahu in Tach=
panches,dicendo:Sume in manu tua lapides grandes, & ab=
ſconde eos in luto,in fornace laterum,quæ eſt in porta dom⁹
Parhoh, in Tachpanches,in oculis virorũ Iehudæorũ. Et di=
ces ad eos:ſic dicit dominus exercituum deus Iſrael:Ecce mit=
to & aſſumam Nebuchadreſar regem Babel ſeruum meum,
& ponam thronum eius ſuper lapides iſtos,quos abſcondi,et
D tẽdet tẽtoriũ ſup eos.Et veniet et pcutiet terrã Aegypti, quos
ad mortẽ, ad mortẽ:& quos ad captiuitatẽ, ad captiuitatem:
& quos ad gladium,ad gladium.Et ſuccendet ignem in domi  c id eſt,totam ſecum deferet.
bus deorum Aegypti,& cõburet eas,& captiuos ducet eos:et
induet terram[c] Aegypti,quemadmodum induit ſe paſtor pal  d Heliopoleos.
lio ſuo,& egredietur inde in pace.Et conteret ſtatuas domus
ſolis[d] Bethſemes,quæ eſt in terra Aegypti, & domos deorũ
Aegypti comburet igni.

¶Irmeiahu arguit populi reliquias idololatriæ,& inobedientiæ.Illi perſiſtũt
in malitia. CAP. XLIIII.

A VErbum quod fuit ad Irmeiahu erga omnes Iehudæos
qui habitabãt in terra Aegypti,qui habitabãt in Mig=
dol,& in Tachpanches,& in Noph,& in terra Patros,dicen=
do:Sic dixit dominus exercituum deus Iſrael:Vos vidiſtis o=
mne malum quod adduxi ſuper Ieruſalaim, & omnes vrbes
Iehudah:& ecce ipſę ſunt deſolatæ hac die,& non eſt in eis ha=
bitator.Propter malitiam eorum quam fecerunt,iraſci me fa
ciendo, vt irent ad ſuffiendũ, ad colendũ deos alienos,quos
nec ſciebant ipſi,nec vos,nec patres veſtri.Et miſi ad vos oẽs
ſeruos meos prophetas mane ſurgendo,& mittendo,atq́ di=
cendo:Ne quæſo faciatis verbum abominationis huius,quã
odi.Et non obtemperauerunt,nec inclinauerunt aurem ſuã,
vt conuerterentur à malitia ſua,vt non ſuffirent diis alienis.
Et effuſa



Et effuſa eſt ira mea,& furor meus,& ſuccenſa eſt in ciuitatib⁹
Iehudah,& in plateis Ieruſalaim:& fuerunt in ſolitudiuem, &
B vaſtitatem ſecundum diem hanc.Et nunc ſic dixit dñs exerci=
tuum deus Iſrael:Quare facitis malum grande contra animas
veſtras,ad excidere faciendum in vobis virum, & mulierem,
paruulos & lactentes de medio Iehudah,vt non remaneat vo
bis reſiduum:Vt iraſci faciatis me in opere manuũ veſtrarũ
ſuffiendo diis alienis in terra Aegypti,ad quam ingredimini,
vt habitetis ibi:vt exterminare faciet vos,vt ſitis in maledictio
nem,& in opprobrium in cunctis gentibus terræ. Nunquid
obliti eſtis malorũ patrum veſtrorum,& malorum regum Ie
hudah,& malorum vxorum cuiuſque,& malorum veſtrorũ,
& malorum vxorum veſtrarum,quæ fecerunt in terra Iehu=
C dah,& in plateis Ieruſalaim:Non ſunt humiliati vſque ad diẽ
hanc,& non timuerunt,nec ambularunt in lege mea,& in præ
ceptis meis quæ dedi corã vobis,& coram patribus veſtris.
Amos.9. Infra eod. Ideo ſic dixit dominus exercituũ deus Iſrael:Ecce pono faciem
meam contra vos in malum,& ad exterminandum oẽm Iehu
dah.Et tollam reſiduos Iehudah,qui poſuerunt facies ſuas,vt
ingrediantur terram Aegypti ad habitandum ibi, & cõſumẽ
tur omnes in terra Aegypti,cadent gladio,& fame conſumẽ=
a execrationem, tur à paruo vſque ad magnum,gladio & fame morientur:&
erunt in[a] iuſiurandum,& in ſtuporem, & in maledictionem,
& in opprobrium.Et viſitabo habitantes in terra Aegypti.
quemadmodum viſitaui Ieruſalaim,gladio,fame,& peſte. Et
D non erit euaſor,& ſuperſtes reſiduo Iehudah,qui ingrediũtur
ad peregrinandum ibi in terra Aegypti:nempe ad reuerten=
dum in terrã Iehudah,ad quam ipſi eleuant animam ſuam,vt
reuertantur ad habitandum ibi:quia non reuertentur niſi eua
ſores.Et reſponderunt ipſi Irmeiahu omnes viri qui ſciebant,
q̃ ſuffirẽt vxores eorum diis alienis,& vniuerſæ mulieres quæ
ſtabant cœtu magno,& oĩs populus qui habitabat in terra
Aegypti in Pathros,dicendo : In verbo quod locutus es ad
nos in nomine domini,non paremus tibi.Sed faciendo facie=
b reginæ. mus omne verbum quod egreſſum eſt de ore noſtro,ſuffien=
do[b] ſtellæ cœli,& libando ei libamina,ſicut fecimus nos,& pa
tres noſtri,reges noſtri,et principes noſtri in vrbib⁹ Iehudah,
& in plateis Ieruſalaim:& ſaturati ſumus pane,& bene fuim⁹,
& malum non vidimus.Et ex eo tempore quo ceſſauimus ſuf
fire ſtellæ cœli,& libare ei libamina,caruimus omnibus:& gla
dio & fame conſumpti ſumus.Et ſi nos ſuffimus ſtellæ cœli,&
libamus ei libamina,nũquid ſine viris noſtris fecimus ei placẽ=
tas,ad lætificandum eam,& ad libandum ei libamina:Et dixit
E Irmeiahu ad omnem populum,ad viros,& ad mulieres,et ad
omnem populum,qui reſpondebant ei verbũ,dicendo:Nõn
ne ſacrificiorum quæ ſacrificaſtis in ciuitatibus Iehudah,& in
plateis Ieruſalaim vos,& patres veſtri,reges veſtri, & princi=
pes veſtri,& populus terræ recordatus eſt dominus,& aſcen=
derunt ſuper cor eius:Et non poterat dñs vltra ferre propter
malitiam operum veſtrorum,propter abominationes quas
feciſtis:& fuit terra veſtra in deſolationem,& in ſtuporem, &
in maledictionem,vt non ſit habitator ſecundum diem hanc.
Propterea q̃ ſuffiueritis,& peccaueritis dño,& non parueri=
tis voci domini,& in lege eius,& in præceptis eius,& in teſti=
moniis eius non ambulaueritis:idcirco euenit vobis malum
F hoc ſecundum diem hanc.Dixit autem Irmeiahu ad omnem
populum,& ad vniuerſas mulieres:Audite verbum domini
omnis Iehudah,qui eſtis in terra Aegypti.Sic dixit dominus
exercituum deus Iſrael, dicendo:vos,& vxores veſtræ locuti
eſtis ore veſtro,& manibus veſtris impleſtis,dicendo:faciẽdo
faciemus vota noſtra,quæ vouimus vt ſuffiamus ſtellæ cœli,
& libemus ei libamina:confirmãdo confirmaſtis vota veſtra,
& faciendo feciſtis vota veſtra.Ideo audite verbum domini
omnis Iehudah,qui habitatis in terra Aegypti:Ecce iuraui in
nomine meo magno,dixit dñs,ſi erit vltra nomẽ meũ vocatũ
in ore omnis viri Iehudęi dicẽtis:viuit dñs in om̃i terra Aegy
pti.Ecce feſtino ſup eos in malũ,& nõ in bonũ:& cõſumentur
G oẽs viri Iehudah, qui ſunt in terra Aegypti,gladio, & fame,  Gene.22.
donec conſumantur.Et euaſores gladij reuertẽtur è terra Ae=
gypti in terram Iehudah viri pauci numero.Et ſcient omnes
reſidui Iehudah,qui ingrediuntur terram Aegypti,ad peregri
nandum ibi,verbum cuius ſtabiliatur,mei aut ipſorũ.Et hoc
vobis ſignum,ait dñs,q̃ viſitem vos in loco iſto:vt ſciatis,q̃a
confirmando confirmabuntur verba mea ſuper vos in ma=
lum.Sic dixit dñs:Ecce trado Parhoh Chophrah regem Ae=
gypti in manum inimicorum eius,& in manum quærentium
animam eius,ſicut tradidi Sidchiiahu regem Iehudah in ma=
num Nebuchadreſar regis Babel inimici ſui,& quærentis ani
mam eis.

¶Baruch increpatur ab Irmeiahu puſillanimitatis.
CAP. XLV.

A VErbũ quod locutus eſt Irmeiahu propheta ad Baruch
filium Neriiah,quum ſcripſiſſet verba hæc in libro ex
ore Irmeiahu anno q̃rto Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehu=
dah,dicendo:Sic dixit dñs deus Iſrael ad te Baruch:Dixiſti:væ
nunc mihi,q̃m addidit dominus triſtitiã ſuper dolorem meũ:
laboraui in gemitu meo,& requiem non inueni.Sic dices ad
B eum:ſic dixit dominus:Ecce quos ædificaui deſtruo, & quos
plantaui euello,[a] & vniuerſa terra(mea eſt).Et tu quæris tibi  a uniuerſamq́ ipſã terram .ſ.deſtruo,et euello.
grandia:Ne quæras:quia ecce adducam malum ſuper omnẽ
carnem,ait dominus,et dabo tibi animam tuam in ſpoliũ in
omnibus locis ad quæ perrexeris.

¶Prædicit cladem Aegypti,& liberationem Iſraelis.
CAP. XLVI.

A QVod fuit verbum dñi ad Irmeiahu prophetã contra
gẽtes:Ad Aegyptum aduerſum exercitum Parhoh
Necho regis Aegypti,qui erat iuxta flumẽ Perath in Carche
mis:quem percuſsit Nebuchadreſar rex Babel anno quarto
Iehoiachim filij Ioſiiahu regis Iehudah.Præparate ſcutum, &
clypeum,& accedite ad bellum.Sternite equos, & aſcendite
equites,& ſtate in galeis:polite lanceas, induite vos loricas.
Quomodo vidi eos pauidos,conuertentes ſe retrorſum: &
fortes eorũ contriti ſunt,& fugam fugerunt, & non reſpexe=
runt:terror vndiq́,dixit dñs.Ne fugiet leuis,& nõ euadet for
B tis:ad aquilonem iuxta ripam fluminis Perath impegerunt,et  b inundans intumeſcit,& cuius aquæ ſe cõmouẽt, quaſi flumina:
ceciderunt.Quis iſte qui tanq́[b] fluuius aſcendet,veluti flumi=
na commouebuntur aquæ eius:Aegyptus tanq́ fluuius aſcẽ
det,& velut flumina mouebuntur aquæ.& dixit:aſcendã,ope
riam terrã,perdã ciuitatẽ,& habitãtes in ea.Aſcendite equos,
&[c] inſanite currus,& egrediantur fortes:Chus,& Puth appre  c perſtrepite curribus,
hendentes ſcutum,& Ludim apprehendentes,& tendentes ar
cum.Dies aũt ipſa domini dei exercituum,dies vltionis,vt vl
ciſcatur ſe de hoſtibus ſuis:& deuorabit gladi⁹,& ſaturabitur,
C & inebriabitur ſanguine eorũ:victima em̃ dñi dei exercituũ
in terra aquilonis ad flumen Perath.Aſcẽde Ghilhad, & tolle  d balſamum ſupremum .i. contra uulnera remediũ.
[d] theriacham virgo filia Aegypti:fruſtra multiplicauiſti medi=
camina,ſanitas nõ erit tibi.Audierunt gentes ignominiã tuã,
& clamor tuus repleuit terram:quia fortis in fortem impege=
runt,pariter ceciderunt ambo.Verbum quod locut⁹ eſt do=
minus ad Irmeiahu prophetã,eò q̃ veniret Nebuchadreſar  e ſtatutum pugnæ tẽp⁹, cũ tamen ille admodum tumultuaretur, pugnam petẽdo.
rex Babel ad percutiendum terram Aegypti.Annunciate in
Aegypto,& auditum facite in Mighdol,& auditum facite in
Noph,& in Tachpãches dicite:Sta,& præpara te,quia deuo
D rabit gladius circuitum tuum. Quare propulſatus eſt fortis  f id eſt,erit Ægyptus abductus, ſicut uenatio de Tabor, & ſicut ligna Charmeli in mare trahunt.
tuus:non ſubſtitit,q̃m dominus impulit eum. Multiplicauit
ruentẽ:etiam cecidit vnuſquiſq́ cum ſocio ſuo:& dicent:ſur=
gite,& reuertamur ad populum noſtrum,& ad terram nati=
uitatis noſtræ à facie gladij opprimentis.Vocauerũt ibi Pa=
rhoh regẽ Aegypti,tumultũ:trãſire fecit[e] tẽpus.Viuo ego in=  g id eſt,ueſtimenta quędã leuia,cũ baculo et pera,inſtar peregrinantis.
quit rex ille dñs exercituũ nomẽ eius:q̃m ſicut[f] Tabor in mon
tibus,& ſicut Charmel in mari,veniet.[g] Vaſa trãſmigratiõis
fac tibi habitatrix filia Aegypti,q̃a Noph in ſolitudinem erit,
& deſolabitur,vt nõ ſit habitator.Vitula formoſa Aegypt⁹:

E ſucciſio ab aquilone venit,venit inquã.Etiã milites eius mer-
cede conducti in medio eius,veluti vituli ſaginati:quia etiam
ipſi verterũt ſe,fugerunt ſimul,& non ſubſiterũt:quia dies cõ
tritionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.
F [a] Vox eius quaſi ſerpẽtis incedet,qm̃ cũ exercitu pergent,et cũ
ſecuribus venerunt ei,tanq̃ cæſores lignorũ. [b] Succidite ſyluã
eius,ait dñs,quia non inueſtigabitur:multiplicati ſunt em̃ ma-
gis q̃ locuſtæ,& non eſt eis numerus.Pudore affecta eſt filia
Aegypti,tradita eſt in manũ populi aquilonis.Dixit dñs exer-
cituũ deus Iſrael:Ecce viſito [c] regem No,& Parhoh,& Aegy-
ptũ,& deos eius,& reges eius:Parhoh inquã,& fidentes ei.Et
dabo eos in manum quærentium animã eorũ,& in manũ Ne
buchadreſar regis Babel,& in manum ſeruorum eius:& poſt
hæc habitabitur ſecundum dies antiquos,dixit dñs.Et tu ne ti
G meas ſerue mi Iahacob,& ne paueas Iſrael,quia ecce ſaluum fa
cio te de longinquo,& ſemen tuũ de terra captiuitatis eorũ:
& reuertetur Iahacob,& requieſcet,& felix erit,& nõ erit, qui
exterreat.Tu ne timeas ſerue mi Iahacob,ait domin9, quia te-
cum ſum:faciam enim cõſummationẽ in cunctis gentibus,ad
quas eieci te:in te autem non faciam conſummationem,ſed ca
ſtigabo te in iudicio, [d] & excidendo non excidam te.

a Fragor armorũ hoſtis quaſi ſerpẽtũ ſibilus incedit:cum bellica fortitudine incedunt,& cum ſecuribus uenẽt cõtra eam.ſ. Ægyptũ,quaſi cæſores lignorum.

b Succiderunt eam ut ſyluã,ait dominus,eo q̃d nõ erit tantæ cæſionis inueſtigatio.

c uulgus Alexandrinũ.

d nec te ut innocentem & innoxium habebo.

¶Sermo dñi cõtra Peliſtinos. CAP. XLVII.

A QVod fuit verbũ dñi ad Irmeiahu prophetã ſuper Pe-
liſtim,anteq̃ percuteret Parhoh Hazzah.Sic dixit do-
minus:Ecce aquæ aſcendũt ab aquilone,& erunt vt torrẽs in-
undans,& inundabunt terrã,& plenitudinem eius, vrbem &
habitantes in ea:clamabunt homines,& vlulabit omnis habi-
B tator terræ.A ſonitu quippe inceſſus vngularũ equorum for
tium eius:à cõmotione curruũ eius , multitudineq̃ rotarum
eius:non reſpexerunt patres ad filios propter debilitatem ma
nuum.Propter diem venientem ad vaſtandũ oẽs Peliſtim,ad
C ſuccidendum Sor,et Sidon,oẽm ſuperſtitẽ auxiliatorẽ.Vaſtat
enim dominus Peliſtim,reſiduũ inſulæ Caphtor.Venit calui-
tiũ ad Hazzah, ſucciſa eſt Aſchelon,reſiduũ vallis earũ:vſque
quo incides te?O mucro dñi vſquequo nõ quieſces?collige te
D in vaginã tuã,quieſce,& ſile.Quomodo quieſcet,cũ dñs præ-
ceperit ei?ad Aſchelon,& ad littus maris,ibi cõteſtatus eſt eũ.

¶Sermo cõtra Moabitas. CAP. XLVIII.

A AD Mob,ſic dixit dominus exercituum deus Iſrael:Væ
Nebo,quoniã vaſtata eſt, pudore affecta eſt capta eſt,
Chiriathaim pudore affecta eſt [e] ciuitas in excelſo ſita, &
expauit. Non eſt vltra laus Moab ; contra Chesbon cogi-
tauerunt malũ:venite,& diſperdamus eam de gente:etiam tu
Madmen ſucciderĭs,& poſt te ibit gladius.Vox clamoris de
Choronaim,vaſtitas,& contritio magna.Cõtrita eſt Moab,
B audire facite clamorẽ paruulorũ eius.Quia per aſcenſum Lu-
chith in fletu aſcendet cũ fletu:qm̃ in deſcenſu Choronaim ho
ſtes clamorem contritionis audierunt.Fugite eruite animã ve
ſtram,& eritis veluti myricę in deſerto.Pro eo enim q̃ habui
ſti fiduciã in operibus tuis & theſauris tuis,tu quoq̃ capieris:
& egredietur Chemos in tranſmigrationem,ſacerdotes eius,
& principes eius ſimul.Et veniet vaſtator ad omnem vrbem,
& vrbs non euadet:& peribit vallis,& diſsipabitur planicies,
quẽadmodũ dixit dñs.Date alas Moab,quia volãdo volabit:
& ciuitates eius in deſolationẽ erunt,vt nõ ſit habitator in eis.
C Maledictus qui facit opus dñi [f] fraudulẽter,& maledictus qui
prohibet gladiũ ſuum à ſanguine.Requieuit Moab ab adole-
ſcentia ſua,& requieuit ipſe in fecibus ſuis,& non fuit euacuat9
de vaſe in vas,& in tranſmigrationẽ non iuit:idcirco ſtetit gu
ſtus eius in eo,& odor eius non eſt mutatus . Propterea ecce
dies veniunt dixit dominus,& mittam ei trãſmigratores, &
tranſmigrare facient eum:& vaſa eius exhaurient,& vtres eo-
rum collidẽt.Et pudore afficietur Moab à Chemos,ſicut pu-
dore affecti ſunt domus Iſrael à Bethel fiducia eorũ. Quomo
do dicitis fortes ſumus,& viri robuſti ad bellum? Vaſtat9 eſt
Moab,& ciuitatum eius facta ſublatio, & electi iuuenes eius
deſcenderunt ad iugulationẽ,ait rex,dñs exercituũ nomẽ eius.

Supra 17.d.

e Miſghab

f id eſt,non ex animo eliminat hoſtes populi dei.

Propinqua eſt contritio Moab,vt veniat,& malũ eius feſtina
D uit valde.Condolete ei omnes qui eſtis in circuitu eius,& vni
uerſi qui ſcitis nomen eius.dicite:quomodo cõfracta eſt vir-
ga fortis baculus gloriæ?Deſcende de gloria,ſede in ſiti habi-
tatrix filia Dibon:qm̃ vaſtator Moab aſcendit cõtra te,diſsi-
pauit munitiões tuas.In via ſta,& proſpice habitatrix Haro-
her:interroga fugientem,& illam quæ euaſit,dic:quid factum
eſt?Pudore affectus eſt Moab,qm̃ contritus eſt:vlulate,et cla-
mate: annunciate in Arnon,quod vaſtatus eſt Moab.Et iudi
cium venit ſuper terram campeſtrem ſuper Cholon,& Iaha-
ſah,& Mephahath.Super Dibon quoq̃,& Nebo:& domum
Diblathaim.Et ſup Chiriathaim,& Bethghamul,& Bethme-
E hon.Et Cherioth,& Boſrah,& omnes ciuitates terræ Moab
longinquas,& ꝓpinquas.Abſciſſum eſt cornu Moab,& bra-
chium eius contritum eſt,dixit dñs.Inebriate eum,qm̃ contra
dñm magnificauit os ſuũ,& [a] vertet ſe de latere ad lat9 Moab
in vomitu ſuo,& erit in deriſum etiam ipſe.Et nonne in deri-
ſum fuit tibi Iſrael?num inter fures inuentus eſt? [b] quia ex eo tẽ
pore quo allocutus es eum,condoluiſti.Relinquite ciuitates,
& habitate in petra habitatores Moab,& eſtote veluti colum
ba,quæ nidificat in lateribus foueæ . Audiuimus ſuperbiam
Moab,ſuperbus eſt valde:elationem eius,& ſuperbiam eius,
& extollentiam eius,& exaltationem cordis ei9.Ego noui, ait
dñs,ira [c] eius non eſt ſtabilita:filij eius non ſic fecerunt,vt puta
bant.Ideo ſuper Moab eiulabo,& ſuper Moab vniuerſam
clamabo:ſup viros vrbis Chircheres [d] garriet . Fletu Iahazer
flebo,propter te vitis Sibnah:propagines tuæ tranſierũt ma-
re,vſque ad mare Iahazer ꝑuenerunt:quia ſuper fructus tuos
æſtiuos,& ſuper vindemiam tuam prædo irruit.Et deficiet lę
titia,& exultatio de locis cultis,& de terra Moab,et vinum de
F torcularibus ceſſare faciã.Nõ calcabit calcãs cũ [e] celeuſmate,
celeuſma nõ erit celeuſma.A clamore Chesbon vſq̃ ad Elha-
leh vſq̃ ad Iahas dederũt vocẽ ſuã:à Sohar vſque ad Choro-
naim [f] vitulã triennẽ:quia etiã aquæ Nimrim in deſolationes
erunt.Et ceſſare faciam de Moab ait dñs offerentem in excel-
ſo,& ſuffientem diis eius.Propterea cor meum ad Moab velu
ti tibiæ ſonabit,& cor meum ad viros Chircheres tanq̃ tibię
ſonabit:idcirco,ꝙ reſiduæ diuitię quas fecit,perierunt.Quia
ſuper omne caput erit caluiciũ,& omnis barba [g] erat diminu-
ta:ſuper omnes manus inciſiones,& ſuper omnes lumbos ſac
cus.Super omnia tecta Moab,& in plateis eis omnis plãctus:
qm̃ contriui Moab ſicut vas in quo non eſt cõplacentia, dixit
dñs:Quomodo expauit?vlulauerũt:quomodo vertit ceruicẽ
Moab,& pudore affect9 eſt?eritq̃ Moab in deriſum,& in for
G midinem omnibus qui ſunt in circuitibus eius.Sic enim dixit
dñs: Ecce tanq̃ aquila volabit, [h] & extẽdet alas ſuas ad Moab,
Captæ ſunt ciuitates,& munitiones captæ ſunt:& erit cor for
tium Moab,in die illa,ſicut cor mulieris afflictæ.Et diſperde-
tur Moab,vt non ſit populus,qm̃ contra dominum magnifi
cauit os ſuum.Pauor,& fouea,& laqueus erit ſuper te habita
tor Moab,dicit dñs.Qui fugerit à facie pauoris cadet in fo-
ueam,& qui aſcenderit de fouea,capietur laqueo.Adducam
enim ad Moab,annum viſitationis eorum,ait dominus . In
vmbra Chesbon ſteterunt propter vim fugientes: quia ignis
egreſſus eſt de Chesbon,& flãma ex Sichon,& deuorauit an-
gulum Moab,& verticem filiorum tumultuantium.Væ tibi
Moab,periit populus Chemos:quia comprehẽſi ſunt filij tui
in captiuitatem,& filiæ tuę in tranſmigrationem.Et conuertã
captiuitatem Moab,in nouiſsimo dierum,ait domin9 . Huc-
uſque iudicium Moab.

a concutiet Moab in uomitu ſuo,

b cũ enim eſſes de eo ad modũ cachinatus,elongaſti te.

c Ego noui, ait dominus, indignationẽ eius nõ rectã: mendacia ei9 rectitudinem nõ fecernut.

d muſſitabit cogitabũdus Moab.

e cantico.

f uitula triẽnis ſcilicet dabit uocem in ſiti.

g erit raſa

h ſcilicet hoſtis.

¶Sermo domini contra Hãmon,Idumæã,Dammeſec, Chedor,& Helam. CAP. XLIX.

A AD filios Hãmon,ſic dixit dñs:Nũquid filij nõ ſunt ipſi
Iſrael?an hæres nõ eſt ei?cur hæreditate accepit rex eo-
rũ Ghad,& populus eius in vrbibus habitauit?Ideo ecce dies
veniunt,dixit dñs,& audire faciã in Rabbath filiorũ Hãmon
clamorẽ prælij,& erit in tumulũ deſolationis,& villæ ei9 igni
ſuccen-



ſuccẽdentur, & hæreditate accipiet Iſrael,eos qui ſe hæredita-
te acceperunt.dixit dñs.Vlula Chesbon,quia vaſtata eſt Hai:
clamate villæ Rabbah.Accingite vos ſaccis,plãgite,& extẽdi-
te vos ꝑ macerias:quia rex eorũ in tranſmigrationẽ abiit,ſacer
dotes eius,& principes eius ſimul.Quid gloriaris in vallib9?
fluxit vallis tua filia rebellis:quæ fidit theſauris ſuis, quæ dicit
B in corde ſuo:quis veniet ad me?Ecce adduco ſuper te terro-
rem,ait dñs exercituum,ab omnibus circuitibus tuis:& eritis
expulſi vnuſquiſque ante faciem ſuam,& nõ erit qui congre-
get vagãtẽ.Et poſt hæc reuerti faciã captiuitatẽ filiorũ Ham-
mon,dixit dñs. Ad Edõ ſic dixit dñs exercituũ.Eſt ne vltrà ſa-
pientia in Teman?periit conſiliũ à filiis,corrupta eſt ſapientia
eorũ.Fugite, verſi ſunt,in profundũ iuerũt ad habitandũ ha-
bitatores Dedan:qm̃ contritionem Heſau adduxi ſuper eum,
tempus viſitationis eius.Si vindemiatores venerint tibi,nõ re
linquent racemos:ſi fures in nocte,vaſtabunt quod opus eſt
eis.Quia diſcooperui Heſau,reuelaui abſcõdita eius,& abſcõ-
C dere ſe nõ poterit:vaſtatũ eſt ſemẽ ei9,& fratres eius, & vicini
eius,& non erit. Relinque pupillos tuos,ego viuificabo,& vi
duę tuę in me ſꝑabũt.Quia ſic dixit dñs:Ecce quorũ nõ erat iu
diciũ,vt biberent calicẽ,bibendo bibent:& tu immunis exiſtẽ
do immunis eris?Non eris immunis,ſed bibendo bibes.Quia
per me iuraui dixit dominus,q̃ in ſolitudinem,in opprobriũ,
in deſertum,& in maledictionẽ erit Boſrah,& om̃es ciuitates
eius erunt in deſolationes in ſeculum.Auditum audiui à do-
mino,& legatus in gentes miſſus eſt,dicens:Congregate vos,
& venite contra eam,& conſurgite in prælium.Ecce enim ab
iectum dabo te inter gentes,contemptum inter homines. [a] Si
mulachrum tuum decepit te,& ſuperbia cordis tui,qui habi-
tas in turribus ædificatis ſuper petram,qui apprehendis alti-
tudinem collis:cum exaltaueris veluti aquila nidũ tuum , in-
de deſcendere faciam te,dixit dominus.Et erit Edom in ſolitu
dinem:omnis qui tranſierit per eam,ſtupebit,& ſibilabit ſuꝑ
omnes plaga eius.Secũdum ſubuerſionem Sedom,& Hamo-
D rah,& vicinas eius,ait dominus:non habitabit ibi quiſquam,
& non incolet eam filius hominis.Ecce tanq̃ leo aſcendet de
eleuatione Iarden ad habitaculum robuſtum: [b] quia quieſcere
faciam eum ab ea,& quiſquis erit electus,ei præficiam. Quis
enim eſt ſicut ego,& quis pręſcribet mihi tempus?Et quis eſt
iſte paſtor,qui ſtet coram me?Propterea audite conſilium do
mini,quod decreuit ſuper Edom,& cogitationes ei9 quas co
gitauit ſuper habitatores Teman.Si non traxerint eos paruu
li gregis [c],ſi non deſolauerit cum eis habitecula eorum. A vo
ce qua ceciderunt,commota eſt terra , clamor in mari rubro
auditus eſt vocis eorum.Ecce tanquam aquila aſcendet,& vo
labit,& expandet alas ſuas ſuper Boſrah,& erit cor fortiũ Edõ
in die illa ſicut cor mulieris anguſtiis affectæ . Ad Dammeſec:
Pudore affecta eſt Chamath,& Arphad,qm̃ auditum malum
E audierunt,& diſſoluti ſunt:qui in mari formidat,quietus eſſe
non poteſt.Diſſoluta eſt Dammeſec,vertit ſe ad fugiendum,et
tremor apprehendit eam,anguſtia & dolores tenuerunt eam
tanquam parturientis.Quomodo non eſt [d] derelicta ciuitas
laudis,vrbs gaudij mei?Ideo cadent iuuenes eius in plateis e-
ius,& omnes viri præliatores excidentur in die illa,ait domi-
nus exercituum.Et ſucendere faciam ignem in muro Damme
ſec,& cõſumet ædes Benhadad.Ad Chedar,& ad regna Cha-
ſor,quę percuſſit Nebuchadreſar rex Babel,ſic dixit domin9:
Surgite,aſcendite ad Chedar,& vaſtate filios [e] Chedem.Taber
nacula eorum,& pecora eorum capient: cortinas eorum,&
omnia vaſa eorum,& camelos eorũ tollent ſibi:& vocabunt
E ſuper eos formidinẽ vndiq̃.Fugite,& elongate vos vehemẽ-
ter,in profunda pergite ad habitandũ habitatores Chaſor,di
xit dominus:quia conſultauit contra vos Nebuchadreſar rex
Babel conſilium,& cogitauit vos aduerſus vos cogitationẽ.
Surgite,aſcendite ad gentem pacificam, habitantẽ confiden-
ter,ait dominus.Non oſtia,nec vectis ſunt ei,ſoli habitant.Et
erunt cameli eorũ in direptionem,& multitudo pecudum eo

a Terror tui quo .ſ. alios trepidare faciebas.

b quia excindam eam et currere faciam eum ab ea,et quencũq̃ electũ in eam deſtinabo.

c ſi nõ potuerit deus ſuper eos habitacula ipſorũ .ſ. paruulorũ gregis ſui.

d dimiſſa. Videbatur ob maieſtatẽ ei9 intacta relinquenda.

e Chedẽ et Chedar fuerũt filij Iſmael in Arabia.

rum in ſpolia:& diſpergã eos in omne latus,in angulos terrę:
& ex omnibus laterib9 eius adducam interitum eorum, dixit
dominus.Et erit Chaſor habitaculum draconũ,ſolitudo vſq̃
in ſeculũ.Nõ manebit ibi quiſquã,nec incolet eam filius homi
nis.Quod fuit verbum domini ad Irmeiahu prophetã ſuper
G [a] Helam,in principio regni Sidchiiah regis Iehudah, vt dice-
ret:ſic dixit dominus exercituum:Ecce confringo arcum He-
lam,qui eſt principium formidinis eorum.Et adducã ad He-
lam quatuor ventos à quatuor extremitatibus cœli,& venti-
labo eos in omnes ventos iſtos.Et non erit gens,ad quam nõ
venient profugi Helam.Et pauere faciam Helam coram ini-
micis ſuis,& coram quærentibus animam eorum, & adducã
ſuper eos malum,iram furoris mei,dixit dominus.Et mittam
poſt eos gladium donec cõſumam eos.Et ponam ſoliũ meũ
in Helam,& perdam inde regem,& principes, dixit domin9.
Et erit in nouiſsimo dierum,reuerti faciam captiuitatem He-
lam dixit dominus.

a Helam populi a Ptolemæo nominantur in Suſiani,et comprobatur,Da. 8.

¶Prædicit euerſionem Babylonis,& reditum captiui Iſraelis. CAP. L.

A VErbum quod locutus eſt dominus ſuper Babel, & ſuꝑ
terram Chaſdim,per manum Irmeiahu prophetæ.An
nunciate in gentibus,& audire facite,& leuate ſignum ,audire
facite,ne cæletis,dicite:capta eſt Babel,pudore affect9 eſt Bel,
fractus eſt Merodach,pudore affecta ſunt ſculptilia eius,fracta
ſunt idola eius.Quoniam aſcendit contra eam gens ab aquilo
ne,ipſa ponet terram eius in ſolitudinem,& non erit qui habi
tet in ea:ab homine vſque ad animal moti ſunt,abierũt.In die
bus illis,& in tempore illo,ait dominus,venient filij Iſrael,& fi
lij Iehudah ſimul.Ambulando & flendo ibunt,& dominum
deum ſum quærent.Siion interrogabunt de via,huc facies eo
rum:venite,& copulate vos domino fœdere ſempiterno qđ
nõ obliuioni tradetur.Vt oues perditæ fuerũt populus me9,
paſtores earum errare fecerunt eas,in montibus vagari fece-
B runt eas:de mõte ad collẽ abierunt,oblitæ ſunt accubitus ſui.
Oẽs q inuenerũt eas,comederũt eas,& hoſtes earum dixerũt:
Nõ deliquimus ꝑ eo q̃ peccauerũt dño,habitaculo iuſtitiæ, &
expectationi patrũ eorũ dño.Recedite de medio Babel,& de
terra Chaſdim egredimini, & eſtote tanq̃ hirci ante gregem.
Qm̃ ecce ſuſcito, & aſcendere facio in Babel congregationẽ
gentium magnarũ de terra aquilonis,& præparabunt ſe con
tra eam,inde capietur:ſagitta eius tanq̃ fortis orbantis,nõ re
uertetur vacua.Et erit terra Chaſdim in ſpolia,omnes q præ
D dabuntur eam,ſaturabũtur,dixit dñs.Qm̃ læti fuiſtis,quoniã
exultaſtis diripientes hęreditatẽ meam:qm̃ multiplicaſtis pin-
guedinẽ ſicut vitula,quæ paſcit germina,& exultaſtis ſicut tau
ri,habita victoria.Idcirco pudore affecta eſt mater veſtra val
de,erubuit genitrix veſtra:ecce nouiſsima gentium erit deſer-
tum,terra arida,& ſolitudo.Propter iram domini non habi-
tabitur,& erit ſolitudo tota:oĩs qui tranſierit per Babel ſtupe
bit,& ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius.Præparate bellum
contra Babel per circuitum omnes qui tẽditis arcũ,iacite con
tra eam,ne parcatis iaculo,quia cõtra dñm peccauit. [b] Clama
te aduerſus eam per circuitum:dedit manum ſuã, ceciderunt
fundamenta eius,deſtructi ſunt muri eius,quia vltio domini
eſt,vlciſcamini cõtra eã.Sicut fecit,facite ei.Succidite ſatorem
de Babel,& tenentem falcem in tempore meſsis:à facie gladij
opprimentis,vnuſquiſq̃ ad populũ ſuum reuertetur,& quili
C bet ad terrã ſuam [c] fugiet.Vt pecus diſperſum fuit Iſrael,reges
vt leones eiecerunt eos. Prim9 deuorauit eum rex Aſſur,& i-
ſte nouiſsimus q oſſa eius fregit,fuit Nebuchadreſar rex Ba-
bel.Propterea ſic dixit dñs exercituũ deus Iſrael:Ecce viſito re
gem Babel,& terram eius,ſicut viſitaui regẽ Aſſur.Et reducã
Iſrael ad habitaculum ſuum,& paſcetur Charmel,& Baſan,et
in monte Ephraim,& Ghilhad ſaturabitur anima eius.In die-
bus illis,& in tẽpore illo,ait dñs,quæretur iniquitas Iſrael , &
nõ erit [d],& peccatũ Iehudah,& nõ inuenietur,qm̃ parcam ei
qui remãſerit.Aduerſus Babel terrã rebellantiũ aſcende Cyre,

b Iubilate ſuper eam.

c euadet. i. omnes liberi dimittentur.

d Quanq̃ uarie illi accuſentur,eis tamen parcit Cyr9, id eſt, Chriſtus.

& cõtra habitatores viſitando aſcẽde: diſſipa, & interfice poſt eos, dixit dñs, & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Sonitꝰ belli in terra, & contritio magna. Quomodo abſciſus eſt, & con-
E tritus eſt malleus grandis vniuerſæ terræ? Quomodo fuit in deſertũ Babel in gentibus? Illaqueaui te, & etiã capta es, & non nouiſti: inuenta es, & etiã cõprehenſa, qm̃ cõtra dñm litigaſti. Aperuit dñs theſaurũ ſuũ, & protulit vaſa iræ ſuæ, qm̃ opus hoc eſt dñi dei exercituum in terra Chaſdim. Venite aduerſus eam, cũ venerit eius finis, aperite penora eius, calcate ſuper eã ſicut calcauit triturantes ſuꝑ manipulos, & perdite eã: ne ſit ei reſiduũ. Occidite vniuerſos vitulos eius, deſcendent ad occiſionẽ: væ eis, quia venit dies eorũ, tempus viſitationis eorũ. Vox euadentium & liberatorũ de terra Babel, vt annuncient in Siion vltionẽ dñi dei noſtri, vltionẽ templi eius. Congregare facite contra Babel iaculatores, omnes tendentes arcum ca
F ſtrametamini aduerſus eam per circuitum, ne ſit ei euaſor: reddite ei ſecundũ opus ſuũ, iuxta oĩa quę fecit, facite illi: quia contra dñm procaciter egit, aduerſum ſanctum Iſrael. Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius, & omnes viri bellatores eius ſuccidentur in die illa, ait dñs. Ecce ad te proterue, dixit dominus deus exercituũ: quia venit dies tuus, tẽpꝰ quo viſitem te. Et impinget ſuperbus, & cadet, & nõ erit ei qui ſuſcitet: & ſuccendam ignẽ in vrbibus eius, & cõſumet omnia quæ ſunt in circuitu eius. Sic dixit dñs exercituũ: Oppreſſi fuerunt filij Iſrael, & filij Iehudah ſimul: & omnes qui captiuos duxerũt eos tenuerũt eos, & renuerunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis, dñs exercituũ nomẽ eius, iudicio iudicabit iudicium eorum: [a] vt quieſcere faciat terrã, & cõmouere faciat habitatores Babel. Gladius ad Chaſdim, dixit dñs, & ad habitatores Babel, & ad principes eius, & ad ſapientes eius. Gladius ad diuinos mendaces, & inſanient: gladius ad fortes eius, & timebũt.

a ideo ꝑ ſcindet terrã ſcilicet Chaldeorum.

G Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod eſt in medio eius, & erũt vt mulieres: gladius ad theſauros eius, & diripientur. Siccitas ad aquas eius, & areſcent: quia terra ſculptilium eſt, & in ſimulachris inſanient. Propterea habitabunt beſtiæ ſylueſtres cum vlulis, & habitabunt in ea filiæ ſtruthionis: & non habitabitur vltrà in ſeculum, nec habitabitur vſq; ad generationem, & generationem. Quẽadmodũ ſubuertit deus Sedom, & Hamorah, & vicinas eius, ait dñs, non habitabit ibi quiſquã, nec habitabit in ea filius hominis. Ecce populus venit ab aquilone, & gens magna, & reges multi ſuſcitabuntur à lateribus terræ. Arcum, & ſcutum apprehẽdẽt, crudeles erũt, & non miſerebuntur: ſonitus eorum veluti mare ſonabit, & ſuper equos æquitabũt: parati erunt tanquã viri ad prælium contra te filia Babel. Audiuit rex Babel famam
H eorum, & debilitauerunt ſe manus eius: anguſtia apprehendit eum, dolor tanquã parturientis. Ecce tanquã leo aſcendet de eleuatione Iarden ad habitaculum robuſtum, quia [b] quieſcere faciam, currere faciã eos ab ea: et eũ qui fuerit electus, [c] ei præponam. Quis eſt em̃ ſicut ego, & quis cõſtituet tempus mihi? Et quis eſt iſte paſtor, qui ſtet coram me? Propterea audite cõſilium domini, quod conſuluit cõtra Babel, & cogitatiões eiꝰ quas cogitauit ſuꝑ habitatores terræ Chaſdim: niſi traxerint eos paruuli gregis, [d] niſi deſolari fecerit cum eis habitaculum. A voce qua capta eſt Babel, commota eſt terra, & clamor in gentibus auditus eſt.

Gene. 19. e.

b excindã.

c in eam deſtinabo.

d niſi poſuerit ſuper eos habitaculum gregis ſui.

¶ Continuat calamitatem euerſionis Babylonicæ. CAP. LI.

A SIc dixit dñs: Ecce ſuſcito ſuper Babel, & ſuper [e] cor inimicorum meorum qui inhabitant terrã Chaſdim, ventum corrumpentẽ. Et mittã in Babel [f] ventilatores, & ventilabunt eam, & euacuabunt terrã eius: qm̃ erunt aduerſus eã vndique in die mala. Ad eũ qui tẽdendo tendit arcũ ſuũ, & eũ qui ſe attollit in armatura ſua, ſic ait dominus: ne parcatis iuuenibus eius, interficite omnẽ exercitum eius. Et cadent interfecti in terra Chaſdim, & cõfoſſi in plateis eius. Quoniã nõ vt vidua eſt Iſrael, & Iehudah à deo ſuo, à dño exercituũ: quia terra Chaſdim repleta eſt delicto ꝓpter ea q̃ fecit contra ſanctum Iſrael;

e habitatores Chaldeæ, q̃ corde aſſurgit cõtra me.

f alienos.

Fugite de medio Babel, & eruite vnuſquiſq; animã ſuã, ne diſperdamini propter iniquitatẽ eius: qm̃ tempus vltionis eius eſt dño, retributionẽ reddet ei. Vt calix vini puri inſtar auri eſt Babel in manu dñi, inebrians oẽm terrã: de vino eius biberũt gentes, ideo inſanient gentes. Subitò cecidit Babel, & contrita eſt, vlulate ſuper eã: tollite [a] theriacam ad dolorẽ eius, ſi fortè ſanetur. Curauimus Babel, & non eſt curata: derelinquite eã, & eamus vnuſquiſq; in terrã noſtrã: qm̃ peruenit ad cœlos iudicium eius, & eleuatũ eſt vſq; ad nubes. Eduxit dñs iuſtitias no
B ſtras: venite & narremus in Siion opus dñi dei noſtri. Et tergite ſagittas, cõgregate ſcuta: ſuſcitauit dñs ſpiritum regũ Madai, quia contra Babel eſt cogitatio eius, vt perdat eã: qm̃ vltio domini eſt, vltio templi ſui. Super muros Babel leuate ſignum, tenete cuſtodiã, ſtatuite cuſtodes, præparare facite inſidias: quia etiam cogitauit dñs, etiam fecit quæ locutus eſt ſuper habitatores Babel. Quæ habitas iuxta aquas multas, locuples theſaurorum: venit finis tuus, [b] eò ꝙ brachio opprimebas alios. Iurauit dñs exercituũ per animam ſuam, niſi repleuero te hominibns veluti bruchis, & cãtabunt ſuꝑ te celeuſma. Qui fecit terram fortitudine ſua, qui firmauit orbem ſapiẽtia ſua, & prudentia ſua extendit cœlos. Ad vocem qua dederit multitudinem aquarum in cœlo, aſcendere faciet nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiã fecit, eduxit ventũ de theſauris ſuis. Vt belua effectus eſt omnis homo à ſcientia: pudore affectus eſt omnis aurifex à ſculptilibus: quia mendaciũ eſt conflatio eius, & nõ eſt ſpiritus in eis. Vanitas ſunt, opus errorũ, in tẽpore viſitationis eorũ, peribunt. Nõ ſicut hæc eſt pars Iahacob, quia plaſmator oĩm eſt, & ſceptrũ hæreditatis eius. Dñs exercituũ nomẽ eius. Malleus es mihi: inſtrumenta bellica; &

a balſamum

b conſũmatio cupiditatis tuæ, id eſt, cum fueris cõcupiſcentijs tuis repleta, tũc adeſt finis tuus, tempus uiſitationis.

C per te cõteram cũ diſperſione gentes, & per te diſperdã regna. Et conterã per te equũ & aſcenſorem eius: & conteram per te currũ & aſcenſorẽ eius. Et cõteram per te virum & mulierẽ, ſenem & puerũ: & conterã per te iuuenẽ & virginem. Et conteram per te paſtorem & gregẽ eius, & conterã per te agricolã & iugalem eius: & conterã per te duces & principes. Et reddã Babel, & cunctis habitatoribus Chaſdim, omne malũ eorum quod fecerunt in Siion in oculis veſtris, dixit dñs. Ecce ego ad te mons perditionis, dixit dñs, qui [c] corrupiſti omnẽ terram: & extendã manum meam ſuper te, & euoluã te de petris, & ponã te montẽ combuſtionis. Et nõ tollẽt de te lapidẽ pro angulo, & lapidem pro fundamentis: ſed in deſolationes ſempiternas eris, dixit dñs. Leuate ſignũ in terra, clangite buccina in gentibus. Pręparate aduerſus eam gentes, cõgregate cõtra illã regna Ararath, [d] Minni, & Aſchenaz: ꝓficite ei principẽ, aſcendere facite equos tanq; bruchos horripilantes. Præparate cõtra eã gentes, reges Madai, & duces eius, & vniuerſos principes eius, cunctamq; terrã poteſtatis eius. Et contremiſcet terra, & dolebit: quia firmata eſt contra Babel omnis cogitatio dñi, vt ponat terrã Babel in ſolitudinẽ, vt nõ ſit habitator. Ceſſauerunt fortes Babel pugnare, ſederunt in munitionibꝰ, elanguit fortitudo eorũ, fuerũtq; vt mulieres: incenderunt habitacula eius, contriti ſunt vectes eiꝰ. Curſor in occurſum curſoris curret, & nũcius in occurſum nũcij, ad nunciandum regi Babel, ꝙ capta ſit ciuitas eius, [e] quũ venit finis. Et vada cõprehenſa ſunt, & arbores q̃ ſunt iuxta paludes combuſſerũt igni,
D & viri bellatores territi fuerũt. Quia ſic dixit dñs exercituum deus Iſrael: Filia Babel eſt tanquã area: tẽpus eſt calcãdi eam: adhuc paululũ, & veniet tẽpus meſſis ei. Comedit me, & conſumpſit me Nebuchadreſar rex Babel, & ſtatuit me vt vas inane, abſorbuit me veluti draco, repleuit ventrem ſuũ deliciis meis: eiecit me. Quæ mihi rapuit, & carnes eorũ q vulnerati ſunt in me, ſint ſuꝑ Babel, dicat habitatrix Siiõ: & ſanguis meꝰ ſuꝑ habitatores Chaſdim, dicat Ieruſalaim. Propterea ſic dixit dñs: Ecce iudico cauſam tuã, & vlciſcar vltionẽ tuã: & ſiccare faciã mare eiꝰ, & areſcere faciã venã eius. Et erit Babel in tumulos, habitatio draconũ, ſtupor, & ſibilus, vt non ſit habitator. Simul vt leones rugiẽt, rugierũt veluti catuli leonũ. In calore
corum

c perdidiſti

d Minęi et Scenitæ, gentes magnę fũt Ptolemęo in felici Arabia qui una cum Armenis & Medis, cõtra Babylonem undique pugnarunt.

e ab extremitate una.



eorum ponam conuiuia eorũ, & inebriare faciam eos, vt exultent, & dormiant ſomnũ ſempiternũ, & nõ euigilẽt, dixit dñs. Deſcendere faciã eos veluti agnos ad iugulandũ, tanquã arietes cum hircis. Quomodo capta eſt Seſac, & comprehenſa eſt laus omnis terræ? quomodo fuit in ſtuporem Babel inter gẽtes? Aſcẽdit ſuper Babel mare, multitudine fluctuũ eius operta eſt. Fuerunt ciuitates eius in ſtuporem, terra arida, & deſer-
E tum, terra in qua nõ habitabit quiſquã, nec tranſibit per eam filius hominis. Et viſitabo Bel in Babel, & educam quod deglutiuit de ore eius, & non confluent ad eũ vltrà gentes. Etiã murus Babel corruit. Egredimini de medio eius popule mi, & eruite vnuſquiſq; animam veſtrã ab ira furoris dñi. Et ne forte molleſcat cor veſtrum, & timeatis in auditu qui audietur in terra. Et veniet in anno auditus, & poſt eum in anno [a] auditio, & rapacitas in terra, & dominator ſuper dominatorem. Propterea ecce dies veniunt, & viſitabo ſculptilia Babel, & omnis terra eius pudore afficietur, & vniuerſi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudes dicent ſuper Babel cœli, & terra, & omnia quæ in eis ſunt: quia ab aquilone venient ei vaſtatores, ait dñs. Etiam Babel fuit cauſa, vt caderent interfecti Iſrael: etiam propter Babel ceciderunt occiſi vniuerſæ terræ. Euaſores à gladio venite, ne ſtetis: recordamini à longe domini, & Ieruſalaim aſcendat ſuper cor veſtrũ. Pudore affecti ſumus quoniam audiuimus opprobrium, operuit ignominia facies noſtras: quia venerunt alieni ſuper ſanctificationem
F domus dñi. Propterea ecce dies veniunt, dixit dñs, & viſitabo ſculptilia eius, & in omni terra eius gemet qui occidetur. Si aſcenderit Babel in cœlum, & munierit in excelſo robur ſuum, à me venient prædatores ei, dixit dñs. Vox clamoris de Babel, & contritio magna de terra Chaſdim. Quoniã vaſtat dominus Babel, & perdidit ex ea vocẽ magnã: & ſonabunt fluctus eorũ, tanquã aquę multæ: dedit ſonitum vox eorũ. Quia venit ſuper Babel vaſtator, apprehenſi ſunt fortes eius, & confractus eſt areus eorũ: quia deus retributionũ dñs reddendo reddet. Et inebriare faciã principes eius, & ſapientes eius, et duces eius, & principes, & fortes eius, & dormiẽt ſomnum ſempiternum: & non expergiſcentur, ait rex dominus exercituũ nomen eius. Sic dixit dominus exercituum: Murus Babel latus confringendo confringetur & portæ eius excelſæ igne comburentur: & laborabũt populi inaniter, & ea in quibus laborauerint populi, igni comburentur, & laſſabuntur. Verbũ quod præcepit Irmeiahu propheta Seraiah filio Neriiah Machaſeiah, cũ ille pergeret cũ Sidchiiahu rege Iehudah in Ba
G bel anno quarto quo regnauit: Saraiah autem erat princeps quũ rex eſſet quietus. Et ſcripſit Irmeiahu omne malũ quod vẽturũ erat ſuꝑ Babel in libro vno: oĩa ſcilicet verba hęc quæ ſcripta ſunt ſuꝑ Babel. Et dixit Irmeiahu ad Seraiah: Cũ veneris in Babel, & videbis, & leges oĩa verba hæc. Et dices: Domine tu locutus es contra locũ iſtũ, vt ſuccideres eũ, vt non ſit in eo habitator ab homine vſq; ad animal: ſed in ſolitudines perpetuas erit. Et erit cũ cõpleueris legere librum hunc, ligabis ſuper eũ lapidẽ, & ꝓiicies in medium Perath. Et dices: Sic ſubmergetur Babel, & nõ cõſurget à facie mali, quod ego adduco ſuper eam, & laſſabuntur. Hucuſq; verba Irmeiahu.

a .i. ſemel & iterũ audietur tumultus, & tyranni ſuꝑ tyrannũ rapacitas.

¶ Repetit ciuitatis, regiſque Sidchiiahu captionẽ, urbs incẽditur, tẽplũ ſpoliatur: Rex Iehoiachin captiuus, e carcere educitur: conſtituuntur ei cibaria regia. CAP. LII.

A VIginti, & vnius anni erat Sidchiiahu, quando regnauit, & vndecim annis regnauit in Ieruſalaim, & nomen matris eius Chamuthal filia Irmeiahu de Libnah. Et fecit malum in oculis dñi, iuxta ea quę fecit [b] Iehoiachim. Quia in furore cõmotus eſt dominus contra Ieruſalaim, & Iehudah, vſquequo proiicere faceret eos à facie ſua: rebellauitq; Sidchiiahu cõtra regem Babel. Et fuit anno nono quo reguauit, mẽſe decimo, decima menſis, venit Nebuchadreſar rex Babel, ipſe & omnis exercitus eius aduerſus Ieruſalaim, & caſtrametati ſunt contra eam, & ædificauerunt contra eam munitionem vndique. Et
B venit ciuitas in obſidionem vſque ad vndecimum annum regis Sidchiiahu. Menſe quarto, nona menſis inualuit fames in ciuitate, & non erat panis populo terræ. Et dirupta eſt ciuitas, & omnes viri bellatores fugerunt, exierũtq; de ciuitate nocte per viam portæ quæ erat inter duos muros, quæ eſt iuxta hortum regis: (& Chaſdim erãt iuxta ciuitatem per circuitum,) & abierunt per viam ſolitudinis. Et perſecuti ſunt exercitus Chaſdim regem, & attigerunt Sidchiiahu in deſertis Ierecho: & omnis exercitus eius diſperſus eſt ab eo. Et cõprehenderũt regẽ, et aſcendere fecerũt eũ ad regẽ Babel in Riblah in terram Chamath: & locutꝰ eſt cũ eo iudicia. Et iugulauit rex Babel fi-
C lios Sidchiiahu in ocl'is eiꝰ, & etiã oẽs principes Iehudah iugulauit in Riblah. Et oculos Sidchiiahu cæcauit, & vinxit eũ cõpedibus, & adducere fecit eũ rex Babel in Babel, & poſuit eũ in domo carceris vſque ad diem quo mortuus eſt. Menſe aũt quinto decima mẽſis (ipſe eſt annus nonus decimus annus regis Nebuchadreſar regis Babel) venit Nebuzaradã princeps [a] laniorũ, qui ſtabat coram rege Babel in Ieruſalaim. Et incendit domũ dñi, et domũ regis, et oẽs domos Ieruſalaim, et oẽm domũ magnã combuſſit igni. Et oẽs muros Ieruſalaim vndique deſtruxerunt omnis exercitus Chaſdim, qui erat cum magiſtro laniorũ. Et de pauperibus populi, & reſiduo populi q remanſerãt in ciuitate, & de transfugis qui trãsfugerant ad re-
D gem Babel, & de reſiduo multitudinis, tranſmigrare fecit Nebuzaradan magiſter laniorum. De pauperibus verò terræ remanere fecit Nebuzaradan magiſter laniorum vinitores & agricolas. Et columnas æreas quæ erant in domo domini, & baſes, & mare æreum, quod erat in domo dñi, confregerũt Chaſdim, & detulerunt omne æs eorum in Babel. Et lebetes, & ſcopas, & pſalteria, & pelues, & cochlearia, & omnia vaſa ęrea quibus miniſtrabant, tulerũt. Et crateres, thuribula, & pelues, & ollas, & candelabra, & mortariola, & cyathos, quæ aurea aurea, & quæ argentea argentea, tulit magiſter laniorum. Columnas duas, mare vnũ, & boues duodecim æreos q erãt ſub baſibus quos fecerat rex Selomoh in domo dñi: non erat
E pondus æris eorũ, omniũ vaſorum iſtorũ. Et columnas, quarũ octo & decẽ cubitorũ erat altitudo columnæ vnius, & filũ duodecim cubitorũ quod circuibat eã: craſſitudo verò erat quatuor digitorũ, & erat concaua. Et capitellũ quod erat ſuꝑ eam, æreum: altitudo aũt capitelli vniꝰ quinq; cubitorũ erat: & retiaculũ, & malogranata ſuper capitellũ per circuitum, omnia ærea. Et ſicut hæc erant in columna ſecunda, & malogranata. Et fuerunt malogranata nonaginta & ſex, per ſingulum latus: omnia malogranata centũ ſuper retiaculũ per circuitũ. Et tulit magiſter laniorũ Seraiah ſacerdotẽ primũ, & Sephaniah ſacerdotem ſecundum, & tres cuſtodes liminis. Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui erat præpoſitus ſuper viros
F bellatores, & ſeptẽ viros ex iis qui videbant faciẽ regis, qui inuenti ſunt in ciuitate, & ſcribam principẽ militiæ, qui militare faciebat populũ terræ, & ſexaginta viros de populo terræ, q inuenti ſunt in medio ciuitatis. Tulit eos Nebuzaradan magiſter laniorum, & ire fecit eos ad regem Babel in Riblah. Et percutere fecit eos rex Babel, & interfecit eos in Riblah in terra Chamath: & traslatus eſt Iehudah de terra ſua. Iſte eſt populꝰ quem trãsferre fecit Nebuchadreſar: anno ſeptimo Iehudęos tria milia & viginti tres. Anno octauo decimo Nebuchadreſar transferre fecit de Ieruſalaim animas octingentas triginta & duas. Anno tertio & vigeſimo Nebuchadreſar, transferre fecit Nebuzaradan magiſter laniorũ, Iehudęorum animas ſeptingentas quadraginta & quinque: omnes animæ quatuor milia & ſexcentæ. Et fuit trigeſimo & ſeptimo anno trãſmigrationis Iehoiachin regis Iehudah, duodecimo menſe, vigeſima & quinta menſis, eleuauit Euilmerodach rex Babel [b] in anno regni ſui, caput Iehoiachin regis Iehudah, & eduxit eum de do-
G mo carceris. Et locutus eſt cum eo bona, & poſuit thronum eius ſuper thronum regum qui erant ſecum in Babel. Et mutauit veſtimẽta carceralia eius, & comedit panem corã eo ſemper omnibus diebus vitæ ſuæ. Et portio eius portio quoti-

b Hic Iehoiachim habuit filium regẽ Iehoiachin, dictũ etiam Iechoniã, ne quis nominũ ſimilitudine decipiatur.

a ſicariorum

b in anno quo factus eſt rex.

diana dabatur ei à rege Babel per ſingulos dies eius, vſque ad
diem quo mortuus eſt, omnibus diebus vitæ eius.

F I N I S.

# Liber Cinoth, id eſt,

## T H R E N O R V M, hoc eſt, Lamentationum: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

### C A P V T I.

A QVOMODO SEDET
ſolitaria ciuitas, copioſa populo facta
eſt veluti vidua: copioſa in gẽtibus, do
mina in prouinciis, [a] facta eſt tributaria.
Plorando plorabit in nocte, & lachry-
mę eius in maxillis eius: non eſt ei conſo
lator ex omnibus amatoribus eius: oẽs
amici eius ſpreuerunt eã, fuerunt ei in inimicos. Tranſmigra-
uit Iehudah, præ afflictione, & præ multitudine ſeruitutis: ipſa
habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſecuto-
res eius apprehenderunt eam inter anguſtas macerias. Viæ
Siion lugent, eò q̃ non ſint venientes ad ſolennitatem: omnes
B portæ eius deſolatę, ſacerdotes eius ſuſpirantes, virgines eius
afflictæ, & ipſi eſt amaritudo. Fuerunt hoſtes eius in capite, ini
mici eius proſperati ſunt: quia dominus dolore affecit eã pro
pter multitudinem præuaricationum eius: paruuli eius abie-
runt in captiuitatem ante hoſtem. Et egreſſus eſt à filia Siion
oĩs decor eius: fuerunt principes eius veluti cerui qui nõ inue
nerunt paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante perſecuto-
rem. Recordata eſt Ieruſalaim dierum paupertatis ſuæ, & in-
digentiarum ſuarum, omnium deſyderabiliũ ſuorum, quæ fue
runt à diebus antiquis, dum caderet populus eius in manu ho
ſtis, & non eſſet auxiliator ei: viderunt eam hoſtes, deriſerunt
ſabbata eius. Peccatum peccauit Ieruſalaim, propterea in de-
riſionem fuit: omnes qui glorificabant eam ſpreuerunt eam,
quia viderunt turpitudinem eius: etiam ipſa ſuſpirauit, & con
C uerſa eſt retrorſum. Sordes eius in fimbriis eius: non [b] eſt recor
data nouiſsimi ſui, & deſcendit mirabiliter: non eſt conſolator
ei. Vide domine afflictionẽ meã, quoniam magnificauit ſe ho
ſtis. Manum ſuã extendit hoſtis ſup omnia deſyderabilia eius:
quia vidit gentes, ingreſſæ ſunt ſanctuarium eius, de quo præ
cepiſti: non intrabunt in eccleſiã. Omnis populus eius ſuſpirã-
tes, quærentes panem: dederunt deſyderabilia ſua propter ci
bũ, vt refocillarent animam: vide domine, & aſpice, quia fui
villis. [c] Non ſit vobis graue: omnes qui tranſitis per viam, a-
ſpicite, & videte, an ſit dolor ſicut meus, q̃ factus eſt mihi: q̃m
dolore affecit me dñs in die iræ furoris ſui. De excelſo miſit i-
gnem in oſſa mea, & dominatus eſt ipſe ignis: expãdit rete pe
D dibus meis, redire fecit me retrorſum. Poſuit me deſolatam,
tota die mœrentem. [d] Ligatum eſt iugum iniquitatũ mearũ,
manus eius perplexæ ſunt, aſcenderunt ſuper collum meum,
infirmari fecit vires meas: dedit me dominus in manus eorũ
à quibus non potero ſurgere. Calcauit omnes validos meos
dñs in medio mei, vocauit aduerſum me congregationem
E ad cõterandũ electos meos. Torcular calcauit dñs virgini filiæ
Iehudah. Propter hæc defleo, ex oculo meo, ex oculo meo de-
ſcendit aqua, quia elongatus eſt à me conſolator quieſcere fa-
ciens animam meam: fuerunt filij mei deſolati, quia præualuit
inimicus. [e] Fregit Siion manus ſuas, non eſt conſolator ei: præ
cepit domin⁹ contra Iahacob, vt eſſent in circuitu eius hoſtes
eius: fuit Ieruſalaim in abominationẽ inter eos. Iuſtus eſt do-

a fuit in diſſolutionem.
b id eſt, nõ meminit futuræ glorię poſteritatis ſuę, adeo eſt ad ſtuporẽ vſq; deiecta.
c Quod à vobis deus auertat ò vos omnes.
d Concinnatum eſt iugum iniquitatum mearum in manibus eius circumligauerunt ſe, aſcen.
e Expandit

minus, quia ori eius rebellaui: audite quæſo omnes populi, &
videte dolorẽ meum. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt
in captiuitatem. Vocaui amicos meos, ipſi deceperunt me. Sa
F cerdotes mei, & ſenes mei in vrbe obierunt, quoniam quæſie-
runt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam. Vide domine
quia retribulatio eſt mihi, & viſcera mea intumuerũt: vertit ſe
cor meum in medio mei, quia rebellando rebellaui: foris orba
uit gladi⁹, domi erat tanq̃ mors. Audierunt q̃ ſuſpiro, & nõ
eſt cõſolator mihi: omnes inimici mei audierũt malũ meũ, ga-
G uiſi ſunt, quia tu feciſti: adduxiſti diem quem vocaſti, & erunt
ſicut ego ſum. Ingrediatur omne malum eorũ coram te, & fac
eis queãdmodũ feciſti mihi propter omnes iniquitates meas:
multa enim ſunt ſuſpiria mea, & cor meum mœrens.

### C A P. I I.

A QVomodo tenebreſcere fecit in furore ſuo dominus fi
liã Siiõ, proiicere fecit de cœlo in terrã decorem Iſrael,
& nõ eſt recordatus ſcabelli pedũ ſuorũ in die furoris ſui? Per
didit dñs, & non pepercit, oĩa tabernacula Iahacob, deſtruxit
in furore ſuo munitiones filiæ Iehudah, attingere fecit terram:
polluit regnum, & principes eius. Concidit in ira furoris o-
mne cornu Iſrael: redire fecit retrorſum dexteram eius à fa-
cie inimici, & accenſus eſt in Iahacob veluti ignis, flamma con
ſumpſit in circuitu. Tetendit arcum ſuum, veluti inimicus,
B ſtetit dextera eius tanquã hoſtis, & occidit omnia deſyderabi-
lia oculi in tabernaculo filiæ Siion, effudit tanquã ignem indi
gnationẽ ſuã. Fuit dñs veluti inimicus, perdidit Iſrael, perdi-
dit omnia palatia eius, diſsipauit munitiones eius, & multipli
cauit in filia Iehudah luctũ, & luctũ. Et trãſtulit veluti in hor-
to tentorium ſuũ, ſubuertit cõgregationẽ ſuam. Obliuiſci fe-
cit dominus in Siion ſolennitatẽ, & ſabbatũ & ſpreuit in ira fu
roris ſui regem & ſacerdotẽ. Elongauit dñs altare ſuũ, proiecit
è corde ſanctuariũ ſuũ, tradi fecit in manu inimici muros pala
tiorũ eius: vocẽ dederunt in domo domini, ſicut in die ſolẽni-
tatis. Cogitauit dominus diſsipare murũ filiæ Siion, extendit
regulã, non redire fecit manũ ſuã à perdendo: & deſolauit an-
temurale, & muri pariter deſolati ſunt. Demerſæ ſunt in terra
C portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius: regẽ eius, et prin
cipes eius in gentibus: non eſt lex, etiã prophetæ eius non inue
nerunt viſionem à domino. Sederũt in terra, conticuerunt ſe-
nes filiæ Siion: aſcendere fecerũt puluerẽ ſuper caput ſuũ accin
xerunt ſe ſaccis: depoſuerũt in terrã caput ſuũ filiæ Ieruſalaim.
Defecerunt propter lachrymas oculi mei, intumuerunt viſce-
ra mea, effuſum eſt in terra iecur meũ propter contritionem
filiæ populi mei, cũ deficeret paruulus, & lactens in plateis ciui
tatis. Matribus ſuis dixerunt, vbi eſt triticũ, & vinũ? cum defi-
cerent tãquã occiſus in plateis ciuitatis, cum effunderetur ani
D ma eorũ in ſinum matrũ ſuarũ. Quid teſtificari faciam tibi, &
quid aſsimilabo tibi filia Ieruſalaim? Quid æquabo tibi, & cõ
ſolabor te virgo filia Siion? Magna eſt enim velut mare cõtri-
tio tua, quis medebitur tibi? Prophetæ tui viderunt tibi vanũ
& inſulſum, & non reuelauerunt iniquitatẽ tuam, vt cõuerte-
rent euerſionem tuam. Et viderũt tibi prophetias vanas, &
quæ te expellebant à me. Plauſerunt ſuper te manibus omnes
tranſeuntes per viam, ſibilauerunt, & mouerunt caput ſuum
E ſuper filiam Ieruſalaim. Num hæc eſt ciuitas quã dicebãt per-
fecti eſſe decoris in gaudium vniuerſæ terræ? Aperuerunt ſu-
per te os ſuum omnes inimici tui, ſibilauerunt, fremuerũt den
te, dixerunt, perdamus: equidẽ hęc eſt dies quã expectabam⁹,
inuenimus, vidimus. Fecit dñs quę cogitauit, cõpleuit ſermo-
nem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, &
nõ pepercit: lætificariq; fecit ſuper te inimicũ, exaltauit cornu
hoſtiũ tuorũ. Clamauit cor eorũ ad dñm: O mure filiæ Siion
deſcendere fac lachrymã veluti torrentẽ per diẽ, & noctẽ: non
des requiẽ tibi, nõ taceat pupilla oculi tui. Surge, clama in no-
cte in principio vigiliarũ, effunde ſicut aquam cor tuũ ante cõ
F ſpectum dñi. Leua ad eum manus tuas p̃ anima paruulorũ
tuorũ



tuorum deficientium propter famem in capite omnium pla-
tearum. Vide domine, & aſpice ad eum quem feciſti ſic. Num
comedunt mulieres fructum ſuum, paruulos qui educantur?
Num occiditur in ſanctuario domini ſacerdos, & propheta?
Iacuerũt in terra, in plateis puer, & ſenex: virgines meæ, & iuue
nes mei ceciderunt gladio. Interfeciſti in die furoris tui,
G iugulaſti, non pepercisti. Vocaſti tanquam ad diem ſolennem
timores meos de circuitu, & nõ fuit in die furoris dñi euaſor,
& ſuperſtes: quos educaui & auxi, inimicus meus conſumpſit.

### C A P. I I I.

A EGo vir qui vidi afflictionem in virga indignationis eius.
Me duxit, & ire fecit in tenebras, & non in lucem. Profe-
cto contra me conuerſus eſt, vertit manum ſuam tota die. Cõ
ſumpſit carnem meam, & pellem meam, confregit oſſa mea.
Aedificauit aduerſum me, & [a] circundedit felle, & labore. In
tenebroſis locis manere fecit me veluti mortuos in ſeculum.
B Murum fecit ante me, & non egrediar: aggrauari fecit compe
dem meum. Etiam quando clamabam, & vociferabar, clauſit
orationem meã. Circunſepſit vias meas exciſo lapide, ſemitas
meas peruertit. Vt vrſus inſidians fuit mihi, vt leo in abſcon-
ditis. Vias meas peruertit, & concidit me in fruſta, poſuit me
deſolatam. Tetendit arcum ſuum, & ſtatuit me tãquam ſignũ
ad ſagittã. Ingredi fecit renes meos ſagittas pharetræ ſuæ. Fui
riſus omni populo meo, canticum eorum tota die. Saturari fe
cit me amaritudinibus, inebriare fecit me abſynthio. Et cõfrin
gere fecit lapillis [b] dentes meos, operire fecit me puluere. Et e-
longauit ſe à pace anima mea, oblitus ſum boni. Et dixi: Periit
fortitudo mea, & ſpes mea à dño. Recordare afflictionis meę,
& plãctus mei, abſynthij, & fellis. Recordando recordabitur,
& humiliabitur in me anima mea. Hoc redire faciã ad cor me-
C um, idcirco expectabo. Miſericordiæ dñi ſunt, quod non ſu-
mus conſumpti: quia non defecerũt miſericordiæ eius. Nouæ
ſunt quolibet mane miſericordiæ, [c] magna eſt fides quæ eſt de
te. Pars mea dñs, dixit anima mea, propterea expectabo eum.
Bonus eſt dñs expectantibus eum, animæ quæ quæſierit eum.
bonum eſt quod expectet homo, & ſit ſilens in ſalute domini.
Bonum eſt viro cum portauerit iugum in adoleſcentia ſua.
Manebit ſolitarius, & expectabit, quia portauit ſuper ſe iu-
gum. Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes. Dabit percu-
tienti ſe maxillam, ſaturabitur probro. Quia non elongabit in
D ſeculum dominus. Quia ſi dolore affecerit, miſerebitur ſecun-
dum multitudinẽ miſericordiarum ſuarũ. Non eñ afflixit de
corde ſuo, nec dolore affecit filios viri. Vt contereret ſub pe-
dibus ſuis oẽs vinctos terræ. Vt declinare faceret iudiciũ viri
coram vultu altiſſimi. Vt peruerteret hominẽ in iudicio ſuo,
dñs non vidit. Quis eſt qui dixit: fuit hoc, & dñs non p̃cepit?
De ore igitur altiſſimi nõ egredietur mala, & bona? Cur [d] do-
let homo viuẽs, vir ſup peccato ſuo? Scrutemur vias noſtras,
E & inquiram⁹, & reuertamur ad dñm. Leuemus corda noſtra
cum manibus ad dñm in cœlo. Nos præuaricati ſumus, & re-
belles fuimus, tu non pepercisti. Oppoſuiſti furorem, & perſe
cutus es nos, occidiſti, & non pepercisti. Oppoſuiſti nubem
tibi, ne trãſiret oratio. Abraſionẽ, & abiectionẽ poſuiſti nos in
medio populorũ. Aperuerunt ſuper nos os ſuum oẽs inimici
noſtri. Formido, & fouea fuit nobis, vaſtatio, & cõtritio. Riui
aquarũ deſcẽderũt ex oculo meo ſuper contritionẽ filię popu
li mei. Oculus meus defluxit, & nõ tacuit, propterea q̃ non eſ-
ſent requies. Donec aſpiceret, & videret dñs de cœlo. Oculus
meus dolore affecit animũ meum propter cunctas filias vrbis
meæ. Venando venati ſunt me, veluti auẽ, inimici mei gratis.
F Strinxerũt in carcere vitã meã, & proiecerũt lapidẽ cõtra me.
Inundauerũt aquæ ſuper caput meũ: dixi, exciſus ſum. Inuoca-
ui nomẽ tuũ dñe è carcere infimo. Vocẽ meã audiſti, ne abſcõ
das aurẽ tuã propter reſpirationẽ meã ad clamorẽ meũ. Ap-
propinquaſti in die qua inuocaui te: dixiſti, ne timeas. Iudicaſti
domine iudicium animæ meæ, redemiſti vitam meam. Vidi-

a concuſſit caput.
b cũ ſcilicet veſceret pane lapidibus pleno.
c magna fidelitate tua.
d mentitur, inique ſecum cogitat: Iniq; de deo cogitant qui eius prouidentiã tollũt ſicut et qui ſeruum ponunt arbitrium alia enim eſt ratio viarum dei.

ſti domine peruerſitatem meã, indica iudicium meum. Vidiſti
omnem vltionem eorum, omnes cogitationes eorum contra
G me. Audiſti opprobriũ eorum dñe, omnes cogitationes eorũ
aduerſum me. Labia inſurgentiũ contra me, & meditationem
eorũ aduerſum me tota die. Seſſionẽ eorũ, & reſurrectionẽ eo
rum aſpice: ego canticũ eorũ. Redde eis retributionẽ dñe ſecũ
dũ opus manuũ eorũ. Dabis eis [a] dolorẽ cordis, maledictionẽ
tuã eis. Perſeq̃ris in furore, & cõteres eos, ne ſint ſub cœlis dñe.

### C A P. I I I I.

A QVomodo obſcuratũ eſt aurũ, mutauit ſe aurũ optimũ
proiecti fuerũt lapides ſanctitatis in capite oĩm platea-
rum. Filij [b] Siion p̃cioſi, æſtimati auro puro, q̃uo reputati ſunt
vt lagenæ teſtaceæ, opus manuũ figuli? Etiam dracones eduxe
runt mãmam, lactauerunt catulos ſuos: [c] filia populi mei cru-
delis veluti ſunt ſtruthiones in deſerto. Adhæſit eñ lingua la-
ctentis palato eius p̃pter ſitim: paruuli petierũt panẽ, q̃ frãge-
ret nõ fuit eis. Qui veſcebãtur delicatis cibis, perierũt in plate-
is: qui alebãtur ſuper coccinũ, amplexati ſunt ſtercora. Et ma-
ior fuit pœna iniq̃tatis filiæ populi mei, pœna peccati Sedõ,
quę ſubuerſa eſt repẽte, & nõ caſtrametata ſunt cõtra eã caſtra.
Mũdiores fuerunt Nazarei eius niue, nitidiores fuerunt lacte,
rubicũdiores fuerunt aſpectu q̃ gẽmæ: è ſapphiro eſt exciſio
B eorũ. Obſcurata eſt prę nigredine forma eorũ, non ſunt agniti
in plateis: adhæſit pellis eorũ oſſibus eorum, aruit, fuit tanq̃ li
gnũ. Meliores fuerũt interfecti gladio, interfectis fame: q̃a iſti
fluxerũt p̃foſſi p̃pter defectũ fructuũ agrorũ. Manus mulierũ
miſericordiũ coxerũt natos ſuos, fuerũt ad comedẽdũ eis in cõ
tritiõe filię populi mei. Cõpleuit dñs irã ſuã, effudit irã furoris
ſui, & ſuccẽdit ignẽ in Siion, & conſumpſit fundamenta eius.
Non crediderũt reges terrę, & vniuerſi habitatores orbis, q̃
ingrederetur hoſtis, & inimicus p̃ portas Ieruſalaim. Propter
C peccata prophetarũ eius, iniquitates ſacerdotũ eius, qui effu-
derũt in medio eius ſanguinẽ iuſtorũ. Mouerunt ſe vt cæci in
plateis, polluerunt ſe in ſanguine, vt nõ poſſent qui voluiſſent,
contingere veſtimẽta eorũ. Recedite immũdi clamauerũt ad
eos: Recedite, recedite, ne tangatis: [d] inquitati quippe erãt, &
commoti ſunt: dixerunt in gentibus, nõ addent vt inhabitent.
Ira dñi diuiſit eos, nõ addet vt aſpiciat eos: faciebus ſacerdotũ
non pepercerũt, ſenũ non ſunt miſerti. Hucuſq; nobis defece-
runt oculi noſtri ad auxiliũ noſtrũ vanũ, in expectatione no-
ſtra qua expectauimus gentẽ [e] q̃ nõ poterat nos ſeruare. Ve-
nati ſunt greſſus noſtros, ne ambularem⁹ per plateas noſtras:
appropinquauit finis noſter, cõpleti ſunt dies noſtri, q̃a venit
finis noſter. Leuiores fuerũt p̃ſecutores noſtri aquilis cœli, ſup
mõtes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis. Spũs
D nariũ noſtrarũ Chriſtus dñi captus eſt in foueis eorũ: in cuius
diximus vmbra, viuemus inter gẽtes. Gaude, & lætare filia E-
dom, quæ habitas in terra Hus: etiam ſuper te tranſibit calix,
inebriaberis, & eris vomens. Cõpleta eſt pœna iniquitatis tuę
filia Siion, nõ addet vt tranſmigrare faciat te. Viſitauit iniqui-
tatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.

### C A P. V.

A REcordare domine quid fuerit nobis, aſpice, & vide op-
probrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad ex-
traneos, domus noſtræ ad alienigenas Pupilli fuimus abſq; pa
tre, matres noſtræ veluti viduæ. Aquam noſtram pecunia bi-
bimus, ligna noſtra precio vęnerunt. Super colla noſtra perſe
cutionem paſsi ſumus, laborauimus, non dabatur requies no
bis. Aegypto dedimus manum, Aſſyrio, vt ſaturaremur pa-
ne. Patres noſtri peccauerunt, non ſunt, nos pœnas iniquita-
tum eorum portauimus. Serui dominati ſunt nobis, qui libe-
raret non fuit è manu eorum. Cum diſcrimine vitæ noſtræ af
ferebamus panem noſtrum propter gladium deſerti. Pelles
B noſtræ tanquam clibanus denigratæ ſunt propter exuſtiones
famis. Mulieres in Siion afflixerunt, virgines in ciuitati-
bus Iehudah. Principes manu eorum ſuſpenſi fuerunt, faci-
es ſenum non glorificauerunt. Iuuenes ad molẽdum tulerunt

a obſtinationẽ, quam. ſ. ob ſcelera meruerunt.
b tres. ſ. filij Ioſiæ, omnes reges.
c at filia populi mei tradita eſt hoſti crudeli, ſimili cuculis in deſerto, qui. ſ. pullos ſuos fame necant draconibus deteriores.
d id eſt, ipſi cæci & ignati alios vt immũdos arcebant a veſtium ſuarum contactu.
e ſcilicet Ægyptiam.

& pueri* in lignum impegerunt.Senes de porta ceſſauerunt,
iuuenes,à cantico ſuo.Ceſſauit gaudium cordis noſtri,verſus
eſt in luctum chorus noſter.Cecidit corona capitis noſtri.Væ
C nunc nobis,quia peccauimus.Propter hoc fuit mœſtum cor
noſtrum,propter iſta obtenebrati ſunt oculi noſtri.Propter
montem Siion,quia deſolatus eſt,vulpes ambulauerũt in eo.
Tu domine in ſeculum permanebis,ſolium tuum in generati
onem & generationem. Vt quid in perpetuum obliuiſceris
D noſtri,derelinques nos in lõgitudinem dierum? Cõuerte nos
domine ad te,& conuertemur, innoua dies noſtros
ſicut ab initio.Sed reprobando reprobaſti
nos, iratus es contra nos,ve-
hementiſſime.

* ligno o-nuſti corru-erunt.

F I N I S.

## Prefatio in librum Baruch prophetæ.

*Liber iſte qui Baruch nomine prænotatur,in Hebræo canone non habetur,ſed tantum in uulgata editione, ſimiliter & epiſtola Ir-meiah.Propter notitiam autem legentium hic ſcripta ſunt,quia mul-ta de Chriſto nouiſſimiſq; temporibus indicant.*

# Liber Baruch pro-PHETAE.

¶Baruch legit librum ſuum ad aures capti populi,Qui cum libro & pecunia in Ieruſalaim mittitur,ut oretur pro ipſis. C A P. I.

A ET HAEC VERBA
Libri quæ ſcripſit Baruch filius Neri-
ah filij Mahaſeiah filij Sidchiah filij Se-
dei filij Chilchiiah in Babel in anno q̃n-
to & in ſeptimo die menſis,in tempore
quo ceperunt Chaldæi Ieruſalaim, &
ſuccẽderunt eã igni,Et legit Baruch ver
ba libri huius ad aures Iechoniæ filij Iehoiachim regis Iehu-
dah,& ad aures vniuerſi populi veniẽtis ad Librum,& ad au
res potentium filiorum regum,& ad aures presbyterorum,
& ad aures populi à minimo vſq; ad maximum eorum omni
B um habitantium in Babel ad flumen Sodi.Qui audientes plo
rabant,& ieiunabant,& orabant in conſpectu domini.Et col
legerunt pecuniam ſecundum quòd potuit vniuſcuiuſq; ma-
nus.Et miſerũt in Ieruſalaim ad Iehoiachim filium Chilchiiah
filij Salon ſacerdotem,& ad reliquos ſacerdotes,& ad omnẽ
populum,qui inuenti ſunt cum eo in Ieruſalaim,cum accipe-
rẽt vaſa templi domini quæ ablata fuerant de templo reuo-
care in terram Iehudah decima die menſis Siban, vaſa argen-
tea quæ fecit Sidchiiah filius Ioſiæ rex Iehudah,poſtea q̃ cepiſ
ſet Nebuchadneſar rex Babel Iechoniam & principes & cun-
ctos potentes & populũ terrę ab Ieruſalaim,& duxit eos vin-
ctos in Babel.Et dixerũt;Ecce miſimus ad vos pecunias de q̃-
C bus emitte holocauſtomata,& thus & facite manna,& offer-
te pro peccato ad arã domini dei noſtri.Et orate pro vita Ne
buchadneſar regis Babel,& pro vita Belthеſaſar filij ei⁹,vt ſint
dies eorũ ſicut dies cœli ſuper terrã,& vt det dominus virtu-
tem nobis,& illuminet oculos noſtros,vt viuam⁹ ſub vmbra
Nebuchadneſar regis Babel,& ſub vmbra Beltheſaſar filij e-
ius,& ſeruiamus eis multis diebus,& inueniamus gratiã in cõ
ſpectu eorũ.Et pro nobiſipſis orate ad dñm deũ noſtrũ,quia
peccauimus dño deo noſtro,& nõ eſt auerſus furor eius à no
bis vſq; in hunc diẽ.Et legite librũ iſtum quẽ miſimus ad vos
recitari in templo dñi in die ſolenni,& in die opportuno. Et
Infra.2.ab. dicetis:Dño deo noſtro iuſtitia,nobis aũt confuſio faciei no-
ſtrę ſicut eſt dies hæc omni Iehudah,& habitantibus in Ieruſa
laim regibus noſtris,& principibus noſtris,& ſacerdotibus
Daniel.9.a. noſtris,& prophetis noſtris,& patribus noſtris.Peccauimus
D ante dominum deum noſtrum,& non credidimus diffiden-
tes in eum,& non fuimus ſubiectibiles illi,& non audiuimus
vocem domini dei noſtri,vt ambularemus in mandatis eius
quæ dedit nobis.A die qua eduxit patres noſtros de terra Ae
gypti vſq; ad diem hanc eramus incredibiles ad dominũ de-
um noſtrum,& diſſipati receſſimus ne audiremus vocẽ ipſi-
us. Et adhæſerunt nobis multa mala & maledictiones quas
conſtituit dominus Moſeh ſeruo ſuo,qui eduxit patres no- Deut.28.b.
ſtros de terra Aegypti dare nobis terram fluentem lac & mel,
ſicut hodierna die.Et non audiuimus vocem domini dei no-
ſtri ſecundum omnia verba prophetarum quos miſit ad nos
& ad iudices noſtros,& abiuimus vnuſquiſq; in ſenſum cor-
dis noſtri maligni operari diis alienis,facientes mala ante ocu
los domini dei noſtri.

¶Verba dei ſtatuta propter peccata populi,pœnitentium uox,& fides in teſtamentum æternum,ſcilicet nouum. C A P. I I.

A PRopter quod ſtatuit dominus deus noſter verbum ſu-
um quod locutus eſt ad nos,& ad iudices noſtros qui iu
dicauerunt in Ieruſalaim,& ad reges noſtros & ad principes
noſtros,& ad omnem Iſrael & Iehudam,vt adduceret domi-
nus ſuper nos mala magna quæ non ſunt facta ſub cœlo,quẽ-
admodum facta ſunt in Ieruſalaim ſecundum quę ſcripta ſunt
in lege Moſeh,vt manducaret homo carnes filij ſui & carnes fi Deut.28.f.
liæ ſuæ.Et dedit eos ſub manu regum omnium qui ſunt in cir
cuitu noſtro,in improperium & in deſolationem:& in omni
bus populis in quibus nos diſperſit dñs.Et facti ſumus ſubtus Supra.1.c.
B & non ſuprà,quia peccauimus dño deo noſtro non obedien
do voci ipſius.Domino deo noſtro iuſtitia,nobis autẽ & pa-
tribus noſtris confuſio faciei,ſicut eſt dies hæc. Quia locutus
eſt dominus ſuper nos omnia mala hæc,quæ venerunt ſuper
nos,& non ſumus deprecati faciẽ domini dei noſtri,vt reuer-
teremur vnuſquiſq; noſtrum à viis noſtris peſſimis.Et vigila-
uit dominus in malis,& adduxit ea ſuper nos,quia iuſtus eſt
dominus in omnibus operibus ſuis quæ mandauit nobis, &
non audiuim⁹ vocem ipſius,vt iremus in pręceptis domini,
C quæ dedit ante faciem noſtram.Et nunc domine deus Iſrael,
qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu vali- Daniel.9.d.
da,& in ſignis,& in virtute tua magna,& in brachio excelſo,
& feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte, peccauimus, impiè egi-
mus,iniquè geſſimus domine deus noſter in omnibus iuſtitiis
tuis.Auertatur ira tua à nobis quia derelicti ſumus pauci in-
ter gentes, vbi diſperſiſti nos. Exaudi domine preces no-
ſtras,& orationes noſtras,& educ nos propter te,& da nobis
inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt, vt
ſciat omnis terra, quia tu es dominus deus noſter,& quia no
D men tuum inuocatum eſt ſuper Iſrael, & ſuper genus ipſius.
Reſpice domine de domo ſancta tua in nos,& inclina aurem
tuam,& exaudi nos.Aperi oculos tuos,& vide,quia nõ mor Deut.26.d.
tui qui ſunt in inferno,quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceri- Iſaiæ.63.d. Pſalmo.113.
bus ſuis,dabunt honorem & iuſtificationem domino:ſed ani
ma quæ triſtis eſt ſuper magnitudinem mali & incedit curua,
& infirma,& oculi deficientes,& anima eſuriens dat tibi glo-
riam, & iuſtitiam domino, quia non ſecundum iuſtitias pa-
trum noſtrorum nos fundimus preces & petimus miſericor
diam ante conſpectum tuum domine deus noſter:ſed quia
E miſiſti iram tuam,& furorem tuum ſuper nos,ſicut locutus Iere.29.b.
es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens:Sic di-
xit dominus: Inclinate humerum veſtrum, & ceruicem ve-
ſtram,& opera facite regi Babel,& ſedebitis in terra quam de
di patrib⁹ veſtris.Quod ſi nõ feceritis nec audieritis vocẽ dñi
dei veſtri,operari regi Babel,defectionẽ veſtrã faciã de ciuita-
tibus Iehudah,& à foris Ieruſalaim,& auferã à vobis vocẽ io-
cunditatis,& vocẽ gaudij,& vocẽ ſponſi,& vocẽ ſponſæ, &
erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus eam. Et non
audierunt vocem tuam,vt operarentur regi Babel,& ſtatui-
ſti verba tua quæ locutus eſt in manibus puerorum tuo-
rum prophetarum vt transferrentur oſſa regum noſtro-
F rum & oſſa patrum noſtrorum de loco ſuo.Et ecce proiecta
ſunt in calore ſolis, & in gelu noctis, & mortui ſunt in do-
loribus



loribus peſſimis,in fame,& in gladio,& in emiſſione.Et poſui
ſti templum in quo inuocatum eſt nomen tuum in ipſo, ſicut
hæc dies propter iniquitatem domus Iſrael, & domus Iehu-
dah.Et feciſti in nobis domine deus noſter ſecũdum omnem
Leui.26.b. Deut.28.b. bonitatem tuam,& ſecundum omnem miſerationem tuam
illam magnam,ſicut locut⁹ es in manu pueri tui Moſeh in die
qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filiis Iſrael,dicẽs:
Si non audieritis vocem meam,multitudo hæc magna con-
uertetur in minimam gentem, quoniam ego eos diſpergam,
G quia ſcio quòd me non audiet populus.Populus eſt enim du
ra ceruice.Et conuertentur ad cor ſuum in terra captiuitatis
ſuæ,& ſcient quia ego ſum dominus deus eorum,& dabo eis
cor & intelligent,& aures,& audient,& laudabunt me in ter-
ra captiuitatis ſuæ,& memores erunt nominis mei. Et auer-
tent ſe à dorſo ſuo duro,& à malignitatibus ſuis,quia remini-
ſcentur viam patrum ſuorum quę peccauerunt in me.Et reuo
cabo illos in terram,quam iuraui patribus eorum Abraham
Iſchac,Iahacob,& dominabuntur eis.Et multiplicabo eos,&
non minorabũtur.Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſem
piternum,vt ſim illis in deum & ipſi erunt mihi in populum.
Et non mouebo amplius populum meum filios Iſrael à terra
quam dedi eis.

¶Anxij ſpiritus clamor,uerba uitæ audienda ut ſciamus prudentiam,quæ deus eſt, in terra uiſus,hominibuſq; conuerſatus. C A P. I I I.

A ET nunc domine omnipotens deus Iſrael anima in angu
ſtiis,& ſpiritus anxius clamat ad te.Audi domine & miſe
rere,q̃a deus es miſericors:& miſerere noſtri,quia peccauimus
ante te.Quia tu ſedes in ſempiternum,& nos peribimus in æ-
uum.Domine omnipotens deus Iſrael audi nunc orationem
mortuorum Iſrael,& filiorum ipſorum qui peccauerunt an-
te te,& non audierunt vocem domini dei ſui,& agglutinata
ſunt nobis mala.Noli meminiſſe iniquitates patrum noſtro-
rum,ſed memento manus tuę & nominis tui in tempore iſto,
quia tu es domine deus noſter,& laudabimus te domine, q̃a
propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris,& vt
inuocemus nomẽ tuum,& laudemus te in captiuitate noſtra,
B quia conuertimur ab iniquitate patrum noſtrorum qui pec-
cauerunt ante te.Et ecce nos in captiuitate noſtra ſum⁹ hodie
quo nos diſperſiſti,in improperium, & in maledictum, & in
peccatum,ſecundum omnes iniquitates patrum noſtrorum,
qui diceſſerunt à te domine deus noſter.Audi Iſrael mandata
vitæ,auribus percipe vt ſcias prudẽtiam.Quid eſt Iſrael quòd
in terra inimicorum es?Inueteraſti in terra aliena,coinquinat⁹
es cum mortuis. Deputatus es cum deſcendentibus in infer-
num,dereliquiſti fontem ſapientiæ.Nam ſi in via dei ambu-
laſſes,habitaſſes vtique in pace ſuper terram.Diſce vbi ſit pru
dentia,vbi ſit virtus,vbi ſit intellectus vt ſcias ſimul,vbi ſit lõ-
giturnitas vitæ & victus,vbi ſit lumẽ oculorum & pax.Quis
inuenit locum eius?Et q̃s intrauit in theſauros eius? Vbi ſunt
principes gentium,& qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt
C ſuper terram? Qui in auibus cœli ludunt,qui argentum the-
ſaurizant,& aurum in quo confidunt homines,& non eſt finis
acquiſitionis eorum?Qui argentum fabricant & ſoliciti ſunt,
nec eſt inuentio operum illorum?Exterminati ſunt & ad infe-
ros deſcenderunt,& alij loco eorum exurrexerunt.Iuuenes vi
derunt lumen,& habitauerunt ſuper terram.Viam autem di
ſciplinæ ignorauerunt,neque intellexerunt ſemitas eius,neque
filij eorum ſuſceperunt eam.A facie ipſorum longe facta eſt.
Non eſt audita in terra Chenahan,neque viſa eſt in Teman.Fi
lij quoq; Hagar qui exquiſierunt prudentiam quę de terra eſt,
negotiatores terræ,& Teman,& fabulatores & exquiſitores
prudentiæ & intelligentiæ:viam autẽ ſapientiæ neſcierunt,ne-
que cõmemorati ſunt ſemitas eius.O Iſrael quã magna eſt do
D mus dei,& ingens locus poſſeſſionis eius.Magnus eſt, & non
habet finem,excelſus & immenſus.Ibi fuerunt gigantes nomi-
nati,illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſcientes bellum.
Non hos elegit dominus,neq; viã diſciplinæ inuenerunt,pro-
pterea perierunt.Et quoniam non habuerunt ſapientiam in-
terierunt propter ſuam inſipientiam.Quis aſcendit in cœlum
& accepit eam,& eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit
mare & inuenit illam,& attulit illam ſuper aurum electũ? Nõ
eſt qui poſſit ſcire vias eius,neq; qui exquirat ſemitas eius.Sed
qui ſcit vniuerſa,nouit eam,& adinuenit eam prudentia ſua.
Qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam
bipedibus & quadrupedibus.Qui emittit lumen & vadit,&
vocauit illud,& obedit illi in tremore.Stellæ autem dederunt
lumen in cuſtodiis ſuis,& lætatæ ſunt.Vocatę ſunt,& dixerũt:
Adſumus. Et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Hic
eſt deus noſter,& non æſtimabitur alius aduerſum eum. Hic
adinuenit omnem viam diſciplinæ,& tradidit illam Iahacob
puero ſuo,& Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, &
cum hominibus conuerſatus eſt.

¶Lex dat uitam & mortem,eccleſiæ uox in tribulationibus conſtitutæ. C A P. I I I I.

A HIc liber mandatorum dei,& lex quæ eſt in ęternum. O-
mnes qui tenent eam,peruenient ad vitam: qui autem
dereliquerunt eam,in mortem.Cõuertere Iahacob & appre-
hende eam,ambula per viam ad ſplendorem eius contra lumẽ
eius,Ne tradas alteri gloriam tuã,& dignitatem tuã genti alie
næ.Beati ſumus Iſrael, quia quæ deo placent manifeſta ſunt
B nobis.Animæquior eſt populus dei memorabilis Iſrael. Ve-
nundati eſtis gentibus,non in perditionẽ,ſed propter quod
in ira dei ad iracũdiam prouocaſtis dñm,traditiq; eſtis aduer
ſariis.Exacerbaſtis eñ eum qui fecit vos deum æternũ,immo
lantes dæmoniis & non deo.Obliti eñ eſtis eum qui nutriuit
vos,& contriſtatis nutricẽ veſtram Ieruſalaim.Vidit enim ira
cundiã à deo venientẽ vobis,& dixit:Audite confines Siion.
Adduxit eñ mihi deus luctum magnum.Vidi eñ captiuita-
tem populi mei filiorũ meorum,& filiarũ quam ſuperduxit
illis æternus.Nutriui eñ illos cum iocunditate,dimiſi aũt illos
C cum fletu & luctu.Nemo gaudeat ſuper me viduã & deſola-
tam:à multis derelicta ſum ꝓpter peccata filiorũ meorũ,quia
declinauerũt à lege dei.Iuſtitias aũt ipſius neſcierũt,nec ambu
lauerũt per vias mãdatorũ dei,neq; per ſemitas veritatis eius
cũ iuſtitia ingreſſi ſunt.Veniant cõfines Siion,& memorẽtur
captiuitatẽ filiorũ & filiarũ mearũ, quam ſuperduxit illis ęter-
nus.Adduxit eñ ſuper illos gentẽ de longinquo,gentẽ impro
bam & alterius linguæ,qui non ſunt reueriti ſenẽ,neq; puero
rum miſerti ſunt.Et adduxerũt dilectos viduæ,& à filiis vni-
cam deſolauerunt.Ego aũt quid poſſum adiuuare vos? Qui
enim adduxit ſup vos mala,ipſe vos eripiet de manibus inimi
corũ veſtrorũ.Ambulate filij ambulate,ego eñ derelicta ſum
D ſola.Exui me ſtola pacis,indui aũt me ſacco obſecrationis, &
clamabo ad altiſſimum in diebus meis.Animæquiores eſtote
filij,clamate ad dñm,& eripiet vos de manu principũ inimico
rũ.Ego eñ ſperaui in æternũ ſalutẽ veſtram,& venit mihi gau
diũ à ſancto ſuper miſericordia,q̃ veniet vobis ab æterno ſalu
tari noſtro.Emiſi eñ vos cum luctu & ploratu, reducet autẽ
E vos mihi,dñs cum gaudio & iocunditate in ſempiternũ.Sicut
eñ viderũt vicinæ Siion captiuitatẽ veſtrã à deo, ſic videbũt
& in celeritate ſalutẽ veſtrã in deo,quæ ſuperueniet vobis cũ
honore magno & ſplendore æterno. Filij patienter ſuſtinete
iram quæ ſuperueniet vobis.Perſecutus eſt enim te inimicus
tuus,ſed cito videbis perditionem ipſius,& ſuper ceruices i-
pſius aſcendes.Delicati mei ambulauerunt vias aſperas, ducti
ſunt enim vt grex direptus ab inimicis. Animæquiores eſtote
F filij,& proclamate ad dominum. Erit enim memoria veſtra
ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit ſenſus veſter vt errare-
tis à deo decies, tamen iterum conuertentes requiretis eum.
Qui enim induxit vobis mala,ipſe rurſum adducet vobis ſem
piternam iocunditatem cum ſalute veſtra.Animæquior eſto
Ieruſalaim.Exhortatur enim te qui te nominauit.Nocentes pe
ribunt qui te vexauerunt,& qui gratulati ſunt in tui ruina pu
nientur,Ciuitates quibus ſeruierunt filij tui punientur,& quæ

G accepit filios tuos, Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina, & lætata
eſt in caſu tuo, ſic contriſtabitur in ſua deſolatione. Et ampu-
Infra.5.b. tabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit
in luctum. Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno in longitudi-
nis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine tēporis.

¶ De Chriſto, qui eſt iucunditas ueniens miſſus a deo eccleſiæ.

CAP. V.

A CIrcunſpice Ieruſalaim ad orientem, & vide iocunditatē
à deo tibi venientem. Ecce enim veninnt filij tui quos di
miſiſti diſperſos, veniunt collecti ab oriente vſqꝫ ad occiden-
tem in verbo ſancto gaudentes in honorem dei. Exue te Ieru-
ſalaim ſtola luctus & vexationis tuæ, & indue te decore & ho
nore, quæ à deo tibi eſt ſempiterna gloria. Circundabit te de-
us diploide iuſtitiæ, & imponet mitram capiti tui honoris æ-
B terni. Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te, qui ſub cœ-
lo eſt. Nominabitur enim tibi nomen tuum à deo in ſempiter
num, pax iuſtitiæ & honor pietatis. Exurge Ieruſalaim & ſta in
excelſo & circunſpice ad orientē, & vide collectos filios tuos
C ab oriente ſole vſqꝫ ad occidentem, in verbo ſancto gaudētes
Supra.4.g. dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis,
adducet autem illos dominus ad te portatos in honorē ſicut
filios regni. Conſtituit enim deus humiliare omnem montem
excelſum & rupes perennes & conualles replere inæqualitatē
terrę, vt ambulet Iſrael diligenter in honorem dei. Obumbra-
D uerunt autem ſyluæ, & omne lignum ſuauitatis Iſrael manda-
to dei. Adducet enim deus Iſrael, cum iocunditate in lumine
maieſtatis ſuæ, & cum miſericordia & iuſtitia quæ ex ipſo eſt.

¶ Exemplar epiſtolæ quam miſit Irmeiah ad abducendos in Babel.

CAP. VI.

A PRopter peccata quæ peccaſtis ante deum abducemini in
Sap.13.&.14. Babel captiui à Nebuchadreſar rege Babel. Ingreſſi ita-
que in Babel eritis ibi annis plurimis & temporibus longis vſ
que ad generationes ſeptem: poſt hoc autem educam vos in-
de cum pace. Nunc autem videbitis in Babel deos aureos &
Iſaiæ.44.b. argenteos, & lapideos, & ligneos, in humeris portari oſtentan
tes metum gentibus. Videte ergo, ne & vos ſimiles efficiami-
ni factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipſis. Viſa
itaqꝫ turba de retro, & ab ante: adorātes dicite in cordibus ve
ſtris. Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobi
cum eſt. Ipſe aūt exquirā animas veſtras. Nam ligna ipſorum
polita à fabro: ipſa etiā inaurata & inargētata falſa ſunt, & nō
poſſunt loqui. Et ſicut virgini amanti ornamenta, ita accepto
auro fabricata ſunt. Coronas certe aureas habent ſuper capi-
ta ſua dij illorum: vnde ſubtrahūt ſacerdotes ab eis aurum, &
argentum, & erogant illud in ſemetipſis. Dant autē & ex ipſo
proſtitutis, & meretrices ornant, & iterum cum receperint il-
B lud à meretricibus, ornant deos ſuos. Hi autem non liberātur
ab ærugine & tinea. Opertis autem illis veſte purpurea exter-
gent faciem ipſorum propter puluerem domus qui eſt pluri-
mus inter eos. Sceptrum autem habet vt homo ſicut iudex re
gionis, qui in ſe peccantem non interficit. Habet etiam in ma-
nu gladium & ſecurim: ſe autem de bello & à latronibus non
liberat. Vnde vobis notum ſit, quia non ſunt dij. Non ergo
reuerimini eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile ef
ficitur, tales ſunt & dij illorum. Conſtitutis illis in domo, oculi
eorum pleni ſunt puluere à pedibus introeuntium, & ſicut ali
cui qui regem offendit circunſeptæ ſunt ianuæ, aut ſicut ad ſe
pulchrum adductum mortuū: ita tutant ſacerdotes oſtia clau
ſuris, & ſeris ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt
illis & quidem multas, ex quibus nullam videre poſſunt. Sunt
autem ſicut trabes in domo. Corda verò eorum dicunt elin-
gere ſerpentes qui de terra ſunt: dum comedunt eos, & veſti-
mentum ipſorum, & non ſentiunt. Nigræ fiunt facies eorum
à fumo qui in domo fit. Supra corpus eorum & ſupra caput
C eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues, etiam ſimiliter
& cattæ. Vnde ſciatis, quia non ſunt dij. Ne ergo timueritis e-
os. Aurum etiam quod habent ad ſpecimen, niſi aliquis exter
ſerit æruginem, non fulgebunt. Neqꝫ enim dum conflarentur Iſai.46.b.
ſentiebant. Ex omni precio empta ſunt, in quibus ſpiritus non
eſt in ipſis. Sine pedibus in humeris portantur, oſtentantes i-
gnobilitatem ſuam hominibus. Confundantur etiam qui co-
lunt ea. Propterea ſi ceciderint in terram à ſametipſis non con
ſurgunt, neqꝫ ſi quis eum ſtatuerit rectum per ſemetipſum ſta
bit, ſed ſicut mortuis humeri illis apponētur. Hoſtias illorum
vendunt ſacerdotes ipſorum, & abutuntur ſimiliter, & mulie
res eorum decerpētes: neqꝫ infirmo, neqꝫ mēdicāti aliquid im-
partiunt: de ſacrificiis eorum fœtæ, & menſtruaſtæ contingūt.
Scientes itaqꝫ ex his quia non ſunt dij, ne timeatis eos. Vnde
enim vocantur dij? quia mulieres apponunt diis argenteis &
aureis & ligneis & in domibus eorum ſacerdotes ſedent habē
tes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam, & quorum capi
ta nuda ſunt, Rugiunt autem clamantes cōtra deos ſuos ſicut
D in cœna mortui. Veſtimenta eorum auferūt ſacerdotes, & ve-
ſtiunt vxores ſuas, & filios ſuos. Neque ſi quid mali patiuntur
ab aliquo, neque ſi quid boni poterunt retribuere, neqꝫ regem
conſtituere poſſunt neque auferre. Similiter neqꝫ dare diuiti-
as poſſunt, neqꝫ malum retribuere. Si quis illis votū vouerit,
& non reddiderit, neqꝫ hoc requirunt. Hominem à morte nō
liberant, neqꝫ infirmum à potentiori eripiunt. Hominem cæ-
cum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitate hominem non li-
berabunt. Viduæ non miſerebuntur, neqꝫ orphanis benefaci-
ent. Lapidibus de monte ſimiles ſunt dij illorum lignei, & lapi
dei, & aurei, & argentei? Qui autem colunt ea confundentur.
Quomodo ergo æſtimandum eſt aut dicendum illos eſſe de-
os? Adhuc enim ipſis Chaldeis non honorātibus ea, qui cum
audierint mutum non poſſe loqui, offerunt illud ad Bel, po-
ſtulantes ab eo loqui, quaſi poſſunt ſentire qui non habent
motum. Et ipſi cum intellexerint, relinquent ea. Senſum e-
nim non habent ipſi dij illorum. Mulieres autem circundatæ
funibus in viis ſedent ſuccendentes oſſa oliuarum. Cum au-
tem aliqua ex ipſis abſtracta ab aliquo tranſeunte dormierit
E cum eo, proximæ ſuæ exprobrat quod ea non ſit digna habi-
ta ſicut ipſa, neque funis eius diruptus ſit. Omnia autem quæ
illis fiunt falſa ſunt. Quomodo æſtimandum aut dicendum
eſt illos eſſe deos? A fabris autem & aurificibus facta ſunt. Ni-
hil aliud erunt niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes. Aurifices
etiam ipſi qui ea faciunt, non ſunt multi temporis. Nunquid
ergo poſſunt ea quæ fabricata ſunt ab ipſis eſſe dij? Reliquerūt
autē falſa & opprobrium poſtea futuris. Nam cum ſuperue-
nerit illis præliū & mala, cogitant ſacerdotes vbi ſe abſcondāt
cum illis. Quomodo ergo ſentiri debeat, quoniā dij ſunt, qui
nec de bello ſe liberant, neqꝫ de malis ſe eripiunt? Nam cū ſint
lignea & inaurata, & inargentata ſcietur poſtea, quia falſa ſunt
ab vniuerſis gentibus, & regibus quæ manifeſta ſunt, quia nō
ſunt dij ſed opera manuum hominum, & nullum opus dei cū
illis. Vnde ergo notum eſt quia non ſunt dij, ſed opera manu-
F um hominum, & nullum dei opus in ipſis eſt? Regem regioni
non ſuſcitant, neqꝫ pluuiam hominibus dabunt. Iudiciū quo-
que nō diſcernēt, neqꝫ regiones liberabūt ab iniuria, quia nihil
poſſunt ſicut corniculę inter mediū cœli & terrę. Etem cū inci
derit ignis in domū deorū ligneorum, & argenteorū, & aureo
rum, ſacerdotes quidē ipſorū fugient, & liberabūtur, ipſi verò
ſicut trabes in medio comburentur. Regi autem & Bello non
reſiſtent. Quomodo ergo æſtimandū eſt aut recipiendū: quia
dij ſunt? Non à furibus neqꝫ à latronibus ſe liberabunt dij li-
gnei & lapidei & inaurati & inargētati, quibus iniq fortiores
ſunt. Aurū & argentū & veſtimentū quo operti ſunt auferent
illis & abibunt, nec ſibi auxiliū ferent. Itaqꝫ melius eſt eſſe regē
oſtentantē virtutē ſuā, aut vas in domo vtile in quo gloriatur
q̄ poſſidet illud, vel oſtiū in domo qd' cuſtodit q̄ in pace ſunt:
q̄ꝫ falſi dij. Sol quidē & luna ac ſydera cū ſint plēdida & emiſſa
ad vtilitates obaudiūt ſimiliter & fulgur cū apparuerit perſpi
cuū eſt. Idipſum aūt ſpiritus in omni regione ſpirat, & nubes
quibus cū imperatū fuerit à deo perābulare in vniuerſum or-
bem per-



bem, perficiūt quod imperatum eſt eis. Ignis etiam miſſus de-
ſuper vt conſumat mōtes & ſyluas facit quod præceptum eſt
ei. Hæc autem neqꝫ ſpeciebus, neqꝫ virtutibꝰ vni eorum ſimi-
lia ſunt. Vnde neque æſtimandum eſt, neque dicendum illos
G deos: quando non poſſunt neque iudicium iudicare, neque fa
cere hominibus. Scientes itaque quia non ſunt dij, ne ergo ti-
mueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque benedi-
cent. Signa enim in cœlo gentibus non oſtendunt, neqꝫ vt ſol
lucebunt, neque illuminabunt vt luna. Beſtiæ meliores ſunt il-
lis, quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac prodeſſe ſibi. Nullo ita-
que modo nobis eſt manifeſtum, quia ſunt dij: propter quod
a id eſt, ſtatua ad deterrendas aues. ne timeatis eos. Nam ſicut in cucumerario [a] formido nihil
cuſtodit, ita ſunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eo-
dem modo & in horto ſpina alba ſupra quam omnis auis ſe-
det. Similiter & mortuo proiecto in tenebris ſimiles ſunt dij il
lorum lignei & inaurati, & inargentati. A purpura quoqꝫ &
murice, quæ ſupra illos teneant, ſcietis itaqꝫ quia non ſunt dij.
Ipſi etiam poſtremo comedūtur, & erit opprobrium
in regione. Melior eſt homo iuſtus qui nō habet
ſimulachra, nam erit longe ab
opprobriis.

FINIS.

# Liber Iechezchel:

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Viſio quatuor animalium, rotarum, throni dei, & imaginis ſuper throno.

CAPVT I.

A ET [b] FVIT, TRIGE-
b Mirabilē hic nota igneam quadrigā ad exurendā urbem et Iudæos in Babylonē celeriter deuoluēdos, ut exponitur cap.10.
ſimo anno, quarto mēſe, quinta die mē
ſis, eram in medio tranſmigrationis iu-
xta fluuium Chebar: aperti ſunt cœli, &
vidi viſiones dei. Quinta mēſis (ipſe eſt
annus quintus tranſmigrationis regis
Ioiachin.) Eſſendo fuit verbum domi-
B ni ad Iechezchel filium Buzi ſacerdotem in terra Chaſdim, ſe-
cus flumen Chebar: & fuit ſuper eum ibi prophetia domini.
Et vidi, & ecce vētus turbinis veniebat ab aquilone, nubes ma
c quaſi oculus flāmeus ſcilicet ſpeculator acerrimus. gna, & ignis in medio nubis inuoluens ſe & ſplēdor erat ei per
circuitū: & de medio eius [c] veluti color electri de medio ignis.
Et de medio eius ſimilitudo quatuor animalium, & hic aſpe-
ctus eorum, ſimilitudo hominis erat eis. Et quatuor facies v-
ni, & quatuor alæ vnicuiqꝫ. Et pedes eorū pedes recti, & plan
ta pedis eorum veluti planta pedis vituli, & ſcintillantes, tanq̄
C color æris politi. Et manus hominis ſub alis eorū in quatuor
partibus, & facies eorum, & alæ eorum in quatuor ipſis. Iun-
ctæ erant vnaquæqꝫ ad alteram alæ eorum: nō reuertebantur
quando ambulabant: vnumquodqꝫ ad latus faciei ſuæ gradie
batur. Similitudo aūt facierū eorū, facies hominis, & facies leo
nis ad dexterā quatuor ipſorum, & facies bouis à ſiniſtra qua
tuor ipſis, & facies aquilę quatuor ipſis. Et facies eorum & alę
eorum extentæ deſuper vnicuiqꝫ. Duæ iunctæ erant vniuſcu-
d ſpiritus iuſqꝫ, & duæ tegebant corpora eorum. Et vnūquodqꝫ è regio
ne faciei ſuæ, ambulabat. Quo erat [d] voluntas ambulandi, am
bulabant. Non reuertebantur, cum ambularēt. Et ſimilitudo
oculorū animalium aſpectus eorū veluti prunarū ignis arden
tium, tanq̄ aſpectus lāpadarū. [e] Ipſa diſcurrebat inter animalia
e igne ipſo inter animalia ſeipſū ducente et erat igni ſplēdor, e ab igne fulgur egrediens. & ſplendor erat ſimilis igni, & de igne egrediebatur fulgur. Et
animalia currebant, & recurrebāt ſecundū aſpectum fulguris.
Et vidi animalia, & ecce rota vna in terra iuxta aīalia ad qua-
tuor facies eius. Aſpectus rotarum, & opus earū tanquam co
lor lapidis Tarſis. Et ſimilitudo vna quatuor ipſis, & aſpectus
D earum, & opus earū ac ſi eſſet rota in medio rotæ. Ad quatu-
or latera ſua, dum irent ipſa, ibant, non reuertebantur quādo
ambulabant. Et dorſa erant eis, & altitudo erat eis, & pauor
erat propter eas: & dorſa eorum plena erant oculis per circui
tum quatuor ipſis. Et qn̄ ambulabāt animalia, ambulabāt ro-
tæ iuxta ea: & quando eleuabant ſe animalia ſuper terram ele-
E uabant ſe rotæ. Quò erat volūtas eundi, ibant aīalia: quo volū
tas erat eundi. [a] Et rotæ eleuabant ſe contra ea, voluntas enim a ſcilicet ibāt et rotæ in Babylonem.
animalis erat in rotis. Cum ambularent ipſa, ibant, & cum ſta
bant ipſa, ſtabant. Et eleuabant ſe à terra, eleuabant ſe rotæ cō
tra ea, quia [b] voluntas animalis erat in rotis. Et ſimilitudo ſu- b ſpiritus
per capita vniuſcuiuſqꝫ animalis erat inſtar firmamēti, tanquā
color cryſtalli terribilis, extenta erat ſuper capita eorum deſu-
per. Sub firmamento autem alæ eorū erant rectæ vnaquæqꝫ
F ad alteram. Vnicuiqꝫ duæ erant tegētes ſe, & vnicuiqꝫ duę erāt
tegētes corpora ſua. Et audiui ſonū alarum eorum tanq̄ ſonū
aquarū multarū, tanq̄ vocem omnipotentis. Qn̄ ambulabāt
vocē loquelę tanq̄ vocē caſtrorū. Qn̄ ſtabāt dimittebant alas
ſuas. Et erat vox è firmamento quod erat ſuper caput eorum,
quando ſtabant & dimittebant alas ſuas. Et ſuper firmamen-
tum quod erat ſuper caput eorum erat tanquam aſpectus la-
pidis ſaphiri. Similitudo throni, & ſuper ſimilitudinem thro c ſcilicet Ieſu Chriſti.
G ni tanq̄ aſpectus [c] hominis ſuper eum deſuper. Et vidi tanq̄ d oculum flammeum.
[d] colorem electri, tranquā aſpectum ignis intrinſecus ipſi per
circuitum ab aſpectu lumborū eius, & ſupra. Et ab aſpectu lū-
borum eius, & infra, vidi tanquam ſpeciem ignis, & ſplendo-
rem ei per circuitum. Velut aſpectum arcus cum fuerit in nu-
be, in die pluuiæ, ſic erat aſpectus ſplendoris per circuitum.
Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini: & vidi, & cecidi ſuper
faciem meam, & audiui vocem loquentis.

¶ Mittitur propheta ad reuocandum populum ab errore. CAP. II.

A ET dixit ad me: Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & lo
quar tecum. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, quando locu
tus eſt mihi, & ſtatuit me ſuper pedes meos, & audiui dictum
ad me. Et dixit ad me: Fili hominis, mitto te ad filios Iſrael, ad
gentes rebelles, quæ rebellauerunt contra me: ipſi & patres eo
rum præuaricatæ ſunt in me vſque ad hunc ipſum diem. Et fi-
B lij duri facie, & duri corde ſunt, ad quos mitto te. Et dices ad e-
os: Sic dixit dominus deus: & ipſi ſi audierint, & ceſſauerint,
quia domus rebellis eſt, ſcient quòd propheta fuit in medio e-
orum. Et tu fili hominis, ne timeas ab eis, & à verbis eorum
C ne metuas, quoniam rebelles, & ſpinæ tecum ſunt, & cum tri-
bulis habitas. A verbis eorum ne timeas, & à facie eorum ne
formides, quia domus rebelis eſt. Loqueriſque verba mea ad
eos, ſi audiant, & ſi ceſſent, quoniam rebelles ſunt. Tu autem
D fili hominis audi quæ loquor ad te. Ne ſis rebellis ſicut domꝰ e Hi quibus apertus eſt liber, uidēt duplicē ſcripturæ faciem, ut apo.5.&.10.
rebellis eſt. Aperi os tuum, & comede quæ do tibi. Et vidi,
& ecce manus miſſa ad me, & in ea erat volumen libri. Et [e] ex-
pandit illud coram me, & erat ſcriptum ante, & retro: & ſcri-
pta erant in eo lamentationes, gemitus, & væ.

¶ Propheta paſtus uolumine, & frontem ſilicis accipiens ad Iſrael in tranſmigratione mittitur, uiſio gloriæ dei, increpatio paſtoris nō caſtigantis peccatorem. CAP. III.

A ET dixit ad me: Fili homiuis, quod inueneris, comede, co
mede volumen iſtud, & vade, loquere ad filios Iſrael. Et
aperui os meum, & comedere fecit me volumen illud. Et dixit
ad me: Fili hominis ventrem tuum comedere fac, & viſcera
tua imple volumine iſto, quod do tibi. Et comedi illud, & fu-
it in ore meo ſicut mel præ [f] dulcedine. Et dixit ad me: Fili ho- f Dulce erat prophetis haurire oracula dei: ſed ob populi malitiā ſequebatur eis amaritudo ſpiritus, et mors in prophetādo, apoc.10.
minis vade, ingredere ad domum Iſrael, & loquere in verbo
meo ad eos: Non enim ad populum multiplicis linguę, & dif
ficilis liguæ mitteris, ad domum Iſrael. Non ad populos mul-
tos multiplicis linguæ, & difficilis linguæ, quorum non intelli
B gas verba: profecto ſi ad eos mitterem te, ipſi audirent te. Do-
mus autem Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me. O-
mnis enim domus Iſrael dura fronte, & duro corde eſt. Ecce
dedi faciem tuam fortem contra facies eorum, & frontem tu-
am fortem contra frontem eorum. Vt adamantem fortio-

C rem ſilice dedi frontem tuam:ne timeas eos,neqꝫ metuas à fa-
cie eorum,quia domꝰ rebellis eſt.Et dixit ad me:Fili hominis.
Omnia verba mea quæ loquar ad te,aſſume in corde tuo,&
auribus tuis audi.Et vade,ingredere ad tranſmigrationem,
ad filios populi tui,& loquere ad eos,& dic eis:Sic dixit domi
nus deus;Si audierint,& ceſſauerint.Et aſſumpſit me ſpiritus,
& audiui poſt me vocem commotionis magnæ dicentem:
Benedicta gloria domini cum receſſerit de loco ſuo.Et audi-
ui ſonitum alarum animalium adhærentium altera alteri, &
vocem rotarum contra ea,& vocem commotionis magnæ.
D Et ſpiritus eleuauit me,& aſſumpſit me:& abii amarus in ira
ſpiritus mei,& manus domini [a] ſup me fortis.Et veni ad tranſ
migrationem Telabib habitantium iuxta flumen Chebar, &
ſedi ipſis ſedentibus ibi, & ſedi ibi ſeptem diebus [b] admirans
in medio eorum.Et fuit,in fine ſeptem dierum fuit verbũ do
E mini ad me,dicendo:Fili hominis,ſpeculatorem dedi te do-
mui Iſrael:& audies de ore meo verbum,& admonebis eos
nomine meo.Quum dixero impio,moriẽdo morieris,& nõ
admonueris eum,nec locutus fueris, vt moneas impium, vt
recedat à via ſua impia vt viuat,ipſe impius propter iniquita
tem ſuam morietur,ſanguinem autem eiꝰ de manu tua requi-
ram.Et ſi admonueris impium,& non fuerit conuerſus ab im
pietate ſua,& à via ſua impia,ipſe propter iniquitatem ſuam
morietur,ſed tu animam tuam liberaſti.Et cum auerſus fuerit
iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatem,dabo offendiculum
coram eo:& ipſe morietur,quia non admonuiſti eũ, propter
F peccatum ſuum morietur,& non memorabuntur iuſtitiæ e-
ius,quas fecit;ſanguinem verò eius de manu tua requiram.Et
ſi admonueris iuſtum,vt non peccet,& non peccauerit,viuen
do viuet,quia admonitus eſt,& tu animam tuam liberaſti.Et
fuit ſuper me ibi prophetia domini,& dixit ad me: Surge e-
G gredere in cãpum,& ibi loquar tecum. Et ſurrexi, & egreſſus
ſum in campum.Et ecce ibi gloria domini ſtabat ſicut gloria,
quam vidi iuxta fluuium Chebar.Et cecidi in faciem meam.
Et ingreſſus eſt in me ſpiritus,& ſtatuit me ſuper pedes meos,
& allocutus eſt me,& dixit ad me:Ingredere,& include te in
medio domus tuæ.Et tu fili hominis ecce [c] ponent ſuper te
funes,& ligabunt te eis,& non egredieris in medium eorum.
Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo,& eris mutus,
& non eris eis vt vir obiurgans,quia domus rebellis eſt. Et
quando loquar tibi,aperiam os tuum,& dices ad eos: Sic di-
xit dominus deus:Qui audit audiat,& qui ceſſat ceſſet, qa do
mus rebellis eſt.

a Id eſt,fortior me,et adegit me.Angebatur enim et timebat propheta.
b deſolatus
c dent tibi funes,et ligẽt te domi tuę. inſtar uiti admodũ obſeſſi ut.c.ſe.præcipit deus prophetæ,ut ipſe hoc ſibi fieri faciat.

¶De obſidione Ieruſalaim. CAP. IIII.

A ET tu fili hominis,ſume tibi [d] laterem,& pone eum corã
te,& deſcribe ſuper eum ciuitatem Ieruſalaim.Et pone
aduerſum eam obſidionem,& ædifica contra eam [e] munitio
nem,& funde contra eam aggerem,& pone cõtra eam caſtra,
& pone aduerſus eam arietes in circuitu. Et ſume tibi [f] ſarta-
ginem ferream,& pone eam in parietem ferreum inter te,&
ciuitatem,& diriges faciem tuam contra eam,& erit in obſidi
onem,& obſidebis eam:ſignum eſt domui Iſrael.Et dormi ſu
B per latus tuum ſiniſtrum,& pone iniquitatẽ domus Iſrael ſu-
per illud ſecundum numerum dierum,quibus dormies ſuper
illud portabis iniquitatem eorũ.Ego autẽ dedi tibi annos ini-
quitatis eorum ſecundum numerum dierũ,trecentos & [g] no-
naginta dies,& portabis iniquitatem domus Iſrael. Et cõple-
tis his,dormies ſuper latus tuum dexterum ſecundò,& porta-
bis iniquitatem domus Iehudah quadraginta diebus.Diem
ſingulum pro ſingulo anno dedi tibi.Et ad obſidionem Ieru-
ſalaim obfirmabis faciem tuam,& brachium tuum diſcooper
tum, & prophetabis aduerſus eam. Et ecce dedi ſuper te fu-
nes,& non vertes te à latere in latus,donec compleas dies ob-
ſidionũ tuarũ.Et tu cape frumentũ,& hordea,& fabas,& lẽtes,
C & miliũ,& viciam,& pone ea in vaſe vno,& fac ex eis tibi pa-
nem ſecundũ numerum dierum quibus dormis ſuper latus tu
um.Trecentis & nonaginta diebus comedes illũ.Cibus autẽ
tuus quo veſceris,erit in pondere viginti [a] ſecli in die.A tem-
pore vſqꝫ ad tempus comedes illum.Et aquã in menſura bi-
bes ſextum hin.A tẽpore vſqꝫ ad tempus bibes.Et tãquam pa
nem ſubcinericium hordeaceũ comedes illum,& ſtercore hu
mano coques illum in oculis eorum.Et dixit dominus:Sic co
D medent filij Iſrael panem ſuum pollutũ inter gentes ad quas e-
iiciam eos.Et dixi:Ahah domine deus.Ecce anima mea nõ eſt
polluta,& morticinium,& raptũ non comedi ab adoleſcen-
tia mea vſqꝫ ad hoc tempus,& nõ eſt ingreſſa os meum caro
profana.Et dixit ad me:Vide,dedi tibi ſtercora boũ pro ſter-
coribus humanis,& facies panem tuũ cum eis.Et dixit ad me:
Fili hominis. Ecce contero [b] baculum panis in Ieruſalaim, &
comedent panem in pondere,& pauore,& aquam in menſu-
ra,& ſtupore bibẽt.Vt careant pane,& aqua.Et obſtupeſcẽt
vnuſquiſqꝫ alter ad alterũ,& deficient propter iniquitatẽ ſuã.

d chartam albam. Infra.9.
e turrim ligneam.
f Teſtudo,ſeu clypeus,quo tectus,hoſtis tuto ad murũ accedit.
g tot enim annos idololatrauerant.
a fere unciæ ſunt ſecli.
b fulcimentum.

¶Minatur dominus Ieruſalaim ob contempta iudicia et præcepta ſua.
CAP. V.

A ET tu fili hominis tolle gladium acutum ,nouaculam ton
ſoriam cape,& tranſire fac ſuper caput tuum,& barbam
tuam:& cape ſtaterã ponderis,& diuide eos.Tertiam partem
igni combure in medio ciuitatis cum cõpleti fuerint dies ob-
ſidionis.Et aſſume tertiã partem,& percute gladio in circuitu
eius:& tertiam partẽ diſperges in vẽtũ,& ego gladiũ euagina-
bo poſt eos Et ſume inde paucos numero,& liga eos in oris
veſtimenti tui.Et ex eis rurſum tolle,& proiice eos in mediũ
ignis,& combure eos igni.Ex eo egredietur ignis in omnem
B domum Iſrael.Sic dixit dñs deus:Iſta eſt Ieruſalaim,in medio
gentium poſui eam,& in circuitu eius terras.Et mutauit iudi-
cia mea in impietatem præ gentibus,& ſtatuta mea præ terris
quæ ſunt in circuitu eius,quia iudicia mea ſpreuerũt,& in præ
ceptis meis non ambulauerunt.Idcirco ſic dixit dñs deus:Pro
eo ꝙ [c] multitudo verſtra fuit de gentibus,quæ in circuitu ve
ſtro ſunt,& in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea
non feciſtis,& iuxta iudicia gentium,quæ in circuitu veſtro
C ſunt feciſtis.Ideo ſic dixit dominus deus:Ecce ego ad te,etiam
ego,& faciam in medio tui iudicia in oculis gentium. Et faci-
am in te quod non feci, neque facturus ſum ſimile vltrà pro-
pter omnes abominationes tuas.Ideo patres comedent filios
in medio tui,& filij comedent patres ſuos.Et faciam in te iudi
cia,& ventilabo omne reſiduum tuum in omne latus.Idcir-
co viuo ego dixit dominus deus,niſi pro eo quòd ſanctuari-
um meum violaſti omnibus contaminationibus tuis,& cun-
ctis abominationibus tuis,& etiam diminuam,& non parcet
oculus meus,& etiam nõ miſerebor.Tertia pars tui peſte mo-
rietur,& fame conſumetur in medio tui,& tertia pars gladio
cadet in circuitu tuo,& tertiam partem in omnem ventum
D diſpergam,& gladium euaginabo poſt eos. Et ceſſabit furor
meus,& requieſcere faciam indignationem meam in eis,& cõ
ſolatus ero,& ſcient quòd ego dominus locutus ſum in zelo
meo,cum impleuero indignationem meam in eis. Et dabo te
in deſertum,& in opprobrium in gentibus,quæ ſunt in circui
tu tuo in oculis omnis tranſeuntis. Et eris opprobrium, &
contemptus à diſciplina,& ſtupor gentibus, quæ in circuitu
tuo ſunt,cum fecero in te iudicia in furore, & ira,& increpa-
tionibus iræ. Ego dominus locutus ſum. Quando mittam
ſagittas famis malas in eis,quæ erunt in deſtructionem, quas
mittam,vt diſperdam vos, & famẽ congregabo ſuper vos,
& conteram in vobis baculum panis.Et mittam ſuper te fa-
mem,& beſtias malas,& orbabunt te,& peſtilentia, & ſauguis
tranſibit per te, & gladium inducam ſuper te. Ego dominus
locutus ſum.

c populoſiores fuiſtis gẽtibus.

¶Populum a deo percuti ob idololatriæ peccatum.
CAP. VI.

A ET fuit verbum domini ad me dicendo:Fili hominis,po
ne faciem tuam ad montes Iſrael,& propheta ad eos.Et
dic:Montes Iſrael audite verbũ dñi dei.Sic dixit dñs deus mõ
tibus,& collibus,torrentibꝰ,& vallibus:Ecce ego ego adduco
ſuper vos

Infra.36.



ſuper vos gladium,& perdam excelſa veſtra.Et deſolabuntur
aræ veſtræ,& confringentur ſimulachra veſtra,& cadere faciã
B interfectos veſtros ante idola veſtra.Et ponam cadauera filio-
rum Iſrael ante idola eorum,& diſpergam oſſa veſtra circun-
aras veſtras.In omnibus habitationibus veſtris ciuitates deſer
tæ erunt,& excelſa demolientur,vt deſolentur,& deſertæ fiant
aræ veſtræ,& confringentur,& ceſſabunt idola veſtra,& ſuc-
cidentur ſimulachra veſtra,& delebuntur opera veſtra. Et ca-
det interfectus in medio veſtri,& ſcietis quòd ſum dominus.
Et remanere faciam ,vt ſint ex vobis euaſores à gladio in gen-
C tibus,quum diſperſi fueritis vos in terras. Et recordabuntur
euaſores veſtri mei inter gentes inter quas captiui erunt,
quia fractus fuerim propter cor eorum fornicans quod decli
nauit à me,& propter oculos eorũ fornicantes poſt idola ſua.
Et [a] ſuccidentur à facie eorum propter mala quæ fecerunt in
omnibus abominationibus ſuis.Et ſcient quòd ſum dominus.
Non fruſtra locutus ſum,vt facerem eis malum hoc. Sic dixit
dominus deus:Percute manu tua,& extẽde pede [b] tuo,& dic:
heu ſuper omẽs abominationes malorum domus Iſrael,quia
gladio,fame & peſte ruituri ſunt.Qui longè eſt peſte morie-
tur,& qui propè,gladio corruet:& qui relictus fuerit,& obſeſ
D ſus,fame morietur,& complebo indignationem meam in eis.
Et ſcietis quòd ſum dñs, quũ fuerint interfecti veſtri in medio
idolorum eorum,in circuitu ararum eorum,in omni colle ex-
celſo,in cunctis ſummitatibus montium,& ſubtus omne lignũ
viride,& ſubtus omnem quercum frondoſam, locum in quo
dederunt odorem ſuauiſſimum vniuerſis idolis ſuis.Et exten-
dam manum meam ſuper eos,& dabo terram deſolatam, &
deſertam à deſerto Diblathah in cunctis habitationibus eorũ:
& ſcient quòd ſum dominus.

a nauſea afficient in faciebus ſuis.
b id eſt,manu et pede cõcuſſionẽ fac,mœrens.

¶De inſtanti & longa populi captiuitate,& cauſis eiuſdem.
CAP. VII.

A ET fuit verbum domini ad me dicendo:Et tu fili hominis
Sic dixit dominus deus,terrę Iſrael finis:venit finis ſuper
quatuor angulos terræ.Nunc finis ſuper te,& mittam furorẽ
meum in te,& iudicabo te iuxta vias tuas,& ponam ſuper te
omnes abominationes tuas.Et non parcet oculus meus tibi,
nec miſerebor:ſed vias tuas ſuper te ponã, & abominationes
tuæ in medio tui erunt,& ſcietis quòd ſum dominus.Si dixit
dominus deus:Malum vnum,malum ecce venit.Finis venit,
B venit finis.Euigilauit aduerſum te,ecce venit.Venit ſentẽtia ti-
bi habitatori terræ. Venit tempus, propè eſt dies occiſionis,
& non echo [c] montium.Nunc de propinquo effundã iram
meam ſuper te,& complebo furorem meum in te,& iudicabo
te ſecundum vias tuas:& ponam ſuper te omnes abominati-
ones tuas.Et non parcet oculus meus,nec miſerebor:iuxta vi-
as tuas ſuper te dabo,& abominationes tuę in medio tui erũt:
& ſcietis quòd ſum dñs qui percutio. Ecce,dies ecce venit, e-
greſſa eſt ſententia:floruit [d] virga,germinauit ſuperbia.Iniqui
tas ſurrexit in virgã impietatis.Non remanebit ex eis,nec ex di
uitiis eorum,neqꝫ ex eorum ſemine,& non erit lamẽtum in eis.
C Venit tempus,adeſt dies.Qui emit,ne lætetur, & qui vendit,
ne lugeat:quia ira venit ſuper omnem populum eius.Quoniã
qui vendit,ad venditorem non reuertetur.Et etiam in vita exi
ſtente anima eorum non reuertetur. Viſio enim ad omnem
multitudinem eius non reuertetur,& vniuſcuiuſqꝫ vita pro-
pter iniquitatem ſuam non confortabitur. Clangite tuba, &
præparate omnia,& non eſt qui vadat ad prælium.Ira enim
mea ſuper vniuerſum populum.Gladius foris,peſtis & fames
intrinſecus.Qui in agro fuerit,gladio morietur,& eum qui fu
D erit in ciuitate fames,& peſtis conſumet.Et euadẽt euaſores eo
rum,& erunt ſuper montes veluti columbæ vallium vniuer-
ſi gementes,vnuſquiſque propter iniquitatem ſuam. Omnes
manus debilitabuntur,& omnia genua ibunt tanquam aquę:
Et accingent ſe ſaccis,& operiet eos formido,& in omni facie
pudor,& in vniuerſis capitibus eorũ caluiciũ.Argentum ſuũ
E in plateas proiicient,& aurum eorum elongabitur.Argẽtum
eorum,& aurum eorum non valebit liberare eos in die furo-
ris domini:animam ſuam non ſaturabunt,& ventres ſuos nõ
implebunt,quia ruina hæc propter iniquitatem eorũ fuit. Et
templum quod erat gloria ornamenti eius in magnificentiam
poſuit,& imagines abominationum ſuarũ,& idolorum ſuo-
rum fecerũt in eo:propter hoc dedi eam ipſis in elongationẽ.
F Et dabo illud in manum alienorum ad diripiẽdum,& impijs
terræ in ſpolia,& contaminabunt illud.Et auertam faciem me
am ab eis,& violabunt adytum meum.Et introibunt in illum
latrones,& polluent illum.Fac catenam,quoniam terra plena
eſt iudicio ſanguinum, & ciuitas plena eſt iniquitate.Et addu-
cam peſſimos gentium,& poſſidebunt domos eorum:& ceſ-
ſare faciam ſuperbiam fortium,& polluentur ſanctuaria eorũ.
Præciſio venit,& quærẽt pacem,& non erit. Contritio ſuper
G contritionem veniet,& auditus ſuper auditum erit. Et quæ-
rent viſionem à propheta,& lex peribit à ſacerdote,& conſili
um à ſenioribus.Rex lugebit,& princeps induetur deſolatio-
ne,& manus populi terræ terrebuntur:ſecundum viam eorũ
faciam eis,& iudiciis eorum iudicabo eos,& ſcient quòd ſum
dominus.

c id eſt,nõ erit inanis uox ſed uerus hoſtium ſtrepitus a montibus reſonabit.
d id eſt,Nebuchadneſar uirga furoris dñi:cuius rapacitas inſurrexit in baculum impietatis Iudaicę.

¶Apparitio ſimilitudinis dei,oſtenſio abominationum per foramen parietis. CAP. VIII.

A ET fuit,anno ſexto,menſe ſexto,quinta die menſis [a] ſede-
bam in domo mea,& ſeniores Iehudah ſedebant coram
me,& cecidit ſuper me prophetia ſpiritus domini dei,& vidi,
& ecce ſimilitudo tanquam aſpectus ignis:ab aſpectu lumbo
rum eius,& infra erat ignis;& à lumbis eius, & ſuprà, tãquam
aſpectus ſplendoris,tanquam viſio electri.Et miſit ſimilitudi-
B nem manus,& tulit me in cincinno capitis mei,& eleuauit me
ſpiritus inter cœlum,& terram,& adduxit me in Ieruſalaim in
viſionibus dei,ad oſtium portæ atrij interioris,quod reſpicie
bat ad aquilonem,vbi erat habitatio idoli zeli zelare facientis
deum.Et ecce ibi erat gloria dei Iſrael ſecũdum viſionẽ quam
vidi in campo,& dixit ad me:Fili hominis,leua nunc oculos
tuos ad viam ad aquilonem.Et leuaui oculos meos ad viam
ad aquilonem,& ecce ab aquilone ad portam altaris, idolum
zeli hoc in introitu.Et dixit ad me:Fili hominis,nõnne vides,
C quid iſti faciunt,abominationes magnas,quas domus Iſrael fa
ciunt hic,vt procul recedam à ſanctuario meo:Et adhuc con
uerſus,videbis abominationes magnas.Et adduxit me ad oſti
um atrij,& vidi,& ecce foramen vnum erat in pariete.Et dixit
ad me:Fili hominis fode nunc parietẽ.Et fodi parietẽ, & ecce
oſtium vnum.Et dixit ad me:Ingredere,& vide abominatio-
nes malas,quas iſti faciunt hic.Et ingreſſus ſum,& vidi,& ecce
D omnis ſimilitudo reptilis,& animalis,abominatio,& vniuer-
ſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete per circuitum.
Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael,& Iazaniahu fi
lius Saphan ſtabat in medio ſtantium ante ea, & vnuſquiſque
thuribulum in manu ſua,& vapor nebulæ ſuffimenti aſcende
bat.Et dixit ad me: Nõnne vidiſti fili hominis, quæ ſeniores
domus Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſque in cubiculis pi-
cturę ſuæ:Dicũt enim:Non dominus videt nos,dereliquit do
E minus terram.Et dixit ad me:Adhuc conuerſus,videbis abo-
minationes magnas quas iſti faciũt.Et adduxit me ad oſtium
portæ domus domini,quod eſt ad aquilonem,& ecce ibi mu
lieres ſedebant plangentes Tammuz.Et dixit ad me:Nõnne vi
des fili hominis:Adhuc cõuerſus,videbis abominationes ma
iores his.Et adduxit me ad atrium domus dñi interius,& ecce
in oſtio templi domini inter veſtibulum & altare erãt circiter
F viginti & quinqꝫ viri,quorũ poſteriora erant ad templum do
mini,& facies eorum ad orientem,& incuruabãt ſe ad ortum
ſolis:Et dixit ad me:Nõnne vidiſti fili hominis:Nunquid leue
eſt domui Iehudah quod faciat oẽs abominationes quas fece-
rũt hic:qa repleuerũt terrã [b] iniqtate,& cõuerſi ſunt ad irritã-
G dum me,& ecce mittũt [c] fœtorem ad nares ſuas.Et etiam ego
faciam in furore.Non parcet oculus meus,nec miſerebor: &
clamabunt in auribus meis voce magna,& nõ exaudiam eos.

a ſcilicet a tranſmigratione Ieconiæ.
b rapacitate,iniqua exactione.
c ſertum e floribus.

¶ Mittuntur ſex uiri ad uaſtandum populum, iuſti autem ſeruantur.

CAP. IX.

A ET clamauit in auribus meis voce magna, dicendo:[a] Appropinquauerunt præfecti ciuitatis, & vnuſquiſq; inſtrumentum ſuum ad perdendum in manu ſua. Et ecce ſex[b] viri veniebant de via portæ ſuperioris verſæ ad aquilonem, & vnuſquiſq; habebat inſtrumentum ſuum ad perdendum: & vir vnus erat in medio eorum veſtitus lineis, & attramentarium ſcribæ erat ad renes eius, & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare æreum. Et gloria dei Iſrael eleuata eſt à Cherub, ſuper quem erat, ad limen domus,[c] & vocauit virum illum qui indutus erat lineis, qui habebat attramentarium ſcribæ in lumbis ſuis. Et dixit dominus ad eum: Trāſi per medium ciuitatis, per me-
B dium Ieruſalaim, & ſigna Tau ſuper frontes virorum gementium, &[d] clamantium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis[e] dixit in auribus meis: Tranſite per ciuitatem poſt eum, & percutite: non parcat oculus veſter, nec miſereamini. Senes, adoleſcētes, & virgines, paruulos, & mulieres, occidite ad perditionem: Ad omnem autem virum ſuper quem fuerit Tau, ne accedatis, & à[f] ſanctuario meo incipietis.
C Et incœperunt à viris ſenioribus, qui erant coram domo. Et dixit ad eos: Contaminate domū, & implete atria interfectis. Egredimini. Et egreſſi ſunt, & percuſſerunt ciuitatem. Et fuit, quum percuſſiſſent eos, remanſi, & rui ſuper faciem meam, & clamaui, dixiq;: Ahah domine deus. Nūquid perdere facis omne reſiduum Iſrael, dum effundis furorem tuum ſuper Ieruſalaim? Et dixit ad me: Iniquitas domus Iſrael & Iehudah magna eſt vehementer valde, & repleta eſt terra ſanguinariis, & ciuitas plena eſt peruerſo iudicio. Dixerūt enim: Dereliquit do-
D minus terram, & dominus non videt. Et etiam ego non parcam, ſicut nec ipſi pepercerunt. Non parcet oculus meus, neque miſerebor. Viam eorum in caput eorum dedi. Et ecce vir indutus lineis, qui habebat atramentarium in lumbis ſuis, reſpōdit verbū dicendo: Feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi.

a Appropinquate qui eſtis conſtituti ad uiſitandam urbem. ſcilicet ô uos Babylonij.
b ſex Babylonici uaſtatores, qui uario inſtrumentorum genere eos oēs perdunt quos Chriſtus nō ſignauit.
c Trāſlatio hic fit gloriæ dei a lapideo templo ad uirum illū Ieſū Chriſtū, qui et deus eſt, ipſis Cherub. ſublimior.
d dolentiū Iudi.12.b.
e ſcilicet ſex uaſtatoribus.
f a ſacerdotibus et tēpli cuſtodibus.

¶ Viſio uiri accipientis prunas e medio rotarum, & Cherubim, repetitio uiſionis rotarum, animalium & Cherubim.

CAP. X.

A ET vidi, & ecce ſuper firmamentum, quod erat ſuper caput Cherubim tāquam lapis ſaphyri veluti ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit ſuper eos. Et dixit ad virum indutum lineis, & dixit: Ingredere inter rotas inter Cherubim, & imple man⁹ tuas prunis ignis de medio Cherubim, & ſparge ſuper[g] ciuitatem: ingreſſuſq; eſt in conſpectu meo. Cherubim autē ſtabant à dextera domus, cum ingrederetur vir ille, & nubes impleuit atrium interius. Et receſſit gloria domini à Cherub ad limen domus, & repleta eſt domus nube, & atrium reple-
B tum eſt ſplendore gloriæ domini. Et ſonitus alarū Cherubim auditus eſt vſq; ad atrium exterius, tanquam vox dei omnipotentis quando loquitur. Et fuit, cum præcepiſſet viro induto lineis dicendo: tolle ignem de medio rotarum de medio Cherubim: ingreſſus eſt, & ſtetit iuxta rotam. Et miſit Cherub manum ſuam de medio Cherubim, ad ignem qui erat inter Cherubim, & ſumpſit, & poſuit in manibus induti lineis: & accepit, & egreſſus eſt.[h] Et apparuit in Cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus alas eorum. Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim. Rota vna erat iuxta Cherub vnū, & rota altera iuxta Cherub alterum: aſpectus autem rotarum erat tan-
C quam color lapidis Tarſis. Et aſpectus earum ſimilitudo vna quatuor ipſis, ac ſi fuiſſet rota in medio rotæ. Cum ambularent in quatuor lateribus ſuis ambulabant, & non reuertebantur cum ambularent, ſed ad locum ad quē vertebat ſe primus Cherub poſt illum ibant, nec reuertebantur cum ambularent. Et omnis[i] caro earum, & dorſa earum, & manus earum, & alæ earum, & rotæ plenæ erant oculis[k] in circuitu quatuor ipſarum rotarum. Ipſis rotis clamatum eſt à Cherub,[l] ô rota, in auribus meis. Et quatuor facies erant vnicuique Cherub, facies rotæ vnius facies Cherub, & facies ſecundæ facies hominis, & tertiæ facies leonis, & quartæ facies aquilæ. Et exaltauerunt ſe Cherubim: ipſum eſt animal qd⁹ vidi in flumine Chebar. Et quum ambularent Cherubim, ambulabant rotæ iuxta eos. & cum eleuarent Cherubim alas ſuas, vt exaltarentur ſuper terram, nō reuertebatur rotæ, etiam ipſæ erant apud eos. Dū ſtarent ipſi, ſtabant: & dū eleuabūt ſe ipſi eleuabant ſe cum
D eis: ſpūs enim animalis erat in eis. Et egreſſa eſt gloria dñi à limine domus, & ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & eleuati ſunt à terra in oculis meis: dum egrederentur ipſi, & rotæ iuxta eos: & ſtetit in introitu portæ dom⁹ domini orientalis, & gloria dei Iſrael ſuper eos deſuper. Hoc eſt animal quod vidi ſubter deum Iſrael in flumine Chebar, & cognoui quòd Cherubim eſſent. Quatuor facies erant vnicuique, & quatuor alæ vnicuique. Et ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum. Et ſimilitudo facierum eorum erat vt facierū quas vidi iuxta fluuium Chebar, aſpectus earum & ipſemet, vnuſquiſque contra faciem ſuam ibat.

g ad urbis .ſ. incendium.
h Apparuerat enim
i ſubſtantia
k Diligentiſſime intuentes ne quis euaderet.
l id eſt, ô trāſmigratio. Velociter euīm eos in Babylonem deuoluendos ſignificat. idq; per igneos curr⁹ partim a bobus partim ab hominibus, partim a leonibus et aquilis actos.

¶ Viſio uigintiquinque uirorum, per quos terræ deſolationem, & populi diſperſionem intelligit.

CAP. XI.

A ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalem, quæ reſpicit ad orientem. Et ecce in oſtio portæ viginti & quinque viri, & vidi in medio eorum Iaazaniah filiū Hazur, et Pelethiahu filiū Benaiahu principes populi. Dixitq; ad me: fili hominis, iſti ſunt viri qui cogitant iniquitatem, & conſulunt conſilium malum in vrbe iſta. Qui dicunt: non in propinquo eſt contritio, ædificemus domos: hæc Ieruſalaim eſt vt lebes, & nos vt caro[a]. Idcirco vaticinare ſuper eos, vaticinare fili hominis. Et cecidit ſuper me ſpiritus domini, & dixit ad me: Dic: Sic dixit dominus, ſic dixiſti domus Iſrael: & quæ aſcendūt in ſpiritu veſtro noui. Multiplicare feciſtis interfectos veſtros in vrbe hac, & impleſtis pla-
B teas eius interfectis. Propterea ſic dixit dominus deus: Interfecti veſtri quos poſuiſti in medio eius, ipſi ſunt caro, & ipſa eſt lebes. Et vos educere faciam de medio eius. Gladiū metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos, dixit dominus deus. Et educā vos de medio eius, daboq; vos in manu alienorum, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis, in termino Iſrael iudicabo vos, & ſcietis quòd ſum dominus. Hæc non erit vobis vt lebes, nec vos eritis in medio eius vt caro: in termino Iſrael iudicabo vos. Et ſcietis quòd ſum dominus. Quia in ſtatutis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis: ſed iuxta iudicia gētium, quæ ſunt in circuitu veſtro, feciſtis. Et fuit, cum prophetarē, Pelathiahu filius Benaiah mortuus eſt, & cecidi ſup faciē
C meā, & clamaui voce magna, & dixi: Ahah dñe deus, conſummationem tu facis reſidui Iſrael? Et fuit verbum domini ad me dicendo: Fili hominis, fratres tui, fratres tui viri propinqui tui, & omnis domus Iſrael tota ipſa, quibus dixerunt habitatores Ieruſalaim: elongate vos à domino,[b] ꝗa nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Propterea dic: ſic dixit dominus deus: licet elongare feci eos in gentes, & diſpergere feci eos in terram, fui tamē eis vt ſanctuarium[c] paruum in terris, ad quas venerūt. Propterea dic: Sic dixit dñs deus: Congregabo vos de populis, & adunabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, & dabo vobis humum Iſrael. Et ingredientur illuc, & remouebūt omnia idola eius, cunctaſq; abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuā in viſceribus eo-
D rum: & remouebo cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. Vt in ſtatutis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, & faciant ea, & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in deum. Et[d] ſecundum cor contaminationum ſuarū, & abominationum ſuarum cor eorum ambulat: viam eorum in caput eorum dabo, dixit dominus Deus. Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rotæ contra eos, & gloria dei Iſrael erat ſuper eos deſuper. Et[e] receſſit gloria domini è medio ciuitatis, ſtetitque ſuper montem[f], qui eſt ab oriente vrbis. Et ſpiritus eleuauit me, adduxitq; me in terram Chaſdim ad tranſmigrationē in viſione in ſpiritu dei: & receſſit à me viſio, quā vidi. Et locutus ſum ad trāſmigrationē oīa verba dñi, quæ oñderat mihi.

a quæ ſcilicet de olla nō auferetur ante conſummatā coctionē. Alludūt ad Ieremiæ prophetiam .c.1. & eā derident.
b Alienos ab eccleſia eos putabāt, eo quod eſſēt hoſti traditi.
c id eſt, in humili et cōtrito ſpiritu.
Infra.16.f.
d .i. iis quorum cor ambulat poſt idola & abominationes, rependam iuxta uias ipſorum.
e aſcendit
f ſcilicet oliuarum.

¶ Tranſmigra-



¶ Tranſmigrationem Iehudææ prædicit.

CAP. XII.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo: Fili hominis in medio domus rebellis habitas, quibus oculi ſunt vt videant, & non viderunt: aures eis ſunt ad audiendum, & non audierunt, quia domus rebellis eſt. Et tu fili hominis fac tibi vaſa[a] tranſmigrationis, & tranſmigra per diē in oculis eorū. Tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in oculis eorum, ſi forte aſpiciant, quia domus rebellis eſt. Et efferes vaſa tua tanquam vaſa trāſmigrationis per diem in oculis eorum.
B Tu autē egredieris veſperi in oculis eorum ſecundum exitus tranſmigrationis. In oculis eorū perfode parietē & exi per eū. In oculis eorū ſuper humerū portabis, in tenebris exibis: faciē tuā velabis, & non videbis terrā, quia portentum dedi te domui Iſrael. Et feci ſic, quemadmodū præceptum eſt mihi. Vaſa mea protuli tanquā vaſa tranſmigrationis per diem, & veſperi perfodi mihi parietē manu. In caligine exiui, ſuper humerū
C portaui in oculis eorū. Et fuit verbum domini ad me mane, dicendo: Fili hominis, nōnne dixerant ad te domus Iſrael, domus rebellis, quid facis? Dic ad eos: Sic dixit dominus deus: Super ducē eſt prophetia hæc in Ieruſalaim, & ſuper oēm domū Iſrael, quæ eſt in medio eorū. Dic, ego portētum veſtrū. Sicut feci, ſic fiet eis. In tranſmigrationē, in captititatē ibunt. Et dux[b] qui eſt in medio eorū, ſuper humerū portabit ſarcinulas ſuas in caligine, & egredietur parietem, quē perfodient, vt educant per ipſum: faciē ſuam operiet, vt non videat oculo terrā. Et extendam rete meū ſuper eū, & capietur ſagena mea: & adducā eum in Babel, terram Chaſdim, & ipſam non[c] videbit, & ibi
D morietur. Et omnes qui in circuitu eius ſunt ad auxilium eius, & oīa agmina eius diſpergā in oēm ventū, & gladiū euaginabo poſt eos. Et ſcient ꝙ ſum dñs, cum diſperſero eos in gētes, & ventillauero eos in terras. Et relinquā ex eis viros paucos numero à gladio, à fame, & à peſte, vt narrent oēs abominationes ſuas in gentibus, ad quas ingredientur, & ſcient ꝙ ſum dñs. Et fuit verbū dñi ad me, dicendo: Fili hominis, panē tuū in tremore comede, & aquas tuas in cōmotione & tremore bibe. Et dic ad populū terræ: Sic dixit dominus deus ſuper habitatores Ieruſalaim, ſuper terrā Iſrael: Panē ſuum cū timore comedēt, & aquas ſuas in deſolatione bibent, vt deſoletur ter-
E ra eius à plenitudine[d] ſua, propter iniquitatē oīm habitantiū in ea. Et ciuitates habitatæ, deſolabuntur, & terra deſerta erit, & ſcietis ꝙ ſum dominus. Et fuit verbū dñi ad me, dicendo: Fili hominis, quod eſt prouerbiū iſtud vobis in terra Iſrael dicēdo: Prolongabuntur dies, & deficiet omnis viſio? Ideo dic ad eos: Sic dixit dominus deus: Ceſſare feci prouerbiū iſtud, et nō dicent prouerbiū illud vltrà in Iſrael: ſed loquere ad eos: Appropinquauerūt dies, & verbū omnis viſionis. Quia non erit vltrà oīs viſio fruſtra nec erit diuinatio blādientis ꝓphetæ in
F medio dom⁹ Iſrael. Quia ego dñs loquar, & quod loquar verbū fiet, nec ꝓtrahetur amplius: ſed in diebus veſtris, domus rebellis, loquar verbū, & faciam illud, dixit dominus deus. Et fuit verbū domini ad me, dicendo: Fili hominis, ecce domus Iſrael dicit: Viſio quam hic videt eſt ad dies multos, & in tempora longa iſte prophetat. Propterea dic ad eos: Sic dixit dominus deus: Non protrahetur vltrà omne verbum meum. Quod loquar verbum, fiet, dixit dominus deus.

a .i. ſaccum in humero, et baculum in manu inſtar peregrināti s
b ſcilicet Sedecias, qui noctu egreſſ⁹ eſt per paruā muri portam fugiēdo Chaldæos. 4. Reg. 25. Iere. 39. & 52.
c quia excoculatus eſt, in itinere.
2. Petri. 5. f.
d id eſt, quę tam plena fuit hominib⁹.

¶ Sermo domini in falſos prophetas.

CAP. XIII.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo: Fili hominis vaticinare ad prophetas Iſrael, qui vaticinantur, & dic prophetantibus de corde ſuo: Audite verbum domini: Sic dixit dñs deus: Væ prophetis inſipientibus, qui ambulant poſt ſpiritum ſuum, & nihil viderūt. Tanquam vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael fuerunt. Non aſcendiſtis in fracturas, neque ſepiuiſtis ſepem ſuper domū Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die furoris domini. Viderunt vanum, & diuitationē mendacem, dicentes: dixit dominus. Et dominus non miſit eos: & populum
B ſperare fecerunt: vt confirmarent ſuæ prophetiæ verbū. Nōnne viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem dixiſtis, & dicitis, dixit dominus, & ego non ſum locutus? Propterea ſic dixit dominus deus: Quia locuti eſtis vanum, & vidiſtis mendacium, ideo ecce venio ad vos, dixit dominus deus. Et erit percuſſio mea ſuper prophetas qui vident vanum, & diuinant mendacium. In cœtu populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, & terram Iſrael non ingredientur, & ſcietis quòd ſum dominus deus. Pro eo, & pro eo quòd errare fecerunt populum meum dicendo, pax, & non erat pax: & ipſe ędificabat parietē, & ecce ipſi complanabant eum luto abſq; firmitate. Dic ad complanantes luto abſq; fir-
C mitate: Caſurus eſt paries, fuit enim imber Inundans: &[a] dabo lapides grandinis, corruere facient parietem, & ventus turbinum ſcindet illum. Et ecce cecidit paries: nōnne dicetur vobis, vbi eſt complanatio, quam complanaſtis? Propterea ſic dixit dominus deus: Et[b] ſcindere faciam ſpiritum turbinum in ira mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandinis in ira, ad conſumendum. Et diruam parietem, quem cōplanaſtis luto abſq; firmitate, & peruenire faciam eum ad terram. Et diſcooperietur fundamentum eius, & cadet, & conſumemini in medio eius, & ſcietis quòd ſum dominus. Et complebo furorem meum in pariete, & in complanantibus illum luto abſq; firmitate. Dicamq; vobis: Non eſt paries, & non ſunt complanantes eum. Prophetæ Iſrael prophetant Ieruſalaim, & vident ei viſionem pacis, & nō eſt pax dixit dominus deus. Et tu fili hominis pone faciem tuam ad filias populi tui, quæ[c] prophetāt de corde ſuo, & vaticinare ſuper eas. Et dic:
D Sic dixit dominus deus: Væ iis quæ ſuūt[d] puluinaria omnibus axillis manuum, & faciunt velamina ſuper caput omnis ſtaturæ ad venandum animas. Nunquid animas venabimini populi mei, & animas quæ ſunt vobis viuificabitis? Et prophanaſtis me in populo meo propter pugillos hordei, & fragmentum[e] panis, vt interficiatis animas, quæ non moriuntur, & viuificetis animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo audienti mendacium. Propterea ſic dixit dominus deus: Ecce ego ad ceruicalia veſtra quibus vos ibi venamini animas[f] vt volent: & dirumpam ea è brachiis veſtris: & dimittam liberas animas quas venamini, animas vt volent. Et dirumpam velamina veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra, & non erunt vltrà in manu veſtra in venationē, & ſcietis quòd ſum dominus. Pro eo quòd dolore affeciſtis cor iuſti mēdaciter, & ego non dolore affeci illud: & pro eo quòd confortaſtis manus impij, vt non reuerterentur à via ſua mala, viuificādo eum. Propterra vanum non videbitis, & diuinationem non diuinabitis amplius: & eruam populum meam de manu veſtra, & ſcietis quòd ſum dominus.

a uos ô lapides grādinis ruere facietis.
b erumpere, ſciſſa ſcilicet et diſrupta nube.
c ſibiipſis uaticinantur de corde ſuo .i. ſuperſtitioſe ſibi multa perſuadent mulierculæ.
d ſuperhumerales tunicas et ceruicalia, quaſi rem ſacram inſtar ephod.
e hæc ſcilicet mēdicādo ad faciēdum uelamina ueſtra.
f ad floreſcēdum .i. quas ob id floritu ras uos illis mentimini.

¶ Ob peccata dominus populo uerbum ſuum denegat.

CAP. XIIII.

A ET venerunt ad me viri de ſenioribus Iſrael, & ſederunt coram me. Et fuit verbum domini ad me, dicendo: Fili hominis viri iſti aſcendere fecerūt idola ſua ſuper cor ſuū, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerunt contra faciem ſuam: nūquid interrogatus reſpondebo eis? Propterea alloquere eos, & dic ad eos: Sic dixit dominus deus: Quicunq; de domo Iſrael aſcendere fecit idola ſua in cor ſuum, & offendiculum iniquitatis ſuæ poſuerit contra faciem ſuā, & venerit ad prophe-
B tam: Ego dñs[g] reſpondebo ipſi venienti in multitudine idolorū ſuorū: vt capiā domū Iſrael in corde ſuo, ꝙ ſeparauerunt ſe à me in idolis ſuis vniuerſi ipſi. Propterea dic ad domū Iſrael: Sic dixit dñs deus: Conuertimini, & conuerti facite alios ab idolis veſtris, & ab vniuerſis abominationibus veſtris conuerti facite facies veſtras. Si quiſpiam de domo Iſrael, & de peregrinis, & qui peregrinant in Iſrael, ſeparauerit ſe ne eat poſt me, & aſcendere fecerit idola ſua in cor ſuum, & offendiculum ini-
C quitatis ſuæ poſuerit cōtra faciem ſuam, & venerit ad prophetam, vt inquirat eum pro me. Ego dñs reſpōdebo ei pro me. Et dabo faciem meā contra virum ipſum & ponere faciā eum in ſignum, & prouerbia, & ſuccidere faciam eum è medio po-

g reſponſoriam ei in ea iniquitate ſua in multitudine idolorum ſuorū. Permiſit deus per idola dari reſpōſum, ut illaquearentur qui ipſi non penitus adhęrebant.

puli mei,& ſcietis quòd ſum dominus.Et propheta cum ſedu
ctus fuerit,& locutus fuerit verbũ,ego dominus ſeduxi pro-
phetam illum:& extendam manum meam ſuper eum, & de-
lere faciam eũ è medio populi mei Iſrael.Et luent pœnam ini-
quitatis ſuæ.Sicut eſt pœna iniquitatis quærẽtis,ſic pœna ini
quitatis prophetæ erit.Vt non errent vltrà domus Iſrael,nõ
euntes poſt me non polluantur vltrà in vniuerſis præuarica-
D tionibus ſuis.Et erunt mihi in populum,& ego ero eis in deũ,
dixit dominus deus.Et fuit verbum domini ad me,dicendo:
Fili hominis,terra cum peccauerit mihi præuaricando præ-
uaricationem,extendam manum meam ſuper eam,& conte
ram ei virgam panis,& mittam in eam famẽ, & ſuccidere fa-
ciam ex ea homines,& iumenta.Et ſi fuerint tres viri iſti in me
dio eius Noach, Daniel, & Iiob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt a-
nimam ſuam,dixit dominus deus.Si beſtiam malam tranſire
fecero in terram,& orbauerit eã,& fuerit deſolata abſq; tranſ
E eunte propter beſtiam:& tres viri iſti fuerint in medio eius,
viuo ego,dixit dominus deus,neq; filios,neq; filias liberabũt:
ipſi ſoli liberabuntur,terra autem erit deſolata. Vel ſi gladiũ
induxero ſuper terram ipſam,& dixero gladio,trãſeas per ter
ram,& ſuccidere fecero ex ea homines & iumenta:Et tres viri
iſti fuerint in medio eius,viuo ego dixit dominus deus,non li
berabunt filios,& filias,ipſi ſoli liberabuntur.Vel ſi peſtilenti-
am immiſero ſuper terram iſtam,& effudero iram meam ſu-
per eam in ſanguine,vt ſuccidere faciam ex ea homines, & iu-
menta;Et Noach,& Daniel,& Iiob fuerint in medio eius:vi-
F uo ego dixit dominus deus,ſi filium,ſi filiam liberabunt:ipſi
iuſtitia ſua liberabunt animam ſuã.Sic dixit dominus deus;p-
fecto quòd quatuor iudicia mea mala,gladium,& famem,&
beſtiam malam,& peſtilentiam miſi ſuper Ieruſalaim,vt ſucci
dam ex ea homines,& iumenta.Et ecce remanebit in ea euaſio
eductorum filij & filiæ.Ecce ipſi egredientur ad vos,& vide-
G bitis viam eorum,& opera eorum,& cõſolabimini ſuper ma
lo quod induxi ſuper Ieruſalaim cum omnibus quæ induxi
ſuper eam.Et conſolabuntur vos cum videritis viam eorum,
& opera eorum:& ſcietis quòd non fruſtra feci omnia quæ fe-
ci in ea, dixit dominus deus.

¶ *Contra Ieruſalaim uitem infructuoſam.* CAP. XV.

A ET fuit verbum domini ad me,dicendo:fili hominis,quid
erit lignum vitis magis q̃ aliud quoduis lignum? labru-
ſca ſcilicet,quæ fuit inter ligna ſyluæ? Nunquid tolletur ex eo
lignum ad faciendum opus? Num tollent ex eo paxillum, vt
dependeat in illo omne vas? Ecce igni datum eſt ad conſumẽ
dum.Duas ſummitates eius conſumpſit ignis, & media pars
eius exuſta eſt.Nũquid proſperabitur ad opus? Ecce cum eſſet
integrum,non erat aptum operi, quantò magis quum ignis
deuorauerit illud,& combuſtum ſit,non erit aptum vltrà o-
B peri? Propterea ſic dixit dominus deus.Quemadmodũ lignũ
vitis inter ligna ſyluæ quod dedi igni ad conſumendũ,ſic tra-
didi habitatores Ieruſalaim.Et dabo faciem meam cõtra eos.
De igne egreſſi ſunt,& ignis conſumet eos.Et ſcietis quòd ſum
dominus,cum poſuero faciem meam contra eos.Et dabo ter
ram deſolatam,eo quòd præuaricati ſunt præuaricationem,
dixit dominus.

¶ *Egregia deſcriptio fornicatricis Ieruſalaim.* CAP. XVI.

A ET fuit verbum domini ad me,dicendo:Fili hominis no
tas fac Ieruſalaim abominationes ſuas. Et dic: Sic dixit
dñs deus ſuper Ieruſalaim: Opera tua ſunt ac ſi habitatio-
nes tuæ,& natiuitates tuæ fuiſſent de terra Chenahanæa: pa-
ter tuus fuiſſet Emoræus, & mater tua Chittæa. Natiuitates
tuæ ac ſi in die qua natus es,non fuiſſet præciſus vmbilicus tu
us,& aqua non fuiſſes lota ad nitorem,& ſale non fuiſſes ſalita,
& inuoluendo non fores inuoluta.Non pepercit tibi oculus,
vt faceret tibi vnum ex his,vt miſereatur tui,& proiecta es ſu-
per faciẽ agri,in abiectione animæ tuæ,in die qua nata es. Et
tranſiui iuxta te.& vidi te conculcatam in ſanguine tuo,& di-
xi tibi:In ſanguine tuo viues,& dixi in ſanguine tuo viues. De-
cem milia veluti germen agri dedi te,& mutiplicata es, & ma-
gnificata es & ingreſſa es in ornamento ornamẽtorum,vbera
intumuerunt,& pilus tuus germinauit,& tu eras nuda, & di-
ſcooperta.Et tranſiui iuxta te,& vidi te,& ecce tempus tuum
tempus annorum,& expandi amictũ meum ſuper te, operui
ignominiam tuã,& iuraui tibi,& ingreſſus ſum in pactum te-
cum,ait dominus deus,& fuiſti mea.Et laui te aqua,& laui ſan
guinem tuũ qui erat in te,& vnxi te oleo.Et veſtiui te diſcolo-
ribus,& calcaui te hyacinthino,& cinxi te byſſo,et operui te ſe
rico.Et ornaui te ornamento,& dedi armillas manibus tuis,
B & torquem gutturi tuo.Et dedi circulum naribus tuis, & in-
aures auribus tuis,& coronam gloriæ capiti tuo.Et ornata es
auro,& argẽto,& veſtis tua fuit byſſus,& ſericum,& polymi
tum.Similam,& mel, & oleum comediſti, & decora facta es
vehemẽter nimis & proſperata es in regnum.Et egreſſum eſt
tibi nomen in gentes propter ſpeciẽ tuam,quia perfecta erat
in decore meo,quẽ poſueram ſuper te, dixit dñs de9.Et fidiſti
pulchritudini tuæ,& fornicata es propter nomen tuũ.Et effu
diſti fornicationes tuas ſuper oẽm tranſeuntẽ. Erga eum erat
deſideriũ tuum.Et ſumpſiſti de veſtimẽtis tuis,& feciſti tibi ex-
celſa multicoloria,& fornicata es in eis.Non futura ſunt ſimi-
lia,& nõ erit populus qui talia faciat.Et tuliſti vaſa gloriæ tuæ
de auro meo,& de argento meo,quæ dedi tibi, & feciſti tibi
imagines maſculinas,& fornicata es cum eis.Et ſumpſiſti veſti
C menta diſcoloria,& operuiſti eas:& oleum meum,& ſuffimen
tum meũ poſuiſti coram eis.Et panem meũ quem dedi tibi, ſi
milam,& oleũ,& mel,quæ comedere feci te, poſuiſti corã eis,
in odorẽ quietis:& fuit ita ait dñs deus.Et tuliſti filios tuos,&
filias tuas quos generaſti mihi,& immolaſti illos eis ad conſu-
mendum.Nunq̃d parũ eſt tibi de fornicationibus tuis? Et im
molaſti filios meos,& dediſti eos,vt tranſire faceres eos per i-
gnem illis.Et cũ omnibus abominationibus tuis,& fornicati-
onibus tuis nõ es recordata dierum adoleſcentiæ, quãdo eras
nuda,diſcooperta,& conculcata in ſanguine tuo.Et fuit, poſt
oẽm malitiã tuã,væ væ tibi,dixit dñs deus.Aedificaſti tibi ex
celſum,& feciſti tibi excelſum in omni platea,ad oĩe caput viæ
ædificaſti excelſum tuũ,& abominata es decorẽ tuũ,& aperui-
ſti pedes tuos omni tranſeunti,& multiplicaſti fornicationes
tuas. Et fornicata es cũ filiis Aegypti,vicinis tuis magnorum
D membrorũ,& multiplicaſti fornicationẽ tuam ad irritandum
me.Et ecce extendi manũ meã ſuper te, & diminui ſtatutũ ci-
bum tibi,& dedi te ſecundũ voluntatem odio habentiũ te filia
rum Peliſtim,quæ erubeſcunt de via tua turpi.Et fornicata es
cum filiis Aſſur, eo quòd non eſſet tibi ſaturitas:& fornicata
es cum eis,eo quòd non eras ſaturata.Et multiplicaſti fornica
tionem tuã in terra Chenahan,terræ Chaſdim aſſimilata,& e-
tiam in hoc non es ſatiata.Quàm infirmatũ eſt cor tuum dixit
dominus deus,cũ facias omnia iſta opus mulieris meretricis
dominiũ ſui habentis? Cũ ædificaueris excelſum tuũ in capite
oĩs viæ,& excelſum feciſti in omni platea,& non fuiſti tanquã
meretrix ſpernẽdo mercedẽ(à fornicante ſibi datã.)Mulier a-
dultera pro viro ſuo ſuſcipiet alienos.Omnibus meretricib9
fornicãtes mercedẽ dabunt,ſed tu dediſti dona tua cunctis a-
matoribus tuis,& remunerabas illos,vt intrarent ad te vndi-
que in fornicationibus tuis.Et fuit in te oppoſitum mulierum
in fornicationibus tuis.Et poſt te nõ fuit ſic fornicatũ,& quũ
dederis mercedẽ,& merces non ſit data tibi,fuiſti aliis contra-
ria.Propterea meretrix audi verbum domini.Sic dixit domi
nus deus:Pro eo quòd effuſa eſt turpitudo tua,& reuelata eſt
fœditas tua,in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos,& ſu
per omnia idola abominationum tuarũ,& iuxta ſanguinẽ fi-
liorum tuorũ quos dediſti eis.Ideo ecce congrego oẽs amato
res tuos cũ quibus iocundata es, & oẽs quos dilexiſti, cũ vni
uerſis quos odio habebas,& cõgregabo eos aduerſus te vndi
que,& reuelabo fœditatem tuam eis,& videbunt omnẽ tur-
E pitudinẽ tuam.Et iudicabo te iudiciis adulterarũ,& effunden
tium ſanguinem,& dabo te in ſanguinẽ iræ,& zeli. Et dabo te
in manum



in manum eorum,& deſtruent excelſum tuum,& confringent
excelſa tua,& nudare faciã te veſtimentis tuis,& auferent vaſa
gloriæ tuæ,& dimittẽt te nudã,& diſcoopertam.Et aſcendere
facient ſuper te cœtum,& lapidabunt te lapide,& perfodient
te gladiis ſuis.Et comburent domos tuas igni, & facient in te
4.Regũ.25. iudicia in oculis mulierum plurimarũ,& ceſſare faciã te, ne ſis
meretrix,& etiam mercedẽ non dabis vltrà.Et requieſcere fa-
ciam irã meam in te,& recedet zelus meus à te,& quieſcam,&
non iraſcar amplius.Pro eo quòd non fueris recordata dierũ
adoleſcentiæ tuæ,& prouocaueris me in omnibus his: & etiã
ego ecce viam tuam in caput dedi,dixit dominus deus.Et nõ
feciſti cogitationẽ ſuper omnibus abominationibus tuis. Ec-
ce omnis qui cõponit parabolas ſuper te,componet parabo-
las dicendo.Sicut mater,ſic filia eius.Filia matris tuę es tu,quę
abominabatur virum ſuũ,& filios ſuos,& ſoror ſororis tuæ
es tu,quæ abominatæ ſunt viros ſuos,& filios ſuos.Mater ve
ſtra Chittæa,& pater veſter Emoræus.Et ſoror tua maior So
meron ipſa eſt,& villæ eius,quæ habitat ad ſiniſtrã tuam. So-
ror autẽ minor te,quæ habitat à ſiniſtris tuis eſt Sedom,& vil
F læ eius.Et non in viis earum ambulaſti,nec ſecundũ abomina-
tiões earũ feciſti, velut paululum,pauxillulumq; foret,ſed cor-
rupta es præ illis in omnibus viis tuis.Viuo ego dixit domi-
nus deus.Si fecit Sedom ſoror tua,& villæ eius,ſicut feciſti tu,
& villæ tuæ.Ecce iſta fuit iniquitas Sedom ſororis tuæ ſuper-
bia,ſaturitas panis,& abundantia ocij:hoc fuit ei,& villis eius,
& manum egeni,& pauperis non tenuit.Et eleuatæ ſunt,& fe
cerunt abominationem coram me,& remouere feci eas ſicut
vidi.Et Someron ſecundum dimidium peccatorum tuorum
non peccauit,& multiplicaſti abominationes tuas præ illis,&
iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationib9 tuis quas
feciſti.Etiam tu porta pudorem tuum quæ iudicaſti ſororem
tuam in peccatis tuis quibus abominationes feciſti præ eis,iu
Gene.19.f. ſtificatæ ſunt præ te.Etiam tu erubeſce,& porta ignominiã tu
am,cum iuſtificaueris ſorores tuas.Et conuertam captiuitatẽ
earum,captiuitatem Sedom,& villarum eius,& captiuitatem
Someron,& villarum eius,& captiuitatem captiuitatum tua-
G rum in medio earum.Vt portes ignominiam tuam,& erube
ſcas de omnibus quæ feciſti,cum conſolata fueris eas.Et ſoror
tua Sedom,& villæ eius reuertentur ad antiquitatẽ ſuam. Et
Someron,& villæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam, &
tu & villæ reuertemini ad antiquitatem veſtrã.Et non fuit Se-
dom ſoror tua in auditu [a] in ore tuo in die ſuperbiarum tua-
rum.Antequam reuelaretur malitia tua,ſicut tempore [b] pro-
brij villarum Aram,& cunctarum villarũ Peliſtim,quæ ſunt
in circuitu & quæ te ſpernunt vndiq;.Turpitudinem tuam,et
abominationes tuas portaſti,dixit dominus.Quia ſic dicit do
minus deus:Faciam tecum ſicut feciſti,quæ contempſiſti iura
mentum,vt irritum faceres pactum.Et recordabor pacti mei
quod pepigi tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ,& firmabo ti-
bi pactum ſempiternum.Et recordaberis viarum tuarum,&
erubeſces,cum ſuſceperis ſorores tuas maiores te cum minori
bus te.Et dabo eas tibi in filias,& non ex pacto tuo. Et confir
mabo pactum meum tecum,& ſcies quòd ſum dominus. Vt
recorderis & pudore afficiaris,& non ſit tibi vltrà excuſatio
propter pudorem tuum,cum placatus fuero tibi in omnibus
quæ feciſti,dixit dominus deus.

a id eſt,nõ meminiſti punitionis eius, cum tu ſimili morbo laborares.
b tempore quo opprobrio fuiſti Aſſyriis et Palæſtinis, ab eis in captiuitatẽ abducta, a Silo & Samaria.

¶ *Prædicit regem Babylonis uaſtaturum Ieruſalaim,eiuſq; regem abductu rum,prophetat de Chriſto.* CAP. XVII.

A ET fuit verbum domini ad me,dicendo:Fili hominis. Ae
nigmaticè loquere ænigma,& parabolicè loquere para-
bolam ad domũ Iſrael.Et dic:Sic dixit dominus deus: Aqui-
la [c] grandis,grãdium alarum,longis alis,plena plumis,quibus
erat varietas,venit ad Lebanon,& tulit ſummitatem [d] cedri.
Summitatem nouellarum plantationum eius auulſit,& addu
xit illam ad terram [e] Chenahan.In vrbe negotiatorum poſuit
illam:& tulit de ſemine terræ,[f] & poſuit illud in agro ſeminis.
Tulit illud iuxta aquas multas, veluti ponit̃ ſalix poſuit illud.
Et germinauit,& effectũ eſt vitis luxurians humili ſtatura,[a] vt
reſpiciant rami eius ad eam,& radices eius ſub ea ſint.Et effe-
B cta eſt vitis,& fecit palmites,& emiſit propagines.Et fuit aqui
la [b] vna grandis magnarũ alarũ,& multarum plumarũ.Et ec-
ce vitis hæc aggregabat radices ſuas ad eã,& ramos ſuos extẽ
debat ad eam,vt irrigaret eã de ligneis ſulcorũ plãtationis ſuę.
In agro bono iuxta aquas multas plãtata eſt,vt faciat frõdes,
& ferat fructũ & efficiatur vitis grandis. Dic:Sic dixit domi-
nus deus:Num proſperabitur? Nõnne radices eius euellet, &
fructum eius excidet,& ſiccabit,oẽs frõdes germinis eius ſicca
bit,& non erit opus brachio grãdi,& populo multo,ad euel
lendum eam à radicibus ſuis? Ecce plantata eſt.Nunquid pro
C ſperabitur? Nõnne cum tetigerit eam ventus orientalis ſicca-
bitur ſiccando? In lineis germinis ſui areſcet. Et fuit verbum
domini ad me,dicẽdo:Dic nunc ad domũ rebellẽ:Nõnne co-
gnouiſti quid hæc ſunt? Dic: Ecce venit rex Babel in Ieruſala-
im,& tulit regem eius,& principes ei9,& adduxit eos ad ſe in
D Babel.Et tulit de ſemine regni,& percuſſit cũ eo fœdus, & in-
duxit eũ in iuſiurandũ,& fortes terræ ſuſtulit.Vt ſit regnũ hu
mile, ne eleuet ſe,vt cuſtodiat pactũ eius,vt ſtet in eo.Et rebel
lauit contra eum mittendo nuncios ſuos ad Aegyptũ,vt da-
ret ſibi equos,& populum multum:nunquid proſperabitur?
nunquid euadet qui facit hæc? & irritauit pactum,& effugiet?
Viuo ego dixit dominus deus,niſi in loco regis,q̃ regnare fa-
E cit eũ,cuius ſpreuit iuramentũ, & cui9 irritauit pactũ cum eo,
in medio Babel morietur.Et nõ exercitu grandi,& cœtu mul
to [c] faciet cũ eo Parhoh in prælio,cum effuderint aggerem,&
extruxerint vallũ,vt ſuccidãt animas multas.Ei ſpreuit iuramẽ
tum,vt irritaret pactũ:& ecce dedit manũ ſuam:& omnia hęc
fecit.num euadet? Propterea ſic dixit dñs deus: Viuo ego,ni-
F ſi iuramentũ meũ quod ſpreuit, & fœdus meũ quod irritauit,
dedero in caput eius.Et expandã ſuper eum rete meũ,& com
prehendetur ſagena mea:& adducere faciam eum in Babel,&
iudicabor cũ eo ibi propter præuaricationẽ ſuã,qua præuari
catus eſt contra me.Et omnes profugi eius,cum omnibus ex-
ercitibus ſuis gladio cadent:reſidui aũt in omnẽ ventũ diſper
gẽtur:& ſcietis quòd ego dñs locutus ſum.Sic dixit dñs deus:
Et ſumã de ſummitate cedri ſublimis,& ponam de vertice no
G uellarum plantationũ eius,tenerũ [d] excidam,& plãtabo ſuper
montem excelſum,& inſtar cumuli eleuatũ.In monte ſublimi
Iſrael plãtabo illud,& eleuabit ramũ,& faciet fructum, & effi-
cietur cedrus magna.Et habitabunt ſub ea omnes aues,omne
alatum in vmbra ramorum eius habitabit.Et ſcient omnia li-
gna agri,quòd ego dominus humiliare feci lignũ ſublime,&
ſublimare feci lignum humile,Siccare feci lignum viride,& flo
rere feci lignum aridum.Ego dominus locutus ſum, & feci.

c rex Babylonis.
d Ieconiam
e mercatorũ ſcilicet Babel.
f ſcilicet Sedeciam.
a reflexis ad eam ſarmẽtis eius.
b rex Ægypti.
c opem ferret ei.
d decerpã.

¶ *Vnumquenq; iuxta proprij operis rationem uere iudicandum.* CAP. XVIII.

A ET fuit verbum domini ad me,vt dicerem: Quid vobis
vt parabolicè loquamini parabolã hanc ſuper terrã Iſra
el,dicẽdo:Patres comedent vuã acerbã,& dentes filiorũ ob-
ſtupeſcent? Viuo ego dixit dominus deus, ſi erit vobis vltrà
vt parabolicè loquamini parabolam iſtam in Iſrael. Ecce oẽs
animæ meæ ſunt.Sicut anima patris,ſic & anima filij, meæ
ſunt:anima quæ peccauerit ipſa morietur.Et vir ſi fuerit iuſt9,
& fecerit iudicium,& iuſtitiam.Super montes ſcilicet nõ come
derit,& oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael,& v-
xorem proximi ſui non violauerit,& ad mulierem menſtrua-
tam non acceſſit.Et quempiam nõ oppreſſerit,pignus ſuum
debitori reddiderit,aliena non rapuerit,panem ſuum eſurien
B ti dederit,& nudum operuerit veſtimento. Cum vſura non
dederit,& amplius non acceperit.Ab iniquitate redire fecerit
manum ſuam,iudicium verum fecerit inter virum & virum.
In præceptis meis ambulauerit,& iudicia mea cuſtodierit,vt
faciat veritatẽ:iuſtus eſt,viuendo viuet,dixit domin9 deus.Et
ſi genuerit filium graſſatorẽ,effundentẽ ſanguinẽ,& fecerit v-
num aliquod ex iſtis.Et omnia hæc non fecerit,ſed etiã ſuper

mōtes comederit,& vxorem proximi ſui violauerit.Egenum,
C & pauperem oppreſſerit,& aliena rapuerit,& pignus nō red
diderit,& ad idola leuauerit oculos ſuos, abominationē fece-
rit.Cum vſura dederit,& amplius acceperit,nunquid viuet?
Non viuet.Omnes abominationes iſtas fecit,moriendo mo-
rietur.Sanguis eius in ipſo erit.Et ſi genuerit filium,& viderit
omnia peccata patris ſui,quæ fecit,& timuerit, & non fecerit
ſimilia.Super montes non comederit,& oculos ſuos non le-
uauerit ad idola domus Iſrael,& vxorem proximi ſui nō vio-
lauerit.Et quenq̃ nō oppreſſerit,pignus nō accepit in pign9,
& aliena nō rapuerit,panē ſuū eſurienti dederit,& nudum o-
peruerit veſtimento.A paupere retraxerit manū ſuā, vſuram,
& amplius non acceperit,iudicia mea fecerit,& in præceptis
meis ambulauerit:ipſe nō morieť propter iniq̃tatē patris ſui,
ſed viuendo viuet.Pater eius,quia oppreſſit oppreſſionē, ra-
puit rapinā à fratre,& ꝙ nō eſt bonum fecit in medio populi
D ſui:& ecce mortuus eſt ꝑpter iniquitatē ſuā.Et dixiſtis:Cur nō
a Quia portabit filius pœnā patris?[a] Et filius iudiciū & iuſtitiam fecit.
Omnia præcepta mea cuſtodiuit,& fecit ea. Viuendo viuet.
Anima q̃ peccauerit ipſa morietur.Filius nō portabit pœnā
patris,& pater nō portabit pœnā filij.Iuſtitia iuſti ſuper eū e-
rit,& impietas impij ſuper eū erit.Impius aūt ſi auerſus fuerit
ab oībus peccatis ſuis,q̃ fecit,& cuſtodierit oīa præcepta mea,
& fecerit iudiciū,& iuſtitiā,viuendo viuet, nō morietur. Oēs
præuaricationes eius quas fecit,nō memorabūtur ei, propter
iuſtitiā ſuam quā fecit,viuet.Nūquid,vt moriatur impius,vo
E lendo volo dixit dn̄s deus?Nōne ſi auerſus fuerit à viis ſuis,vi
uet?Si aūt auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquita-
tem,ſecundū oēs abominationes quas fecit impius,fecerit, nū
viuet?Oēs iuſtitiæ eius,quas fecit,non memorabunť:propter
præuaricationē ſuam quā præuaricatus eſt,& propter pecca
tum ſuum quod peccauit,morieť.Et dixiſtis, nō eſt æqua via
domini.Audite nūc domus Iſrael.Nunq̃d via mea non eſt æ-
F qua?Nōnne viæ veſtræ nō ſunt æquæ?Cū auerſus fuerit iuſt9
à iuſtitia ſua,& fecerit iniq̃tatē,morietur propter eā.Propter
iniquitatē ſuam quā fecit,morietur.Et cū auerſus fuerit impi9
ab impietate ſua quā fecit,& fecerit iudiciū,& iuſtitiā,ipſe ani-
mam ſuā viuificabit.Et vidit,& auerſus eſt ab oībus præuari-
cationibus ſuis quas fecit:viuēdo viuet,nō morietur. Et dixe-
runt domus Iſrael: Non eſt æqua via domini.Nunquid viæ
meæ nō ſunt æquæ domus Iſrael?Nōnne viæ veſtræ nō ſunt
æquæ?Idcirco vnūquenq̃ iuxta vias ſuas iudicabo vos dom9
Iſrael,dixit dn̄s deus.Cōuertimini,& conuerti facite ab omni-
G bus iniquitatibus veſtris,& non erit vobis in offendiculū ini-
quitas.Proiicite à vobis omes iniquitates veſtras,quibus præ
uaricati eſtis,& facite vobis cor nouū,& ſpiritum nouum:vt
quid enim moriemini domus Iſrael?Quia nolo mortem mor
tui,dixit dominus deus:& reuerti facite,& viuetis.

¶Captiuitas trium fratrum. C A P. X I X.

A E T tu aſſume planctum ſuper principes Iſrael.Et dic:Cur
b ſcilicet Iehoachaz. mater tua leæna inter leones cubauit?In medio leunculo
rum multiplicauit catulos ſuos.Et aſcendere fecit vnū[b] de ca-
tulis ſuis,leūculus fuit,& didicit rapere rapinā,homines come
dens.Et audierunt eū gentes:reti eorū captus eſt,& adduxerūt
eum catenis ad terrā Aegypti.Et videns illa eſſe diu expecta-
tum,& quòd perierit expectatio ſua,tulit vnū[c] de catulis ſuis,
B & leunculum poſuit eum.Et incedebat in medio[d] leonū:leun
c Iehoiachim. culus fuit,& didicit rapere rapinam,homines comedēs.Et co-
d inter Babylonios & Ægyptios. gnouit[e] viduas eius,& ciuitates eorū deſolare fecit,& deſola-
e loca ſilentia. ta eſt terra,& plenitudo eius à voce rugitus eius.Et conſtitue
f in ſanguine tuo .i. copia uiroris innati ſucci. runt ſe in eum gentes per circuitum,de prouinciis:& expande
runt ſuper eum rete ſuum reti earū captus eſt.Et poſuerunt e-
um in carcere in catenis,& adduxerunt eū ad regem Babel:ad
duxerunt eum ad munitiones,vt nō audiretur vox vltrà eius
C ſuper montes Iſrael.Mater tua fuit tanquam fructificans vitis
[f] in ſimilitudinē tui,iuxta aquas plantata,& faciens ramos fu-
it propter aquas multas.Et fuerūt ei virgæ fortes pro ſceptris
dominantium.Et exaltata eſt ſtatura eius inter ramos,& con-
ſpecta eſt in altitudine ſua,in multitudine ramorum ſuorum.
Et euulſa eſt ira,in terrā proiecta,& ventus oriētalis ſiccare fe-
D cit fructum eius,& cōfracti ſunt rami eius,& aruerūt, virgam a Sedecias.
roboris eius ignis conſumpſit. Et nūc plantata eſt in deſerto,
in terra arida, & ſitibunda. Et egreſſus eſt ignis[a] de virga ra-
morum eius,& fructū eius conſumpſit,vt in ea nō ſuperſit vir
ga fortis,ſceptrū ad dominādū: planctus eſt,& erit in planctū.

¶Renuit dominus reſpondere rogantibus,ob eorum peccata,& idololatriæ impietatem. C A P. X X.

A E T fuit,anno ſeptimo,quinto menſe,decima die menſis,
venerunt viri de ſenioribus Iſrael, ad inquirendum dn̄m
& ſederunt coram me.Et fuit verbū dn̄i ad me vt dicerē: Fili
hoīs,alloq̃re ſeniores Iſrael,& dic ad eos:Sic dixit dn̄s de9:Nū-
quid ad inquirēdū me veniſtis?viuo ego ſi reſpōdero vobis,
dixit dn̄s deus.Nūquid iudicabis eos?Nunquid iudicabis fili
hoīs?Abominatiōes patrū eorū fac ſcire eos.Et dic ad eos:Sic
dixit dominus deus:in die qua elegi Iſrael,& leuaui manū meā
pro ſemine domus Iahacob,& cognitus ſum in terra Aegy-
pti,leuaui manum meam pro eis,dicēdo:Ego dominus deus
veſter.In die illa leuaui manū meam pro eis vt educerē eos de
terra Aegypti ad terrā quam ꝓſpexi eis,fluentē lacte & melle:
B deſiderabilis eſt in omnibus terris.Et dixi ad eos: Vnuſquiſq̃
abominatiōes oculorū veſtrorū ꝓiicite,& in idolis Aegypti,
ne polluatis vos.Ego dn̄s deus veſter.Et rebellauerūt contra
me,& noluerunt parere mihi.Vnuſquiſq̃ abominatiōes ocu-
lorū ſuorū non proiecerūt,& idola Aegypti nō reliquerūt.Et
dixi vt effunderē iram meā ſuper eos,vt implerē irā meam in
eis in medio terræ Aegypti.Et feci propter nomē meū, vt nō
violaretur in oculis gentiū,in quarū erant medio:quorū inno
tui in oculis,vt educerē eos à terra Aegypti.Et eduxi eos è ter
ra Aegypti,& adduxi eos in deſertū.Et dedi eis pręcepta mea,
& iudicia mea ſcire feci eos:quæ ſi faciat homo,viuet propter
ea.Et inſuper ſabbata mea dedi eis,vt eſſent in ſignū inter me,
& eos,vt ſcirēt ꝙ ſum dn̄s qui ſanctifico eos.Et rebellauerunt
contra me domus Iſrael in deſerto:in præceptis meis non am
bulauerūt,& iudicia mea abiecerūt:quæ ſi faciat hō,viuet pro
pter ea.Et ſabbata mea violauerūt vehementer.Et dixi vt ef-
fundere iram meā ſuper eos in deſerto,vt cōſumerē[b] eos.Et fe b ſcilicet penitus nullo relicto ſemine.
ci propter nomē meū,vt non violareť in oculis gentiū, quarū
C eduxi eos in oculis.Et etiā leuaui manū meā eis in deſerto, vt
non inducerē eos in terrā quā dedi fluentē lacte & melle, quæ
deſiderabilis eſt in oībus terris.Pro eo ꝙ iudicia mea abiece-
runt,& in præceptis meis nō ambulauerūt,& ſabbata mea vi
olauerūt.Quia poſt idola ſua cor eorū gradiebatur.Et peper-
cit oculus meus eis,ne interficeret eos,& nō feci cū eis cōſum-
mationē in deſerto.Dixi aūt ad filios eorū in deſerto:In pręce-
ptis patrū veſtrorū ne incedatis,& iudicia eorū ne cuſtodia-
tis,& in idolis eorū ne polluatis vos. Ego dn̄s deus veſter. In
pręceptis meis ambulate,& iudicia mea cuſtodite,& facite ea.
Et ſabbata mea ſanctificate,& erūt in ſignum inter me,& vos,
vt ſciatis ꝙ ſum dn̄s deus veſter.Et rebellauerunt contra meī fi
lij.In præceptis meis non ambulauerunt,& iudicia mea non
cuſtodierunt,vt facerēt ea,quæ ſi faciat homo,viuet propter
ea.Sabbata mea polluerunt,& dixi vt effunderem irā meam
ſuper eos,vt complerem iram meam in eis in deſerto.Et auer
ti manum meam,& feci propter nomen meum,vt non viola
retur in oculis gentium,quarum eduxi eos in oculis.Etiam le-
uaui manum meā eis in deſerto,vt diſpergerem eos in gentes,
& ventilarem eos in terras.Eo quòd iudicia mea nō fecerunt,
D & præcepta mea abiecerunt,& ſabbata mea violauerunt, &
poſt idola patrum ſuorum fuerunt oculi eorum.Et etiam de-
di eis præcepta non bona,& iudicia propter quę non viuent.
Et pollui eos in muneribus ſuis,dū tranſire facerent per ignem
omne primogenitum,vt deſolare facerē eos,vt ſcirent quòd
ſum dominus.Qnamobrem loquere ad domum Iſrael,fili ho
minis, & dic ad eos :Sic dixit dn̄s deus: Adhuc in hoc pro-
bris af-



bris affecerunt me patres veſtri,cum præuaricati eſſent in me
præuaricationem.Et induxi eos in terram ſuper quam leuaui
manum meam,vt darem eam illis,& viderūt omnem collem
excelſum,& omne lignum denſum,& ſacrificabunt ibi ſacrifi-
cia ſua,& dederunt ibi iram oblationis ſuæ. Et poſuerunt ibi
odorem ſuauitatis ſuæ & libauerunt ibi libamina ſua. Et dixi
ad eos:[a] Quid eſt excelſum,ad quod vos ingrediminì?Et vo-
a Quid ſibi uult excelſū hoc? catum eſt nomen eius Bamah(.i.excelſum)vſq̃ ad diem hanc.
Propterea dic ad domum Iſrael:Sic dixit dn̄s deus:Nunquid
E more patrum veſtrorum polluitis vos,poſt abominationes
eorum fornicamini?Et in oblatione donorum veſtrorū,cum
traducatis filios veſtros per ignem,polluitis vos in omnibus
idolis veſtris vſq̃ hodie,& ego reſpondebo vobis domus Iſ-
rael?Viuo ego dixit dominus deus,ſi reſpondero vobis. Et
quod aſcendit ſuper ſpiritum veſtrum penitus non erit.Quia
dicitis:erimus ſicut gentes,ſicut cognationes terrarum inſerui
endo ligno & lapidi.Viuo ego dixit dominus deus,niſi in ma
nu forti,& brachio extento,& furore effuſo,regnauero ſuper
vos.Et ducam vos de populis,& congregabo vos de terris
in quas diſperſi eſtis manu valida,& brachio extento,& furo
re effuſo.Et adducam vos ad deſertum populorum,& iudi-
cabo me vobiſcum ibi facie ad faciem.Sicut iudicaui me cum
patribus veſtris in deſerto terræ Aegypti,ſic iudicabo me vo
biſcum,dixit dominus deus.Et tranſire faciam vos ſub virga,
& adducam vos in vinculo fœderis.Et[b] eligam ex vobis re-
b repurgabo belles,& præuaricantes in me,è terra incolatus eorum educā
eos,& ad terram Iſrael,non venient,& ſcietis quòd ſum domi
nus.Et vos domus Iſrael,ſic dixit dominus: Vnuſquiſq̃ poſt
idola ſua ambulate,& ſeruite,poſtquam non paretis mihi, &
nomen ſanctum meum non polluetis: adhuc in muneribus
veſtris,& in idolis veſtris.Quia in monte ſancto meo,in mon
te excelſo Iſrael dixit dominus deus,ibi ſeruient mihi: omnis
domus Iſrael,tota ipſa in terra:ibi volam eos,& ibi quæram
oblationes veſtras,& primitias munerū veſtrorū in omnibus
ſanctificationibus veſtris.In odorem quietis volā vos,cum e-
G duxero vos de populis,& cōgregauero vos de terris in quas
diſperſi eſtis,& ſanctificabo me in vobis in oculis gētium. Et
ſcietis quòd ſum dn̄s,cum induxero vos in humum Iſrael, in
terram pro qua leuaui manum meā,vt darē eam patribus ve
ſtris.Et recordabimini ibi viarū veſtrarū,& oīm operum ve
ſtrorum in quibus polluiſtis vos,& ſucciſione dignos reputa
bitis vos in conſpectu veſtro,ob oīa mala veſtra quæ feciſtis.
Et ſcietis quòd ſum dn̄s quū fecero,vobiſcū propter nomen
meum,non ſecundū vias veſtras malas,& ſecundū opera ve-
ſtra corrupta domus Iſrael,dixit dn̄s deus. Et fuit verbū dn̄i
ad me dicēdo:fili hoīs, pone faciem tuā cōtra viā ad auſtrū,&
ſtilla ad meridiē & propheta ad ſyluā agri meridiani. Et dices
ſyluæ meridianæ,audi verbū dn̄i:Sic dixit dn̄s deus: Ecce ſuc-
cendo in te ignē,& cōſumet in te omne lignū viride, omne li-
gnum aridū:non extinguetur flamma:& cōburentur in ea o-
mnes facies ab auſtro ad aquilonē.Et videbit oīs caro, quòd
ego dn̄s ſuccendi eam,nec extinguetur.Et dixit:Ahah domine
deus,Ipſi dicūt mihi:Nōne parabolicè loquiť parabolas iſte?

¶Minatur gladium,hoc eſt cladem Ieruſalaim. C A P. X X I.

A E T fuit verbum domini ad me,dicendo:Fili hominis po
ne faciem tuā ad Ieruſalaim,& ſtilla ſuper ſanctuaria, &
propheta ſuper terrā Iſrael.Et dic terræ Iſrael:Sic dixit domi-
nus:Ecce venio ad te,& educam gladium meum de vagina
ſua,& ſuccidere faciam ex te iuſtum,& impium.Pro eo autem
quòd ſuccidere feci ex te iuſtum,& impium,idcirco egredie-
tur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab auſtro
ad aquilonem.Et ſciet omnis caro,quòd ego dominus eduxi
gladium meum de vagina ſua:non reuertetur vltra. Et tu fili
hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritu-
dine ingemiſce in oculis eorum. Et erit quum dixerint ad te:
propter quid tu gemis?dices:propter auditum:quia venit,&
liquefiet omne cor,& debilitabuntur vniuerſæ manus,& an- a .i.meient in crura ſua præ metu.
guſtiis afficietur oīs ſpūs,& oīa genua[a] ibunť tanquā aquæ:
B ecce venit,& fiet dixit dn̄s deus.Et fuit verbū dn̄i ad me,dicen
do:Fili hoīs propheta,& dic:Sic dixit dn̄s deus:dic: Gladius,
gladius exacut9 eſt,& etiā limatus. Vt iugulet iugulationē ex-
acutus eſt:vt ſit ei ſplēdor vt fulguri,limitatus eſt.Quomodo
gaudebimus de hoc gladio tribū filiorū Iſrael abiiciēte, & oē li
gnū?Et dedit eū ad limādum,ad tenendū manu:hic exacutus
eſt gladius,& hic limatus eſt ad dandum eū in manu interfici-
entis.Clama,& vlula fili hoīs,q̃a iſte fuit in populo meo,iſte in
cunctis ducibus Iſrael.Timores gladij fuerūt populo meo:id-
C circo percute ſup femur.Quia ad probationē eductus eſt. Et
quid erit,ſi etiā tribū nō abiecerit,dixit dn̄s deus?Et tu fili hoīs
ꝓpheta,& ꝑcute manū ad manū,& duplicetur tertio, gladius
interfectorū.Hic eſt gladius occiſorū magnorū q̃ ꝑcutiet & in
cubiculis eorū.Vt liquefaciat cor,& multiplicet offendicula,
in omnibus portis eorū dedi terrorē gladij: heu factus eſt ad
fulgorē,amictus eſt ad iugulationem.[b] Solus eſto in aliquo lo b Vnice & ſingulariter age,ô gladie.
co,pone te ad dexterā,pone te ad aquilonem,pone te ad ſini-
ſtram,quo facies tua conſtituit.Et etiam ego percutiam manū
D meam ad manum meam,& requieſcere faciā iram meam:ego
dominus locutus ſum.Et fuit verbum dn̄i ad me,dicendo: Et
tu fili hoīs pone tibi duas vias,vt veniat gladius regis Babel.
E terra vna egrediantur ambę,& locum elige,caput viæ ciui-
tatis elige.Viam pones,vt veniat gladius ad Rabbath filiorū
Hammon. Et ad Iehudah in Ieruſalaim munita.Stetit em̄ rex
Babel in biuio viæ,[c] in capite duarum viarū,ad diuinandum c Ambigebat rex Babel quos prius oppugnaret.
diuinationem:terſit ſagittas,interrogauit imagines,reſpexit in
iecore.In dextera eius fuit diuinatio Ieruſalaim,vt ponat[d] du
ces,vt aperiat os ad cædem,vt eleuet vocem in vociferationē, d arietes .ſ. ligneos.
vt ponat arietes contra portas,vt fundat aggerem,& ædifi- e Et erit rex Babel apud eos.ſ.Iudęos, quaſi diuinās inaniter in oculis ipſorū, qui ei iurauerant iuramēta ſcilicet fidelitatis:at ipſe in memoriam eis reuocauit iniquitatem eorū, ut capiantť.
E cet munitionem.[e] Et erit eis cum diuinauerint fruſtra in ocu-
lis eorum,ac ſi iuraſſent iuramentis eis:& hoc recordari facit
iniquitatis ,vt capiatur. Idcirco ſic dixit dn̄s deus: Pro eo ꝙ
recordati eſtis iniquitatis veſtræ,diſcoopertis præuaricationi
bus veſtris,conſpectis peccatis veſtris in omnibus operibus
veſtris:pro eo ꝙ recordati eſtis,manu capiemini. Et tu[f] pro-
phane,impie,dux Iſrael,cuius venit dies,in opportuno tēpo- f O tu Sedecia multis mortibus digna.
F re iniquitatis conſummatæ:Sic dixit dn̄s deus:Remoue cida-
rim,& tolle coronam:hæc nō eſt hæc:humilem ſubleuādo,&
ſuperbum humiliando.Subuerſionē,ſubuerſionē,ſubuerſio-
nem ponam eam.Etiam[g] hoc non fuit ei ad coronam,donec
veniret is cui eſt iudiciū,& tradam illi eam. Et tu fili hominis g Etiā hæc regia corona uere nō fuit, quouſque ueniſt ille Dauid cuius erat iuſtū iudicium, & cui eā dedi:ut in te impio corona ſit non corona.
prophera,& dic:ſic dixit dominus deus ad filios Hammon,&
opprobrium earū,& dic:Mucro,mucro euaginatus ad iugu
G lationem,limatus vt conſumat,ob idq̃ fulget. Quando vide
debant tibi vanum,quando diuinabant tibi mendacium, vt
darēt te cum collo vulneratorum impiorum, quorum venit
dies,in tempore iniquitatis propter quam venit finis. Num
redire faciam in vaginam ſuam?In loco in quo creatus es, in
terra peregrinationum tuarum iudicabo te.Et effundam ſu-
per te iram meam.Ignem furoris mei ſufflare faciam in te. Et
dabo te in manum virorum inſipientium artificū ad deſtru-
ctionem.Igni eris ad deuorandum,ſanguis tuus erit in medio
terræ.Non memoraberis,quia ego dominus locutus ſum.

¶Sermo domini contra Ieruſalaim,ob ſanguinis effuſionem,& parentibus negatum honorem.Item de impia ſacerdotū & ſeudoprophetarū doctrina eorūq̃ inexplebili auaritia. C A P. X X I I.

A E T fuit verbum domini ad me,dicēdo:Et tu fili hominis,
nōnne iudicabis,nōnne iudicabis ciuitatem effundētem
ſanguinem innoxiū,& ſcire facies abominationes eius?Et dic:
Sic dixit dominus deus:Ciuitas effundens ſanguinem in me-
dio ſui,vt veniat tempus eius,& fecit idola contra ſeipſam ad
polluendum ſe.In ſanguine tuo quem effudiſti,deliquiſti:& in h .i. maliſia tua accelerauit tēpus uiſitationis tuæ.
idolis tuis quæ feciſti, polluiſti te:&[h] appropinquare feciſti
dies tuos,& veniſti vſq̃ ad annos tuos:propterea dedi te op-
probrium in gentibus,& irriſionē omnibus terris.Quæ pro-

pe ſunt,& quæ longe ſunt à te,ridebunt de te:ſordida nomine
B multæ contritionis.Ecce duces Iſrael,vnuſquiſq; ſecundũ bra
chium ſuum fuerunt in te,vt effunderent ſanguinem.Patrem
& matrem ſpreuerũt in te,aduenæ fecerunt quicquid fecerũt
cum oppreſſione in medio tui,pupillum & viduam oppreſſe
runt in te.Sanctuaria mea ſpreuiſti,& ſabbata mea polluiſti.
Viri fraudulenti fuerunt in te,vt effundant ſanguinem. Et ſu-
per montes comederunt in te,fœda fecerũt in medio tui. Tur
pitudinem patris reuelauerunt in te,immundam menſtruo af
C flixerunt in te.Et vnuſquiſq; cum vxore proximi ſui fecit abo-
minationem,& vnuſquiſq; nurum ſuam polluit turpiter:et v-
nuſquiſq; ſororem ſuam filiam patris ſui humiliauit in te. Mu-
nera acceperunt in te,vt effunderent ſanguinem. Vſuram &
ſuperabundantiam accepiſti,& fraudabas proximos tuos cũ
oppreſſione:& mei oblita es,dixit dominus deus.Et ecce, per
cuſſi manum meam ſuper auaritiam tuam,quàm feciſti,& ſu-
D per ſanguinem tuum,qui fuit in medio tui. Nunquid ſtabit
cor tuum?Num præualebunt manus tuæ in diebus, quos fa-
cio tecum?Ego dominus locutus ſum,& faciam.Et diſperge-
re faciam te in gentes,& ventilabo te in terras,& deficere faci-
am immunditiam tuam à te.Et eris capiens hęreditatem in te,
in oculis gentium,& ſcies quòd ſum dominus.Et fuit verbum
domini ad me,dicendo:Fili hominis fuerunt mihi domus Iſ-
rael vt ſcoria.Omnes iſti vt æs,& ſtannum,& ferrum,& plum
bum in medio fornacis,vt ſcoriæ argenti fuerunt. Propterea
E ſic dixit dominus deus:Pro eo quòd fuiſtis omnes vos vt ſco
riæ,propterea ecce congrego vos in medium Ieruſalaim. Cõ
gregatione argenti,& æris,& ferri,& plumbi,& ſtagni ad me-
dium fornacis ad ſufflandum in ea ignem,ad fundandum. Sic
congregabo in furore meo,& in ira mea,& requieſcere faciã,
& fundere faciam vos.Et congregabo vos,& ſufflabo in vo-
bis,in igne furoris mei,& eritis fuſi in medio eius. Vt funditur
argentum in medio fornacis,ſic fuſi eritis in medio eius,& ſcie
tis quòd ego dominus effudi iram meam ſuper vos.Et fuit
F verbum domini ad me,dicendo:Fili hominis dic ei: Tu terra
quæ non munda es,nec compluta in die furoris. Coniuratio
prophetarum eius in medio eius.Sicut leo rugiens,rapiens ra
pinam:animam comederunt,opes & gloriam acceperunt, vi
duas eius multiplicauerunt in medio eius.Sacerdotes eius cõ-
tempſerunt legem meam,& polluerunt ſanctuaria mea, inter
ſanctum,& prophanum non fecerunt diſtinguere,& inter im
mundum & mundum non fecerunt ſcire. Et à ſabbatis meis
occultauerũt oculos ſuos,& coinquinabar in medio eorum.
G Principes eius in medio eius,tanquam lupi rapiẽtes rapinam,
ad effundendum ſanguinem,ad perdendum animas,vt auare
ſectentur auaritiam.Prophetæ autem complanabant eos lu-
to abſq; firmitate,videntes vanum,& diuinantes eis mendaci
um,dicentes:ſic dixit dominus deus:& dominus non eſt locu
tus.Populum terræ opprimebant oppreſſione,& rapiebant
rapinam,& egenum,& pauperem populabãtur,& aduenam
opprimebant abſque iudicio.Et quæſiui ex eis virum ſepien-
tem ſepem,& ſtantem in fractura coram me pro terra,ne diſſi
parem eam,& non inueni.Et effudi ſuper eos iram meam, in
igne iræ meæ conſumpſi eos.Viam eorum in caput eorum
dedi,dixit dominus deus.

¶ De adulterio,hoc eſt,idololatria Samariæ & Ieruſalaim.

CAP. XXIII.

A ET fuit verbum domini ad me,dicẽdo:Fili hominis.Duę
mulieres filiæ matris vnius fuerunt,Et fornicatæ ſunt in
Aegypto,in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt.Ibi cõpreſſa ſunt
vbera earum,& ibi contuderunt mãmas virginitatis earum.
Et nomina earũ Aholah maior,& Aholibah ſoror eius,& fue
runt meæ,& pepererunt filios,& filias:& nomina earum So-
meron Aholah,& Ieruſalaim Aholibah.Et fornicata eſt Aho
lah ſub me,& adamauit amatores ſuos,Aſſur propinquos.In
dutos hyacintho,duces,& principes magnos,iuuenes deſide-
rabiles vniuerſos ipſos equites equitantes equos.Et dedit for
nicationes ſuas cum eis,electis filiorum Aſſur vniuerſis ipſis.
Et omnes quos adamauit,in cunctis idolis eorum polluit ſe.
Et fornicationes ſuas quas didicit ab Aegypto,nõ dereliquit.
Nam cum ea dormierunt in adoleſcentia ſua,& ipſi compreſ
ſerunt vbera virginitatis eius,& effuderunt fornicationem ſu-
am ſuper eam.Propterea tradidi eam in manum amatorum
ſuorum,in manũ filiorũ Aſſur quos adamauit.Ipſi diſcoope-
ruerunt ignominiam eius,filios eius,& filias eius tulerunt, &
B ipſam gladio occiderunt:& fuit nomen mulieribus,& iudicia
fecerũt in ea.Et vidit ſoror eius Aholibah,& corrupit ſe amo
re ſuo præ illa, & fornicationes ſuas præ fornicationibus
ſororis ſuæ.Filios Aſſur adamauit,duces,principes magnos,
propinquos,indutos oĩ genere pulchrarũ veſtiũ,equites equi
tantes ſuper equos,adoleſcẽtes deſiderabiles vniuerſos ipſos.
Et vidi quòd polluerãt ſe eodẽ modo ambæ.Et addidit ſuper
fornicatiões ſuas, & vidit viros depictos in pariete, imagines
Chaſdim depictos ſinopide. Accinctos baltheo lumbos ſuos
& thiaras tinctas in capitibus eorũ aſpectũ habentes ducũ vni
uerſi ipſi,ſimilitudinem filiorũ Babel,hoc eſt, Chaſdim ſecun-
dum morem terræ natiuitatis eorum.Et adamauit eos ad a-
ſpectum oculorũ ſuorũ,& miſit nuntios ad eos in terrã Chaſ-
dim.Et venerunt ad eam filij Babel ad cubile amorum, & po
luerunt eam fornicatione ſua,& polluit ſe cum eis,& receſſit
anima eius ab eis.Et denudauit fornicationes ſuas,& diſcoo-
peruit ignominiã ſuã,& receſſit anima mea ab ea,ſicut receſſe-
rat anima mea à ſorore eius.Et multiplicauit fornicationes ſu
as,vt commemoret dies adoleſcẽtiæ ſuæ quibus fornicata eſt
in terra Aegypti.Et adamauit ſeruos eorũ,quorũ membra aſi
norum ſunt,& vt fluxus equorũ,fluxus eorũ. Et recordata es
fœditatis adoleſcentiæ tuæ,qñ cõpreſſerũt in Aegypto vbera
C tua,[a] propter cõpreſſionẽ vberum tuorũ. Propterea Aholi- a propter vbera adoleſcẽtiæ tuæ.
bah,ſic dixit dñs deus:Ecce ſuſcito amatores tuos contra te,à
quibus receſſit anima tua,& venire faciã eos aduerſum te vn-
dique.Filios Babel,& oẽs Chaſdim,præfectũ,& principẽ,& du
cem omnes filios Aſſur cũ eis,iuuenes deſiderabiles,duces,&
principes,vniuerſos ipſos,prĩcipes & maiores aſcẽſores equo
rum.Et veniẽt ſuper te in rhedis,curribus,& rotis,et cœtu po
pulorũ,ſcutum,& clypeũ,& galeã ponent contra te vndiq;.Et
dabo corã eis iudicium,& iudicabunt te iudiciis ſuis.Et dabo
Zelum meũ cõtra te,& faciẽt tecũ in furore:naſum tuũ, & au-
res tuas remouebũt,& nouiſſimũ tuũ gladio cadet.Ipſi filios
tuos,& filias tuas capiẽt,& nouiſſimũ tuũ deuorabitur igni.
Et exuere faciẽt veſtimẽtis tuis,& tollẽt vaſa gloriæ tuæ.Et ceſ
ſare faciã fœditatẽ tuã à te,& fornicationẽ tuã de terra Aegy-
pti,& non leuabis oculos tuos ad eos,& Aegypti non recor-
daberis amplius.Sic enim dixit dominus deus: Ecce trado te
in manum eorũ quos odiſti,in manũ eorum à quibus receſſit
anima tua.Et agẽt tecũ cum odio,& tollẽt oẽm laborẽ tuum,
& dimittẽt te nudã,& diſcoopertã,& reuelabitur turpitudo
fornicationũ tuarum,& fœditas tua,& fornicationes tuæ. Fa
ciendo faciam iſta tibi,eo quod fornicata es poſt gẽtes, cum qui-
bus polluiſti te,in idolis earũ.In via ſororis tuæ ambulaſti: &
dabo calicẽ eius in manu tua.Sic dixit dñs deus:Calicẽ ſororis
D tuę bibes profundũ,& latũ:eris vt derideãt,& ſubſannẽt te gẽ
tes eo quod ſit calix magnus,et multũ capiat vini.Ebrietate,& dolo
re replęberis,calice ſolitudinis,& deſolatiõis,calice ſororis tuæ
Someron.Et bibes illũ,& exhauries,& teſtas eius cõfringes,&
vbera tua euelles,quia ego locutus ſum,dixit dñs deus. Pro-
pterea ſic dixit dñs deus:Pro eo quod oblita es mei, & proiecisti
me poſt corpus tuũ,& etiã tu porta fœditatẽ tuã,& fornicati-
ones tuas.Et dixit dñs ad me:Fili hominis nõne iudicabis A-
holah,& Aholibah?Et nuncia eis abominatiões earum. Quia
adulteratæ ſunt,& ſanguis eſt in manibus earũ,& cũ idolis ſuis
fornicatæ ſunt,& etiã filios ſuos,quos genuerũt mihi, tranſire
fecerunt eis ad conſumendum.Amplius hoc fecerũt mihi,pol
luerũt ſanctuariũ meum in die illa,& ſabbata mea prophana-
uerunt.Et cum immolarent filios ſuos idolis ſuis,ingredieban
tur ſanctua



tur ſanctuarium meum in die illa,vt pollueręt illud:& ecce ſic
fecerunt in medio domus meæ.Et vtique etiã miſerunt ad vi-
ros venientes à lõge,ad quos nuncius miſſus eſt:& ecce illi ve
nerunt,propter quos te lauiſti,decoraſti oculos tuos ſtibio,
& ornaſti te ornamento.Et ſediſti ſuper lectũ honorabilem,&
E menſa parata eſt ante lectũ ipſum.Et thymiama meum,& vn-
guentũ meum poſuiſti ſup eã.Et vox multitudinis [a] pacificæ
audita eſt in ea:& cũ viris,vt multiplicarẽt hoĩes,adducti ſunt
Aethiopici Sabæi,è deſerto.Et poſuerũt armillas ſuper manus
earum,& coronã gloriæ ſuper capita earũ.Et dixi inueteratæ
in adulteriis:Nunc deſinẽt fornicationes eius cũ ea.Et ingreſſi
ſunt ad eam.Sicut ingreditur quiſpiã ad mulierẽ meretricem,
ſic ingreſſi ſunt ad Aholah,& Aholibah mulieres fœdas.Et vi
F ri iuſti iudicabunt eas iudicio adulterarũ,& iudicio effunden-
tium ſanguinẽ,quia adulteræ ſunt,& ſanguis eſt in manibus
earũ.Sic enim dixit dñs deus:Aſcendere faciã ad eas cœtũ, &
dabo eas in cõmotionẽ,& rapinã.Et lapidabũt eas lapide mul
G titudo,& ſuccident eas gladiis ſuis,filios earũ interficiẽt,& do
mos earũ igni cõburent.Et ceſſare faciẽ fœditatẽ è terra, & e-
rudientur omnes mulieres,& nõ facient ſecundũ fœditatẽ ve-
ſtram.Et ponẽt fœditatem veſtram ſuper vos,& pœnas pro-
pter idola veſtra luetis,& ſcietis quòd ſum dominus.

a concordãtis in concẽtum eundem muſicum.

¶ Incendium Ieruſalaim,populiq; captiuitatem per ollã liquefactã ſignificat.

CAP. XXIIII

A ET fuit verbum dñi ad me anno nono,menſe decimo,de-
cima die mẽſis,dicendo:Fili hominis:Scribe tibi nomen
diei,ipſummet diẽ,quo appropinquauit rex Babel Ieruſala-
im,ipſomet die hoc.Et parabolicè loquere ad domũ rebellio-
nis,& dic ad eos:Sic dixit dñs deus:Pone ollã,pone,& etiã fun
de in eam aquã.Congere fruſta eius in eã,oẽme fructũ bonum,
femur & humerũ:electis oſſibus imple.Electum pecus aſſume
B & etiam incende oſſa ſub ea,ebulire fac bullitiones eius.Etiam
coquite oſſa eius in medio eius.Propterea ſic dixit dominus
deus:Væ ciuitati ſanguinũ,ollæ cuius ſpuma eſt in ea,& ſpu-
ma eius non exiuit ex ea:fruſtatim fruſtatim educ eam,non ca-
dat ſuper illã ſors.Sanguis enim eius in medio eius fuit, ſuper
eminentem petrã poſuit eũ.Non effudit illũ ſuper terrã ad o-
C periendũ illũ puluere.Vt aſcendere faceret irã ad vlciſcendum
vltionẽ.Poſui ſanguinẽ eius ſuper eminentẽ petrã,ne operire-
tur.Propterea ſic dixit dominas deus: Væ ciuitati ſanguinũ.
Et etiã ego grandẽ faciã pyrã.[b] Multiplica ligna,ſuccẽde ignẽ,
conſume carnẽ,& cõdi condimentũ aromatibus,& oſſa com
burantur.Et ſtatue eã ſuper prunas eius vacuã,vt incaleſcat,et
comburatur fundũ eius,& fundet in medio eius inquinamentũ
eius,cõſumetur ſpuma eius.Mendacia faciendo laborare fecit
ſeipſam,& non exiuit de ea multa ſpuma eius.Igni cõſumetur
ſpuma eius.In immundicia tua es,quæ eſt fœditas.Pro eo quòd
iuſſi vt mundares te,& non mundaſti te ab immundicia tua,
non mundabis te amplius,donec quieſcere faciam irã meã in
te.Ego dñs locutus ſum:Venit quod decreui & feci. Non re-
D trocedam,& non parcã,& non pœnitebit me,iuxta vias tuas,
& opera tua iudicabunt te,dixit dñs deus.Et fuit verbum dñi
ad me,dicendo:Fili hominis,ecce tollo à te vxorẽ quæ eſt deſi
deriũ oculorum tuorũ, percuſſione. Ne plangas,nec plores,
neq; veniat lachryma tua.A clamãdo tace,mortuorũ luctũ ne
facias,thiarã [c] tuã liga ſuper te,& calceamenta tua pone in pe-
dibus tuis,& ne operias labrũ ſuperius,& panẽ hominum lu-
gentium ne comedas. Et locutus ſum ad populum mane,&
E mortua eſt vxor mea veſperi,feciq; mane ſicut iuſſum fuit mi-
hi.Et dixit ad me populus:Nõnne indicabis quid iſta porten-
dãt nobis?Et dixi ad eos:verbum domini fuit ad me dicẽdo:
Dic domui Iſrael:Sic dixit dominus deus.Ecce polluo ſanctua
rium meum,ſuperbiam fortitudinis veſtræ,deſiderabile ocu-
lorum veſtrorum,indulgentiam animæ veſtræ:filij veſtri,& fi
liæ veſtræ,quas reliquiſtis, gladio cadent.Et facietis quem-
F admodnm feci,labrum ſuperius non operietis,& panem ho-
minum non comedetis.Et thiaræ veſtræ erunt ſuper capita
veſtra,& calceamenta veſtra in pedibus veſtris.Non plange-
tis,neq; flebitis,& tabeſcetis propter iniquitates veſtras,& ge
metis,alter cum altero.Eritq; Iechezchel vobis in portentum:
G omnia quæ fecit,facietis,cũ venerit iſtud,& ſcietis, quòd ſum
dominus deus.Et tu fili hominis,nõnne in die qua tollam ab
eis fortitudinem eorum gaudium gloriæ eorũ,deſiderium o-
culorum eorum,& eleuationem animæ eorum,filios eorum,
& filias eorũ?In die ipſa appropinquabit euaſor ad te ad au-
ditum auris.In die illa aperietur os tuum cum euaſore,& lo-
queris,& non eris mutus vltrà.Et eris in portentum,& ſcient
quòd ſum dominus.

b Multiplicando ſuccẽdendo &c.

c ſolitum ſ. capitis tegumentum.

¶ Sermo domini contra Hammon,Moab,Sehir,& Palęſtinos.

CAP. XXV.

A ET fuit verbum domini ad me dicendo:Fili hominis po-
ne faciem tuã ſuper filios Hammon,& propheta ſuper
eos.Et dic filiis Hammon:Audite verbum domini dei.Sic di
xit dominus deus:Pro eo quòd dixiſti,euge ſuper ſanctuariũ
meum,quia pollutum eſt,& ſuper terram Iſrael,quia deſolata
eſt,& ſuper domũ Iehudah,quoniam abierunt in captiuitatẽ.
Idcirco ego do te filiis orientis in hæreditatem, & inhabitare
facient habitationes ſuas in te,& ponent in te habitacula ſua:
ipſi comedent fruges tuas,& bibent lac tuum.Et dabo Rab-
B bath,in habitaculum camelorum,& filios Hammon in cubi-
le pecorum,& ſcietis quòd ſum dominus.Quia ſic dixit domi
nus deus.Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, &
gauiſa es,cum omni contemptu tuo animo ſuper terram Iſra
el.Idcirco,ecce extendi manum meã ſuper te,& tradam te in
direptionem gentibus.Et ſuccidere faciam te è populis,conte
rere faciam te,& ſcies quòd ſum dominus.Sic dixit dominus
deus:Pro eo quòd dixit Moab, & Sehir:ecce ſicut omnes gen
tes domus Iehudah.Idcirco ecce aperio latus Moab,latus ci-
uitatum eius quæ ſunt in extremo eius, deſiderabiles terras
C Bethhaieſimoth,Bahalmehon,& Chiriathaimah.Filios oriẽ-
tis vocabo vt veniãt cõtra filios Hammon,& dabo eã in hæ-
reditatẽ vt nõ memorentur filij Hammon inter gẽtes.Et in Mo
ab faciam iudicia,& ſcient,quòd ſum dominus. Sic dixit dñs
deus:Pro eo quòd fecit Edom,quando vlta eſt vltionem,cõ-
tra domum Iehudah,& deliquerũt delinquẽdo,& vlti ſunt de
eis.Idcirco ſic dixit dominus deus:Et extendam manum me-
am ſuper Edom,& ſuccidam ex ea homines & iumenta,& po
nam eam in deſolationem:à Teman & Dedan gladio cadent.
Et dabo vltionem meam in Edom per manum populi mei
Iſrael,& facient in Edom iuxta furorem meum, & iuxta iram
meam,& ſcient vindictam meam,dixit dominus deus.

¶ Hic eſt dimidium Libri.

Sic dixit dominus deus:pro eo quòd fecerũt Peliſtim pro-
pter vindictam,& vlti ſunt vltionem cum contemptu in ani-
D mo ad vaſtationem inimicitiis perpetuis. Propterea ſic dixit
dominus deus:Ecce extendo manum meam ſuper Peliſtim,&
ſuccidere faciam Cheretæos,& perdere faciam reſiduam por
tus maris.Faciamq; in eis vltiones magnas cum increpationi
bus iræ.Et ſcient quòd ſum dominus,cum dedero vindictam
meam in eis.

¶ Prædicit uaſtationem Sor,id eſt,Tyri. CAP. XXVI.

A ET fuit vndecimo anno,vna menſis fuit verbum domini
ad me,dicendo:Fili hominis.Pro eo quod dixit Sor ſuper
Ieruſalaim,euge,confracta eſt porta [a] populorum,[b] conuer-
tit ſe ad me,replebo me,deſerta eſt.Propterea ſic dixit dñs de-
us:Ecce venio contra te Sor,& aſcẽdere faciam contra te gen-
tes multas,ſicut aſcendit mare fluctibus ſuis.Et diſſipabũt mu
ros Sor,& deſtruent turres eius,& detraham puluerẽ eius ex
ea,& ponam eam vt eſt ſummitas petræ.Extenſio ſagenarum
erit in medio maris.Quia locutus ſum,dixit dominus deus,&
B erit in direptionem gentibus.Et habitatores villarũ eius quæ
ſunt in agro,gladio occidentur,& ſcient quòd ſum dominus.
Sic enim dixit dominus deus:Ecce adduco aduerſum Sor Ne
buchadreſar regẽ Babel ab aquilone,regẽ regum,cum equis,

a per quã ſ. tot populi ingrediebant.

b reducta eſt ad me,et implebor ego ipſa deſtructa.

& curribus,& equitibus,et cœtu,populoq́; multo,Habitato-
res villarum tuarũ,quæ ſunt in agro,gladio interficiet, & po-
net contra te munitionem ligneam.Et effundet contra te ag-
gerem,& conſurgere faciet contra te ſcutum.Et baliſtas con-
tra eam ponet contra muros tuos,& turres tuas deſtruet mal
leis ſuis.Propter multitudinem equorum eius operiet te pul-
uis eorum.A ſonitu equitum,& rotarum,& curruum moue
buntur muri tui,cum ingreſſus fuerit portas tuas, tanquam
introitus ciuitatis diſſipatæ.Vngulis equorum ſuorum con-
C culcabit om̃es plateas tuas,populũ tuũ gladio occidet, & ſta-
tuæ fortitudinis tuæ in terram deſcendent. Et prædabuntur
opes tuas,& diripient negotiationem tuam,& deſtruent mu
ros tuos,& domos deſiderabiles tuas deſtruent,& lapides tu
os,& ligna tua,& puluerem tuum in medio aquarum ponẽt.
Et ceſſare faciam multitudinem canticorum tuorum,& ſoni-
tus cithararum tuarum non audietur amplius.Et ponam te
vt ſummitas petræ,expanſio ſagenarum erit,nec ædificaberis
vltrà,qa ego dominius locutus ſum,dixit dominus deus. Sic
dixit dominus deus ipſi Sor:Nonne à ſonitu ruinæ tuæ,cum
clamauerit vulneratus,cum occiſus fuerit occiſione in medio
tui,commouebũtur inſulæ?Et deſcendent de ſoliis ſuis omnes
principes maris,& remouebunt pallia ſua,& veſtimenta diſ-
coloria ſua exuent, ſtuporibus induentur,ſuper terram ſede-
bunt,& obſtupeſcent ad momenta, & admirabuntur ſuper
te.Et aſſument ſuper te lamẽtum,& diſcent ſuper te: Quomo
D do periſti habitata à negotiatoribus venientibus à maribus,
vrbs quæ ladabaris?Quæ fuiſti fortis in mari.Ipſa,& habita-
tores eius fortes erant,qui dabant terrorem ſuum omnibus
habitatoribus eius.Nunc pauebunt inſulares in die ruinę tuę,
& terrebuntur inſulares qui ſunt in mari in exitu tuo.Quia ſic
dixit dominus deus:Cum poſuero te vrbem deſolatam, ſicut
ciuitates quæ non habitantur,cum aſcendere fecero ſuper te
voraginẽ,& operuerint te aquę multę.Et deſcẽdere fecero te
cum deſcendentibus in ſepulchrum,ad populum ſeculi,& col
locare fecero te in terra inferriori,ſicut ſolitudines quæ fuerũt
à ſeculo cum deſcendentibus in ſepulchrum,vt nõ habiteris:
& [a] dedero gloriam in terra viuentium. Conſummationem
ponam te,& non eris, & ſi requiſita fueris,non inuenieris vl-
trà in ſeculum,dixit dominus deus.

a dabo tunc gloriã id eſt, te deſtructa patefiet gloria mea.

¶ Proſequitur euerſionem Sor. CAP. XXVII.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo:Et tu fili homi-
nis aſſume ſuper Sor lamentum.Et dic Sor,quæ habitat
in oſtiis maris,negociatrici populorum ad inſulas multas.Sic
dixit dominus deus:Sor,tu dixiſti:Ego perfecti decoris ſum.
In medio marium ſunt termini tui.Aedificatores tui perfece-
runt decorem tuum.Cum abietibus de monte Senir ædifica-
uerunt tibi [b] naues cum omnibus tabulis: cedros de Le-
banon tulerunt,vt facerent [c] malum tibi.E pinis Baſan fece-
runt remos tuos,tabulatum tuum fecerunt eburneum,cõgre
gatio Aſſurim,& de inſulis Chitthim.E byſſo opere phrygi-
onico texta de Aegyto fuit cortina tua, vt eſſet tibi in ve-
lum.Ex hyacintho,& purpura de inſulis Eliſah fuit operimen-
tum tuum.Habitatores Sidon,& Aruad fuerunt remiges ti-
B bi.Sapientes tui Sor,fuerunt in te ipſi nautæ tui. Senes Ghe-
bal,& ſapientes eius inſtaurauerunt in te rimas tuas. Om̃es na
ues maris & remiges earum fuerunt in te ad negociandum ne
gociationem tuam.Paras,& Lud,& Puth,fuerũt in exercitu
tuo viri bellatores tui.Scuta,& galeas ſuſpenderunt in te.Ipſi
dederunt decorem tuum. Filij Aruad cum exercitu tuo
ſuper muros tuos per circuitum, & Pygmei in turribus tuis
fuerunt.Scuta ſua ſuſpenderunt ſuper muros tuos per cir-
cuitum:Ipſi perfecerunt pulchritudinem tuam. Tarſis nego
ciator tuus, multitudinem cũctarum diuitiarum,in argento,
ferro,ſtanno,plumboq́; dederũt in nũdinis tuis.Iauã,Tubal,
& Meſech,ipſi inſtitores tui in animabus hominum,& vaſa ę-
C rea dederũt in negociatiõe tua.De domo Togharmah equos,
& equites,& mulos dederunt in foro tuo.Filij Dedan negoti-
atores tui,inſulæ multæ negociatio manus tuæ.Cornua ebur
nea,& pauones reddiderunt in donum tuum.Aram negoci-
atrix tua propter multitudinẽ operum tuorũ,cum carbuncu
lo purpura,& veſtibus diuerſorum colorũ,& byſſo,& coral
liis.Et vniones dederunt in nundinis tuis.Iehudah,& terra Iſ-
rael,ipſi inſtitores tui,cum frumentis terræ Minnith, & Pan-
nagh,& mel,& oleum,& [a] theriacam dederunt in negociati-
D one tua.Dammeſec negociatrix tua in multitudine operum
tuorum,propter multitudinem vniuerſarum opum in vino
loci Chelbon,& lana alba.Dan autem,& Iauan,Meuzal in nũ
dinis tuis dederunt ferrum purum:Caſia,& calamus aroma-
ticus in negociatione tua fuit.Dedan negociatrix tua in pan-
nis precioſis pro curribus.Harab,& vniuerſi principes Che-
dar,ipſi negociatores manus tuæ cum agnis,& arietibus, &
hircis negociatores tui.Negociatores Harabicæ Seba,& Ra-
hamah,ipſi negociatores tui.Præcipua inter vniuerſa aroma
E ta,& omnem lapidem precioſum,& aurum dederunt in ne-
gociationibus tuis.Charam,& Channeh,& Heden negocia-
tores Sebah Harabicæ,Aſſur Chilmad negociatrix tua. Ipſi
negociatores tui in omnibus generibus,in palliis hyacinthi-
nis,& polymitis,& in capſis precioſarum veſtiũ funibus iun-
ctarum,& torquibus in negociatione tua.Naues Tarſis præ
cunctis ad te in negociatione tua, & repleta es, & glorificata
es valde in medio marium.In aquas multas adduxerũt te [b] re
miges tui.Ventus orientalis contriuit te in medio marium.
Diuitiæ tuæ, nundinæ tuæ, negociatio tua,nautici tui,guber
F natores tui,inſtauratores fiſſurarũ tuarũ,& negociatores ne-
gociorum tuorum,& omnes viri bellatores tui,qui erant in
te,& cum omni cœtu tuo,qui eſt in medio tui,cadent in me-
dio marium,in die ruinæ tuæ.Ad ſonitum clamoris nautarũ
tuorum contremiſcent ſuburbana.Et deſcendent de nauibus
ſuis oẽs tenentes remũ,nautici,om̃es gubernatores maris ſu-
per terram ſtabunt.Et audire facient ſuper te vocem ſuam,&
clamabunt amarè:& aſcendere facient puluerem ſuper capita
ſua,in cinere inuoluent ſe.Et decaluabunt ſuper te caluicium,
& accingent ſe ſaccis:& plangent ſuper te,in amaritudine ani
G mæ,ploratu amaro.Et aſſument ſuper te in lamentationibus
ſuis,lamentum,& plangent ſuper te:Quæ fuit ſicut Sor,ſic ſuc
ciſa in medio maris? Quando egrediebantur regociationes
tuæ de maribus ſaturabas populos multos,multitudine diui
tiarum tuarum & regociationum tuarum ditaſti reges terræ.
Tempore quo eris contrita à maribus,in profundis aquarũ
erit negociatio tua,& omnis cœtus eius in medio tui cadent.
Vniuerſi habitatores inſularum,obſtupuerunt ſuper te,& re
ges earum formidauerunt formidine, indignati ſunt vultu.
Negociatores in populis ſibilauerunt ſuper te. Terror fuiſti,
& non erit vſque in ſeculum.

b tabulata duplicia.
c arborem pauit.
a balſamum
b præſtantes te.

¶ Minatur principibus Tyri,ac etiã Sidoni, promittit ſe congregaturũ filios Iſrael. CAP. XXVIII.

A ET fuit verbum domini ad me dicẽdo:Fili hominis. Dic
principi Sor:Sic dixit dominus deus:Pro eo quòd ele-
uatum eſt cor tuum,& dixiſti,deus ego ſum,in cathedra dei ſe
di,in medio marium:tu autem es homo,& non deus:& poſu
iſti cor tuum tanquam cor dei.Et ecce ſapientior es tu Danie-
le:Omne abſconditum non eſt abſconditum à te. Sapientia
tua,& intelligentia tua congregaſti tibi opes,& acquiſiſti au-
B rum,& argentum in theſauris tuis.Multitudine ſapientię tuę,
negociatiatione tua,multiplicaſti opes tuas,& eleuatũ eſt cor
tuum proprer opes tuas.Propterea ſic dixit dominus deus:
Pro eo quòd poſuiſti cor tuum ſicut cor dei.Idcirco ecce ad-
duco ſuper te alienos,robuſtos gentium,& euaginabunt gla-
dios ſuos ſuper pulchritudinẽ ſapientiæ tuæ,& polluent ſplẽ
dorem tuum.Ad foueam deſcendere facient te, & morieris
C mortibus occiſorum in medio marium. Nunquid dicendo
dices,deus ego ſum,coram occidente te?Tu autem homo es,
& non deus,in manu interficientis te.Morte incircunciſorum
morieris in manu alienorum.Quia ego locutus ſum,ait domi
nus deus.Et fuit verbum domini ad me dicẽdo:Fili hominis.
Leua planctum ſuper regem Sor,& dic ei:Sic dixit dominus
deus:Tu ſigillas ſummam,plenus ſapientia,& perfectus deco-
re.In Heden horti dei fuiſti.Omnis lapis precioſus operimen
D tum tuum,ſardius,topaſius,& iaſpis,chriſolitus,onix,& beryl
lus,ſaphyrus,carbunculus,& ſmaragdus,& aurum opus tym
panorum tuorum,& thibiarum tuarum in te,in die qua crea
tus fuiſti,præparata fuerunt.Tu Therub vnctus, protegens:
& poſui te in tali dignitate.In mõte ſancto dei fuiſti,in medio
lapidum [a] ignitorum ambulaſti.Perfectus fuiſti in viis tuis,à
die qua creatus es,donec inuenta eſt iniquitas in te. Multitudi
ne negociationis tuæ repleuerunt cor tuum iniquitate,& pec
E caſti,& prophanabo te de monte dei,& perdam te ô Cherub
protector,de medio lapidum ignitorum. Eleuatum eſt cor
tuum propter decorem tuum.Perdiſti ſapientiam tuam pro
pter ſplendorem tuum,in terram proiiciam te,ante reges po
nam te,vt videant te.Præ multitudine iniquitatis tuæ,iniqui
tate negociatiõis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam.Et pro-
ducam ignem de medio tui,qui conſumat te,& ponam te in
cinerem ſuper terram,in oculis omnium videntium te.Om̃es
qui videbunt te in populis,obſtupeſcent ſuper te. Terror fui
ſti,& non eris vſq; in ſeculum.Et fuit verbum domini ad me
dicendo:Fili hominis pone faciem tuam ſuper Sidon,& pro
F pheta ſuper eam.Et dic:Sic dixit dominus de⁹:Ecce venio ad
te Sidon,& glorificabo me in medio tui,& ſcient quòd ſum
dominus,quum fecero in ea iudicia, & ſanctificauero me in
ea.Et mittam in eam peſtilentiam, & ſanguinem in plateis e-
ius,& corruent interfecti in medio eius gladio ſuper eam vn-
diq; & ſcient quòd ſum dominus.Et non erit vltrà domui Iſ-
rael ſpina pungens,& ſpina dolorem inferens ex omnibus cir-
cuitibus eorum,qui ſpernunt eos,& ſcient quòd ſum domi-
G nus deus.Sic dixit dominus deus: Quando congregabo do-
mũ Iſrael de populis,in quos diſperſi ſunt, & ſanctificabo me
in eis in oculis gentium,habitabunt ſuper terram ſuam,quam
dedi ſeruo meo Iahacob:& habitabũt ſuper eam confidẽter,
& ædificabunt domos,& plantabunt vineas,habitabunt cõ-
fidenter,cum fecero iudicia in omnibus qui ſpernunt eos in
circuitibus eius,& ſcient quòd ſum dominus deus eorum.

a rutilantiũ inſtar flãmæ.

¶ Prophetat contra Parhoh,& Ægyptũ. CAP. XXIX.

A ANno decimo,menſe decimo,duodecimo die menſis.
fuit verbum domini ad me dicendo:fili hominis, po-
ne faciem tuam contra Parhoh regem Aegypti,& propheta
ſuper eum,& ſuper Agyptum totam.Loquere,& dic:Sic di-
xit dominus deus:Ecce venio ad te Parhoh rex Aegypti,dra-
co magnus,qui cubat in medio fluminum ſuorum:qui dixit:
meus eſt,fluuius meus, & ego [b] feci me.Et dabo hamum in
maxillis tuis,& agglutinare faciam piſces fluminum tuorum
ſcamis tuis,& aſcendere faciam te de medio fluminum tuorũ,
& omnes piſces fluminum tuorum ſquamis tuis adhærebũt.
Et derelinquam te in deſerto,te & omnes piſces fluminum tu-
orum,in ſuperficie agri cades:non colligeris,nec congregabe-
ris:beſtiis terræ,& volatilibus cœli dedi te pro eſca. Et ſcient
omnes habitatores Aegypti quòd ſum dominus.Pro eo quod
fuerunt baculus harundineus domui Iſrael. Cum apprehen-
derint te manu confringeris,& lacerabis eis omnem humerũ,
B & dum innixi fuerunt tibi,contereris,& ſtare facies eos ſuper
lumbos.Propterea,ſic dixit dominus deus:Ecce adduco ſu-
per te gladium,& ſuccidere faciam de te homines,& iumenta.
Et erit terra Aegypti in deſertũ & ſolitudinem,& ſcient quòd
ſum dominus.Pro eo quòd dixit,fluuius meus eſt,& ego feci
Idcirco ecce venio ad te, & ad flumina tua,daboq́; terram
Aegypti in ſolitudines ſolitudinis deſolationis à turre Seue-
neh vſq; ad terminum Chus.Non tranſibit per eam pes ho-
minis,nec pes iumenti.Non tranſibit per eam,neque habita-
bitur quadraginta annis.Daboq́; terram Aegypti in deſola-
tionem in medio terrarum deſolatarum,& ciuitates eius in
medio ciuitatum deſtructarum erunt in deſolationem qua-
draginta annis,& diſpergere faciam Aegyptios in gentes, &
ventilabo eos in terra.Sic em̃ dixit dominus deus:In fine qua
C draginta annorũ congregabo Aegyptios de populis in quos
diſperſi fuerunt.Et reducam captiuitatem Agyptiorum,& re
ducere faciam eos in terram Pathros,in terram habitationis
eorum,& erunt ibi regnum humile.Præ regnis erit humile,&
non eleuabitur vltrà ſuper gentes,& imminuere faciam illud,
vt non dominetur gentibus.Et non erit vltrà domui Iſrael in
confidentiam commonefactor iniquitatis,cũ reſpexerint poſt
eos,& ſcient quòd ſum dominus deus.Et fuit,vigeſimo & ſe-
primo anno,primo menſe,prima die menſis,fuit verbum do
mini ad me dicendo:Fili hominis,Nebuchadreſar rex Babel
ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Sor.
D Omne caput decaluatum eſt,& omnis humerus depilatus eſt,
& merces non fuit ei,& exercitui eius de Sor propter ſeruitu-
tem quam ſeruiuit aduerſus eã. Propterea ſic dixit dominus
deus:Ecce do Nebuchadreſar regi Babel terram Aegypti, &
accipiet multitudinem eius,& ſpoliabit ſpolia eius,& præda-
bitur prædam eius,& erit merces exercitui eius. Propter op⁹
eius quo ſeruiuit dedi ei terram Aegypti propter malum qđ
fecerunt cõtra me.In die illa germinare faciam cornu domus
Iſrael,& tibi dabo apertionem oris in medio eorum, & ſcient
quòd ſum dominus.

b ego meipſum adornaui.

¶ Planctus ſuper euerſione Ægypti. CAP. XXX.

A ET fuit verbum domini ad me,dicẽdo:Fili hominis pro-
pheta,& dic:Sic dixit dñs deus:Vlulate,væ diei.Quia iu
xta eſt dies,& iuxta eſt dies domini,dies nubis,& tempus gen
tium erit.Et veniet gladius in Aegyptũ,& erit dolor in Chus
cum ceciderint vulnerati in Aegypto,& tollent multitudinẽ
eius,& deſtruentur fundamenta eius.Chus,& puth,& Lud,&
omne vulgus,& Chub & filij terræ fœderis cum eis gladio ca
B dent.Sic dixit dñs:Cadent fulcientes Aegyptũ,& deſcendet ſu
perbia fortitudinis eius à turre Seueneh gladio cadẽt in ea,di
xit dñs deus.Et deſolabũtur in medio terrarũ deſolatarũ,& vr
bes eius in medio terrarum deſertarum erunt.Et ſcient quod ſum
dominus,cum dedero ignẽ in Aegypto,& attriti fuerint oẽs
auxiliatores eius.In die illa egrediẽtur nuncij à facie mea in na-
uibus ad terrendum Chus habitantem confidenter,& erit do
lor in eis in die Aegypti,quia ecce venit temp⁹ eorum.Sic di-
xit dominus deus:Et ceſſare faciam multitudinem Aegypti
per manum Nebuchadreſar regis Babel.Ipſe,& populus eius
cum eo,fortes gentium adducuntur ad diſperdendum terrã,
C & euaginabunt gladios ſuper Aegyptum,& implebunt ter-
ram interfectis.Et dabo flumina in ſiccitatem,& vendam ter-
ram in manu malorum,& diſſipabo terram,& plenitudinem
eius in manu alienorum.Ego dominus locutus ſum.Sic dixit
dominus deus:Et perdere faciam ſimulachra,& ceſſare faciã
D idola de Noph,& dux de terra Aegypti nõ erit vltrà,et dabo
timorẽ in terra Aegypti. Et deſolare faciam Pathros,& dabo
ignẽ in Sohan,& faciam iudicia in No.Et effundam iram me
am ſuper Sin robur Aegypti,& ſuccidã multitudinẽ No. Et
E dabo ignẽ in Aegypto,dolẽdo dolebit Sin,& No erit vt ſcin
datur:& ipſi Noph veniẽt anguſtiæ per diẽ.Iuuenes Auen,&
Pibeſeth gladio cadent,& vxores eorũ in captiuitatẽ ibunt,Et
in Techaphneches prohibuit dies lucẽ ſuã,cũ cõtriuero ibi ve
ctes Aegypti,& ceſſabit in ea ſuperbia fortitudinis ei⁹: ipſam
nubes operiet,& habitatores villarũ eius in captiuitatẽ ibunt.
Et faciam iudicia in Aegypto,& ſcient quod ſum dñs.Et fuit,vn-
F decimo anno,primo mẽſe,ſeptima die mẽſis fuit verbum dñi
ad me dicẽdo:Fili hoĩs,brachiũ Parhoh regis Aegypti cõfre-
gi,& ecce nõ eſt alligatũ,ad ponẽdũ medicamina,ad ponendũ
faſciã,ad alligandũ eũ,ad roborandũ eũ,ad tenendũ gladium.
Propterea,ſic dixit dñs deus:Ecce venio ad Rarhoh regẽ Ae-
gypti,& conteram brachia eius ac fortitudinem, & erit con-
fractum,& cadere faciam gladium de manu eius.Et diſperge
re faciã Aegyptios in gentes,& ventilabo eos in terras.Et con
G fortabo brachia regis Babel,daboq́; gladium meum in ma-

nu eius,& confringam brachia Parhoh,& clamabit clamori-
bus interfectus coram eo. Et confortabo brachia regis Babel,
& Brachia Parhoh concident. Et ſcient quòd ſum dominus,
cum dedero gladium meum in manu regis Babel,& extende-
rit eum ſuper terram Aegypti. Et diſpegere faciã Aegyptios
in gentes,& vẽtillabo eos in terras,& ſcient ꝙ ſum dominus.

¶ Parhoh in manus Nebuchadneſar tradendum.
C A P. XXXI.

A ET fuit, vndecimo anno, tertio menſe, prima die menſis
fuit verbum domini ad me dicendo: Fili hominis dic ad
Parhoh regem Aegypti,& ad multitudinem eius: Cui ſimilis
es in magnitudine tua? Ecce Aſſur fuit excelſus vt cedr⁹ in Li-
bano, pulchra ramis,& ramis denſis inũbrans, et excelſa altitu
dine,& inter condenſa fuit cacumen eius. Aquæ creſcere fece-
runt eam, vorago exaltauit illam, flumina eius vadunt per cir
cuitus plãtationis eius,& riuulos ſuos miſit ad vniuerſa ligna
B agri. Propterea eleuata eſt altitudo eius præ omnibus lignis
agri. Et multiplicati ſunt rami eius, et prolõgati ſunt rami eius,
propter aquas multas cum emiſerit ipſa. In ramis eius nidifica
uerunt omnia volatilia cœli,& ſub ramis eius genuerunt o-
mnes beſtiæ agri,& in vmbra illius habitauerunt omnes gen-
tes multæ. Et pulchruit in magnitudine ſua, in longitudine ra
C morum ſuorum, fuit enim radix eius iuxta aquas multas. Ce-
dri non obſcurauerunt eam in horto dei, abietes non fuerunt
ſimiles ramis eius,& caſtaneæ non fuerunt ſicut rami eius. O-
mnis arbor in horto dei nõ fuit ſimilis ei in pulchritudine ſua.
Pulchrum feci eum in multitudine ramorum eius. Et æmula
tæ ſunt eum omnes arbores Heden, quæ erant in horto dei.
Propterea ſic dixit dominus deus: Pro eo quòd ſublimatus
eſt in altitudine,& dedit ſummitatem ſuam inter condenſa, &
D eleuatum eſt cor eius in celſitudine ſua. Tradidi eum in manũ
fortis gentium. Faciendo [a] faciet ei iuxtà impietatem eius, eie-
ci eum. Et ſucciderũt eum alieni, fortes gentium,& dimiſerunt
eum ſuper montes,& in cunctis vallibus corruerunt rami e-
ius,& confracti ſunt rami eius in vniuerſis torrentibus terræ.
Et deſcenderunt ab vmbra eius oẽs populi terræ,& relique-
runt eum. Super ruinam eius habitabant omnia volatilia cœ-
li,& ſuper ramos eius erant omnes beſtiæ agri. Quamobrem
E non eleuabuntur in multitudine ſua omnia ligna aquarũ, nec
dabunt ſublimitatem ſuam inter condenſa, neq; ſtabunt vlmi
eorum in ſublimitate ſua, omnes potatores aquarum: quia o-
mnes traditi ſunt morti, terræ inferiori in medio filiorũ homi
num cũ deſcendentibus in ſepulchrum. Sic dixit dominus de-
us: In die qua deſcendit ad infernũ lugere feci [b] abyſſum. Ope-
rire feci ſuper eum voraginẽ ſacco,& prohibui flumina eius,
& prohibitæ ſunt aquæ multæ,& tenebreſcere feci ſuper eum
F Lebanon,& omnia ligna agri feſſa ſunt. A ſonitu ruinæ eius
commouere feci gentes, dum deſcẽdere feci eum ad infernum
cum deſcendentibus in ſepulchrum,& conſolata ſunt in terra
infima omnia ligna Heden electa, & bonum Libani, omnes
bibentes aquas. Etiam ipſi cum eo deſcenderũt ad infernum,
ad interfectos gladio, [c] & brachium eius,& qui ſederunt in
vmbra eius in medio gentium. Cui [d] aſſimilatus es ſic in glo-
ria,& magnitudine inter ligna Heden,& deſcendere factus es
G cum lignis Heden ad terram infimam, in medio incircunciſo-
rum dormies cum interfectis gladio. Hic eſt Parhoh,& oĩs
multitudo eius, dixit dominus deus.

a faciebat Babylonius, ei. ſ. Aſſyrio.

b eo quod prohiberetur rigare cedros Niniuitarũ.

c qui ſub umbra brachij eius ſed erant in medio gẽtium.

d id eſt, in tu Pharao deiicieris, ſicut deiectus eſt Aſſyrius, cui tu aſſimilatus es.

¶ Planctus ſuper Parhoh occiſione, eiuſq; ad inferos deſcenſione.
C A P. XXXII.

A ET fuit, duodecimo anno [c], duodecimo mẽſe, prima die
menſis fuit verbum domini ad me dicendo: Fili homi-
nis leua lamentum ſuper Parhoh regem Aegypti,& dic ad e-
um: Catulo leonis gentium aſſimilatus es,& tu ſicut cœtus in
maribus,& educebas flumina tua,& turbabas aquas pedib⁹
tuis,& conculcabas flumina eorum. Sic dixit dominus deus:
Expandam ſuper te rete meum in cœtu populorum multo-
rum,& aſcendere faciam te ſagena mea. Et dimittam te in ter-
ra, in ſuperficie agri proiicere faciam te. Et habitare faciam ſu
per te omnia volatilia cœli,& ſaturare faciam de te beſtias vni
uerſæ terræ. Et dabo carnem tuam ſuper montes,& implebo
valles celſitudine tua. Et irrigare faciam terram inundantem
tuam ſanguine tuo vſq; ad montes,& torrentes implebuntur
B te. Et operiam, cum extinxero te, cœlos, & nigreſcere faciam
ſtellas eorum: Solẽ nube tegam,& luna non luceſcere faciet lu-
mẽ ſuum. Omnia luminaria lucis in cœlo tenebreſcere faciam
ſuper te,& dabo tenebras ſuper terram tuam, dixit dominus
deus. Et iraſci faciam cor populorum multorum, quum indu
xero contritionem tuam in gentibus ſuper terras quas nõ no
ſti. Et ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos,& reges eo-
rum fomidabunt ſuper te formidine, quum coruſcare fecero
gladium meum ſuper facies eorum,& exterrebuntur ad mo-
menta vnuſquiſq; in animo ſuo, in die ruinæ tuæ. Quia ſic di-
xit dominus deus: Gladius regis Babel veniet tibi. Gladiis for
tium cadere faciam multitudinem tuam, fortes gentium oẽs
ipſi,& vaſtabunt ſuperbiam Aegypti,& diſperdetur cum o-
C mni multitudine ſua. Et perdere faciam omnia iumenta eius,
vt non ſint iuxta aquas multas,& non calcabit eas pes homi-
nis vtrà,& vngulæ iumentorũ non calcabunt eas. Tunc mer-
gere faciam aquas eorum,& flumina eorum velut oleum ire
faciam, dixit dominus deus: quum dedero terram Aegypti in
deſolationem,& deſolabitur terra â plenitudine ſua, quando
percutere faciam omnes habitantes in ea,& ſciens quòd ſum
dominus. Lamentum eſt,& lamentamini ſuper eam: filiæ gen
tium lamentabuntur ſuper eam. Super Aegyptum, & ſuper
omnem multitudinem eius lamentabuntur, dixit dominus
deus. Et fuit, duodecimo anno, die quintadecima menſis fuit
verbum domini ad me dicendo: Fili hominis, lamentare mul
titudinem Aegypti,& deſcendere fac ipſam,& villas gentium
robuſtarum ad terram inferorum, cum deſcendentibus in ſe-
D pulchrum. Quo tu pulchrior es? Deſcende,& dormi cum in-
circunciſis. In medio interfectorum gladio cadent. Gladio da
ta eſt, trahite eam,& omnes populos eius ad inferiora. Loquẽ
tur ei fortes potentium de medio inferni, cum auxiliatoribus
ſuis, qui deſcenderunt dormierunt cum incircunciſis interfe-
ctis gladio. Ibi Aſſur,& omnis cœtus eius,& in circuitibus e-
ius ſunt ſepulchra eius: omnes ipſi interfecti ceciderunt gladio.
Cuius poſita ſunt ſepulchra in laterib⁹ ſepulchri,& fuit cœtus
eius per circuitus ſepulchri eius: omnes ipſi interfecti cecide-
runt gladio, qui dederunt formidinem in terra viuentium.
Ibi Helam,& omnis multitudo eius per circuitus ſepulchri e-
ius: omnes hi interfecti ceciderunt gladio, qui deſcenderunt
cum incircunciſis ad terram inferiorum: qui dederũt terrorẽ
ſuum in terra viuentium,& portauerunt ignominiam ſuam
cum deſcendentibus in ſepulchrum. In medio interfectorum
E poſuerunt cubile ei, vniuerſoq; populo eius per circuitus e-
ius ſepulchra eius: omnes ij incircunciſi, interfecti gladio, quia
datus eſt terror eorum in terra viuentium,& portauerunt i-
gnominiam ſuam cum deſcendentibus in ſepulchrum, in me-
dio interfectorum poſitus eſt. Ibi Meſech, Tubal, et omnis mul
titudo eius, in circuitibus eius ſepulchra illius: omnes hi incir-
cunciſi, interfecti gladio, quia dederunt formidinem ſuam in
terra viuentium. Et non dormient [a] cum fortibus qui cecide-
runt de incircunciſis, qui deſcenderunt ad infernum cũ armis
F bellicis ſuis,& poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis: & fu
erunt pœnæ in oſſibus eorũ, quia fuerunt terror fortiũ in ter-
ra uiuentiũ. Et tu in medio incircunciſorũ contereris, & dor-
mies cũ iuterfectis gladio. Ibi Edom,& reges eius,& omnes
duces eius, qui poſiti ſunt cũ fortitudine ſua cũ interfectis gla-
dio. Ipſi cũ incircũſis dormiẽt,& cũ deſcẽdẽtib⁹ in ſepulchrũ.
Ibi principes aquilonis oẽs ipſi,& vniuer ſi Sidonij, q deſcẽde
runt cũ interfectis in terrore ſuo, à fortitudine ſua pudore affe
cti,& dormierũt incircũciſi cũ interfectis gradio,& portaue-
uerunt pudorẽ ſuum cũ deſcẽdentibus in ſepulchrũ. Eos vide
bit Parhoh, et cõſolabitur ſuper vniuerſa multitudine ſua in-
terfecta

c ſcilicet regni Sedeciæ, & deſtructa iã urbe Ieruſalem.

a id eſt, nec in inferno eã laudẽ habebunt, ut tanq̃ ſtrenui milites deceſſerint: et erit eorũ iniquitas ſuper oſſa ipſa, in ſepulchri latus deiecta.



terfecta gladio, Parhòh, & omnis exercitus eius, dixit domin⁹
deus. Quia dedi terrorem meum in terra viuentium, & dor-
mire factus eſt in medio incircunciſorum cum interfectis gla-
dio, Parhoh,& omnis multitudo eius, dixit dominus deus.

¶ Euangelici prædicatoris officium reprehendere uitioſos. Verbum dei non tantum ore uerſandum, ſed factis exprimendum
C A P. XXXIII.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo: Fili hominis, lo-
quere ad filios populi tui,& dic ad eos: Quum induxero
ſuper terram gladium,& tulerint populus terræ virum vnũ
de nouiſſimis ſuis,& poſuerint eum ſibi in ſpeculatorem: Et
viderit gladium venientem ſuper terram,& clanxerit bucci-
na,& præmonuerit populum: Et audierit audiens ſonitum
buccinæ & non obſeruauerit, veneritq; gladius,& tulerit eũ,
ſanguis eius in caput eius erit. Sonitũ buccinæ audiuit, et nõ
B ſe obſeruauit. Sanguis eius in ipſum erit: ipſe autem qui obſer
uauerit ſe, animam ſuam eruit. Speculator vero ſi viderit gla-
dium venientem,& non clanxerit buccina,& populus ſe non
cuſtodierit,& venerit gladius,& tulerit de eis animam, ipſe
propter iniquitatem ſuam captus eſt: ſanguinem autem eius
de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis ſpeculato-
rem dedi te domui Iſrael,& audies de ore meo verbum,&
præmonebis eos ex me. Cum dixero impio, impie moriendo
morieris: & nõ fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua
ipſe impius propter iniquitatem ſuam morietur, ſanguinem
autem eius de manu tua requiram. Et tu ſi præmonueris im-
pium de via ſua, vt auertatur ab ea,& nõ fuerit auerſus à via
ſua, ipſe propter [a] iniquitatem ſuam morietur,& tu animam
C tuam liberaſti. Tu autem fili hominis, dic ad domũ Iſrael: Sic
dixiſtis dicẽdo: quia ſcelera noſtra,& peccata noſtra ſũt ſuper
nos,& propter ipſa tabeſcimus,& quomodo viuemus? Dic
ad eos: Viuo ego, dixit dominus de⁹, ſi volo mortem impij,
ſed quum auerſus fuerit impius à via ſua, viuet: Cõuertemini,
cõuertimini à viis veſtris malis,& vt quid moriemini dom⁹
Iſrael? Et tu fili hominis, dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti nõ
eruet eum in die qua præuaricat⁹ fuerit, [b] & propter impieta
tem impius non impinget, in die qua cõuerſus fuerit ab impie
tate ſua: & iuſtus non poterit viuere propter eam, in die qua
D peccauerit. Cum dixero iuſto, viuendo viuet,& fiſus iuſtitiæ
ſuæ, fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius non memorabun
tur, ſed propter iniquitatem ſuam quam fecit, morietur. Et cũ
dixero impio, moriendo morieris,& auerſus fuerit à peccato
ſuo,& fecerit iudicium,& iuſtitiam: Pignus reſtituerit impius,
quod rapuit reddiderit, in mandetis vitæ ambulauerit, vt nõ
faciat iniquitatem: viuendo viuet,& non morietur. Omnia
peccata eius quæ peccauit non memorabũtur ei: Iudicium &
iuſtitiã fecit, viuendo viuet. Et dixerũt filij populi tui: Non eſt
E æqua via dñi: cũ tamen via ipſorũ non ſit æqua. Cum auerſus
fuerit iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatem, morietur pro
pter eam. Et cum auerſus fuerit impius ab impietate ſua,& fe-
cerit iudiciũ,& iuſtitiam, propter ipſa viuet. Et dixiſtis, non eſt
æqua via domini. Vnumquẽq; iuxta viã ſuam iudicabo vos
domus Iſrael. Et fuit, duodecimo anno, mẽſe decimo, die quin
ta menſis tranſmigrationis noſtræ, venit ad me euaſor de Ieru
ſalaim, dicendo: Percuſſa eſt ciuitas. Et manus domini fuit ad
me veſperi, antequã veniret euaſor, aperuitq; os meũ, donec
veniret ad me mane,& aperuit os meum,& nõ ſilui amplius.
Et fuit verbũ domini ad me dicẽdo: Fili hominis: [c] habitato-
res ſolitudinum iſti ſuper humũ Iſrael dicunt dicendo: Vnus
erat Abrahã,& poſſedit terrã,& nos multi. Nobis data eſt ter
ra in poſſeſſionẽ. Idcirco dic ad eos: Sic dixit dñs deus: Cũ ſan
F guine comeditis,& oculos veſtros leuatis ad idola veſtra, &
ſanguinẽ funditis,& terram poſſidebitis? [d] Steriſtis in gladio
veſtro, feciſtis abominationem,& vnuſquiſq; vxorem proxi-
mi ſui polluiſtis,& terram poſſidebitis? Sic dices ad eos: Sic di
xit dominus deus: Viuo ego, niſi qui in ſolitudinibus ſunt, gla-
dio ciderint,& eum qui in ſuperficie agri, beſtiæ tradidi ad
deuorandum,& qui in præſidiis,& in ſpeluncis ſunt, peſte mo
rientur. Et dabo terram in ſolitudinem,& deſertum,& ceſſa-
bit ſuperbia fortitudinis eius,& deſolabuntur montes Iſrael,
vt non ſit qui tranſeat. Et ſcient quòd ſum dominus, cum de-
dero terram in ſolitudinem, & deſertum propter vniuerſas
abominationes ſuas, quas fecerunt. Et tu fili hominis, filij po-
puli tui, qui obloquuntur de te iuxta parietes,& in oſtiis do-
G morum,& loquitur alter cum altero, vnuſquiſque cum fra-
tre ſuo dicendo: Venite nunc,& audite quod verbum egre-
dietur à domino. Et venient ad te ſecundũ ingreſſum popu-
li,& ſedebunt coram te quaſi populus meus,& audient ver-
ba tua,& ea non facient, quia ſubſannationes ore ſuo faciunt,
poſt auaritiam ſuam cor eorum ambulat. Et ecce tu es eis ve-
luti canticum ſubſannatorum pulchræ vocis,& bene ſcientis
canere. Et audient verba tua, ſed non facient ea. Et cum vene-
rit illud: ecce venient,& ſcient ꝙ propheta fuit in medio eorũ.

a Non igitur propter ſeruũ arbitriũ: cui præmonitio nil poſſet effi cere.

b et impietas impij nõ corruet cum eo in die.

c qui habitant i qualida illa loca in terra Iſrael loquuntur dicendo.

d Innitimini gladiis ueſtris.

¶ Inuehitur in malos Babylonis paſtores, promittit nouum paſtorem Chriſtum. C A P. XXXIIII.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo: Fili hominis, pro
pheta ſuper paſtores Iſrael, propheta,& dic ad eos: ſic di
xit dominus deus: Væ paſtoribus Iſrael, qui pauerunt ſemeti-
pſos: Nõnne gregem paſcunt paſtores? Lac comediſtis, lanam
induiſtis,& craſſum iugulaſtis: pecudes autẽ non pauiſtis, lan-
guentes non roboraſtis,& infirmam non ſanaſtis,& confra-
ctam non alligaſtis,& abiectam non reduxiſtis,& perditã non
quæſiſtis: & durè dominati eſtis eis, & tyrannicè. Et diſper-
ſę ſunt abſq; paſtore,& fuerunt in deuorationẽ omni beſtiæ a-
B gri,& diſperſæ ſunt. Errauerunt pecudes meæ in cunctis mõ-
tibus,& ſuper omnem collem excelſum,& ſuper omnẽ ſuper-
ficiem terræ diſperſæ ſunt pecudes meæ,& non fuit qui quæ-
reret neq; requireret. Propterea paſtores audite verbum dñi.
Viuo ego, dixit dominus deus, ſi non pro eo quòd fuerũt pe-
cudes meæ in direptionẽ,& fuerunt pecudes meæ in deuora-
tionẽ omni beſtiæ agri abſq; paſtore,& nõ quæſierunt paſto-
res mei pecudes meas: ſed pauerunt paſtores ſemetipſos,& pe
cudes meas non pauerunt: Propterea paſtores audite verbũ
domini. Sic dixit dominus deus: Ecce venio ad paſtores, req-
C ram pecudes meas de manu eorũ,& ceſſare faciã eos, ne pa-
ſcant pecudes,& non paſcent amplius paſtores ſemetipſos: &
eruam pecudes meas de ore eorũ,& nõ erunt eis in eſcã. Quia
ſic dixit dñs deus: Ecce ego requirã pecudes meas,& querã e-
as. Quemadmodũ inquirit paſtor gregẽ ſuum in die qua eſt
in medio ouiũ ſuarum diſperſarũ, ſic requirã pecudes meas, et
eruam eas de omnibus locis in quæ diſperſæ fuerant in die nu
bis,& caliginis. Et educã eas è populis,& congregabo eas è ter
ris,& inducam eas in terrã ſuam,& paſcã eas in montibus Iſra
el, in riuis,& in cunctis habitationibus terrę. In paſcuis bonis
D paſcam eas,& in mõtibus excelſis Iſrael erit paſcua earum. Ibi
accubabunt in paſcuis bonis,& paſcua pinguia paſcent ſuper
montes Iſrael. Ego paſcam pecudes meas,& ego accubare eas
faciam, dixit dominus deus. Perditam requiram,& abiectam
reducam,& confractam alligabo, & languidam roborabo:
& pinguem,& fortem quæ alias opprimit [a] diſperdam,& pa
ſcam illas in iudicio. Vos autem pecudes meæ ſic dixit domi-
nus deus: Ecce iudico inter pecus,& pecus, arietes,& hircos.
Nunquid parum vobis eſt quòd paſcua bona paueritis,& re
ſiduum paſcuarum veſtrarũ cõculcaueritis pedibus veſtris,
E & [b] profundas aquas biberitis,& reſiduas pedibus veſtris cõ-
culcaueritis? Et oues meę, quę fuerunt in conculcationem pe-
dum veſtrorum pauerunt,& quæ fuerunt in cõculcationem
pedũ veſtrorũ biberũt. Propterea ſic dixit dñs deus ad eos: Ec
ce ego, iudicabo inter pecus pingue,& pecus macilentũ. Pro
eo ꝙ latere et humero vos impuliſtis, et cornib⁹ veſtris cornu
petiſtis oẽs infirmas, donec diſpergeretis eas foras? Et ego ſer-
uabo pecudes meas,& non erunt vltrà in rapinã,& iudicabo
inter pecus,& pecus. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum,

a Sicut in Babylone perierunt tyrãni,& miſeri quiq; ſeruati ſunt, ita & per Chriſtũ.

b puriora.

& paſcet eas ſeruus meus Dauid. Ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis
in paſtorem. Ego autē dominus, ero eis in deū, & ſeruus meus
Dauid, princeps in medio eorum. Ego dominus locutꝰ ſum.
F Et feriam cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias ma
las de terra, & habitabunt in deſerto confidenter, & dormiēt
in [a] ſyluis. Et ponam eas, & quæ ſunt in circuitu collis mei be-
nedictionem, & deſcendere faciam pluuiam in tempore ſuo.
Pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit arbor agri fructum ſuū,
& terra dabit fructum ſuum, & erunt ſuper terram ſuam con
fidenter, & ſcient ꝙ ſum dominus, quum contriuero vincula
eorum, & eruero eos de manu facientium mala in eis. Et non
erunt vltrā in prædam gentibus, & beſtiæ terræ, nō comedēt
eas, & habitabūt confidenter, & non erit qui exterreat. Et ſu-
ſcitabo eis plantationem in nomē, & non erunt vltrà conſum
pti fame in terra, nec portabunt vltrà ignominiā gentium. Et
ſcient gentes ꝙ ſum dominus deus eorum cum eis, & ipſi po
pulus meus domus Iſrael, dixit dominus deus. Vos autem pe
cudes meæ, pecudes paſcuæ meæ homines eſtis. Ego dominꝰ
deus veſter, dixit dominus deus.

a Quanq; hæc redeūtibus a Babylone in umbra contigerint, ueritas tamen eſt in ſolo Chriſto.

¶ Sermo domini contra montem Sehir, hoc eſt, contra Idumæos.

CAP. XXXV.

A ET fuit verbum domini ad me, dicendo: Fili hominis po
ne faciem tuam aduerſus montem Sehir, & propheta ſu
per eum, & dic ei, ſic dixit dn̄s deus: Ecce venio ad te mons Se
hir, & extendam manum meam ſuper te, & ponā te in deſola-
tionē, & ſolitudinem. Vrbes tuas in deſolationem ponam, &
tu in deſolationē eris, & ſcies ꝙ ſum dn̄s. Pro eo ꝙ fuerunt ti-
bi inimicitiæ perpetuæ, & [b] effuderis ſanguinem filiorū Iſrael
acie gladij in tempore contritionis eorū, in tēpore quo pro-
pter iniquitatē eorū venit finis. Propterea viuo ego, dixit dn̄s
B deus, quia ſanguini ꝑparabo te, & ſanguis ꝑſequetur te: ſi nō,
quū ſanguinem odio habueris, ſanguis perſequetur te. Et da-
bo montem Sehir in deſolationē & ſolitudinem, & ſuccidam
de eo tranſeuntē & redeuntem. Et implebo montes eius occi-
ſis eius, in collibus tuis, & vallibus tuis, & omnibus torrenti-
bus tuis interfecti gladio cadent. In ſolitudines perpetuas tra-
C dam te, & ciuitates tuæ non habitabūtur, & ſcietis ꝙ ſum do-
minus. Pro eo ꝙ dixiſti, duæ gentes & duæ terræ meæ erunt,
& poſſidebimus eas: & dominꝰ ibi erat. Propterea viuo ego,
dixit dominus deus. Et faciam ſecundum iram tuā, ſecundum
zelum tuum quem feciſti, propter odia tua in eos, & cognitꝰ
ero in eis, quum iudicauero te. Et ſcies ꝙ ſum dn̄s. Audiui ꝓ-
bra tua, quę dixiſti cōtra montes Iſrael, dicendo: Deſolati ſunt,
nobis dati ſunt ad deuorandū. Et magnificaſtis aduerſum me
D os veſtrum, & multiplicaſtis aduerſum me verba veſtra: ego
audiui. Sic dixit dominus deus: Sic lætabitur om̄is terra in de-
ſolatione quam faciam tibi. Sicut lætata es ſuper hæreditatem
domus Iſrael, propterea ꝙ deſolata eſt, ſic faciam tibi. Deſola-
tus erit mōs Sehir, & omnis Edom tota, & ſcient ꝙ ſum dn̄s.

b mete feceris filios Iſrael ſuper gladiū. cōcluſa ſcilicet ibi captiuitate, ut ait Amos.

¶ Promittit Iſraeli a gentibus liberationem, & baptiſmum.

CAP. XXXVI.

A ET tu fili hominis propheta ſuper mōtes Iſrael, & dic, mō
tes Iſrael audite verbum domini, ſic dixit dominus deꝰ:
Pro eo ꝙ dixit inimicus ſuper vos, euge, & excelſa perpetua
in hæreditatē fuerunt nobis. Propterea vaticinare, & dic, ſic
dixit dominus deus: Pro eo ꝙ deſolauerunt, & abſorbuerunt
vos vndique, vt eſſetis hæreditas reſiduis gentibus, & aſcendi
ſtis ſuper labrum linguæ, & oblocutionem populi. Propter-
ea montes Iſrael, audite verbum domini dei, ſic dixit dominꝰ
deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibus, & deſertis
deſolatis, & vrbibus derelictis quæ fuerunt in direptionem,
& ſubſannationem reſiduis gentibus quæ erant vndiq;. Pro-
pterea ſic dixit dominus deus: Niſi in igne zeli mei locutus
ſum ſuper reſiduas gentium, & ſuper Edom totam, quæ po-
B ſuerunt terram meam ſibi in hæreditatem cum lætitia omnis
cordis, cum contemptu animi, vt eiicerent eam in direptio-
nem. Idcirco vaticinare ſuper humum Iſrael, & dic montibꝰ,
& collibus, torrentibus, & vallibus, ſic dixit dominus deꝰ: Ec
ce in zelo meo, & furore meo locutus ſum, eo ꝙ ignominiam
gentium portaueritis. Idcirco ſic dixit dominus deus: Ego le-
uaui manum meam: niſi gentes quę vobis vndique ſunt, igno
miniam ſuam portauerint. Vos autem montes Iſrael, ramos
veſtros dabitis, & fructum veſtrum afferetis populo meo Iſ-
rael, quoniam appropinquauerūt vt veniant. Quia ecce ve-
C nio ad vos, & conuertar ad vos, & colemini, & ſeremini. Et
multiplicare faciam ſuper vos homines, omnem domum Iſ-
rael totam: & habitabuntur ciuitates, & deſerta ædificabūtur.
Et multiplicare faciam ſuper vos homines, & iumenta, & mul
tiplicabuntur, & creſcent: et habitare faciam vos ſecūdum an
tiquitates veſtras, & meliora faciam q̄ priora veſtra, & ſcietis
ꝙ ſum dominus. Et venire faciam ſuper vos homines, popu-
lum ſcilicet meum Iſrael, & poſſidebunt te, et eris eis in hære-
ditatem, et non addes vltra orbare eos. Sic dixit dominꝰ deꝰ:
Pro eo ꝙ dicunt vobis, terra deuoratrix hominum es, et or-
batrix gentium tuarum fuiſti. Propterea homines non deuo-
rabis amplius, & gētes tuas non orbabis vltrà, dixit dn̄s deꝰ.
Et non audire faciam in te amplius ignominiam gentium, &
probrū populorū nō portabis vltrà, & gentes tuas non cade
D re facies ampliꝰ, dixit dominus deus. Et fuit verbum domini
ad me, dicendo: Fili hominis domus Iſrael habitauerūt ſuper
humum ſuam, & polluerunt eam moribus ſuis, & operibus
ſuis, ſicut immunditia menſtruatæ fuerunt mores eorū corā
me. Et effudi iram meam ſuper eos propter ſanguinem quem
effuderunt ſuper terrā, & quia idolis ſuis polluerunt eam. Et
diſꝑſi eos in gentes, et vētilati ſunt in terras: iuxta mores eorū,
& iuxta oꝑa eorū iudicaui eos. Et ingreſſi ad gentes ad quas
venerunt, polluerūt nomē ſanctū meū, dū diceretur eis: popu-
lus dn̄i ſunt hi, & de terra eius egreſſi ſunt. [a] Et peperci nomi
ni ſancto meo, quod polluerunt domus Iſrael, in gentibus, ad
quas egreſſi ſunt. Idcirco dic domui Iſrael, ſic dixit dominus:
Non propter vos facio domus Iſrael. ſed propter nomē ſan-
E ctum meum, quod polluiſtis in gentibus ad quas veniſtis. Et
ſanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum eſt in
gentibus, quod polluiſtis in medio earum, & ſcient omnes
gentes ꝙ ſum dominus, ait dominus deus, quum ſanctificatꝰ
fuero in vobis in oculis eorum. Tollamq; vos de gentibꝰ, &
congregabo vos de vniuerſis terris, & venire faciam vos in
terram veſtram. Et ſpargam ſuper vos aquam mundā, & mū
dabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis
idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū, et ſpi-
ritum nouum dabo in medio veſtri, & amouebo cor lapideū
F è carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. Et ſpiritum meū
dabo in medio veſtri, & faciam ꝙ in præceptis meis ambule-
tis, & iudicia mea cuſtodiatis, & faciatis. Et habitabitis in ter-
ra quam dedi patribus veſtris, & eritis mihi in populū, et ego
ero vobis in deum. Et ſeruabo vos de vniuerſis inquinamen
tis veſtris, & vocabo frumentum, et multiplicare faciam illud
& nō dabo vobis famem. Et multiplicare faciam fructum ar-
borum, & fructum agrorū, vt nō capiatis vltra probrum fa-
mis in gentibus. Et recordabimini viarū veſtrarū malarū, ope
rumq; veſtrorū, quæ non ſunt bona, & quod ſucciſiōe digni
eſſetis, iudicabitis in conſpectu veſtro, propter iniquitates ve
G ſtras, & propter abominationes veſtras. Non propter vos
facio, dixit dn̄s deus, notū ſit vobis: pudeat vos, & erubeſcite
de iniq̄tatibꝰ veſtris domꝰ Iſrael, ſic dixit dn̄s deus: In die qua
mūdabo vos ab oībus iniq̄tatibus veſtris, & habitare faciam
vrbes, & ædificatæ erunt deſolatæ. Et terra deſolata exit excul
ta, ꝑ eo ꝙ fuit in deſolationē in oculis omnis trāſeūtis, dicēt:
Terra illa deſolata facta eſt ſicut hortꝰ [b] Heden: & ciuitates de-
ſertæ, & deſolatæ, & dirutæ, munitæ habitantur. Et ſciēt gētes
quæ derelictæ ſunt in circuitibus veſtris, ꝙ ego dn̄s ædificaui
diruta, plantaui deſolata, ego dominus locutꝰ ſum, & feci. Sic
dixit dominus deus: Adhuc in hoc ero requiſitus domui Iſ-
rael, vt faciam eis, vt multiplicem eos ſicut pecudes hominū.

a male apud gentes audit chriſti nomē, eo qđ Chriſtianiſsimus, quaſi res uilis opprimit.

Supra. 11. d.

Roma. 6. a.

b Effuſæ. ſ. aquæ baptiſmi nos in paradiſum reſtituunt.

Vt pecudes ſanctæ, vt pecudes Ieruſalaim in ſolennitatibus e-
ius, ſic erunt ciuitates deſertæ plenæ pecudibus hominum, &
ſcient ꝙ ſum dominus.

¶ Oſtendit reſurrectionē generalem, prædicit Iehudæos extremis diebus Chriſto credituros.

CAP. XXXVII.

A FVit ſuper me prophetia domini; & eduxit me in ſpiritu
dn̄s, & requieſcere fecit me in medio [a] cāpi, & erat plenꝰ
oſſibus. Et tranſire fecit me iuxta ea circum circa. Et ecce erant
multa valde in ſuperficie agri, & ecce ſicca erant valde. Et di-
xit ad me: Fili hominis, nunquid viuent oſſa hæc? Et dixi: Do-
mine deus tu noſti. Et dixit ad me: Vaticinare ſuper oſſibꝰ o-
ſtis, & dic eis: Oſſa ſicca audite verbum dn̄i, ſic dixit dominus
deus oſſibus his: Ecce ego introire facio in vos ſpiritum, et vi
uetis. Et dabo ſuper vos neruos, & aſcendere faciam ſuꝑ vos
carnem, & operiam vos pelle, & ponam in vobis ſpiritum, et
viuetis, & ſcietis ꝙ ſum dn̄s. Et prophetaui ſicut præceptum
eſt mihi: & fuit ſonitus me prophetāte, & ecce cōmotio, et ac-
ceſſerunt oſſa, os ad os ſuum. Et vidi, & ecce ſuper ea erāt ner
ui, & caro aſcenderat, & operta erat pelle deſuper, & ſpiritus
B non erat in eis. Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpiritum, vatici-
nare fili hominis, & dic ad ſpiritum, ſic dixit dn̄s deus: A qua-
tuor ventis veni ſpiritus, & ſuffla in interfectos iſtos, & viuēt.
Et prophetaui ſicut præceperat mihi, & ingreſſus eſt in ea ſpi
ritus, & vixerūt, ſteterūtq; ſuper pedes ſuos exercitus grandis
valde, valde. Et dixit ad me: Fili hominis, oſſa hęc vniuerſa do
mus Iſrael ſunt. Ecce dicūt, [b] aruerūt oſſa noſtra, & periit ſpes
noſtra, ſucciſi ſumus. Propterea vaticinare, & dic ad eos, ſic di
C xit dominus deus: Ecce aperio tumulos veſtros, & aſcendere
faciam vos è tumulis veſtris, populꝰ mi, & venire faciam vos
in terrā Iſrael. Et ſcietis quod ſum dn̄s, cū aperuero ſepulchra
veſtra, & aſcendere fecero vos è tumulis veſtris populus mi.
Et dabo ſpiritum meum in vobis, & viuetis, & requieſcere fa
ciam vos ſuper humum veſtram. Et ſcietis ꝙ ego dominus
D locutus ſum, & feci, dixit dn̄s. Et fuit verbū dn̄i ad me, dicēdo:
Et tu fili hominis ſume tibi lignū vnū, & ſcribe in eo: Iehudæ,
& filiis Iſrael ſociis eius. Et tolle lignū alterū, & ſcribe in eo: Io-
ſeph, ligno Ephraim & cunctæ domui Iſrael, ſociorum eiꝰ. Et
appropinqua ea alterū ad alterū, vt ſint lignū vnum, et erunt
vnum in manibus tuis. Et cum dixerint filij pp̄li tui, dicēdo:
Nónne indicabis nobis, quid ſunt iſta tibi? Loq̄re ad eos, ſic
dixit dn̄s deus: Ecce aſſumo lignum Ioſeph, quod eſt in manu
E Ephraim, & tribus Iſrael ſocias eius, & ponam eas cū ligno Ie
hudah, & faciam eas lignum vnū, et erunt [c] vnū in manu mea.
Erunt aūt ligna in quibus ſcribes in manu tua in oculis eorū.
Et loquere ad eos: Sic dixit dominus deus: Ecce aſſumo filios
Iſrael è gentibus ad quas ierunt, & congregabo eos vndique
& venire faciam eos in terram ſuam. Et faciam eos gentē vnā
in terra, in montibus Iſrael. Et rex vnus erit vniuerſis ipſis in
regem, & non erūt vltrà duæ gentes, & non diuidētur ampliꝰ
in duo regna amplius. Nec polluent ſe vltrà in idolis ſuis, et in
abominatiōibus ſuis, & in cūctis ꝑuaricationibꝰ ſuis, & ſaluos
faciā eos de vniuerſis habitatiōibus ſuis, in q̄bꝰ peccauerūt, &
F emūdabo eos, & erūt mihi in populū, et ego ero eis in deū. Et
ſeruus meꝰ Dauid erit rex ſuꝑ eos, & paſtor vnꝰ erit vniuerſis
ipſis, & in iudiciis meis ambulabūt, & mādata mea cuſtodi-
ent, & faciēt ea. Et habitabūt ſuꝑ terrā quā dedi ſeruo meo Ia-
hacob, in qua habitauerunt patres veſtri, & habitabunt ſuper
eam ipſi, & filij eorū, & filij filiorū eorum vſque in ſeculum, &
Dauid ſeruus meus erit princeps eis in ſeculum. Et percutiam
cum eis fœdus pacis, pactum perpetuum erit cum eis, & po-
nam eos in terra mea, & multiplicare faciam eos, & dabo ſan-
G ctificationem meam in medio eorū in ſeculum. Et erit taber-
naculum meum in eis, & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in
populum. Et ſcient gentes quod ego dominus ſanctifico Iſ-
rael, quū fuerit ſanctificatio mea in medio eorū in perpetuū.

a Velut a morte reſurgunt, qui a Babylone liberantur: in umbra ſcilicet rerū futurarum ut Eſa. 26. & 59. & Da. 12.

b in Babylone ſcilicet, detentis nobis.

c Poſt reditū a Babylone nō eſt ſeruatum antiquū illud diſcrimen.

¶ De Gogh & Maghoh eorumque interitu.

CAP. XXXVIII.

A ET fuit verbum domini ad me, dicēdo: Fili hominis, po-
ne faciem tuam ſuper Ghogh, ſuper terram Maghogh,
principem capitis Meſech, & Tubal, & vaticinare ſuper eū, &
dic, ſic dixit dominus deus: Ecce venio ad te Ghogh principē
capitis Meſech, & Tubal. Et conteram te, & dabo hamos in
maxillis tuis, & exire faciam te, & omnem exercitum tuum, e-
quos, & equites veſtitos omni armorum genere, om̄es ipſos,
multitudinem magnam cum clypeis, & ſcutis tenentes gladio
B omnes ipſi. Paras, Chus, & Puth cum eis: omnes ipſi cum ſcu
tis, & galeis. Ghomer, & vniuerſa agmina eius, domus Togar
mah incolens latera aquilonis, & omnia agmina eius, popu-
liq; multi tecum. Præpara te, & præpara tibi omnem multitu
dinem tuam, quæ congregauerunt ſe ad te, & eris eis in cuſto
diam. Poſt dies multos viſitaberis. In [a] nouiſſimo annorū ve-
nies ad terram contritam gladio, cōgregatam è populis mul-
tis, ad montes Iſrael, qui fuerunt in deſolationem ſemꝑ. Et hęc
è populis educta eſt, & habitabunt confidenter omnes ipſi. Et
aſcendes veluti multitudo aquarum, venies tanquā nubes, vt
C operias terram, eris tu, & omnia agmina tua, & populi multi
tecum. Sic dixit dominus deus: Et erit, in die illa aſcendēt ver-
ba ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationem malā. Et dices:
Aſcendam ſuper terram villarum, veniam ad quieſcentes, ha-
bitantes confidenter. Omnes hi habitant abſque muro, & ve-
ctes, & portæ non ſunt eis. Vt ſpolies ſpolia, & prædetis præ
dam, vt reducere facias manum tuam ſuper deſolata habita-
bilia effecta, & ſuper populum congregatum è gentibus fa-
cientem pecudes, & opes, habitantes in vmbiculo terræ. Se-
D ba Harabica, & Dedan, negociatores Tarſis, & omnes leuncu
li eius dicent tibi: Nunquid ad ſpoliandum ſpolia venis? Nū-
quid ad prædandum prædam congregare feciſti multitu-
dines tuas, vt tollas argentum & aurum, vt accipias pecu-
des, & opes, vt ſpolies ſpolia magna. Propterea vaticinare fili
hominis, & dic ad Ghogh, ſic dixit dominns deus: Nónne in
die illa cum habitauerit populus meus Iſrael confidēter, ſcies?
Et venies è loco tuo è lateribus aquilonis tu, & populi multi
E tecum. Equitabunt equos vniuerſi ipſi, cœtus magnus, & exer
citus multus. Et aſcendes ſuper populum meū Iſrael ſicut nu-
bes, vt operias terram. In nouiſſimo dierū eris, & venire faciā
te ſuper terram meam, vt ſciant gentes me, quū ſanctificaue-
ro me in te oculis eorum ô Ghogh. Sic dixit dn̄s deus: Num
tu es ille, de quo locutus ſum in diebus antiquis per manū ſer
uorum meorū prophetarum Iſrael, qui prophetauerūt in die
bus illorum annorum, quod adducerē te ſuper eos? Et erit, in
die illa in die qua venerit Ghogh ſuper terrā Iſrael, dixit domi
F nus deus, aſcendet ira mea, in furore meo. Et in zelo meo, in i-
gne iræ meæ locutus ſum, niſi in die illa fuerit commotio ma-
gna ſuper terram Iſrael. Et cōtremiſcent à facie mea piſces ma-
ris, & volucres cœli, & beſtiæ agri, & omne reptile quod re-
ptat ſuper terram, & om̄es homines qui ſunt in ſuperficie ter
ræ: & diruentur montes, & cadent gradus, om̄is murus in ter
ram corruet. Et vocabo aduerſus eum in cunctis montibus
meis gladium, dixit dominus: gladius vniuſcuiuſq; in fratrem
ſuum erit. Et iudicabor cum eo peſte, & ſanguine: & imbrem
inundantem, & lapides grādinis, ignem & ſulphur pluere fa-
ciam ſuper eum, ſuper exercitꝰ eius, & ſuper populos multos,
qui erunt cum eo. Et magnificabo me, & ſanctificabo me, &
ſcire faciam me in oculis gentium multarum, & ſcient ꝙ ſum
dominus.

a Sicut Scythæ poſt Babylonicā liberationē, in terfecto Cyro, Iſraelitas etiam afflixerunt: ita id in nouiſſimis diebus myſtice futurū, docet hic propheta, et Iohānes in apocalypſi.

¶ Item de Ghogh, & Maghog. CAP. XXXIX.

A TV autem fili hominis vaticinare ſuper Ghogh, & dic,
ſic dixit dn̄s deus: Ecce venio ad te Ghogh, principem
capitis Meſech, & Tubal. Et conterā te, & [b] ſextam partē relin-
quā ex te, & aſcendere faciam te è lateribus aquilonis, & veni-
re faciam te ſuper montes Iſrael. Et percutere faciam arcum
tuum de manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera

b ſex plagis afficiam te. quas nuper enumerauit, peſtem, ſanguinem, inundationē, grādinem, ignē, & ſulphur.

tua deiiciam.Super montes Iſrael cades tu,& omnia agmina
B tua,& populi qui erunt tecum.Volucribus,volatilibus,omĩ
alato,& beſtiis agri dedi te ad deuorãdum.Super faciem agri
cades,quia ego locutus ſum,dixit dominus deus. Et mittam
ignem in Maghogh,& in habitantibus inſulas confidenter,&
ſcient ꝙ ſum dominus.Et nomen ſanctitatis meæ ſcire faciam
in medio populi mei Iſrael,& non ſinam polluere nomen ſan
ctum meum vltrà,& ſcient gentes ꝙ ſum dominus ſanctus Iſ
rael.Ecce venit,& factum eſt,dixit dominus deus:Hęc eſt dies,
C de qua locutus ſum.Et egredientur habitatores ciuitatum Iſ-
rael,& ſuccendent,& comburent arma,& ſcuta,& clypeos,ar
cus,et ſagittas,& baculos manus,& lanceas,& ſuccendent ea
igni ſeptem annis.Et non portabunt ligna de agro,nec ſuccẽ-
dent de ſyluis,quoniam arma ſuccendent igni,& ſpoliabunt,
qui ſpoliauerunt eos,& prædabuntur prædatores ſuos,dixit
dominus deus.Et erit in die illa,dabo ipſi Ghogh locum ſe-
pulchri ibi in Iſrael,vallem tranſeuntium ad orientem maris,
& obturare faciet ipſa tranſeuntes nares ſuas: & ſepelient ibi
Ghogh,& omnem multitudinem eius,& vocabunt eam val
lem Hamon,(id eſt multitudinis) Ghogh.Et ſepelient eos do
mus Iſrael,vt mundent terram ſeptem menſibus.Et ſepelient
eos omnis populus terræ,& erit eis in nomen in die qua glo
rificabo me,dixit dominus deus.Et viros quotidianos ſeligẽt
tranſeuntes per terram,ſepelientes cum tranſeuntibus rema-
nentes in ſuperficie terræ,vt emundent eam:vſque ad finem
ſeptem menſium inquirent.Tranſibunt tranſeuntes per terrã,
& videbit qs os hominis,& ædificabit iuxta illud ſignum, do
nec ſepeliant illud,ſepelientes in valle Hamon Ghogh,& etiã
nomen ciuitatis Hamonah,& mundabunt terram. Et tu fili
hominis,ſic dixit dominus deus: Dic volucribus omni alato,
& omni beſtiæ agri:Congregate vos,& venite.Congregate
vos vndique ad ſacrificium meum,quod ſacrifico vobis,ſacri
ficium grande ſuper montes Iſrael,& comedetis carnem,et bi
E betis ſanguinem.Carnem fortium comedetis, & ſanguinem
principum terræ bibetis,arietum,agnorum,& hircorũ,boũ,
bubalorum,Baſan cunctorum eorũ.Et comedetis adipẽ ad
ſaturitatem,& bibetis ſanguinẽ ad ebrietatẽ de ſacrificio meo
quod ſactificaui vobis.Et ſaturabimini ſuper mẽſam meã,e-
quis,& curribus,fortibus,& omnibus viris bellatoribus, di-
xit dominus deus.Et dabo gloriam meam in gentibus,& vi-
debunt omnes gentes iudicium meum,quod feci, & manum
meam,quam poſui in eis.Et ſcient domus Iſrael,ꝙ ſum domi
F nus deus eorum à die illa,& deinceps.Et ſcient gentes,ꝙ pro-
ter iniquitatem ſuã captiui ducti ſunt domus Iſrael; propter-
ea ꝙ præuaricati ſunt in me,abſcondi faciem meã ab eis,& tra
didi eos in manum hoſtium eorum,& ceciderunt gladio vni
uerſi hi.Secundum immunditiam eorum,& ſecundum præ-
uaricationes eorum feci cum eis,& abſcõdi faciem meam ab
eis.Propterea ſic dixit dominus deus:Nunc redire faciam ca-
ptiuitatem Iahacob,& miſerebor omnis domus Iſrael,& zela
bo pro nomine ſancto meo.Et portabunt ignominiam ſuã,
G & omnem præuaricationẽ ſuam,qua præuaricati ſunt in me,
cum habitarent ſuper terrã ſuam confidenter,& non eſſet qui
exterreret.Cum redire fecero eos è populis,& congregauero
eos è terris inimicorum ſuorum,& ſanctificatus fuero in eis in
oculis gentium plurimarum.Et ſcient ꝙ ſum dominus deus
eorum,cum captiuare fecerim eos in gentes,& congregauero
eos ſuper terram ſuam,& nõ relinquam vltrà ex eis ibi. Et nõ
abſcondam vltrà faciem meam ab eis,quia effudi ſpiritũ meũ
ſuper domum Iſrael,dixit dominus deus.

¶ Viſio deſcriptiõis ciuitatis reædificãdę. C A P. X L.

A VIgeſimo & quinto anno tranſmigrationis noſtrę,in ex-
ordio anni,decima mẽſis, quartodecimo anno poſtqꝫ
percuſſa eſt ciuitas,in ipſamet die,fuit ſuper me ꝓphetia do-
mini,& adduxit me illuc.In viſionibus dei adduxit me in ter-
ram Iſrael.Et dimiſit me ſuper montem excelſum nimis,et ſu-
per eum erat tanquam ædificium ciuitatis à meridie.Et addu
xit me illuc.Et ecce[a] vir,cuius aſpectꝰ erat ſuper aſpectus æris,
& filum lineum erat in manu eius,& calamus menſuræ,et ſta-
bat in porta.Et locutus eſt ad me vir:Fili hominis,vide ocu-
lis tuis,& auribus tuis audi,& pone cor tuum omnibus,quæ
oſtendo tibi,quia vt oſtendantur tibi,adductus es huc. An-
nuncia omnia quæ vides domui Iſrael.Et ecce murꝰ extra do
mum per circuitum & in manu viri erat calamus menſuræ,
VI.cubitorũ[b] cõmuniũ,& IIII.digitorũ.Et mẽſus eſt latitudi-
nẽ ædificij calamo vno,& altitudinẽ calamo vno.Et venit ad
portã cuiꝰ facies erat ad viã orientalẽ,& aſcẽdit ꝑ gradus eiꝰ,
& mẽſus eſt limẽ exteriꝰ portæ calamo vno in latitudine, & li
mẽ alterũ calamo vno in latitudine.Et thalamũ calamo vno in
B longitudine,& calamo vno in latitudine,& parietem qui erat
inter thalamos V.cubitis in latitudine, & limen portæ quod
erat apud veſtibulum portæ interius calamo vno. Et menſus
eſt veſtibulũ portæ VIII.cubitis,&[c] poſtes eius duobus cubi
tis.Et veſtibulum portæ erat intrinſecus.Et thalami portæ ad
viam orientalem,tres hinc,& tres erãt inde,menſura vna erat
trium ipſorũ,& menſura vna poſtibus hinc,& inde.Et mẽſus
eſt latitudinem oſtij portæ X. cubitis, longitudinem portæ
XIII.cubitis.Et terminũ ante thalamos cubito vno,et cubito
vno terminũ hinc,& thalamus VI.cubitorũ hinc, & VI. cu-
bitorum inde.Et menſus eſt portam à tecto thalami vſque ad
tectum ipſius portę latitudinem XX.& V.cubitis,oſtiũ erat
contra oſtium portæ interioris.Et fecit poſtes à limine quod
erat ante portam exteriorem,per quam intrabant LX.cubi-
torũ,& vnicuiqꝫ poſti atrij & portæ per circuitũ eadem erat
menſura.Et extrinſecus latæ,& intrinſecus ſtrictæ erant vſque
ad teſtudinem quę erat ante veſtibulum portæ interioris,erãt
L.cubiti.Et feneſtræ in thalamis,& in poſtibus eorũ intra por
C tam per circuitũ.Et ſic in teſtudinibus,& feneſtræ erãt per cir
cuitum intrinſecus,& vnicuiqꝫ poſti palmę.Et adduxit me ad
atrium exterius mulierũ,& ecce cubicula,& pauimentum fa-
ctum atrio circum circa,XXX.cubicula erant in pauimẽto.
Et pauimentum erat iuxta latus portarũ è regione longitudi-
nis portarũ pauimentũ inferius.Et menſus eſt latitudinen à li-
mine portæ inferioris vſque ad limen atrij interioris,extrinſe-
cus,C.cubitos ad orientem,& aquilonẽ.Et portę,cuius facies
erat ad viam aquilonis atrio exteriori,mẽſus eſt longitudinẽ,
& latitudinem eius.Et thalami eiꝰ tres hinc,& tres inde, & po
ſtes eius,& teſtudines eius erant ſecũdũ menſuram portæ pri-
mæ.L.cubitorũ longitudo eius,& latitudo V.& XX. cubi-
torũ.Et feneſtræ eius,& teſtudines eius,& palmæ eius ſecũdũ
menſuram portæ,cuius facies eſt ad viã oriẽtis,& per gradus
VII.aſcendent per eã,& teſtudines eius ante ipſos gradus. Et
porta atrij interioris erat cõtra portã aquilonarẽ,& orienta-
D lẽ,& mẽſus eſt à porta ad porrã C.cubitos.Et ꝑgere fecit me
ad viã meridianã,& ecce porta ad viã meridianã:& mẽſus eſt
poſtes eius,& teſtudines eiꝰ iuxta mẽſuras has.Et feneſtræ eiꝰ,
& teſtudines eius circũ circa ſicut feneſtræ iſtæ,L.cubitorũ e-
rat lõgitudo V.& XX.cubitorũ.Et gradꝰ VII.gradus eiꝰ,et
teſtudines eiꝰ ante eos.Et palmę ei erãt,vna hinc, & altera in-
de in poſte eiꝰ.Et portã atrij interioris ad viã meridianã men
ſus eſt à porta ad portã ad viã meridianã C.cubitos.Et intro
duxit me in atriũ interiꝰ portæ meridianæ,& mẽſus eſt portã
meridianã ſecũdũ menſuras has.Et thalami eius,& teſtudines
erãt ſecũdũ mẽſuras iſtas,& feneſtræ eiꝰ,& teſtudines eiꝰ circũ
circa,L. cubitorum longitudinis,& latitudinis viginti & qn-
que cubitorum. Et teſtudines circum circa lõgitudinis qn-
que & viginti cubitorum, & latitudinis quinque cubito-
rum. Et teſtudines eius atrio exteriori, & palmæ poſti eiꝰ,
& gradꝰ octo erãt gradus eiꝰ. Et introduxit me in atrium in-
teriꝰ ꝑ viã orientalẽ,& menſus eſt portã ſecundum menſuras
has.Et thalamos eius,& poſtes eiꝰ,& teſtudines eius ſecũdum
menſuras iſtas,& feneſtræ eius,& teſtudinibus eius circum cir
ca longitudinis quinquaginta cubitorum, & latitudinis
quinque,& viginti cubitorum. Et teſtudines eius atrio exte-
riori,

[a] Chriſtus ſtructor celeſtis ciuitatis in excelſo mõte Siõ, quam rẽ in umbra hic deliniat.
[b] In cubito et palmo.i. regula illa mẽſoria cõtinebat ſex magnos cubitos quos uocant ſacros cubitos,ſeu cubitos in cubito et palmo: nã quiſqꝫ facer cubitus continet uulgarem cubitũ et paſmũ.i.ſex palmos,cũ uulgaris cõtineret ſolũ quinque.
[c] frontes.



riori,& palmæ in poſte eius hinc,& inde,& octo gradus,gra-
dus eius.Et introduxit me in portã aquilonarem, & menſus
eſt ſecundum menſuras iſtas.Thalamos eius,& poſtes eius,&
E teſtudines eius, & feneſtræ eius circum circa,longitudinis L.
cubitorũ,& latitudinis,V.& XX.cubitorũ.Et poſtes eius a-
trio exteriori,& palmæ in poſtibꝰ eius hinc,& inde, & VIII.
gradus,gradus eiꝰ erant.Et cubiculũ,& oſtiũ eius in poſtibꝰ
portarũ.Ibi laudabunt holocauſtũ.Et in veſtibulo portę duę
menſę hinc,& duæ menſæ inde ad immolandum ſuper eas ho
locauſtum,& ſacrificium pro peccato,et pro delicto.Et ad la-
tus extra gradum,ad oſtium portæ aquilonaris duæ menſæ,
& ad latus alterum,quod erat in veſtibulo portæ duæ mẽſæ.
Quatuor menſæ hinc,& quatuor menſæ inde ad latus portę,
VIII.menſæ,ſuper eas immolabunt.Quatuor autem menſæ
ad holocauſtũ ex lapidibus leuigatis longitudinis cubiti vniꝰ
& dimidij,& latitudinis cubiti vniꝰ,& dimidij,latitudinis cu
biti vniꝰ.Sup eas ponẽt vaſa in qbꝰ immolabũt holocauſtũ,
& ſacrificium. Et vncini ferrei ad ſuſpendendũ carnẽ menſurę
F quatuor digitorũ ꝑparati intrinſecꝰ circũ circa.Sup mẽſas aũt
caro oblationis.Et extra portã interiorem cubicula cantorũ
in atrio interiori, quod erat ad latus portæ aquilonaris,& fa-
cies eorum ad viam meridianã,vnum cubiculum erat ad latꝰ
portæ orientalis,cuius facies erat ad viam aquilonarem.Et lo
cutus eſt ad me:Hoc cubiculũ cuius facies eſt ad viam meridia
nam, eſt ſacerdotũ cuſtodiẽtiũ cuſtodiã domus. Et cubiculũ
cuius facies eſt ad viam aquilonarẽ eſt ſacerdotũ cuſtodientiũ
cuſtodiam altaris.Iſti ſunt filij Sadoc,qui accedunt de filiis Le
ui ad dñm,vt miniſtrẽt ei.Et menſus eſt atriũ,longitudo erat
C.cubitorũ,& latitudo C.cubitorũ.Quadratum erat.Et alta
re menſus eſt quod erat ante domũ.Et introduxit me in veſti-
bulũ domꝰ,& menſus eſt poſtem veſtibuli,V.cubitorũ hinc,
G & quinqꝫ cubitorũ erat inde,& latitudo portæ triũ cubitorũ
hinc,& trium cubitorum erat inde.Longitudo veſtibuli vi-
ginti cubitorum,& latitudo erat vndecim cubitorum, & in
gradibus quibus aſcendent ad illud,& colũnæ erant iuxta po-
ſtes,vna hinc,& altera inde.

¶ Diſpoſitio reædificandi templi, & ad id pertinentium.
C A P. X L I.

A ET introduxit me in templum,& mẽſus eſt poſtes portæ
templi.Sex cubitorũ erat latitudo hinc, & ſex cubitorũ
latitudo inde,latitudo tabernaculi.Et latitudo oſtij X.cubito
rũ erat,& latera oſtij V.cubitorũ hinc,& V.cubitorũ inde.Et
mẽſus eſt lõgitudinem tẽpli XL.cubitis,et latitudinem XX.
cubitis.Et ingreſſus eſt intrinſecus,& menſus eſt poſtem oſtij
duobꝰ cubitis,& oſtium ſex cubitis,& latitudinem oſtij VII.
cubitis.Et menſus eſt longitudinem eius XX.cubitis, & lati-
tudinem XX.cubitis ante templum,& dixit ad me; Hoc eſt
ſanctitas ſanctitatum.Et menſus eſt parietem domus ſex cubi-
tis,& latitudinem thalami quatuor cubitis,circum circa do-
mui ꝑ circuitum.Et thalami,thalamus ſuper thalamum, triũ
& triginta pedum,& capita trabiũ ingrediebantur interſtitiũ
parietis domus per thalamos circũ circa,vt tenerentur in eo
interſtitio,et non tenerẽt parietẽ domus.Et dilatabatur inter-
B ſtitium muri,ſuper quod erant capita trabium, & circuibat
deſuꝑ,deſuꝑ thalamos,qa inſtar cochleæ erat domꝰ deſuper,
deſuper per circuitũ domus.Idcirco latitudo domus erat ſu-
perius.Et ſic inferius aſcendebat ad ſuperius per medium. Et
vidi domus altitudinem vndiqꝫ,& fundamenta thalamorum
pleno calamo ſex cubitorum magnorũ erant. Latitudo autẽ
parietis qui erat thalamo forinſecus V.cubitorum erat.Et in-
terſtitiũ derelictũ domus thalamorũ quod erat intrinſecus.Et
inter cubicula erat latitudo XX.cubitorũ in circuitu domus
circum circa.Et oſtium thalami loco derelicto oſtium vnum
ad viam aquilonis,& oſtium alterum ad meridiem.Et latitu-
C do loci derelicti V.cubitorum erat circum circa.Et ædificiũ
quod erat coram ſolario ad angulum viæ occidentis erat lati
tudinis LXX.cubitorum. Paries autem ædificij V.cubito-
rum latitudinis per circuitum,& longitudo eius XC.cubito
rum.Et menſus eſt domũ,longitudo erat C.cubitorũ, & ſola
rium,& ædificium,& parietes eius in longitudine erat C.cu-
bitorum.Latitudo autem faciei domus,& ſolarij ad orientẽ
erat C.cubitorum. Et menſus eſt longitudinem ædificij cõtra
faciem ſolarij quod erat poſt ipſum,& thalamos hinc, & in-
de C.cubitis:& templum interius,& veſtibula atrij. Limina,
& feneſtras extrinſecus latas,& intrinſecus ſtrictas, & thala-
mos in circuitu trium ipſorum,contra limen opertum ligneis
tabulis circum circa.Et terra vſqꝫ ad feneſtras,& feneſtræ erãt
D opertæ.Illi quod erat ſuper oſtium vſqꝫ ad domũ interiorẽ,et
forinſecus,& omni pariete circum circa,in domo interiori,et
domo exteriori mẽſuras vidit.Et paries erat factꝰ cum pictu-
ra Cherubim,& palmarũ,& palma erat inter Cherub,& Che
rub,duæqꝫ facies erant Cherub.Et facies hominis erat iuxta
palmam hinc,& facies catuli leonis iuxta palmam inde, factũ
eſt omni domui circum circa.A terra vſque ad parietem,qui
erat ſuper oſtium erant Cherubim,& palmæ factæ, & vſque
ad parietem templi. Templi vterque poſtis oſtij erat qua-
drangulus. Et aſpectus vtriuſque poſtis oſtij ſanctitatis erat,
ſicut aſpectus poſtis templi.Altaris lignei trium cubitorum
erat altitudo,& longitudo eius duorum cubitorum,& angu
li eius ei, & longitudo eius, & parietes eius lignei: & locu-
tus eſt ad me:Hæc eſt menſa quæ fuit coram domino.Et duo
oſtia erant templo & ſanctitati.Et duo oſtia erant oſtiis portę
templi,& ſanctitatis.Duo verſatilia oſtia.Duo oſtia erãt oſtio
vni,& duo oſtia alteri.Et factę erant in oſtiis tẽpli figuræ Che
rubim,& palmarum,quemadmodum factæ erant parietibꝰ,
& trabes lignea poſita erat coram veſtibulo forinſecus.Et fe-
neſtræ extrinſecus latæ,& intrinſecus ſtrictæ,& palmę hinc &
inde in lateribus veſtibuli,& cubicula domus,& tigna.

¶ De gazophylaciis ceteriſqꝫ ad ſacrorum uſum reædificandis.
C A P. X L I I.

A ET eduxit me ad atrium exterius per viam,viam aquilo-
nis,& ingredi fecit me cubiculum quod erat contra ſo-
larium,& quod erat contra ædificium ad aquilonem.Ante
longitudinem erat paries cubitorum C.ante oſtium aquilo-
nare,& latitudinis L.cubitorum.Ante XX.cubitorum,qui
erãt atrio interiori,& ante pauimentum quod erat atrio ex-
teriori cubiculum contra faciem cubiculi in tertiis cubiculis
inferiori,medio & ſuperiori.Et ante cubicula erat deambu-
latorium X.cubitorum latitudinis, interioribus viæ cubiti
vnius,& aperturę eorum ad aquilonem.Et cubicula ſuperio
ra erant breuiora aliis,quia capiebant cubicula ex ipſis, hoc
eſt,ex inferioribus,& mediis ædificij.Quia[a] tertiata erãt,& nõ
B erãt eis colũnæ,ſicut colũnę atriorũ,ꝓpterea anguſtiora erãt
inferioribus,& mediis à terra. Et parietis q erat forinſecus cõ
tra cubicula in via atrij exterioris è regione cubiculorũ, lõgi-
tudo erat L.cubitorum.Quia longitudo cubiculorum,quæ
erant atrio exteriori,L.cubitorum erat.Et ecce ante faciẽ tem
pli C.cubitorum erat longitudo.Et ſubter cubicula iſta erat
introitus ab oriente,dum ingrediebatur quiſpiam in ea ab a-
trio exteriori.In latitudine parietis atrij viæ orientalis coram
ſolario,& coram ædificio erant cubicula.Et via erat ante ea ſe
cundum aſpectum cubiculorum,quæ erant in via aquilonis
ſecundum longitudinem eorum,ſic erat latitudo eorum, &
omnes exitus eorum,& ſecundum modos eorum, & ſecun-
C dum oſtia eorum.Et ſecundum oſtia cubiculorum, quæ erãt
in via meridiana erat oſtium in capite viæ,videlicet quæ erat
coram pariete directè per viam orientalem,ingredientibus i-
pſa.Et dixit ad me:Cubicula aquilonaria,cubicula meridiana
quæ ſunt ante ſolariũ,hæc ſunt cubicula ſanctitatis,in quibus
comedent ſacerdotes, qui appropinquant domino,ſanctifi-
cationẽ ſanctificationum.Ibi ponent ſanctificationẽ ſanctifi-
cationũ,& oblationem,& ſacrificiũ pro peccato, & pro deli-
cto:locꝰ eñ ſanctus eſt.Cũ ingreſſi fuerint ipſa ſacerdotes, nõ
egredientur de ſanctitate in atrium exterius. Et ibi reponent

[a] triplicata

veſtimenta ſua, in quibus miniſtrabunt, quia ſanctitas ſunt, veſtienturq́ veſtimentis aliis, & accedent ad ea quæ ſunt populo. **D** Et compleuit menſuras domus interioris, & eduxit me ꝑ viam portæ, cuius facies erat ad viam orientalem, & menſus eſt eam circum circa. Menſus eſt angulū oriētalem calamo mēſuræ quingētis calamis, calamo menſuræ per circuitum. Menſus eſt angulū aquilonis quingentis calamis, calamo menſuræ per circuitum. Angulum meridianum menſus eſt quingentis calamis, calamo menſuræ. Circuiuit ad angulum occidentalem, menſus eſt quingentis calamis calamo menſuræ. Per quatuor angulos menſus eſt ipſe murum ei circum circa longitudinem quingentis calamis, & latitudinem quingentis calamis, ad diuidendum inter ſanctum & prophanum.

¶ Viſio claritatis dei, oſtenſio figuræ domus, ritus offerendorum holocauſtorum. CAP. XLIII.

**A** ET ambulare fecit me ad portam, portam videlicet quæ reſpiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei Iſrael veniebat de via orientali. Et vox eius tanquam vox aquarum multarum, et terra ſplendebat propter gloriam eius. Et ſecūdum viſionem, viſio quam vidi erat ſecundum viſionem quam vidi, dum venirem ad diſperdendum ciuitatem. Et viſiones erant ſecundum viſionem quam vidi iuxta fluuiū Chebar, & cecidi in faciem meam. Et gloria domini ingreſſa eſt domum per viam portæ, cuius facies erat ad viam orientalem. **B** Et eleuauit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius. Et ecce repleuerat gloria domini domum. Et audiui dictum ad me de domo, & vir ſtabat iuxta me. Et dixit ad me: Fili hominis locus ſolij mei eſt, & locus plantarum pedum meorum in quo habitabo in medio filiorum Iſrael in ſeculum. Et nō polluent vltrà domus Iſrael nomen ſanctum meum, ipſi & reges eorum fornicatione ſua, & cadaueribus regum ſuorum in excelſis ſuis. Cum poſuerint ipſi limen ſuum cum limine meo, & poſtem ſuum iuxta poſtem meum: & paries erat inter me, & **C** eos: & polluerunt nomen ſanctum meum abominationibus ſuis, quas fecerunt, & conſumpſi eos in furore meo. Nunc elōgent fornicationem ſuam, & cadauera regum ſuorum à me, et habitabo in medio eorum, in ſeculum. Tu fili hominis annuncia domui Iſrael domū, & erubeſcāt propter iniquitates ſuas, & metiantur exemplar. Et ſi [a] erubuerint de omnibus quæ fecerunt, figuram domus, & diſpoſitionem eius, & exitus eius, & introitus eius, & omnes figuras eius, & omnes deſcriptiones eius, & omnes picturas eius, & omnes leges eius, fac ſcire eos, & ſcribe in oculis eorum, & cuſtodiant omnem formam eius, & omnes deſcriptiones eius, & facient eas: Iſta eſt lex domus ſuper verticem montis. Omnis terminus eius circum circa, ſanctitas ſanctitatum eſt. Ecce iſta lex domus. Iſtæ autē ſunt menſuræ altaris in cubitis. Cubitus hic eſt cubitꝰ communis, & quatuor digiti. Et medio altaris altitudo erat cubiti vnius, & cubiti latitudo, & clauſuræ cubiti illius altitudo, vſq; ad labium **D** eius in circuitu erat palmi vnius. Et hæc eſt altitudo altaris. Et à medio terræ vſque ad locum inferiorem vbi manebant ſacerdotes offerentes erant in longitudine duo cubiti, & latitudo erat cubiti vnius. Et a loco illo minori vſque ad locū maiorem erant in lōgitudine quatuor cubiti, & latitudo erat cubiti. Altare autem quatuor erat cubitorum inferius: & ab altari, & ſupra cornua quatuor erāt. Et altare XII. cubitorum erat in longitudine, cum XII. latitudinis, quadratum erat in quatuor quadrangulis ſuis. Et atrium XIIII. cubitorum latitudinis, cum XIIII. latitudinis ad quatuor quadrāgulos eiꝰ, & clauſura q̃ erat in circuitu eiꝰ dimidij cubiti altitudo, et medium ei erat cubiti vnius per circuitum. Gradus aūt eiꝰ erāt verſus orientē. Et dixit ad me: Fili hominis, ſic dixit dominus deꝰ: Hæc ſunt ſtatuta altaris in die qua facies illud ad offerendum ſuper illud holocauſtum, & ad ſpargēdum ſuper illud ſanguinem. Et dabis ſacerdotibus Leuitis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus deus, vt miniſtrent mihi **F** vitulum filium vaccæ pro peccato. Et aſſumes de ſanguine eiꝰ, & pones in quatuor cornibus eius, & in quatuor angulis loci vbi offerunt, & in clauſura quæ eſt in circuitu, & mūdabis illud, & expiabis illud. Et tolles vitulum pro peccato, & comburet eum comburens ſecundum præceptum domus extra ſanctuarium. Et die ſecunda offeres hircum caprarum perfectum pro peccato, & expiabunt altare ſicut expiauerunt vitulo. Cum compleueris expiare, offeres vitulum filiū vaccæ per**G**fectum, & arietem de pecoribus perfectum. Et offeres eos coram domino, & proiicient ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerēt eos in holocauſtum domino. Septem diebus facies hircum ꝓ peccato per diem, & vitulum filium bouis, & arietem de pecoribus perfectos facient. Septem diebus expiabūt altare, & mūdabunt illud, & conſecrabunt manus ſuas. Et explebunt dies, & erit, in die octaua, & vltra facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & pacifica veſtra, & placatus ero vobis, ait dominus deus.

[a] Quia vero hoc illi non præſtiterunt, ideo etiam neglexit deus externū hūc cultū et lapidei tēpli formā. Ad maiorem enim Iudæorū confuſionem fuit hæc ab Ezechiele iuxta literam propoſita.

¶ De porta clauſa, de alienigenis non intraturis templum, de ſanctitate & hæreditate Leuitarum. CAP. XLIIII.

**A** ET redire fecit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris reſpicientem ad orientem, & erat clauſa. Et dixit ad me dominus: Porta hæc clauſa erit, Non aperietur, & vir non ingredietur per eam, quoniam dominus deꝰ Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq́ clauſa. Principis erit, princeps ipſe manebit in ea, vt comedat panem coram domino. Per viam veſtibuli portæ ingredietur, & per viam eiꝰ egredietur. Et adduxit me per viam portæ aquilonaris coram domino, & vidi, & ecce impleuit gloria domini domum domini, & cecidi ſuper faciem meam. Et dixit ad me dominꝰ: Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi oīa quæ ego loquor tecum de omnibus ſtatutis domus domini, & de cunctis legi**B**bus eius. Et pones cor tuum in ingreſſu domus per oēs exitus ſanctuarij. Et dices ad rebellem ad domum Iſrael: ſic dixit dominus deus: Sufficiat vobis de omnibus abominationibꝰ veſtris domus Iſrael. Cū induxeritis filios alienigenas incircūciſos corde, & incircūciſos carne, vt eſſent in ſanctuario meo ad polluendum ipſam domum meam, cum obtuleritis panē meum, adipem, & ſanguinem, & diſſolueritis pactum meum in omnibus abominationibus veſtris. Et non ſeruaſtis cuſtodiam ſanctitatum mearum, & poſuiſtis cuſtodes cuſtodiæ meæ in ſanctuario meo pro vobis. Sic dixit dominus **C** deus: Omnis filius alienigenæ incircunciſus corde, & incircunciſus carne, non ingredietur ſanctuarium meum, ab omni filio alienigenæ, qui eſt in medio filiorum Iſrael. Sed Leuitæ qui elongauerunt ſe a me, errante Iſrael, qui errauerunt à me, euntes poſt idola ſua, portabunt pœnam iniquitatis ſuæ. Et erunt in ſanctuario meo miniſtri, præpoſiti portis domus, & miniſtri domus: ipſi mactabunt holocauſtum, & victimā populo, & ipſi ſtabunt in conſpectu eorum, vt miniſtrent eis. Pro eo ꝙ miniſtrauerunt illis in conſpectu idolorū ſuorum, & fuerunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis, idcirco leuaui manum meam ſuper eos, dixit dominus deus, & por**D**tabunt pœnam iniquitatis ſuæ. Et non appropinquabunt ad me, vt ſacerdotio fungantur mihi, & aſcendant ad omnes ſanctificationes meas ad ſanctitatem ſanctitatum, ſed portabunt ignominiam ſuam, & abominationes ſuas, quas fecerūt. Et dabo eos cuſtodes cuſtodiæ domus in omni miniſterio eius, & in omni quod fiet in eo. Sacerdotes autem Leuitæ filij Sadoc, qui cuſtodierunt cuſtodiam ſanctuarij mei, cum errarent filij Iſrael a me, ipſi accedent ad me, vt miniſtrent mihi, & ſtabunt in conſpectu meo, vt offerant mihi adipem, & ſanguinem, ait dominus deus. Ipſi ingredientur ſanctuarium meum, & ipſi accedent ad menſam meam, vt miniſtrent mihi, & cuſtodiant **E** cuſtodiam meam. Et erit, cum ingredientur portas atrij interioris: veſtibus lineis induent ſe, & non aſcendet ſuper eos lana, cum miniſtrauerint in portis atrij interioris, & intrinſecꝰ. Cydares lineæ erūt ſuper caput eorum, & feminalia linea erūt in lumbis eorum, non accingent ſe [a] poſt ſudorem. Cūq́ egredientur

[a] in loco ſudoris.



dientur ad atrium exterius, ad atrium exterius ad populum, exuent ſe veſtimentis ſuis quibus miniſtrauerant, & reponent ea in cubiculis ſanctuarij, & veſtient ſe veſtimentis aliis, & non **F** ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis. Caput aūt ſuum nō radent, & cæſariem non demittent. Tondendo attondent capita ſua. Et vinum non bibent omnis ſacerdos, quādo ingreſſuri ſunt atrium interius. Et viduam, & repudiatam non accipient ſibi in vxores, ſed virgines de ſemine domus Iſrael, & viduam, quæ fuerit vidua à ſacerdote, accipient. Et populū meū docebunt diſcernere inter ſanctum & prophanū, & inter immundum & mundum docebunt eos diſcernere. Et in cōtrouerſia ipſi ſtabunt ad iudicandum, ſecundum iudicia mea iudicabunt eam: & leges meas & decreta mea in omnibus ſolennitatibus meis cuſtodiēt, & ſabbata mea ſanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredietur ſacerdos, vt polluat ſe: ſed ſuper patrem, & matrem, & filium, & filiam, fratrem, et ſo**G**rorem, quæ non fuerit viro, cōtaminabit ſe. Et poſtquam mūdatus fuerit ipſe, ſeptem dies numerabit ſibi. Et in die quo introierit ſanctitatem ad atrium interius, vt miniſtret in ſanctitate, offeret oblationem pro peccato ſuo, ait dominus deus. Et erit ſacerdotium eis in hæreditatem. Ego hæreditas eorū. Et poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael. Ego poſſeſſio eorū. Oblationem, & ſacrificium pro peccato, & pro delicto comedent, & omne dedicatum domino in Iſrael, ipſorū erit. Et primitiuum omnium primitiuorū omnium fructuū, & omnis oblatio ſpontanea omnium, ex omnibus oblationibus ſpontaneis veſtris, ſacerdotum erit, & primitiuū paſtarum veſtrarum dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionē domui tuæ. Omne morticinum, & raptum, tam de auibus quàm de animalibus, non comedent ſacerdotes.

¶ Deſcriptio quantitatis loci ſanctificandi, de æquitate ponderis, & menſuræ, de duabus feſtiuitatibus, quas lex non præcepit. Item de Paſchate, Pentecoſte, & Scenopegia. CAP. XLV.

**A** ET quando diuidetis terram in hæreditatem, offeretis oblationem domino, ſanctitatem de terra, longitudo erit quinque & viginti milium, & latitudo decem milium. Sanctitas erit in omni termino eius per circuitum. Erunt ex hoc pro ſanctitate, quingenti in longitudine cum quingentis in latitudine, quadratum per circuitum. Et quinquaginta cubitorum ſuburbanum ei per circuitum. Et à menſura iſta menſura bis longitudinem quinque & viginti milium, & latitudinem **B** decem milium. Et in ipſo erit ſanctuarium, ſanctitas ſanctitatum. Sanctitas de terra ipſa ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij erit, qui accedunt ad miniſtrandum domino, & erit eis locus pro domibus, & ſanctuarium pro ſanctuario. Et quinque & viginti milium erit lōgitudo, & decem milium latitudo. Et erit Leuitis miniſtris domus in poſſeſſionem viginti cubicula. Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis, quinque milium erit latitudo, & longitudo quinque, & viginti milium contra oblatio**C**nem ſpontaneam ſanctitatis, omni domui Iſrael erit. Et principi hinc, & inde erit iuxta oblationē ſanctitatis, & iuxta poſſeſſionem ciuitatis, ante oblationem ſanctitatis, & ante poſſeſſionem vrbis ab angulo occidentali vſque ad occidentem, & ab angulo orientali vſque ad orientem, longitudo autem erit contra vnam è partibus à termino occidentali, vſque ad terminum orientalem. In terra erit ei in poſſeſſionem in Iſrael, & **D** non oppriment vltrà principes populum meum, & terrā domui Iſrael per tribus eorum. Sic dixit dominus deus: Sufficiat vobis principes Iſrael, iniquitatem & vaſtationem declinate: iudicium & iuſtitiam facite. Auferte angarias veſtras à populo meo, dixit dominus deus. Statera iuſta, & Ephah iuſta, & batus iuſtus erit vobis. Ephah menſura aridorum, & batus menſura liquidorum menſuræ vnius erit, vt capiat decimum chomer **E** batus, & decimū chomer Ephah, in chomer erit æqualitas eius. Sechel aūt eſt viginti obolorū, viginti ſechalim. Quinque, & viginti ſechalim decem, & quinque ſechel mina erit vobis. Iſta eſt oblatio quam offeretis, ſextam partē Ephah de chomer frumenti, & ſextam partem offeretis Ephah de chomer hordei. Et præceptum olei, & batum olei decimum bati de coro decem bati ſunt chomer, quia decem batim ſunt chomer. Et agnam vnam de pecudibꝰ è ducentis, è pinguibus Iſrael, in ſacrificium, in holocauſtum, & pacifica ad expiandum eos, ait dominus deus. Omnis populus terræ erunt in oblatione ſpōtanea iſta propter principem in Iſrael. Et principis erit offerre holocauſta, & ſacrificium, & libamen in ſolennitatibꝰ, **F** & Calendis, & ſabbatis in vniuerſis ſolennitatibus domus Iſrael, ipſe faciet oblationem pro peccato, & ſacrificium, & holocauſtum, & pacifica ad expiandum domum Iſrael. Sic dixit dominus deus: Primo menſe prima die menſis ſumes vitulum filium bouis, immaculatum, & mundabis ſanctuarium. Et tollet ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, & ponet in poſte domus, & in quatuor angulis [a] loci, qui coniunctus eſt altari, & in poſte portæ atrij interioris, & ſic facies ſeptima menſis pro vnoquoq́ ignorante, & pro decepto, & expiabitis do**G**mum. In primo menſe quartadecima die menſis erit vobis Peſach ſolennitas ſeptem dierum infermentata comedentur. Et faciet princeps in die illa pro ſe, & pro vniuerſo populo terræ vitulum pro peccato. Et ſeptem diebus ſolennitatis faciet holocauſtum domino, ſeptem vitulos, & ſeptem arietes immaculatos in die, ſeptem diebus, & pro peccato hircum caprarū per diem. Et oblationem Ephah, per vitulum, & Ephah, per arietem faciet, & olei Hin per Ephah. Septimo menſe quintadecima die menſis in ſolennitate faciet ſicut iſta ſeptem diebꝰ, tam pro peccato, q̃ pro holocauſto, & ſacrificio, & oleo.

[a] atrii, qđ eſt coniunctū altari.

¶ De ſacrificiis ſabbati & neomeniarū, per quas portas in tēplum intrandum, de holocauſto principis, de coquinis ſacerdotum.

CAP. XLVI.

**A** SIc dixit dominus deus: Porta atrij interioris quæ reſpicit ad orientem erit clauſa ſex diebus operis. Die autem ſabbati aperietur, & die Calendarum aperietur. Et intrabit princeps per viam veſtibuli portæ deforis, & ſtabit in limine portæ. Et facient ſacerdotes holocauſtum eius, & pacifica eius, & incuruabit ſe ſuper limen portæ, & egredietur. Porta autē nō claudetur vſque ad veſperam. Et incuruabit ſe populus terræ ad oſtium portæ ipſius in ſabbatis, & in Calēdis coram dño. **B** Holocauſtum autem quod offeret princeps domino, in die ſabbati, ſex agnos immaculatos, & arietem immaculatum. Et oblationem Ephah, per arietem, & in agnis ſacrificium donū manus ſuæ, & olei Hin per Ephah. In die autem Calendarum vitulus filius bouis immaculatus, & ſex agni, & aries immaculati erunt. Et Ephah per vitulum, & Ephah per arietem faciet ſacrificium, & in agnis ſicut apprehenderit manus eius, et olei Hin per Ephah. Et quando ingredietur princeps per uiā veſtibuli portæ, ingredietur, & per viam ipſam exibit. Et cum intrabit populus terræ in conſpectu domini in ſolennitatibus, qui ingreditur per viā portæ aquilonaris, vt ſe incuruet, egredietur per viam portæ meridianæ. Qui autem ingreditur per viam portæ meridianæ, egredietur per viam portæ aquilona**C**ris. Non reuertetur per viam portæ, per quam ingreſſus eſt, ſed è regione illius egredientur. Principes autem in medio eorum. Quando ingredientur ipſi, ingredietur, & quando egreſſi fuerint ipſi, egredietur, & in feſtiuitatibus, & in ſolennitatibus erit ſacrificium Ephah per vitulum, & Ephah per arietē, & in agnis donū manus eius, & olei Hin per Ephah. Cum autem fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica ſpontanea domino, aperiet ei portam reſpicientem ad orientem, & faciet holocauſtum ſuū, & pacifica ſua. Sic faciet in die **D** ſabbati, & egredietur, & claudet portam poſtquam egreſſus fuerit. Et agnum anniculum ipſius immaculatum facies holocauſtū per diē dño ſingulo mane facies illud. Et oblationem facies ſup eo ſingulo mane ſextā partē Ephah, & olei tertiā par**E**tē Hin, ad miſcēdum ſimilā oblationē dño ſtatutis ꝑpetuis iugiter. Et facient agnū, & ſacrificiū, & oleū ſingulo mane holocauſtū iuge. Sic dixit dñs deus: Si dederit princeps donum ali

cui de filiis ſuis in hæreditatē ei⁹,ipſum quod donauit, filiorū
eius erit in poſſeſsionem eorū,hoc eſt,in hæreditatē.Si aūt de-
derit donum de hæreditate ſua vni de ſeruis,erit illius vſqꝫ ad
annum libertatis,& reuertetur ad principē.Sed hęreditas filio
rum eius,hæreditas eorū erit.Et non accipiet princeps de hæ
reditate populi,vt opprimat eos,de poſſeſsione eorū.De poſ
F ſeſsione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis,vt non diſpergantur
populus meus,vnuſquiſqꝫ à poſſeſsione ſua.Et introduxit me
per ingreſſum qui erat ex latere portæ in cubicula ſanctitatis
quæ erant ſacerdotum,quæ reſpiciebant ad aquilonem,& ec
ce ibi erat locus in lateribus ad occidentem.Et dixit ad me;Iſte
eſt locus in quo coquent ſacerdotes oblationem pro delicto,
& pro peccato,in quo coquent ſacrificium,vt non efferant in
atrium exterius,ad ſanctificandum populum.Et eduxit me in
atrium exterius,& trāſire fecit me per quatuor angulos atrij:
& ecce in ſingulis quatuor angulis erat atrium,hoc eſt,cubicu
G lum.In quatuor angulis atrij erāt atria ligata quadraginta cu-
bitorum in longitudine,& triginta in latitudine.Mēſura vna
erat quatuor,ipſis habentibus angulos.Et paries erat in cir-
cuitu ipſorum cubiculorum per circuitum quatuor ipſorū
& culinæ factæ erant ſubter parietes per circuitum.Et dixit
ad me;Iſtæ ſunt domus coquentium,aqua coquent ibi mini-
ſtri domus victimam populi.

¶Viſio aquarum profluentium de tēplo,de diuiſione terræ,de por
tis ciuitatis. CAP. XLVII.

A ET conuertit me ad oſtium domus,& ecce aquæ egredie
bantur de loco,qui erat ſub limine domus ad oriētem.
Facies enim domus erat ad orientem.Aquæ autem deſcende
bant de loco qui erat ſub latere domus dextro à meridie alta-
ris.Et eduxit me per viam portæ aquilonaris,& conuer-
tit me ad viam extra portam extrinſecus ad viam reſpiciētem
ad orientem.Et ecce aquæ egrediebantur à latere dextro.Cū
egrederetur vir ad orientem,filum lineum erat in manu eius.
Et menſus eſt mille[a] menſuras,& tranſire fecit me per aquas, [a] cubitos.
aquas pertingentes ad talos.Et menſus eſt mille,& tranſire fe-
cit me per aquas,aquas vſque ad genua pertingentes.Et men
B ſus eſt mille,& tranſire fecit me aquas,aquas vſque ad renes.Et
menſus eſt mille,& ecce torrentem,quem non poteram tranſ
ire;qm̄ eleuauerant ſe aquæ,aquæ natabiles torrentis,qui nō
poterat tranſiri.Et dixit ad me;Nōnne vidiſti fili hominis?Et
ire fecit me,& conuertit me ad ripam torrentis.Cum vertiſ-
ſem me,ecce in ripa torrentis erant ligna multa valde,hinc &
inde.Et dixit ad me;Aquæ iſtæ quæ egrediuntur ad terminū
orientalem,deſcendent per planiciem,& intrabunt mare oriē
tale,& ad mare occidentale educentur,& ſanabuntur aquæ.
Et erit,omnis anima viuens quæ ſerpit,quocunqꝫ ingreſsi fue
rint ij duo torrentes,viuet.Et erūt piſces multi valde,quia in-
trauerunt aquæ iſtæ illuc,ſanabuntur,& viuet quicquid intra
uerit illuc vbi erat torrens.Et erit,ſtabunt in eo piſcatores.
Ab Henghedi,vſque Heghlaim,extenſiones retium erunt.In
ſpecie ſua erunt piſces eorum,ſicut piſcis maris,magni,multi
valde.Cœnoſa eius,& paludes eius non ſanabuntur,in ſalinas
C dabuntur.Et iuxta torrentem aſcendet,iuxta ripam eius hinc,
& inde omnis arbor fructus comeſtibilis.Non defluet folium
eius,nec conſumetur fructus eius.Mēſibus ſuis maturabit,qa
aquæ eius de ſanctuario egrediuntur.Et erit fructus eius in ci-
bum,& folium eius ad fractionem ſanandam vtile.Sic dixit
dominus deus;Hic eſt terminus in quo hæreditatem diui-
detis terrā duodecim tribubus Iſrael,Ioſeph ſortes duę erunt.
Et hæreditate accipietis eā,vnuſquiſqꝫ ſicut frater ſu⁹ accipiet,
ſuper quā leuaui manū meā,vt darem eam patribus veſtris.Et
cadet terra hæc vobis in hæreditatem.Hic aūt eſt termin⁹ ter-
ræ ad plagā aquilonarē,à mari magno via Chethlon,ad ve-
niendū in Sedad.Chamath,Berothath,Sibraim quæ eſt inter
terminū Dammeſec,& terminū Chamath,Chaſer Hathichō,
quę eſt in termino Chauran.Et erit terminus à mari Chaſar,
Henon,terminus Dāmeſec,& terminus aqlonaris terræ Iſrael,
& ad aquilonē mūdi,& terminus Chamath,& plagā aquilo-
D narē.Et plagā orientalē inter Chauran,& Dammeſec,& inter
Ghilhad,& terram Iſrael,Iarden à termino vſqꝫ ad mare oriē-
tale metiemini,& plagā orientalē.Et plagā meridianā ad me-
ridiē,& plagā meridianā à Tamar,vſqꝫ ad aquas contradictio
nū Cades,torrentē vſqꝫ ad mare magnū,& hæc eſt plaga meri
diana auſtralis.Et plagā occidentalē mare magnū à termino
vſque contra ingreſſum Chamath.Hæc eſt plaga occidētalis.
Et diuidetis terrā hanc vobis tribubus Iſrael.Et erit ſortiemi-
ni eā in hæreditatē vobis,& peregrinis,qui peregrinantur in
medio veſtrū,qui genuerint filios in medio veſtrū.Et erūt vo
bis ſicut indigena inter filios Iſrael,vobiſcū cadēt in hæredita
tē in medio tribuū Iſrael.Et erit,in tribu in qua peregrinatur
peregrinus dabitis hæreditatem eius,dixit dn̄s deus.

¶Deſcriptio diuiſionis terræ,quantum ad intraneos.
CAP. XLVIII.

A ET hæc nomina tribuum.A fine ad aquilonem ad latus
viæ Chethlon veniendo Chamath,Chaſar,Henan,ter-
minus Dammeſec,ad aquilonem ad latus Chamath.Et erunt
ei plaga orientalis mare Dan vna.Et iuxta terminū Dan à pla-
ga orientali vſque ad plagam maris Aſer vna.Et iuxta termi-
num Aſer à plaga orientali vſque ad plagā occidentalē Naph
thali vna.Et iuxta terminum Naphthali à plaga orientali vſqꝫ
ad plagam occidentalem Menaſſeh vna.Et iuxta terminum
Menaſſeh,à plaga orientali vſque ad plagam occidentalem E-
phraim vna.Et iuxta terminū Ephraim à plaga orientali vſqꝫ
ad plagam occidentalem Reuben vna.Et iuxta terminū Reu-
ben à plaga orientali vſque ad plagam occidētalem Iehudah
vna.Et iuxta terminū Iehudah à plaga orientali vſque ad pla-
gam occidentalē,erit oblatio ſpontanea,quam offeretis,quin
que & viginti milium latitudinis & longitudinis,ſicut vna è
B partibus à plaga orientali,vſque ad plagam occidentalem.Et
erit ſanctuarium in medio eius.Oblatio quam offeretis domi
no,longitudo quinque & viginti miliū,& latitudo decem mi
lium.Et iſtis erit oblatio ſanctitatis ſacerdotibus ad aquilonē
quinque & viginti milia,& ad occidentem latitudinis decem
milia,& ad orientem latitudinis decem milia,& ad meridiem
longitudinis quinque & viginti milia.Et erit ſanctuarium do
mini in medio eius.Sacerdotibus ſanctificatis de filiis[a] Sadoc,
qui cuſtodierunt cuſtodiam meā,qui non errauerunt,cum er
rarent filij Iſrael,ſicut errauerunt filij Leuitæ.Erit eis oblatum
de oblatione terræ,ſanctitas ſanctitatum iuxta terminum Le-
uitarum,& Leuitæ contra terminum ſacerdotum quinque et
viginti miliū longitudinis,& latitudinis decē miliū.Omnis lō-
gitudo quinque & viginti miliū,& latitudo decē miliū.Et nō
venundabunt ex eo,nec ꝑmutabunt,neque[b] trāsferent primi-
tias terræ,quia ſanctitas eſt dn̄o.Et quinque milia q̄ ſuperſunt
in latitudine cōtra qnque,& viginti milia erunt ꝓphana ciui-
tatis in habitaculū,& in ſuburbanū,& erit ciuitas in medio e-
ius.Et hæ mēſuræ eius,plaga aqlonaris qngētorū & quatuor
miliū,& plaga auſtralis qngentorū & quatuor miliū,& à pla-
ga meridiana qngentorū & quatuor miliū,& plaga occidēta
C lis quingentorū & quatuor miliū.Et erit ſuburbanū ciuitatis
ad aquilonē quinquaginta & ducentorū,& ad meridiē quin-
quaginta ducētorū,& ad orientē qnquaginta & ducentorū,
& ad occidentē qnquaginta & ducētorū.Quod aūt reliquum
fuerit in lōgitudine è regione oblationis ſanctitatis,decem mi
lia ad orientē,& decē milia ad occidentē,& erit è regione ob-
lationis ſanctitatis,& erit fructus eius in panē ſeruitoribus ciui
tatis.Et ſeruitores ciuitatis ſeruient ei ex omnibus tribub⁹ Iſ-
rael.Omnis oblatio quinque,& viginti miliū cū qnque,et vi-
ginti milibus ꝑ quartā partē offeretis oblationē ſanctitatis in
poſſeſsionē ciuitatis.Quod aūt reliquum fuerit principis erit
hinc,& inde ad oblationē ſanctuarij,& ad poſſeſsionē ciuita-
tis ante quinque,& viginti milia oblationis vſque ad terminū
orientalē,& ad occidentē ante quinque & viginti milia vſque
ad terminum occidētalem cōtra partes principis,& erit obla-

[a] Iuſti hic intelliguntur,in quos trāſferendū docet Leuiticū ſacerdotium.

[b] Sacra hæc nec permutare licebat,nec reſignare.





tio ſanctitatis,& ſanctuariū domus in medio ei⁹.De poſſeſsio
ne aūt Leuitarū,& de poſſeſsiōe ciuitatis in medio quod prin
cipis erit inter terminū Iehudah,& terminum Biniamin prin-
cipis erit.Et reſiduum tribuū,à plaga orientali vſque ad pla-
D gam occidentalē Biniamin vna.Et iuxta terminū Biniamin à
plaga orientali vſqꝫ ad plagā occidentalē Simhon vna.Et iu-
xta terminū Simhon à plaga orientali vſque ad plagā occiden
talem Iſachar vna.Et iuxta terminum Iſachar à plaga orienta
li vſque ad plagā occidentalē Zebulun vna.Et iuxta terminū
Zebulun à plaga orientali vſque ad plagā occidentalē Ghad
vna.Et iuxta terminū Ghad ad plagā auſtri in meridiē,& erit
terminus à Tamar aquæ cōtradictionis Cades hæreditas cō-
tra mare magnū.Hæc eſt terra quam ſortiemini de hæreditate
tribubus Iſrael,& hæ portiones earum,dixit dn̄s deus.Et hi e-
greſſus ciuitatis à plaga aquilonari quingentorū & quatuor
miliū in menſura.Et portæ ciuitatis per nomina tribuū Iſrael
portæ tres ad aquilonem.Porta Reuben vna,porta Iehudah
vna,porta Leui vna.Et ad plagam orientalē quingentorū &
quatuor miliū,& portæ tres.Et porta Ioſeph vna,porta Bin-
iamin vna,porta Dan vna.Et ad plagam meridianā quingen
torū & quatuor miliū in mēſura,& portæ tres,porta Simhō
vna,porta Iſachar vna,porta Zebulun vna.Et ad plagā occi-
dentalem quingentorum & quatuor miliū,portæ eorū
tres,porta Ghad vna,porta Aſer vna,porta
Naphthali vna.Per circuitum octo & de
cem milia.& nomen ciuitatis ex eo
die:Dominus ibidem.

FINIS.

# Daniel propheta,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶De Daniele,Chananiah,Hazariah,& Miſaele,electis per regem
Nebuchadneſar,ut ſtarēt corā ſe,diſcerētqꝫ Chaldæorum literas.

CAPVT I.

A ANNO TERTIO[a] regni
Iehoiachim regis Iehudah,venit Nebu
chadneſar rex Babel Ieruſalaim,& obſe
dit eā.Et dedit dn̄s in manū eius Iehoia
chim regē Iehudah,& partē vaſorū do
mus dei,& adduxit ea in terra Sinhar,
in domum dei ſui,& vaſa intulit in
domum theſauri dei ſui.Dixitqꝫ Rex ad Aſpenaz princi-
pem eunuchorum ſuorum,vt introduceret de filiis Iſrael,de
ſemine regni,et de principibus:Pueros in quibus non eſſet
macula,decoros aſpectu,& eruditos om̄i ſapientia,& ſcientes
ſcientiā,& intelligentes cogitationē,& in qbus eſſent vires,ad
ſtandū in palatio regis,& vt doceret eos literas,et linguā Chaſ
dim.Et cōſtituit eis rex per ſingulos dies portionē eſcæ regiæ,
& de vino pot⁹ ſui,& vt nutriret eos annis tribus,& aliq eorū
ſtarent corā rege.Et fuerūt inter eos de filiis Iehudah,Daniel,
B Chananiah,Miſael,& Hazariah.Et impoſuit eis princeps eu-
nuchorū noīa,Danieli quidem Beltheſaſar:& Chananiah,Sa-
drach:& Miſaeli,Meſach:& Hazariah,Habednego.Et propo
ſuit Daniel in corde ſuo,vt nō pollueret ſe in portione eſcæ re-
giæ,& in vino pot⁹ eius,& reqſiuit à principe eunuchorū,vt
nō pollueret ſe.Et dedit deus Danielē in miſericordiā,& in mi-
C ſericordias corā principe eunuchorū.Dixitqꝫ princeps eunu-
chorū ad Danielē;Timeo dn̄m meū regē,q cōſtituit eſcam ve-
ſtrā,& potū veſtrū,q ſi viderit vult⁹ veſtros macilētiores pue
ris qui ſunt ſecundū ſimilitudinē veſtrā,condemnabitis caput
meū regi.Et dixit Daniel ad Melſar,quē conſtituerat princeps
eunuchorū ſuper Daniel,Chananiah,Miſael,& Hazariah.Ten
ta obſecro ſeruos tuos dieb⁹ decē,& dēt nobis de leguminib⁹,
& comedem⁹,& aquā,& bibemus.Et videantur corā te aſpe-
ctus noſtri,& aſpect⁹ puerorū qui veſcūtur parte cibi regij:&
ſicut videris fac cū ſeruis tuis.Et morē geſsit eis in hoc,& ten-
tauit eos diebus decē.Et in fine dierū decem viſus eſt aſpectus
eorū melior,& pinguiores carne viſi ſunt præ omnibus pue-
ris qui veſcebantur portione cibi regij.Et fuit,Melſar tollebat
portionē cibi eorū,& vinū potus eorū,& dabat eis legumina.
D Et pueris iſtis,quatuor ipſis,dedit deus ſcientiā,& intellectum
in omni libro,& ſapientia.Danielē aūt intelligere fecit omnem
viſionē,& ſomnia.Et in fine dierū quibus dixit rex,vt introdu
ceret eos,introduxit eos princeps eunuchorum corā Nebu-
chadneſar.Et locutus eſt cū eis Rex,& nō eſt inuētus de vniuer
ſis illis ſicut Daniel,Chananiah,Miſael,& Hazariah:& ſteterūt
corā rege.Et omne verbū ſapiētiæ,intelligētię,quod ſciſcitat⁹
eſt ab eis rex,inuenit eos decem partibus ſuper omnes gene-
thliacos,aſtrologos,qui erant in regno ſuo.Et fuit Daniel vſqꝫ
ad annum primum[a] Chores regis.

[a] ſcilicet cōpleto.Nam quartus Iehoiachim fuit primus Nebuchadneſar.Iere.25.

[a] id eſt,totos 70.annos egit in Babylone.

¶Somniat Nebuchadneſar.Sapiētes ſomnium exponere nequeūt
Daniel exponit. CAP. II.

A ANno aūt ſecūdo regni Nebuchadneſar ſomniauit Ne
buchadneſar ſomnia,& cōtritus eſt ſpiritus eius,& ſo-
mnus eius fractus eſt ei;Et dixit rex vt vocarēt genethliacos,et
aſtrologos,& maleficos,& Chaſdim,vt indicarēt regi ſomnia
ſua,& venerūt,& ſteterūt corā rege.Dixitqꝫ ad eos rex;Sōnian
do ſomniaui,& cōtritus eſt ſpiritus meus,vt neſciā ſomniū.Et
locuti ſunt Chaſdim ad regē Syriace;Rex in æternū viue.Dic
ſomniū ſeruis tuis,& interꝑtationē indicabim⁹.Reſpōdit rex,
et dixit ad Chaſdim;Res à me receſsit.Si non ſcire feceritis me
ſomniū & interꝑtationē eius,in fruſta fiemini,& dom⁹ veſtræ
in latrinas ponētur.Et ſi ſomniū,& interꝑtationē ei⁹ indicaue
ritis,dona & munera et honorē magnū recipietis à facie mea;
propterea ſomniū,& interpretationē eius indicate mihi.Re-
B ſponderūt ſecundo,& dixerūt;Rex ſomniū dicat ſeruis ſuis,&
interpretationē eius indicabimus.Reſpōdit rex,& dixit;Cer-
tè cognoſco,ꝙ tp̄s emitis,quū videatis ꝙ receſſerit verbum à
me.Sed ſi ſomniū nō feceritis me ſcire,vna eſt lex veſtra,& ſer-
monē mendacē,& corruptū præparatis ad dicendū corā me,
donec tp̄s mutetur;ꝓpterea ſomniū dicite mihi,& ſciā ꝙ inter
pretationē eius indicabitis mihi.Reſpōderūt Chaſdim coram
rege,& dixerūt;Nō eſt homo ſuper aridā,qui ſermonē regis
poſsit indicare.Cæterū omnis rex,princeps,& poteſtas,aliqd
ſimile nō interroget genethliacum & aſtrologū,& Chaſdim.
Et ſermo quem rex poſtulat,grauis eſt,& alius nō eſt q indicet
corā rege præter deos,quorū habitatio cū carne non eſt.At
Rex in ira & furore magno dixit,vt ꝑderēt oēs ſapiētes Babel.
Et lex egreſſa eſt,& ſapiētes interficiebantur,& quæſierūt Da-
nielē,& ſocios eius,vt interficerētur.Tūc Daniel redire fecit cō
ſiliū,et ſtatutū ad Arioch principē occidentiū,quē Rex exire fe
C cerat ad interficiendū ſapiētes Babel.Reſpōdit,& dixit ad A-
rioch præfectum regis,propter quid lex feſtinat à facie regis?
Tunc ſermonē indicauit Arioch Danieli.Et Daniel ingreſſus
eſt,& quæſiuit à rege,vt tēpus daretur ſibi,& interpretationē
indicaret Regi.Tunc Daniel in domū ſuam perrexit,& Chana
niah,Miſael,& Hazariah ſociis ſuis ſermonē notificauit.Et vt
miſericordias quærerent à facie dei cœli ſuper ſecreto iſto,vt
nō perirent Daniel,& ſocij eius cū aliis ſapiētibus Babel.Tunc
Danieli in viſione noctis ſecretū reuelatū eſt:tūc Daniel bene-
dixit deo cœli.Locutus eſt Daniel,& dixit,vt eſſet nomen dei
benedictū à ſeculo,& vſque in ſeculū,quia ſapientia & fortitu
do eius eſt.Et ipſe mutat tempora,& ætates,remouet reges,
& ſtare facit reges;dat ſapientiam ſapientibus,& ſcientiam
ſcientibus intelligentiam.Reuelat profundum,nouit illud qđ
eſt in tenebris,& lux cum eo manet.Tibi deus patris mei con-

fiteor,& te laudo nunc,quia ſapientiam & fortitudinem dedi
ſti mihi,& nunc ſcire feciſti me,quod quæſiuimus à te,quia ſer
D monem regis ſcire feciſti nos.Cęterum Daniel ingreſſus eſt ad
Arioch,quem conſtituerat rex ad perdendum ſapientes Ba-
bel.Abiit,& ſic dixit ei:Sepientes Babel ne perdas,introduc
me coram rege,& interpretationem regi indicabo.Tunc A-
rioch cum feſtinatione introduxit Danielem coram rege,& ſic
dixit ei:Inueni virum de filiis captiuitatis Iehudah,qui ſolutio-
Pſal.115.d. nem regi notificabit.Reſpondit rex,& dixit Danieli,cuius no-
men erat Beltheſaſar:Nunquid eſt tibi facultas notificandi mi
hi ſomnium,quod vidi,& interpretationem eius?Reſpondit
Daniel coram rege,& dixit:Secretum quod rex interrogat,
non ſapientes Aſtrologi,genethliaci,diuini,poſſunt indicare
regi.Veruntamen eſt deus in cœlo qui reuelat ſecreta,& noti
ficauit regi Nebuchadneſar illud quod futurum eſt in nouiſſi
mo dierum.Somnium tuum,et viſio capitis tui in cubili tuo,
hæc eſt.Tu rex cogitabas,& cogitationes tuæ in cubili tuo a-
E ſcenderunt,vt ſcires quid eſſet futurum poſthac:& qui reue-
lat ſecreta,ſcire fecit te illud quod eſt futurum.Et mihi nõ pro-
pter ſapientiam quæ eſt in me præ omnibus viuentibus,ſecre
tum hoc reuelatum eſt,ſed vt interpretationem regi notifica-
rem,& cogitationes cordis tui ſcires,Tu rex videbas,& ecce
imago vna grandis,imago quæ ſic erat magna,& gloria eius
ſublimis ſtabat contra te,& forma eius terribilis.Huius ſtatuę
caput erat ex auro optimo,pectus eius & brachia eius argen-
tea,venter eius & femora eius ærea.Tibiæ eius ferreæ,pedes
partim erant ferrei,& partim fictiles.Videbas,donec abſciſus
eſt lapis,qui non manibus abſciſus erat,& percuſſit ſtatuam in
pedibus ſuis ferreis,& fictilibus,& contriuit eos.Tunc contri
ta ſunt pariter ferrum,teſta,æs,argentum,& aurum,& fuerũt
ſicut quiſquiliæ de areis æſtatis,quas eleuat ventus,& omnis
locus non inuenitur eis.Et lapis qui p̄cuſſit ſtatuam effectus eſt
mons magnus,& impleuit omnem terram.Hoc eſt,ſomniũ,
F & interpretationem dicemus coram rege.Tu rex es rex re-
gum,quia deus cœli regnum,potentiam,& fortitudinem,&
gloriam dedit tibi.Et omnia in quibus habitant filij hominũ,
beſtias agri,& volucres cœli dedit in manu tua,& dominium
tuum eſt in omnibus ipſis.Tu ipſe es caput aureum.Et poſt te
conſurget regnum aliud [a]humilius te,& regnum tertiũ aliud
a Quia ipſemet Nabuchodonoſor regnum Medorum humiliauerat uicto Arpachſad. æreum,quod dominabitur vniuerſæ terræ.Et regnum quar-
tum erit forte ſicut ferrum.Et quomodo ferrum comminuit
& domat omnia,& ſicut ferrum quod conterit omnia hæc,
ſic comminuet,& conteret.Et quod vidiſti pedes,& digitos
partim fictiles figulo,& partim ferreos,regnum diuiſum erit,
& de planta ferri erit in eo,ſecundum quod vidiſti ferrum mi
xtum cum teſta lutea.Et digitos pedum,partim ferreos,et par
tim fictiles,ex parte regnum erit forte,& ex parte erit cõtritũ.
Quod vidiſti ferrum mixtum cum teſta lutea,miſcebunt ſe cũ
ſemine hominis,& non adhærebũt ſibi alter cum altero,ſicut
ferrum non miſcetur cum teſta.Et in diebus regum ipſorum,
G ſuſcitabit deus cœli regnum,quod in æternum non corrum-
petur,& regnum populo alteri non dimittetur:comminuet,
& conſumet omnia iſta regna,& ipſum ſtabit in ſecula.Secun
dum quod vidiſti quod de monte abſciſus eſt lapis,qui non
manibus abſciſus eſt,& comminuit ferrum,es,teſtam,argen-
tum,& aurum:deus cœli notificauit regi,illud quod venturũ
eſt,poſthac:& verum eſt ſomnium,& fidelis eſt interpretatio
eius.Tunc rex Nebuchadneſar cecidit ſuper faciem ſuam,&
Danieli incuruauit ſe,& ſacrificium & ſuffitum dixit vt ſacrifi-
carent ei.Loquens rex ad Daniel,dixit:Verè noui quòd deus
veſter eſt deus deorum,& dominus regum,& reuelans ſecre-
ta,quia potuiſti reuelare ſecretum hoc.Tunc Rex Danielẽ ma
gnificauit,& munera multa magna dedit ei,& præfecit eum
omnibus prouinciis Babel,& principem pręfectum,ſuper o-
mnes ſapientes Babel.Daniel autem poſtulauit à rege,& præ-
fecit operibus prouinciarum Babel Sadrach,Meſach,& Ha-
bednego.Daniel autem erat in foribus regis.

¶ Erigitur a rege ſtatua aurea,tres pueri adorare contemnũt,mittuntur in fornacem,ab igne intacti cantant,liberantur,a rege exaltantur.

## CAP. III.

A NEbuchadneſar rex fecit imaginem auream,altitudo eius
erat cubitorum ſexaginta,latitudo eius cubitorum ſex:
ſtatuitq́ eam in campo dura,in p̄uincia Babel.Et Nebuchad
neſar rex miſit,ad congregandum magnos principes,pontifi
ces ſummos,& duces,Adarghezeraęos,Ghedebraęos,Detha
bræos,Tiphthæos,& oẽs præfectos prouinciarum,vt ve-
nirent ad dedicationẽ imaginis,quã erexerat Nebuchadneſar
rex.Tũc cõgregati ſunt magni principes,ſummi ſacerdotes,&
duces,Adarghezeraæi,Ghedebraæi,Dethabraæi,Tiphthaæi,
et oẽs præfecti prouinciarum,ad dedicationem imaginis quã
erexerat Nebuchadneſar rex:& ſtabant coram imagine quam
erexerat Nebuchadneſar,& præco clamabat valenter.Vobis
dicitur populis,tribubus,& linguis:Tempore quo audieritis
ſonitum cornu,fiſtulæ,citharæ,ſambucę,pſalterij,ſymphonię,
& oĩs ſpeciei inſtrumenti muſici,proſtrabitis vos,& genufle-
ctetis imagini aureæ,quam erigere fecit Nebuchadneſar rex.
& q̃ſquis non proſtrauerit ſe,& genuflexerit,eadẽ hora p̄iicie
B tur in medium fornacis ignis ardentis.Propter quod eo tem
pore quo audierunt omnes populi ſonitum cornu,fiſtulæ,ci-
tharæ,ſambucæ,pſalterij,& omnis ſpeciei muſici inſtrumenti,
proſtrauerunt ſe omnes populi tribus,& linguæ,incuruaue-
runt ſe ſtatuę aureę,quam erigere fecerat Nebuchadneſar rex.
Ob quam rem in ipſo tempore acceſſerunt viri Chaſdim,&
accuſauerunt prodentes ipſos Iehudæos.Locuti ſunt,& dixe
runt ad Nebuchadneſar regem:Rex in ęternum viue.Tu rex
poſuiſti decretum,quòd omnis homo qui audierit ſonitum
cornu,fiſtulę,citharæ,ſambucæ,pſalterij,& ſymphoniæ,& o-
mnis ſpeciei inſtrumenti muſici,proſternat ſe,& incuruet ſe i-
magini aureę.Et q̃ſquis non proſtrauerit ſe,& incuruauerit ſe,
proiicietur in medium fornacis ignis ardentis.Sunt viri Ie-
hudæi,quos conſtituiſti ſuper opera prouinciarum Babel,Sa
drach,Meſach,& Habednego,viri iſti non poſuerunt cor ſu-
per te rex,vt obſeruent decretum.Deos tuos non colunt,ima
gini aureæ,quam erigere feciſti,non incuruant ſe.Tunc Nebu
chadneſar in furore & ira dixit,vt adducerent Sadrach,Me-
ſach,& Habednego.Tũc viri iſti adducti ſunt coram rege.Lo
cutus eſt Nebuchadneſar,& dixit ad eos:Num verè Sadrach,
Meſach,& Habednego,deos meos non colitis,& imagini,quã
erigere feci,non incuruatis vos?Nunc nõnne eſtis parati,vt
tempore quo audieritis ſonitũ cornu,fiſtulę,citharę,ſambucę,
pſalterij,& ſymphonię,& omnis ſpeciei inſtrumenti muſici,vt
proſternatis vos & genuflectatis imagini;quam feci?Et ſi non
genuflexeritis,in ipſa hora proiiciemini in medium fornacis
C ignis ardentis.Et quis eſt deus qui eruat vos de manibus meis?
Reſponderunt Sadrach,Meſach,& Habednego,& dixerũt re-
gi Nebuchadneſar:Non oportet nos ſuper hac re reſponde- a ſcilicet nos
re tibi.Ecce eſt deus noſter quem colimus,potens eſt,vt eruat erueret.
nos de fornace ignis ardentis,& de manu tua rex eruet.[a] Et ſi
noluerit eruere nos,notum ſit tibi rex,ꝙ deis tuis non incurua
mus nos,& ſtatuæ,quã erigere feciſti,non genuflectimus.Tũc
Nebuchadneſar repletus eſt furore,& imago vultus eius im-
mutata eſt ſuper Sadrach,Meſach,& Habednego;locutus eſt,
& dixit,vt ſuccenderent fornacem ſeptuplum,ſuper id quod
conſueuerant ſuccendere eam.Et viris fortibus robore,qui e-
rant in exercitu ſuo,dixit,vt ligarent Sadrach,Meſach,& Ha-
bednego,ad proiiciendum in fornacem ignis ardentis,Tunc
viri iſti,vincti ſunt,cum femoralibus ſuis,& thiaris ſuis,& ope
rimentis ſuis,& veſtibus ſuis.Et proiecti ſunt in medium for-
nacis ignis ardentis.Propterea autem quòd à ſermõe regis vr
D gebatur,& fornax ſuccenſa erat valde,viros illos qui aſcende-
re fecerant Sadrach,Meſach,& Habednego,occidit flamma
ignis.At viri iſti tres Sadrach,Meſach,& Habednego,cecide-
runt in medium fornacis ignis ardentis ligati.Tunc Nebu-
chadneſar rex obſtupuit,& ſurrexit p̄pere,locutus eſt,& dixit
optima-



optimatibus ſuis.Nõnne viros tres proiecimus in medium
ignis ligatos?Reſpõderunt,& dixerũt regi:Verè rex.Reſpõdit
& ait:Ecce video viros quatuor ſolutos ambulãtes in medio
ignis,& corruptio non eſt in eis:& ſpecies quarti ſimilis eſt fi-
lio dei.Tũc acceſſit Nebuchadneſar,ad oſtium fornacis ignis
ardentis,locutus eſt,& dixit:Sadrach,Meſach,& Habednego,
ſerui dei excelſi egredimini,& venite:tũc egreſſi ſunt Sadrach,
Meſach,& Habednego,de medio ignis.Et cõgregati ſunt ma
gni principes,ſummi ſacerdotes,& duces,& optimates regis,
& contemplabantur viros iſtos,quia non dominatus fuerat i-
gnis corporibus eorum,& capillus capitis eorũ non erat adu
ſtus,& veſtes eorum non erant mutatæ,& odor ignis non
tranſierat per eos.Locutus eſt Nebuchadneſar,& dixit:Bene
dictus dominus Sadrach,Meſach,& Habednego,qui miſit an
gelum ſuum,& eruit ſeruos ſuos,qui ſperauerunt in eo,et ver
bum regis mutauerunt,& tradiderunt corpora ſua vt nõ ſer-
uirẽt,nec genuflecterent omni deo,niſi deo ſuo.Et à me poſi-
tum eſto decretũ,vt omnis populus tribus,& lingua,quæ di-
xerit blaſphemiam contra deũ Sadrach,Meſach,& Habedne-
go,in fruſta fiat,& domus eius in latrinam ponatur,eò quòd
non eſt deus qui poſsit eruere,ſicut hic.Tunc rex magnificauit
Sadrach,Meſach,& Habednego,in prouincia Babel.Nebu-
chadneſar rex omnibus populis,tribubus,& linguis,qui ha-
bitant in vniuerſa terra,pax vobis multiplicetur.Signa,& mi
rabilia quæ fecit mecum deus excelſus,decorum eſt corã me,
vt narrem.Signa eius ſecundum ꝙ magna ſunt,& mirabilia
eius ſecundum ꝙ fortia ſunt.Regnum eius ſempiternum,& po
teſtas eius cum generatione,& generatione.

¶ Rex iterum ſomniat,Daniel interpretatur,amiſſurum ſcilicet ſuũ regnũ,uicturum cum beſtiis,comeſturum fœnum ceu bouem,ac tandem regno reſtituendum.

## CAP. IIII.

A EGo Nebuchadneſar quietus eram in domo mea,et flo-
rens in palatio meo.Somnium vidi,& terruit me,& co
gitationes in cubili meo,& viſiones capitis mei terrebant me.
Et à me poſitum eſt decretum,vt introducerentur ad me oẽs
ſapientes Babel,qui interpretationem ſomnij ſcire facerẽt me.
Tunc ingreſſi ſunt aſtrologi,genethliaci,Chaſdim,& diuini,&
ſomnium dixi coram eis,& interpretationem eius non indica
uerunt mihi.Donec demum introductus eſt corã me Daniel,
cuius nomen eſt Beltheſaſar,ſecundũ nomen dei mei,& in quo
eſt ſpiritus deorum ſanctorum,& ſomnium coram ipſo dixi.
Beltheſaſar princeps genethliacorum,noui quòd ſpiritus deo
rum ſanctorum eſt in te,& omne ſecretum non eſt abſcondi-
tum tibi,viſiones ſomnij mei,quod vidi,& interpretationem
B eius dic.Viſio capitis mei in cubili meo:Videbam,& ecce ar-
bor in medio terræ,& altitudo eius magna.Magna erat ar-
bor,& fortis,& altitudo eius pertingebat ad cœlum,& aſpe-
ctus eius ad finem vniuerſæ terræ.Ramus eius pulcher,et fru-
ctus eius multus,& eſca vniuerſis erat in ea:ſub ſe vmbram fa
ciebat beſtiis agri,& in ramis eius habitabant volucres cœli,&
ex ea veſcebatur omnis caro.Videbam in viſiõe capitis mei,
ſuper ſtratu meo,& ecce vigil,& ſanctus de cœlo deſcẽdit.Cla
mauit fortiter,& ſic dixit:Succidite arborem,& præcidite ra
mos eius,excutite ramos eius,& diſpergite fructus eius,elon-
gent ſe beſtiæ quæ ſub ea ſunt,& volucres à ramis eius.Verun
tamen radicem radicum eius in terra ſinite,& in vinculo fer-
reo,& æreo ponatur in herba agri,rore cœli tingatur,& cum
beſtiis ſit pars eius in herba terræ.Cor eius ab homine mute-
tur,& cor beſtiæ detur ei,& ſeptem tempora mutentur ſuper
eum.In decreto vigilum verbum,& in ſermone ſanctorũ pe-
titio,vt cognoſcant viuentes,quòd dominetur altiſsimus re-
gno hominum,& cui voluerit dabit illud,& humilẽ inter ho-
C mines conſtituet ſuper illud.Hoc ſomniũ vidi ego rex Ne-
buchadneſar.Tu autem Beltheſaſar interpretationem eius dic,
eo quòd omnes ſapientes regni mei non potuerunt interpre-
tationem notificare mihi.Tu autem potes,quia ſpiritus deo-
rum ſanctorum in te eſt.Tunc Daniel,cuius nomen erat Bel-
theſaſar[a],ſiluit hora vna,& cogitationes eius terrebant eum.
Locutus eſt rex,& dixit:Beltheſaſar ſomnium,& interpreta- a ſtupefactus eſt.
tio eius non terreant te.Reſpondit Beltheſaſar,& dixit:Domi
D ne mi,ſomnium ſit inimicis tuis,& interpretatio eius hoſtibus
tuis.Arbor,quam vidiſti,quæ erat magna,& fortis,& altitu-
do eius pertingebat ad cœlum,& aſpectus eius in omnẽ terrã:
Et rami eius pulchri,& fructus eius multus,& eſca omnibus
in ea:ſubter eam habitabant beſtiæ agri,& in ramis eius habi-
tabant volucres cœli:Tu ipſe es rex,qui magnificatus es,&
roboratus es,& magnitudo tua creuit,& peruenit ad cœlũ,
& poteſtas tua ad finem terræ,Quòd autem vidit rex vigilẽ,
& ſanctum deſcendentem è cœlo,qui dixit:Succidite arborẽ,
& diſsipate illam,attamen radicem radicum eius in terra di-
mittite,& in vinculo ferreo & æreo ponatur,in herba agri,
& rore cœli aſpergatur,& cum beſtiis agri ſit pars eius,donec
ſeptem tempora mutentur ſuper eum.Hæc eſt interpretatio,
E ô rex,& decretum altiſsimi eſt,quod peruenit ſuper dominũ
meum regem.Et te eiicient ab hominibus,& cum beſtiis agri
erit habitatio tuo,herbæ ſicut bobus tibi ſapient,& rore cœ-
li te tingent,& ſeptem tempora mutabuntur ſuper te,donec
ſcias quòd dominetur altiſsimus in regno hominũ,& cui vo-
luerit dabit illud.Quod autem dixerunt,vt dimitterent radi- Iob.40.b.
cem radicum eius arboris,regnum tuum tibi manebit ex eo Infra.5.f.
tempore quo cognoueris,quòd poteſtas cœli eſt.Quamob-
rem rex,ô rex mi,cõſilium meum placeat tibi,& peccata tua
iuſtitia redime,& iniquitates tuas miſericordia pauperum:[b]ſi b id enim erit ſanitas ad pacẽ tuam.
forte ſit prolongatio paci tuæ.Omnia venerunt ſuper Nebu
chadneſar regem.In fine menſium duodecim,in aula regni Ba
bel deambulabat.Locutus eſt rex,& ait:Nõnne hæc eſt Babel
magna,quam ędificaui in domũ regni,in robore fortitudinis
meæ,& in gloriam decoris mei?Adhuc ſermone exiſtente in
F ore regis,vox è cœlo ruit.Tibi dicunt,Nebuchadneſar rex,re
gnum tranſiuit à te.Et ab homine te eiicient,& cum beſtiis a-
gri erit habitatio tua:herbæ ſicut bobus tibi ſapient,& ſeptẽ
tempora mutabuntur ſuper te,donec agnoſcas quòd domi-
netur altiſsimus in regno hominum,& cui voluerit dabit il-
lud.Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nebuchadneſar,
[c]& ex hominibus abiectus eſt,& herbam vt boues comede- c factus eſt maniacus ſe pro beſtia gerebat.
bat,& rore cœli corpus eius tingebatur,donec capillus eius
creuit,vt plumæ aquilæ,& vngues eius ſicut auiũ.In fine die-
G rum ego Nebuchadneſar oculos meos ad cœlos leuaui,et co Infra.7.d.
gnitio mea mihi data eſt,& altiſsimo benedixi,et viuentem in
ſecula laudaui,& glorificaui,quia poteſtas eius,poteſtas,ſem-
piterna,& regnum eius cum generatione,et generatione.
Et omnes habitatores terræ,tãquam nihil reputati ſunt.Et iu
xta voluntatem ſuam facit in exercitu cœli,& habitatores ter-
ræ,& non eſt qui percutiat manum eius,et dicat ei:quid feci-
ſti?In ipſo tempore cognitio mea reddita eſt mihi,& ad glo-
riam regni mei decoris mei reuerſus ſum,& figura mea data
eſt mihi,& me optimates mei,& principes mei quæſierunt,&
in regno meo confirmatus ſum,& magnificentia amplior ad-
dita eſt mihi.Nunc ego Nebuchadneſar laudo,magnifico,&
glorifico regem cœli,quia omnia opera eius veritas,& ſemitę
eius iudiciũ,& eos qui gradiuntur in ſu̗bia põt humiliare.

¶ Rex Belſaſar filius Nebuchadneſar,uidet manum ſcribentem ad parietẽ,Daniel interpretatur regni amiſſionem,Rex Belſaſar interficitur,ſuccedit Dariaues.

## CAP. V.

A BElſaſar rex fecit conuiuium grande principibus ſuis mil
le,& coram mille vinum bibebat.Belſaſar dixit in dulce
dine vini,vt afferent vaſa aurea & argentea,quę aſportauerat
Nebuchadneſar pater eius de tẽplo,qđ fuerat in Ieruſalaim:
& biberunt in eis rex,& principes eius,vxores eius,& concu-
binæ eius.Tunc allata ſunt vaſa aurea,quæ aſportauerant de
templo domus dei,quod erat in Ieruſalaim:& biberunt in eis
rex,& principes eius,vxores eius,& concubinæ eius.Biberũt
vinum,& laudauerunt deos aureos,& argenteos,æreos,fer-
reos,ligneos,& lapideos.In ipſa hora egreſsi ſunt digiti man9

hominis,& ſcribebant contra candelabrum in ſuperficie pa-
rietis aulæ regiæ,& rex aſpiciebat palmam manus,quæ ſcribe
B bat. Tunc regis facies,mutata eſt,& cogitationes eius contur-
bauerunt eum,& cingula lumborũ eius ſoluta ſunt, & genua
eius alterum ad alterum colliſa ſunt. Clamauit rex fortiter , vt
introducerent genethliacos,Chaldæos,& diuinos: locutꝰ eſt
rex,& dixit ſapientibus Babel:Quicunque legerit ſcripturam
hanc,& interpretationem eius indicauerit mihi, purpura ve-
ſtietur,& torques aurea erit in collo eius,& tertiꝰ in regno im
perabit. Tunc ingreſsi ſunt omnes ſapientes regis,& non po-
tuerunt ſcripturam legere,nec interpretationem indicare re-
C gi. Tunc rex Belſaſar ſatis territus eſt , & formæ eius mutatæ
ſunt in eo,& principes eius conturbati ſunt. Regina autem ob
verba regis, & principum eius,in domum conuiuij ingreſſa
eſt:locuta eſt regina,& dixit:Rex in æternum viue:nõ terreãt
te cogitationes tuæ,& formæ tuæ non mutentur. Eſt vir in re
gno tuo,in quo eſt ſpiritus deorum ſanctorum, & in diebus
patris tui,illuminatio,et intelligentia,& ſapientia ſecundum ſa
pientiam deorum inuenta eſt in eo:& rex Nebuchadneſar pa
ter tuus,principem genethliacorum,aſtrologorum,Chaldæo
rum,diuinorum conſtituit eũ ,pater,inquam,tuus ô rex. Præ
ſertim cum ſpiritus amplior,et ſcientia,et intellectus interpre-
tans ſomnia,et indicatio problematum,et ſolutio ligatorum
inuenta ſit in eo,in Daniele videlicet,cui rex impoſuit nomen
D Belthеſaſar:nunc Daniel vocetur,& interpretationem indica
bit. Tunc Daniel adductus eſt coram rege:locutus eſt rex:et di
xit Danieli:Tu es ipſe Daniel,q̃ es de filiis captiuitatis Iehudah,
quẽ adduxit rex pater meꝰ de Iehudah:Et audiui de te,quòd
ſpiritus deorum ſanctorum eſt in te,et illuſtratio,et intellectꝰ,
& ſapientia amplior inuenta eſt in te. Et nunc adducti ſunt co
ram me ſapientes aſtrologi,qui ſcripturam hanc legerent , &
E interpretationem eius indicarent mihi,& non potuerunt in-
terpretationem ſermonis indicare. Et ego audiui de te,ꝙ poſ-
ſis obſcura interpretari,& ligata ſoluere. Nunc ſi potueris ſcri
pturam legere,& interpretationẽ indicare mihi,purpura ve-
ſtieris,& torques aurea erit in collo tuo,& tertius in regno do
minaberis. Tunc reſpondit Daniel,& dixit coram rege:Mune
ra tua tibi ſint,& dona tua alteri da. Veruntamen ſcripturam
legam regi,& interpretationem indicabo ei. Tu rex audi: Deꝰ
altiſsimus,regnum,et magnificentiam,et gloriam,et decorem
F dedit Nebuchadneſar patri tuo. Et propter magnificentiam
quam dedit ei,omnes populi,tribus,& linguæ tremuerunt,et
timuerunt à facie eius. Quos volebat,occidebat:& quos vole
bat, percutiebat:& quos volebat,exaltabat:& quos volebat,
humiliabat. Sed quando eleuatum fuit cor eius,& ſpiritꝰ eius
induratus eſt ad ſuperbiam,depoſitus eſt de ſolio regni ſui,&
gloriam abſtulerunt ab eo. Et à filiis hominum abiectus eſt,et
cor eius cum beſtiis poſitum eſt,& cũ gregibus habitatio eiꝰ,
herba vt bobus ſapuit ei,& rore cœli corpꝰ eius tinctum fuit,
donec cognouit ꝙ dominaretur deus altiſsimus in regno ho
minum,& quem voluerit conſtituet ſuper illud. Et tu filiꝰ eius
Belſaſar,nõ humiliaſti cor tuum,cum totum hoc ſcires. Et cõ-
tra dominum cœli eleuatus es,& vaſa domus eius attulerunt
corã te:& tu,et principes tui,vxores tuæ,& concubinę tuę, vi
nũ bibiſtis in eis,& deos argẽteos,et aureos, æreos,ferreos, li-
G gneos,& lapideos,q̃ nõ vident,neq; audiũt,laudaſti. Et deũ in
cuius manu eſt anima tua,& omnes viæ tuæ apud eum nõ ho
noraſti. Tunc à facie eius miſſa eſt palma manus, & ſcriptura
hæc exarata eſt. Et hæc eſt ſcriptura q̃ exarata eſt. [a] Mene Me-
ne Techel,Vpharſin. Hæc eſt interpretatio ſermonis . Mene:
Numerauit deus regnum tuum,& compleuit illud . Techel:
Appenſus es in ſtatera,& inuentus es deficiens. Peres:Diuiſum
eſt regnum tuum,& datum eſt Medis,& Perſis. Tũc dixit Bel-
ſaſar,& induerunt Danielem purpura,& torques aurea poſi-
ta eſt in collo eius,& prædicauerũt de eo,ꝙ dominaretur ter
tius in regno. In ipſa nocte interfectꝰ eſt Belſaſar rex Chaldęꝰ.

a Numera numera, appende,et ecce excidẽtes,ſeu ecce Perſæ. uocũ enim eſt alluſio.

¶Daniel per accuſationem a rege Dariaues miſſus in lacum leonum,a do-
mino liberatur,accuſatores dantur leonibus diſcerpendi.

CAP. VI.

A ET Dariaues Medus ſuſcepit regnum iam annorum ſexa-
ginta & duorũ. [a] Placuit coram Dariaues , & conſtituit
ſuper regnum magnos principes centum et viginti,qui eſſent
in toto regno. Et ſuper eos principes tres,ex quibꝰ Daniel v-
nus erat,quibus magni principes ipſi redderent rationem,ne
rex moleſtia afficeretur. Tunc Daniel ipſe erat præualẽs ſuper
principes,& magnos principes,eo ꝙ ſpiritus amplior eſſet in
eo. Et rex cogitabat conſtituere eum ſuper totum regnũ. Tũc
principes et ſatrapę quærebant occaſionem contra Danielem
ex parte regni. Et omnem occaſionem,& corruptelã non po
tuerunt inuenire,eo ꝙ fidelis eſſet,& omnis error,& corrupte
B la non inueniretur in eo. Tunc viri iſti dixerunt:quia nõ inue-
niemus contra Danielem hunc oẽm occaſionem,niſi forte in-
ueniamus,cõtra eũ in lege dei ſui. Tunc principes, & ſatrapæ
iſti,ſuaſerunt regi,& ſic dixerunt ei:Dariaues rex , in æternum
viue. Conſiliũ inierunt oẽs principes regni,magiſtratus, ſatra
pæ,optimates,& duces,ſtatuere ſtatutũ regium,& roborare
pactum,ꝙ oĩs qui petierit petitionem ab omni deo & homi-
ne vſq; ad triginta dies,niſi à te rex,proiiciatur in lacum leo-
num. Nunc rex confirma ſententiã,& deſcribe ſcripturam, vt
nõ mutetur iuxta legẽ Medorũ & Perſarũ, [b] & non tranſgre-
diatur. Propterea rex Dariaues deſcripſit ſcripturã,et ſentẽtiã.
C Daniel aũt,qñ cognouit ꝙ deſcripta eſſet ſcriptura , ingreſſus
domũ ſuã,& feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſa-
laim,temporibus tribus in die incuruabat ſe ſuper genua ſua,
& orabat,& confitebatur coram dño,quẽadmodũ antea fece
rat. Tunc viri illi explorauerunt,& inuenerunt Danielem orã-
tem corã deo ſuo. Tunc acceſſerunt,& dicunt corã rege ſuper
edicto regio:Nõnne edictũ deſignaſti,ꝙ oĩs homo qui petie-
rit ab omni deo,& hoĩe vſq; ad dies triginta,niſi à te rex ꝓiice
ceretur in lacum leonũ:Reſpondit rex,& dixit: Verus eſt ſer-
mo iuxta legẽ Medorũ & Perſarum, [c] qui non tranſgredietur.
D Tunc reſponderunt & dixerunt coram rege,ꝙ Daniel qui eſt
de filiis captiuitatis Iehudah non poſuit cor ſuper te rex,vt im
pleret ſententiam,& ſuper edicto quod deſcripſiſti,ſed tẽpori
bus tribus in die petit petitionem ſuam. Tunc rex,quũ ſermo
nem audiſſet,multũ diſplicuit ei,& Danieli impoſuit purga-
tionẽ,vt erueret eũ,& vſq; ad occaſum ſolis conatus eſt eruere
eum. Tunc viri illi ſuaſerunt regi, et dixerunt regi:Scito rex,ꝙ
lex Medorũ et Perſarum eſt,ꝙ om̃e decretum,et ſtatutũ quod
rex ſtatuerit,non eſt mutandum. Tunc rex dixit,& adduxerũt
E Danielem,& proiecerunt in lacũ leonum:locutuſq; eſt rex , &
dixit ad Danielem:Deus tuus cui tu ſeruis iugiter,ipſe eripiet
te. Et allatus eſt lapis vnus,& poſitus eſt ſuper os laci,& obſi-
gnauit rex anulo ſuo,& anulo principum ſuorum, [d] vt non ir
ritaretur voluntas eius in Daniele. Tunc abiit rex in palatium
ſuũ,& mãſit [e] in cœnaculo,& mẽſa nõ eſt poſita corã eo,& ſo
mnus eius fugit ab eo. Tunc rex diluculo ſurrexit dum ſplẽde-
ſceret,& cum feſtinatione ad lacum leonum perrexit. Et cũ ap
propinquaſſet lacui,Danielem voce triſti vocauit. Locutꝰ eſt
rex,et dixit ad Danielẽ:Daniel ſerue dei viuẽtis,deꝰ tuus,cui tu
F ſeruis iugiter,nunqd potuit liberare te à leonibus:Tũc Daniel
cũ rege locutus eſt:Rex,in æternum viue. Deus meus miſit an-
gelũ ſuũ,& cõcluſit os leonũ,& nõ perdiderũt me,quia coram
eo iuſtitia inuenta eſt mihi,& etiã corã te rex corruptelã nõ fe-
ci. Tunc rex vehementer iucundus fuit ſuper eo, & Danielem
iuſsit educi de lacu. Et eductus eſt Daniel de lacu,& omnis læ-
ſio non eſt inuenta in eo,quia credidit deo ſuo. Et dixit rex,&
adducti ſunt viri illi q̃ accuſauerũt,q̃ quęſierũt ꝑdere Danielẽ.
& in lacũ leonũ ꝓiecti ſunt ipſi,filij eorũ,vxores eorum:& nõ
peruenerũt ad pauimentũ laci,donec dominati ſunt eis leões,
& oĩa oſſa eorũ cõtriuerunt. Tũc Dariaues rex ſcripſit oĩbus
populis,tribubꝰ,& linguis,q̃ habitabãt in vniuerſa terra:Pax
G vobis multiplicetur:A facie mea poſitũ eſt decretũ,vt in vni-
uerſo impio regni mei tremãt,& paueant à facie dei Danielis:
ipſe

a eodẽ ipſo anno regnũ. transferẽs in Cyrũ Perſã cum completum iam eſſet ſeptuaginta annorum tẽpus. Nã annos.45.regnauit Nebucadneſar. Euilmerodach.23. Belſaſar.3.

b quæ nõ leuiter tranſibit.

c quę nõ in irritum ibit.

d ne immutaretur .i. ne quis præter regis uoluntatẽ quid innouaret erga Danielem.

e ieiunus & muſica nõ eſt inducta.

ipſe enim eſt deus viuens,& permanens in ſecula,& regnũ eius
quod non corrumpetur,& poteſtas eius vſq; in finem. Eruẽs,
& liberans,& faciens ſigna & mirabilia in cœlo & in terra,qui
eruit Danielem de poteſtate leonũ. Et Daniel ipſe proſperatus
eſt in regno Dariaues,& in regno Chores Perſæ.

¶Viſio quatuor beſtiarum,id eſt,quatuor mundi regnorum.de poteſtia &
incremento parui cornu,quod e capite quartæ beſtiæ oriturum oſten-
dit. Item de rege Antichriſto. CAP. VII.

A ANno primo Belſaſar regis Babel,Daniel ſomnium vi
dit,viſioq; capitis eius in cubili eius:tunc ſomniũ ſcri-
pſit,ſummam verborum ediſſerens. Locutuſq; eſt Daniel, &
dixit:Videbam in viſione mea in nocte:Et ecce quatuor vẽti
cœli pugnabant in mari magno. Et quatuor beſtiæ grandes
aſcendebant è mari diuerſæ ab inuicem. Prima erat ſicut [a] leo,
& alæ aquilæ erant ei. Videbam donec euulſæ ſunt alæ eius,&
eleuata eſt à terra,& ſuper pedes tanq; homo ſtetit,& cor ho-
minis datum eſt ei. Et ecce alia beſtia ſecunda ſimilis vrſo,et ad
latus vnum ſtetit,& [b] tria latera in ore eius inter dentes eius. Et
ſic dicebant ei:Surge,comede carnem plurimam. Poſt hoc vi
debam,& ecce alia veluti [c] pardus,& ei erant alę quatuor auis
ſuper dorſo eius,& quatuor capita erãt beſtiæ,& poteſtas da
B ta eſt ei. Poſt hoc vidi in viſiõe noctis,& ecce beſtia quarta for
midoloſa,& terribilis,& fortis valde,& dentes ferrei erant ei
magni,comedebat,& cõminuebat,& reſiduum pedibus ſuis
conculcabat,& erat diſtincta ab omnibus beſtiis,quę fuere an
te eam,& cornua decem erant ei. Conſyderabam cornua , &
ecce cornu aliud paruum aſcendebat inter ea,& tria de corni
bus primis euulſa ſunt à facie eius,& ecce oculi tanq; oculi ho
minis in cornu iſto,& os loquens grandia . Videbam donec
C throni elati ſunt,& antiquus dierum ſedit,veſtimentum eius
ſicut nix candidum,& pilus capitis eius ſicut lana pura, [d] thro
nus eius vt flammæ ignis,rotæ eius vt ignis ardens . Fluuius
igneus trahebatur,& egrediebatur à facie eius. Milia miliũ mi
niſtrabant ei,& decies milies centena milia coram eo ſtabant,
iudicium ſedit,& libri [e] aperti ſunt. Videbam tũc propter vo
cem ſermonum grandium quos cornu loquebatur . Videbã
donec interfecta eſt beſtia,& perditum eſſet corpus eius,et tra
D ditum eſſet ad combuſtionem ignis. Et reliquis beſtiis ablata
eſſet poteſtas earum. Et longitudo in vita data eſſet eis vſque
ad tempus,& tempus. Videbam in viſione noctis,& ecce cũ
nubibus cœli tanquam filius hominis veniebat,& vſq; ad an-
tiquum dierum peruenit,& corã eo appropinquare fecerunt
eum. Et ei dedit poteſtatem,& gloriam,& regnum,& omnes
populi,tribus,& linguæ ei ſeruient. Poteſtas eius poteſtas ęter
na,quæ non auferetur,& regnum eius quod non corrumpe-
E tur. Contritus eſt ſpiritus meus:ego Daniel habebam ſpiritũ
contritũ [f] in medio corporis,& viſiones capitis mei terrebãt
me. Acceſsi ad vnum de aſsiſtentibus,& veritatem quęrebam
ab eo ſuper omne hoc:& dixit mihi:& interpretationẽ ſermo
num ſcire fecit me. Iſtæ beſtiæ magnæ quæ ſunt quatuor,qua-
tuor ſunt reges,qui conſurgent de terra. Et ſuſcipient regnum
ſanctorum altiſsimorum,& poſsidebunt regnum vſq; in ſecu
lum, [g] & vſq; in ſeculum ſeculorum. Tunc volui ſtare ſuper ve
ritate beſtiæ quartę, [h] quę erat diſtincta à cunctis aliis,formido
loſa valde. Dentes eius ferrei,& vngues eius ęrei,quæ comede
bat,comminuebat:& reſiduum pedibus ſuis conculcabat. Et
F ſuper cornibus decem,quæ erant in capite eius, & altero qđ
aſcendebat,& ceciderant à facie eius tria,et cornu cui ſimiliter
& oculi erant,& os loquens grandia,et aſpectus maior ſociis
ſuis. Videbam et cornu quod ſimiliter faciebat bellum cũ ſan
ctis,et præualebat eis. Donec venit antiquus dierum, & iudi-
cium datum eſt ſanctis altiſsimis,& tempus aduenit, et regnũ
poſsidebãt ſancti. Sic ait:Beſtia quarta,regnũ quartum erit in
terra. Quod maius erit oĩbus regnis,& deuorabit vniuerſam
terrã,& turbabit eã,& cõminuet eã. Et cornua decẽ,ex ipſo re
gno decẽ reges cõſurgẽt,& alius cõſurget poſt eos,& ipſe ma-
G ior erit prioribꝰ,et tres reges humiliabit. Et ſermones ex parte

a Rex Medorum . Iam enim erat Nebucchadneſar defunctus, et rem futuram deſignat prophetia.
b tres coſtę. Tria enim iã imperia occupauerat Perſa, Aſſyriorũ Chaldęorũ et Medorũ,initio iuſtus,deinde tyrannus.
c Alexãder qui prædicta quatuor habuit imperia.
Apoc.5.c.
Matt.24.c.
d Thronus dius rutilabat ut flamma.
e Vtriuſq; teſtamenti libri, ſtãte Romano impio per Chriſtũ intelliguntur.
f intra uaginam.
g in æuum et æuũ,in multa ſecula.
h quę mõſtrũ ab aliis lõge diuerſũ p ſe ferebat.



altiſsimi loq̃tur,& ſanctos altiſsimorũ cõteret. Et putabit mu
tare tẽpora,et legẽ,et tradentur in manu eius vſque ad tẽpus
& tẽpora & dimidiũ tẽporis. Et iudiciũ ſedit,& poteſtatẽ eiꝰ
auferent,vt diſsipẽt,et diſperdãt vſque in finẽ. Regnum aũt et
poteſtas,et magnitudo regni ſubter om̃e cœlũ dabitur popu
lo ſanctorũ altiſsimorũ. Regnũ eius regnũ æternũ,& oẽs pote
ſtates ei ſeruiẽt, & obediẽt. Huculq; finis verbi. Ego Daniel,
multũ cogitationes meę terruerunt me,et vultus meus muta-
tus eſt in me,& ſermonem in corde meo conſeruaui.

¶Viſio pugnæ inter arietẽ & hircũ,id eſt,inter Perſas, Medos, & Græ-
cos,quibus ſucceſſit cornu modicũ,rexq; potentiſsimus,qui eſt
Antichriſtus. CAP. VIII.

A ANno tertio regni Belſaſar regis viſio apparuit mihi.
Ego Daniel poſt illud qđ apparuit mihi in principio,
vidi in viſione,et fuit,cũ viderẽ,erã in Suſan regia quæ erat in
Helan ꝓuincia. Et vidi in viſione,& eram iuxta flumen [a] Vlai.
Et leuaui oculos meos,et vidi,& ecce aries vnꝰ ſtabat ante flu-
uium,et ei erãt cornua,et cornua excelſa,& vnũ [b] excelſius alte-
ro,& excelſius aſcẽdebat in nouiſsimo. Vidi arietem cornupe
tentem,ad occidentem,et aquilonem,et meridiẽ,et omnes be
ſtiæ non ſtabant coram ipſo,nec erat qui erueret de manu eiꝰ,
B et fecit ſecũdũ voluntatẽ ſuam,& magnificatus eſt. Et ego erã
hæc perpẽdẽs,et ecce hircus [c] caprarũ veniebat ab occidẽte ſu
per faciẽ totius terræ,& non tangebat terrã:& hirco erat cor
nu viſibile inter oculos eius,& venit vſq; ad arietẽ habentem
cornua,quem videram ſtantẽ ante fluuiũ,& cucurrit ad eum
in ira fortitudinis ſuæ. Et vidi eum appropinquantẽ ad arietẽ,
& eleuatus eſt contra eũ,& percuſsit eũ,et cõminuit duo cor-
nua eius,& nõ erat fortitudo in ariete ad ſtãdũ ante eũ:& ꝓie-
C cit eũ in terrã,& conculcauit eũ,& nõ erat q̃ erueret arietẽ de
manu eius. Et hircus caprarũ magnificatus eſt vehemẽtiſsime.
Et cũ creuiſſet,fractũ eſt cornu magnum,& aſcẽderunt in viſu
quatuor pro eo,in quatuor ventos cœli. Ex vno aũt ex illis,e-
greſſum cornu vnum [d] paruũ,& creuit valde ad meridiẽ,et ad
orientẽ,et ad terram deſyderabilẽ Iſrael. Et creuit vſque ad ex-
ercitum cœli,& deiecit in terrã de exercitu,et de ſtellis,& con-
culcauit eas. Et vſque ad principẽ exercitus magnificatũ eſt,&
D ab eo ablatum eſt iuge ſacrificiũ,& proiectus eſt locus ſanctifi
cationis eius. Et tẽpꝰ [e] dabitur cõtra iuge ſacrificium propter
præuaricationẽ,et ꝓiiciet veritatẽ in terrã,& faciet,& proſpe
rabitur. Et audiui vnũ è ſanctis loquentẽ,et dixit vnꝰ è ſanctis
cuidã loquẽti:Vſquequo viſio,iuge ſacrificiũ,& pręuaricatio
deſolans ad dandũ et ſanctuariũ et exercitũ in cõculcationem:
Et dixit ad me:Vſque ad veſperã mane,mille & trecẽtis,& iu-
E ſtificabitur ſanctuarium. Et fuit,cũ viderẽ ego Daniel viſionẽ
& quærerem intelligentiã,ecce ſtetit corã me tanq; aſpectꝰ vi-
ri. Et audiui vocem hominis inter Vlai,& clamauit , & dixit:
Gabriel fac intelligere iſtum,viſionẽ. Et venit iuxta locũ meũ,
& cũ veniſſet territus ſum,& corrui in faciẽ meam,& dixit ad
me:Intellige fili hominis,quia ad deſtinatũ tẽpus erit finis viſio
nis. Et cum loqueretur mecũ,ſtupore cecidi in faciem meam
in teram. Et tetigit me,et ſtare fecit me iuxta locum meum. Et
dixit:Ecce cognoſcere faciã te,quod erit in nouiſsimo irę , q̃a
ad tempus erit finis. Aries,quem vidiſti habentem cornua,re-
F ges Medorũ et Perſarum ſunt. Et hircus,hircus rex eſt Gręcię,
et cornu grande,quod erat inter oculos eius,eſt rex primꝰ. Et
contritum eſt,et ſteterunt quatuor pro eo,quatuor regna de
gente ſtabunt,et non in fortitudine eius. Et in nouiſsimo re-
gni eorum,cum cõſummati fuerint præuaricatores,ſtabit rex
fortis facie,et intelligens ænigmata. Et roborabitur fortitudo
eius,et non fortitudine ſua,et mirabiliter vaſtabit,et proſpera
bitur et faciet,et vaſtabit robuſtos,et pplm ſanctorũ. Et ſecũ-
G dũ [f] intellectum eius ꝓſperabitur dolus in manu eiꝰ,et in cor-
de eius:magnificabit ſe,et [g] in dolo vaſtabit multos,etiam con
tra principem principum ſtabit,et abſque manu conteretur.
Et viſio veſpertina,et matutina,quæ dicta eſt,veritas eſt. Et tu
claude viſionem,quia erit ad dies multos. Et ego Daniel con-

a Euleus eſt Ptolemęo fluuiꝰ iSuſiana, ubi & Elymæi populi, qui hic dicũtur Helam.
b Perſicum regnũ excellentius Medico.
c Alexãder
d Antiochus Epiphanes.
e poteſtas exercitus.
f uerſutiam.
g in quiete.i. ſimulata pace.

tritus ſum,& ægrotaui per dies,& ſurrexi,& feci opus regis,& ſtupebam ſuper viſione,& nõ erat qui faceret intelligere.

¶ Confeſſio Danielis LXX. hebdomadæ. Vnctio ſancti ſanctorum. Occiſio Chriſti. Deſolatio Ieruſalaim. CAP. X.

A ANno [a] vno Dariaues filij Achaſueros,de ſemine Medorum,qui conſtitutus fuit rex ſuper regnum Chaſdim. Anno primo,ego Daniel intellexi in libris numerum annorũ,de quo fuit verbum domini ad Irmeiah prophetam,ad complendum deſolationes Ieruſalaim lxx. annos. Et poſui faciem meam ad dominum deum,vt quærerem orationem,et deprecationem in ieiunio & ſacco,& cinere. Et oraui dominũ deũ meum,& confeſſus ſum,& dixi. Obſecro domine deꝰ magne,& terribilis cuſtodiens pactum,& miſericordiam diligentibꝰ te,& cuſtodientibus mandata tua. Peccauimus,& iniquitatẽ fecimus,& impie egimus,& rebellauimus,& receſſimus à mã-

a primo, id eſt, ſtati poſt finitũ regnũ Chaldæorũ, incipiẽte regnare Dario Medo filio Aſtyagis.

B datis tuis,& iudiciis tuis. Et non obediuimus ſeruis tuis ꝓphetis,qui locuti ſunt in nomine tuo,[b] regibus noſtris,principibꝰ noſtris,& patribus noſtris,& omni populo terræ. Tibi domine iuſtitia,nobis autem pudor faciei,ſicut die hac,viro Iehudah,et habitatoribus Ieruſalaim,& omni Iſrael,propinquis,& longinquis,in vniuerſis terris,ad quas eiecisti eos propter præuaricationem eorum,qua præuaricati ſunt in te. Domine nobis pudor faciei,regibus noſtris,principibus noſtris,& patribus noſtris,quia peccauimus tibi. Domino deo noſtro miſericordię & propitiationes,quia receſsimus ab eo. Et nõ obediuimus voci domini dei noſtri,vt ambularemus in lege eiꝰ,quam dedit coram nobis per manum ſeruorum ſuorum prophetarum. Et omnis Iſrael tranſgreſsi ſunt legem tuam,& declinauerunt,vt non obtemperarent voci tuæ,& ſtillauit ſuper

b ad reges.

C nos maledictio,& iuſiurandum,quod ſcriptũ eſt in lege Moſeh ſerui dei,quia peccauimus ei. Et ſtatuit verba ſua quæ locutus eſt ſuper nos,& ſuper iudices noſtros,q iudicauerũt nos,vt adduceret ſuper nos malum grande,quod non fuit factum ſub omni cœlo,quemadmodum factum eſt in Ieruſalaim. Sicut ſcriptum eſt in lege Moſeh,omne malum hoc venit ſuper nos,& non rogauimus faciem domini dei noſtri,vt reuerteremur ab iniquitatibus noſtris,& ad intelligendum veritatem

D tuam. Et feſtinauit dominus ſuper malum,& adduxit illud ſuper nos,quia iuſtus eſt dominus deus noſter,in omnibus operibus ſuis,quæ fecit,& non audiuimus vocem eius,& nũc domine deus noſter,quia eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu forti,& feciſti tibi nomen ſecundum diem hãc,peccauimus,impiè egimus. Dñe ſecundum oẽs iuſtitias tuas auertatẽ obſecro furor tuus,& ira tua à ciuitate tua Ieruſalaim,monte ſancto tuo. Quia propter peccata noſtra,et iniquitates patrũ noſtrorum,Ieruſalaim & populus tuus in opprobriũ

Daniel. 2.c.

E ſunt cũctis in circuitu noſtro. Et nunc audi deus noſter orationem ſerui tui,& deprecationes eius,& illuſtra faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum,quod deſolatũ eſt:idcꝗ fac propter dominum. Inclina deus meus aurem tuam,& audi:aperi oculos tuos,& vide deſolationes noſtras,& ciuitatẽ ſuper quã inuocatum eſt nomen tuum:quia non in iuſtitijs noſtris proſternimus preces noſtras corã te,ſed in miſerationibus tuis multis. Domine exaudi,domine parce,domine attende,& fac,ne moreris:propter temetipſum deus meus,quia nomẽ tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem tuam,& ſuper populum tuum. Et adhuc ego loquebar,et orabam,& confitebar peccatũ meũ,& peccatum populi mei Iſrael:& proſternebam deprecatio-

F nem meã coram domino deo meo pro mõte ſancto dei mei,Et adhuc loquebar in oratione,& vir Gabriel,quẽ viderã in viſione in principio,[c] volans volatu tetigit me tẽpore ſacrificij veſpertini. Et intelligere fecit me,& locutus eſt mecũ,& dixit:Daniel nunc egreſſus ſum vt intelligere faciã te intelligẽtiã. In principio deprecationũ tuarũ egreſſum[d] eſt verbum:& ego veni,vt indicarem,quia vir deſyderiorum es:intellige autẽ verbum,& intellige viſionẽ. Hebdomadæ ſeptuaginta deciſæ ſunt ſuper populum tuum,& ſuper ciuitatẽ ſanctam tuam,ad conſumendũ præuaricationem,ad finiẽdum peccatum,et expiandum iniquitatem,& adducendum iuſtitiam ſeculorum:& finiendum viſionem & prophetã,& vngendum ſanctitatẽ

c laborantẽ in fatigatiõe tetigit me.

d id eſt,a deo eſt ad angelũ prolatum ut fiat executio.

G ſanctitatum. Et ſcies,& intelliges:ab exitu[a] ſermonis ad reuerti faciendum & ædificandum Ieruſalaim vſcꝫ ad Chriſtum ducẽ hebdomadę ſeptem:& hebdomadæ ſexaginta & duæ,redibit & ædificabitur platea & murus,in anguſtia tẽporum. Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas excidetur Chriſtus,& nõ erit ei,& ciuitatem,& ſanctuarium diſsipabit populus ducis venturi,& finis eius,in inundatione,& vſcꝫ ad finem belli deciſæ ſunt deſolationes. Et roborabit pactum multis hebdomada vna:& dimidia hebdomada ceſſare faciet ſacrificium,& oblationem,et ſuper extẽſionem abominationum admirari faciet. Et vſque ad conſummationem,& deciſionem effundet ſe ſuper admirantem.

a ~~[illegible]~~

¶ Viſio & uaticinia aduerſus principes Perſarũ. CAP. X.

A ANno tertio Cores regis Perſarum verbum reuelatum eſt Danieli,cuius vocatur nomen Belteſaſar:& verũ eſt verbũ,& militia magna,& intellexit verbũ,& intelligentia eius in viſione. In diebus illis ego Daniel lugebam[b] trium hebdomadarum diebus. Panẽ deſyderiorũ nõ comedi,& caro & vinũ non intrauerũt in os meũ,& vngẽdo nõ ſum vnctus,donec cõplerentur trium hebdomadarũ dies. Die aũt vigeſima & quarta mẽſis primi,eram iuxta ripã fluminis magni Chiddechel. Et leuaui oculos meos,& vidi,& ecce vir vnꝰ veſtitus lineis,& lumbi eius accincti auro obrizo. Et corpus eius ſicut Tarſis,& facies eius velut aſpectus fulguris,& oculi eius vt lampades ignis,& brachia eius,& pedes eius ſicut color æris candentis,& vox verborum eius ſicut vox multitudinis. Vidi au-

b luget Daniel, ꝗ impediretur iã ędificiũ, cũ iam eſſent in platea excisę foſſæ pro fundamentis templi:idcꝗ uiuẽte adhuc Cyro,qui ſaluator putabaẽ populi Iudaici.

B tẽ ego Daniel ſolus viſionem. Viri aũt qui erant mecum nõ viderunt viſionem,ſed terror magnus irruit ſuper eos,& fugerunt in abſconditũ. Et ego relictus ſum ſolus,& vidi viſionem magnam hanc:& nõ remanſit in me fortitudo,& vis mea mutata eſt in me propter correptionem,& nõ retinui fortitudinẽ. Et audiui vocem verborũ eius,& cum audiſſem vocẽ verborum eius,cum ſoporatus ſuper faciẽ meã,& facies mea ſup terrã. Et ecce manꝰ tetigit me,& mouere fecit me ſuper genua mea,& palmas manuũ mearum. Et dixit ad me:Daniel vir deſyderiorũ intellige verba,q̃ loquar ad te. Et ſta ſup gradũ tuũ,qa nunc miſſus ſum ad te. Et cũ loqueretur mecũ verbũ hoc,

C ſteti tremẽs. Et ait ad me:Ne timeas Daniel,quia ex die primo quo dediſti cor tuũ ad intelligendũ,& affligẽdum te corã deo tuo,exaudita ſunt verba tua,& ego veni ꝓpter verba tua. Et princeps regni Perſidis ſtetit[c] contra me viginti et duo diebꝰ,& ecce Michael vnus ẽ principibus primis venit ad auxiliãdũ mihi,& remanſi ibi apud regẽ Perſarũ. Veni aũt vt intelligere facerẽ te,qdꝰ venturum eſt populo tuo in nouiſsimo dierum:qm̃ adhuc viſio in dies. Et cũ loqueretur mecũ ſecũdũ verba hæc,poſui vultũ meũ ad terrã,&[d] tacui. Et ecce tancꝫ ſimilitudo filij hominis tangebat labia mea,& aperui os meũ,& locutus ſum,& dixi ſtanti cõtra me:Dñe mi,in viſione cõuerſi ſunt

c Incipit iã hic deus Perſis ſuccẽſere, ad eorum ruinam mittens angelos,q & res per hoĩes gerendas ꝑfigurant.

d obmutui.

D dolores mei in me,& nõ retinui fortitudinẽ. Et quõ poterit ſeruus dñi mei illius loq cũ dño meo illo?& ex hoc tp̃e non ſtetit in me fortitudo,& halitus nõ remãſit in me. Et addidit,& tetigit me,tancꝫ viſio hoĩs,& confortauit me. Et dixit:Ne timeas vir deſyderiorũ. Pax tibi:Cõforta te,& robora te. Et cũ loqueretur mecũ,cõfortatus ſum,& dixi:Loquatur dñs meus,quia confortaſti me. Et ait:Num noſti,vt qd venerim ad te?Et nũc reuertar,vt prẹlier cum principe Perſidis. Et ego egredior:Et ecce princeps Græcie venit. Sed annũciabo tibi,quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis:& non eſt vnus[e] qui teneat ſe mecum ſuper his,niſi Michael princeps veſter.

e Stabiliter hic pro Iſraelitis pugnat Michael,initio ſolꝰ,ſicut et nouiſsimis diebꝰ contra Antichriſtum pugnaturus eſt. ſ.c.12. & Apoc.12.

¶ Vati



¶ Vaticiniũ de regibus Syriæ et Aegypti poſt Alexandrum perſas, ac de rege Antichriſto,cõtra dñm ſe elaturo. CAP. XI.

A EGo anno primo Dariaues Medi ſtabam ad confortandum & roborandum eum.[a] Et nunc veritatem annunciabo tibi:Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide,& quartus ditabitur opibus magnis præ omnibus. Et cum roboratus fuerit opibus ſuis,ſuſcitabit omnes contra regnum Græciæ. Et ſtabit rex fortis,& dñabitur dominio multo,& faciet ſecundum voluntatem ſuam. Et cum ſteterit contereretur regnum eius,& diuidetur in quatuor ventos cœli,& non in poſteritatẽ eius,& non ſecundum dominium eius quo dominatus eſt,qa extirpabitur regnum eius,& aliis præter iſtos. Et confortabitur rex auſtri,& de principibꝰ eius,& roborabitur ſuper eum,& dominabitur:dominatio multa erit dominatio eius. Et in fine annorum coniungentur,& filia regis auſtri veniet ad re-

a id eſt:ego hactenꝰ Medis et Perſis faui,et ſũt uerba angeli,cuius miniſterio fuit tũc Babylon expugnata.

B gem aquilonis,vt faciat rectitudines. Et non obtinebit fortitudinem brachij,& non ſtabit,& ſemen eius. Et tradetur ipſa,& adducentes eam,& genitor eius,& confortans eam in temporibus. Et ſtabit de germine radicum eius ſuper baſim eius,& veniet ad exercitum,& ingredietur munitionem regis aquilonis,& faciet in eis,& confortabitur. Et etiam deos eorũ cum principibus eorum,& cum vaſis cõcupiſcibilibus eorum,argenteis,& aureis in captiuitatem adducet in Aegyptum:& ipſe per annos ſtabit cõtra regem aquilonis. Et intrabit regnũ rex auſtri,& reuertetur ad terram ſuam. Filij autem eius[b] irritabuntur,& congregabunt multitudinem exercituum plurimorum,& venient veniendo,& inundabit,& tranſibit,& reuertetur,& irritabitur vſcꝫ ad munitionem eius. Et concitabitur rex auſtri,& egredietur,& pugnabit cum rege aquilonis,& ſtare faciet multitudinem magnam,et dabitur multitudo in

b ſcilicet regis aquilonis

C manu eius. Et eleuabitur multitudo,exaltabit cor ſuum,& deiiciet decem milia,& non roborabitur. Et reuertetur rex aquilonis,& ſtare faciet multitudinem maiorem quàm prius,& in fine temporum annorum veniet contra eum cũ exercitu magno,& ſubſtantia multa. Et temporibus illis multi ſtabunt cõtra regem auſtri:filij autem diſſipatorum populi tui eleuabũtur,vt ſtare faciant viſionem,& corruant. Et veniet rex aquilonis,& effundet aggerem,& capiet ciuitatem munitam,& brachia auſtri non ſtabunt,& populo electorũ eiꝰ non erit fortitudo ad reſiſtendum. Et faciet veniens ad eum ſecundum voluntatem ſuam,& non erit qui ſtet coram eo,& ſtabit in terra Iſrael deſiderabili,& deficiet in manu eius. Et ponet faciem ſuam vt egrediatur cum fortitudine omne regnum eius,& expediti erunt cum eo,& faciet. Et filiam mulierum dabit illi,vt e-

D uertat congregationem illã:& non ſtabit,& non ei erit. Et cõuertet faciem ſuam ad inſulas,& capiet multas. Et ceſſare faciet princeps probris afficientem eum,ne quiſpiam probrũ ſuum inferat ei. Et conuertet faciem ſuam ad munitiones terræ ſuæ,& impinget,& corruet,& non inuenietur. Et ſtabit in loco eius exigens gloriam regni,& diebus paucis conteretur,& non in furore,& non in prælio. Et ſtabit [d] in loco eius deſpectus,cui non dabãt honorem regni:& veniet in dolo & obtinebit regnum blanditiis. Et brachia inundatione inundabuntur à facie eius,& conterentur,& etiam dux fœderis. Et cum iis qui ſecum erunt confœderati faciet dolum,& aſcendet,& roborabit ſe modica gente. Quietam & pinguem prouinciam ingredietur,& faciet quæ non fecerunt patres eius,& patres patrũ

d perditiſſimi quicꝫ Iudęorũ,quaſi impleturi Eſaię uati ciniũ fecerũt altare in Heliopoli Aegypti,Eſa.19.

f Hic eſt Antiochꝰ Epiphanes,antichriſti typus:qui liberatũ populum denuo peſſundabit,alienũ regnũ uſurpans.

E eius:prædam,& ſpolia,& ſubſtantiam eius diſperget,& cõtra munitiões cogitabit cogitationibꝰ ſuis,& vſcꝫ ad tp̃s. Et ſuſcitabitur fortitudo eius,& cor eius aduerſum regẽ auſtri cũ exercitu magno. Et rex auſtri irritabitur ad bellum cum exercitu magno,& fortiſſimo,& non ſtabit,quia cogitabunt aduerſus eum cogitationes. Et comedentes buccellã eſcæ eius contērent eum,& exercitus eius inundabitur,& cadẽt interfecti multi. Et duorum ipſorum regum cor erit,vt malefaciant,& menſa vna mendacium loquentur:& non erit proſperitas,quia adhuc finis ad certum tẽpus. Et reuertetur in terram ſuam cum diuitiis multis,& cor eius contra pactum ſanctum,& faciet,& reuertetur ad terram ſuã. Ad tẽpus reuertetur,& veniet in auſtrum,& non ſicut prius,erit ſic poſterius. Et venient cũ eo naues Chittim,& dolebit,& reuertetur,& iraſcetur cõtra pactũ

F ſanctum,& faciet,& reuertetur,& intelliget ſuper derelinquentes pactum ſanctum. Et brachia ex eo ſtabunt,& polluent ſanctuariũ fortitudinis,& remouebunt iuge ſacrificiũ,& ponent [a] abominationẽ admirari facientẽ. Et prẹuaricatores pacti ſimulare faciet blanditiis:& populus ſciens deũ ſuum tenebunt,& facient. Intelligentes aũt populi intelligere faciẽt multos,& corruent gladio & flãma,captiuitate & præda diebus multis. Cũcꝫ corruerint,iuuabunt auxilio paruo,& applicabunt eis multis frauduleter. Et de intelligẽtibus corruẽt,ad[b] cõflandũ ex eis,& ad mũdandũ,& ad dealbificandũ vſcꝫ ad tẽpus finis:qa hẹ ad tẽpus. Et faciet iuxta voluntatẽ ſuã rex,& eleuabit ſe,et magnificabit ſe ſup oẽm deum,& contra deũ deorũ loquetur mirabilia,& proſperabitur vſcꝫ ad conſummationẽ iræ,quia deciſio facta eſt. Et deũ patrũ ſuorum nõ intelliget [c] amorem mulierum,& omnẽ deum nõ intelliget,quia cõtra vniuerſa magnificabit ſe. Et deum Mahuzzim in loco ſuo venerabi-

a abominationem adeo oĩa deſolantẽ ut ſit res ſtupenda. Hęc ipſa in euangelio dicitur abominatio deſolationis.

b examinandum

c amorem.ſ. coniugalẽ ille nõ agnoſcet.

G tur,& deũ quem nõ nouerunt patres eius venerabitur,auro & argento,& lapide precioſo,& deſiderabilibus. Et faciet ædificia munitionibus Mahuzzim cum deo alieno,vt agnoſcere faciat vultũ eorũ,multiplicabit gloriã,& dominari faciet eos in multis,& terrã diuidet precio. Et in tẽpore finis cornupetet ſe cũ eo rex auſtri,& inſtar turbinis veniet cõtra eũ rex aquilonis cũ curribus & equitibus,& nauibus multis. Et ingredietur terras,& inundabit,& tranſibit. Et intrabit terrã Iſrael deſiderabilẽ,& multæ corruent:& iſtæ euadent de manu eius,Edom,& Moab,& primitiæ filiorum Hammon. Et mittet manum ſuam in terras,& terra Aegypti non erit in euaſionẽ. Et dominabitur theſauris auri & argenti,& omnibus concupiſcibilibus Aegypti,& Lubim,& Chuſim in greſſibus eius. Et rumores terrebunt eum ab oriente,& ab aquilone,& egredietur cum ira magna ad perdendum,et interficiendum multos:Et plantabit tabernacula palatij ſui inter maria,in monte inclyto ſanctitatis,& venit vſcꝫ ad ſummitatem eius,& non erit adiutor ei.

¶ Michael princeps afflicto populo contra Antichriſtum ſuccurrit. CAP. XII.

A IN tempore autẽ illo ſtabit Michael princeps magnus,qui ſtat pro filiis populi tui,& erit tẽpus[d] anguſtiæ,quod non eſt factũ ex eo tẽpore quo fuit gens vſcꝫ ad tẽpus hoc. Et in tẽpore ipſo euadet populus tuus omnis qui inuẽtus eſt ſcriptus in libro. Et multi dormiẽtes in terra pulueris expergiſcentur,ij ad vitam æternam,& ij ad opprobria ad contẽptũ ſempiternum. Et[e] intelligentes fulgebũt ſicut ſplendor firmamẽti,& iu-

d Magna ſub Antiocho afflictio q̃ et ſub Antichriſto futurã prẹfigurat, ſuụenturũcꝫ Michaelẽ ad pugnandũ cũ dracone Antichriſti fautore, apoc.12.

e qui prudẽter agunt, et ad iuſtitiã erudiunt.

B ſtificantes multos,ſicut ſtellæ in ſeculũ,& in æternũ. Tu autem Daniel claude verba,& ſigna librũ vſcꝫ ad tẽpus finis:diſcurrẽt multi,& multiplicabit ſciẽtia. Et vidi ego Daniel:& ecce duo alij ſtantes,vnus hinc ad ripã fluminis,& alter inde ad ripã fluminis. Et dixit viro induto lineis,qui erat ſup aquas fluminis:Vſquequo finis horũ mirabiliũ?Et audiui virũ indutũ lineis,qui erat ſup aquas fluminis,& eleuauit dexterã ſuam,& ſiniſtrã ſuã ad cœlũ,& iurauit per viuentẽ in æternũ,quia ad tempus,

C tẽpora,et dimidiũ:& cũ cõſummata fuerit diſpſio manus populi ſanctitatis,conſummabunt vniuerſa hæc. Et audiui,& nõ intellexi,& dixi:dñe quid i nouiſſimo horũ?Et dixit:Vade Daniel,qa clauſa ſunt,& ſignata verba vſcꝫ ad tẽpus finis. Purificabunt ſe,& ꝓbabunt ſe multi,et impiè agẽt impij,et nõ intelligent oẽs impij:et[f] intelligentes intelligent. Et à tẽpore quo remotum fuerit iuge ſacrificium,& poſita fuerit abominatio

f qui prudẽter agent,intelligent.

D [g] admirari faciens,erunt dies mille ducenti & nonaginta. Beatus qui expectat,et attinget dies mille trecentos triginta & quinque. Tu autem vade ad finem,& requieſces,et ſtabis in ſorte tua in fine dierum.

g ſtupendam faciens deſolationem.

FINIS.

A v.

# Hoſeah propheta,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Accipit Hoſeah uxorem fornicariam, prophetat contra domum Iehu, pollicetur miſericordiam, domui Iehudah.

CAPVT I.

A VERBVM [a] DOMINI
quod fuit ad Hoſeah filium Beeri, in die
bus Huziiah, Iothan, Achaz, Iechizchi-
iah regum Iehudah, & in diebus Iero-
bhā filij Ioas regis Iſrael. Principium ſer
monis domini in Hoſeah. Et dixit domi
B nus ad Hoſeah: Vade accipe vxorem
fornicationum, & filios fornicationum, quia fornicando for-
nicabitur terra, ne eat poſt dominum. Et iuit & accepit Gho-
mer, filiam Diblaim, & concepit, & peperit ei filiū. Et dixit do
C minus ad eum; Voca nomen eius Izrehel. Quoniā adhuc pau
lulum, & viſitabo ſanguinem Izrehel, ſuper domum Iehu, [b] &
ceſſare faciam regnum domus Iſrael. Et erit, in die illa conterā
arcum Iſrael in valle Izrehel. Et concepit adhuc, & peperit fili-
am, & dixit ei: Voca nomen eius Loruchamah (id eſt, non cō-
ſecuta miſericordiam) quia non addam vltrà, vt miſerear do
D mui Iſrael. Sed obliuiſcendo obliuiſcar eorum. Et [c] domui Ie-
hudah miſerebor, & ſaluos faciam eos in domino deo ſuo; &
non ſeruabo eos arcu, & gladio, & bello, equis, & equitibus.
[d] Et ablactauit Loruchamah, & concepit, & peperit filium. Et
dixit; Voca nomen eius Loh ammi (.i. non populus meus.)
Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.

a Sūma hui9 prophetię eſt contra Iſrael, antequā in Aſſyriā tradu gereţur.
b Eo quod etiam ipſe ſit factus idololatra.
c Quia ab Aſſyriis eam liberabo, licet Iſraelē in eorum manus ſim traditur9.
d Sed per angelū Aſſyrios perdentem.

¶ Vocetur Iſrael ad pœnitentiam additis minis, & promiſſionibus.

CAP. II.

A ET erit numerus filium Iſrael, ſicut harena maris, quæ non
menſuratur, & non numeratur: & erit, in loco in quo di-
cetur eis: non populus meus vos, dicetur [e] eis: filij dei viuētis.
Et congregabuntur filij Iehudah, & filij Iſrael pariter, & ponēt
ſibi caput [f] vnum, & aſcendent è terra: quia magnus dies Izre
hel. Dicite fratribus veſtris, Hammi: & ſororibus veſtris, Ru-
chamah, [g] Contendite cum matre veſtra, contendite; quoniā
ipſa non eſt vxor mea, & ego non ſum vir eius; auferat fornica
tiones ſuas à facie mea, & adulteria ſua ab vberibus ſuis. Ne
forte expoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecundum diem
natiuitatis ſuæ, & ponam eam tanquam ſolitudinem, & po-
nam eam velut terram inuiam, & interficiam eam ſiti. Et filio-
rum illius non miſerebor: quia filij fornicationum ſunt. Quia
fornicata eſt mater eorum, pudore affecta eſt, quæ concepit
eos, quia dixit: Vadam poſt amatores meos dantes panē me-
um, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum me-
B um, & potum meum. Propterea ecce ſepio viam tuam ſpinis,
& ſepiam ſepem, & ſemitas ſuas non inueniet, Et ſequetur ama
tores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non in-
uenier, & dicet: vadam, & reuertar ad virum meum priorem,
quia bene mihi fuit tunc magis quam nunc. Et hæc neſciuit,
C quòd ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum: argentum
multiplicaui ei, & ex auro fecerunt Bahal. Idcirco conuertar,
& ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum me-
um in tempore ſuo: Et auferam lanam meam, & linum meum
quæ dedi ad operiendum ignominiam eius. Et nunc reuelabo
ſtultitiam eius in oculis amatorum eius, & quiſquam non eru
et eam de manu mea. Et ceſſare faciam omne gaudium eius,
ſolennitatem eius, memoriam eius, & ſabbatum eius, & omnē
feſtiuitatem eius. Et deſolare faciam vineas eius, & ficus eius, eo
quòd dixit; Mercedes ſunt mihi, quas dederunt mihi amato-
res mei: & ponam eam in ſyluam, & comedent eam beſtiæ a-
gri. Et viſitabo ſuper eā dies Behalim, quibus adolebat: & or-
nabatur inaure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos,
& mei obliuiſcebatur, dixit dominus. Propterea ecce ſeduco
D eam, & ire faciam eam in deſertum, & loquar ad cor eius. Et
dabo ei vinitores eius inde, & vallem Hachor [a] in oſtium ſpei;
& canet ibi iuxta diem iuuentutis ſuæ, quo aſcendit è terra Ae
gypti. Et erit, in die illo, ait dominus, vocabit me maritus me
us, & non vocabit me vltrà Bahali. Et remouebo nomina Be
halim de ore eius, & non memorabuntur vltrà in nomine [b] e-
orum. Et percutiam cum eis fœdus in die illa, cū beſtiis agri,
& cum volucribus cœli, & reptilibus terræ: & arcum, & gladi
um, & bellum conteram, & dormire faciam eos fiducialiter.
Et deſponſabo te mihi in ſeculum, & deſponſabo te mihi in iu
ſtitia, & iudicio, & miſericordia, & miſerationibus. Et deſpon
ſabo te mihi in fide, & ſcies dominum. Et erit, in die illa exaudi
am dicit dominus, exaudiam cœlos, & ipſi exaudient terram.
Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudi
ent [c] Izrehel. Et ſeminabo eā mihi in terra, & miſerebor [d] Lo
ruchamah: & dicam ad Lohemmi, populus meus es tu: & ipſe
dicet, deus meus es.

e .i. licet Iudæi Iſraelitas ut alienos reiicient, deus tamē eos oēs ſibi adiunget Rom. 9.
f .i. [illegible]
g .i. populus meus, et miſericordiā conſequuta. Alludit etiam ad nomē Izrehel, quod eos fore diſſeminandos indicat.
a ut. ſ. poſt afflictionem cognoſcat me ut in Hachor Ioſ. 7. et exodi. 15.
b .ſ. Behalim, qui ſubactores potius dicunt, quam ueri mariti.
Roma. 9. e. 1. Petri. 2. c.
c id eſt ſeminationem.
d .i. nō miſericordiā cōſequutæ tūc miſerebor, et non popolo meo dicā eſſe populū meū.

¶ Reprobatos Iſraelitas ad dominum conuertendos.

CAP. III.

A ET dixit dominus ad me: Adhuc vade, dilige mulierem di
lectam ab amico, & adulteram, ſecundum dilectionē do-
mini ad filios Iſrael, qui reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt
dolia [e] vuarum. Et poſſedi eam mihi quindecim argenteis, &
coro hordei, & dimidio coro hordei. Et dixi ad eā; Dies mul-
tos manebis mecum. Ne forniceris, & ne ſis viri alterius, & e-
tiam ego non ingrediar ad te. Quia dies multos manebunt fi-
lij Iſrael abſq; rege, & abſq; principe, & ſine ſacrificio, & ſine
B ſtatua, & ſiue Ephod, & Teraphim. [f] Poſtea reuertentur filij Iſ
rael, & quærent dominum deum ſuum, & Dauid regem ſu-
um, & pauebunt dominum, & reuertentur ad eum, & ad bo-
num eius in nouiſſimo dierum.

e .i. ebrietatē et luxum.
f .i. nec ſolitis idolis, nec deo uero ſeruire, erit eis liberū, ſed ad nouos cogēt Aſſyriorum deos.

¶ Recenſentur populi, & ſacerdotum peccata. CAP. IIII.

A AVdite verbum domini filij Iſrael: quia iudicium domi
no cum habitatoribus terræ, eò quòd non eſt veritas,
& non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Sed mē
tiri, & negare, & occidere, & furari, & adulterari: fregerūt ma-
ceriam, & ſanguis cum ſanguine tetigit ſe. Propterea deſolabi
tur terra, & deſtruetur omnis qui habitat in ea, cū beſtiis agri,
& volucribus cœli, & etiam piſces maris morientur. Verè ne-
mo alterum iudicet, nemo arguat: populus ſiquidem tuus eſt
quaſi iudicans ſacerdotem. Et corrues tempore hoc, & corru
et etiam propheta tecum, vt corruit quis nocte, & ſuccidam
matrem tuam. Succiſus eſt populus meus eò quòd eſt abſque
ſcientia. Quia tu ſacerdos ſcientiam repuliſti, repellā te, ne ſacer
B dotio fungaris mihi. Et quia oblitus es legis dei tui, obliuiſcar
filiorum tuorum etiam ego. Secundum multitudinem eorū,
ſic peccauerunt mihi: gloriā eorū in ignominiam cōmutabo.
Peccatum populi mei comederunt, & ad iniquitatem eorum
leuauerunt animam ſuam. Et eſt ſicut populus, ſic ſacerdos: &
viſitabo ſuper eum vias eius, & opera eius reddam ei. Et co-
medent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non multipli-
cabuntur: qm̄ dominum dereliquerunt vt cuſtodirent. For-
nicatio, & vinum, & muſtum auferet cor. Populus meus li-
gnum ſuum interrogabit, & baculus eius annunciabit ei. Spi
ritus enim fornicationum errare fecit eos, & fornicati ſunt à
C deo ſuo. Super capita montium immolauerunt, & ſuper col-
les adoleuerunt, ſubtus quercū, & populū, & terebinthum, q̄a
bona erat vmbra eius: ideo fornicabūtur filiæ veſtræ, & ſpon
ſæ veſtræ adulteræ erunt. Non viſitabo ſuper filias veſtras,
cum fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras quum adulte-
ria commiſerint: quoniam fornicantes cū meretricibus diui-
ſerunt ſe ab vxoribus, & cum ſcortis ſacrificauerunt: & popu
lus qui non intelliget, corruet. Si fornicaris tu Iſrael, ne delin-
quat ſaltē Iehudah, & ne ingrediamini Ghilghal, & ne aſcenda
tis in Bethauen, & ne iuretis, viuit dominus. Quoniam ſicut
D vacca peruerſa declinauit Iſrael: nunc paſcet eos dominus
tanquam pecudes in latitudine. Particeps ſimulachrorum
Ephraim, & dimitte eum. Putidum eſt vinum eorum, forni-
cando fornicati ſunt. Dilexerunt munera: afferte inquiunt ad
ignominiam ſuam principes eius. [a] Ligauit ſpiritus Ephraim
in alis ſuis, & pudore afficientur à ſacrificiis ſuis.

g ualide graſſati ſunt, et ſanguines ſanguinibus adiunxerunt.
Eſaiæ. 24. a.
a ligauit uētus eam ſcillcet ignominiam, i. alis ſuis i. i. eſt, perſricta ſunt frōte ac ſi eorum pudorem uētus rapuiſſet.



¶ In ſacerdotes, populi ſeductores. CAP. V.

A AVdite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & do
mus regis auſcultate, quia vobis iudiciū eſt: quoniam
vt laqueus fuiſtis ſuper monte Miſpah, & vt rete expanſum ſu
per Tabor. Et ad iugulandum declinantes à via recta in pro-
fundum, & ego vir correctionis ſum omnibus ipſis. Ego no-
B ui Ephraim & Iſrael non eſt abſconditus à me: quia nunc for-
nicatus eſt Ephraim, polluit ſe Iſrael. Non ſinēt opera eorum,
vt reuertantur ad deum ſuum, quia ſpiritus fornicationis eſt
in medio eorum, & dominum non cognouerunt. Et teſtifica-
bitur ſuperbia Iſrael in facie eius: & Iſrael & Ephraim ruēt pro
pter iniquitatem ſuam: cecidit etiam Iehudah cum eis. Cum
C pecoribus ſuis, & bobus ſuis ibunt ad quærēdum dominum,
& non inuenient: diuiſit ſe ab eis. In dominū præuaricati ſunt,
quia filios alienos genuerunt. Nunc conſumet eos mēſis cum
partibus eorū. Clangite buccina in Ghibhah, tuba in Ramah,
taratantarizate in Bethauen poſt te Biniamin. Ephraim in de
ſolatione erit in die correctionis. In tribubus Iſrael oſtendi fi-
dem. Fuerunt principes Iehudah verè comprehendentes ter-
minum alienum: ſuper eos effundam tanquam aquam, iram
D meam. Oppreſſus eſt Ephraim, fractus duro iudicio, quoniā
cœpit ire poſt præceptum Iarobhā. Et ero ſicut tinea Ephra-
im, & tanquam putredo domui Iehudah. Et vidit Ephraim
languorem ſuum, & Iehudah plagam ſuam, & abiit Ephraim
ad Aſſur, & miſit ad regē Iareb: & ipſe nō poterit ſanare vos,
& non ſanabit à vobis plagam, Quia ero vt leo Ephraim, &
veluti catulus leonis domui Iehudah. Ego ego rapiam, & va
dam, tollam, & non erit qui eruat. Vadam, & reuertar ad lo-
cum meum, donec deficiant, & quærant faciem meam, in tri-
bulatione ſua quærent me.

¶ Chriſti, & noſtra in eo reſurrectio, à ſacerdotibus eſſe iniquitatem.

CAP. VI.

A VEnite, & reuertamur ad dominum, quia ipſe rapuit, &
ſanabit nos: percuſſit, & alligabit nos. Viuificabit nos
poſt [b] duos dies, die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in cōſpe
ctu eius. Sciemuſq; vt ſequamur, vt cognoſcamus dominum
B Tanquam aurora præparatus eſt egreſſus eius, & veniet tan-
quam imber nobis, veluti ſerotinus imber, & temporaneus
terræ. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iehudah?
Et miſericordia veſtra, vt nubes matutina, & tāquam ros ma
C ne vadens. Propterea ſuccidi prophetas, & occidi eos verbis
oris mei, & iudicia tua vt lux egrediens. Quia miſericordiam
volo, & non ſacrificium, & ſcientiam dei præ holocauſtis. Ipſi
autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactū, ibi præuaricati ſunt
in me. Ghilhad ciuitas operantium iniquitatem fœdata ſangui
ne. Sicut expectant virum latrones, ſic collegium ſacerdotum
D in via interficiebant conſenſu vno, quia abominationem fece
runt. In domo Iſrael vidi inquinamentum. Ibi fornicatio E-
phraim, contaminauit ſe Iſrael. Etiam [c] Iehudah poſuit plan-
tarium tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.

b [illegible]
c .i. tu Iehudah paras tibi exciſionem, cū conuertenda erat captiuitas populi mei.

¶ Fauore Iarobham ueniſſe Ieruſalaim in idololatriam.

CAP. VII.

A CVm ſanarem Iſrael, diſcooperuit ſe iniquitas Ephraim,
& malitia Someron, quia operati ſunt mendacium, &
fur ingreſſus eſt, ſpoliauit latro foris. Et non cogitant in corde
ſuo: omnis malitiæ eorum recordatus ſum. Nunc circundede
runt eos opera eorum, coram facie mea fecerunt. Malitia ſua
lætificauerunt regem, & mendaciis ſuis principes. Omnes ĩ a-
dulterio incaleſcunt, ſicut clibanus ſuccenſus à coquente: ceſſa
bit coquens à ciuitate à commixtione paſtæ donec fermente-
tur ipſa. Die natalis eius, noſtrum regem ægrotare [d] fecerunt
principes, vtre pleno vino protraxit manum ſuam cum illu-
B ſoribus, Quia applicuerunt ad male cogitandum veluti ar-
dentem clibanum cor ſuum, in inſidiis ſuis. Tota nocte dormi
uit coquens eos; mane ipſe ſuccenſus tanquam ignis flam-
mæ. Omnes calefecerunt ſe veluti calefit clibanus, & deuoraue
runt iudices ſuos, omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui
clamet inter eos ad me. Ephraim populis commiſcuit ſe, E-
phraim fuit vt panis ſubcinericius nō verſus. Comederunt a-
C lieni robur eius, & neſciuit etiam: canicies ſparſit ſe in eo, & ne-
ſciuit. Et humiliabit ſe ſuperbia Iſrael, in facie eius, & non ſunt
reuerſi ad dominum deum ſuum, nec quæſierunt eum cum
toto hoc. Et fuit Ephraim veluti columba ſeducta abſque cor
de, Aegyptum inuocabant, ad Aſſur abierunt. Quum abie-
rint expandam ſuper eos rete meum, vt volucres cœli
deſcendere faciam eos, caſtigabo eos quemadmodum audi-
uit cœtus eorum. Væ eis, quoniam elongauerunt ſe à me. Va
ſtitas erit eis, quoniam præuaricati ſunt in me: & ego redemi
eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. Et non clamaue-
D rant ad me corde ſuo, ſed vlulauerunt in cubilibus ſuis. Super
triticum & muſtum collegerunt ſe, rebellauerunt contra me.
Et ego erudiui, roboraui brachium eorum, & contra me co-
gitauerunt malum. Reuertentur non ad altiſſimum, fuerunt
tanquam arcus doloſus Cadent gladio principes eorum pro
pter furorem linguæ ſuæ, Iſta eſt ſubſannatio eorum in terra
Aegypti.

d Natalitia celebrando, ſe uſq; ad languorē inebriaut, & tota nocte uinum decoquēdo, mane in luxuriam prorumpunt: & cum hoc inſidiantur.

¶ Samariam ob idololatriam ab hoſte deuaſtandam.

CAP. VIII.

A AD palatum tuum pone tubam, veluti aquila veniet ſu
per domum domini, pro eo quòd tranſgreſſi ſunt pa-
ctum meum, & legem meam præuaricati ſunt. Ad me Iſrael
clamabunt, deus meus, cognouimis te. Dereliquit Iſrael bonū,
inimicus perſequetur eum. Ipſi regnare fecerunt, & nō ex me:
principem conſtituerunt, & non cognoui: argento ſuo, & au-
ro ſuo fecerunt ſibi imagines, ideo erit exciſio. Dereliquit te vi
B tulus, ô Somerō, iratus eſt furor meus in eos: vſquequo nō po
tuerunt cuſtodire innocentiam? Quia ex Iſrael & ipſe vitulus
fuit, artifex fecit illum, & non deus eſt: quoniam conteretur vi
tulus Someron. Quia ventum ſeminauerunt, & turbinem me
tent. Culmo ſtanti non erit germen, non faciet farinam: ſi fortè
fecerit, alieni deglutient eam. Perditus eſt Iſrael: nunc fuerunt
in nationibus, tanquā vas in quo non eſt cōplacentia. Quia i-
C pſi aſcenderūt ad Aſſur, vt onager ſolitarius ſibi: Ephraim cō
ducere fecerūt mercede amatores. Etiā quaſi conduxerūt gen-
tes, ego nunc congregabo eas: & dolebūt paululum propter
onus regis, & principum. Quoniam multiplicauit Ephraim
altaria ad peccandum, fuerunt ei altaria ad peccandum. Scri-
pſi ei honorabilia legis meæ: ſicut aliena reputata ſunt ab eo.
D Pro hoſtiis donorum meorum ſacrificauerunt carnem, & co-
mederunt: dominus non vult ea: nunc recordabitur iniquita-
tis eorum, & viſitabit peccatum eorum: ipſi in Aegyptū, re-
uertentur. Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & ædificauit delu-
bra: & Iehudah multiplicauit vrbes munitas: & mittam ignē
in ciuitates [a] eius, & conſumet ædes eius.

Mala. 2.
a .ſ. Iehudæ ut ſola ſupſit Ieruſalē a facie Sācherib.

¶ Famem Samariæ, ſacrificiorum reprobationem, Iſraelis captiuitatem prædicit. CAP. IX.

A NE læteris Iſrael ad exultationem ſicut populi, quia forni
catus es è deo tuo: dilexiſti mercedem ſuper omnes are-
as tritici. Area, & torcular non paſcet eos, & muſtum mentie-
tur in ea. Non habitabunt in terra domini, & reuertetur E-
phraim in Aegyptum, & in Aſſur polluta comedent. Non li-
babunt domino vinum, nec dulceſcet ei. Sacrificia eorum ſi-
cut panis lugentium reputabuntur eis. Omnes qui comedent
eum, contaminabunt ſe, quia panis eorum pro anima eorum
non intrabit in domum domini. Quid facietis in die ſolenni-
tatis, & in die feſtiuitatis dn̄i? Quia ecce abierunt propter vaſti
B tatem, Aegyptus congregabit eos, Moph ſepeliet eos: domos
deſiderabiles quæ erant theſauri argenti eorum, vrtica hære-
ditate accipiet eas, lappa in tabernaculis eorum. Vene-

runt dies viſitationis,venerunt dies retributionis,ſcient Iſrael, ſtultum prophetam,furioſum,virum vêtoſum:propter multitudinem iniquitatis tuæ,& multum odium. Speculatorem Ephraim poſuit ſibi cum deo meo,prophetam,qui fuit laqueus aucupis ſuper omnes vias eius, odium in domo dei eius. Profundam fecerunt auerſionem,corruperunt ſe ſecũdum dies [a] Ghibhah. Nũc recordabitur iniquitatis eorum, viſitabit peccatum eorũ.Tanquam vuas in deſerto inueni Iſrael,veluti primitiua in ficu,in cacumine eius vidi patres veſtros.Ipſi ingreſ C ſi ſunt ad Bahalpeor, & ſeparauerunt ſe à me eundo ad idolũ pudoris,& fuerunt abominationes ſecundũ amorem eorũ.Ephraim tanquam auis auolabit,filij eorũ,qui ſunt gloria eorũ à partu,& ab vtero,& à conceptu morientur.Quia ſi enutrierint filios ſuos,orbabo eos vt non ſint homines,quia etiã væ eis cum receſſero ab eis.Ephraim vidi in opulentia,vt vidi in Sor,plantata in habitaculo,& Ephraim paratus eſt ad educendum ad interfectorẽ filios ſuos.Da eis domine. Quid dabis? Da eis vuluã quæ orbet eos,& vbera arentia. Omnis malitia eorum in Ghilghal,quia ibi exoſos habui eos propter maliti D am operum eorũ,è domo mea eiiciam eos:non addam vt diligam eos:omnes principes eorũ declinantes. Percuſſus eſt Ephraim,& radix eorũ exaruit,vt fructum non faciant:etiam ſi genuerint,ego interficiam deſiderabilia vteri eorũ.Abiiciet eos deus meus,quia nõ audierunt eũ,et erunt vagi inter gentes.

a adulterio.ſ. nephando. Iudicũ.19.

¶ Prædicit interitum Iſraelis,& uaſtationem terræ propter idola.

C A P. X.

A VItis vacua Iſrael,fructum ponet ſibi.Quẽadmodũ multiplicaui fructum eius,ſic multiplicauit altaria. Quẽadmodum benefeci terræ eius,ſic benefecerũt ſtatuas. Diuiſit ſe cor eorum,nunc deſolabuntur. Ipſe confringet aras eorum, vaſtabit ſtatuas eorum. Quia nunc dicunt:non eſt rex nobis. Non enim timemus dñm,& rex qd faciet nobis? Locuti ſunt B verba iurando mendaciter,feriendo fœdus:& germinabit ſicut venenũ iudicium ſuper omnes ſulcos agri.Ad vitulas Bethauen pauebunt habitatores Someron, quia luxit ſuper eũ populus eius,& ſacerdotes eius qui prius ſuper eum exultauerant,ſuper gloria eius,quia migrauit ab eo.Etiã ipſemet in Aſſur ducetur munus regi Iareb.Pudor Ephraim capiet, & pudore afficietur Iſrael à cõſilio ſuo.Succiſus eſt in Someron rex eius,vt ſpuma in ſuperficie aquæ.Et diſperdẽtur excelſa Auen, peccatum Iſrael,ſpina,& tribulus aſcẽdet ſuper aras eorum.Et C dicent montibus,operite nos:& collibus,cadite ſuper nos. A diebus Ghibhah,peccaſti Iſrael.Ibi ſteterunt,non cõprehẽdet eos in Ghibhah prælium ſuper filios iniquitatis.Secundũ deſiderium meum corripiã eos,& congregabuntur ſuper eos populi,[b] dum corriperentur propter duas iniquitates ſuas.Et Ephraim vitula aſſueta diligens triturare.Et ego tranſiui ſuper pulchrum collum eius.Equitare faciam Ephraim,arabit Iehu D dah,agricolabit ſibi Iahacob.Seminate vobis ad iuſtitiã, metite ſecundum miſericordiam,arate vobis arationem,& tempus requirendi dominum,donec veniat,& doceat iuſtitiam vos.Araſtis impietatem,iniquitatẽ meſſuiſtis,comediſtis frugem mendacij,quia ſiſus es viæ tuæ,multitudini fortium tuorum.Et conſurget tumultus in populis tuis, & omnes munitiones tuæ vaſtabuntur ſecundum quod vaſtauit Salman domum Arbeel in die belli.Mater ſuper filios alliſa eſt.Sicut fecit vobis Bethel propter malitiam malitiæ veſtræ.Sicut aurora ſuccidendo ſciſſus eſt rex Iſrael.

Apoc.8.d. Lucæ.23.a.

b ſicut colligauerunt ſe in ſulcis ſuis .ſ. Iehuda & Ephraim, quaſi duo boues ſub uno iniquitatis iugo.

c ſcilicet,populũ Iſrael typo Ieſu Chriſti ueri filij dei ſicut et Salomoni dicitur; ero ei in patrem,& ipſe erit mihi in filium.1. Para. 22.&.28.

d pædagogũ dedi ipſi Ephraim, q portauit

¶ Commemorat deus beneficia ſua,increpat ingratitudinem Iſraelis.

C A P. X I.

A QVia puer Iſrael,& eum dilexi,& ex Aegypto vocaui [c] filium meum.Vocauerunt eos prophetæ:ſic abierũt à facie eorum,Behalim ſacrificauerunt,& ſculptilibus ſuffiuerunt.Et ego [d] ambulare feci ſuper pedes Ephraim, portauit eos brachiis ſuis,& non cognouerũt quod curauerim eos. Funibus hominum [e] traham eos funibus charitatis,& ero eis tãquam exaltantes iugum in maxillis eorum,& declinabo ad eum cibum.Non reuertetur ad terram Aegypti:at Aſſur ipſe B erit rex eius,quoniam noluerunt conuerti ad me.Et cadet, & manebit gladius in vrbibus eius,& conſumet villas eius propter conſilia eius.Et populus meus ſuſpenſus eſt propter rebellionem,& ad deum excelſum vocabant eum prophetæ,ſimul C nemo extulit caput.Quomodo ponam te Ephraim, tradam te Iſrael,quomodo?Ponam te ſicut Admah,ponam te Seboim?Conuerſum eſt in me cor meum,pariter incaluerunt pœnitudines meæ.Non faciam ſecundum iram furoris mei, non conuertar ad diſperdendum Ephraim:quoniam deus ſum,& non vir. In medio tui ſanctus, & [a] non ingrediar ciuitatem. Poſt dominum enim ambulabunt veluti leo rugiet:quia ipſe D rugiet,& pauebunt filij ab occidente. Pauebunt vt aues, qui ſunt in Aegypto,& veluti columba qui ſunt in terra Aſſur,& collocabo eos in domibus ſuis,dixit dominus.

e trahebã.i. licet eſſet uitula renitẽs,ego tamen allicie bã eos, iugũ laxabam & nutriebã eos in deſerto, ne in Ægyptum reuerterentur.

a nõ ueniã in ciuitatẽ,ut eã inſtar Sodomæ in nihilum redigã. Quin potius perdito Aſſyrio Iſraelem per Ezechiam reuocabo.

¶ Punitio Iſrael & Iehudæ. C A P. X I I.

A CIrcundederunt me mendacio Ephraim,& dolo domus Iſrael:Iehudah autem adhuc dominatur cum deo,& cũ ſanctis fidelis eſt.Ephraim paſcit ventum & ſequitur eurum, mendacium & vaſtitatem multiplicauit,& fœdus cum Aſſur percuſſerunt,& oleum in Aegyptum ducitur.Iudicium autẽ dño cũ Iehudah,& ad viſitandum Iahacob,iuxta vias eius,iuxta opera eius reddet ei.In vtero [b] ſupplãtauit fratrẽ ſuũ,& for B titudine ſua præualuit angelo.Et præualuit angelo,& præualuit,fleuit,& rogauit eum.In Bethel inuenit eum,& ibi [c] locutus eſt nobiſcum.Et dominus deus exercituum,dominus memoriale eius.Et tu ad deum tuum conuertere,miſericordiam & iudicium cuſtodi,& fide deo tuo ſemper. [d] Mercatoris in manu,ſtatera doloſa,opprimere dilexit.Et dixit Ephraim,ve C runtamen ditatus ſum,inueni diuitias mihi.In omnibus laboribus meis non inuenient in me iniquitatẽ,& peccatũ. Et ego dominus deus tuus qui eduxi te è terra Aegypti,adhuc habitare te faciam,in tabernaculis ſecundum dies feſtiuitatis. Et locutus ſum cum prophetis,& ego viſionẽ multiplicaui,& per manum prophetarum propoſui ſimilitudines. Nõnne Ghilhad incepit iniquitatem?Veruntamen fruſtra fuerũt,in Ghil D ghal boues immolauerunt. Etiam altaria eorum fuerunt ſicut acerui ſuper ſulcos agrorum.Et fugit Iahacob in regionẽ Aram,& ſeruiuit Iſrael propter vxorem,& propter vxorem cuſtodiuit pecudes.Et per prophetam aſcendere fecit dominus Iſrael ex Aegypto,& per prophetam cuſtodiuit ſe. Iraſci fecit Ephraim deum amaritudinibus,& ſanguis eius ſuper eũ diffundet ſe,& opprobrium eius reddet ei dominus ſuus.

b tenuit plãtã fratris ſui. Gene.25.& 32.f.

c loquebatur angelus nobiſcum in perſona dei.

d Chenaaneus ſiue negociatio in manu eius.

Gene.18.a.

¶ Idololatriam Ephraim perſequitur dominus,de redemptione noſtra per Chriſtum,de uictoria mortis,& inferni per Chriſtum.

C A P. X I I I.

A QVando locutus eſt Ephraim,tremor fuit audienti, eleuauit [e] caput ſuum in Iſrael, & deliquit in Bahal,& cœſus eſt ac ſi fuiſſet mortuus.Et nunc addiderunt,vt peccarent,feceruntque ſibi conflatile ex argento ſuo ſecundum intelligentiam ſuam,idola fecerunt opus totum artificum. Propter eos ipſi ſacerdotes dicunt ſacrificantibus hominibus,vitulos quiſque oſculetur.Idcirco erunt veluti nubes matutina, B & ſicut ros matutinus cito recedens,ſicut gluma quæ turbine propellitur ab area,& ſicut fumus qui egreditur de feneſtra.Ego autem ſum dominus deus tuus qui eduxi te è terra Aegypti:& deum præter me neſcies,& ſeruator non eſt abſque me.Ego noui te in deſerto,in terra ſitibunda.Iuxta paſcua ſua ſaturati ſunt,ſaturati ſunt,& eleuatum eſt cor eorum, idcirco obliti ſunt mei. Et fui eis tanquam leo, ſicut pardus qui iuxta viam graſſatur. Occurram eis tanquam vrſus orbatus, C & [f] dirumpam clauſurã cordis eorum : & conſumam eos ibi veluti leo: beſtia agri ſcindet eos. Vituli quos feciſti fuerunt cauſa perditionis tuæ Iſrael, ſed in me auxilium tuum. [g] Ero in perpetuum,ſed rex tuus nunc ſeruet te in omnibus vrbibus tuis, & iudices tui de quibus dixiſti: Da mihi regem,& principes.Dedi tibi regem in furore meo,& abſtuli in ira mea. [h] Ligata eſt in me iniquitas Ephraim, abſcondita eſt

e Quia fuit rex Ieroboã de tribu Ephraim.

Iſai.43.b.

Prou.17.b.

f lacerabo cor eorum. 1.Reg.8.a.

g Permanebo ego,at rex tuus ubi ſeruet ille te in

h Quaſi faſciculũ in ſcrinio meo illã ei ſeruo.



dita eſt pœna peccati eius.Dolores parturientis venient ei:I D pſe filius fuit non ſapiens:quia ſi fuiſſet ſapiens [a] nõ ad tempus ſtetiſſet in vulua filiorum.E poteſtate inferni redimam eos, à morte redimam eos.Ero mors tua ô mors,ero morſus tuus inferne.Conſolatio abſcondet ſe ab oculis meis.Licet ipſe inter fratres creuerit:veniet tamen Aſſyrius,vt orientalis ventus vehementiſſimus è deſerto aſcendens,& ſiccabit venam eius, & ſiccabit fontem eius ipſe diripiet theſaurum omnium vaſorum concupiſcibilium.

a nõ tandiu ſtaret in uulua parturientis, quaſi in faucibus mortis. Ego enim de manu ſepulchri eriperẽ eos,et a morte liberarem eos:eſſẽ mortes tuæ ô mors, et excidio tuũ ô ſepulchrũ: ſed pœnitudo abſcõdita eſt ab oculis meis .i. nunc non eruã uos ſed poſtea ut Paulus citat .1. ad Cor.15.

b faciet radices ſuas.

¶ De Samariæ interitu,de conuerſione Iſrael. C A P. X I I I I.

DEſolabitur Someron,quia rebellauit in deũ ſuum: gladio cadent viri eius,& paruuli eorũ allidentur,& prægnantes eius diſrumpentur.Reuertere Iſrael ad dñm deum tuum,qm̃ corruiſti propter iniquitatẽ tuam. Tollite vobiſcum verba,& couertimini ad dñm.Et dicite ei:Omnẽ dimitte iniquitatem,& accipe bonũ,& reddemus vitulos labiorum noſtrorum.Aſſur non ſeruabit nos,& ſuper equum non aſcẽdemus:& non dicemus vltrà,dij noſtri,operi manuum noſtra C rum,quia in te miſeratio eſt pupilli.Sanabo rebellionem eorum,diligam eos ex liberalitate,qa auerſus eſt furor meus ab eo.Ero tanquam ros Iſraeli,germinabit tanquã lilium:& [b] percutient radices eius veluti libanus.Serpẽt rami eius,& erit tanquam olea gloria eius,& odor ei tanquam libani.Reuertẽtur ſedentes in vmbra eius:viuificabunt ſeipſos vt triticum,& ger D minabit ſicut vitis,odor eius ſicut vinum libani.Ephraim tũc dicet,quid mihi vltrà ad idola?Ego exaudiã,& reſpiciam eum: ego ero vt abies virens:ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiens,& intelliget iſta?Intelligens,& ſciet iſta?quia recte viæ domini,& iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

F I N I S.

# Ioel propheta,interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Prophetat contra Iſrael,plangitque multiplicem uaſtitatem terræ ſuæ.

## C A P V T I.

A VERBVM DOMINI quod fuit ad Ioel filium Petuel. Audite hoc ſenes,& auribus percipite oẽs habitatores terræ:an fuerit hoc in diebus veſtris,& in diebus patrum veſtrorum.Super hoc filiis veſtris narrate, & filij veſtri filiis ſuis,& filij eorũ generationi alteræ.Reſiduum [c] erucæ comedit locuſta,& reſiduum locuſtæ comedit bruchus,& reſiduum bruchi comedit chaſil alterum locuſtæ genus.Expergiſcimini ebrij,& flete,& vlulate omnes qui bibitis vinum:propter vinum nouum, quoniam periit ab ore veſtro.Gens enim aſcendit ſuper terram meam fortis, & abſque numero.Dentes eius vt dentes leonis,& molares vt B molares leonis ei.Poſuit vitẽ meam in deſolationem,& ficum meam in decorticationem.Nudando nudauit eam,& proiicere fecit.Albi facti ſunt rami eius.Plange tanquam virgo accincta ſacco ſuper maritum adoleſcentiæ ſuæ.Exciſum eſt ſacrificium,& libatio de domo domini:luxerunt ſacerdotes miniſtri domini.Vaſtatus eſt [d] ager,deſolata eſt humus,quia deuaſtatum eſt triticum,aruit vinum, exciſum eſt oleum. Pudore afficite vos agricolæ,vlulate vinitores ſuper frumentum, & hordeum,quia periit meſſis agri.Vitis aruit,& ficus deſolata C eſt:malogranatum,& palma,& malus,omnes arbores agri aruerunt,quia aruit gaudiũ à filiis hominũ. Accingite vos, & plangite ſacerdotes,vlulate miniſtri altaris,ingredimini,manete in ſaccis miniſtri dei mei:qm̃ prohibitũ eſt de domo dei veſtri ſacrificiũ,& libatio.Sanctificate ieiunium,vocate cœtum, congregate ſenes,omnes habitatores terræ in domum domini dei veſtri,& clamate ad dominũ:Ahah diei,quia prope eſt dies domini,& tanquam vaſtitas ab omnipotente veniet.Nõne coram oculis noſtris eſca exciſa eſt de domo dei veſtri,læti D tia,& exultatio?Computruerunt grana ſub pulueribus eius, deſolati ſunt theſauri,diſſipata ſunt horrea,quoniam aruit triticum.Cur ingemuerunt animalia,cõfuſi ſunt greges boum? Quia nõ ſunt paſcua eis.Etiam greges pecorum deſolati ſunt. Ad te domine clamabo,quia ignis conſumpſit paſcua deſerti, & flamma ſuccendit omnes arbores agri.Etiã beſtiæ agri clamabũt ad te,quoniam exiccati ſunt riui aquarum,& ignis cõſumpſit paſcua deſerti.

c Variæ fuerunt Aſſyriorum incurſiones,quos & locuſtas uocat Nahum .c.3. Eſa.c.33.

d Sola ſuper fuit ciuitas Ieruſalem tẽpore Sãcherib.Eſa.36.b.

¶ Sonitu tubarum prædicat hoſtium aduentum,hortatur ad pœnitentiam.

C A P. I I.

A CLangite tuba in Siion,& taratantarizate in monte ſancto meo.Contremiſcant omnes habitatores terræ,quia venit dies domini,quia prope eſt.Dies tenebrarum,& caliginis,dies nubis,& tenebroſitatis,veluti aurora expanſa ſuper montes:populus multus,& fortis,cui ſimilis non fuit à ſeculo, & poſt eum non addet vſque ad annos generationis,& generationis.Ante faciem eius cõſumpſit ignis,& poſt eum exuret flamma.Tanquam hortus Heden fuit terra ante eum,& poſt eum fuit vt deſertum ſolitudinis,& etiam euaſor non erit ei. Tanquam aſpectus equorum,aſpectus eius:& tanquam equites,ſic current.Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium,ſubſilient,ſicut ſonitus flammæ ignis conſumentis ſtipulam,velut populus fortis præparatus ad bellum. A facie eius B dolebunt populi,omnes vultus contrahent nigredinẽ. Sicut potentes current,tanquam viri bellatores aſcendent murum: & vnuſquiſque in viis ſuis ambulabunt,& non tardabunt in ſemitis ſuis.Et vnuſquiſque fratrem ſuum non opprimet,vnuſquiſque in calle ſuo ambulabit:& ſuper gladium proiiciet ſe, & non vulnerabitur.Per vrbem incedent,in muro current,et in domos aſcendent:per feneſtras intrabunt veluti fur. Ante eum mouit ſe terra,tremuerunt cœli,ſol & luna obtenebrati C ſunt,& ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et dominus dedit vocem ſuam coram exercitu ſuo,quia multa ſunt valde caſtra eius,quia fortia facientia verbum eius. Magnus enim dies domini,& terribilis valde,& quis ſuſtinebit eum? Et etiam nunc dixit dominus:Conuertimini ad me toto corde veſtro, & in ieiunio,& fletu,& planctu.Et ſcindite cor veſtrum,& nõ veſtimenta veſtra:& conuertimini ad dominum deũ veſtrum quia miſericors,& miſerator eſt,longanimis,& multæ miſericordiæ,& pœnitens ſuper malum.Quis ſcit ſi conuertatur,& pœniteat eum mali,& relinquat poſt ſe benedictionem, ſacri D ficium,& libamen domino deo veſtro?Clangite buccina in Siion,ſanctificate ieiunium,vocate cœtum. Congregate populum,ſanctificate eccleſiam, congregate paruulos,ſugentes vbera:egrediatur ſponſus de cubili ſuo,& ſponſa de thalamo ſuo.Inter veſtibulum & altare plorent ſacerdotes,miniſtri domini,& dicant:Parce domine populo tuo,& ne des hæreditatem tuam in opprobriũ,vt dominentur eis nationes.Qua E re dicturi ſunt in populis:vbi eſt deus eorum?Et zelatus eſt dominus pro terra ſua,& pepercit populo ſuo.Et reſpondit dominus,& dixit populo ſuo:Ecce mitto vobis frumentum,& vinum,& oleum,& ſaturabitis vos eis:& non dabo vos vltrà in opprobrium in gentibus.Et aquilonarem exercitum elongare faciam à vobis,& [a] expellere faciam eum ad terram deſertam,& deſolatam,faciem eius ad mare orientale, & finem eius ad mare nouiſſimũ:& aſcẽdet fœtor eius, & aſcẽdet putre F do eius qa magnificauit vt faceret. Ne timeas terra, exulta,& lætare,quia magnificauit dñs,vt faceret.Ne timeatis animalia agri,qa germinauerũt paſcua deſerti qa arbor attulit fructũ ſuum,ficus & vitis dederũt fructus ſuos.Et filij Siion exultate,lætamini in domino deo veſtro,quia dedit vobis doctorẽ [b] iuſtitiæ,& deſcendere faciet vobis imbrẽ,pluuiam temporaneã, & ſerotinam menſe primo.Et implebuntur areæ frumẽto, &

Pſal.25. Ionæ.3.d. Supra.1.e.

a diſpergã eum in ſolitudines,partim etiam ad orientem et partim ad occidentem.

b Ezechiam

redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis an-
G nos quos comedit locuta, bruchus, & chaſil aliud locuſtæ ge-
nus, & eruca: exercitus, ſcilicet meus magnus, quē miſi in vos.
Et comedetis comedendo, & ſaturando, & laudabitis nomen
dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia faciendo: & non pu-
dore afficietur populus meus in ſeculū. Et ſcietis quòd in me-
dio Iſrael, ſum, & ego dominus deus veſter, & nō eſt amplius:
& non pudore afficietur populus meus in ſeculum.

¶ De ſpiritu ſancto, de iudicio domini in valle Iehoſaphath, de prædicatione verbi dei e Siion exitura. CAP. III.

A ET erit poſt [a] hæc, effundam ſpiritum meum ſuper omnē
carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Senes
veſtri ſomnia ſomniabunt, iuuenes veſtri viſiones videbunt.
Et etiam ſuper ſeruos, & ſuper ancillas, in diebus illis effundā
ſpiritum meum. Et dabo prodigia in cœlo, & in terra ſangui-
nem, & ignem, & columnas fumi. Sol cōuertetur in tenebras,
& luna in [b] ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus,
& horribilis. Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini,
euadet; quia in monte Siion, & Ieruſalaim erit [c] euaſio, ſicut di
xit dominus, & in ſuperſtitibus quos dominus vocat. Quia
ecce in diebus illis, & in tēpore illo, quo conuertā captiuitatē
Iehudah, & Ieruſalaim: Congregabo omnes [d] gentes, & deſcē
dere faciam eas in vallem Iehoſaphath: [e] & congregabo me in
B iudicio cum eis ibi ſuper populum meum, & hæreditatē me-
am Iſrael, quos diſperſerunt in nationes, & terram meam diui
ſerunt. Et ſuper populum meum proiecerunt ſortem, & poſu
erit puerum pro precio meretricis, & puellam vendiderunt
pro vino vt biberent. Et etiam quid vos mihi. Sor, & Sidon,
& omnes termini Palęſtinæ? Nunquid retributionem reddi-
tis mihi? Et num retribuetis mihi leuiter? Cito reddam retribu
tionem veſtram in caput veſtrum. Quia argentum meum, &
aurū tuliſtis, & deſiderabilia mea optima intuliſtis in delubra
veſtra. Et filios Iehudah, & filios Ieruſalaim vēdidiſtis filiis Grę
corum, vt elongare faceretis eos à termino ſuo. Ecce ſuſcito e-
os de loco, in quo vendidiſtis eos, & conuertam retributionē
veſtram in caput veſtrum. Et vēdam filios veſtros, & filias ve
ſtras in manu filiorum Iehudah: & venundabunt eos Harabi
C cis Sabęis, genti longinquæ, quia dominus locutus eſt. Clama
te hoc in gentibus, præparate bellum, ſuſcitate robuſtos, acce
dant, aſcendant omnes viri bellatores. Concidite bidentes in
gladios, falces veſtras in lanceas. Debilis dicat, fortis ſum. Con
gregate vos, & venite omnes gentes de circuitu, & congrega-
te vos: illuc deſcendere fecit dominus robuſtos tuos. Suſcitēt
ſe, & aſcendant gentes ad vallem Iehoſaphath, quia ibi ſedebo
ad iudicandum omnes gentes de circuitu. Mittite falcem, quo
niam maturauit meſſis. Venite, deſcendite, quia plenū eſt tor-
cular, exuberant torcularia, quia multa eſt malitia eorum. Po-
puli populi in valle [f] conciſionis, quia prope eſt dies domini
in valle conciſionis. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellę retra
xerunt ſplendorem ſuum. Et dominus de Siion rugiet, & de Ie
D ruſalaim dabit vocem ſuam, & contremiſcent cœli & terra: &
dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael. Et ſcietis
quòd ſum dominus deus veſter, qui habito in Siion mōte ſan
cto meo. Et erit Ieruſalaim ſancta, & alieni non tranſibunt per
eam amplius. Et erit, in die illa ſtillabunt montes muſtum, &
colles decurrere facient lac, & omnes riui ſtillabunt aquę:
& fons è domo domini egredietur, & irrigabunt torrentem
ſpinarum. Aegyptus in deſolationem erit, & Edom in deſer-
tum ſolitudinis erit, propter iniuriam filiorum Iehudah, quia
effuderunt ſanguinem innocētem in terra eorum. Et Iehudah
in ſeculum habitabit, & Ieruſalaim in generationem,
& generationem. Et mundabo ſanguinē
eorum, quem non mundaui: &
dominus habitat in
Siion.

FINIS.

a [redacted]
b [redacted]
c Eſa.57. & Mich.4.
d Aſſyrios & alios.
e In qua iā antea mirum pro populo ſuo fecerat de us iudiciū. 2. Para.20.
f [redacted] Eſa.20.

# Hamos propheta, interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Contra Dammeſec, Gazan, Sor, Edom, & Hammon.
CAPVT I.

A VERBA HAMOS, qui
fuit inter paſtores Tecoah, quæ vidit ſu
per Iſrael, in diebus Huziiahu regis Iehu
dah, & in diebus Iarobham filij Ioas re-
gis Iſrael, duobus annis ante terræmo-
tū. Et dixit: dominus de Siion rugiet, &
de Ieruſalaim dabit vocem ſuam, & lu-
gebunt habitacula paſtorum, areſcetq́ vertex loci fertilis Car
mel. Sic dixit dominus: Super tribus præuaricationibus Dam
B meſec, & ſuper [a] quatuor non parcam ei, eò quòd trituraue-
rint plauſtris ferreis ipſam Ghilhad. Et mittam ignem in do-
mum Chazael, & deuorabit palatia Benhadad. Et conteram
vectes Dāmeſec, & excidere faciā habitatorem de villa Auen,
& tenentē ſceptrū de domo Heden, & transferentur populus
Aram in Chir, dixit dominus. Sic dixit domin⁹: Super tribus
præuaricationibus Hazzah, & ſuper quatuor non parcam ei,
eò quòd captiuam duxerint captiuitatem perfectam, conclu-
ſerintq́ in manum Edom. Et mittam ignem in murum Haz-
zah, & deuorabit ædes ei⁹. Et excidere faciam habitatorem de
C Aſdoth, & tenentem ſeptrum de Aſchelon, & conuertam ma
num meam ſuper Hecron, & peribunt reliquiæ Peliſtim, dixit
dominus deus. Sic dixit dñs: Super tribus præuaricationibus
Sor, & ſuper quatuor non parcā ei, eò quòd tradiderint captu
uitatem perfectam ipſi Edom, & nō ſunt recordati fœderis fra
trū. Et mittam ignem in murum Sor, et deuorabit ædes eius.
Sic dixit dominus: Super tribus præuaricationibus Edom, &
ſuper quatuor non parcam ei, eò quòd perſecutus eſt gladio
fratrem ſuum, & corruperit miſericordias ſuas, & rapuerit eū
in ſeculum furor eius: & furorem ſuum ſeruauit in ꝑpetuum.
D Et mittam ignem in Teman, & deuorabit ædes Boſrah. Sic di
xit dñs deus: Super tribus pręuaricationibus filiorum Ham-
mon, & ſuper quatuor non parcam ei, eò quòd ſciderint mon
tes Ghilad, ad dilatandum terminum ſuum. Et ſuccēdam ignē
in muro Rabbah, & deuorabit ædes eius in vociferatione, in
die belli in turbine, in die turbinis. Et ibit rex eorum in captiui
tatem, ipſe & principes eius ſimul, dixit dominus.

a Cū ſemel iterū et tertio illis omnibus pepercerit de-us, ait ſe quarto nō parciturum. Eſt uero idiotiſmus.

¶ Contra Moab, contra Iehudah & Iſrael quod contempſerit legem.
CAP. II.

A SIc dixit dominus deus: Super tribus præuaricationibus
Moab, & ſuper quatuor non parcā ei eò ꝙ combuſſerit
oſſa regis Edom in cinerem. Et mittam ignem in Moab, & de
uorabit ædes Cheriioth, & morietur in ſonitu Moab, in voci
feratione, in ſonitu tubę. Et excidere faciam iudicem de medio
eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dixit domi-
nus. Sic dixit dominus: Super tribus præuaricationibus Iehu
dah, & ſuper quatuor non parcam, ei eò quòd abiecerint le-
B gem domini, & ſtatuta eius non ſeruauerint: & errare fecerunt
eos mendacia ſua, poſt quæ abierunt patres eorum. Et mit-
tam ignem in Iehudah, & deuorabit ædes Ieruſalaim. Sic di-
xit dominus: Super tribus præuaricationibus Iſrael, & ſuper
quatuor non parcam ei, eò quòd vendiderint argento iuſtū,
& pauperem propter duo calceamenta. Qui conculcaue-
runt ſuper puluerem terræ caput pauperum, & viam humili-
um declinare fecerūt, & vir & pater eius iuerunt ad puellam,
vt violarent nomen ſanctum meum. Et ſuper veſtimentis in
pignus acceptis recumbebant apud omne altare, & vinū pœ-
C nis affectorum biberunt in domo deorum ſuorum. Ego di-
ſperdere feci Emoræum à facie veſtra, cuius altitudo ſicut al-
titudo cedrorum erat, & fortis erat ſicut quercus, & per-
dere feci



fructum eius ſurſum, & radices eius deorſum. Et ego
aſcendere feci vos è terra Aegypti, & ambulare feci vos per
deſertum quadraginta annis, vt poſſideretis terram Emoræi.
Et ſuſcitaui de filiis veſtris, vt eſſent prophetæ, & de iuuenibus
veſtris vt eſſent Neziræi. Nunquid ita non eſt hoc filij Iſrael,
dixit dominus? Et potū dediſtis Neziræis vinum, & prophe-
tis præcipiebatis, dicendo: Non prophetabitis. Ecce [a] obſidi
D onem facio in loco veſtro, quemadmodum obſidetur plau-
ſtrum plenum manipulis. Et peribit fuga à leui, & fortis non
fortificabit fortitudinem ſuam, & robuſtus non eruet animā
ſuam. Et qui tenet arcum, non ſtabit, & leuis pedibus ſuis non
euadet: & qui conſcendit equum, non ſaluabit animam ſuam.
Et qui roborat cor ſuum, ſicut potentes, nudus fugiet in die il
la, dixit dominus.

a concuſſionem facio ſubter uos, ſicut cocuteret uos plauſtrū plenum ſegete.

¶ In Samaria, ob idololatriam, & luxum Iſrael. CAP. III.

A AVdite verbum hoc, quod locutus eſt dominus ſuper
vos, filij Iſrael: ſuper omnem cognationem, quam aſcē
dere feci è terra Aegypti, dicendo: Tantum vos cognoui ex
omnibus cognationibus terræ, idcirco viſitabo ſuper vos o-
mnes iniquitates veſtras. Nunquid duo ambulabunt pariter,
niſi conuenerint? Nunquid rugiet leo in ſylua, quando præda
non fuerit ei? Nunquid dabit leunculus vocem ſuam de habi
B taculo ſuo, niſi apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueū
terræ, & laqueus non eſt ei? Nunquid aſcēdet laqueus è terra,
& capiendo non cepit? Nunquid clangetur tuba in ciuitate, et
populus non expaueſcet? Num erit malum in ciuitate, & do-
minus non fecerit? Quia non faciet dominus deus verbum, ni
ſi reuelauerit ſecretum ſuum ſeruis ſuis prophetis. Leo rugiit.
quis non timebit? Dominus deus locutus eſt, quis nō prophe
C tabit? Congregare facite ſuper ædes quæ ſunt in Aſdod, & ſu-
per ædes quæ ſunt in terra Aegypti, & dicite: Cōgregate vos
ſuper montes Someron, & videte contritiones multas in me
dio eius, & oppreſſos in medio eius. Et neſcierūt facere rectū,
dixit dominus: qui recundunt quæ rapiunt, & quæ prædan-
tur in ædibus ſuis. Propterea ſic dixit dominus deus: Afflictio
veniet, & in circuitu terræ, & deſcendere faciet à te fortitudi-
nem tuam, & diripientur ædes tuæ. Sic dixit dominus: Quo-
D modo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, vel extremum
auris: ſic eruentur filij Iſrael habitantes in Someron in angulo
lecti, [b] & angulo grabati. Audite, & conteſtari facite in domo
Iahacob, dixit dominus deus, dominus exercituū. Quia in die
qua viſitabo præuaricationes Iſrael ſuper eum, viſitabo ſuper
altaria Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadent in
terram. Et percutere faciam domum hyemalem vnà cum do
mo æſtiua: & peribunt domus eburneæ, & deficient domus
multæ, dixit dominus.

b et in Damaſco in grabato, miſeri qui in lectis & grabatis, etiam bini in lateribus grabati decūbūt, illi euadēt tā in Samaria quā Damaſco.

¶ In optimates, ſub typo vaccarum pinguium. CAP. IIII.

A AVdite verbum hoc vaccæ Baſan, [c] quæ eſtis in monte
Someron, quæ opprimitis pauperes, quæ cōfringitis
pauperes, quæ dicitis dominis veſtris: Afferte, & bibemus. Iu
rauit dominus deus per ſanctitatem ſuam. Quia ecce dies ve-
niunt ſuper vos, & tollet vos inimicus ſpinis, & poſteritatē ve
ſtram hamis quibus capiuntur piſces. Et per muri interrupti-
ones exibitis vnaquæq́ cōtra alteram, & proiicere facietis pa-
latium hoc, dixit dominus. Venite in Bethel, & præuaricami-
ni in Ghilghal, multiplicate vt præuaricemini: & afferte mane
ſacrificia veſtra, & tribus anni diebus decimas veſtras. Et ado-
B le de fermento confeſſionem, & vocate ad ſolennitatem, volū
taria cōgregare facite. Sic enim dilexiſtis filij Iſrael, dixit domi-
nus deus. Et etiam ego dedi vobis mundiciem dentium in cū
ctis vrbibus veſtris, & indigentiam panis in cunctis locis ve-
ſtris: & non eſtis reuerſi ad me, dixit dominus. Et ego etiā pro
hibui à vobis imbrem, cum adhuc eſſent tres menſes vſq́ ad
C meſſem, & pluere faciam ſuper ciuitatem vnam, & ſuper ciui-
tatem alteram non pluere faciam: pars vna compluetur, &
pars ſuper quam non pluet, areſcet. Et mouebunt ſe duæ vel
tres ciuitates ad ciuitatem vnam, ſuper quam pluere feci, vt bi
bant aquam, & non ſatiabuntur: & non eſtis reuerſi ad me, di
xit dominus. Percuſſi vos ariditate, & rubigine, quando mul-
tiplicaſtis hortos veſtros: & vineas veſtras, & ficeta veſtra, &
oliueta veſtra comedit eruca: & nō rediſtis ad me, dixit domi-
D nus. Miſi in vos peſtilentiā in via Aegypti, occidi gladio iuue
nes veſtros, cum captiuitate equorum veſtrorum: & aſcende
re feci fœtorem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras; & non
tediiſtis ad me, dixit dominus. Subuerti vos, quemadmodum
ſubuertit deus Sedom, & Hamorah, & fuiſtis ſicut torris eru-
tus de incendio: & non rediſtis ad me, dixit dominus. Quapro
pter ſic faciam tibi Iſrael: pro eo quòd hoc faciam tibi, præpa
ra teipſum in occurſum dei tui Iſrael. Quia ecce qui format
montes, & creat ventum, & annunciat homini quid opus e-
ius: qui facit auroram, & tenebras, & qui graditur ſuper excel
ſa terræ: dominus deus exercituum nomen eius.

c id eſt, pingues.

¶ Planctus ſuper perpetua captiuitate Iſraelis. CAP. V.

A AVdite verbum hoc, quod leuo ſuper vos lamentum
domus Iſrael. Cecidit, non addet vt ſurgat virgo Iſra-
el, proſtrata ſuper terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam. Sic e-
nim dixit dñs deus: In vrbe ex qua egrediebantur mille, dimit-
tere faciet centum, & ex qua egrediebantur centum, relinque-
re faciet decem domui Iſrael. Quia ſic dixit dñs domui Iſrael:
Quærite me, & viuetis, & ne quæratis Bethel, & Ghilghal nō
ingrediemini, & Beerſebah non traſibitis: quia Ghilghal demi
B grando demigrabit, & Bethel erit in nihilum. Quærite domi- Sopho.1.e.
num, & viuetis, ne forte findat quaſi ignis domū Ioſeph, & cō
ſumat, & non ſit qui extingat in Bethel. Qui verterūt in abſyn
thium iudiciū, & iuſtitiā in terra reliquerunt. Ipſe facit arcturū,
et orionem, & cōuertens vmbrā mortis in lucē matutinam, &
diem in noctē tenebreſcere faciens: qui vocat aquas maris, &
C effundit eas in ſuperficie terræ, dñs nomen eius. Qui roborat
vaſtatorem ſuper populum robuſtum, & vaſtator ſuper mu-
nitionem veniet. Oderunt in porta corripientē, & loquentē
perfectè abominati ſunt. Idcirco quia oneraſtis pauperē, & ci
bum electū tuliſtis ab eo, in domibus leuigatis quas ædificaſtis
non habitabitis: vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis Pſal.96.b.
vinum earū. Quia cognoui multas pręuaricationes veſtras, et Roma.11.e.
D fortia peccata veſtra: hoſtes viro iuſto accipientes precium, &
pauperum iudiciū in porta peruerterūt. Ideo [a] intelligens in
tempore ipſo tacebit, quia tempus malum eſt. Quęrite bonū,
& non malum, vt viuatis: & erit ſic dominus deus exercituum
vobiſcū, ſicut dixiſtis. Odio habete malum, & diligite bonū,
cōſtituite in porta iudiciū: ſi forte miſereatur dominus deus ex
ercituum reſiduo Ioſeph. Propterea ſic dixit dominus deus ex
ercituum dominator: In omnibus plateis erit planctus, & in
cunctis plateis dicet: heu, heu. Et vocabunt agricolā ad luctū,
E & ad planctum eos qui ſciunt lamentum. Et in omnibus vine
is erit planctus, quia tranſibo per medium tui, dixit dominus.
Væ deſiderantibus diem domini: vt quid hoc vobis? dies enī Eſaiæ.13.d.
domini hæc, tenebræ, & non lux. Quomodo ſi fugiat vir à fa- Mala.1.d.
cie leonis, & occurrat ei vrſus, & ingrediatur domum, & inni-
tatur manu ſua parieti, & mordeat eum coluber? Nōnne te-
nebræ eſt dies domini, & non lux, & caliginoſa, & nō eſt ſplen-
F dor ei? Odiui, reprobaui ſolennitates veſtras, & nō odorabo
oblationes cœtuum veſtrorum. Quia ſi obtuleritis mihi holo
cauſta, & munera veſtra, non acceptabo, & pacifica pinguiū
veſtrorum, non reſpiciam. Remoue à me multitudinem car-
minum tuorum, & cantica lyrarum tuarum non audiam. Et
inundabit ſicut aqua, iudicium, & iuſtitia veluti torrens for-
tis. Nunquid ſacrificia & oblationem appropinquare feci-
ſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael? Et [b] por
G taſtis idolum regis veſtri, & placētam imaginum veſtrarum:
ſydus quoque deorum veſtrorum, quos feciſtis vobis. Et mi
grare faciam vos trans [c] Dammeſec, dixit dominus deus exer-
cituum nomen eius.

a qui prudēter agit
b Et ſuſtinuiſtis auſcultationem regis ueſtri (Ieroboam) & apparatum imaginum ueſtrarum. Actu.7.e.
c id eſt, ultra quam migrabit Damaſc⁹. Illa enim in Cyrenē, uos uero in Medos ultra Babylonem migrabitis, acto-rum.7.

¶Increpat opulentos & primates delicioſos, prædicit Iſraelis uaſtationem. CAP. VI.

A VAe quietis in Siion,& fidentibus monti Someron,no-
minatis à principio gentium,& venerunt ad eos do-
mus Iſrael.Tranſite in Chalneh,& videte,& ite inde in Cha-
math magnam,& deſcendite in Ghath Peliſtim.Nũquid me-
liores ſunt regnis iſtis?Num amplior eſt terminus eorum ter-
mino veſtro?Qui longinquum putant diem malum,& pro-
pinquam cogitant ſedem iniquitatis. Qui dormiunt in lectis
eburneis,& extendunt ſe in ſtratis ſuis,& comedũt agnos pin
B gues de pecoribus,& vitulos de medio paſcuę pinguis. Qui
particularia habent cantica ſecundum muſicum inſtrumentũ
Nebel:ſicut Dauid excogitauerunt ſibi inſtrumenta muſica.
Qui bibunt in phialis vinum,& electis vnguentis vngunt ſe,
& non condolent ſuper contritione Ioſeph.Quapropter nũc
migrabunt in capite tranſmigrantium,& appropinquabit lu
ctus ſe extendentium lectis.Iurauit dominus per ſeipſum,di-
xit dñs deus exercituum:Abominor ſuperbiam Iahacob, &
palatia eius odi:& tradam ciuitatem,& plenitudinem eius.Et
C erit,ſi remanſerint decem viri in domo vna,morientur.Et tol
let ſingulum eorum patruus ſuus,& auũculus eius, vt educat
oſſa de domo,& dicet ei qui erit in lateribus domus. Num
mortui adhuc tecum ſunt?Et dicet:Finis eſt.Et dicet:Tace,qa
non eſt recordandum nominis domini. Quia ecce dominus
præcipit,& percutere faciet domum magnam rimis, & do-
mum minorem ſciſſionibus.Nunquid current in petra equi?
D Num arabit arans in petra bobus? quoniam conuertiſtis in
venenum iudicium,& fructum iuſtitiæ in abſynthium? Qui
lætamini in non aliquid,qui dicitis:Nónne fortitudine noſtra
aſſumpſimus nobis cornua?Ecce enim ſuſcito ſuper vos do-
mus Iſrael,dixit domus deus exercituum,gentẽ,& opprimẽt
vos ab introitũ Chamath,vſque ad torrentem deſerti.

¶Prophetat captiuitatem Iſrael. Amaſiah ſacerdos contradicit prophetanti. CAP. VII.

A SIc oſtẽdit mihi dñs deus:Et ecce fictor locuſtarũ in princi
pio quo aſcendebat herba ſerotina, et ecce herba ſeroti-
na aſcẽdebat poſt tõſiones herbarũ quas fecit rex.Et fuit, quũ
finiuiſſet comedere herbã terrę,dixi: Dñe deus,parce obſecro.
Quis ſuſcitabit Iahacob,quia paruulus[a] eſt? Pœnituit domi-
num ſuper hoc.Non erit,dixit dominus deus.Sic oſtendit mi
hi dominus deus.Et ecce vocat ad iudicium in igne dominus
deus,& conſumpſit voraginem magnam,& conſumpſit par
tem.Et dixi; domine deus ceſſa nunc. Quis [b] ſuſcitabit Iaha-
B cob,quia paruulus eſt?Pœnituit dominum ſuper hoc. Etiam
iſtud non erit,dixit dñs deus.Sic oſtendit mihi. Et ecce domi-
nus ſtabit ſuper murum ædificatum perpendiculo,& in ma-
nu eius perpendiculum.Et dixit dominus ad me:Quid tu vi-
des Hamos?Et dixi:perpendiculum.Et dixit dominus:Ecce e-
go pono perpendiculum in medio populi mei Iſrael:non ad
iiciam vltrà vt pertranſeam eum. Et deuaſtabuntur excelſa
[c] Iſchac,& ſanctuaria Iſrael deſolabuntur,& conſurgam con-
tra domum Iarobham gladio.Et miſit Amaſiah ſacerdos Be
thel ad Iarobham regem Iſrael,dicendo: Coniurauit cõtra te
C Hamos in medio domus Iſrael.Non poſſet terra ſuſtinere o-
mnia verba eius.Sic enim dixit Hamos:Gladio morietur Ia-
robham,& Iſrael migrãdo migrabit è terra ſua.Et dixit Ama
ſiah ad Hamos:Videns,vade,fuge ad terram Iehudah, & co-
mede ibi panem,& ibi prophetabis.Et in Bethel non adiicies
vltrà,vt prophetes,quia ſanctuariũ regis eſt,& domus regni
eſt.Reſponditq́ Hamos & dixit ad Amaſiah: Non propheta
D eram,neque filius prophetæ,ſed armentarius, & colligens ſy-
comoros.Et tulit me dominus euntem poſt pecora, & dixit
ad me dominus:Vade,propheta ad populum meum Iſrael.
Et nunc audi verbum domini.Tu dicis:non prophetabis ſu-
per Iſrael,& non ſtillabis ſuper domum Iſchac.Propter hoc
ſic dixit dominus:Vxor tua in ciuitate fornicabitur,& filiĳ tui,
& filiæ tuæ gladio cadent,& humus tua funiculo diuidetur:&
tu ſuper terram pollutam morieris,& Iſrael migrando migra
bit è terra ſua.

a id eſt,cum imbecillus ſit nemo poterit eum erigere,ſi ita deuoret. perdẽdo em̃ decem tribus exiguum eſt quod de Iahacob ſupererit.

b eriget.

c ſ.altaria quæ illi erexerãt in memoriam imolationis Iſchac, & oleo inũctas ſtatuas reuelationis ipſi Iſrael in Bethel ſactæ.

¶Minatur cladem Iſrael,ob auaritiam populi.De fame uerbi dei. CAP. VIII.

A SIc oſtendit mihi dominus deus.Et ecce caniſtrum fructu-
um æſtiuorum.Et dixit: Quid tu vides Hamos?Et dixi:
Caniſtrum fructuum æſtiuornm.Et dixit dominus ad me:Ve
nit finis ſuper populum meum Iſrael.Non adiiciam vltrâ,vt
pertranſeam eum.Et in vlulatum vertentur cantica templi,in
die illa,dixit dominus deus:Multiplex cadauer in quouis loco
proiecit ſilentium.Audite hoc deglutientes pauperes, & co-
gitantes ſuccidere è mundo pauperes terræ.Dicendo paupe-
B ribus emere volentibus:quando tranſibit menſis venundabi
mus frumentum,& hebdomada quum tranſierit aperiemus
frumentum:vt imminuere faciamus modium,& augere facia
mus ſechel,& peruertamus ſtateras doloſas.Vt emamus argẽ
to egenos,& pauperem propter calceamenta, & quiſquilias
frumenti vendemus.Iurauit dominus per celſitudinem ſuam
notam in Iahacob,ſi oblitus fuero vſque in finem omnia ope
C ra eorum.Nunquid ſuper hoc non mouebit ſe terra,& luge-
bit omnis qui habitat in ea?Et [a] aſcendet tanquam fluuius v-
niuerſus,& eiicietur,& abſorbebitur veluti fluuius Aegypti.
Et erit,in die illa,dixit dominus de9,occumbere faciam ſolem
in meridie,& tenebreſcere faciam terram in die luminis.Et cõ-
uertam feſtiuitates veſtras in luctum,& omnia cantica veſtra
in plãctum:& aſcendere faciam ſuper omnes lumbos ſaccum,
& ſuper omne caput caluitium:& ponam eam tanquam lu-
D ctum vnigeniti,& nouiſſimum eius vt diem amarum.Ecce di
es veniunt,dixit dominus deus,& mittam famem in terrã,non
famem panis,neq́ ſitim aquæ,ſed audiendi verba domini. Et
mouebunt ſe à mari vſq́ ad mare,ab aquilone vſq́ ad orientẽ
circuibunt,quærendo verbum domini,& non inuenient. In
die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes ſiti.Qui iurant
[b] in delicto Someron,& dicunt:Viuit deus tuus Dan,& vi-
uit via Beerſebah:& cadent,& non reſurgent vltrà.

a intumeſcet quaſi flumẽ tota ipſa, impellet uero et obruet quaſi fluuio Ægypti.

b .i.nepharie iurant per ſacramẽta Samariæ, quaſi ſit ibi aliqd ſacrum. item per numina Dan, & per peregrinationem quæ eſt ad Beerſebah.

¶De excidio Iſrael ob principum auaritiam.De captiuitatis conuerſiõe. CAP. IX.

VIdi dominum ſtantem ſuper altare [c],& dixit:Percute ſu
perliminare,& contremiſcent poſtes,& in fruſta conci
A dam eos in capite,omnes ipſos,& nouiſſimum eorum gladio
interficiam.Non fugiet ex eis fugiens,& non euadet ex eis eua
ſor.Si penetrarint in infernum,inde manus mea tollet eos: &
ſi aſcenderint in cœlum,inde deſcendere faciam eos.Et ſi abſ-
cõderint ſe in vertice Carmel,inde ſcrutabor & tollam eos:&
B ſi cæleuarint ſe contra oculos meos in pauimento maris,inde
mandabo ſerpenti,& mordebit eos.Et ſi abierint in captiuita
tem coram inimicis ſuis,inde mãdabo gladio,& occidet eos:
& ponam oculos meos ſuper eos in malum,& nõ in bonum.
Et dominus deus exercituum eſt qui tangit terram,& defluet,
& lugebunt omnes habitantes in ea.Et aſcendet ſicut fluuius
tota ipſa,& ſubmergetur quaſi à fluuio Aegypti. Qui ædifi-
C cat in cœlo aſcenſiones ſuas,& peculium ſuum ſuper terram
fundauit:qui vocat aquas maris,& effundit eas in ſuperficie
terræ,dominus nomen eius.Nónne filiĳ [d] Chuſiim eſtis mihi fi
liĳ Iſrael,dixit dominus?Nónne feci aſcendere Iſrael è terra Ae
gypti,& Peliſtim de Capthor,& Arã de Chir?Ecce oculi do-
mini dei in regnum peccati,& diſperdere faciam illud è ſuper
ficie terræ.Veruntamen non deſtruendo deſtruere faciam do
mum Iahacob,dixit dominus:Ecce enim præcipio,& vagari
faciam in omnibus gentibus domum Iſrael,quemadmodum
agitatur triticum in cribro,& non cadet lapillus in terrã. Gla
dio morientur omnes peccatores populi mei,qui dicunt, nõ
appropinquabit,nec anticipabit propter nos malum.In die
D illa erigam tabernaculum Dauid collabens,& ſepiam apertu-
ras eius,& diruta eius erigam,& ædificabo [e] illud ſicut in die-
bus ſeculi. Vt poſſideant reſiduum Edom, & omnes natio-
nes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dixit dominus
faciens

c ſcilicet Samariæ.

d Æthiopũ.

e Reſtauratio per Ezechiam facta umbra fuit cœleſtis Ieſu Chriſti reſtaurationis, actorum.15.



faciens hoc.Ecce dies veniunt,dixit dominus,& attinget ara-
tor meſſorem,& calcator vuarum portantem ſemen,& ſtilla
bunt montes muſtum, & omnes colles liquefient.Et conuer-
tam captiuitatem populi mei Iſrael,& ædificabunt vrbes de-
ſolatas,& inhabitabunt,& plantabunt vineas,& bibent vinũ
earum,& facient hortos,& comedent fructus eorum.Et plan
tabo eos ſuper humum ſuam,& non euellentur vltrà
è terra ſua,quam dedi eis,dixit dominus
deus tuus.

FINIS.

# Hobadiah, quem Abdiam dicimus: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶De uaſtatione Edom ac ſaluatione Iſraelis.

CAPVT I.

A VISIO HOBADIAH.
[a] Sic dixit domin9 deus ad Edom:Audi-
tum audiuimus à domino,& legatus in
gentes miſſus eſt: Surgite, & ſurgamus
aduerſus eam in prælium.Ecce paruulũ
dedi te in gentibus,contẽptus es tu val-
B de.Superbia cordis tui extulit te habitan
tem in munitionibus petræ, celſitudine habitationis eius,quę
dicebas in corde tuo.Quis deſcendere faciet me in terram?Si
exaltaueris locum tuum vt aquila,& ſi inter ſtellas poſueris ni
dum tuum,inde deſcendere faciam te,dixit dñs.Num fures in
C troierunt ad te,num prædatores nocturni?Quomodo ſucci-
ſus es?Nónne fures furati fuiſſent quæ ſuffeciſſent ſibi?Si vin-
demiatores introiſſent ad te,nónne dimiſiſſent racemos?Quo
modo quæſita fuerunt quæ erant Heſau,inquiſita ſunt abſcõ-
dita eius.Vſq́ ad terminũ miſerunt te oẽs viri cõfœderati [b] ti-
bi,Deceperunt te,& inualuerunt tibi viri pacifici tui.Panẽ tu-
um comedentes,ponent languorẽ ſubter te.Non eſt intelligẽ
tia in eo.Nõne in die illa,dixit dñs perdere faciam ſapientes de
D Edom,& intelligentiã de monte Heſau?Et timebũt fortes tui
Teman,vt ſuccidatur vir de monte Heſau,propter magnã in
terfectionem.Propter iniquitatẽ in fratrem tuũ Iahacob,ope
riet te pudor,vt ſuccidaris in ſeculum.In die qua ſtabas ex ad-
uerſo,in die qua captiuos ducebant alieni exercitum eius,& ex
tranei ingrediebantur portas eius,& ſuper Ieruſalaim proiici
E ebant ſortem,etiam tu [c] eras tanquam vnus ex eis.Non debe
bas videre in die afflictionis fratris tui,in die qua alienatus eſt,
nec debebas lætari ſuper filiis Iehudah in die qua perierunt,et
non debebas magnificare os tuũ in die anguſtiæ.Neq́ debe-
bas ingredi portã populi mei,in die cõtritionis eorum,nec a-
ſpicere debebas & tu malũ eius in die contritionis eius,neque
mittere debebas manus tuas in ſubſtantiam eius in die contri
tionis eius.Neq́ ſtare in biuio,vt ſuccidere faceres euaſores e-
F ius,nec tradere ſuperſtites eius,in die anguſtię.Qm̃ iuxta eſt di
es domini ſuper oẽs gentes.Sicut feciſti,fiet tibi:retributio tua
cõuertetur in caput tuũ.Quẽadmodũ enim bibiſtis ſuper mõ
tem ſanctitatis meæ,bibent oẽs gentes iugiter:& bibẽt,et ab-
ſorbebũt,& erũt ac ſi nõ fuiſſent.Et in mõte Siion erit euaſio,
& erit ſanctus,& poſſidebũt domus Iahacob poſſeſſiones ſu
as.Et erit domus Iahacob & ignis,& domus Ioſeph vt flãma,
& domus Heſau vt ſtipula & ſuccẽdẽt eos,& cõſumẽt eos:&
erit ſuperſtes domui Heſau,quia dñs locutus eſt.Et hæredita-
bũt meridiẽ,[d] vnà cũ mõte Heſau,& planitiẽ Peliſtim,& poſſi
debũt agrũ Ephraim,& agrum Someron:& Biniamin ipſum
Ghilhad.Et trãſmigratio exercitus huius,filiorũ Iſrael qui ſunt
inter Chenahanæos vſq́ ad [e] Sarphath:& trãſmigratio Ieruſa
laim quæ eſt in Sepharad poſſidebũt ciuitates auſtri.Et aſcen-
dent ſeruatores in montẽ Siion ad iudicandum montem He-
ſau,& erit domino regnum. FINIS.

a De Hobadiah, uide.3.Re.18.Prædicit uero ea,q̃ ſub Iehoſaphat ſũt Paulo poſt ſubſequuta.

b Hi erant Ammonitæ et Moabitæ.2.Para.20.

c Adad Ædomæus ſtimulauerat Seſac regẽ Ægypti,ut diripe-ret Ieruſalem: quod et fecit.

d Etiã Arabes parebant regi Iehoſaphat.2.Para.17.et Ephraim.2.Par.19.

e Etiã inter medios Chananæos,et in Sarepta Sidoniorum, ubi egit Elias,fuẽ pleriq́ ab idololatris fugientibus ad deũ uiuũ cõuerſi:ſicut & qui in Sepharad uerſus aquilonẽ fugerunt,ſũt iterũ uerſus auſtrũ dd ituri.



# Ionah propheta, Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Ionah miſſus ad prædicandum fuit,præcipitatur in mare.

CAPVT I.

A ET FVIT VERBVM 2.Reg.14.
domini ad Ionah filium Amithai, dicen
do:Surge,vade in Nineueh ciuitatẽ ma-
gnam,& prædica in ea, quòd aſcendit
malitia ei9 coram me.Et ſurrexit Ionah,
vt fugeret in Tarſis à facie domini,& de-
ſcendit Iappo,& inuenit nauem euntem
in Tarſis,& dedit mercedem ei9,& deſcendit in eam,vt iret cũ
eis in Tarſis à facie domini.Dominus autem eleuauit ventum
magnum in mari,& fuit turbo magnus in mari,& nauis pu-
tabatur conteri. Et timuerunt nautici, & clamauerunt vnuſ-
B quiſque ad deum ſuum,& proiecerunt inſtrumenta quæ erãt
in naui in mare,vt alleuiaretur ab eis.Ionah autem deſcende-
rat ad vnum è laterib9 nauis,& dormiebat,& ſoporatus erat.
Et acceſſit ad eum magnus gubernator,& dixit ei: Quid tibi
ſoporato?Surge,clama ad deum tuum,ſi forte placetur deus
nobis,& non pereamus.Et dixerũt vnuſquiſq́ ad proximum
ſuum:Venite,et proiiciamus ſortes,vt ſciamus propter quem
eſt malum hoc nobis.Et proiecerunt ſortes,et cecidit ſors ſu-
C per Ionah.Et dixerũt ad eũ; Indica nũc nobis ꝓpter quem eſt
malũ hoc nobis:qđ opus tuũ,& vnde venis,& q̃ terra tua,&
de quo populo es?Et dixit ad eos:Hebręus ſum,& dominũ de
um cœli timeo,qui fecit mare & aridam.Et timuerunt viri ti-
more magno,& dixerunt ad eum:Cur hoc feciſti? Cognoue-
runt enim viri,quòd à facie domini fugeret:quia indicauerat
eis.Et dixerũt ad eum:Quid faciemus tibi,vt ſileat mare à no-
bis?Quia mare ibat,& intumeſcebat. Et dixit ad eos: Tollite
me,et proiicite me in mare,& tacebit mare à vobis.Scio enim
ego quòd propter me tempeſtas hæc eſt ſuper vos. Et nitebã
D tur remis vt reducerent nauem ad aridam, & non valebant:
quia mare ibat,& intumeſcebat ſuper eos.Et clamauerunt ad
dominum,& dixerunt:quæſumus domine,ne obſecro perea
mus propter animam viri iſtius,& ne ponas ſuper nos ſangui
nem innocentem:quia tu domine ſicut voluiſti,feciſti.Et tule
runt Ionah,& proiecerunt eum in mare,& ſtetit mare ab ira
ſua,& timuerunt viri timore magno dominum, & immola-
uerunt hoſtiam domino,& vouerunt vota.

¶Ionah abſorptus a piſce,clamat ad dominum,& exauditus euomitur. CAP. II.

ET præparauit dominus piſcem grãdem,vt deglutiret Io
A nah,et fuit Ionah in vẽtre piſcis trib9 diebus,et tribus no
ctibus. Et orauit Ionah ad dominũ deũ ſuũ in ventre piſcis.Et
dixit:Clamaui in afflictione mea ad dominum, & exaudiuit
me.In ventre inferi clamaui,exaudiſti vocem meam.Et proii-
B cere feciſti me in profundum,in medium marium,& flumen
circundedit me.Omnes vndæ tuæ,et fluctus tui ſuper me trãſ
ierunt. Ego autem dixi:proiectus ſum è conſpectu oculorum
C tuorum:veruntamen addam vt reſpiciam ad templum ſan-
ctum tuum.Circundederunt me aquæ vſque ad animam:vo
rago circundedit me,alga alligata eſt capiti meo.Ad extrema
montium deſcendi,[a] terram clauſam vectibus ſuis propter
me in ſeculum:& aſcendere feciſti è fouea vitam meam domi
ne de9 mi.Cũ deficeret in me anima mea,domini recordatus
D ſum,& venit oratio mea ad templum ſanctum tuum. Cuſto-
dientes vanitates mendaces miſericordiam eius derelinquent.
Ego autem in voce confeſſionis, immolabo tibi:quòd voui
reddam:ſalus eſt domini.Et dixit dominus piſci, & euomuit
Ionah in aridam.

a terrã clauſã circa me æternis clauſuris.

¶Ionah rurſus miſſo ad Nineueh,populus ad eius prædicatio nem reſipiſcit. C A P. I I I.

A ET fuit verbum domini ad Ionah ſecundò, dicendo:
Surge, vade in Nineueh ciuitatem magnam, & præ-
dica in ea prædicationem, quam loquor ad te. Et ſurrexit
Ionah,& abiit in Nineueh iuxta verbum domini,& Nineueh
erat ciuitas magna valde,itinere trium dierum.Et cœpit Io-
nah introire ciuitatem itinere diei vnius,& clamauit, & dixit:
Adhuc quadraginta dies,& Nineueh ſubuertetur.Et credide
runt viri Nineueh deo,& prędicauerunt ieiunium, & veſtiti
ſunt ſaccis à maiore eorum vſq; ad minorem eorum.Et perue
nit verbum ad regem Nineueh,& ſurrexit de ſolio ſuo, & trāſ
B ire fecit veſtimentum ſuum à ſe,& operuit ſe ſacco,& ſedit ſu-
per cinerem.Et proclamare fecit ac dicere in Nineueh decre-
to regio,& maiorum eius dicendo:Homines,& iumenta,bo
ues,& pecudes non guſtent quicquam,nec paſcantur,& aquā
non bibant.Et operiantur ſaccis homines & iumenta, & cla-
mēt ad deū fortiter.Et conuertatur vnuſquiſque à via ſua ma
la,& ab [a] iniquitate quæ eſt in manibus ſuis. Quis ſcit ſi fortè
conuertatur,& pœniteat deum,& auertatur à furore iræ ſuæ,
& non peribimus? Et vidit deus opera eorum,quia conuer-
ſi ſunt à via ſua mala,& pœnituit deum mali quo locutus fue
rat vt faceret eis,& non fecit.

a rapacitate, iniqua exactione.

¶Dolens Ionah ſeruatam Nineueh,ſibiq; ablatam hederam,arguitur a domino impatientiæ & immiſericordiæ. C A P. I I I I.

A ET diſplicuit Ionæ diſplicentia magna,& iratus eſt.Et ora
uit ad dominum,& dixit: Obſecro domine, nónne hoc
eſt verbum meum,quum adhuc eſſem in terra mea?Ideo præ
occupaui vt fugerem in Tarſis:quia noui quòd tu es deus cle
mens,& miſericors,longanimis,& multæ miſericordię,& pœ
nitens ſuper malo.Et nunc domine tolle quæſo animam meā
B à me:quia melior eſt mors mea,quàm vita mea.Et dixit domi
nus:[b] Nónne vehemens ira eſt tibi?Egreſſus eſt Ionah de ciui
tate,& ſedit ab oriente ciuitatis,& fecit ſibi ibidem tabernacu
lum,& ſedebat ſubter illud in vmbra,donec videret quid futu
C rum eſſet ciuitati.Et præparauit dominus deus cucurbitam,
& aſcendit ſuper Ionah,vt eſſet vmbra ſuper caput eius,vt e-
rueret eum à malo eius:& lętatus eſt Ionah ſuper cucurbitam
lætitia magna.Et præparauit deus vermem aſcendente auro-
ra in craſtino:& percuſſit cucurbitam,& aruit.Et fuit,oriente
ſole præparauit deus ventum orientalem,vehementem,& per
cuſſit ſol ſuper caput Ionah,& æſtuabat:& petiuit animæ ſuę,
vt moreretur,& dixit:Melius eſt mors mea quàm vita mea.
Et dixit deus ad Ionah:[c] Nónne vehemens ira eſt tibi con-
tra cucurbitam?Et dixit:Vehemens ira eſt mihi vſque ad mor
D tem.Et dixit dominus:Tu pepercisti cucurbitæ in qua non la
boraſti,nec feciſti creſcere eam,quæ vna nocte fuit, & vna no
cte periit. Et ego nō parcam Nineueh ciuitati magnæ, in qua
ſunt pluſquam duodecies decem milia hominum,qui
neſciunt inter dexteram ſuam,& ſini-
ſtram ſuam,& animalia
multa.

b An bene facias,q itá te cū irascaris?

c Nonne bene tu iraſceris ꝓpter cucurbitā? et dixit:bene iraſcor.

F I N I S.

# Michah propheta,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Samariam prædicit ſubuertendam ob idololatriam,& Ieruſalem affligendam per Aſſyrios.

C A P V T I.

A VERBVM DOMINI
quod fuit ad Michah Moraſthiten, in
dieb⁹ Iotham,Achaz,Iechizchiiah regū
Iehudah,quod vidit ſuper Someron,&
Ieruſalaim.Audite populi omnes:Attē-
de terra,& plenitudo eius,& ſit domi-
nus deus vobis in teſtem,dominus de tē
plo ſancto ſuo.Quia ecce dominus egredietur è loco ſuo, &
deſcendet,& calcabit ſuper excelſa terræ.Et liqueſcent montes
B ſubtus eum,& valles ſcindent ſe:ſicut cæra à facie ignis,ſicut a-
quæ effuſæ in præceps. Propter præuaricationem Iahacob
totum hoc accidit,& propter pactum domus Iſrael.Quis fu-
it cauſa præuaricationis Iahacob?Nónne Somerō?Et quis fu
it cauſa excelſorum Iehudah,nōne Ieruſalaim?Et ponam So-
meron in aceruū agri in plantationem vineæ,& diſpergere fa
ciam in vallē lapides eius,& fundamenta eius reuelabo.Et oīa
ſculptilia eius confringentur,& omnes mercedes eius cōburen
C tur igni,& oīa idola eius ponā in deſolationem, quia de mer-
cede meretricis quæ habet congregauit,& vſque ad mercedē
meretricis reuertentur.Super hoc plangam,& vlulabo:vadā
ſpoliatus,& nudus:faciam planctum velut draconis,& luctū
veluti filiarum ſtruthionis.Quia deſperatæ ſunt plagæ eius,qa
venit vſque ad Iehudah,peruenit vſque ad [a] portam populi
mei,vſque ad Ieruſalaim.In Gath ne annuncietis, flendo ne
fleueris:[b] propter domos Haphrah puluere inuolue teipſam.
Tranſi habitatrix Sappir nuda pudore.Non eſt egreſſa habi-
D tatrix Saanan ad planctum Bethhaeſel:inimicus accipiet à vo
bis,qui ſtetit in obſidione veſtri.Equidem doluit propter bo
num quo priuata eſt habitatrix Maroth,quia deſcendit ma-
lum à domino ad portā Ieruſalaim.Liga quadrigas ad equos
velociſſimos habitatrix Lachis,[c] principium peccati ipſa fu-
it filiæ Siion,quia in te inuenti ſunt præuaricatores Iſrael.Pro
pterea dabis dona ipſi Moreſeth Gath,domus Achzib erunt
in mendacium regibus Iſrael.Adhuc hæredem adducam tibi
habitatrix Mareſah:vſque ad Hadulam veniet hæres gloriæ Iſ
rael.Decalua te ipſam,& tonde temetipſam ſuper filios deliti-
arum tuarum,dilata caluitium tuum ſicut [d] aquila,quia tranſ
migrauerunt à te.

a ſ.Non ſolū Samariam perdet,ſed et ipſam Ieruſalem Aſſyrius affliget.
b in domo pulueris i pulvere voluta te.Quę pulchre ornabaris, ignominioſe denudate.Quę incolebat gregis peculium,nō audet nūc ob luctum egredi ad locum uicinum.Eſt pulchra heb.uocū alluſio.
d contra quā pugnauit Aſſyrius.
d Aquila ſe ſuper pullos late deplumat,ut in gallinis uidem⁹,a q̄cura poſtea liberata innouāt, ut pſal.102.

¶Minatur,hortatur ut reſipiſcant,prædicit aduentum Chriſti. C A P. I I.

A VAe cogitantibus iniquitatem,& operantibus malum in
cubilibus ſuis. Quum illuxerit mane facient illud,qm̄
eſt facultas in manu eorū ad opprimendū.Et cōcupierunt, a-
gros,et rapuerūt domos,& tulerūt,& oppreſſerūt virū & do
mum eius,virum et hæreditatem eius.Idcirco ſic dixit domi-
nus:Ecce cogito ſuper familiam hanc malum,à quo non re-
mouebitis colla veſtra,et non ambulabitis ſuperbè quoniam
tempus malum eſt.In die illa ſumet lamentator ſuper vos pa-
rabolā,et lamētabit lamentū, lamentū dixit:Penitus vaſtati ſu-
mus,patrem populi mei mutauit: quomodo remouit à no-
B bis quos ſperabamus nobis reſtitui,agros noſtros hoſtis diui-
ſit ſibi?Idcirco non erit tibi qui proiiciat ſortem in cœtu do-
mini.[e] Ne ſtilletis,ſtillabunt:non ſtillabunt iſtis,non compre-
hendet ignominias.O dicta domus Iahacob,nunquid abbre
uiatus eſt ſpiritus domini?Nónne hæc ſunt opera eius? Nón-
ne verba mea benefacient rectè ambulanti? Equidem et heri
populus

e Ne prophetetis (ait ꝑpl'us)uos ꝓphetātes,nō inqt prophetabunt iis quos nec apprehendent ignominiæ.
Quid ais dom⁹ Iahacob?



C populus meus vt inimicus ſtabat alter contra alterum, exad
uerſo tunicam & pallium expoliabant à tranſeuntibus, confi-
denter,quaſi reuerterentur de prelio.Vxores populi mei pau
peris eiicere faciebatis è domo maritorum in qua erant dele-
ctationes eorum,à paruulis earum tollebatis coniunctionem
mariti & vxoris,quæ eſt honor meus in ſeculum. Surgite,&
ite,quia non eſt hæc ciuitas requies:& quia eſt immunda,cor-
rumpet corruptione forti valde.Si fuerit quiſpiam qui ambu
D let per viam venti,& mendacium mentitus fuerit,dicēdo:ſtil-
labo tibi pro vino & ſechar:hic erit vates populo iſti.Cōgre-
gando congregabo Iahacob per totum, congregando con-
gregabo reſiduum Iſrael:pariter ponam illum veluti pecus
Boſrah,tanquam gregem in medio caulæ ſuæ,tumultuabunt
præ hominibus.Aſcendit [a] diſſector ante eos, diuiſerunt, &
tranſierunt portam,& egreſſi ſunt per eam.Et trāſiuit rex [b] eo
rum ante eos,& dominus in capite eorum.

a diſſipator angelus,q Aſſyrios percuſſit.
b Ezechias

¶Contra tyrannidem principum,falſoſq; prophetas,& primatum ſcelera. C A P. I I I.

A ET dixi:Audite quæſo capita dom⁹ Iahacob,& duces do
mus Iſrael.Nónne veſtrum eſt ſcire iudicium?Qui odio
habetis bonum,& diligitis malum,qui rapitis pellem eorum
ab eis,& carnem eorum ab oſſibus eorum.Et qui comederūt
carnem populi mei,& pellem eorum ab eis nudauerunt,& oſ
ſa eorum confregerunt & conciderunt ſicut in lebete,& ſicut
B carnem in medio ollæ.Tunc clamabunt ad dominum,& non
exaudiet eos,& abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo,
ſicut mala fecerunt opera ſua.Sic dixit dominus ſuper prophe
tas,qui errare faciunt populum meum,qui mordent dētibus
ſuis,& prædicant pacem:& contra eum qui non dederit in o-
re eorum,præparant bellum.Propterea nox erit vobis ex vi-
ſione,& tenebræ erunt vobis ex diuinatione:& occumbet ſol
C ſuper prophetas,& obtenebreſcet ſuper eos dies. Et pudore
afficientur videntes,erubeſcent diuini,& operient labrum v-
niuerſi ipſi,quia non eſt verbum dei.Et verè repletus ſum for-
titudine ſpiritus domini,iudicio,& fortitudine, vt annunci-
em Iahacob pręuaricationem ſuam,& Iſrael peccatum ſuum.
Audite quæſo hoc capita domus Iahacob,& duces domus Iſ
D rael,qui abominandum facitis iudicium,& omne rectum per
uertitis.Qui ædificatis in Siion domos ſanguine, & in Ieruſa-
laim iniquitate.Principes eius muneribus iudicabāt, & ſacer-
dotes eius precio docebant,& prophetæ eius argento diuina
bant:& domino innitebantur,dicendo:nónne dn̄s eſt in me-
dio noſtrum? non veniet ſuper nos malum.Idcirco propter
vos Siion vt ager arabitur,& Ieruſalaim vt acerui erit,& mōs
templi vt excelſa ſyluæ.

c In poſteritatē dierum, poſtero tēpore,poſt ipſa regna,et poſt perditum Iſraelem . uide Eſa.2.
d de Siion etiam egreſſuras reliquias, uide Eſa. 37. f.& Ioel.3.

¶De Chriſti aduentu, gentium fide,ac de Iſraelis conuerſione.

C A P. I I I I.

A ET erit,[c] in nouiſſimo dierum erit mons domus domini
præparatus in vertice montium,& altior erit collibus,&
fluent ad eum populi.Et ibunt gentes multæ,& dicent:Veni-
te,& aſcendamus ad montem domini,& ad domum dei Iaha
cob,& docebit nos vias ſuas,& ambulabimus in ſemitis eius:
quia [d] de Siion egredietur lex,& verbum domini de Ieruſala-
im.Et iudicabit inter populos multos,& corripiet gentes for
tes vſq; in longinquum:& concident [e] gladios ſuos in ligones,
& haſtas ſuas in falces,& non ſumet gens cōtra gentem gladi-
um,nec diſcent vltrà bellum.Et manebunt vnuſquiſq; ſubtus
vitem ſuam,& ſubtus ficum ſuam,& non erit qui deterreat:
quia os domini exercituum locutum eſt.Quia omnes [f] popu
B li ambulabunt vnuſquiſque in nomine dei ſui,nos autem am-
bulabimus in nomine domini dei noſtri in ſeculū & vltrà. In
die illa,dixit dominus,congregabo claudicantem,& eiectam,
& quam afflixi.Et ponam claudicantem in reſiduum,& eie-
ctam in gentem robuſtam:& regnabit dominus ſuper eos in
monte Siion ex eo tempore,& vſque [g] in ſeculum. Ad te au-
C tem turris gregis,turris filia Siion,vſque ad te veniet:& veni-
et dominium primum,regnum filiæ Ieruſalaim.Nūc vt quid

e [redacted]
f [redacted]
g [redacted]

vociferabis vociferationem?Nunquid rex non eſt in te?Num
conſiliarius tuus periit,quia apprehendit te dolor tanquam
parturientis? Dole,& ingemiſce filia Siion veluti parturiens;
quia nunc egredieris de ciuitate,& habitabis in agro,& venies
D vſque ad Babel: ibi erueris,ibi redimet te dominus de ma-
nu inimicorum tuorum. Et nunc congregauerunt ſe ſuper te
gentes [a] multæ,quæ dicunt:peccauit,& aſpiciet in Siion ocu-
lus noſter.Ipſæ autem non cognouerunt cogitationes domi-
ni,nec intellexerunt conſilium eius:quia congregauit eas velu
ti manipulum ad aream.Surge,& tritura filia Siion quia cor-
nu tuum ponam ferreum,& vngulas tuas ponam æreas, &
conteres populos multos:& interficere faciam domino deſi-
derium [b] earum,& fortitudinem earum domino vniuerſæ ter
ræ.Nunc turmis cingeris filia turmæ:obſidionem poſuit ad-
uerſum nos:virga percutient maxillam [c] iudicis Iſrael.

[redacted]
c [redacted]

¶De Chriſto naſcituro ex Bethlechem. C A P. V.

A ET tu Bethlechem Ephratah paruulus es vt ſis in milibus
Iehudah.Ex te mihi egredietur,vt ſit dominator Iſrael,&
egreſſiones eius ab antiquo,à diebus ſeculi . Propterea dabit
eos [d] vſq; ad tp̄s,quo parturiens peperit:& reſidui fratres ei⁹,
q ſunt apud filios Iſrael,reuertētur.Et ſtabit,& paſcet in forti-
tudine dn̄i,in ſublimitate nominis domini dei ſui,& manebūt
quia nunc magnificabitur vſque ad terminos terrę.Et erit iſte
pax:cum enim Aſſur venerit in terram noſtram,& cū calcaue
B rit in ædibus noſtris,ſtatuemus aduerſus eum ſeptē paſtores,
& octo principes homines.[f] Et confringent terram Aſſur gla
dio,& terram Nimrod gladiis ſuis:& eruet ab Aſſur,cum ve
nerit in terram noſtram,& cum calcauerit in finibus noſtris.
Et erit reſiduum Iahacob in medio populorum multorum ſi
cut ros à domino,tanquam imbres ſuper herbam, quæ non
C expectat virum,nec præſtolatur filios hominum.Et erit reſi-
duum Iahacob in gentib⁹,in medio populorum multorum,
ſicut leo inter iumēta ſyluæ,& catulus leonis inter pecora:qui
ſi tranſierit,& conculcauerit,& rapuerit,non eſt qui eruat.Ex-
altabitur manus tua ſuper hoſtes tuos,& om̄es inimici tui ſuc
cidentur.Et erit,in die illa,dixit dominus, ſuccidere faciam e-
quos tuos [g] de medio tui,& perdere faciam quadrigas tuas.
Et ſuccidere faciam vrbes terræ tuæ,& diruam omnes muni-
D tiones tuas.Et ſuccidere faciam maleficia de manu tua,& diui
nationes non erunt tibi.Et ſuccidere faciam ſculptilia tua, &
ſtatuas tuas de medio tui,& non incuruabis te vltrà operi ma
nuum tuarum.Et euellam lucos tuos de medio tui,& delebo
ciuitates tuas.Et faciam in furore & ira vltionem de gentibus,
quæ non audierunt.

d [redacted]
f [redacted]

¶Diſceptat dominus cum populo de peccatis eorum,poſt tanta beneficia. C A P. V I.

A AVdite quæſo quod dominus dicit:Surge,oſtende iu-
dicium montibus,& audient colles vocem tuam.Au-
dite montes iudicium domini,& fortia fundamenta terræ:qa
iudicium eſt domino cum populo ſuo,& cum Iſrael diſputa-
re vult.Popule mi quid feci tibi,& in quo laborare feci te?Lo
quere contra me.Quia aſcēdere feci te è terra Aegypti,& è do
mo ſeruorum redemi te,& miſi ante faciem tuam Moſeh, A-
B haron,& Miriam.Popule mi,memento nunc quid cogitaue-
rit Balac rex Moab,& quid reſponderit ei Bilham fili⁹ Behor
de Sitthim vſque ad Ghilghal,vt ſcias iuſtitias domini. Quo
præoccupabo dominum,curuabo me deo excelſo? Nūquid
præoccupabo eum holocauſtis,& vitulis anniculis? Nūquid
volet dominus milia arietum,& decem milia [h] torrentium o-
leí?Nunquid dabo primogenitum meum pro præuaricatio
C ne mea,fructum ventris mei pro peccato animę meæ?Indicat
tibi ô homo quid ſit bonum,& quid dominus requirit à te:
vtique facere iudicium,& diligere miſericordiam,& humilia-
re ſe ambulando cum deo tuo.Vox domini ad ciuitatem cla-
mat,& vir conſtans timebit nomen tuum.Audite virgam:Et
quis conſtituit eam? Adhuc nónne ſunt in domo impii the-

h uallium pinguiū, id eſt, frumenti & olei ad oblationē minhæ?

ſauri impietate congregati,& modius deficiens deteſtatus do
mino?Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam,& ſacculũ pon
derum doloſorum?Cuius ciuitatis diuites repleti ſunt[a] iniqui
tate,& habitatores eius locuti ſunt mendacium,& lingua eo-
rum fraudulenta in ore eorum erat.Et etiam ego ægrotare fe
ci te percutiẽdo te,deſolando te propter peccata tua.Come-
des, & non ſaturaberis,& humiliatio tua erit in medio tui: &
tanges vxorem tuam,& non ſeruabit cõceptum:& quem ſer-
uarit,gladio dabo.Seminabis,& non metes:calcabis oliuas,et
non vnges te oleo:& vuas quibus fit vinum nouum,& non
bibes vinum.Et cuſtodita fuerunt præcepta Homri,& omne
opus domus Achab,& ambulaſti in conſiliis eorum,vt darẽ
te in deſolationem,& habitatores tuos in ſibilum, & oppro-
brium populi mei portabis.

a rapacita-te,

¶Plangit ſuper paucitate iuſtorũ,nemini eſſe confidẽdum , Iſrael ab Aſſyriis liberandum. CAP. VII.

A VAe mihi,quia fui ſicut fructus æſtatis collectus à paupe
ribus,ſicut racemi vindemiæ.Non eſt botrus ad come
dendum,primitiua eius deſiderauit anima mea.Periit miſeri-
cors de terra,& rectus inter homines non eſt.Vniuerſi ſangui
ni inſidiantur,vnuſquiſq; fratrem ſuum venatur reti.Pro ma-
lefaciendo manibus,& pro benefaciendo, princeps poſtulat,
& iudex iudicat propter retributionem,& magnus loquitur,
afferte munera,quod ad perditionem animæ eius eſt,& qui
audiunt multiplicant illa.Optimus eorum eſt vt paliurus,re-
B ctus eorum aſperior maceria ſpinarum,Dies venit ſpeculato-
rum tuorum,viſitatio tua venit,nunc erit deſolatio eorum.
Ne credatis amico,& ne vxores fidatis marito.Ab vxore quę
dormit in ſinu tuo,cuſtodi oſtia oris tui.Quia filius vitupe-
rat patrẽ,filia ſurgit in matrẽ ſuã,nurus in ſocrũ ſuã,inimici vi
ri,viri domus eius.Ego aũt dñm expectabo,expectabo deũ ſa
lutis meæ,audiet me deus meus.Ne lęteris inimica mea ꝓpter
me quòd ceciderim , ſurgam.Si ſedero in tenebris, dominus
lux mea erit.Iram domini feram, quoniam peccaui ei: donec
iudicet iudicium meum,& faciat iudicium meum:educet me
in lucem,videbo iuſtitiam eius.Et aſpiciet inimica mea,& ope
riet eam pudor,quæ dicit ad me: Vbi eſt dominus deus tuus?
C Oculi mei videbunt eam,quæ nunc erit in conculcationem,
vt lutum platearum.Die qua ædificabit dominus macerias
tuas,die illa elongabitur tributum.Die illa vſque ad te veniet
de Aſſur,& ad ciuitates munitas,& à ciuitate munita vſq; ad
flumen,& à mari vſque ad mare,& à monte ad montem. Et
erit terra in deſolationem cum habitatoribus ſuis propter fru
ctum operum eorum.Paſce populum tuum virga tua,pecus
hæreditatis tuæ,qui habitas confidẽter in ſylua in medio Car
D mel,Paſcent Baſan,& Ghilhad,iuxta dies longi temporis. Iu-
xta dies egreſſionis tuæ è terra Aegypti.Oſtendam ei mirabi-
lia.Videbunt gentes,& pudore afficientur ab omni fortitudi
ne ſua.Ponent manum ſuper os,& aures eorum obſurdeſcent
Lingent puluerem ſicut ſerpens,ſicut reptilia terræ mouebũt
ſe de clauſuris ſuis.A domino deo noſtro formidabunt, & ti-
mebunt à te.Quis deus ſicut tu parcens iniquitati,&[b] tranſi-
ens ſuper præuaricationem reſidui hæreditatis ſuę:non tenuit
in ſeculum furorem ſuum,quoniam vult miſericordiam. Re-
uertetur, miſerebitur noſtri, ſubiiciet iniquitates noſtras: &
proiicies in profunda maris omnia peccata noſtra.Dabis veri
tatem Iahacob; miſericordiã Abraham,quam
iuraſti patribus noſtris à diebus
antiquis.

b diſsimulãs

FINIS.

# Nachum propheta,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Nineueh euertandam,Iſraelem liberandum prædicit. CAPVT I.

A PROPHETIA Nineueh,
liber viſionis Nachum Elchoſei. Deus
zelotes,& vlciſcẽs dñs,et habens irã,vlci
ſcẽs dñs de hoſtibus ſuis,& irã reſeruans
inimicis ſuis.Dñs longanimis,et magnus
potentia, & impune iudicando impune
non iudicabit impios; domini in tempe
ſtate & turbine eſt via,& nubes veluti puluis pedũ eius erunt.
B Qui increpauit mare,& exiccauit illud, & omnia flumina exic
care fecit;deſolatꝰ eſt Baſan,& Carmel,& flos Lebanon deſola
tus eſt.Mõtes tremuerũt ab eo,et colles diſſoluerũt ſe:& exuſta
eſt terra à facie eius,& orbis & oẽs habitãtes in eo.Ante irã eiꝰ
q̃s ſtabit,& quis ſtabit in ira furoris eius?Ira eiꝰ effuſa eſt ſicuti
ignis,& petræ confractæ ſunt ab eo. Bonus dñs, fortitudo in
die anguſtiæ, & ſciẽs ſperantes in eo. Et in inundatione trãſe-
unte conſummationẽ faciet loci[a] eius,& inimicos eius perſe-
C quentur tenebræ. Quid cogitatis cõtra dominum?Conſum-
mationem ipſe facit.Non cõſurget bis anguſtia . Quia venient
vſq; ad ſpinas cõplexas,& cũ inebriati fuerint ebrij,conſumen
tur ſicut ſtipula ariditate plena.Ex te egreſsus[b] eſt qui cogitat
contra dñm malum,qui conſulit conſilium impium. Sic dixit
dominꝰ[c]: Num erũt in pace?Et verè multi ſunt, & verè excin-
D dentur, & tranſibit. Et afflixi te,nõ affligã te vltrà.Et nunc cõ-
teram iugũ eius à te,& vincula tua dirumpam . Et præcipiet
ſuper[d] te dñs:non erit ſemẽ vocatũ nomine tuo amplius . De
domo dei tui ſuccidere faciam ſculptile, & conflatile ponam
ſepulchrum tuum,quia deſpectus fuiſti.

a relatiuum fœmininũ refertur ad Niniuen: & inimicos eiꝰ, ſcilicet ipſius dei.
b ſcilicet Sãcherib blaſphemus.
c licet ſint unanimus , & etiã multi,ſic & excindentur tranſeunte angelo.
d ut a filiis tuis interficiaris.

¶Nineueh per Nebuchadneſar inuadendam. CAP. II.

A ECce ſuper montes, pedes euangelizantis audire faciẽtis
pacẽ.Celebra Iehudah feſtiuitates tuas, redde vota tua,
quia non addet vltrà,vt tranſeat per te impius:vniuerſi ſucci-
ſi ſunt.Aſcendit diſsipator ſuper faciem tuam,cuſtodiẽdo mu
nitionem : contemplare viam:conforta lumbos,robora po-
tentiam valde.Quia[e] conuertit dominꝰ ſuperbiam Iahacob,
ſicut ſuperbiam Iſrael:euacuauerunt eos euacuantes bonis,&
propagines eorum corruperunt.Clypeus fortiũ eius[f] rube-
factus eſt,viri exercitus induti veſtibus vermiculatis, vt ignis
B lampadarum currus erat in die qua præparare fecit currus,&
abietes tremuerunt.In plateis inſanient aſcenſores curruum,fe-
ſtinanter ambulabunt per plateas:Aſpectus eorum veluti fa-
ſces tanq; fulgura diſcurrent.Recordabitur fortium ſuorum,
impingent cum perrexerint:feſtinabunt ad murum eius,& p̃-
parabitur operimentum.Portæ fluminum apertæ ſunt,& æ-
des diſſoluta eſt.Et Huſſab regina captiua ducta eſt,currũ iuſ-
ſa eſt aſcẽdere,& ancillæ eius ducebãt eam,vox lamentationis
C eius ſicut gemitus columbarũ, percutientes ſuper corda ſua.
Et Nineueh plena fuit omni bono, ſicut piſcina aquis , à die-
bus antiquis fuit. Et nunc fugiunt . State , ſtate dicebant , &
non erat qui retro aſpiceret. Diripite argentum,diripite au-
rum:& non eſt finis ad ponderandum , pulchritudóque ma-
ior quouis vaſe concupiſcibili.Euacuata eſt,& exinanita eſt,&
ſuccidit̃ur:& cor liquefactum eſt,et colliſio genuum,& dolor
in cunctis renibus,& facies vniuerſorum redactæ ſunt in nigre
dines.Vbi eſt habitaculum leonum,& paſcuum catulorum
leonum , ad quod iuit leo,& leena, catulus leonis,& non erat
exterrens?Leo rapiebat ſufficienter catulis ſuis, & ſuffocabat
leenis ſuis. Et impleuit præda foramina ſua, & habitacula ſua
rapina.

e reducere ſtatuit dominus magnificentiam Iahacob,ſicut magnificentiam Iſrael, quos exinanierũt Aſſyrii.
f ſcilicet diſſipatoris Nebuchadneſar.



rapina.Ecce ego ad te,dixit dominus exercituum,& ſuccende
re faciam ignem fumantem quadrigas,& leunculos tuos con-
ſumet gladius: & exterminare faciam de terra prædam tuam,
& non audietur vltra vox nunciorum tuorum.

¶Niueuch arguitur uiolentiæ,& crudelitatis. CAP. III.

A VAe ciuitati ſanguinum, vniuerſa ipſa mẽdacio & rapi-
nis eſt plena è medio eius non recedit præda. Sonitus
flagelli,& ſonitus commotionis rotarum,& equorum concu
tientum terram,& quadrigarum ſaltantium. Equitum aſcen-
dentium,& micantium gladiorum,& fulgurantium haſtarũ.
& multitudinis interfectę,& multitudinis cadauerum:& non
eſt finis corporum, & impingent inimici in corpora eorum.
Euenerunt hęc ei propter multitudinem fornicationum mere
B tricis decoræ & gratæ,habentis maleficia: quæ vendit gentes
fornicationibus ſuis,& populos maleficijs ſuis.Ecce venio ad
te,dixit dominus exercituum,& reuelabo fimbrias tuas in fa-
cie tua, & oſtendam gentibus turpitudinem tuam, & regnis
ignominiam tuam.Et proijcere faciam ſuper te abominatio-
nes,vituperare faciam te, & ponam te tanquam inquinamen
tum.Et erit, omnes qui videbunt te, elongabunt ſe à te,& di-
cent: Vaſtata eſt Nineueh. Quis condolebit ei? Vnde quærã
conſolatores tibi?Nunquid[a] fortior es ciuitate[b] No,popu-
los habente multos,quæ manet inter flumina? Aquæ ſunt in
circuitu eius. Cuius antemurale eſt mare,à mari murus eius.
Chus fortitudo eius,& Aegyptus,& non eſt finis populi eius.
C Puth,& Lubim fuerunt in auxilio tuo.Etiam ipſa in tranſmi-
grationem iuit,in captiuitatem,etiam paruuli eius eliſi ſunt in
capite omnium platearum: & ſuper inclytos eius proiecerũt
ſortem, & omnes optimates eius alligati ſunt compedibus.
Etiam tu inebriaberis, eriſq; abſcondita:etiam tu quæres ro-
bur ob inimicum. Omnes munitiones tuæ,vt ficus cum pri-
mitiuis:ſi concuſſæ fuerint,cadent in os comedentis.Ecce po-
pulus tuus,vt mulieres in medio tui.Inimicis tuis aperiendo
apertæ ſunt portæ terræ tuæ,deuorauit ignis vectes tuos.A-
quam munitionis hauri tibi,fortifica munitiones tuas: intra
in lutum,& calca lutum,tene fornacem.Ibi comedet te ignis,
ſuccidet te gladius,deuorabit te vt bruchus: multiplica te vt
bruchus, multiplica te vt locuſta. Multiplicaſti negociatores
D tuos præ ſtellis cœli,bruchus graſſatus eſt,& auolauit. Maio-
res tui ſicut locuſta,& principes tui ſicut locuſtæ locuſtarum
quæ caſtrametantur in ſepibus in die frigoris:ſol ortus eſt, &
longauerunt ſe,& non eſt cognitus locus earum,vbi fuerunt.
Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur,requieſcent fortes tui,
diſperſus eſt populus tuus ſuper montes, & non eſt qui con-
gregeget.Non eſt curatio fracturæ tuæ,infirmata eſt pla
ga tua.Omnes audientes auditionem tuam,plau
ſerunt manu ſuper te.Super quem enim nõ
tranſiuit malitia tua ſemper?

a melior
b Alexandria.

FINIS.

# Chabbacuc prophe-ta:

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Diſceptat propheta cum domino,quod impiorum & Babyloniorum impoſtura iuſtis præualeat. CAPVT I.

A PROPHETIA quam vi-
dit chabbacuc propheta: Vſquequo
domine clamabo,& non exaudies:vo-
ciferabor ad te propter iniquitatem,
& non ſaluabis?Vt quid oſtendiſti mi-
hi iniquitatem, & peruerſitatem aſpi-
cere feciſti,& vaſtitatem,[c] & iniquitatẽ
contra me? & fuit,qui litem & conten
tionem contra me accepit.Propterea debilitata eſt lex,& non
egredietur in ſeculum iudicium: quia impius circunuenit iu-
ſtum,ob idq; egreditur iudicium peruerſum.Videte in genti-
bus,& aſpicite , & in ſtuporem acti obſtupeſcite: eſt enim qui
opus operatur in diebus veſtris,quod non credetis,quũ nar-
B rabitur.Quia ecce ſuſcito Chaſdim, gentem acerbam & agi-
lem,ambulantem in latitudinem terræ,vt poſſideat habitacu
la non ſua.Horribilis,& terribilis eſt. Ex ſe ipſa iudicium eius,
& exaltatio eius egredietur. Leuiores erunt pardis equi eius,
acutiores erunt lupis veſpertinis,& multiplicabuntur equites
eius:& equites eius de longe venient, volantes tanquam aqui
ta feſtinans ad comedendum. Tota ipſa gens propter rapinã
veniet.[a] ex aduerſo facierum ſuarum venient ad orientem: &
congregabit tanquam arenam captiuitatem.Et ipſe de regi-
C bus ridebit, principes riſus erunt ei:ipſe omnem vrbem mu-
nitam irridebit,& congregabit puluerem,& capiet eam. Tũc
[b] tranſgreſſus eſt ſpiritus,& pręuaricatus eſt & delinquet:hæc
eſt potentia dei eiꝰ.Nõne fuiſti ab initio dominus deus meus,
ſanctus meus?non moriemur.Domine ad iudicium faciendũ
poſuiſti eum,& fortem ad increpandum fundaſti eum. Mun-
dus es oculis,vt non videas malum, & reſpiciendo prauitatẽ
nõ poteris ferre.Vt quid igitur reſpicis contemptores & ta-
D ces diſperdente impio iuſtiorem ſe?Et facis homines veluti pi
ſces maris,tanquam reptile cui non eſt dux.Totum hamo aſcẽ
dere faciet, congregabit illud ſagena ſua, & congregabit reti
ſuo:propterea lętabitur,exultabitq;.Propterea ſacrificabit ſa-
genæ ſuæ, & ſuffiet reti ſuo:quia ipſis incraſſata eſt pars eius,
& cibus eius pinguior factus.Nunquid propterea euacuabit
ſagenam ſuam?ſemper ne interficere gentes non parcet?

c & rapacitatem coram oculis meis?
a celeritas aſpectus eorũ plus quam uẽtus orientatis.
b id eſt, cum primũ intronizatus eſt, inuerſus etiã eſt ſpiritꝰ eiꝰ.

¶Propheiat Chriſti aduentum execratur Babyloniorum auaritiam,cruentamq; ædificationem. CAP. II.

A SVper cuſtodiam meã ſtabo ,& ſtabo ſuper munitionẽ,
& comtemplabor, vt videam quid loquatur in me, &
quid reſpõdeam arguenti[c] contra me.Et reſpondit mihi do-
minus,& dixit; Scribe viſionem, & explana in tabulis,vt per-
currat qui legerit eam.Quia adhuc viſio[d] in tempus, & quæ
demum fient ediſſerit,& non mentietur.Si moram fecerit,ex-
pecta eum: quia veniendo veniet, & non tardabit. Ecce viri
[e] ſuperbi non eſt recta anima in eo: iuſtus aũt fide ſua[f] viuet.
Et profectò quòd ob vinum præuaricatur vir, fit ſuperbus,
B & non permanebit:qui dilatauit ſicut infernus animam ſuã,
& eſt veluti mors, & non ſaturabitur; & congregabit ad ſe
omnes gentes; & coadunabit ad ſe omnes populos. Nónne
omnes ipſi ſuper eum parabolã ſument,& interpretationem
ænigmatum ei,& dicent: Væ multiplicanti nõ ſua: vſquequo
aggrauat ſuper ſe denſum lutum?Nónne repente conſurgent,
qui mordeant te, euigilabunt qui commoueant te, & eris in
rapinas eis? Quia ſpoliaſti gentes multas,ſpoliabunt te omne
reſiduum populorum; propter ſanguinem hominum, rapi-
nas terræ & ciuitatis,& omnium habitantium in ea.Vę auare
ſectanti auaritiam malam vt domũ ſuam ædificet, vt ponat
in excelſo nidum ſuum,vt euadat de manu mali.[g] Conſuluiſti
pudorem domui tuæ,eo q̃ ſuccidiſti populos multos,& pec
C caſti in animam tuam.Quia lapis parietis clamabit,et tignum
arboris teſtimonium feret. Væ ædificanti ciuitatẽ ſanguine,
& ei qui ſtabiliuit ciuitatem iniquitate. Nónne hęc à domino
exercituum?laborabunt populi in igne ,&[h] gentes in vacuũ
deficient?Certe replebitur terra,vt cognoſcat gloriam domi-
ni tanquã aquæ quæ operiunt mare. Væ propinanti amico
ſuó iungenti vtrem tuum,& etiam inebriando,vt aſpicias nu-
ditates eorum. Saturatus es potius eorum ignominia quàm
gloria.Bibe etiam tu,& apparebit præputium tuum.Vertet
ſe ſuper te calix dexteræ domini,& vomitus ignominioſus ve-
D niet ſuper gloriam tuam.Quia rapina quam feciſti in Lebanõ
operiet te,& præda quam fecerunt animalia conteret ea:pro-
pter ſanguinem hominum, & rapinam terræ, & ciuitatis, &
omniũ habitantiũ in ea. Quid prodeſt ſculptile? quia ſculpſit
illud fictor eius in conflatile,& docens mendacium?quia ſpe-
rauit fictor in figmento ſuo,vt faceret idola muta? Væ dicen

c id eſt, calũniãti dei iuſtitiam.
d in certum tempus.ſ. Babylonicæ liberationis.
Eſa.24.a
Rom.9.f
e Regis Babel
f Expectans fore ut a Babylone liberetur.
Ezec.24.b
Naum,3.a
g Conſilium iniiſti in ignominiam domus tuæ diripiendo populos.Nã marmores parietis.& lignorum cælaturæ teſtabũtur te ea diripuiſſe.
h gentes ne inaniter fatigabuntur, ut Babylonis tributa pendant?

ti ligno:Expergiſcere:ſuſcita teipſum,lapidi tacenti.Num ipſe
te docet?Ecce eſt coopertus auro,& argento,& omnis ſpirit⁹
non eſt in viſceribus eius.Dominus autẽ eſt in templo ſancto
ſuo,ſileat à facie eius omnis terra.

¶Audito oraculo de longa captiuitate & eius liberatione,orat propheta, ut interim etiam deus ſuis adſit:præteritaque ob id commemorat eius beneficia. C A P. I I I.

A O Ratio Chabbacuc ſuper ignorantijs. Domine audiui
auditum tuum, & timui:Domine opus tuũ in medio
annorum viuifica illud,in medio annorum notum fac, in ira
miſericordiæ recordare. Deus à meridie venit, & ſanctus de
mõte Paran:operuit cœlos gloria eius,& laudis eius plena eſt
terra.Et ſplendor eius ut lux erat,ſplẽdores de manu eius fue-
runt ei.Et ibi fuit abſconſio fortitudinis eius.Ante faciem eius
B iuit peſtis,& egrediebatur peſtis,propter eum.Stetit, & men-
ſus eſt terram : vidit , & tranſire fecit gentes & contriti ſunt
montes longi temporis, & incuruauerunt ſe colles eterni: iti-
nera eterenitatis ei . In loco iniquitatis vidi tentoria Cuſan :
Iud.3.& 6. mouerunt ſe cortinę terre Midian. Nunquid contra flumina
iratus eſt dominus?Num contra flumina eſt furor tuus? Nũ
contra [a] mare eſt ira tua? Quia aſcendiſti ſuper equos tuos,
& quadrigas tuas ad ſalutem.Manifeſtatione manifeſtauit ſe
arcus tuus,iuramenta quæ feciſti tribubus ad confirmandum
C ſermonem Selah:fluuios ſcidiſti terræ.Viderunt te,tremuerũt
montes,& inũdatio aquarum tranſiit:dedit vorago ſonitum
ſuum,altitudo locum ſuum eleuauit.Sol,& luna ſtetit in habi-
Ieho.10. taculo ſuo.Ad lucem ſagittarum tuarum iuerunt,ad ſplendo-
rem fulguris haſtæ tuæ.In ira inceſſiſti ſuper terram, in furore
triturasti gentes. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem
cum Chriſto [b] tuo.Transfixiſti caput de domo impij,denudã-
do fundamentum vſq; ad collum Selah. Perfodiſti baculis ei⁹
caput exercituum eius:venerunt vt turbo ad diſpergendum
D me.Exultatio eorũ fuit,vt quando voluerunt comedere pau
perẽ in abſcondito.Calcare feciſti in mari equos tuos,in acer-
uo aquarum multarum.Audiui,& expauit [c] venter meus,ad
vocem contremuerunt labia mea,ingreſſa eſt putredo in oſſa
mea, & in loco meo expaui:qui me putabã requieſcere in die
anguſtiæ quæ erit quando hoſtis cogitabit aſcendere contra
populum,vt ſuccidat eũ.Ficus nõ [d] florebat,& non erat fru-
ctus in vitibus,mentiebatur opus oliuę,& arua non faciebant
cibum:abſcindebatur de ouili pecus,& non erat bos in ſtabu
lis;Ego autẽ in domino exultabo,& lętabor in deo ſalu
te mea. Deus dominus fortitudo mea, & ponet
pedes meos tanquam ceruorum,& ſuper
excelſa mea calcare faciet me:victorem
in pſalmis meis.

a Quaſi dicat, non. Sed propter electos tuos omnia facis.

b Id eſt,cum eo quem tibi ungebas ad ſaluandum populũ.

c Terror fuit in Aegypto, ſicut erit in Babylone: ſed in domino ſperandũ.

d florebit. Omnia I futuro ſonãt,ut ſit dicet ea ob Babylonios, defutura, ſicut in deſerto defuerunt.

F I N I S.

# Sephaniah propheta,

## Interprete Sante pagnino, Lucenſi.

¶De Ieruſalaim euertenda. C A P. I.

A V E R B V M domini quod fuit
ad ſephaniah filiũ Cuſi,filij Ghedaliah,
filij Amariah,filij Chizchiiah in diebus
Ioſiah, filij Amon regis Iehudah.Defi-
ciendo deficere faciam omnia è ſuperfi-
cie terrę,dixit dominus.Deficere faciam
B hominem,& animalia,deficere faciã vo
latilia cœli , & piſces maris : & offendicula erunt impiis, &
ſuccidere faciam homines è ſuperficie terræ,dixit dominus.Et
extendam manum meam ſuper Iehudah,& ſuper omnes habi
tatores Ieruſalaim,& ſuccidere faciam de loco iſto reſiduum
Bahal,nomen eorum qui nigras induunt [e] veſtes cum ſacer-
dotibus.Et incuruantes ſe ſuper tecta militiæ cœli & incuruã-
tes ſe qui iurant per dominum,& qui iurant per Malcham
Et qui retrocedunt,vt non eant poſt dominum, & qui non
quæſierunt dominum,neque inueſtigauerunt eum.Tace à fa-
C cie domini dei,quia prope eſt dies domini:quia præparare fe-
cit dominus ſacrificium,parauit vocatos ſuos.Et erit,in die ſa
crificij domini viſitabo principes,& filios regis, & omnes in-
dutos indumento peregrino.Et viſitabo omnẽ tranſilientem
limen in die illa,qui implent domum dominorum ſuorũ ra-
pina,& dolo.Et erit in illa die vox clamoris à porta piſcium,
& vlulatus à ſchola,& contritio magna à collibus.Vlulate ha
bitatores Machtes,quia ſucciſus eſt omnia populus Chenahã,
ſucciſi ſunt omnes ferentes argentum, Et erit,in tempore illo
ſcrutabor Ieruſalaim in lucernis,& viſitabo viros ſtantes in fe
cibus ſuis, qui dicunt in corde ſuo:non benefaciet dominus,
nec malefaciet.Et erit ſubſtantia eorum in direptionem,& do
D mus eorum in deſolationem: & ædificabunt domos, & non
habitabunt,& plantabunt vineas,& non bibent vinum earũ.
Iuxtà autẽ eſt dies domini magnus,iuxta eſt,& feſtinus nimis:
vox diei domini amara,clamat ibi fortis.Dies iræ dies illa,dies
anguſtiæ & afflictionis,dies tumultus & deſolationis, dies te- Ezec.7.c. Infra.13.b.
nebrarum & caliginis,dies nubis & caliginis.Dies tubæ,& ta-
ratantaræ,ſuper ciuitates munitas,& ſuper turres excelſas. Et
anguſtiis afficiam homines,& ambulabunt vt cæci, quia do-
mino peccauerũt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus,
& caro eorum ſicut ſordes. Etiam argentum eorum,etiam au
rum eorum,non poterit eruere eos in die iræ domini, & igne
zeli eius conſumetur omnis terra:quia cõſummationem pro-
fecto feſtinatã faciet cum omnibus habitatoribus terræ.

e Erant chemarim nigro habitu.

¶Hortatur ad reſipiſcentiam,prædicit vaſtitatem urbibus Palæſtinæ,liberationem Iſraeli,interitum Moab,Aethiopibus, Aſſyriis, & Nineueh. C A P. I I.

A S Crutamini voſipſos,& ſcrutamini gens nõ deſiderabilis.
Antequam pariat decretum diei in quo eritis vt gluma,
quæ tranſit.Antequam veniat ſuper vos ira furoris domini,
anteq; inquam veniat ſuper vos dies furoris domini.Quærite
dominum omnes humiles terræ,qui iudiciũ eius operati eſtis:
quærite iuſtitiam,quærite humilitatem,ſi forte poſſitis abſcõ-
dere vos in die furoris domini. Quia Hazzah relicta erit, &
Aſchelon in deſolationem,Aſdod meridie eiicient,& Hecron
B eradicabitur.Væ habitantibus in regione maritima,genti Ce
rethim. Verbum domini ſuper vos Chenahan terra palæſti-
norum:& perdere faciam te,vt nõ ſit habitator. Et erit regio
maritima, habitacula caulæ paſtorum, & ſepta pecorum.Et
erit regio reſiduo domus Iehudah, in eis paſcentur, in domi-
bus Aſchelon veſperi accubabunt:quia viſitauit eos domin⁹
deus eorum,vt auerteret captiuitatẽ eorum. Audiui oppro-
brium Moab,& opprobria filiorum Ammon,quibus expro
C brauerunt populum meum,& magnificabant os ſuum ſuper
terminum eorum.Propterea viuo ego,dixit dominus exer-
cituum deus Iſrael,quia Moab ſicut Sedom erit,& filij Ham-
mon ſicut Hamorah,exitus vrticæ , & fodina ſalis, & deſola-
tio vſq; in ſeculum erit: reſiduum populi mei diripiet eos .
& reſiduum gentis meæ poſſidebit eos. Hoc erit eis pro -
pter ſuperbiam eorum , quia probris affecerunt , & magni-
ficauerunt os ſuum ſuper populum domini exercituum .
Terribilis dominus ſuper eos, quia attenuauit omnes deos
terræ,& incuruabunt ſe illi vnuſquiſq; de loco ſuo,omnes in-
ſulæ gentium.Etiam vos Chuſim interfecti gladio meo eritis.
Et extendet manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur,
& ponet Nineueh in deſolationem, in viam ſicut deſertum .
D Et accubabant in medio eius greges,omnis beſtia gentis, etiã
onocrotalus,& hericius in ſuperliminaribus eius commora-
buntur.Vox auis cantabit in feneſtra,deſolatio erit in limine
quoniam cedrum eius nudauit.Hæc eſt ciuitas quę exultabat,
quæ habitabat cõfidenter,quę dicebat in corde ſuo:Ego ſum,
& non eſt præter me vltrà. Quomodo fuit in deſolationem,
cubile



cubile beſtiarum?Omnis qui tranſierit per eã,ſibilabit moue-
bit manum ſuam.

¶Increpatur Ieruſalaim propter eius peccata. C A P. I I I.

a ſeducit.
A V Ae fœdatę inquinatę,ciuitati que [a] ſpoliat. Non au-
diuit docentium vocem,nec ſuſcepit diſciplinam: do-
mino non fidit,deo ſuo non appropinquauit.Principes eius
in medio eius,vt leones rugientes,iudices eius,vt lupi veſper-
tini,nec oſſa quidem dimiſerunt in mane.Prophetæ eius cõ-
temptibiles, viri præuaricatores: ſacerdotes polluerunt ſan-
ctitatem,tranſgreſſi ſunt legem meam. Dominus iuſtus in me
dio eius,non faciet iniquitatem: quotidie iudicium ſuum da-
bit in lucem, nec deficit, & neſcit iniquus pudorẽ. Succidere
B feci gentes,ſolati ſunt anguli earum,deſolare feci plateas earũ,
vt non ſit qui tranſeat:deſolatæ ſunt ciuitates eorum,vt nõ ſit
quiſquã,non ſit habitator.Dixi profecto timebis me,ſuſcipies
diſciplinam,& non ſuccidetur habitaculum eius, nec omne
malum quod viſitaui veniet ſuper eam,ſed mane ſurrexerunt,
corruperunt omnia opera ſua.Quapropter expectate me,di-
xit dominus,ad diem qua conſurgam ad ſpolia,quia iudiciũ
meum ponam,vt congregem gentes,vt colligam regna,vt ef
fundam ſuper eas iram meam,omnem iram furoris mei,quia
igne zeli mei conſumetur omnis terra.Quia tunc conuertam
ad populum labium electum, vt inuocent vniuerſi nomen
dñi,ut ſeruiant ei conſenſu vno. Hi qui ſunt trans flumina
C Chus Hatharai,filia diſperſorũ meorum,deferẽt munus meũ,
In die illa:non pudore afficieris ab omnibus operibus tuis.
quibus præuaricata es in me: quia tunc remouere faciam de
medio tui eos, qui exultant in ſuperbia tui,& non adiicies vt
ſuperbias amplius de monte ſanctitatis meæ.Et derelinquere
faciã in medio tui populum humilẽ,& pauperẽ, & ſperabunt
in nomine domini.Reſiduum Iſrael non faciet iniquitatẽ , nec
loquetur mendacium,neque inuenietur in ore eorum lingua
doloſa:quoniam ipſi paſcentur,& accubabunt, & non erit,
D qui exterreat. Lauda filia Siion, clamate vos Iſrael, lætare &
exulta toto corde filia Ieruſalaim. Remouere fecit dominus
iudicia tua euacuauit inimicum tuum;Rex Iſrael dominus eſt
in medio tui,nõ timebis malum vltra.In die illa,dicetur Ieru-
ſalaim,ne timeas:ad Siion,ne debilitent manus tuæ.Dominus
deus tuus in medio tui potens ſeruabit te, gaudebit ſuper te,
lætitia,ſilebit propter dilectionẽ ſuam,exultare faciet in laude.
Dolore affectos à tempore cõgregaui: ex te fuerunt, onus fuit
ſuper eam opprobrij.Ecce cõtundam omnes affligentes te,in
tempore illo,& ſeruare faciam claudicantem,& eiectam con-
gregabo,& ponam eos in laudem, & in nomẽ in omni terra
pudoris eorum.In tempore illo adducam vos,& in tempore
cõgregabo vos.Dabo enim vos in nomẽ,& in laudẽ in
omnibus populis terræ,quum cõuertero captiui-
tates veſtras in oculis veſtris,dixit dñs.

F I N I S.

# Chagghai propheta,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Chagghai poſt reditum a captiuitate,hortatur principes ad extructionem tẽpli, Zerubabel & Iehoſuah filius Iehoſadac,accingunt ſe operi. C A P. I.

A A N N O ſecundo [b] Dariaues regis,
menſe ſexto,die prima menſis fuit verbũ
domini in manu Chagghai prophetæ
ad Zerubabel filium Sealthiel ducem Ie-
hudah,& ad Iehoſuah filium Iehoſadac
ſacerdotem magnum,vt diceret:Sic di-
xit dominus exercituũ dicendo: popu-
lus iſte dixit: non tempus venit, domus domini, vt ædifice-
B tur.Et fuit verbum domini in manu Chagghai prophetæ vt
diceret:nũquid temp⁹ eſt vobis, vt vos habitetis in domibus
veſtris laqueatis,& domus iſta ſit deſerta?Et nunc ſic dixit do
minus exercitum: ponite cor veſtrum ſuper vias veſtras. Se-
minaſtis multum,& inferetis parum:comedetis,& non ſatura
bimini:bibetis,& non inebriabimini:induetis vos,& non ca-
lefacietis vos:& qui ſe loquauerit mercede,locabit ſe mercede
C quæ erit acſi poneret eam in ſacculo pertuſo.Sic dixit domi-
nus exercituum;Ponite cor veſtrum ſuper vias veſtras.Aſcẽ-
dite in montem,& afferte ligna,& ædificate domum,& com-
placebo in ea & glorificabo meipſum,dixit dominus. Reſpi-
ciebatis ad multum,& ecce parum:& intuliſtis in domum,&
ſufflaui illud. Propter quid,dixit dominus exercituum? Pro-
pter domum meam, quæ eſt deſerta , & vos curritis vnuſ-
quiſq; in domum veſtrã. Propterea ſuper vos prohibiti ſunt
cœli à rore,& terra prohibita eſt à fructu ſuo.Et vocaui ſicci-
tatem ſuper terram,& ſuper montes,& ſuper triticum , & ſu-
per vinum, & ſuper oleum, & ſuper illud quod proferet hu-
D mus,& ſuper homines,& ſuper iumenta,& ſuper oẽm laborẽ
manuum. Et audiuit Zerubabel filius Sealthiel, & Iehoſuah
filius Iehoſadac ſacerdos magnus, & omne reſiduum populi
vocẽ domini dei ſui,& verba Chagghai prophetæ,que miſit
ipſe dominus deus eorum,& timuit populus à facie domini.
Et dixit Chagghai [a] nuncius domini in nunciatione domini
populo dicendo:ego vobiſcum ſum dixit dominus.Et ſuſci-
tauit dominus ſpiritum Zerubabel filij Sealthiel ducis Iehu-
dah,& ſpiritum Iehoſuah filij Iehoſadac ſacerdotis magni, &
ſpiritum omnis reſidui populi:& ingreſſi ſunt,et fecerũt opus
in domo domini exercituum dei ſui.

b Dariũ perſicũ intellige, filium Eſter, qui & Dari⁹ Hyſtaſpis. Nam alius apud Danielem fuit Darius Medus, & alius,Darius Arſami ab Alexandro uictus.

a angelus domini euangelizando dominum.

¶Rurſum hortatur principes ad templi inſtaurationem.Promittitur Chriſtus. C A P. I I.

A D Ie vigeſima quarta menſis ſexti anno ſecũdo Dariaues
regis.Septimo menſe vigeſima & prima mẽſis fuit ver
bum dñi in manu Chagghai prophetæ,dicendo:Dic nunc ad
Zerubabel filiũ Sealthiel ducẽ Iehudah, & ad Iehoſuah filium
Iehoſadac ſacerdotẽ magnũ,& ad reſiduum populi dicendo?
Quis eſt ex vobis derelictus,qui viderit domũ iſtam in gloria
ſua prima?Et qualẽ videtis eã nunc? Nõnne ſic eſt quaſi nihil
in oculis noſtris?Et nunc robora teipſum Zerubabel dixit do
minus,& robora te Iehoſuah fili Iehoſadac ſacerdos magne,
& robora te omnis populus terræ, dixit dominus , & facite:
quoniam vobiſcum ſum,dixit dominus exercituum.Stat ver
bum quod pepigi vobiſcum quando egrediebamini ex Ae-
B gypto , & ſpiritus meus perſtat in medio veſtri ne tim ea
tis . Quia ſic dixit dominus exercituum : Adhuc vnum pu-
ſillum eſt,& tremere facio cœlum,et terram,ac mare,& aridã.
Et tremere faciam omnes gentes, & venient quæ ſunt deſide-
ratio omnium [b] gentium & implebo domum hanc gloria,
dixit dominus exercituum. Meum eſt argentum,& meum eſt
aurum,& dixit dominus exercituum,Maior erit gloria do-
mus huius [c] nouiſſimæ quàm primę, dixit domin⁹ exercituũ.
Et in loco iſto dabo pacem,dixit dominus exercituum.Vige
ſima & quarta die noni menſis, anno ſecundo Dariaues fuit
verbum domini ad Chagghai prophetam dicendo:Sic dixit
dominus exercituum:interroga modo ſacerdotes legem di-
C cendo:ſi acceperit quiſpiam carnem ſanctam in ora veſtimẽti
ſui, & tetigerit ora ſua panem, & pulmentum, & vinum, &
oleum,& omnem cibum, nũquid ſanctificabitur? Et reſpon-
derunt ſacerdotes,& dixerunt,non.Et dixit Chagghai:ſi teti-
gerit immundus anima,omnia hæc,nõnne erit immũdus? Et
reſponderunt ſacerdotes, & dixerũt:immundus erit.Et reſpõ
dit Chagghai,& dixit: ſic populus iſte,& ſic gens iſta coram
me,dixit dominus:& ſic omne opus manuum eorũ, & quod
offerũt ibi,immundum eſt. Et nunc ponite quæſo cor veſtrũ
à die hac & ſuprà:anteq; ſit poſitus lapis ſuper lapidẽ in tem-
plo domini. Antequam eſſent in edificio,veniebat quiſpiam
ad aceruum frumenti ex quo putabatur quod deberẽt exire

b Id eſt,deſiderabilia, & precioſa quæ que mihi offeret.Eſa.60.

c Quia in eã ueniet rex regum, cui ſoli uera ſit oblatio.

modij viginti,& erāt decem:& qui veniebant ad torcular ad euacuandum batos quinquaginta,in torculari erant viginti. Percuſsi vos ariditate, & robigine,& grādine:ac omne opus manuū veſtrarū nec fuit qui cōuerteret vos ad me dixit dn̄s. Ponite nunc cor veſtrum à die iſta,& ſuprà,à die vigeſima & quarta menſis noni:à die qua fundatū eſt templum dn̄i ponite cor[a] veſtrum. Nōnne adhuc eſt ſemen in horreo?& adhuc vitis & ficus,& malogranatum, & arbor oleæ non tulit fructū? A die hac benedicam. Et fuit verbū domini ſecundò ad Chagghai vigeſima & quarta die menſis vt diceret:dic ad Zerubabel ducem Iehudah,dicēdo:Ego tremere facio cœlum,& terram. Et ſubuertam ſolium [b] regnorum,& diſperdam fortitudinem regnorum gentium: & ſubuertā currus, & aſcenſores eorum,& deſcendent equi & aſcenſores eorum,vnuſquiſq; gladio fratris ſui. In die illa,dixit dominus exercituū,tollam te [c] Zerubabel fili Sealthiel ſerue mi, dixit dn̄s, & ponam te ſicut ſignaculum,quia te elegi,dixit dominus exercituum.

FINIS.

a .i. aduertite ſignum, qđ maior ſequat̃ nunc prouētus,ut zac.8.

b .i. Perſas ego perdam quos tu formidas.

c Ad Zerubabel, tanq̃ typū, dicunt ea quæ ſibi uere non cōueniunt,ut in aliis eſt dictū.

# Zechariah propheta,

Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

❡Monet populum conuerti ad dominum,prefigurat Chriſtum,eiuſq; apoſtolos,promittit liberationem Iſraelis. CAP. I.

A MENSE octauo,anno ſecundo Dariaues,fuit verbum domini ad Zechariah filiū Berachiah filij Hiddo prophetam,dicendo:iratus eſt dominus cōtra patres veſtros iracundia. Et dic ad eos: ſic dixit dominus exercituum: conuertimini ad me, dixit dominus exercituum, & conuertar ad vos, dixit dominus exercituū. Ne ſitis ſicut patres veſtri,ad quos clamauerunt prophetæ priores dicendo:ſic dixit dominus exercituum:Cōuertimini nunc à viis B veſtris malis, & ab operibus veſtris malis: & non audierunt, neq; attenderūt,mihi,dixit dominꝰ. Patres illi veſtri vbi ſunt? & prophetæ nunquid in ſempiternum[d] viuent? Veruntamē verba mea,& ſtatuta mea,quæ mandaui ſeruis meis prophetis,nōnne comprehenderunt patres veſtros? Et conuerſi ſunt, & dixerunt:quemadmodum cogitauit dominus exercituum, vt faceret nobis ſecundum vias noſtras, & ſecundum opera noſtra,ſic fecit nobiſcum. Die vigeſima & quarta vndecimi menſis,ipſe eſt menſis Sebath, [e] anno ſecundo Dariaues,fuit verbum domini ad Zechariah filium Berechiahu filij Hiddo prophetam,dicendo:Vidi nocte,& ecce vir equitabat ſuper equum rufum,& ſtabat inter myrtos,quæ erant in profundo & poſt eū erant equi rufi,varij,& albi. Et dixi: Qui ſunt ij dn̄e mi? Et dixit ad me angelus,qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi qui ſint iſti. Et reſpondit vir qui ſtabat inter myrtos, C & dixit:Ii ſunt quos miſit dominus, vt perambulent terram. Et reſponderunt angelo domini, qui ſtabat inter myrtos, & dixerunt:Ambulauimus per terram, & ecce omnis terra habitatur,& quieſcit. Et reſpondit angelus domini,& dixit: Domine exercituum,vſq; quo non miſereberis Ieruſalaim,& vrbium Iehudah,quibus iratus es iam ſeptuaginta annos? Et reſpondit dominus angelo,qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria. Et dixit ad me angelus,qui loquebatur in me:Clama dicendo: Sic dixit dn̄s exercituū:zelatus ſum Ieruſalaim,& Siion zelo magno. Et ira magna iraſcor contra gentes[f] quietas,quia iratus ſum parum,ipſi vero auxiliati ſunt in malū. Et propterea ſic dixit dn̄s:Reuerſus ſum ad Ieruſalaim in miſericordiis,Domus mea ædificabitur in ea,ait dn̄s exercituum,& perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalaim. Adhuc clama dicendo:Sic dixit dominus exercituum: Adhuc dilatabuntur D ciuitates meæ præ bonitate. Et conſolabitur dominꝰ adhuc Siiō,& eliget adhuc Ieruſalaim. Et leuaui oculos meos, & vidi,& ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me:Quid ſunt hæc? Et dixit ad me:Hæc ſunt cornua [a]quæ ventilauerunt Iehudah,Iſrael, & Ieruſalaim. Et oſtendit mihi quatuor fabros. Et dixi: Quid iſti veniunt ad faciendū? Et dixit,dicendo:Iſta ſunt cornua, quæ ventilauerūt Iehudah, [b]quando adhuc vir non leuauit caput ſuū:& venerunt iſti ad terrendū eos,ad proiiciendum cornua gentiū, quæ leuauerunt corne ſuper terrā Iehudah,ad ventilandum eam.

d id eſt,ſemper ne oportebit uobis adeſſe prophetas ut reducamini?

e Ianuarij noſtri & februarij pars.

f ſecure ſedētes,i. Perſas, in quas incipit iratus deꝰ angelos mittere,ut in Daniele diximus.

a .i. Aſsirij, Chaldæi,Medi & Perſæ. Quorū etiā cuiq; ſuus extitit malleus.

b ut etiā nemo leuaret caput ſuum.

❡Promittitur inſtauratio Ieruſalaim,reuocantur diſperſi,prænuntiatur Chriſti aduentus. CAP. II.

A ET leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus menſuræ. Et dixit: Quò vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ieruſalaim,vt videā quanta ſit latitudo eius,& quanta ſit longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me,egrediebatur. Angelus alius egrediebat̃ in occurſum eius. Et dixit ad eū: Curre,loquere ad puerū iſtum dicendo:Abſq; B muro habitabit̃ Ieruſalaim præ multitudine hominū,& iumētorum in medio eius. Et ego ero ei,dixit dn̄s, murus igneus in circuitu,& in gloria ero in medio eius. O ô egredimini & fugite de terra aquilonis,dixit dn̄s,quia in quatuor ventos cœli diſperſi vos,dixit dn̄s. O Siion erue te, habitatrix filiæ Babel. Quia ſic dixit dn̄s exercituū:Poſt gloriā [c] miſit me ad gentes, que ſpoliauerunt vos. Qui enim tangit vos, tangit pupillam C oculi eius. Quia ecce leuo manū meam ſuper eos,& erūt ſpolia ſeruis ſuis,& ſcietis, quòd dn̄s exercituum miſerit me. Lauda,& lætare filia Siion, quia ecce veniā,& habitabo in medio tui ait dn̄s. Et adhærebunt gentes multę dn̄o in die illa,& erūt D mihi in populum,& habitabo in medio tui;& ſcies quòd dn̄s exercituū miſerit me ad te. Et poſſidebit dn̄s Iehudah partem ſuam ſuper terrā ſanctitatis, & eliget adhuc Ieruſalaim. Sile omnis caro à facie dn̄i,q̃a ſurrexit de habitaculo ſanctitatis ſuę.

c ſcilicet Perſicam Supra.2.d.

❡De ignominia & gloria Chriſti ſub typo Iehoſuah ſacerdotis filij Iehoſadac. CAP. III.

A ET oſtendit mihi Iehoſuah ſacerdotem magnum, ſtantē coram angelo domini:et Sathan ſtabat ad dexterā eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit dominus ad Sathan: Increpet dominus in te Sathan,& [d]increpet dominus in te,qui eligit Ieruſalaim:nōne hic eſt vt [e] torris erutus de igne? Et Iehoſuah erat B indutus veſtibus ſordidis,& ſtabat coram angelo. Et reſpondit,& dixit ad ſtantes coram ſe dicendo: Remouete veſtimēta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Vide,tranſire feci à te iniquitatem tuam,& induere feci te mutatoriis. Et dixi: Ponant cidarim mundam ſuper caput eius. Et poſuerunt cidarim mundā ſuper caput eius,& induerunt eum veſtibus. Et angelus domini ſtabat. Et conteſtabatur angelus domini Iehoſuah. dicēdo: C Sic dixit dominus exercituum:Si in viis meis ambulaueris, & ſi cuſtodiam meam cuſtodieris, etiam tu iudicabis domum meam,& etiam cuſtodies atria mea,& dabo tibi trāſitus inter ſtantes ipſos. Audi nunc Iehoſuah ſacerdos magne, tu & amici tui,qui habitant coram te,quia viri ad portenta ſunt[f]. Ecce enim adduco ſeruum meum germen. Quia ecce lapis[g] quem D poſui coram Iehoſuah, ſuper lapidem vnum ſunt ſeptē oculi: ecce cælo cælaturam eius,dixit dominus exercituum,& remouebo iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa dixit dominus exercituum,vocabitis vnuſquiſque amicum ſuū ſubter vitem,& ſubter ficum.

d cohibeat.

e titio ſemiuſtus.

f [redacted]

g Oſtendit ad literā lapidem unum ſeptē oculorū cęlaturis ſculptum.

❡Viſio candelabri aurei,eiuſq; lampadarum &c. cum eorundē expoſitione. CAP. IIII.

A ET reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me, & ſuſcitauit me ſicut virū è ſomno ſuo. Et dixit ad me: Quid vides? Et dixi: Vidi,& ecce candelabrū aureū totum,& [h] lēticula ſuper caput eius, & ſeptē lucernæ eius ſuper illud. Septem, & ſeptem

h uaſculum rotundum



ſeptem [a]infuſoria lucernis,quę erant ſuper caput eius. Et duæ oliuæ ſuper illud. Vna à dextera lenticulæ,& altera ad ſiniſtrā eius. Et reſpondi,& dixi ad angelum qui loquebatur in me, di B cendo:Quid ſunt hæc domine mi? Et reſpondit angelus q̃ loquebatur in me,& dixit ad me:Nōnne noſti quid ſunt hæc? Et dixi:Non domine mi. Et reſpondit,& dixit ad me, dicendo: Hoc eſt verbum domini ad Zerubabel dicendo:Non in exercitu,nec potentia,ſed in ſpiritu meo dixit dominus exercituū. Quis tu mons magne coram Zerubabel[b] in planicie? Et educet lapidem primarium,cum clamoribus:gratia, gratia ei. Et C fuit verbū domini ad me dicēdo:Manus Zerubabel fundauerunt domū iſtā, & manus eius perficient eam:& ſcies ꝙ dominus exercituum miſit me ad vos. Quis enim deſpexit diē illū, qui exigua habuit initia? lætabuntur,& videbunt lapidē ſtanneum in manu Zerubabel cum ſeptē illis oculis;qui ipſi oculi dn̄i ſunt circūeuntes per vniuerſam terrā. Et reſpondi, & dixi, D ad eum:Quid ſunt duę oliuæ iſtæ,ad dexterā candelabri,& ad ſiniſtrā eiꝰ? Et reſpōdi ſecūdò,& dixi ad eū:Quid ſunt [c] duæ ſpicæ oliuarū,quæ ſunt in medio duarū fiſtularū aurearum,quæ euacuant à ſe aurum? Et ait ad me dicēdo:Nōnne noſti quid ſunt hæc? Et dixi:Non dn̄e mi. Et dixit:Iſti ſunt duo [d] filij olei, qui ſtant iuxta dominatorē vniuerſæ terræ.

a uaria dona ſpiritus.

c duo illi rami oliuarum qui attingunt duos canales aureos,qui et a ſeipſis oleū effundunt in ipſū aurū?

b ad diuertendum a rectitudine:id eſt,tu Perſa non impedies hanc Zerubabelis lucernam,quæ per ſpiritum dei ædificatur. Spiritus propheticus ædificationem templi urgebat,ſicut per ſpiritum regenerationis Chriſti ædificatur eius eccleſia,quam eſſe aureum candelabrum docet apocalypſis. Subdit poſtea:Et prodire faciet lapidem illum, qui eſt caput aliorū lapidum:qui non lapis ſtanneus,ſed lapis diuiſionis,lapis angularis eſt,cum ſeptem oculis,Ieſus Chriſtus. Illum etiam iuxta literam in pręcipuo ædificij loco poſuit Zerubabel,magno populi applauſu.

d Duos unctos exponunt Hebræi,Iehoſua in ſacerdotem,& Zerubabel in principē. At Iohannes apoc.11.docet eſſe duos Chriſti teſtes,Moſen & Eliam,legē et prophetas de Chriſto teſtantes:qui et Chriſto aſſiſtunt,Matt.17.in quibus eſt uera ſpiritus ſancti inunctio,et ab eis oleū doctrinæ,ad fulciendum ipſum eccleſiæ dei candelabrum. Docet ædificium illud a lege & prophetis comprobari.

❡Viſio libri uolantis,& menſuræ cū eorum interpretatione. CAP. V.

A ET conuerſus ſum,& leuaui oculos meos,& vidi. Et ecce volumē volabat. Et dixit ad me:Quid vides? Et dixi:Video volumē [e] volās. Lōgitudo eiꝰ viginti cubitorū,& latitudo eius decē cubitorū. Et dixit ad me:Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciē vniuerſæ terræ. Quia [f] omīs fur ſicut ſcri B ptum eſt ex vna parte ipſius,ſuccíſus eſt:& omīs iurans, ſicut ſcriptum eſt ex altera parte ipſius,ſimiliter ſuccíſus eſt. Exire feci maledictionē illā,dixit dn̄s exercituū,& veniet ad domū furis,& ad domū iurātis in nomine meo mēdaciter:& cōmorabitur in medio domꝰ eius,& cōſmet eā,& ligna eius,ac lapides eius. Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me:Leua nunc oculos tuos,& vide quid eſt egrediens hoc. Et dixi:Quid eſt? Et dixit:Hæc eſt menſura egrediens,et dixit:Hęc C eſt oculus eorū in vniuerſa terra. Et ecce[g] talentū plumbi portabatur,& mulier vna ſedebat in medio mēſuræ. Et dixit:Hæc eſt [h] impietas,& proiecit eā in mediū menſurę,& proiecit lapidem plumbeū in os eius. Et leuaui oculos meos,& vidi,& ecce duæ mulieres egrediebātur,& ſpiritus erat in alis earum,& eis erant alæ ſicut alæ milui,& leuauerunt menſuram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelū qui loquebatur in me. Quo iſte ambulare faciunt menſuram? Et dixit ad me,vt ædificetur ei domus in terra [i] Sinhar,& pręparetur ibi ſuper baſem ſuā.

e Emigrat liber dei, Antiochi et Phariſæorū ſeculo.

f omnis qui ab eo libro, ſicuti eſt, traditionem aliquā ſuffurat, innocēs habetur. Hæc eſt una cauſa,qđ phariſæis exciderit integritas libri.

g patella plūbea.

h Impia illis menſura, impius oculus, et impia uiuēdi ratio: ob quā cauſam eos iterū Antiochꝰ in captiuitatē abduxit.

❡Viſio,quatuor quadrigarum,montiumq; æreorum,cum eorum ſignificatione. CAP. VI.

A ET conuerſus ſum,& leuaui oculos meos,& vidi, & ecce quatuor quadrigæ egrediebantur inter duos montes, & montes erant montes[k] ærei. In quadriga prima erant equi [l]rufi,& in q̃driga ſecūda eq̃ nigri,et in q̃driga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij fortes. Et reſpondi,& dixi ad B angelum qui loquebatur in me:Quid ſunt hæc dn̄e mi? Et reſpondit angelus,& ait ad me:Iſti ſunt quatuor[m] vēti cœli qui egrediuntur à loco vbi ſtabāt corā dominatore vniuerſę terræ. Quadriga in qua erāt equi nigri egrediebatur ad terrā aq̃lonis,& equi[n] albi egreſſi ſunt poſt eos,& varij egreſsi ſunt ad terram auſtri. Et fortes egreſsi ſunt, & quærebant vt irent & ambularent per terram. Et dixit: Ite, ite per terram: & ambulauerūt per terram. Et vocauit me,& locutus eſt ad me C dicēdo:Vide,qui egrediūtur ad terrā aq̃lonis requieſcere fecerunt ſpiritū meū in terra [a]aq̃lonis. Et fuit verbū dn̄i ad me dicēdo:Accipe à tranſmigratione à Cheldai,& à Thobiah,et Iedahiah,& venies in die illa, & intrabis domū Ioſiiahu filij Sephaniah,qui venerunt de Babel. Et ſumes argentum,& aurū, & facies coronas,& pones in capite Iehoſuah filij Iehoſadac ſacerdotis magni. Et dices ad eum,dicendo:Sic dixit dominus exercituū dicēdo:Ecce[b] vir germen nomē eius,& ſubter eum D germinabit,& ædificabit templū dn̄i. Et ipſe extruet templum dn̄i,& ipſe portabit gloriam,& ſedebit,& dominabitur ſolio eius:& erit ſacerdos corā ſolio eius,& conſilium pacis erit inter vtrunq;. Et coronæ erūt apud Chelē,& Thobiah,& Iedahiah,& Chen filio Sephaniah in memoriale[c] in tēplo dn̄i. Et lōginqui veniēt,& ædificabunt in templo dn̄i. Et ſcietis ꝙ dominus exercituum miſerit me ad vos. Et erit hoc,ſi audiendo audieritis vocem domini dei veſtri.

i .i. Babylone.Gene.11.

k Viſio fortis[illegible] formidantes robo[illegible]

l Rufi manēt ad tutandam urbē:reliqui egrediūtur ad deterrēdos et cōpeſcendos hoſtes.

m ſpiritus

n poſt terri- cos Babylones ſequuti ſunt candidi Perſæ.

a .i. non eſt, quod uereamini, poſtq̃ ego placatos uobis reddidi Perſas.

b Ecce uir hic Zorobabel,quem uoco germen, quia in ipſo germinabit.

c .ſ.quod ego ſim uobis principatū et ſacerdotiū in pace ſeruaturus.

❡Ieiunia traditionis in opa miſericordię cōuertit. CAP. VII.

A ET fuit, anno quarto Dariaues regis, fuit verbum dn̄i ad Zechariah,quarta die menſis noni Chiſleu. Poſtquam captiuitas miſit in domum dei ipſum Sareſer, & Reghenmelech,& viros eiꝰ ad orandū faciem dn̄i. Vt dicerēt ad ſacerdotes,q̃ erāt in domo dn̄i exercituū,& ꝓphetas,dicēdo:Nunq̃d flebo mēſe q̃nto,ſeparādo me à cibis,quēadmodum feci iam tot annis? Et fuit verbū dn̄i exercituū ad me dicēdo: Dic ad omnē populū terrę,& ad ſacerdotes dicēdo: Cū ieiunaretis, & plāgeretis [d] in q̃nta & ſeptima die iā ſeptuaginta annis, nūq̃d B ieiuniū ieiunaſtis ꝓpter me. Et q̃n comeditis & bibitis,nōnne ꝓpter vos comeditis & bibitis? Nōnne eiuſmodi ſunt verba quæ p̄dicauit dn̄s per manū prophetarū priorū, quū Ieruſalaim habitaret cōſidēter,& eſſet quieta,& vrbes eius in circuitu eiꝰ,& pars meridiana atq; cāpeſtris habitaretur? Et fuit verbū dn̄i ad Zechariah,dicēdo:Sic dixit dn̄s exercituū,dicendo: Iudiciū verū iudicate,& m̄iam & miſeratiōes facite vnuſq̃ſq; C cū fratre ſuo. Et viduā,& pupillum,& p̃egrinū,& pauperē ne opprimatis:& malū vnuſq̃ſq; de fratre ſuo ne cogitetis in corde veſtro. Et renuerunt attendere,et dederūt ſcapulā auerſam, & aures ſuas aggrauauerunt,ne audirent. Et cor ſuū poſuerūt vt adamantē,ne audirent legē & verba quæ miſit dn̄s exercituū D ſpū ſuo,per manū prophetarū priorū. Et fuit ira magna à dn̄o exercituū. Et fuit,quēadmodū p̄dicauit,et nō audierunt ſic clamabūt,& nō exaudiā,dixit dn̄s exercituū. Et diſpſi eos in oēs gētes q̃s neſcierūt,& terra deſolata eſt poſt eos, vt nō eſſet trāſiēs & rediēs:& poſuerūt terrā deſyderabilē in deſolationē.

d in quinto & ſeptimo menſe. Ex traditione enim ſua ſeruarant in Babylone mēſe quinto ieiuniū deſolationis tēpli & ciuitatis, mēſe ſeptimo ieiuniū interfecti Gedalię. Menſe item decimo ieiuniū obſeſſionis,ut cap.ſe. Item in menſe Tammuz ieiuniū tabularū,ezech.8. et in menſe Adar ieiuniū Eſter. Quæ ieiunia, licet ex iuſta cauſa ſemel facta conqueritur deus ſine pręcepto ſuo,in cōſuetudinis legem tranſiiſſe.

❡Promiſsione beneficiorū populū ad templi extructionem hortatur. Gentes Chriſtum quæſituras prædicit. CAP. VIII.

A ET fuit verbum dn̄i exercituū ad me dicēdo:Sic dixit dominus exercituū:Zelatus ſum Siion zelo magno, & ira magna zelatus ſum eam. Sic dixit dominus:Reuerſus ſum ad Siion,& habitabo in medio Ieruſalaim,& vocabitur Ieruſalaim,ciuitas veritatis,& mōs dn̄i exercituū,mons ſanctus. Sic dixit dominus exercituū:Adhuc habitabunt ſenes & anus in plateis Ieruſalaim,& viro erit baculus in manu præ multitudine dierū. Et plateæ ciuitatis implebuntur pueris & puellis ludentibus in plateis eius. Sic dixit dominus exercituū:Si difficile erit in oculis reſidui populi eius,in diebus illis,nūquid etiam B in oculis meis difficile erit,dixit dominꝰ exercituū? Sic dixit dn̄s exercituū:Ecce ſaluū facio pp̄lm meū de terra oriētis, & de terra occaſus ſolis. Et adducā eos,& habitabūt in medio Ieruſalaim,et erūt mihi in pp̄lm,et ego ero eis in deū in veritate et iuſtitia. Sic dixit dn̄s exercituū:Cōfortētur manus veſtrę,q̃ auditis in diebus iſtis verba hæc de ore prophetarū,qui ſunt in die qua fundata eſt domus domini exercituū, qua templum cœpit ædificari. Quia ante dies hos merces hominis non fuit, & merces animalis [e] non fuit: & exeunti, & introeunti non erat pax præ anguſtia,& effudi omnes homines vnumquēque in proximum ſuum. Nunc autem,non iuxta dies priores

e id eſt,terrę fructus nō reſpōdebāt labori ueſtro, ut ait etiam Haggæus.

faciam reſiduo populi huius,dixit dñs exercituum.Sed ſemen
pacis erit;vitis dabit fructũ ſuum,& terra dabit fructum ſuũ,
& cœli dabunt rorē ſuum:& poſsidere faciam reſiduũ popu=
B li huius vniuerſa hæc.Et erit,ſicut eratis maledictio in gentib⁹
Ephe. 4.b. domus Iehudah,& domus Iſrael,ſic ſeruabo vos,& eritis be=
nedictio;ne timeatis,confortentur manus veſtræ.Quia ſic di=
xit dominus exercituũ:Quemadmodum cogitaui vt male fa=
cerē vobis,cũ iraſci fecerunt patres veſtri me,dixit dñs exerci=
tuum,& non miſertus ſum:ſic conuerſus ſum,cogitaui in die=
bus iſtis bñfacere Ieruſalaim,& Iehudah:ne timeatis.Hęc ſunt
quæ facietis.Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo
ſuo:veritatem,& iudicium pacis iudicate in portis veſtris.Et
vnuſquiſq; malũ proximi ſui ne cogitetis in cordibus veſtris,
& iuramentum mēdax ne diligatis:omnia enim hæc ſunt quę
odi,dixit dñs.Et fuit verbum domini exercituum ad me dicē
do:Sic dixit dominus exercituum:Ieiunium quarti [a], & ieiu=
niũ quinti,& ieiunium ſeptimi,& ieiuniũ decimi, erit domui
Iehudah in gaudium,& in lætitiam,& in ſolennitates præcla=
ras.Veritatem autem & pacem diligite.Sic dixit dominus ex=
ercituum:Adhuc erit tempus quo venient populi,& habita=
tores vrbium magnarum.Et ibũt habitatores vnius vrbis ad
D alteram dicendo:Eamus eundo,vt deprecemur faciem domi
ni,& quæramus dominum exercituum:vadam,etiam egò.Et
venient populi multi & gentes robuſtæ ad quęrendum domi
num exercituum in Ieruſalaim,& ad deprecandum faciem do
mini.Sic dixit dominus exercituum:In diebus illis apprehen=
dent quidem decem homines [b] ex omnibus linguis gētium:ap
prehendent oram viri Iehudæi,dicendo : Ibimus vobiſcum,
quia audiuimus deum vobiſcum eſſe.

a ſcilicet mēſis,quo irruerunt Chaldęi in vrbē,de aliis dixi capi. pced.in quorũ memoriã ieiunando lugebant.

b proſelyti, de qbus illi admodũ gloriabantur.

¶De gentium uocatione.De Chriſto aſcenſuro aſinam & pullum eius. CAP. IX.

B P [c] Rophetia verbi domini in terra Chadrach,& Damme
ſec requiei eius : quia ad dominum erit oculus homi=
nis , & omnium tribuum Iſrael. Et etiam Chamath [d] termi=
nabit in ea Sor , item & Sidon , quia ſapiens fuit valde . Et
ædificauit Sor munitionem ſibi , & coaceruauit argentum
tanquam humum,& aurum,vt lutum platearum. Ecce do=
minns expell.re faciet eam, & percutiet in mari fortitudinem
eius,& ipſa igni [e] conſumetur.Videbit Aſchelon,& timebit,et
Hazzah,& dolebit valde,& Hecron,quoniam pudore afficie
tur aſpectus eius:& peribit rex de Hazzah,& Aſchelon nõ ha
B bitabitur.Et habitabit ſpurius in Aſdod , & ſuccidere faciam
ſuperbiam Peliſtim.Et remouere faciam ſanguinem eius de o=
re eius,& abominationes eius è dentibus eius, & relinquetur
etiam ipſe deo noſtro;& erit [f] veluti dux in Iehudah,& Hecrõ
ſicut Iebuſæus. [g] Et ero ſicut caſtra domui meæ,vt nõ timeat
ab exercitu à tranſeunte,& redeunte,& non tranſibit ſup eos
vltrà exactor,quia nũc vidi oculis meis.Exulta valde filia Siiõ,
iubila filia Ieruſalaim.Ecce [h] rex tuus veniet tibi iuſtus & ſalua=
tus,humilis,& equitans ſuper aſinum,& ſuper pulum filium
vnius ex aſinab⁹. Et ſuccidere faciam quadrigas de Ephraim,
& equos de Ieruſalaim,& ſuccidentur arcus bellici,& loque=
C tur pacem gentibus,& poteſtas eius à mari vſq; ad mare,& à
flumine vſq; ad terminos terræ.Etiam tu Ieruſalaim exulta in
ſanguine fœderis [i] tui:emiſi vinctos tuos de ciſterna in qua nõ
erat aqua.Conuertimini ad deum qui eſt munitio veſtra,vos
qui vincti veſtram expectatis redemptionem:etiam hodie an
nuncians duplicia reddã tibi. Quoniã extendi mihi Iehudah
tanquam arcum,extendi vt ſagittam Ephraim,& ſuſcitaui fi=
lios tuos Siion [k] ſuper filios Iauan,& ponam te veluti gladiũ
fortis.Et dominus eis conſpicietur,& exibit vt fulgur iaculum
eius,& dominus deus tuba clanget,& vadet vt turbines ven=
ti auſtralis.Dominus exercituum proteget eos,& conſument
& ſubiicient lapidibus fundæ,bibentq;, tumultuabũtur ſicut
vinum,& replebunt ſe vt peluis,tãquam anguli altaris.Et ſer=
uabit [l] eos dominus deus eorum in die illa,ſicut oues populũ
ſuum,quia lapides coronæ eleuantur ſuper terram eius.Quã=

c Onꝰ.Malũ eñi prædicit quietis urbibus.

d cõtinis erit in ea quiete,quã habet Damaſcus.

e Alexãdri fuerũt hæc facinora.

f ſcilicet caſtigatus reſipiſcēs.

g id eſt,Ieroſolimitanus.

h [redacted]

i [redacted]

k ſup filios tuos ô Græcia.

l Græcis ſeruauit immittendo Romanos.

ta enim bonitas eius,& quanta pulchritudo eius:frumentum
[a] iuuenes,& vinum nouum cantare faciet virgines.

a pulchra Iudæis erat tũc corona Romana , ꝙ ob frumēti,& uini copiã cantarēt.Imo ,ꝓpter Chriſtũ ſub Romano imperio naſciturum,qui panem et uinũ ſuũ nobis in cœna cõmunicãs,nos in laudes prorũpere facit.

¶Hortatio ad ueritatis doctrinam petendam,promiſsio miſericordiæ & liberationis. CAP. X.

A P Etite à domino pluuiã opportuno tēpore ſerotinam,
& dominus facit coruſcationes:& [b] pluuiam imbris da=
bit vnicuiq; ex eis herbam in agro:Quoniam per imagines lo
cuti ſunt vanitatem,& diuini viderunt mendaciũ,ſomnia va=
na locuti ſunt,& vane conſolabantur:idcirco profecti ſunt in
B captiuitatem,ſicut pecudes humiliauerunt ſe,quia non eſt pa=
ſtor.Contra paſtores iratus eſt furor meus,& cõtra hircos vi=
ſitabo:qa viſitauit dñs exercituũ gregē ſuũ,et domũ Iehudah,
& poſuit eos tãq; equũ glorię ſuæ in bello.Ex ipſo erit angul⁹,
ex ipſo [c] palus,ex ipſo arcus belli,ex ipſo egredietur om̃is pręfe
ctus ſimul.Et erunt ſicut fortes conculcantes in luto platearũ
C inimicos in bello,& pugnabunt,quia dominus cum eis,& pu
dore afficientur aſcenſores equorum.Et roborabo domũ Ie=
hudah,& domum Ioſeph ſeruabo,& conuertam eos , quia
miſertus ſum eorum,& erunt ſicut quando non elõgaui eos:
ego enim dominus deus eorum,& exaudiam eos.Et erunt vi
ri Ephraim quaſi gigas,& lætabitur cor eorum ſicut bibentis
vinum:& filij eorum videbunt,& lætabuntur , exultabit cor
eorum in domino.Sibilabo eis,& congregabo illos, quia re=
demi eos:& multiplicabuntur,ſicut multiplicati fuerunt.Et ſe
D minabo eos in populos,& in longinquis recordabũtur mei:
& viuent cum filiis ſuis & reuertētur. Et reducam eos è terra
Aegypti,& de Aſſur congregabo eos:& ad terram Ghilhad,
& Lebanon adducam eos, & non ſufficiet eis. Et tranſibit in
mare anguſtia,& percutiet in mari fluctus,& ſiccabuntur oĩa
profunda fluminis:& deponetur ſuperbia Aſſur,& ſceptrum
Aegypti recedet.Et roborabo eos in domino,& in nomine
eius ambulabunt,dixit dominus.

b pluuiam inundantē poſt eas dabit,unicuiq; ꝓ herba in agro.

c clauus,aſilum firmum.

¶Calamitas templi ſecundi ſub Antiocho.Chriſtũ tradendum pro triginta argenteis.De paſtore Antichriſto. CAP. XI.

[redacted]

A A Peri Lebanon portam tuam,& cõſumat ignis cedros
tuos.Vlula abies,quia cecidit cedrus,quoniam magni
fici vaſtati ſunt:vlulate quercus Baſan,quoniam proſtrata eſt
ſylua munita. Vox vlulatus paſtorum,quoniã vaſtata eſt ma
gnificentia eorum:vox rugitus catulorum leonum,quoniam
vaſtata eſt gloria Iarden.Sic dixit dominus deus meus : Paſce
pecora occiſionis.Quæ ementes occident,& [d] non delinquēt
& quilibet vēdentium ea,dicet:benedictus dñs,quia diues fa=
B ctus ſum:& paſtor eorũ non parcet eis. Equidē non parcam
vltrà habitatoribus terræ,dixit dominus:& ecce inueniri fa=
cio vnumquenq; in manu amici ſui,& in manu regis ſui,& cõ
cutient terram, & non eruam de manu eorũ.Et paſcam peco
ra occiſionis,profecto pauperes pecorum: & aſſumpſi mihi
duas virgas,vnam vocaui iucunditatem, & alteram vocaui
diſsipantes,& paui pecora.Et ſuccidere feci tres [e] paſtores mē=
ſe vno,& afflicta eſt anima mea propter eos, & etiam anima
C eorum nauſeauit in me. Et dixi : non paſcam vos:quod mo=
ritur,moriatur:& quod ſucciditur,ſuccidatur:& quæ reliquę
ſunt oues deuorent,vnaquæq; carnem alterius.Et tuli virgam
meam iucũditatem,& abſcidi eam,vt irritum facerem pactũ
meum,quod [f] pepigi cum omnibus populis.Et irritum eſt in
die illa:& cognouerunt ſic pauperes pecorũ, qui cuſtodiunt
me,quòd verbum domini erat.Et dixi ad eos: Si bonum eſt
in oculis veſtris,afferte [g] mercedem meam:ſin autem ceſſate.Et
appenderunt mercedem meam triginta [h] argēteis.Et dixit do
minus ad me:Proiice illos [i] ad theſaurariũ, magnificũ ꝑcium,
D quo appreciatus ſum ab eis:& tuli triginta argenteos,& pro=
ieci illos in domũ domini ad theſaurarium.Et præcidi vir=
gam meam ſecundam , diſsipates , vt diſsiparem fraternita=
tem

d [redacted]

e [redacted]

f [redacted]

g [redacted]

i [redacted]

tem,inter Iehudah,& [a] Iſrael.Et dixit dominus ad me:Adhuc
ſume tibi vas paſtoris ſtulti.Quia ecce ſuſcito paſtorē in terra
quæ ſucciſa ſunt,non viſitabit:quod puſillũ eſt, non quæret:
& quod contritũ eſt,non ſanabit:quod ſtat:non ſuſtinebit: &
carnem pinguis comedet,& vngulas eorum abrumpet . O
paſtor idoli, derelictor pecorum . Gladius ſuper brachium
eius,& ſuper oculum dextrum eius:brachium eius areſcendo
areſcet,& oculus dexter eius obſcurando obſcurabitur.

a [redacted]

¶De uaſtatione & reſtitutione Ieruſalaim,de effuſione ſpiritus ſancti,de planctu ſuper morte Chriſti. CAP. XII.

A P [b] Rophetia verbi domini ad Iſrael:Dixit dominus q ex=
tendit cœlum,& fundauit terrã,& formauit ſpiritũ ho=
minis in medio eius.Ecce pono Ieruſalaim calicem ebrietatis
omnibus populis per circuitum,& etiam ſuper Iehudah erit,
& in obſidione contra Ieruſalaim.Et erit in die illa,ponam Ie
ruſalaim lapidem oneroſum:omnes qui eum ſubleuare cõten
derint,lacerando lacerabuntur:& colligentur aduerſus eum
omnes gentes terræ.In die illa dixit dominus:percutiam oēm
equum in ſtupore,& aſcenſorem eius in amentia:& ſuper do=
B mum Iehudah aperiã oculos meos,& omnem equum popu
lorum percutiam cæcitate.Et dicent duces Iehudah in corde
ſuo:robur mihi erũt habitatores Ieruſalaim in domino exerci
tuum deo ſuo.In die illa ponam duces Iehudah,ſicut focum i=
gnis inter ligna,& ſicut lampadem ignis inter manipulos , &
deuorabunt ad dexteram,& ſiniſtram omnes populos in cir=
cuitu:& habitabitur Ieruſalaim rurſus in loco ſuo in Ieruſa=
laim.Et ſeruabit dominus tabernacula Iehudah in principio,
C vt non magnificetur gloria domus Dauid,& gloria habitato
ris Ieruſalaim contra Iehudah.In die illa proteget domiu⁹ ha=
bitatorē Ieruſalaim:& erit,qui infirmus fuerit inter eos in die
illa erit [c] ſicut Dauid,& domus Dauid tanquã deus,tanquam
angelus domini coram eis.Et erit,in die illa quæram,vt cõte=
ram omnes gentes,quæ veniunt contra Ieruſalaim. Et effun=
dam ſuper domum Dauid,et ſuper habitatores Ieruſalaim ſpi
ritum gratiæ,& miſerationũ,& aſpicient ad me quem transfi=
xerunt:& plangent ſuper eum veluti planctum ſuper vnigeni
D tum,& amaritudine afficiētur ſuper eũ,ſicut amaritudine affi
citur quiſpiam ſuper primogenitũ.In die illa magnus erit plã=
2.Para.26. ctus in Ieruſalaim , ſicut planctus Hadadrimmon in campo
Meghiddon.Et planget terra,familiæ ſingulæ ſeorſum:familia
domus Dauid ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum: familia do=
mus Nathan ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum.Familia do=
mus Leui ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum : familia Simæi
ſeorſum,& mulieres eorum ſeorſum.Omnes familiæ quæ re=
manent,familiæ ſingulæ ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum.

b Onꝰ.Malũ eñi prædicit pplo ſuo,ꝓpter ebrietatē & iugũ onеris.

c oēs erũt reges & ſacerdotes,et chriſtus rex regũ: q & deus & angelus.

¶De Baptiſmo,de diſperdēdis idolis,de pſeudoprophetis,de Paſſione,& plagis Chriſti. CAP. XIII.

A I N die illa erit [d] vena patens domui Dauid,& habitatorib⁹
Ieruſalaim pro expiatione peccati,& pro aſperſione. Et e=
erit,in die illa,dixit dominus exercituũ,ſuccidere faciam nomi
na ſimulachrorum è terra,& non memorabuntur amplius:et
etiã prophetas,& ſpiritum immundum tranſire faciam è ter=
ra.Et erit,cum propheteuerit quiſpiam vltrà,dicent ad eum
pater eius,& mater eius genitores eius:Non viues,quia men=
dacium locutus es in nomine domini:& configent eum pater
B eius,& mater eius genitores eius,quum prophetauerit.Et erit
in die illa,pudore afficientur ꝓphetæ,vnuſq;ſq; à viſione ſua,
quum prophetauerit: & non induentur vltrà pallio piloſo,vt
mentiantur.Et dicet interroganti:non propheta ſum:vir agri
cola ſum,quoniam Adam,vt eſſem paſtor docuit me à iuuen
tute mea.Et dicet ad eum:quid ſunt plagę iſtę inter man⁹ tuas?
C & dicet:hæc ſunt,quibus ꝑcuſſus ſum in domo diligentiũ me:
O [e] gladie,ſuſcita te ſuper paſtorem meum,& ſuper virũ pro=
ximum meum,dixit dominus exercituum: percutiam paſto=
rem,& diſpergentur oues,& cõuertam manum meam ſuper
paruulos:Et erit in omni terra,dixit dominus,partes duæ in
ea ſuccidentur,ac deficient,& tertia relinquetur in ea.Et indu=

d fons.ſ. baptiſmi , quo expiamur.

e fiducia ſub lęgis a pſeudo prophetis uere ꝓphetiæ,etiã uerũ pro pietam occidũt Phariſęi.



cam tertiam per [a] ignem,& conflabo ſicut conflatur argentũ,
& probabo eos ſicut probatur aurum.Ipſe inuocabit nomē
meum,& ego exaudiam eum.Dixi,populus meus ipſe eſt ; &
ipſe dicet,dominus deus meus.

cuit oĩ i communicet , ut pauci electi eruãtur per crucem.

a pauci ſeruãtur,licq; miris afflictionibus examinati.

¶Vaſtatio Ieruſalaim per Antiochum: Aduentus Chriſti & baptiſmi regeneratio. CAP. XIIII.

A E Cce dies domini venit,& diuidētur ſpolia tua in medio
tui.Et congregabo omnes gentes contra Ieruſalaim in
præliũ,& capietur ciuitas, & diripientur domus,et mulieres
violabuntur.Et egredietur dimidium habitatorum ciuitatis
in captiuitatem,& reliquum populi non ſuccidetur [b] ex vrbe.
Et egredietur dominus,& præliabitur contra gentes illas ſe=
cundum diem quo præliatus eſt in die belli.Et ſtabunt pedes
eius in die illa ſuper montem oliuarum,qui eſt contra faciem
Ieruſalaim ab oriente,& ſcindetur mons oliuarum per dimi=
dium ſui ab oriente ad occidentem,valle grandi valde,& rece
B det dimidium [c] montis ad aquilonem,& medium eius ad me=
ridiem.Et fugietis ad vallem montium, quia pertinget vallis
montium [d] ad Aſal.Et fugietis quemadmodum fugiſtis à facie
terręmotus in diebus Huzziiah regis Iehudah: & veniet dñs
deus meus,& [e] omnes ſancti cum eo.Et erit,in die illa,non erit
lux precioſa,et nix coagulata.Et erit dies vnus,ipſe eſt not⁹ do
mino,non dies neque nox,ſed erit in tempore veſpertino lux.
Et erit,in die illa,egredientur aquæ viuæ de Ieruſalaim,mediũ
earũ ad mare oriētale,et mediũ earũ ad mare nouiſsimũ:in ęſta
te & in hyeme erit. Et erit dñs rex ſup oēm terrã.In die illa erit
C dominus vnus,& nomen eius vnum . Erit in ambitu omnis
terra veluti planicies à Ghebah ad Rimmon ad auſtrum Ieru
ſalaim:quæ tunc exaltabitur,& habitabitur in loco ſuo à por=
ta Biniamin vſq; ad locum portæ prioris,vſque ad portam
angulorum , & à turre Chananel vſq; ad torcularia regia.Et
habitabunt in ea, & occiſio non erit amplius , & habita=
bitur Ieruſalaim confidenter.Et hæc erit plaga,quæ percutiet
dominus omnes populos,qui militauerunt aduerſus Ieruſa=
laim: [f] liquefiet caro eius,& ipſe ſtabit ſuper pedes ſuos:& ocu
li eius liqueſcent in foraminibus ſuis,& lingua eius liqueſcet in
ore eorũ. Et erit,in die illa erit cõtritio dñi magna in eis.Et ap
prehadet vnuſq;ſq; manũ amici ſui,& ſuccidetur man⁹ ei⁹ ſup
manum amici ſui.Et etiam Iehudah pngnabit in Ieruſalaim,et
& congregabuntur opes omnium gentium in circuitu,aurũ,
& argētũ,& veſtes in multitudine valde.Et ſic erit plaga equo
rum,& mulorum,& camelorum,& aſinorum,& omnium iu
mentorum,quæ erunt in caſtris illis,ſicut plaga hæc.Et erit,o=
mne [g] reſiduum de vniuerſis gentibus quæ veniunt contra Ie=
ruſalaim,aſcendent ab anno in annum ad adorandum regem
D dominum exercituum,& ad celebrandum feſtiuitatem taber=
naculorum.Et erit,qui uon aſcenderit de familiis terræ in Ieru
ſalaim,vt adorent regem dominum exercituum,non erit ſu=
per eos imber.Et ſi familia Aegypti,non aſcenderit,& non ve
nerit,neque ſuper eos erit pluuia:ſed erit plaga,qua percutiet
dominus omnes gentes,quæ non aſcenderint ad celebrandũ
feſtiuitatē tabernaculorum.Hæc erit pœna peccati Aegypti,
& peccati omniũ gentiũ,quæ nõ aſcenderint ad celebrãdum
feſtiuitatem tabernaculorum.In die illa erit ſuper tintinabula
[h] equorum ſanctitas domino,& erunt lebetes in domo domi
ni,ſicut pelues coram altari.Et erit omnis lebes in Ieruſalaim,
& in Iehudah ſanctitas domino exercituum.Et venient
omnes immolãtes,& ſumēt ex eis, & coquēt ex
eis.Et non erit [i] Chenahanęus vltrà in do=
mo dñi exercituũ in die illa.

b hoc ſub Antiocho , nõ ſub Romanis contigit.

c magno in urbe facto ſchiſmate,una pars adhærebat Antiocho, alia Ptolemęo.

d ad ſepoſita quæq; loca.

e & oẽs ſancti erũt tecũ,ò Ieruſalē. (Eſt eñi fœminini generis.) Et erit i die illa : non erit lux ꝑcioſorũ lapidum, nec lux concreta.

f cõtabeſcet

g Qui poſt tantã calamitatē erit ſuperſtes , reſipiſcet,& abluetur rore baptiſmi, ut in cœleſtia recipiatur tabernacula.

h Quæ ab Antiochi militibus lucriſacieut, domino conſecrabunt.

i negociator

F I N I S.

# Malachi propheta,

## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Eligitur Iahacob, reprobatur Heſau, dominus non ficte uult coli, inuenitur in ſacerdotes. CAPVT I.

A PROPHETIA verbi domini ad Iſrael per manū [a] Malachi. Dilexi vos, dixit dominus. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Heſau Iahacob, dixit domin⁹: & dilexi Iahacob. Heſau autem odiui, et poſui montes ei⁹ in ſolitudinē, et hæreditatē eius in dracones deſerti. Si dixerit Edom: pauperes effecti ſumus, & reuertemur, & ædificabimus deſolata: ſic dixit dominus exercituum: Ipſi ædificabunt, & ego deſtruam: & vocabunt eos terminū impietatis, & populum, quem deteſtatus eſt dominas vſq; in

B ſeculum. Et oculi veſtri videbunt: & vos dicetis: magnificetur dominus ſuper terminum Iſrael. Porrò filius honorat patrē, & ſeruus dominum ſuum: & ſi pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ſum, vbi eſt timor mei? dixit domin⁹ exercituum vobis ſacerdotibus deſpicientibus nomen meum: & dixiſtis: in quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dixiſtis: in quo polluimus te? in eo ipſo ꝙ dicitis, menſa domini deſpecta eſt. Et quando offertis cęcum ad immolandum, dicitis, non eſt malum. Et ſi obtuleritis claudum, & languidum: non eſt malū. Offer illud nūc duci tuo, nūquid complacebit tibi, vel ſuſcipiet faciem tuam,

C dixit dominus exercituū? [b] Et nunc deprecamini quæſo vultū dei, & miſerebitur noſtri. De manu noſtra fuit hoc nobis. Nūquid ſuſcipiet ex vobis faciem, dixit dominus exercituū? Quis etiā in vobis claudet oſtia? & nónne incendetis ignem ſuper altare meum [c] gratis? Non eſt mihi voluntas in vobis, dixit dominus exercituum, & munus non volam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum eius magnum nomen meū inter gentes, & in omni loco incenſum offertur nomini meo,

D & oblatio [d] munda. Quia magnum nomē meum inter gētes, dixit dominus exercituum. Et vos polluitis illud, dicentes: mēſa dñi contaminata eſt, & [e] verbum eius contemptibile, eſca eius. Et dixiſtis [f]: Ecce labor, & proieciſtis illum, dixit dominus exercituum: & intuliſtis raptum, claudum, & languidum, & intuliſtis munus: num volam illud de manu veſtra, dixit dominus? Maledictus doloſus, in cuius grege eſt maſcul⁹, & vouet, & immolat corruptum domino: quia rex magnus ſum, dixit dominus exercituū, & nomen meum terribile inter gentes.

Infra. 2. c. Pſal. 94. Pſal. 112.

a id eſt, angeli mei.

b Eia agite nunc, orate polluti fictē dei, ut miſereat̃ noſtri. A uobis fieri ſolet eiuſmodi orō.

c Nullum illi officiū tēplo dei exhibebant ſine mercede.

d id eſt, puro corde, citra lapideum templum.

e fruct⁹, ſeu prouētus ei⁹, qui & cibus eius eſt, cōtēptibilis eſt.

f ecce fatigatio: & exufflaſtis. Magno anhelitu ſe multū pro ea oblatione laboraſſe oſtētabant: cū tñ nil ualeret.

g eam, id eſt, maledictionē uobis imprecatus ſum.

¶Minatur ſacerdotibus flagitia tolerantibus. CAP. II.

ET nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes. Si non audieritis, & ſi non poſueritis ſuper cor, vt detis gloriā nomini meo, dixit dominus exercituum, mittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionibus veſtris: & etiam maledixi [g] ei, qm̄ non ponitis ſuper cor. Ecce cohibeo vobis ſemē, & diſpergam ſtercus ſuper vultus veſtros, ſtercus ſolennitatū veſtrarum & tollet vos ad ſe. Et ſcietis, ꝙ miſi ad vos mandatum hoc, vt eſſet pactum meum cum Leui, dixit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, dediq; ea illi propter timorē, quo timuit me: & à facie timoris mei cō

B tritus eſt. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuēta in labiis eius: in pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodiēt ſciētiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Vos autē receſſiſtis de via, offendiculo fuiſtis multis in lege: corrupiſtis pactum Leui, dixit dominus exercituū. Et etiā ego dedi vos contemptibiles, & humiles omni populo, ſecundum ꝙ non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in

C lege. Nónne pater vnus eſt omnibus nobis? nónne deus vnus creauit nos? Cur [a] ſpernit vnuſquiſq; noſtrum fratrem ſuū, violando pactum patrum noſtrorum? Fraudem fecit Iehudah, & abominatio facta eſt in Iſrael, & in Ieruſalaim: quia contaminauit Iehudah ſanctum domini quod dilexit, & rem habuit cum filia dei alieni. Succidet virum qui fecit hoc, [b] magiſtrum & diſcipulum de tabernaculo Iahacob, & offerentem munus dño exercituum. Et hoc ſecundo facitis, operiunt vxores veſtræ lachymis altare domini, fletu & clamore: vt nō vltrâ reſpiciam ad ſacrificium, & accipiam oblationem placentem de manu

D veſtra. Et dixiſtis: propter quid? propterea quod dominus teſtificatus ſit inter te & vxorem adoleſcentiæ tuæ, quam tu deſpexiſti, cùm ſit ipſa ſocia tua, & vxor fœderis tui. Et [c] nec vnus quidem Abraham fecit vt facitis, & excellentia ſpiritus fuit ei, et qd fecit vnus? quęſiuit ſemen dei. Cuſtodite igitur vobis ſpiritum veſtrū, & in vxorem adoleſcētiæ tuæ non erit præuaricatio. Si oderis, dimitte, dixit dominus deus Iſrael. [d] Operiet iniquitas veſtimentum ei⁹, dixit domin⁹ exercituum. Et cuſtodite vos in ſpiritu veſtro, & ne fraudetis.

a fraudat̃ quiſque a fratre ſuo.

b agentē & cōſentientē, & etiā ꝓ eo orantem.

c ne un⁹ quidē id unq; fecit, cui uel tantillū ſupeſſet ſpūs: & quid un⁹ ille Abrahā fecit? quærebat ille ſane ꝓmiſſum ſibi a deo ſemen: ſed non propterea inuitæ uxori aliam ſuperinduxit.

d & operiet iniquitatem tegumento ſuo, id eſt, non diffamabitur, ut cum uxor antea diffamabat.

¶De Iohanne præcurſore, & Chriſti aduentu. CAP. III.

A LAborare feciſtis dominum verbis veſtris: & dixiſtis: In quo laborare fecimus eum? Dum dicitis: Omnis qui facit malum, bon⁹ eſt in oculis domini, & in eis ipſe placuit, aut vbi eſt deus iudicij? Ecce mitto angelum meum, & vertet viā ante faciem meam: & ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem vos quæritis, & angelus fœderis, quem vos vultis: ecce venit, dixit dominus exercituum. Et quis ferre poterit diem, quando veniet? Et quis poterit ſtare quum apparuerit? Ipſe enim tanquam ignis conflans, & tanquā borith fullonū. Et ſedebit conflans, & emmundans argentum, & purgabit fi

B lios Leui, & conflabit eos ſicut aurum, & ſicut argentum, & domino offerent mun⁹ in iuſtitia. Et dulceſcet domino ſacrificium Iehudah, & Ieruſalaim, ſecundum dies ſeculi, & ſecundum annos antiquos. Et accedam ad vos ad iudicium & ero teſtis velox in maleficos, & adulteros, & iurantes mendaciter, & vi retinentes mercedem mercenarij, viduam, & pupillum, & peruertentes peregrinum, nec timuerunt me, dixit dominus exercituum. Ego enim dominus non ſum mu

C tatus, & vos filij Iahacob non [e] conſumpti eſtis. A diebus patrum veſtrorum receſsiſtis ab inſtitutis meis, et nō cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dixit dominus exercituum. Et dixiſtis: In quo reuertemur? Nunquid rapiet homo quæ ſunt dei, quia vos rapitis mea? Et dixiſtis: In quo rapuim⁹ tua? In decima, & oblatione. Maledictione maledicti eſtis, & mea rapitis gēs omnis. Afferte omnem decimam in domum theſauri, & ſit qd' rapitis in domo mea, & probent me in hoc, dixit dominus exercituum: ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & [f] euacuauero vobis benedictionē, adeo vt nō ſint vobis ſufficientia vaſa. Et increpabo in vobis deuorantē, & non corrumpet vobis fructum terræ, nec vobis orbabit vitis fru

D ctum ſuum in agro, dixit dominus exercituum. Et beatificabunt vos omnes gentes: quia vos eritis terra deſyderabilis, dixit dominus exercituum. Inualuerunt cōtra me verba veſtra, dixit dominus. Et dixiſtis: Quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis: Vanum eſt colere deum, & quid emolumenti, ꝙ cuſtodierimus cuſtodiam eius, & ꝙ ambulauerimus humiliter à facie domini exercituum? Et nūc beatificamus ſuperbos, etiam ædificati ſunt facientes impietatem, etiā probauerūt deū, & euaſerunt. Tunc locuti ſunt timentes dominū, vnuſquiſq; ad amicū ſuum: & attēdit domin⁹, & audiuit, & ſcriptus eſt liber memorialis corā eo, timentibus dñm, & cogitantibus nomen ei⁹. Et erunt mihi, dixit domin⁹ exercituum, in die quā facio, ꝓpeculiū: parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et conuertemini, & diſcernetis inter iuſtum & impium, inter ſeruientem deo & eum qui non ſeruit ei.

e falſo uos me mutabilē accuſatis, quũ contra ꝓmiſſa patrũ uos cōſũpſerim.

f effudero in uos.

¶De



¶De die aduētus Chriſti, de uēturo Eliiah. CAP. IIII.

A ECce enim dies venit ardens tanq; clibanus. Et erunt oēs ſuperbi, & omnes facientes impietatem, vt ſtipula, & inflammabit eos dies venturus, dixit dominus exercituum, quia non derelinquet eis radicē & ramum. Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas erit in alis eius: & egrediemini, & multiplicabimini ſicut vituli ſaginati. Et diruetis impios quum fuerint vt puluis ſub plantis pedum veſtro

B rum in die quam facio, dixit dominus exercituum. Mementote legis Moſeh ſerui mei, quam mandaui ei in Choreb ad oēm Iſrael, ſtatuta, & iudicia. Ecce mitto vobis Eliiah prophetam, antequam veniat dies domini magnus, & terribilis. Et cōuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram occiſione.

FINIS.

# LIBER PRIMVS MACcabæorum.

¶Alexandro Magno mortuo, rex Antiochus Aegyptum, & Ieruſalaim, ſuę ſubiecit ditioni, & Ieruſalaim exuſta, proprias leges cōdit, & dei legem ſeruari uetat. CAPVT I.

A ET FACTVM EST poſtquam percuſsit Alexāder Philippi rex Macedo, qui prim⁹ regnauit in Gręcia, egreſſus de Chetiim, Darium regē Perſarum, & Medorum, cōſtituit prælia multa, & obtinuit omniū munitiones, & interfecit reges terræ. Et ꝑtrāſiit vſque ad fines terræ, & accepit ſpolia multitudinis gentium, & ſiluit terra in conſpectu eius. Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis, & exaltatū eſt, & eleuatum cor ei⁹, & obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti ſunt illi in tributum. Et poſt hæc decidit in lectum, & cognouit, quia moreretur. Et vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutri

B ti à iuuētute ſua, & diuiſit illis regnum ſuum cum adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis XII. & mortuus eſt. Et obtinuerunt pueri eius regnū, vnuſquiſq; in loco ſuo, & impoſuerunt omnes ſibi diademata poſt mortem eius, & filij eorum poſt eos annis multis, & multiplicata ſunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati Antiochus illuſtris filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obſes, & regnauit in anno centeſimo triceſimoſeptimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerūt multis, dicentes: Eamus, & diſponamus teſtamentum cum gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſsimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regē, & dedit illis poteſtatem vt facerent iuſtitiam gentium. Et ædificauerunt gymnaſium in Ieruſalaim ſecundum leges nationum, & fecerunt ſibi præputia, & receſ

C ſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt nationibus, & venūdati ſunt vt facerent malum. Et paratum eſt regnum in cōſpectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Aegypti, vt regnaret ſuper duo regna. Et intrauit in Aegyptum in multitudine graui in curribus, & elephantis, & equitibus, & copioſa nauium multitudine. Et conſtituit bellum aduerſus Ptolomæum regē Aegypti. Et veritus eſt Ptolomæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Aegypti, & accepit ſpolia terræ Aegypti. Et cōuertit Antiochus poſtq; percuſsit Aegyptum, in centeſimo & quadrageſimo & tertio anno: & aſcēdit ad Iſrael, & aſcēdit Ieruſalaim in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationem cū ſuperbia, & accepit altare aureū, & candelabrū luminis, & vniuerſa vaſa eius, & mēſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentū aureum quod in facie templi erat, & cōminuit omnia. Et accepit argentum, & aurū, & vaſa cōcupiſcibilia, & accepit theſauros multos quos inuenit, & ſublatis omnibus abiit in terram ſuam. Et fecit cædem hominum, & locutus eſt in ſuperbia magna. Et factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni loco eorum. Et ingemuerunt principes, & ſeniores, & iuuenes, & virgines infirmati ſunt, & ſpecioſitas mulierum immu

D tata eſt. Omnis maritus ſumpſit lamētum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebant, & cōmota eſt terra ſuper habitantes in ea, & vniuerſa domus Iahacob, induit cōfuſionem. Et poſt duos annos dierum miſit rex principem tributorum in ciuitates Iehudah, & venit Ieruſalaim cum turba magna. Et locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei. Et irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſsit eam plaga magna, & perdidit populum multū ex Iſrael. Et accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni. Et deſtruxit domos eius, & muros eius in circuitu, & captiuas duxerunt mulieres, & natos, & pecora poſſederunt. Et ædificauerunt ciuitatē Dauid muro magno, et firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis in arcem. Et poſuerunt illic gentem peccatricē viros iniquos, & conualuerunt in ea. Et poſuerunt arma, & eſcas, & congregauerunt ſpolia Ieruſalaim, & repoſuerunt illic, & facti ſunt in laqueum magnum. Et

E factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationi, & in diabolum malum in Iſrael. Et effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis, & contaminauerunt ſanctificationem. Et fugerunt habitatores Ieruſalaim propter eos, & facta eſt habitatio exterorum, & facta eſt extera ſemini ſuo, & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum: ſabbata ei⁹ in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius, & ſublimitas eius conuerſa eſt in luctum Et ſcripſit rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus. Et reliquerunt vnuſquiſq; legē ſuam, & conſenſerunt omnes gentes ſecūdum verbnm regis Antiochi. Et multi ex Iſrael conſenſerunt ei, & ſacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt ſabbatum. Et miſit rex Antiochus libros per manus nunciorum in Ieruſalaim, & in omnes ciuitates Iehudah, vt ſequerentur leges gentium terræ, & prohiberent holocauſta, & ſacrificia, & placationes fieri in templo dei, & prohiberent celebrare ſabbatum, & dies ſolēnes. Et miſit coinquinari ſancta,

F & ſanctum populum Iſrael. Et iuſsit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes ſuillas, & pecora communia, et relinquere filios ſuos incircunciſos, & coinquinari animas eorū in omnibus immundiciis & abominationibus, ita vt obliuiſcerentur legem, & immutarent omnes ſanctificationes dei. Et quicunque non feciſſent ſecundum verbum regis Antiochi morerentur. Secundum oīa verba hæc ſcripſit omni regno ſuo, & præpoſuit principes populo qui hæc fieri cogerent. Et iuſſerunt ciuitatibus Iehudah ſacrificare. Et congregati ſunt multi de populo ad eos, qui dereliquerant legem domini, & fecerunt mala ſuper terrā, & effugauerunt populum Iſrael, in abdytis, & in abſconditis fugitiuorum locis. Die quintadecima menſis Caſleu, quinto & quadrageſimo, et centeſimo anno, ædificauit rex Antiochus abominandū idolū deſolationis ſuper altare dei, & per vniuerſas ciuitates Iehudah in circuitu ædificauerunt aras, & ante ianuas domorum, & in plateis incēdebāt thura, & ſacrificabāt. Et libros legis dei cōbuſſerunt

G igni ſcindētes eos, & apud quemcūq; inueniebātur libri teſtamēti dñi, & qcūq; obſeruabat legē dñi, ſecūdū edictū regis trucidabāt eū. In virtute ſua faciebāt hæc populo Iſrael, qui inueniebatur in omni menſe in ciuitatibus. Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabant ſuper aram quæ erat contra altare, & mulieres quæ circuncidebant filios ſuos trucidabantur ſecundū iuſſum regis Antiochi. Et ſuſpendebant pueros à

ceruicibus per vniuerſas domos eorum,& eos qui circunde-
derant illos trucidabant. Et multi de populo Iſrael diffinierũt
apud ſe,vt non manducarent immunda, & elegerunt magis
mori,q̃ cibis coinquinari immundis,& noluerunt infringere
legem dei ſanctam,& trucidati ſunt. Et facta eſt ira magna ſu-
per populum Iſrael valde.

¶Mattithiah & filiorum dolor propter afflictionẽ Iſrael, eiuſdem zelus in ſacrificantem idolis,&c. CAP. II.

A IN diebus illis ſurrexit Mattithiah filius Iochanã filij Simhõ
ſacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſalaim,& conſcendit in mõ
te Modin. Et habebat filios quinque:Iochanan,qui cognomi
nabatur Gaddis,& Simonem,qui cognominabatur Thaſi,et
Iehudah,qui vocabatur Maccabæ⁹,& Elhazar,qui cognomi
nabatur Abaron,& Ionathan qui cognominabatur Daph⁹.
Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iehudah,& in Ieru-
ſalaim. Et dixit Mattithiah:Væ mihi. Vt quid natus ſum vide
re contritionem populi mei,& contritionem ciuitatis ſanctę,
& ſedere illic cum datur in manibus inimicorum?Sãcta in ma
nu extraneorum facta ſunt templum eius ſicut homo ignobi-
lis. Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſunt,trucidati ſunt ſenes
eius in plateis,& iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorũ.
B Quæ gens non hæreditauit regnum eius,& non obtinuit ſpo
lia eius?Omnis compoſitio eius ablata eſt. Quæ erat libera, fa
cta eſt ancilla. Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, et
claritas noſtra deſolata eſt,& coinquinauerunt eã gẽtes. Quo
ergo nobis adhuc viuere?Et ſcidit veſtimenta ſua Mattithiah,
& filij eius,& operuerunt ſe ciliciis,& planxerunt valde. Et ve
nerunt illuc qui miſsi erant à rege Antiocho,vt cogerent eos,
qui confugerant in ciuitatem Modin immolare,& accendere
thura,& à lege dei diſcedere. Et multi de populo Iſrael conſen
tientes acceſſerunt ad eos. Sed Mattithiah,& filij eius conſtan
ter ſteterunt. Et reſpondentes qui miſsi erant ab Antiocho di
xerunt ipſi Mattithiah:Princeps & clariſsimus, & magnus es
in hac ciuitate,& ornatus filiis & fratrib⁹. Ergo accede prior,
& fac iuſſum regis ſicut fecerunt omnes gentes & viri Ie-
hudah, & qui remanſerunt in Ieruſalaim. Et eris tu & filij tui
inter amicos regis,& amplificatus auro,& argento,& muneri
C bus multis. Et reſpondit Mattithiah,& dixit magna voce: Et
ſi omnes gentes regi Antiocho obediunt vt diſcedãt vnuſqſ-
que à ſeruitute legis patrum ſuorum,& conſentiant mãdatis,
eius,ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum no
ſtrorũ. Propitius ſit nobis deus:nõ eſt nobis vtile relinq̃re le-
gem & iuſtitias dei. Non audiemus verba regis Antiochi,nec
ſacrificabimus tranſgredientes legis noſtræ mandata vt eam⁹
altera via. Et vt ceſſauit loqui verba hæc:acceſsit quidam Ie-
hudæus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper Aram in
ciuitate Modin ſecundum iuſſum regis. Et vidit Mattithiah,
& doluit,& contremuerunt renes eius. Et accẽſus eſt furor ei⁹
ſecundum iudicium legis,& inſiliens trucidauit eum ſuper A-
D ram. Sed & virum quem rex Antiochus miſerat,qui cogebat
immolare occidit in ipſo tempore & Aram deſtruxit. Et zela-
tus eſt legẽ ſicut fecit Pinchas Zimbri filio Salomi. Et exclama
uit Mattithiah,voce magna in ciuitate dicens:Omnis qui ze-
lum habet legis ſtatuens teſtamentum exeat poſt me. Et fugit
ipſe & filij eius in montes,et reliquerunt quæcunq; habebant
in ciuitate. Tunc deſcenderũt multi quærentes iudicium, et iu
ſtitiam in deſertum,& ſederunt ibi ipſi & filij eius et mulieres
eorum,& pecora eorum,quoniam inundauerunt ſuper eos
mala. Et renunciatum eſt viris regis & exercitui qui erant in
Ieruſalaim ciuitate Dauid,quoniam diſceſsiſſent viri quidam
qui diſsipauerunt mandatum regis in loca occulta in deſerto,
& abiiſſent poſt illos multi. Et ſtatim perrexerunt ad eos et cõ
ſtituerunt aduerſus eos prælium in die ſabbatorum,et dixerũt
ad eos:Reſiſtitis & nunc adhuc?Exite & facite ſecundum ver-
bum regis Antiochi,et viuetis. Et dixerunt:Nõ exibimus, ne-
que faciemus verbum regis:vt polluam⁹ diem ſabbatorum.
Et concitauerunt aduerſus eos prælium. Et non reſponderunt
eis,nec lapidem miſerunt in eos: nec opilauerũt loca occulta,
dicentes:Moriamur omes in ſimplicitate noſtra,& teſtes erũt
ſuper nos cœlum & terra quod iniuſte perditis nos. Et intule
tunt illis bellum ſabbatis. Et mortui ſunt ipſi et vxores eorũ.
& filij eorum,& pecora eorum vſque ad mille animas homi-
E num. Et cognouit Mattithiah,et amici eius,& luctũ habuerũt
ſuper eos valde. Et dixit vir proximo ſuo: Si omnes fecerim⁹
ſicut fratres noſtri fecerunt & non pugnauerimus aduerſus gẽ
tes pro animab⁹ noſtris,& iuſtificationibus noſtris, citius diſ-
perdent nos à terra. Et cogitauerunt in die illa dicentes:Omis
homo quicunq; venerit ad nos in bello die ſabbatorum, pu-
gnemus aduerſus eum,& non moriemur omnes ſicut mortui
ſunt fratres noſtri in occultis. Tunc congregata eſt ad eos ſy-
nagoga Iehudæorum fortis viribus ex Iſrael,omnis volunta-
rius in lege,& omnes qui fugiebãt à malis additi ſunt ad eos,
& facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum,
& percuſſerunt peccatores in ira ſua,& viros iniquos in indi-
gnatione iſta,& cæteri fugerunt ad nationes vt euaderent. Et
circuiuit Mattithiah,& amici eius,& deſtruxerunt Aras,& cir
F cunciderunt pueros incircunciſos quotquot inuenerunt in fi-
nibus Iſrael in fortitudine. Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ, &
proſperatum eſt opus in manibus eorum. Et obtinuerunt le-
gem de manibus gentium,& de manibus regum,& non dede
runt cornu peccatori. Et appropinquauerũt dies Mattithiah
moriendi,& dixit filiis ſuis:Nunc confortata eſt ſuperbia, &
caſtigatio,& tempus euerſionis,& ira indignationis. Nunc er
go filij ęmulatores eſtote legis,et date animas veſtras pro teſta
mento patrũ,& memẽtote operũ patrum quæ fecerunt in ge
nerationibus ſuis,& accipietis gloriã magnam,& nomẽ æter
num. Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis,& re-
putatum eſt ei ad iuſtitiã?Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cu-
ſtodiuit mandatum,et factus eſt dominus Aegypti. Pinchas
pater noſter zelando zelum dei accepit teſtamentũ ſacerdotij
G æterni. Iehoſuah dum impleuit verbũ factus eſt dux in Iſrael.
Caleb dum teſtificatur in eccleſia accepit hæreditatẽ. Dauid in Gene.22.c.
ſua miſericordia cõſecutus eſt ſedẽ regni in ſecula. Eliiah dum Gene.39.b.
zelat zelum legis,recept⁹ eſt in cœlum. Chananiah Hazariah, Nume.25.c. Ioſue.1.d.
& Miſael credentes liberati ſunt de flãma. Daniel in ſua ſimpli- Nume.14.a.
citate liberatus eſt de ore leonũ. Et ita cogitate p generationẽ Nume.25.c. 1.Reg.24.d.
& generationem,quia omnes qui ſperant in eum nõ infirman 4.Reg.2.
tur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius Daniel.3.g. Daniel.6.f.
ſtercus,& vermis eſt. Hodie extollitur,& cras non inuenitur,
quia conuerſus eſt in terrã ſuam,et cogitatio eius periit. Vos
ergo filij confortamini,& viriliter agite in lege,quia cum fece
ritis quæ vobis præcepta ſunt in lege à domino deo veſtro in
ipſa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter ſcio q vir con-
ſilij eſt. Ipſum audite ſemper,& ipſe erit vobis pater. Et Iehu-
dah Maccabæus fortis viribus à iuuentute ſua ſit vobis prin-
ceps militiæ,& ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad vos
omes factores legis,& vindicate vindictam populi veſtri. Re-
tribuite retributionem gentibus,et intendite in pręceptum le
gis. Et benedixit eos,et appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defun-
ctus eſt anno centeſimo quadrageſimo ſixto, et ſepultus eſt à
filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in Modin, & planxe-
runt eum omnis Iſrael planctu magno.

¶Iehudas Iehudæis præfectus,Apollonium,Seronẽ Syriæ principem interficit,& contra Lyſiam ab Antiocho exercitui pfectũ pugnare ſtatuit.
CAP. III.

A ET ſurrexit Iehudah,qui vocabatur Maccabæus fili⁹ eius
pro eo,& adiuuabant eum omes fratres eius,& vniuer-
ſi qui ſe coniunxerant patri eius,et præliabantur præliũ Iſrael
cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo ſuo,et induit ſe lori-
cam ſicut gigas,et ſuccinxit ſe arma bellica ſua in pręliis,& p-
tegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operib⁹
ſuis, et ſicut catulus leonis rugiens in venatione. Et perſe-
cutus eſt iniquos perſcrutans eos, et qui conturbabat
populum



populum ſuum,eos ſuccendit flammis. Et repulſi ſunt inimi-
ci eius præ timore eius. Et omnes operarij iniquitatis con-
turbati ſunt. Et directa eſt ſalus in manu eius, & exacerbabat
reges multos,& lætificabat Iahacob in operibus ſuis:in ſecu-
lum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuita-
tes Iehudah,& perdidit impios ex eis,& auertit irã ab Iſrael.
Et nominatus eſt vſque ad nouiſsimum terræ,& cõgregauit
B peuntes. Et cogregauit Apollonius gentes,& à Semariah vir
tutem multam,& magnam ad bellandum contra Iſrael. Et co
gnouit Iehudah,& exiuit obuiam illi,& percuſsit,& occidit il
lum. Et ceciderunt vulnerati multi,& reliqui fugerunt,& acce
pit ſpolia eorum. Et gladium Apollonij abſtulit Iehudah, &
erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron prin-
ceps exercitus Syriæ,quod congregauit Iehudah cõgregatio
nem,& eccleſiam fidelium ſecum,& ait:Faciam mihi nomen
& glorificabor in regno,& debellabo Iehudam,& eos q cum
ipſo ſunt,qui ſpernebant verbum regis. Et præparuit ſe,& a-
ſcenderunt cum eo caſtra impiorum fortes auxiliarij, vt face-
rent vindictam in filios Iſrael. Et appropinquauerunt vſque
Bethchoron. Et exiuit Iehudah obuiam illis cum paucis. Vt
autem viderunt exercitum venientem ſibi obuiam dixerũt Ie-
hudah:Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitu
dinem hanc tantam & tam fortem?Et nos fatigati ſumus ieiu-
nio hodie. Et ait Iehudah:Facile eſt concludi multos in manu
paucorum,& non eſt differentia in conſpectu dei cœli libera-
re in multis & in paucis,quoniam non in multitudine exercit⁹
C victoria belli,ſed de cœlo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos in
multitudine contumaci & ſuperba,vt diſperdant nos,& vxo
res noſtras,& filios noſtros,& vt ſpolient nos. Nos verò pu-
gnabimus pro animabus noſtris,& legibus noſtris,& ipſe do
minus conteret eos ante faciem noſtram. Vos autem ne timue
ritis eos. Vt ceſſauit autem loqui,inſiliuit in eos ſubito. Et con
tritus eſt Seron,& exercitus eius in conſpectu ipſius,& perſe-
cutus eſt eum in deſcenſum Bethchoron vſq; in campum. Et
ceciderunt ex eis octingenti viri,reliqui autem fugerunt in ter
ram Peliſtim. Et cecidit timor Iehudæ ac fratrum eius, & for-
mido ſuper omnes gentes in circuitu eorũ,& peruenit ad re-
gem nomen eius & de præliis Iehudæ narrabant omnes gen-
tes. Vt audiuit autem rex Antiochus ſermones iſtos iratus
D eſt animo. Et miſit, & congregauit exercitum vniuerſi regni
ſui caſtra fortia valde,& aperuit ærarium ſuum & dedit ſtipẽ-
dia exercitui in annum,& mandauit illis vt eſſent parati ad o-
mnia. Et vidit q defecit pecunia de theſauris ſuis,& tributa re
gionis modica propter diſſenſionem & plagam quam fecit in
terra,vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus,& timuit
ne non haberet,& ſemel,& bis in ſumptus,& donaria quæ de
derat ante larga manu,et abundauerat ſuper reges qui ante eũ
fuerant. Et conſternatus erat animo valde. Et cogitauit ire in
Perſidem,& accipere tributa regionum,& congregare argen
tum multum. Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de gene-
re regali ſuper negocia regia à flumine Euphrate vſque ad flu-
mẽ Aegypti,& vt nutriret Antiochũ filiũ ſuũ donec rediret.
Et tradidit ei medium exercitũ,& elephantos, & mandauit ei
de omnibus quæ volebat,& de inhabitantibus Iehudæam,et
Ieruſalaim,& vt mitteret ad eos exercitũ ad conterendã, & ex
tirpandam virtutẽ Iſrael,& reliquias Ieruſalaim,& auferendã
memoriã eorũ de loco,& vt cõſtitueret habitatores filios alie
nigenas in omnibus finibus eorũ,& ſorte diſtribueret terram
E eorum. Et rex aſſumpſit partem exercitus reſidui, & exiuit ab
Antiochia ciuitate regni ſui anno cẽteſimo,& quadrageſimo
ſeptimo,& transfretauit Euphratem flumen & pambulabat
ſuperiores regiones. Et elegit Lyſias Ptolomæum filium Pori
meni,& Nicanorem, & Gorgiam viros potẽtes ex amicis re
gis,& miſit cum eis quadraginta milia virorum,& ſeptem mi
lia equitum,vt venirent in terram Iehudah,& diſperderent eã
ſecundum verbum regis. Et proceſſerunt vt irent cum vniuer
ſa virtute ſua. Et venerunt,& applicauerunt Emmanaũ in ter-
ra campeſtri. Et audierunt mercatores regionum nomen eo-
rum,& acceperunt argentũ,& aurum multum valde, & pue-
ros,& venerunt in caſtra vt acciperent filios Iſrael in ſeruos,&
F additi ſunt ad eos exercitus Syriæ,& terræ alienigenarũ. Et vi
dit Iehudah,& fratres eius,quia multiplicata ſunt mala, & ex-
ercitus applicabat ad fines eorum,& cognouerunt verba re-
gis quæ mandauit populo facere in interitum,& conſumma-
tionem. Et dixerunt vnuſquiſq; ad proximũ ſuum: Erigamus
deiectionem populi noſtri,& pugnem⁹ pro populo noſtro,
& ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus vt eſſent pa-
rati in prælium,& vt orarent,& peterẽt miſericordiam,et mi
ſerationes. Et Ieruſalaim non habitabatur,ſed erat ſicut deſer-
tum. Non erat qui ingrederetur,& egrederetur de natis eius.
& ſanctum conculcabatur,& filij alienigenarum erant in arce,i-
bi erat habitatio gentium. Et ablata eſt voluptas à Iahacob,et
defecit ibi tibia, & cithara. Et congregati ſunt,& venerunt in
Miſpath contra Ieruſalaim,quia locus orationis erat in Miſ-
path ante in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die,& induerunt ſe cili-
ciis,& cinerem impoſuerunt capiti ſuo,& ſciderunt veſtimen
ta ſua,& expanderunt libros legis de quibus ſcrutabantur gẽ-
tes ſimilitudinem ſimulachrorum ſuorum,& attulerunt orna
menta ſacerdotalia,& primitias,& decimas, & ſuſcitauerunt
Nazaræos qui impleuerant dies:& clamauerũt voce magna
in cœlum dicentes:Quid faciemus iſtis,& quo eos ducemus?
G Et ſancta tua conculcata ſunt,& contaminata ſunt,& ſacerdo
tes tui facti ſunt in luctum,& in humilitatem. Et ecce nationes
conuenerunt aduerſum nos vt nos diſperdant. Tu ſcis quę co
gitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eo
rum,niſi tu deus adiuues nos?Et tubis exclamauerũt voce ma
gna. Et poſt hæc conſtituit Iehudah duces populi,tribunos et
centuriones pẽtacontarchos, & decuriones,& dixit his qui ę-
dificabant domos,& ſponſabant vxores,& plantabãt vineas,
& formidoloſis,vt redirent vnuſquiſque in domũ ſuam ſecun
dum legem. Et mouerũt caſtra,& collocauerunt ad auſtrum
Emmaum. Et ait Iehudah: Accingimini & eſtote parati in ma
ne vt pugnetis aduerſus nationes has quæ conuenerunt diſp-
dere nos & ſancta noſtra,quoniam melius eſt nos mori in bel-
lo,quàm videre mala gentis noſtræ,& ſanctorũ. Sicut autem
fuerit voluntas in cœlo,ſic fiat.

¶Gorgiæ & Lyſiæ exercitus proſternuntur. Iehudas tẽplũ purificat,altare dedicat,& templum exornat. CAP. IIII.

A ET aſſumpſit Gorgias quinq; milia virorũ,& mille eqtes
electos. Et mouerunt caſtra nocte vt applicarent ad ca-
ſtra Iehudæorum:& percuterent eos ſubito. Et filij qui erant
ex arce erant illis duces. Et audiuit Iehudah,& ſurrexit ipſe &
potentes percutere exercitum regis, qui erant in Emmaum.
Adhuc em̃ diſperſus erat exercitus à caſtris. Et venit Gorgias
in caſtra Iehudę noctu & neminem inuenit. Et quærebat eos
in montibus;quoniam dixit fugiũt hi à nobis?Et cum dies fa-
ctus eſſet,apparuit Iehudah in campo cum tribus milibus vi-
rorum tantum:qui tegumenta et gladios non habebãt. Et vi-
derunt caſtra gentium valida & loricatos & equitatus in cir-
cuitu eorum:& hi docti ad prælium,& ait Iehudah,viris qui
ſecum erant:Ne timueritis multitudinem eorum:& impetum
eorum ne formidetis. Mementote qualiter ſalui facti ſunt pa-
tres noſtri in mari rubro,cum ſequeretur eos Parhoh,cum ex
ercitu multo. Et nunc clamemus in cœlum:et miſerebitur no-
ſtri dñs et memor erit teſtamenti patrum noſtrorum,& cõte-
B ret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie,& ſciẽt omes
gentes,quia eſt deus qui redimat et liberet Iſrael. Et leuauerũt Exod.14.g.
alienigenę oculos ſuos,et viderũt eos venientes ex aduerſo. Et
exierũt de caſtris in p̃liũ:et tuba cecinerũt hi q erãt cum Iehu-
dah. Et cõgreſsi ſunt & cõtritæ ſunt gẽtes et fugerũt in cãpũ.
Nouiſsimi aũt ceciderũt in gladio & pſecuti ſunt eos vſq; Ga-
zeron, et vſq; in cãpos Edomęæ et Aſdod et Iabneh et ceci-
derũt ex illis vſq; ad tria milia virorũ. Et reuerſus eſt Iehudah,
et exercit⁹ eius ſequẽs eũ. Dixitq; ad populũ: Nõ cõcupiſcatis

ſpolia:quia bellum contra nos eſt & Gorgias et exercitus eius prope nos in montibus:ſed ſtate nūc cōtra inimicos noſtros B & expurgate eos & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri.Et adhuc loquente Iehudah hæc,ecce apparuit pars quædam proſpiciens de monte.Et vidit Gorgias quod in fugam conuerſi ſunt ſui, & ſuccenſa ſunt caſtra.Fumus enim qui videbatur declarabat quod factum eſt.Quibus ille conſpectis timuerunt valde aſpicientes ſimul,& Iehudam & exercitum in campo paratum ad prælium.Et fugerunt omnes in campo alienigenarum, & Iehudah reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum.Et acceperunt aurum multum,& argentum,& hyacinthum & purpuram marinā, & opes magnas,& conuerſi hymnum canebant,& benedicebant deum in cœlum quoniam bonus eſt,quoniam in ſeculū miſericordia eius.Et facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa.

C Quicunque autem alienigenarum euaſerunt,venerunt,& nunciauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant.Quibus ille auditis conſternatus animo deficiebat quod non qualia voluit, talia contigerunt in Iſrael,& qualia mādauit rex.Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorum electorum ſexaginta milia,et equitum quinque milia vt debellaret eos.Et venerunt in Iehudæam,& caſtra poſuerunt in Bethchoron.Et occurrit illis Iehudah,cum decem milibus viris.Et viderunt exercitum fortem,& orauit,& dixit: Benedictus es ſaluator Iſrael qui cōtriuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Dauid, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius,conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſrael,et cōfundatur in exercitu ſuo,& equitibus.Da illis formidinem & tabefac audaciam virtutis eorum,& commoueātur cōtritione ſua.Deiice illos gladio diligētium te,& collaudent te omēs D qui nouerunt nomen tuum in hymnis.Et commiſerunt prælium,& ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque milia virorū.

2.Reg.7.f. Videns autem Lyſias fugam ſuorum,& Iehudæorum audaciam,& quod parati ſunt viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam,& elegit milites vt multiplicati rurſum venirēt in Iehudæam: 2.Reg.14.b. Dixit aūt Iehudah,& fratres eius:Ecce contriti ſunt inimici noſtri,aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare.Et cōgregatus eſt omnis exercitus,& aſcenderunt in mōtē Siion.Et viderunt ſanctificationem deſertam,& altare ꝓphanatum,& portas exuſtas,& in atriis virgulta nata ſicut in ſaltu vel in montibus,& paſtophoria diruta.Et ſciderunt veſtimēta ſua,et planxerunt planctu magno.Et impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum,& ceciderunt in faciem ſuper terram,& exclamauerunt tubis ſignorum,et clamauerunt in cœlum. E Tunc ordinauit Iehudah,viros vt pugnarent aduerſus eos qui erāt in arcē,donec emundarent ſancta.Et elegit ſacerdotes ſine macula voluntatem habentes in lege dei,& mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immūdum.Et cogitauit de altari holocauſtorum quod prophanatum erat, quid de eo faceret.Et incidit in conſilium bonum vt deſtrueret illud;ne forte illis eſſet in opprobrium quia contaminauerunt illud gentes.Et demoliti ſunt illud,& repoſuerūt lapides in monte domus in loco apto quoad veniret propheta & reſponderet de eis.Et acceperunt lapides integros ſecundū legē, & ædificauerunt altare nouum ſecūdum illud quod fuit priꝰ, & ædificauerunt ſancta & quæ intra domum erant intrinſecꝰ, & ædem & atria ſanctificauerunt,& fecerūt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrū & altare incenſorum & menſam in templum. Et incenſum poſuerunt ſuper altare,& accenderūt lucernas quæ ſuper candelabrum erant,& lucebāt in templo. F Depoſuerunt ſuper menſam panes,& appenderūt velamina, & conſummauerunt omnia opera quæ fecerant.Et ante matutinum ſurrexerunt quinta & vigeſima die menſis noni, hic eſt menſis Caſleu centeſimi quadrageſimi octaui anni, & obtulerunt ſacrificiū ſecundum legem ſuper altare holocauſtorū nouum quod fecerunt.Secundum tempꝰ & ſecundum diem in qua contaminauerunt illud gentes:in ipſa renouatum eſt in canticis et citharis & cynaris & cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem,& adorauerunt & benedixerunt in cœlum eum qui proſperauit eis.Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo:& obtulerūt holocauſta:cum lætita,& ſalutaria laudis.Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & ſcutulis,& dedicauerunt portas & paſtophoria,& impoſuerunt eis ianuas.Et facta eſt lætitia in populo magna valde,et auerſum eſt opprobrium gentium.Et ſtatuit Iehudah,& fratres eius,et vniuerſa eccleſia Iſrael:vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis,ab anno in annum per dies octo,à quinta et viceſima die menſis Caſleu:cum lætitia & gaudio.Et ædificauerūt in tempore illo montem Siion,& per circuitum muros altos & turres firmas:ne quando venirent gentes & conculcarēt eū ſicut antea fecerunt.Et collocauit illic exercitum vt ſeruarent eum,& muniuit eum ad cuſtodiendam Bethſuram: vt haberet populus munitionem contra faciem Edomææ.

¶ Iehudas, gentem ciuitatis extructionem uolentem impedire,ſupprimit:& Timotheū ſemel atqꝫ iterū deuincit.Ioſephus gloriæ cupidus,uincitur a Gorgia. Iehudas adhortatur Simonem fratrem ſuū ut copias paret,quibus liberet fratres in Galil. CAP. V.

A ET factum eſt vt audierunt gentes in circuitu quia ædificatum eſt altare & ſanctuariū ſicut prius:iratæ ſunt valde,& cogitabant tollere genus Iahacob,qui erant inter eos.Et cœperunt occidere de populo,& perſequi.Et debellabat Iehudah filios Heſau in Edomæa,& eos qui erāt in Arabathane quia circunſedebāt Iſraelitas,& percuſsit eos plaga magna. Et recordatus eſt maliciam filiorum Beau:qui erant populo in laqueum,& in ſcandalum inſidiantes ei in via. Et concluſi ſunt ab eo in turribus.Et applicuit ad eos & anathematizauit eos,& incendit turres eorum igni cum omnibꝰ qui in eis erāt. Et tranſiuit ad filios Hammon & inuenit manum fortem & populum copioſum,et Timotheum ducem ipſorum. Et cōmiſit cum eis prælia multa,& contriti ſunt in conſpectu eorū, et percuſsit eos,& cepit Ghezer ciuitatem & filias eiꝰ,et reuerſus eſt in Iehudæam.Et congregatæ ſunt quæ ſunt in Ghilhad aduerſus Iſraelitas qui erant in finibus eorum vt tollerēt eos, B & fugerunt in Datheman munitionem,& miſerunt literas ad Iehudam,& fratres eius,dicentes:Congregatæ ſunt aduerſum nos gentes per circuitum vt nos auferant,& parant venire & occupare munitionem in quam confugimus, & Timotheus eſt dux exercitus eorum.Nunc ergo veni & eripe nos de manibus eorum:quia cecidit multitudo de nobis.Et omnes fratres noſtri qui erant in locis Tubin interfecti ſunt,& captiuas duxerunt vxores eorum & natos & ſpolia,& peremerunt illic fere mille viros.Et adhuc epiſtolæ legebantur,& ecce alij nuncij venerunt de Galil,conſciſsis tunicis nunciantes ſecundum verba hæc,dicentes conueniſſe aduerſum ſe à Ptolomaide & Tyro & Sidone,& repleta eſt omnis Galil.alienigenis,vt nos conſumant.Vt audiuit autem Iehudah,& populus ſermones iſtos:conuenit eccleſia magna cogitare quid facerent fratribꝰ ſuis qui in tribulatione erant & expugnabantur ab eis.Dixitqꝫ Iehudah Simoni fratri ſuo:Elige tibi viros et vade et libera fratres tuos in Galil,ego autem & frater meus Ionathas, ibimus C in Ghilhaditim.Et reliquit Ioſephum filium Zechariæ & Hazariam duces populi cum reſiduo exercitu in Iehudæa ad cuſtodiam,& præcepit illis dicens:Præeſtote populo huic et nolite bellum committere aduerſum gentes donec reuertamur. Et dati ſunt Simōi viri tria milia vt iret in Galil,Iehudę aūt octo milia in Ghilhaditim.Et abiit Simhon in Galil,& commiſit prælia multa cum gentibus,& contritæ ſunt gentes à facie eius,et perſecutus eſt eos vſque ad portam Ptolomaidis.Et ceciderunt de gentibus fere tria milia virorum,& accepit ſpolia eorum,et aſſumpſit eos qui erant in Galil,et in arbatis cū vxoribus natis,et omnibus quæ erant illis,et adduxit in Iehudæā cum lætitia magna.Et Iehudah Maccabæus,et Ionathas frater eius tranſierunt Iarden,et abierunt viam trium dierum in deſertum.Et occurrerunt eis Nabuthæi,et ſuſceperunt eos pacificè,et narrauerunt eis omnia quę acciderant fratribus eorum

in Ghil-

in Ghilhaditide & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa,& Beſer & in Alimis & in Chaſphor & Mageth & Carnaim.Hæ omnes ciuitates munitæ & magnæ.Sed & in cæteris ciuitatibus Ghilhaditis tenentur comprehenſi.Et in craſti- D num conſtituerūt admouere exercitum ciuitatibus his,& cōprehendere & tollere eos in vna die.Et conuertit Iehudah,& exercitus eius viā in deſertum Beſer repente,& occupauit ciuitatem & occidit oēm maſculum in ore gladij,& accepit omīa ſpolia eorum et ſuccendit eam igni.Et ſurrexerunt inde nocte: & ibant vſque ad munitionē.Et factum eſt diluculo cum eleuaſſent oculos ſuos,& ecce populus multus cuius nō erat numerus portantes ſcalas & machinas vt comprehenderent munitionem & expugnarent eos.Et vidi Iehudah quia cœpit bellum,& clamor belli aſcēdit ad cœlū ſicut tuba,& clamor magnus de ciuitate.Et dixit exercitui ſuo:Pugnate hodie pro fratribus veſtris.Et venit tribus ordinibus poſt eos,& exclamauerunt tubis & clamauerunt in oratione.Et cognouerunt caſtra Timothei,quia Maccabæus eſt, & refugerunt à facie eius.Et percuſſerunt eos plaga magna,& ceciderunt ex eis in die illa ferè octo milia virorū.Et diuertit Iehudah in Miſpah & expugnauit & cepit eam:& occidit omnem maſculū eius, & ſumpſit ſpolia eius,& ſuccendit eā igni.Inde perrexit,& cepit Chaſbon & Maged,& Beſer, & reliquas ciuitates Ghilhaditis.Poſt hæc autē verba congregauit Timotheus exercitum alium & caſtra poſuit contra Raphon trans torrentē.Et miſit Iehudah ſpeculari exercitum.Et renunciauerunt ei dicentes:qa conuenerunt ad eum oēs gētes quæ in circuitu noſtro ſunt,& E exercitus multus nimis.Et Arabas cōduxerunt in auxiliū ſibi, & caſtra poſuerunt trans torrentē parati ad te venire in prælium.Et abiit Iehudah obuiā illis.Et ait Timotheus principibus exercitus:Cū appropinquauerit Iehudah & exercitꝰ eius ad torrentem aquæ:ſi tranſierit ad nos prior, non poterimus ſuſtinere eum:quia potens poterit aduerſum nos.Si verò timuerit tranſire & poſuerit caſtra extra flumen,transfretemus ad eos & poterimus aduerſus illum.Vt autē appropinquauit Iehudah ad torrentē aquæ,ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem,& mandauit eis dicens:Neminē hominū reliqueritis, ſed veniant oēs in præliū.Et transfretauit ad illos prior,& omnis populus poſt eū.Et cōtritæ ſunt omnes gentes à facie eorū,& proiecerunt arma ſua,& fugerunt ad phanū quod erat in Carnaim.Et occupauit ipſam ciuitatē,& phanū ſuccendit igni cū omnibus quę erant in ipſo.Et oppreſſa eſt Carnaim,& nō potuit ſuſtinere contra faciem Iehudæ:Et congregauit Iehudah vniuerſos Iſraelitas qui erant Ghilhaditide à minimo vſque ad maximum,& vxores eorum,& natos,& exercitum magnū valde vt veniret in terram Iehudah,& venerunt vſqꝫ Ephrō, & hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita munita valde.Et non erat declinare ab ea dextera vel ſiniſtra,ſed per medium iter erat.Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate,& obſtruxerunt portas lapidibus.Et miſit ad eos Iehudah verbis pacificis dicens: Tranſeamus ꝑ terram veſtram vt eamus in terrā noſtram,& nemo vobis nocebit,tantum pedibus tranſibimus. Et nolebant eis aperire.Et pręcepit Iehudah prędicari in caſtris,vt applicarent vnuſquiſque in quo erat loco.Et applicuerunt ſe F viri virtutis,& oppugnauit ciuitatē illā tota die,& tota nocte. Et tradita eſt ciuitas in manu eius.Et peremerunt omnē maſculum iu ore gladij,& eradicauit eā,& accepit ſpolia eius, & tranſiuit per totam ciuitatem ſuper interfectos.Et tranſgreſsi ſunt Iarden in campo magno contra faciem Bethſan.Et erat Iehudah congregans extremos,& exhortabatur populum ꝑ totam viam donec venirent in terram Iehudah.Et aſcenderūt in montem Siion cum lætitia,& gaudio,& obtulerunt holocauſta,quod nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterentur in pace.Et in diebus quibꝰ erat Iehudah,& Ionathan in terra Ghilhad,& Simon frater eius in Galil cōtra faciem Ptolomaidis, audiuit Ioſephus Zecharię filius,& Hazariah princeps virtutis rex bene geſtas,& pręlia quę facta ſunt, & dixit: Faciamus & ipſi nobis nomen,& eamus,pugnare aduerſus gentes quæ in circuitu noſtro ſunt.Et precepit his qui erāt in exercitu ſuo, & abierūt Sabniā.Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eiꝰ ob- G uiam illis in pugnā.Et fugati ſunt Ioſephus,& Hazariah vſqꝫ in fines Iehudææ,& ceciderūt illa die de populo Iſrael ad duo milia viri.Et facta eſt plaga magna in populo,quia non audierunt Iehudam & fratres eius exiſtimantes fortiter ſe facturos. Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum:per quos ſalus facta eſt in Iſrael.Et viri Iehudah magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſrael,& gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum.Et conuenerunt ad eos fauſta acclamantes.Et exiuit Iehudah,& fratres eiꝰ & expugnabant filios Eſau,in terra quæ ad auſtrū eſt.Et percuſsit Chebrōn & filias eius,& muros eius,& turres eius ſuccendit igni in circuitu.Et mouit caſtra vt iret in terram alienigenarum,& perambulabat Semariam:In illa die ceciderunt ſacerdotes in bello dum volunt fortiter facere,dum ſine conſilio exeunt in prælium.Et declinauit Iehudah in Azdod in terram alienigenarum,& diruit aras eorum,& ſpolia deorum ſuorum ſuccendit igni,& cepit ſpolia ciuitatum,& reuerſus eſt in terram Iehudah.

¶ Antiochi mors,eiuſqꝫ filij ſucceſſio,qui mittens exercitū pro Iehudah debellanda uincitur:& pacem dolo dans,eandem uiolat. CAP. VI.

A ET rex Antiochus perambulauit ſuperiores regiones.Et audiuit eſſe ciuitatē Elimaidē in Perſide nobiliſsimam et copioſam in argento & auro:templūqꝫ in ea locuplex valde. Et illic velamina aurea & loricæ,& ſcuta: quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. Et venit & quærebat capere ciuitatem & deprædari eam. Et nō potuit:qm̄ innotuit ſermo his qui erant in ciuitate.Et inſurrexerunt in prælium.Et fugit inde,& abiit cum triſtitia magna, & reuerſus eſt Babyloniam.Et venit qui nunciaret ei in Perſide:quia fugata ſunt caſtra quæ erant in terra Iehudah, & quia abiit Lyſias cū virtute forti in primis et fugatus eſt à facie Iehudæorum,& inualuerūt armis,& viribus, & ſpoliis multis quę ceperunt de caſtris quæ exciderunt,& quia diruerunt abominationem quam ædificauerant ſuper altare quod erat in Ieruſalaim,& ſanctificationem ſicut prius circundederunt muris excelſis,ſed & Bethſuram ciuitatē ſuā.Et factum eſt vt audiuit B rex ſermones iſtos expauit & cōmotus eſt valde. Et decidit in lectum & incidit in languorē præ triſtitia,quia non eſt factū ſicut cogitabat.Et erat illic per dies multos,quia renouata eſt in eo triſtitia magna.Et arbitratus eſt ſe mori,vocauit oēs amicos ſuos,& dixit illis:Receſsit ſomnus ab oculis meis,& cōcidi & corrui corde præ ſolicitudine.Et dixi in corde meo:In quantam tribulationem deueni,& in quos fluctus triſtitiæ,in qua nunc ſum qui iocundus erā,& dilectus in poteſtate mea? Nunc verò reminiſcor malorum: quæ feci in Ieruſalaim,vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iehudæam ſine cauſa.Cognoui ergo quia propter ea inuenerunt me mala iſta. Et ecce pereo,triſtitia magna in terra aliena. Et uocauit Philippum vnum de amicis ſuis,& præpoſuit eum ſuper vniuerſum regnū ſuum. Et dedit ei diadema,& ſtolam ſuam,et annulum:vt adduceret Antiochum filiū ſuum,& nutriret eū & regnaret.Et mortuus eſt illic Antiochus rex, anno centeſimo quadrageſimonono. Et cognouit Lyſias quoniam mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochum filium eius quem nutriuit adoleſcentem, & vocauit nomen eius Eupatorem.Et hi qui erant in arce cōcluſerant Iſrael in circuitu ſanctorum, & quærebant eis mala ſemper ad firmamentum gentium. Et cogitauit Iehudah diſperdere eos.Et conuocauit vniuerſum populum vt obſiderent eos. C Et conuenerunt ſimul,& obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo,& fecerunt baliſtas & machinas.Et exierunt quidam ex eis qui obſidebantur,& adiunxerunt ſe illis aliqui impij ex Iſrael,& abierunt ad regē & dixerunt: Quouſqꝫ non facis iudicium,& vindicas fratres noſtros.Nos decreuimus ſeruire patri tuo & ambulare in præceptis eius,& obſe-

qui edictis eius,& filij populi noſtri ꝓpter hoc alienebant ſe à
nobis.Et quicunque inueniebātur ex nobis interficiebantur.
Et hæreditates noſtræ diripiebantur. Et non ad nos tantum
extenderunt manum:ſed in omnes fines noſtros.Et ecce appli
cuerunt hodie ad arcem in Ieruſalaim occupare eam,& mu-
nitionem in Bethſurā munierunt.Et niſi præueneris eos ve-
locius,maiora ꝙ hæc faciēt,& nō poteris obtinere eos.Et ira-
tus eſt rex vt hæc audiuit.Et cōuocauit om̄es amicos ſuos,et
principes exercitus ſui, & eos ꝗ ſuper eqtes erāt.Sed & de re-
gnis aliis,& de inſulis maritimis venerunt ad eū exercitus con
ductitius. Et erat numerꝰ exercitꝰ eius cētū milia peditū,& vi
ginti milia equitū,& elephāti triginta duo docti ad p̄liū.Et ve
nerunt ꝑ Edomæā & applicuerunt ad Bethſurā,& pugnaue
D runt dies multos,& fecerunt machinas.Et exierunt & ſuccen-
derunt eas igni,& pugnauerūt viriliter.Et receſsit Iehudah ab
arce,& mouit caſtra ad Bethzacharā cōtra caſtra regis.Et ſur
rexit rex ante lucē,& cōcitauit exercitus in impetū,cōtra viam
Bethzacharan.Et cōparauerūt ſe exercitus in p̄liū,& tubis ce-
cinerunt.Et elephantis oſtēderunt ſanguinē vuæ & mori, ad
acuendos eos in p̄liū.Et diuiſerūt beſtias ꝑ legiones, & aſtite-
rūt ſingulis elephātis mille viri in loricis cōcatenatis,& galeæ
æreæ in capitibus eorū,& q̄ngēti eqtes ordinati vnicuiq; be-
ſtiæ electi erāt.Hi ante tēpus vbicunq; erat beſtia ibi erant, &
q̄cunq; ibat,ibāt:& nō diſcedebāt ab ea.Sed & turres ligneæ
ſuꝑ eos firmæ ꝓtegētes ſuꝑ ſingulas beſtias,& ſuꝑ eas machi-
næ.Et ſuꝑ ſingulas viri virtutis trigintaduo,qui pugnabāt de
ſuper,& intus magiſter beſtiæ,& reſiduū equitatū hinc & inde
ſtatuit in duas partes tubis exercitū cōmouere & perurgere
conſtipatos in legionibus eius.Et vt refulſit ſol in clypeos au-
reos & æreos reſplenduerunt mōtes ab eis,& reſpelnduerunt
ſicut lāpades ignis.Et diſtincta eſt pars exercitus regis ꝑ mon-
E tes excelſos,& alia per loca humilia,& ibāt caute & ordinate.
Et cōmouebantur omnes inhabitātes terrā à voce multitudi-
nis eorū,& inceſſu turbę & colliſione armorū.Erat em̄ exerci-
tus magnus valde & fortis.Et appropiauit Iehudah & exerci
tus eius in prę̄liū,& ceciderunt de exercitu regis ſexcēti viri.Et
vidit Elhazar filius Saura vnā de beſtiis loricatā loricis regis,
& erat eminēs ſuꝑ cæteras beſtias.Et viſum eſt ei ꝙ in ea eſſet
rex,et dedit ſe vt liberaret populū ſuum,& acq̄reret ſibi nomē
æternū.Et cucurrit ad eā audacter in medio legionis interfi-
ciēs à dextris & à ſiniſtris:& cadebāt ab eo huc atque illuc:Et
iuit ſub pedes Elephantis,& ſuppoſuit ſe ei,& occidit eum,&
cecidit in terrā ſuper ipſum,& mortuus eſt illic.Et vidētes vir
tutē regis & imperium exercitus eius diuerterunt ſe ab eis.Ca
ſtra autē regis aſcēderunt cōtra eos in Ieruſalaim,& applicue-
runt caſtra regis ad Iehudæam & mōtem Siion.Et fecit pacē
cum his qui erant in Bethſura.Et exierunt de ciuitate,quia nō
erant eis ibi alimēta concluſis,quia ſabbata erant terræ.Et cō-
prehendit rex Bethſurā,& cōſtituit ibi cuſtodiam ſeruare eā.
Et cōuertit caſtra ad locū ſanctificationis dies multos. Et ſta-
F tuit illic baliſtas,& machinas,& ignis iacula,& tormenta ad la
pides iactandos,& ſpicula,& ſcorpios ad emittēdas ſagittas,
& fundibula.Fecerunt aūt & ipſi machinas aduerſus machi-
nas eorum,& pugnauerunt dies multos.Eſcæ autē non erant
in ciuitate,eo quod ſeptimus annus eſſet,& qui remanſerant
in Iehudæa de gentibus cōſumpſerant reliquias eorum quę re
poſitæ fuerant.Et remanſerunt in ſanctis viri pauci,quoniam
obtinuerat eos fames,& diſperſi ſunt vnuſquiſq; in locū ſuū.
Et audiuit Lyſias quod Philippus quem cōſtituerat rex An-
tiochus,cum adhuc viueret vt nutriret Antiochum filiū ſuū,
vt regnaret reuerſus eſt à Perſide & Media,& exercitus ꝗ ab-
ierat cum ipſo,& quia quærit ſuſcipere regni negocia.Et feſti
nauit ire,& dicere ad regē,& duces exercitus.Deficimus quo-
tidie & eſca nobis modica eſt,& locus quē obſidemus eſt mu
G nitus,& incumbit nobis ordinare de regno.Nunc itaq; demꝰ
dextras hominibus iſtis,& faciamus cum illis pacem, & cū o-
mni gēte eorū,& cōſtituamꝰ illis vt ambulēt in legitimis ſuis,
ſicut priꝰ.Propter legitima em̄ ipſorū quæ deſpeximus irati
ſunt,& fecerūt oīa hæc.Et placuit ſermo in conſpectu regis &
principum,& miſit ad eos pacē facere,& ceperūt illā, & iura-
uit illis rex per principes,& exierunt de munitione.Et intrauit
rex montem Siion,& vidit munitionem loci,& rupit citiꝰ iu-
ramentum quod iurauit,& mandauit deſtruere murum in gy
ro.Et diſceſsit feſtinanter,& reuerſus eſt in Antiochiam.Et in-
uenit Philippum dominantem ciuitati,& pugnauit aduerſus
eum,& occupauit ciuitatem.

¶ Occiſis Antiocho & Lyſia,Demetrius regnat,qui Alchimum Bachidemq; mittens Iehudæos affligit, & his deſcendentibus,miſſus Nicanor a Iehudah occiditur.

CAP. VII.

A ANno cētesimo quinquageſimo primo,exiit Demetriꝰ
Seleuci filius ab vrbe Roma,& aſcēdit cū paucis viris
in ciuitatē maritimā,& regnauit illic.Et factū eſt, vt ingreſſus
eſt domū regni patrū ſuorū,cōprehendit exercitus Antiochū
& Lyſiā,vt adducerēt eos ad eū.Et res ei innotuit & ait:Noli-
te mihi oſtēdere faciē eorū.Et occidit eos exercitus.Et ſedit De
metrius ſuꝑ ſedē regni ſui.Et venerūt ad eum viri iniqui & im
pij ex Iſrael,& Alchimus dux eorū qui volebat fieri ſacerdos,
& accuſauerūt ppl'm apud regē dicētes:Perdidit Iehudah &
B fratres eius amicos tuos,& nos diſꝑdidit de terra noſtra.Nūc
ergo mitte virū cui credis,vt eat & videat exterminium om̄e
quod fecit nobis in regionibus regis,& puniat oēs amicos eo
rum & adiutores eorū.Et elegit rex ex amicis ſuis Bachidē,qui
dominabatur trans flumen magnū in regno & fidelē regi, &
miſit eum vt videret exterminiū quod fecit Iehudah. Sed &
Alchimū impiū conſtituit in ſacerdotium,& mādauit ei face-
re vltionem in filios Iſrael.Et ſurrexerunt & venerunt cū exerci
tu magno in terrā Iehudah.Et miſerunt nūcios,& locuti ſunt
ad Iehudah,& ad fratres eius verbis pacificis in dolo, & non
intenderunt ſermonibus eorū. Viderunt enim quia venerūt
C cū exercitu magno.Et conuenerunt ad Alchimū & Bachidem
cōgregatio ſcribarū requirere quæ iuſta ſunt. Et primi Aſsi-
dei qui erant in filiis Iſrael,& exquirebant ex eis pacē. Dixerūt
enim:Homo ſacerdos de ſemine Aharon venit,non decipiet
nos.Et locutus eſt cum eis verba pacifica,& iurauit illis dicēs:
Nō inferemus vobis malū neq; amicis veſtris.Et crediderunt
ei.Et cōprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos in vna
die ſecūdum verbum quod ſcriptum eſt. Carnes ſanctorum Pſal.78.a.
tuorum,& ſanguinē ipſorū effuderunt in circuitu Ieruſalaim,
& nō erat qui ſepeliret.Et incubuit timor & tremor in omnē
populū,quia dixerunt:Non eſt veritas & iudiciū in eis.Tranſ-
greſsi ſunt enim conſtitutū & iuſiurandū quod iurauerūt.Et
mouit Bachides caſtra ab Ieruſalaim,& applicuit in Bethze-
cha.Et miſit & cōprehēdit multos ex eis,ꝗ ad ſe refugerāt, &
quoſdā de populo mactauit,& in puteū magnū proiecit, &
commiſit regionem Alchimo,& reliquit cum eo auxilium in
adiutoriū ipſi.Et abiit Bachides ad regem.Et ſatis agebat Al-
D chimus pro principatu ſacerdotij ſui,& cōuenerunt ad eum
oēs qui perturbabāt populum ſuū, & obtinuerūt terrā Iehu-
dah,& fecerunt plagā magnā in Iſrael.Et vidit Iehudah om̄ia
mala quæ fecit Alchimus,& qui cum eo erant filiis Iſrael mul
to pluſquā gētes.Et exiit in oēs fines Iehudææ in circuitu,& fe
cit vindictam in viros deſertores,& ceſſauerunt vltra exire in
regionem.Vidit autem Alchimus quòd præualuit Iehudah,
& qui cū eo erant,& cognouit quia nō poteſt ſuſtinere eos,&
regreſſus eſt ad regē,& accuſauit eos multis criminibus.Et mi
ſit rex Nicanorē vnum ex principibus ſuis nobilioribus,qui e-
rat inimicitias exercens contra Iſrael,& mādauit ei euertere po
pulum.Et venit Nicanor in Ieruſalaim cum exercitu magno,
& miſit ad Iehudah & ad fratres eius verbis pacificis cū dolo
E dicens:Non ſit pugna inter me & vos.Veniam cum viris pau
cis,vt videam facies veſtras cum pace.Et venit ad Iehudah,&
ſalutauerunt ſe inuicem pacificè,& hoſtes parati erant rapere
Iehudah.Et innotuit ſermo Iehudæ,qm̄ cū dolo venerunt ad
eum,& contritus eſt ab eo,& amplius noluit videre faciem
eius.Et cognouit Nicanor quoniam denudatum eſt conſiliū
eius,



eius,& exiuit obuiam Iehudæ in pugnam iuxta Capharſala-
ma.Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque milia vi
ri,& fugerunt in ciuitatem Dauid.Et poſt hæc verba aſcendit
Nicanor in mōtem Siion.Et exierunt de ſacerdotibus popu-
li ſalutare eum in pace,& demonſtrare ei holocauſtomata quę
offerebantur pro rege.Et irridens ſpreuit eos,& polluit:& lo
cutus eſt ſuperbe,& iurauit cum ira dicens:Niſi traditus fuerit
Iehudah & exercitus eius in manus meas, continuo cum re-
greſſus fuero in pace ſuccēdam domum iſtam.Et exiit cum ira
magna.Et intrauerunt ſacerdotes & ſteterunt ante faciem alta
F ris templi,& flentes dixerunt:Tu domine elegiſti domū iſtam
ad inuocandum nomen tuum in ea,vt eſſet domus orationis
& obſecrationis populo tuo.Fac vindictam in homine iſto,
& exercitu eius et cadāt in gladio.Memēto blaſphemias eorū,
& ne dederis eis,vt permaneant. Et exiit Nicanor ab Ieruſa-
laim & caſtra applicuit ad Bethchoron. Et occurrit ille exerci
tus Syrię,& Iehudah applicuit in Adarſa cū tribus milibꝰ vi-
ris.Et orauit Iehudah,& dixit:Qui miſsi erant à rege Sācherib
domine quia blaſphemauerāt te:exiit angelus & ꝑcuſsit ex eis
centum octoginta quinque milia, ſic contere exercitum iſtum
in conſpectu noſtro hodie,& ſciant cæteri quia male locutꝰ eſt
ſuper ſancta tua & iudica illum ſecundum malitiam illiꝰ.Et cō-
G miſerunt exercitus prælium tertiadecima die menſis Adar.Et
contrita ſunt caſtra Nicanoris,& cecidit ipſe primus in præ-
lio.Vt autem vidit exercitus eius,quia cecidiſſet Nicanor ꝓie
cerunt arma ſua,& fugerunt.Et perſecuti ſunt eos viam vnius
diei ab Adazer vſquequo veniatur in Gazara,& tubis cecine
runt poſt eos cum ſignificationibus.Et exierunt de omnibus
caſtellis Iehudææ in circuitu,& ventilabant eos cornibus, &
conuertebantur iterum ad eos.Et ceciderunt omnes gladio,
& non eſt relictus ab eis nec vnꝰ. Et acceperunt ſpolia eorum
in prædam,& caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram
eius quam extenderat ſuperbè,& attulerunt & ſuſpenderūt cō
tra Ieruſalaim.Et lætatus eſt populus valde,& egerunt diē illā
in lætitia magna,& conſtituit agi omnibꝰ annis diē iſtā tertia-
decima die mēſis Adar.Et ſiluit terra Iehudah dies paucos.

¶ Iehudas Romanorum res bene geſtas conſiderans,pacem cum eis init &c.

CAP. VIII.

A ET audiuit Iehudah nomen Romanorum,quia ſunt po-
tentes viribus & acquieſcunt ad omnia quæ poſtulan-
tur ab eis,et quicunque acceſſerunt ad eos ſtatuerunt cum eis
amicitias,& quia ſunt potentes viribus. Et audierunt prælia
eorum,& virtutes bonas quas fecerūt in Galatia,ꝗ obtinue-
runt eos & duxerunt ſub tributū,& quanta fecerunt in regiōe
Hiſpaniæ,& ꝙ in poteſtatem redegerunt metalla argēti & au
ri quæ illic ſunt,& poſſederunt omnem locum conſilio ſuo &
patientia,locaq; quæ longè erant valde ab eis,& reges qui ſu-
peruenerant eis ab extremis terrę,contriuerunt & ꝑcuſſerunt
eos plaga magna.Cæteri autem dant eis tributū omnibus an
nis.Et Philippū Perſen Cethæorum regem,& cæteros qui ad
uerſus eos arma tulerant contriuerunt in bello,& obtinuerūt
B eos.Et Antiochum magnum regem Aſię qui eis pugnam in-
tulerat,habens centum viginti elephantes,& equitatū,et cur-
rus,& exercitum magnum valde contritū ab eis,quia ceperūt
eum viuum,& ſtatuerunt ei vt daret ipſe,& qui regnarēt poſt
ipſum tributū magnū,& daret obſides,& conſtitutum.Et re-
gionem Indorum,& Medos,& Lydos,de optimis regionibꝰ
eorum,& acceptas eas ab eis dederunt Eumeni regi.Et quia ꝗ
erant apud Belladā voluerūt ire,& tollere eos,& innotuit ſer-
mo his,& miſerunt ad eos ducem vnum,& pugnauerunt cō-
tra illos,& ceciderunt ex eis multi,& captiuas duxerunt vxo-
res eorum & filios,& diripuerunt eos,& terram eorum poſ-
ſederunt & deſtruxerunt muros eorum,& in ſeruitutem illos
redegerunt vſque in hunc diē.Et reſidua regna,& inſulas quæ
aliquādo reſtiterant illis,& exterminauerunt,& in poteſtatem
redegerunt.Cum amicis autem ſuis,& qui in ipſis requiem ha
bebant conſeruauerunt amicitiam,& obtinuerunt regna quę
erāt proxima,& quæ erant longe,quia quicunq; audiebāt no
men eorum timebant eos,quibus verò vellent auxilio eſſe vt
regnarent,regnabant.Quos aūt vellent, regno deturbabant,
& exaltati ſunt valde.Et in omnibus iſtis nemo portabat dia-
C dema,nec induebatur purpura vt magnificaretur in ea.Et ꝗ
curiam fecerunt ſibi,& quotidie conſulebant trecentos vigin
ti conſilium agentes ſemper de multitudine,vt quę digna ſunt
gerant.Et cōmittent vni homini magiſtratū ſuum per ſingu-
los annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ,& om̄es obediūt vni
& non eſt inuidia neque zelus inter eos.Et elegit Iehudah Eu-
ptolemium filium Iohānis filij Iahacob, et Iaſonem filium El-
hazari,& miſit eos Romā conſtituere cum illis amicitiam, &
ſocietatē,& vt auferrēt ab eis iugum Grēcorū,quia viderunt
ꝙ in ſeruitutem premerent regnum Iſrael.Et abierunt Romā
viam multam valde,& introierunt curiam,& dixerunt: Iehu-
dah Maccabæus,& fratres eius,& populus Iehudæorum,mi-
ſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum ſocietatem,& pacem,&
conſcribere nos ſocios,& amicos veſtros.Et placuit ſermo in
conſpectu eorum.Et hoc reſcriptum quod reſcripſerunt in
tabulis æreis,& miſerūt in Ieruſalaim,vt eſſet apud eos ibi me
moriale pacis,et ſocietatis.Bene ſit Romanis et gēti Iehudęo-
rum in mari & in terra in æternum,gladiuſq;, & hoſtis ꝓcul
D ſit ab eis.Quod ſi inſteterit bellum Romanis prius aut omni-
bus ſociis eorum in omni dominatione eorum,auxilium feret
gens Iehudæorum,prout tempus dictauerit corde pleno. Et
præliantibus non dabunt neque ſubminiſtrabunt triticum,ar
ma,pecuniā,naues,ſicut placuit romanis,& cuſtodient māda
ta eorum nihil ab eis accipientes.Similiter autem,& ſi genti Ie
hudæorum prius acciderit bellum,adiuuabunt Romani ex a-
nimo,prout eis tempus permiſerit,& adiuuantibus non dabi
tur triticum,arma,pecunia naues,ſicut placuit Romanis,et cu
ſtodient mandata eorum abſq; dolo. Secundum hæc verba
conſtituerunt Romani populo Iehudæorum. Quod ſi poſt
hæc verba hi aut illi addere,aut demere ad hæc aliquid volue
rint facient ex propoſito ſuo,& quæcunque addiderint vel dē
pſerint rata erunt,Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in
eos,ſcripſimus ei, dicētes:Quare grauaſti iugum tuum ſuper
amicos noſtros,& ſocios Iehudæos? Si ergo iterum adierint
nos,aduerſum te faciemus illis iudicium,& pugnabimus tecū
mari terraq;.

¶ Nicanore mortuo,mittit Demetrius cum exercitu Bachidē & Alchimū, a quibus Iehudah perimitur.

CAP. IX.

A INterea ut audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor, & ex-
ercitus eius in prælio,appoſuit Bachidem, & Alchimum
rurſum mittere in Iehudæam,& dextrum cornu cum illis. Et
abierunt viam quæ ducit in Ghilhad, & caſtra poſuerunt in
Maſaloth,quæ eſt in Arbellis.Et occupauerūt eam,& pereme
runt animas hominum multas.In menſe primo anni cēteſimi
& quinquageſimi ſecundi,applicuerunt exercitum ad Ieruſa-
laim,& ſurrexerunt,& abierunt in Berea viginti milia virorū,
& duo milia equitum.Et Iehudah poſuerat caſtra in Laiſa, &
tria milia viri electi cum eo.Et viderunt multitudinem exerci-
tus quia multi ſunt,& timuerunt valde,& multi ſubtraxerunt
ſe de caſtris,& non remanſerunt ex eis niſi octingēti viri. Et vi
dit Iehudah,quod defluxit exercitus ſuus,& bellum perurge-
bat eum,& confractus eſt corde,quia non habebat tempꝰ cō
gregandi eos,& diſſolutus eſt.Et dixit his qui reſidui erāt.Sur
gamus & eamus ad aduerſarios noſtros,ſi poterimus pugna
re aduerſus eos.Et auertebant eum, dicentes: Non poterimꝰ
ſed liberemus animas noſtras modo, & reuertamur ad fra-
B tres noſtros,& tunc pugnabimus aduerſus eos.Nos autē pau
ci ſumus.Et ait Iehudah:Abſit iſtam rem facere vt fugiamꝰ ab
eis.Et ſi appropiauit tempus noſtrum moriamur in virtute Supra.4.b.
ꝓpter fratres noſtros,& nō inferamꝰ crimē gloriæ noſtræ. Et
mouit exercitus de caſtris,& ſteterunt illis obuiā.Et diuiſi ſunt
equites in duas partes & fundibularij & ſagitarij præibant ex-
ercitum,& primi certaminis oēs potentes. Bachides aūt erat

in dextro cornu.Et approximauit legio ex duabus partibus,
& clamabant tubis,exclamauerũt autem & hi qui erãt ex par-
te Iehudæ etiam ipſi.Et commota eſt terra à voce exercituũ.
Et commiſſum eſt prælium à mane vſque ad veſperam.Et vi-
dit Iehudah,q̃a firmior eſt pars exercitus Bachidis in dextris,
& conuenerunt cũ ipſo oẽs conſtãtes in corde,& contrita eſt
dextera pars ab eis,& perſecutus eſt eos vſqꝫ ad mõtẽ Aſdod.
Et qui in ſiniſtro cornu erant viderũt ꝙ contritum eſt dextrũ
cornu & ſecuti ſunt poſt Iehudam,& eos qui cum ipſo erant
à tergo.Et ingrauatũ eſt prælium,& ceciderũt vulnerati mul-
ti ex his & ex illis.Et Iehudah cecidit,& cæteri fugerunt.Et Io-
C nathas & Simon tulerunt Iehudam fratrem ſuum,et ſepelierũt
eum in ſepulchro patrum ſuorum in ciuitate Modin.Et fleue
runt eum omnis populus Iſrael planctu magno,& lugebant
dies multos.Et dixerunt:Quomodo cecidit potens qui ſaluũ
faciebat populum Iſrael?Et cætera verba bellorum Iehudę,et
virtutum quas fecit & magnitudinis eius non ſunt deſcripta.
Multa enim erant valde.Et factum eſt poſt obitum Iehudæ e-
merſerunt iniqui in omnibus finibus Iſrael,et exorti ſunt omẽs
qui operabãtur iniquitatem.In diebus illis facta eſt fames ma
gna valde.Et tradidit ſe Bachidi omnis regio eorũ cũ ipſis.Et
elegit Bachides viros impios,& cõſtituit eos dominos regio-
nis,& exquirebant,& perſcrutabantur amicos Iehudæ,& ad-
ducebãt eos ad Bachidẽ,& vindicabat in illos & illudebat.Et
facta eſt tribulatio magna in Iſrael,qualis non fuit ex die qua
non eſt viſus propheta in Iſrael.Et congregati ſunt omẽs ami
ci Iehudæ,& dixerunt Ionathæ:Ex quo frater tuꝰ Iehudah de-
functus eſt vir ſimilis ei non eſt,qui exeat contra inimicos no-
ſtros Bachidem,& eos qui inimici ſunt gentis noſtræ.Nũc ita
que te hodie eligimus eſſe pro eo nobis in principẽ,& ducem
ad bellandum bellum noſtrum.Et ſuſcepit Ionathas tempore
illo principatum,& ſurrexit loco Iehudæ fratris ſui.Et cogno
uit Bachides,& quærebat eum occidere. Et cognouit Iona-
thas & Simon frater eius,& omnes qui cum eo erant.Et fuge
runt in deſertum Tecoah,& conſederunt ad aquam lacus Aſ-
D phar.Et cognouit Bachides,& die ſabbatorũ venit ipſe,& o-
mnis exercitus eius trans Iarden.Et Ionathas miſit fratrẽ ſuum
ducem populi,& rogauit Nabutheos amicos ſuos vt cõmen
darent illi apparatũ ſuũ qui erat copioſus.Et exierunt filij Iam
bri ex Madaba,& cõprehenderunt Iohannẽ,& omnia que ha
bebat,& abierunt habentes ea.Poſt hæc verba renunciatum
eſt Ionathæ & Simoni fratri eius,quia filij Iambri faciunt nu-
ptias magnas,& ducunt ſponſam ex Madaba filiam vnius de
magnis principibus Chenahan cũ ambitiõe magna.Et recor-
dati ſunt ſanguinis Iohannis fratris ſui.Et aſcẽderunt & abſcõ
derunt ſe ſub tegumento montis.Et eleuauerũt oculos ſuos,
& viderunt,& ecce tumultus & apparatus multus & ſpõſus
proceſſit & amici eius,& fratres eius obuiã illis cum tympa-
nis & muſicis & armis multis.Et ſurrexerunt ad eos ex inſidiis
& occiderunt eos,& ceciderunt vulnerati multi,& reſidui fu-
gerunt in montes.Et acceperunt omnia ſpolia eorum,& con
uerſæ ſunt nuptiæ in luctũ,& vox muſicorũ ipſorũ in lamen-
tũ.Et vindicauerunt vindictam ſanguinis fratris ſui,& reuerſi
E ſunt ad ripam Iarden.Et audiuit Bachides,& venit die ſab-
batorum vſque ad orã Iarden in virtute magna.Et dixit ad
ſuos Ionathas:Surgamus,& pugnemus contra inimicos no-
ſtros.Non eſt enĩ hodie ſicut heri & nudiuſtertius.Ecce enim
bellũ ex aduerſo,aqua verò Iarden hinc & inde,& ripæ,& pa-
ludes,& ſaltus,& non eſt locus diuertendi.Nunc ergo clama-
Supra.4.b. te in cœlum vt liberemini de manu inimicorum veſtrorũ. Et
commiſſum eſt bellum.Et extendit Ionathas manũ ſuam per-
cutere Bachidem,& diuertit ab eo retro.Et diſsiliit Ionathas
& q̃ cũ eo erãt in Iarden,& trãſnatauerũt ad eos Iarden.Et ce
ciderunt de parte Bachidis die illa mille viri,& reuerſi ſunt in
Ieruſalaim.Et ædificauerũt ciuitates munitas in Iehudæa mu-
nitionẽ quę erat in Hierico,& in Emmaũ & in Bethchoron,et
Bethel,& Timnatha,et Phara,& Thopo muris excelſis et por
tis & ſeris.Et poſuit cuſtodiã in eis,vt inimicitias exercerent in
Iſrael.Et muniuit ciuitatem Bethſurã,& Gazarã,& arcem,&
poſuit in eis auxilia & apparatum eſcarũ.Et accepit filios prin
cipũ regionis obſides,& poſuit eos in arce in Ieruſalaim in cu
F ſtodiam.Et anno centeſimo quinquageſimo tertio,mẽſe ſecũ
do præcepit Alchimus deſtrui muros domus ſanctæ iuterio-
ris,& deſtrui opera prophetarum,& cœpit deſtruere.In tem-
pore illo percuſſus eſt Alchimus,& impedita ſunt opera illiꝰ
& obcluſum eſt os eius & diſſolutus eſt paralyſi,nec vltrà po-
tuit loqui verbum & mandare de domo ſua.Et mortuus eſt
Alchimus in tempore illo cũ tormento magno.Et vidit Ba-
chides qm̃ mortuus eſt Alchimus,& reuerſus eſt ad regem.Et
ſiluit terra annis duobus.Et cogitauerunt omnes iniqui dicẽ-
tes:Ecce Ionathas & qui cum eo ſunt,in ſilentio habitant con
fidenter.Nunc ergo adducamus Bachidem,& comprehẽdet
eos omnes vna nocte.Et abierunt,& conſilium ei dederunt.
Et ſurrexit vt veniret cũ exercitu multo.Et miſit occultè epi-
ſtolas ſociis ſuis,qui erant in Iehudęa,vt comprehenderẽt Io-
nathã,& eos qui cũ eo erant.Sed non potuerũt,quia innotuit
eis cõſiliũ eorũ.Et apprehẽdit de viris regiõis q̃ principes erãt
militię q̃nquaginta viros,& occidit eos.Et ſeceſsit Ionathas et
Simon,& qui cũ eo erãt in Bethbeſſem,quæ eſt in deſerto,&
extruxit diruta eius,& firmauerunt eam.Et cognouit Bachi-
des,& congregauit vniuerſam multitudinem ſuam,& his qui
de Iehudæa erant,denunciauit.Et venit,& caſtra poſuit deſup
Bethbeſſem,& oppugnauit eam dies multos,& fecit machi-
nas.Et reliquit Ionathas Simonem fratrem ſuum in ciuitate,et
exiuit in regionem & venit cũ numero & percuſsit Odaram
G & fratres eius,& filios Phaſeron in tabernaculis ipſorũ,& cœ-
pit cædere & creſcere in virtutibus.Simon vero & qui cum
ipſo erant,exierunt de ciuitate,& ſuccenderũt machinas et pu-
gnauerunt contra Bachidem,& contritus eſt ab eis.Et afflixe
runt eum valde,qm̃ conſilium eius & congreſſus eius erat ina
nis.Et iratus contra viros iniquos qui ei conſilium dederant,
vt veniret in regionem ipſorum,multos ex eis occidit.Ipſe au
tem cogitauit cum reliquis abire in regionem ſuam.Et cogno
uit Ionathas,& miſit ad eum legatos componere pacem cum
ipſo,& reddere ei captiuitatem.Et libenter accepit,& fecit ſe-
cundum verba eius,& iurauit ſe nihil facturum ei mali omni-
bus diebus vitæ eius.Et reddidit ei captiuitatem quam prius
erat prædatus de terra Iehudah.Et cõuerſus abiit in terrã ſuã,
& nõ appoſuit amplius venire in fines eius.Et ceſſauit gladius
ex Iſrael.Et habitauit Ionathas in Michmas.Et cœpit Iona-
thas ibi iudicare populum,& exterminauit impios ex Iſrael.

¶ Cupit Demetrius inire pactũ cum Ionatha,qui id refellẽs Alexãdro adhæret,a quo Demetrius occiditur,& Ionathas ſummo afficit̃ honore. CAP. X.

A ET anno centeſimo ſexageſimo aſcẽdit Alexander Antio
chi filius,qui cognominatꝰ eſt nobilis,& occupauit Pto
lomaidam.Et receperunt eum,& regnauit illic.Et audiuit De
metrius rex,& congregauit exercitum copioſum valde et ex-
iuit obuiam illi in prælium.Et miſit Demetrius epiſtolam ad
Ionatham,verbis pacificis,vt magnificaret eũ.Dixit enĩ:Anti-
cipemus facere pacẽ cũ eo prius q̃ꝫ faciat cũ Alexandro aduer
ſum nos.Recordabitur enĩ oĩm malorũ quæ fecimus in eũ &
in fratrẽ eius,& in gentem eius.Et dedit ei poteſtatem congre
gandi exercitũ & fabricare arma,& eſſe ipſum ſocium eius,&
obſides qui erant in arce iuſsit tradi ei.Et venit Ionathas in Ie-
ruſalaim,& legit epiſtolas in auditu omnis populi & eorum
qui in arce erãt.Et timuerunt timore magno,quoniã udierũt
ꝙ dedit ei rex poteſtatem congregãdi exercitũ.Et traditi ſunt
Ionathæ obſides,& reddidit eos parentibus ſuis.Et habitauit
Ionathas in Ieruſalaim,& cœpit ædificare & innouare ciuita-
tẽ.Et dixit faciẽtibus opera vt extruerẽt muros & montẽ Siiõ
B in circuitu lapidibus quadratis ad munitionẽ,& ita fecerunt.
Et fugerunt alienigenæ qui erãt in munitionibus quas Bachi-
des reædificauerat,& reliquit vnuſquiſque locũ ſuum,& abiit
in terrã



in terram ſuã,tantum in Bethſura remanſerũt aliqui ex his qui
reliquerant legem & p̃cepta dei.Erant enim hęc eis ad refugiũ.
Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit Demetrius
Ionathæ,& narrauerunt ei prælia & virtutes quas ipſe fecit,et
fratres eius,& labores quos laborauerunt,& ait:Nunquid in
ueniemus aliquẽ virũ talẽ?Et nunc faciemus eum amicũ & ſo-
ciũ noſtrũ.Et ſcripſit epiſtolã,& miſit ei ſecundũ hæc verba,di
cẽs:Rex Alexãder,fratri Ionathæ ſalutẽ.Audiuimꝰ de te ꝙ vir
potens ſis viribus,& aptus es vt ſis amicus noſter,& nunc cõ
ſtituimus te hodie ſummum ſacerdotẽ gentis tuæ,& vt amicꝰ
voceris regis.Et miſit ei purpuram & coronam aureã,vt quę
noſtra ſunt ſentias nobiſcum,& conſerues amicitias ad nos.Et
induit ſe Ionathas ſtolam ſanctam ſeptimo menſe,anno cente
C ſimo ſexageſimo,in die ſolenni Scenopegiæ. Et congregauit
exercitum,& fecit arma copioſa.Et audiuit Demetrius verba
iſta,& contriſtatus eſt nimis,& ait:Quid hoc fecimus qđ prę-
occupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iehudęo-
rum ad munimen ſui. Scribã & ego illis verba deprecatoria,
& dignitates,& dona:vt ſint mecũ in adiutorium. Et ſcripſit
eis in hæc verba:Rex Demetrius genti Iehudæorum ſalutem.
Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum,& manſiſtis in amicitia no
ſtra,& non acceſsiſtis ad inimicos noſtros,audiuimus,& ga-
uiſi ſumus.Et nunc perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidẽ,
& retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum,&
remittemus vobis præſtationes multas,& dabimus vobis do
nationes.Et nunc abſoluo vos,& omẽs Iehudæos à tributis,
& precia ſalis indulgeo,& coronas remitto,& tertias ſeminis,
& dimidiam partẽ fructus ligni quod eſt portionis meæ relin
quo vobis ex hodierno die,& deinceps,nec accipiatur à terra
Iehudah,& à tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt illis Sema-
riah,& Galil ex hodierna die,& in totũ tempus.Et Ieruſalaim
ſit ſancta & libera cum finibus ſuis,& decimę,& tributa ipſius
ſint.Remitto etiã poteſtatẽ arcis quæ eſt in Ieruſalaim,& do
eam ſummo ſacerdoti,vt cõſtituat in ea viros quoſcunqꝫ ipſe
elegerit qui cuſtodiãt eã.Et omnem animam Iehudæorũ quę
captiua eſt à terra Iehudah,in omni regno meo relinquo libe
ram gratis,vt omnes à tributis ſoluantur etiam pecorum ſuo
rum.Et oẽs dies ſolẽnes & ſabbata & neomeniæ,& dies decre
ti,& tres dies ante diem ſolennẽ,& tres dies poſt diem ſolen-
nem,ſint omnes immunitatis & remiſſionis omĩbus Iehudęis
qui ſunt in regno meo.Et nemo habebit poteſtatem agere ali
quid,& mouere negocia aduerſus aliquẽ illorũ in omni cauſa
& vt adſcribantur ex Iehudæis in exercitu regis ad triginta mi
D lia virorũ.Et dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exer-
citibus regis,& ex eis ordinabuntur qui ſint in munitionibus
regis magni.Et ex his conſtituentur ſuper negocia regni quæ
aguntur ex fide,& principes ſint ex eis,& ambulent in legibus
ſuis ſicut prępecipit rex in terra Iehudah.Et tres ciuitates quę ad
ditæ ſunt Iehudææ ex regione Semariæ,cũ Iehudæa reputen-
tur,vt ſint ſub vno & nõ obediãt alienæ poteſtati,niſi ſummo
ſacerdoti Ptolomaida,& confines eius quas dedi donũ ſanctis
qui ſunt in Ieruſalaim ad neceſſarios ſumptus ſanctorũ.Et ego
dabo ſingulis annis quindecim milia ſiclorũ argenti de ratio-
nibus regis,quę me cõtingunt,& omne quod reliquum fuerit
quod non reddiderant qui ſuper negocia erant annis priori-
bus,ex hoc dabunt in opera domus.Et ſuper hæc quinque mi
lia ſiclorum argenti quæ accipiebant de ſanctorum ratione
per ſingulos annos,& hæc ad ſacerdotes pertineãt qui miniſte
rio funguntur.Et quicunqꝫ confugerint in templum quod eſt
Ieruſalaim,& in omnibus finibus eius obnoxij regi in omĩ ne
gocio dimittantur,& vniuerſa quę ſunt eis in regno meo libe
ra habeat.Et ad ædificanda vel reſtauranda opera ſanctorum
ſumptus dabũtur de ratione regis,& ad extruendos muros
in Ieruſalaim,et comminuendos in circuitu ſumptus dabũtur
de ratiõe regis,et ad cõſtruẽdos muros in Iehudęa.Vt audiuit
aũt Ionathas & populus ſermones iſtos,non crediderunt eis
nec receperũt eos,q̃a recordati ſunt maliciæ magnæ quã fece-
rant in Iſrael,& tribulauerant eos valde.Et cõplacuit eis in A-
lexandrũ,quia ipſe fuerat eis princeps ſermonũ pacis,& ipſi au
xiliũ ferebant omnibus diebus.Et congregauit rex Alexander
exercitũ magnũ,& admouit caſtra contra Demetrium.Et cõ-
miſerunt præliũ duo reges,& fugit exercitus Demetrij,& inſe
cutus eſt eũ Alexander,& incubuit ſup eos.Et inualuit præliũ Infra.11.a.
nimis donec occidit ſol,& cecidit Demetrius in die illa.Et mi-
E ſit Alexander ad Ptolomęũ regem Aegypti legatos,ſecundũ
hæc verba,dicens:Qm̃ regreſſus ſum in regnũ meũ,& ſedi in
ſede patrũ meorum,& obtinui principatũ & contriui Deme-
trium,& poſſedi regionẽ noſtrã,& cõmiſi pugnam cum eo,
& contritus eſt ipſe,& caſtra eius à nobis,& ſedemꝰ in ſede re-
gni eius.Et nunc ſtatuamus ad inuicem amicitiam,& da mihi
filiam tuam vxorem,& ero gener tuus,& dabo tibi dona,&
ipſi dignitatẽ.Et reſpõdit rex Ptolomæus,dicens:Felix dies in
qua reuerſus es ad terrã patrũ tuorũ,& ſediſti in ſede regni eo-
rum.Et nũc faciã tibi quod ſcripſiſti,ſed occurre mihi Ptolo-
maidã,vt videamus inuicẽ nos,& ſpondeã tibi ſicut dixiſti.Et
exiuit Ptolomęus de Aegypto ipſe,& Cleopatra filia eius,&
venit Ptolomaidã anno cẽteſimo ſexageſimo ſecũdo. Et oc-
currit ei Alexander rex.Et dedit ei Cleopatrã filiã ſuã. Et fecit
nuptias eius Ptolomaide ſicut reges in magna gloria. Et ſcri-
pſit Alexander rex Ionathæ,ut veniret obuiam ſibi. Et abiit
cũ gloria Ptolomaidã,& occurrit ibi duobꝰ regibus,et dedit
illis argẽtũ multũ,& aurũ,& dona,& inuenit gratiã in conſpe
ctu eorũ. Et cõuenerũt aduerſus eũ viri peſtilẽtes ex Iſrael viri
iniq̃ interpellãtes aduerſus eũ.Et nõ intendit ad eos rex.Et iuſ-
ſit ſpoliari Ionathan veſtibꝰ ſuis,& indui eũ purpura.Et ita fe
cerunt.Et collocauit eum rex ſedere ſecũ,dixitqꝫ principibus
ſuis.Exite cũ eo in medium ciuitatis,& prædicate vt nemo ad
uerſus eum interpellet de vllo negocio,nec quiſquã ei moleſtꝰ
F ſit de vlla ratione.Et factum eſt vt viderunt qui interpella-
bant gloriam eius quæ prædicabatur,& opertum eum pur-
pura fugerunt omnes.Et magnificauit eum rex,& ſcripſit eũ
inter primos amicos,& poſuit eũ ducẽ,& participẽ principa
tus.Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalaim cũ pace,& lætitia.In
anno centeſimo ſexageſimo quinto,venit Demetrius filiꝰ De-
metrij à Creta in terrã patrum ſuorũ. Et audiuit Alexander
rex,& contriſtatus eſt valde,& reuerſus eſt Antiochiam.Et cõ
ſtituit demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Celeſy-
riæ,& cõgregauit exercitum magnum,& acceſsit ad Iabniã,
& miſit ad Ionathan ſummũ ſacerdotẽ,dicens: Tu ſolus reſi-
ſtis nobis.Ego aũt factus ſum in deriſum,& in opprobrium,
propterea quia tu poteſtatem aduerſum nos exerces in mon-
tibus.Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis deſcẽde ad nos
in campum,& comparemꝰ illic inuicẽ,quia mecum eſt virtus
bellatorũ.Interroga,& diſce quis ſum ego,& cæteri qui auxi-
lio ſunt mihi,& dicunt quia non poteſt ſtare pes veſter ante
faciem noſtram,quia ab his in fugã conuerſi ſunt patres tui in
terram ſuã.Et nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum,et
exercitum tantum in cãpo?Vbi non eſt lapis,neque ſaxũ,neqꝫ
locus fugiendi.Vt audiuit aũt Ionathas ſermones Apollonij
motus eſt animo.Et elegit decẽ milia virorũ,& exiit ab Ieru-
ſalaim,& occurrit ei Simon frater eius in adiutorium,et appli
G cuerũt caſtra in Ioppen.Et excluſit eum à ciuitate:quia cuſto-
dia Apollonij Ioppe erat,& oppugnauit eam.Et exterriti qui
erant in ciuitate aperuerunt ei,& obtinuit Ionathas Ioppen.
Et audiuit Apollonius,& admouit tria milia equitum,& ex-
ercitum multum.Et abiit Aſdod tanquam iter faciens,& ſta-
tim exiit in campum eo quod haberet multitudinem equitũ
& confideret in eis.Et inſecutus eſt eum Ionathas Aſdod,&
commiſerunt prælium.Et reliquit Apollonius in caſtris mille
equites poſt eos occulte.Et cognouit Ionathas quoniam inſi
diæ ſunt poſt ſe,& circuierunt caſtra eius,& eiecerunt iacula
in populum à mane vſqꝫ ad veſperã.Populus aũt ſtabat ſicut
præceperat Ionathas,& laborauerũt equi eorũ.Et eiecit Simõ
exercitũ ſuum,& cõmiſit cõtra legionẽ.Equites enim fatigati

erant,& contriti ſunt ab eo,& fugerũt.Et qui diſperſi ſunt per
campum fugerunt in Aſdod,& intrauerũt in Bethdagon ido
lum ſuũ vt ibi ſe liberarent.Et ſuccendit Ionathas Aſdod,et ci
uitates quæ erant in circuitu ei⁹,& accepit ſpolia eorum,& tẽ
plum Dagon,& omnes qui fugerunt in illud ſuccẽdit igni. Et
fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui ſuccẽſi ſunt; ferè o-
cto milia virorũ.Et mouit inde Ionathas caſtra, & applicuit
ea Aſchalonam.Et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna
gloria.Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalaim cum ſuis habenti
bus ſpolia multa.Et factum eſt vt audiuit Alexander rex ſer-
mones iſtos addidit adhuc glorificare Ionathan.Et miſit ei fi-
bulam auream ſicut conſuetudo eſt dari cognatis regũ,& de-
dit ei Hecron,& omnes fines eius in poſſeſsionem.

¶ Diſsidium inter Ptolomæum & Alexandrum generum ſuum, Ptolomæo mortuo regnat Demetrius,qui cum Ionatha fœdus confirmatum tandem rupit. CAP. XI.

A ET rex Aegypti congregauit exercitum ſicut harenã quæ
eſt circa oram maris,& naues multas,& quærebat obti
nere regnũ Alexandri dolo,& addere illud regno ſuo.Et exiit
in Syriam verbis pacificis.Et aperiebantur ei ciuitates,& oc-
currebant ei,quia mandauerat Alexãder rex exire ei obuiam,
eo quod ſocer ſuus eſſet.Quũ autem intraret ciuitatem Ptolo
mæus ponebat cuſtodias militum in ſingulis ciuitatib⁹.Et vt
appropinquauit Aſdod oſtenderunt ei templum Dagon ſuc
cenſum,& Aſdod,& cætera eius,demolita,& corpora proie
cta,& eorum qui cæſi erant in bello tumulos quos fecerant ſe-
cus viam.Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas,vt inui
diam facerent ei.Et tacuit rex.Et occurrit Ionathas regi in Iop
pen cum gloria,& inuicem ſe ſalutauerunt,& dormierũt illic.
B Et abiit Ionathas cum rege vſq; ad fluuium qui vocabatur E-
leuterus,& reuerſus eſt in Ieruſalaim.Rex autem Ptolomæus
obtinuit dominium ciuitatum,vſq; Seleutiam maritimam,et
cogitabat in Alexandrũ conſilia mala.Et miſit legatos ad De-
metrium,dicens:*Veni componamus inter nos pactum,& da
bo tibi filiam meam quam habet Alexãder, & regnabis in re-
gno patris tui.Pœnitet enim me quod dederim illi filiã meã.
Quæſiuit enim me occidere.*Et vituperauit eum, propterea
quod concupierat regnum eius.Et abſtulit filiam ſuam,& de-
dit eam Demetrio,& alienauit ſe ab Alexandro,& manifeſta-
tæ ſunt inimicitię eius,& intrauit Ptolomæus Antiochiam,&
impoſuit duo diademata capiti ſuo,Aegypti & Aſię. Alexan
der autem rex erat in Cilicia illis tẽporibus,quia rebellabant q
erant in locis illis.Et audiuit Alexander,& venit ad eum in bel
lum.Et produxit Ptolomæus rex exercitum,& occurrit ei in
manu valida,& fugauit eum.Et fugit Alexãder in Arabiam:
C vt ibi protegeretur.Rex autem Ptolomęus exaltatus eſt.Et ab
ſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri,& miſit Ptolomæo.Et
rex Ptolomæus mortuus eſt in die tertia,& qui erant in muni
tionibus perierunt ab his qui erãt intra caſtra.Et regnauit De
metrius anno centeſimo ſeptuageſimoſeptimo.In diebus illis
congregauit Ionathas eos qui erant in Iehudæa,vt expugna-
rent arcem quæ eſt in Ieruſalaim, & fecerunt contra eam ma-
chinas multas.Et abierunt quidam qui oderant gentem ſuam
viri iniqui ad regẽ Demetrium,& renunciauerunt ei quod Io
nathas obſideret arcem.Et vt audiuit iratus eſt.Et ſtatim ve-
nit Ptolomaidam,& ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcẽ,ſed oc
curreret ſibi ad colloquiũ feſtinato.Vt audiuit aũt Ionathas,
iuſsit obſidere.Et elegit de ſenioribus Iſrael,& de ſacerdotib⁹,
& dedit ſe periculo.Et accepit aurũ,& argentum,& veſtem,&
alia xenia multa,& abiit ad regem Ptolomaidã,& inuenit gra-
tiam in conſpectu eius.Et interpellabant aduerſus eum quidã
iniqui ex gente ſua.Et fecit ei rex,ſicut fecerant ei q ante eũ fue-
rant.Et exaltauit eum in conſpectu omnium amicorũ ſuorũ,
& ſtatuit ei principatum ſacerdotij,& quæcunq; alia habuit
prius precioſa,& fecit eum principem amicorum.Et poſtula-
uit Ionathas à rege vt immunem faceret Iehudæam,& tres to
parchias,id eſt Samariã,& confines eius,& promiſit ei talenta
trecenta.Et conſenſit rex,& ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his
D omnibus hunc modum continẽtes.Rex Demetrius fratri Io-
nathæ ſalutem,& genti Iehudæorũ.Exemplum epiſtolæ quã
ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis,miſimus ad vos
vt ſciretis.Rex Demetrius,Laſtheni parenti ſalutem.Genti Ie-
hudæorum amicis noſtris,& conſeruantibus quæ iuſta ſunt
apud nos decreuimus benefacere propter benignitatem ipſo
rum quam erga nos habent.Statuimus ergo illis omnes fines
Iehudææ,& tres ciuitates Lydã,& Ramathæ quæ additę ſunt
Iehudææ ex Samaria,& omnes confines earũ ſequeſtrari omĩ-
bus ſacrificantibus in Ieruſalaim,pro his quæ ab eis prius acci
piebat rex per ſingulos annos,& pro fructib⁹ terræ,& pomo
rum.Et alia q̃ ad nos pertinebant decimarũ & tributorum ex
hoc tempore remittimus eis,& areas ſalinarũ,& coronas quæ
nobis deferebantur oĩa ipſis cõcedimus,& nihil horũ irritum
erit ex hoc,& in omne tẽpus.Nunc ergo curate facere horum
exẽplũ,& detur Ionathæ,& ponatur in monte ſancto, & in lo
co celebri.Et vidẽs Demetri⁹ rex ꝙ ſiluit terra in cõſpectu ſuo,
& nihil ei reſiſtit,dimiſit totum exercitum ſuum vnumquẽq;
in locum ſuum excepto peregrino exercitu,quem traxit ab in
ſulis gentium,& inimici erant ei omnes exercitus patrum eius.
Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius,& vi-
dit qm̃ omnis exercitus murmurauit contra Demetriũ,& iuit
ad Emalchuel Arabẽ qui nutriebat Antiochũ filium Alexan-
dri,& aſsidebat vt traderet eũ ipſi:vt regnaret loco patris. Et
E enunciauit ei quanta fecit Demetrius,& inimicitias exercituũ
eius aduerſus illũ.Ex manſit ibi diebus multis. Et miſit Iona-
thas ad Demetrium regẽ vt eiiceret eos q in arce erant in Ieru
ſalaim,& qui in præſidiis erant,quia impugnabant Iſrael. Et
miſit Demetrius ad Ionathan,dicens:Non hoc tãtum faciam
tibi,& genti tuæ,ſed gloria illuſtrabo te,& gentem tuam cum
fuerit opportunũ.Nunc ergo recte feceris ſi miſeris in auxiliũ
mihi viros,quia diſceſsit omnis exercitus meus.Et miſit ei Io-
nathas tria milia virorum fortium Antiochiam.Et venerunt
ad regem,& delectatus eſt rex in aduentu eorum.Et conuene
runt qui erant de ciuitate,centum viginti milia virorũ, & vo
lebant interficere regem.Et fugit rex in aulam,& occupauerũt
qui erant de ciuitate itinera ciuitatis,& cœperunt pugnare.Et
vocauit rex Iehudæos in auxilium,& conuenerunt omnes ſi-
mul ad eum,& diſperſi ſunt omnes per ciuitatem, & occide-
runt in illa die centum milia hominum,& ſuccenderunt ciuita
tem,& ceperunt ſpolia multa in illa die,& liberauerunt regẽ.
Et viderunt qui erant de ciuitate quod obtinuiſſent Iehudæi
ciuitatem ſicut volebant & infirmati ſunt mente ſua.Et cla-
mauerunt ad regem cum precibus,dicentes:Da nobis dexte-
ras,& ceſſent Iehudæi oppugnare nos,& ciuitatem.Et proie-
F cerunt arma ſua,& fecerunt pacem.Et glorificati ſunt Iehudęi
in conſpectu regis,& in conſpectu omniũ qui erant in regno
eius,& nominati ſunt in regno. Et regreſsi ſunt in Ieruſalaim
habentes ſpolia multa.Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui,
Et ſiluit terra in conſpectu eius.Et mentitus eſt omnia quæcũ-
que dixit,& abalienauit ſe à Ionatha,& nõ retribuit ei ſecũdũ
beneficia quæ ſibi tribuerat,& vexabat eum valde.Poſt hæc
aũt reuerſus eſt Triphon,& Antiochus cũ eo puer adoleſcẽs,
& regnauit & impoſuit ſibi diadema. Et congregati ſunt ad
eum omnis exercitus quos diſperſerat Demetrius, & pugna-
uerunt contra eum.Et fugit, & terga vertit. Et accepit Tri-
phon beſtias, & obtinuit Antiochiam. Et ſcripſit Antio-
chus adoleſcẽs Ionathæ dicẽs:Conſtituo tibi ſacerdotiũ, con-
ſtituo te ſuper quatuor ciuitates vt ſis de amicis regis,& miſit
illi vaſa aurea in miniſteriũ,& dedit ei poteſtatem bibendi in
auro,& eſſe in purpura, & habere fibulã aureã,& Simonem
fratrẽ eius conſtituit ducẽ à terminis Tyri vſq; ad fines Aegy-
pti.Et exiit Ionathas,& perambulabat trans flumen ciuitatis.
Et congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in auxiliũ.
Et venit Aſchelon,& occurrerunt ei honorificè de ciuitate.Et
abiit inde Hazzan,& cõcluſerũt ſe q erant Hazzæ,& obſedit
eam,



eam,& ſuccendit quæ erant in circuitu ciuitatis,& prædatus
eſt ea.Et rogauerunt Hazzenſes Ionathã,& dedit illis dexterã,
G & accepit filios eorum obſides.Et miſit illos in Ieruſalaim.Et
perambulauit regionem vſq; ad Dammeſec.Et audiuit Iona-
thas,quia p̃uaricati ſunt principes Demetrij in Cades quæ eſt
in Galil,cum exercitu multo volentes eũ remouere à negocio
regni,& occurrit illis,fratrem aũt ſuum Simonẽ reliquit intra
prouinciam.Et applicuit Simon ad Bethſurã,& expugnabãt
eam diebus multis,& concluſit eos.Et poſtulauerunt ab eo de
xteras accipere,& dedit illis.Et eiecit eos inde, & cepit ciuita-
tem,& poſuit in ea præſidium.Et Ionathas,& caſtra eius ap-
plicuerunt ad aquam Geneſar, & ante lucem vigilauerunt in
campo Aſor. Et ecce caſtra alienigenarum occurrebant in
campo,& tendebant ei inſidias in montibus.Ipſe autem oc-
currit ex aduerſo.Inſidię verò exurrexerunt de locis ſuis,& cõ
miſerunt prælium.Et fugerunt qui erant ex parte Ionathę o-
mnes,& nemo relictus eſt ex eis:niſi Mattithiah filius Abſolo-
mi,& Iehudah filius Calphi,princeps militiæ exercitus. Et ſci-
dit Ionathas veſtimenta ſua,& poſuit terram in capite ſuo &
orauit.Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in prælium,& conuer-
tit eos in fugam,& pugnauerunt.Et viderunt qui fugiebant
partis illius,& reuerſi ſunt ad eum,& inſequebantur cum eo
omnes vſque Cades ad caſtra ſua.Et peruenerunt vſq; illuc,&
ceciderunt de alienigenis in die illa tria milia virorũ, & reuer-
ſus eſt Ionathas in Ieruſalaim.

¶ Confirmandi fœderis gratia legatos Romam,et Spartam mittit Ionathas,quem Triphon dolo circumuentũ,interfecit. CAP. XII.

A ET vidit Ionathas quia temp⁹ eum iuuat,& elegit viros,
& miſit eos Romam ſtatuere,& renouare cum eis amici
tiam,& ad Spartiatas,& ad alia loca miſit epiſtolas ſecundum
eandem formam. Et abierunt Romam,& intrauerunt curiã,
& dixerunt:Ionathas ſummus ſacerdos,& gens Iehudęorum
miſerunt nos,vt renouaremus amicitiã,& ſocietatem ſecũdũ
priſtinum,& dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca:vt dedu
cerent eos in terram Iehudah cum pace.Et hoc eſt exemplum
epiſtolarum:quas ſcripſit Ionathas Spartiatis.Ionathas ſum-
mus ſacerdos,& ſeniores gentis,& ſacerdotes,& reliquus po
pulus Iehudæorum Spartiatis fratribus ſalutẽ.Iãpridem miſ-
ſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſummum ſacerdotem à Dario q
B regnabat apud vos,quoniam eſtis fratres noſtri,ſicut ſcriptũ
cõtinet quod ſubiectum eſt.Et ſuſcepit Onias virum qui miſ-
ſus fuerat cum honore,& accepit epiſtolas in quibus ſignifica
batur de ſocietate & amicitia.Nos em̃ cum nullo horũ indige
remus habentes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manib⁹ no-
ſtris maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem,& ami
citiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis.Multa enim tempo-
ra tranſierunt ex quo miſiſtis ad nos.Nos ergo in omni tẽpo
re ſine intermiſsione in diebus ſolennibus, & cæteris quibus
oportet memores ſumus veſtri in ſacrificiis quæ offerimus,&
C in obſeruationibus,ſicut fas eſt,& decet meminiſſe fratrum.
Lætamur itaque de gloria veſtra.Nos autem circundederũt
multæ tribulationes & multa prælia,& impugnauerunt nos
reges qui ſunt in circuitu noſtro.Noluimus ergo vobis mole
leſti eſſe:neq; cæteris ſociis, & amicis noſtris in his præliis.Ha-
buimus enim de cœlo auxiliũ,& liberati ſumus nos, & humi-
liati ſunt inimici noſtri.Elegimus itaq; Neumeniũ Antiochi fi-
lium,& Antipatrẽ Iaſonis filiũ,& miſimus ad Romanos reno
uare cum eis amicitiã,& ſocietatẽ priſtinã.Mandauimus itaq;
eis vt veniant etiã ad vos,& ſalutent vos,& reddant vobis e-
piſtolas noſtras de innouatione fraternitatis noſtræ.Et nunc
benefacietis reſpondẽtes nobis ad hæc.Et hoc reſcriptum epi
ſtolarum quod miſit Onias.Rex Spartiatarũ Onias.Ionathæ
ſacerdoti magno ſalutem.Inuentum eſt in ſcriptura de Spar-
tiatis,& Iehudæis,qm̃ ſunt fratres,& q̃a ſunt de genere Abra-
hã,& nunc ex quo hæc cognouimus:benefacitis ſcribentes no
bis de pace veſtra.Sed & nos reſcripſimus vobis. Pecora no
D ſtra,et poſſeſsiones noſtræ,veſtræ ſunt:& veſtræ,noſtræ.Man
dauimus itaq; hęc nunciari vobis.Et audiuit Ionathas,qm̃ re-
greſsi ſunt principes Demetrij cum exercitu multo ſupra quã
prius pugnare aduerſus eũ,& exiit ab Ieruſalaim,& occurrit
eis in Amathite regione.Non dederat eis ſpacium vt ingrede
rentur regionẽ eius.Et miſit ſpeculatores in caſtra eorum. Et
reuerſi renunciauerunt quod conſtituũt ſuperuenire illic no-
cte.Cũ occidiſſet autem ſol,præcepit Ionathas ſuis vigilare,et
eſſe in armis paratos ad pugnã tota nocte.Et poſuit cuſtodes
per circuitum caſtrorum.Et audierunt aduerſarij quod para-
tus eſt Ionathas cum ſuis in bello,& timuerũt, & formidaue-
runt in corde ſuo,& accenderũt focos in caſtris ſuis.Ionathas
aũt,& qui cũ eo erant nõ cognouerunt vſq; mane. Videbant
aũt luminaria ardentia,& ſecutus eſt eos Ionathas,& non cõ-
prehendit eos.Tranſierunt enim flumen Eleutherũ.Et diuer-
tit Ionathas ad Arabas, qui vocabãtur Zabadæi, & percuſ-
ſit eos,& accepit ſpolia eorum.Et iunxit,& venit Dammeſec,
& perambulabat oẽm regionẽ illam.Simon aũt exiit,& venit
E vſque Aſchelon,& ad proxima pręſidia,& declinauit in Iop-
pen,& occupauit eam.Audiuit enim quod vellent præſidiũ
tradere patribus Demetrij,& poſuit ibi cuſtodes vt cuſtodi-
rent eam.Et reuerſus eſt Ionathas,& conuocauit ſeniores po
puli,& cogitauit cum eis ædificare præſidia in Iehudęa,& æ-
dificare muros in Ieruſalaim,& exaltare altitudine magna in-
ter medium arcis,& ciuitatis,vt ſepararet eam à ciuitate vt eſ-
ſet ipſa ſingulariter,& neque emant neque vendãt.Et cõuene-
runt vt ædificarent ciuitatẽ,& cecidit mur⁹ qui erat ſuper tor
rentẽ ab ortu ſolis & reparauit eũ qui vocatur Caphetetα.Et
Simon ædificauit Adiada in Sephela,& muniuit eã,& impo-
ſuit portas & ſeras.Et cum cogitaſſet Triphon regnare Aſię,
& aſſumere diadema,& extendere manum in Antiochum re-
gem:timens ne fortè non permitteret eũ Ionathas,ſed pugna-
ret aduerſus eum:quærebat cõprehendere eum, & occidere.
Et exurgens abiit in Bethſan.Et exiit Ionathas obuiã cũ qua-
F draginta milibus virorũ electorum in prælium,& venit Beth
ſan.Et vidit Triphon quia venit Ionathas cũ exercitu multo.
vt extenderet in eum manus,& timuit.Et excepit eum cũ ho-
nore,& commendauit eum omnibus amicis ſuis, & dedit ei
munera.Et præcepit exercitibus ſuis,vt obedirent ei ſicut ſibi.
Et dixit Ionathę:Vt quid vexaſti vniuerſum populum,quum
bellum nobis non ſit?Et nũc remitte eos in domos ſuas. Elige
autẽ tibi viros paucos qui tecum ſint,& veni mecum Ptolo-
maidam,& tradam eã tibi,& reliqua p̃ſidia & exercitũ,& vni
uerſos præpoſitos negocij,& conuerſus abibo. Propterea e-
nim veni.Et credidi ei,& fecit ſicut dixit,& dimiſit exercitum,
& abierunt in terram Iehudah.Retinuit autẽ ſecum tria milia
virorum ex quibus remiſit in Galil duo milia:mille autẽ vene
runt cum eo.Vt autem intrauit Ptolomaidam Ionathas,clau
ſerunt portas ciuitatis Ptolomenſes,& cõprehenderunt eum,
& omnes qui cũ eo intrauerunt gladio interfecerunt.Et miſit
Triphon exercitum,& equites in Galil,et in campum magnũ:
vt perderent omnes ſocios Ionathæ.At illi quum congnouiſ-
G ſent:quia comprehenſus eſt Ionathas & periit, & omnes qui
cum eo erant:hortati ſunt ſemetipſos,& exierunt parati in prę
lium.Et vidẽtes hi qui inſecuti fuerant:quia pro anima res eſt
illis,reuerſi ſunt.Illi autem venerunt omnes cum pace in terrã
Iehudah.Et planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipſo erant
valde.Et luxit Iſrael luctu magno.Et quęſierunt omnes gẽtes
quę erant in circuitu eorũ conterere eos.Dixerunt em̃: Nõ ha
bent principem,& adiuuantem.Nũc ergo expugnemus illos,
& tollamus de hominibus memoriam eorum.

¶ Capto Ionatha,Simõ dux eligit̃,a quo Triphon,p Ionathæ redẽptiõe liberos illius,& argentũ accipiẽs,ip.ũm cũ liberis interẽmit. CAP. XIII.

A ET audiuit Simon quod cõgregauit Triphon exercitum
copioſum,vt veniret in terrã Iehudah & attereret eã.Et
vidẽs quia in tremore populus eſt,& in timore:aſcẽdit Ieruſa
laim,& cõgregauit populũ & adhortãs dixit:Vos ſcitis quan
ta ego & fratres mei,& dom⁹ patris mei fecim⁹ p legibus, &

pro ſanctis prælia,& anguſtias quales vidimus.Horum gratia
perierunt fratres mei oēs propter Iſrael,& relictus ſum ego ſo
lus.Et nunc non mihi cōtingat parcere animæ meæ in omī tē
pore tribulationis.Nō em̄ melior ſum fratribus meis.Vindi-
cabo itaque gentē meā,& ſancta,natos quoque noſtros,& v-
xores:quia congregatæ ſunt vniuerſæ gentes conterere nos
inimicitiæ gratia.Et accenſus eſt ſpiritus populi ſimul vt audi
uit ſermones iſtos,& reſponderunt voce magna,dicentes.Tu
es dux noſter loco Iehudæ & Ionathæ fratris tui. Pugna præ
lium noſtrum,& omnia quæcunque dixeris nobis,faciemus.
B Et congregans omnes viros bellatores accelerauit cōſumma-
re vniuerſos muros Ieruſalaim,& muniuit eam in gyro.Et mi
ſit Ionathā filium Abſolomi,& cū eo exercitum nouū in Iop-
pen,& eiectis his qui erant in arce,remanſit illic ipſe.Et mouit
Triphon à Ptolomaida cum exercitu multo,vt veniret in ter
ram Iehudah,& Ionathas cum eo in cuſtodia.Simon autē ap
plicauit in Addus contra faciē cāpi.Et vt cognouit Triphō:
quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathæ,& quia cōmiſſu-
rus eſſet cū eo prælium,miſit ad eum legatos,dicens.Pro argē
to quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis ꝓpter
negocia quæ habuit,detinuimus eum.Et nunc mitte argenti
talenta centū,& duos filios eius obſides,vt nō dimiſſus fugiat
C à nobis,& remittemus eū.Et cognouit Simon,quia cum do-
lo loqueretur ſecum.Iuſsit tamen dari argentum & pueros,ne
inimicitiam magnam ſumeret ad populum Iſrael dicētem,qa
non miſit ei argentum,& pueros,ꝓpterea periit.Et miſit pue
ros & centum talenta.Et mentitus eſt,& nō dimiſit Ionathā.
Et poſt hæc venit Triphon intra regionē vt contereret eā,&
gyrauerunt per viam quę ducit Ador.Et Simon,& caſtra ei⁹
ambulabant in oēm locum quocūque ibant.Qui aūt in arce
erant miſerūt ad Triphonē legatos vt feſtinaret venire per de-
ſertum,& mitteret illis alimonias.Et parauit Triphō oēm eq-
tatū vt veniret illa nocte.Erat enim nix multa valde,& nō ve-
nit in Ghilhadithim.Et cū appropinquaſſet Beſchamā, occi-
dit Ionathan,& filios eius illic.Et cōuenit Triphon,& abiit in
terrā ſuā.Et miſit Simon,& accepit oſſa Ionathæ fratris ſui,&
D ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrū eius.Et planxerūt eum oīs
Iſrael planctu magno,& luxerunt eum dies multos.Et ædifica
uit Simon ſuper ſepulchrū patris ſui,& fratrum ſuorum ædi-
ficium altum viſu lapide polito retro,& ante,& ſtatuit ſeptem
pyramidas,vnā contra vnā patri,& matri,& quatuor fratri-
bus.Et his circumpoſuit columnas magnas & ſuper colūnas
arma ad memoriā æternā,& iuxta arma naues ſculptas, quæ
viderentur ab hominibus nauigantibus mare. Hoc eſt ſepul-
chrum quod fecit in Modin vſq; in hunc diē.Triphon aūt cū
iter faceret cum Antiocho rege adoleſcēte,dolo occidit eum,
E & regnauit loco eius.Et impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit
plagā magnā in terra.Et ædificauit Simon præſidia Iehudçæ,
muniens ea turribus excelſis,& muris magnis,& portis, & ſe-
ris,& poſuit alimēta in munitionibus.Et elegit Simon viros,
& miſit ad Demetriū regē vt faceret remiſsionē regioni: quia
actus omnes Triphonis per direptionē fuerāt geſti.Et Deme-
trius rex ad verba iſta reſpōdit ei,& ſcripſit epiſtolā talem.Rex
Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti,& amico regū,& ſenio-
ribus,& genti Iehudæorū ſalutē.Coronam aureā, & Bainen
quam miſiſtis,ſuſcepimus,& parati ſumus facere vobiſcū pa-
cem magnā,& ſcribere præpoſitis regis remittere vobis quæ
indulſimus.Quæcunque enim conſtituimus,nobis conſtant.
Munitiones quas ædificaſtis,vobis ſint.Remittimus quoque
ignorantias,& peccata vſque in hodiernū diē,& coronā quā
debebatis. Et ſi qd aliud erat tributariū in Ieruſalaim,iā nō ſit
F tributariū.Et ſi q ex vobis apti ſunt cōſcribi,inter nřos conſcri
bant,et ſit inter nos pax.Anno cētesimo ſeptuageſimo ablatū
eſt iugū gentiū ab Iſrael.Et cœpit ppl's Iſrael ſcribere ī tabulis,
& geſtis publicis,anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote
magno duce,& principe Iehudæorū.In diebus illis applicuit
Simon ad Hazzan,& circūdedit eā caſtris, & fecit machinas,
& applicuit ad ciuitatē,& percuſsit turrē vnā,& comprehen-
dit eā.Et qui eruperāt erant intra māchinā,& ciuitatē, & fact⁹
eſt motus magnus in ciuitate.Et aſcenderūt qui erant in ciuita
te cū vxoribus,& filiis ſupra murū ſciſsis tunicis ſuis,& clama-
uerunt voce magna poſtulātes à Simone dextras ſibi dari. Et
dixerunt:Non nobis reddas ſecundū malitias noſtras,ſed ſecū
dum miſericordias tuas,& ſeruiemus tibi.Et flexus Simō nō
debellauit eos,eiecit tamē eos de ciuitate,& æmundabit ædes
in quibus fuerant ſimulachra,& tunc intrauit in eā cū hymnis
G benedicens dn̄m.Et eiecta ab ea omni immunditia collocauit
in ea viros, qui legem facerent,& muniuit eā,& fecit ſibi habi
tationem.Qui autem erant in arce Ieruſalaim prohibebantur
egredi,& ingredi regionē,emere ac vendere.Et eſurierūt val-
de,& multi ex eis fame perierunt.Et clamauerūt ad Simonem
vt dextras acciperent,& dedit illis.Et eiecit eos inde, & mōda
uit arcem à contaminationibus.Et intrauerūt in eam,tertia et
viceſima die ſecundi menſis,anno cēteſimo ſeptuageſimo pri-
mo cum laude,& ramis palmarum,& cynaris,& cymbalis,&
nablis,& hymnis,& canticis,quia contritus eſt inimicus ma-
gnus ex Iſrael.Et conſtituit vt omnibus annis agerentur dies
hi cū lætitia.Et muniuit montē templi qui erat ſecus arcem,&
habitauit ibi ipſe,& qui cum eo erant.Et vidit Simon Ioannē
filium ſuum quod fortis vir prælij eſſet, & poſuit eū ducē vir-
tutū vniuerſarum,& habitauit in Ghazharah.

¶ Simone duce,ſumma in Iſrael quies,& renouatur cū Romanis,& Spar-
tiatis fœdus. CAP. XIIII.

A ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecūdo,congregauit rex
Demetrius exercitū ſuum,& abiit in Mediam ad con-
trahenda ſibi auxilia,vt expugnaret Triphonē.Et audiuit Ar
ſaces rex Perſidis & Mediæ,quia intrauit Demetrius confines
ſuos,& miſit vnum de principibus ſuis, vt comprehenderet
eum viuū,& adduceret eū ad ſe.Et abiit,& percuſsit caſtra De
metrij,& coprehendit eū,& duxit eum ad Arſacē,& poſuit eū
in cuſtodiam.Et ſiluit omnis terra Iehudah omnibus diebus
Simonis.Et quæſiuit bona genti ſuæ,& placuit illis poteſtas
eius,& gloria eius omnibus diebus,& cum omni gloria ſua ac
cepit Ioppen in portum,& fecit introitum in inſulis maris,&
dilatauit fines genti ſuæ,& obtinuit regionem, & cōgregauit
captiuitatē multam,& dominatus eſt Ghazerah,& Bethſurę,
& arci,& abſtulit immunditias ex ea,& non erat qui reſiſteret
B ei.Et vnuſquiſq; colebat terram ſuā cum pace,& terra Iehu-
dah dabat fructus ſuos,& ligna cāporum fructum ſuū.Senio-
res in plateis ſedebant omnes,& de bonis terrę tractabant, &
iuuenes induebant ſe gloriam,& ſtolas belli.Et ciuitatibus tri
buebat alimonias,& conſtituebat eas,vt eſſent vaſa munitio-
nis,quoadusque nominatū eſt nomē gloriæ eius vſq; ad extre-
mū terræ.Fecit pacē ſuper terrā,& lętatus eſt Iſrael lætitia ma-
gna,& ſedit vnuſqſque ſub vite ſua,& ſub ficulnea ſua,& non
erat qui eos terreret.Defecit impugnans os ſuper terrā.Reges
contriti ſunt in diebus illis,& confirmauit omnes humiles po
puli ſui,& legem exquiſiuit,& abſtulit om̄em iniquum, & ma
lum.Sancta glorificauit,& multiplicauit ſancta ſanctorum.Et
auditum eſt Romæ,quia defunct⁹ eſt Ionathas,& vſq; in Spar
C tiatas,& cōtriſtati ſunt valde.Vt audierūt aūt quod Simō fra
ter eius factus eſſet ſummus ſacerdos loco eius,& ipſe obtine-
ret oēm regionē,& ciuitates in ea,ſcripſerūt ad eū tabulis ęreis
vt renouarēt amicitias,& ſocietatē,quā fecerāt Iehudah, & cū
Ionatha fratribus eius.Et electę ſunt in cōſpectu eccleſiæ in Ie-
ruſalaim.Et hoc exēplum epiſtolarū quas Spartiatę miſerunt.
Spartianorū principes & ciuitates,Simoni ſacerdoti magno,
& ſenioribus ſacerdotibus,& reliquo populo Iehudæorū fra-
tribus ſalutē.Legati qui miſsi ſunt ad populum noſtrum nun
ciauerunt nobis de veſtra gloria,honore, & lætitia, & gauiſi
ſumus in introitu eorum.Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta
in conſiliis populi ſic.Numenius Antiochi,& Antipater Iaſo
nis filius legati Iehudæorum venerunt ad nos,renouantes no
biſcum amicitiam priſtinā.Et placuit populo excipere viros
glorioſe,



glorioſe,& ponere exemplum ſermonum eorum in ſegrega-
tis populi libris,vt ſit ad memoriam populo Spartiatarum.
Exemplum autem horū ſcripſimus Simoni magno ſacerdoti.
Poſt hoc autem miſit Simon Numenium Romā habentem
clypeum aureum magnum pondo minarum mille ad ſtatuē-
D dam,cum eis ſocietatem. Cum autem audiſſet populus Ro-
manus ſermones iſtos, dixerunt: Quam gratiarum actio-
nem reddemus Simoni,& filiis eius?Reſtituit enim ipſe fratres
ſuos, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis.Et ſtatuerunt ei li-
bertatem, & deſcripſerunt in tabulis æreis,& poſuerunt in
titulis in mōte Siion.Et hoc eſt exemplum ſcripturæ, octaua-
decima die,menſis Ebul,anno centeſimo ſeptuageſimo ſecun-
do, anno tertio ſub Simone ſacerdote magno,in Saramel in
conuentu magno ſacerdotum & populi,& principū,& gētis,
& ſeniorum regionis nota facta ſunt hæc,qm̄ frequenter facta
ſunt prælia in regione noſtra.Simon aūt Mattathiæ filius ex fi-
liis Iarib,& fratres eius dederunt ſe periculo,& reſtiterunt ad-
uerſariis gentis ſuæ,vt ſtarent ſancta ipſorum,& lex, & gloria
magna glorificauerunt gentē ſuā.Et congregauit Ionathas gē
tem ſuā,& factus eſt illis ſacerdos magnus,& appoſitus eſt ad
E populum ſuū.Et voluerunt inimici eorū calcare ſancta, & at-
terere regionē ipſorū,& extendere manus in ſancta ſanctorū.
Tunc reſtitit Simon, & pugnauit pro gēte ſua,& erogauit pe
cunias multas,& armauit viros virtutis gentis ſuæ,& dedit il
lis ſtipendia,& muniuit ciuitates Iehudææ,& Bethſuram quæ
in finibus Iehudęæ,vbi erant arma hoſtium antea,& poſuit il
lic præſidium viros Iehudæos.Et Ioppen muniuit quæ erat
ad mare,& Hazzan quæ eſt in finib⁹ Aſdod,in qua hoſtes an-
tea habitabant,& collocauit illic Iehudæos,& quęcūque apta
erant ad correptionē eorum poſuit in eis.Et vidit populus a-
ctum Simonis,& gloriā quam cogitabat facere genti ſuæ, &
poſuerunt eum ducem ſuū,& principem ſacerdotū, eo quòd
ipſe fecerit hæc omnia,& iuſtitiam,& fidem quam conſerua-
F uit genti ſuæ,& exquiſiuit omnimodo exaltare populum ſuū.
Et in diebus eius proſperatū eſt in manibus eius vt tollerētur
gentes de regione ipſorum,& quæ in ciuitate Dauid erant in
Ieruſalaim in arce de qua procedebant,& contaminabant oīa
quæ in circuitu ſanctorum ſunt,& inferebant plagā magnam
caſtitati.Et collocauit in ea viros Iehudęos ad tutamentū re-
gionis,& ciuitatis,& exaltauit muros in Ieruſalaim.Et rex De-
metrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotiū.Secundū hæc fecit eū
amicum ſuum,& glorificauit eū gloria magna.Audiuit enim
ꝙ appellati ſunt Iehudæi à Romanis amici,& ſocij,& fratres,
& quia ſuſceperūt legatos Simonis glorioſe,& quia Iehudęi,
& ſacerdotes eorum cōſenſerūt eum eſſe ducem ſuum, & ſum
mum ſacerdotē in æternum,donec ſurgat propheta fidelis:&
G vt ſit ſuper eos dux,& vt cura eſſet illi pro ſanctis:& vt conſti-
tueret præpoſitos ſuper opera eorū,& ſuper regionē,& ſuper
arma,& ſuper pręſidia,& cura ſit illi de ſanctis,& vt audiatur
ab omnibus,& ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptio
nes in regione,& vt operiatur purpura,& auro,& ne liceat vl
li ex populo,& ex ſacerdotibus irritū facere aliquid horū, &
contradicere his quæ ab eo dicuntur,aut cōuocare cōuentū
in regiōe ſine ipſo,& veſtiri purpura,& vti fibula aurea. Qui
aūt fecerit extra hoc,aut irritū fecerit aliquid horum reus erit.
Et complacuit omni populo ſtatuere Simonē,& facere ſecun
dum verba iſta.Et ſuſcepit Simon,& placuit ei vt ſummo ſa
cerdotio fugeretur,& eſſet dux, & princeps gentis Iehudæo-
rum,& ſacerdotum,& pręeſſet omnibus.Et ſcripturam iſtam
duxerunt ponere in tabulis ęreis,& ponere eas in peribolo ſan
ctorum in loco celebri.Exemplum autem eorum ponere in
ærario,vt habeat Simon,& filij eius.

¶ Antiochus cū Simone fœdus ferit,& Triphonē perſequitur.Simone auxi
liū mittente Antiochus fœdus rūpit. CAP. XV.

A ET miſit rex Antiochus filius Demetrij epiſtolas ab inſu-
lis maris Simoni ſacerdoti,& principi gētis Iehudæorū,
& vniuerſæ gēti,& erāt cōtinentes hunc modū:Rex Antioch⁹
Simoni ſacerdoti magno,& genti Iehudæorū ſalutē. Quoniā
quidē peſtilentes obtinuerunt regnum patrum noſtrorū,vo-
lo autē vindicare regnum,& reſtituere illud ſicut erat antea,et
lectam feci multitudinē exercitus,& feci naues bellicas. Volo
autem procedere per regionē vt vlciſcar in eos qui corrupe-
runt regionem noſtrā, & qui deſolauerunt ciuitates munitas
in regno meo.Nunc ergo ſtatuo tibi omnes oblationes quas
remiſerunt tibi ante me omnes reges,& quæcūque alia dona
B remiſerunt tibi,& permitto tibi facere percuſſurā proprij nu
miſmatis in regione tua.Ieruſalaim autem ſanctam eſſe,& libe
ram,& omnia arma quæ fabricata ſunt,& pręſidia quæ con-
ſtruxiſti quę tenes maneant tibi.Et omne debitū regis,& quæ
futura ſunt regi ex hoc,& in totum tēpus remittūtur tibi.Cū
autem obtinuerimus regnum noſtrum glorificabimus te, &
gentem tuam,& templum gloria magna, ita vt manifeſtetur
gloria veſtra in vniuerſa terra.Anno centeſimo ſeptuageſimo
quarto exiit Antiochus in terrā patrum ſuorum,& conuene-
runt ad eum omnes exercitus,ita vt pauci relicti eſſent cū Tri
phone.Et inſecutus eſt eum Antiochus rex,et venit Doram fu
giens per maritimam.Sciebat enim quod cōgregata ſunt ma-
la in eum,& reliquit eū exercitus.Et applicuit Antiochus ſup
C Dorā cū cētum viginti milibus virorū belligeratorū,& octo
milibus equitū.Et circuiuit ciuitatē,et naues à mari acceſſerūt,
& vexabant ciuitatē à terra,& mari,& neminē ſinebant ingre-
di,vel egredi. Venit aūt Numenius,& qui cum eo fuerant ab
vrbe Roma habentes epiſtolas regibus,& regionibus ſcriptas
in quibus continebantur hæc.Lucius conſul Romanorū Pto
lomæo regi ſalutē.Legati Iehudæorū venerunt ad nos amici
noſtri renouantes priſtinā amicitiā,& ſocietatē,miſsi à Simōe
principe ſacerdotū,& populo Iehudęorū.Attulerunt aūt cly-
peum aureū minarū mille.Placuit itaq; nobis ſcribere regibus
& regionibus,vt non inferāt illis mala,neq; impugnent eos,&
ciuitates eorū,& regiones eorū,& vt nō ferāt auxiliū pugnāti-
D bus aduerſus eos.Viſum aūt eſt nobis accipere ab eis clypeū.
Si qui ergo peſtilētes fugerint de regiōe ipſorū ad vos,tradite
eos Simoni principi ſacerdotū,vt vindicet in eos ſecūdum le-
gem ſuam.Hæc eadem ſcripta ſunt Demetrio regi, & Attalo,
& Arabe,& Arſaci,& in oēs regiones,& Samſame,& Sparta
nis,& Delo,& Mido,& Sitione,& Carię,& in Samū,& Pāphi
liā,& Liciā,& Alicarnaſum,& Rhodū,& Facelida, & Choo,
& Sidē,& Arado,& Gorthynā,& Gnydum,& Cyprum, &
Cyrenem.Exēplum aūt eorū ſcripſerunt Simoni principi ſa-
cerdotū,& populo Iehudæorū.Antiochus aūt rex applicuit
caſtra in Dorā ſecundo,admouens ei ſemper manus,& machi
nas faciens.Et concluſit Triphonē ne procederet. Et miſit ad
E eum Simon duo milia virorū electorū in auxilium,& argētū,
& aurum,& vaſa copioſa.Et noluit ea accipere,ſed rupit oīa
quæ pactus eſt cum eo antea,& alienauit ſe ab eo. Et miſit ad
eum Athenobiū vnū de amicis ſuis:vt tractaret cum ipſo,di-
cens:Vos tenetis Ioppen,& Gazerā,& arcē quæ eſt in Ieruſa
laim ciuitates regni mei,fines earū deſolaſtis,& feciſtis plagam
magnā in terra,& dominati eſtis ꝑ loca multa in regno meo.
Nunc ergo tradite ciuitates quas occupaſtis,& tributa loco-
rum in quib⁹ dominati eſtis extra fines Iehudææ.Sin aūt date
pro illis quingenta talēta argenti,& exterminij quod extermi-
naſtis,& tributorū ciuitatum alia talenta quingenta. Sin autē
F veniemus,& expugnabimus vos.Et venit Athenobius ami-
cus regis in Ieruſalaim,& vidit gloriam Simonis, & claritatē
in auro,& argento,& apparatum copioſum,& obſtupuit,&
retulit ei verba regis.Et reſpondit ei Simon,& dixit ei:Neque
alienā terrā ſumpſimus,neque alienā detinemus,ſed hæredita-
tē patrū noſtrorum quæ iniuſte ab inimicis noſtris aliquo tē-
pore poſſeſſa eſt.Nos verò tēpus habentes vendicamus hęre
ditatē patrū noſtrorū.Nā de Ioppe,& Gazera quæ expoſtu-
las,ipſi faciebāt in populo plagā magnā,& in regione noſtra.
Horū damus talēta cētum.Et nō reſpōdit ei Aethenob⁹ ver-
bum.Reuerſus autem cum ira ad regem renunciauit ei verba

C .v.

iſta,& gloriam Simonis,& vniuerſa quæ vidit.Et iratꝰ eſt rex
ira magna.Triphon aũt fugit naui in Orthoſaida. Et conſti-
tuit rex Cedebæum ducem maritimum,& exercitũ peditum,
& equitũ dedit illi,& mandauit illi mouere caſtra contra fa-
G ciem Iehudææ.Et mãdauit ei ædificare cedronem,& obſtrue-
re portas ciuitatis,& debellare populum.Rex autem perſeque
batur Triphonem.Et peruenit Cendebæus Iabniam, & cœ-
pit irritare plebem,& conculcare Iehudæam,& captiuare po
pulum,& interficere,& ædificare cedronem.Et collocauit il-
lic equites,& exercitum,vt egreſsi perambularent viam Iehu-
dææ ſicut conſtituit ei rex.

¶Cendebæus dux exercitus Antiochi,a filiis Simonis profligatur,& Simõ cũ filiis a Ptolomæo in cõuiuio interficitur. CAP. XVI.

A ET aſcendit Ioannes de Gazerah,& nunciauit Simoni pa
tri ſuo quæ fecit Cendebæus in populo ipſorum, & vo
cauit Simon duos filios ſuos ſeniores,Iehudam, & Ioannem,
& ait illis:Ego & fratres mei,& domus patris mei expugnaui
mus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia vſque in hunc diem,& ꝓſpe
ratum eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquotiens. Nũc
ſenui ſed eſtote loco meo,& fratres mei,& egreſsi pugnate ꝓ
gente noſtra.Auxilium verò de cœlo vobiſcum ſit. Et elegit
de regione viginti milia virorum belligeratorũ,& equites,&
profecti ſunt ad Cẽdebæum.Et dormierunt in Modin,& ſur-
rexerunt mane,& abierunt in campum.Et ecce exercitus co-
pioſus in obuiã illis peditũ,& equitũ,& fluminis. Torrẽs erat
inter mediũ ipſorum.Et admouit caſtra contra faciem eorũ,
B ipſe & populus eius.Et vidit populum trepidantem ad tranſ
fretandum torrentem,& transfretauit primus.Et viderunt vi
ri,& tranſierunt poſt eũ.Et diuiſit populum & equites in me-
dio peditum.Erat aũt equitatus aduerſariorum copioſus ni-
mis.Et exclamauerunt ſacris tubis,& in fugam conuerſus eſt
Cendebęus,& caſtra eius,& ceciderunt ex eis multi vulnerati:
reſidui autem in munitionẽ fugerunt. Tunc vulneratus eſt Ie-
hudah,frater Ioannis.Ioannes aũt inſecutus eſt eos donec ve-
nit Cedronẽ quam ædificauit,& fugerunt vſq; ad turres quæ
erant in agris Aſdod,& ſuccendit eas igni.Et ceciderunt ex il-
lis,duo milia virorum.Et reuerſus eſt in Iehudæam in pace.Et
C Ptolomæus filius Abobi conſtitutus erat dux in cãpo Hieri-
co,& habebat argentũ,& aurum multũ.Erat enim gener ſum
mi ſacerdotis.Et exaltatũ eſt cor eius,& volebat obtinere re-
gionẽ,& cogitabat dolum aduerſus Simonem & filios eius vt
tolleret eos.Simon autẽ perambulãs ciuitates quæ erant in re
gione Iehudęæ,& ſolicitudinẽ gerens earũ deſcendit in Hieri-
co ipſe & Mattithiah filius eius,& Iehudah anno centeſimo ſe
ptuageſimoſeptimo, menſe vndecimo.Hic eſt mẽſis Sabath.
Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiunculam quæ vocatur
Doch cũ dolo,quam ædificauit.Et fecit eis cõuiuium magnũ,
& abſcondit illic viros.Et cũ inebriatus eſſet Simon,& filij eiꝰ,
ſurrexit Ptolomæus cũ ſuis,& ſumpſerunt arma ſua,& intra-
uerunt in conuiuium,& occiderunt eũ,& duos filios eius, &
quoſdam pueros eius.Et fecit deceptionem magnã in Iſrael,
& reddidit mala ꝓ bonis.Et ſcripſit hæc Ptolomęus,& miſit
regi vt mitteret ei exercitum in auxiliũ,& traderet ei regionẽ,
& ciuitates eorum & tributa.Et miſit alios in Gazarã tollere
D Ioannem,& tribunis miſit epiſtolas vt venirent ad ſe,& daret
eis argentum & aurũ & dona.Et alios miſit occupare Ieruſa-
laim,& montem templi.Et pręcurrens quidã nunciauit Ioan
ni in Gazara quia periit pater eius & fratres eius,& quia miſit
te quoq; interfici.Vt audiuit autẽ vehementer expauit,& cõ-
prehendit viros qui venerant perdere eum,& occidit eos.Co
gnouit enim quia quærebant perdere eum.Et cætera ſermo-
num Ioannis,& bellorum eius,& bonarum virtutum quibꝰ
fortiter geſsit,& ædificij murorum quos extruxit,& re-
rum geſtarum eius,ecce hæc ſcripta ſunt in libro
dierũ ſacerdotij eius:ex quo factꝰ eſt prin-
ceps ſacerdotum poſt patrem ſuũ.

FINIS.

# Liber ſecundus

## Maccabæorum.

¶Literæ Iehudæorum in Ieruſalaim ad eos qui in Aegypto, quibus ſuper morte Antiochi deo gratias ſe agere adhortant.de igne in puteo recõdito.

CAPVT I.

A FRATRIBVS q ſunt per
Aegyptum Iehudæis, ſalutem dicunt
fratres qui ſunt in Ieruſalaim Iehudęi,
& qui in regione Iehudęa,& pacem bo
nam.Benefaciat vobis deus, & memi-
nerit teſtamenti ſui quod locutꝰ eſt ad
Abrahã & Iſchac & Iahacob ſeruorũ
B ſuorum fidelium,& det vobis cor omnibus vt colatis eum,et
faciatis eius voluntatẽ corde magno,& animo volenti.Ada-
periat cor veſtrum in lege ſua,& in præceptis ſuis,& faciat pa
cem.Exaudiat orationes veſtras, & reconcilietur vobis: nec
vos deſerat in tpe malo.Et nunc hic ſumus orantes pro vo-
bis.Regnante Demetrio anno cẽteſimo ſexageſimo nono nos
Iehudæi ſcripſimus vobis in tribulatione,& impetu qui ſup-
uenit nobis in iſtis annis ex quo receſsit Iaſon à ſancta terra &
C regno.Portam ſuccenderunt,& effuderunt ſanguinem inno-
centem.Et orauimus ad dominum & exauditi ſumus, & ob-
tulimus ſacrificium & ſimilaginem, & accendimus lucernas,
& propoſuimus panes.Et nũc frequẽtate dies ſcenopegię mẽ-
ſis Caſleu.Anno cẽteſimo octogeſimo octauo populus qui
eſt in Ieruſalaim & in Iehudæa,ſenatusq;, & Iehudah Ariſto-
bolo magiſtro Ptolomæi regis qui eſt de genere chriſtorũ ſa-
cerdotũ,& his qui in Aegypto ſunt Iehudęis,ſalutẽ & ſanita-
tẽ.De magnis periculis à deo liberati magnifice gratias agi-
D mus ipſi:vt pote qui aduerſus talẽ regem dimicauimus. Ipſe
enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerũt contra nos
& ſanctam ciuitatẽ.Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe, & cũ
ipſo immenſus exercitus,cecidit in tẽplo Nanææ,cõſilio dece-
ptus ſacerdotum Nanææ.Etenĩ cũ ea habitaturus erat venit
ad locũ Antiochus,& amici eiꝰ,& vt acciperet pecunias mul-
tas dotis nomine.Cũq; propoſuiſſent eas ſacerdotes Nanęæ,
& ipſe cũ paucis ingreſſus eſſet intra ambitũ phani,clauſerunt
templũ.Cũ aũt intraſſet Antiochꝰ,aptoq; occulto aditu tẽpli
mittẽtes lapides ꝑcuſſerũt ducẽ,& eos q cũ eo erãt, & diuiſe-
rũt mẽbratim:& capitibꝰ amputatis foras proiecerũt. Per oĩa
bñdictꝰ deꝰ qui tradidit impios. Facturi igitur qnta,& viceſi
ma die mẽſis Caſleu purificationẽ tẽpli neceſſariũ duximus ſi-
gnificare vobis,vt & vos quoq; agatis diẽ ſcenopegiæ, & diẽ
E ignis qui datꝰ eſt quãdo Nechemiah ædificato tẽplo, & altari
obtulit ſacrificia.Nã cũ in Perſidẽ ducerẽtur patres noſtri,ſa-
cerdotes q tũc cultores dei erãt acceptũ ignẽ de altari occulte
abſcõderũt in valle vbi erat puteꝰ altus,& ſiccus,& in eo con-
tutati ſunt eũ,ita vt oĩbus ignotꝰ eſſet locꝰ.Cum aũt præteriiſ
ſent anni multi,& placuit deo vt mitteretur Nechemiah à re-
ge Perſidis nepotes ſacerdotũ illorũ qui abſcõderãt,miſit ad
requirendũ ignem.Et ſicut narrauerũt nobis,nõ inuenerũt i-
gnẽ ſed aquã craſſam.Et iuſsit eos haurire,& afferre ſibi,& ſa-
crificia q̃ impoſita erãt iuſsit ſacerdos Nechemiah aſꝑgi ipſa
aqua,& ligna,& q̃ erãt ſuppoſita.Vtq; hoc factũ eſt, & tẽpus
affluit quo ſol refulſit q prius erat in nubilo,accenſus eſt ignis
magnꝰ,ita vt oẽs mirarẽtur.Orationẽ aũt faciebant oẽs ſacer
dotes dum cõſummaretur ſacrificiũ Ionatha inchoante,cæte-
ris autẽ reſpondentibus.Et Nechemiah erat oratio hunc ha-
bẽs modũ.Dñe deꝰ omniũ creator,terribilis,fortis,iuſtꝰ et mi
ſericors,q ſolus es bonus,rex ſolus,& præſtans,iuſtus & omni
F potẽs,æternus,qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti pa-
tres electos,& ſanctificaſti eos, accipe ſacrificium ꝓ vniuerſo
populo



populo tuo Iſrael,& cuſtodi partẽ tuam,& ſanctifica.Cõgre-
ga diſperſionẽ noſtrã,libera eos q ſeruierunt gentibus,& con
temptos,& abominatos reſpice,vt ſciãt gẽtes quia tu eſt deus
noſter.Afflige opprimẽtes nos,& cõtumeliã faciẽtes in ſuper-
bia.Cõſtitue populũ tuũ in loco ſancto tuo,ſicut dixit Moſeh.
Sacerdotes aũt pſallebãt hymnos,vſquequo conſumptũ eſſet
ſacrificiũ.Cũ aũt conſumptũ eſſet ſacrificium ex reſidua aqua
Nechemiah iuſsit lapides maiores perfundi.Quod vt factum
eſt ex eis flãma accẽſa eſt,ſed ex lumine quod refulſit ab altari
cõſumpta eſt.Vt verò manifeſtata eſt res,renunciatũ eſt regi
Perſarũ quod in loco in quo ignẽ abſconderãt hi q trãſlati fu
erãt ſacerdotes aqua apparuit,de qua Nechemiah,& qui cum
C eo erãt purificauerũt ſacrificia.Conſiderãs aũt rex,& rẽ diligẽ
ter examinãs,fecit ei templũ,vt probaret quod factum erat.Et
quũ probaſſet,ſacerdotibus dedit multa bona,& alia atq; alia
munera,& accipiens manu ſua tribuebat eis.Appellauit autẽ
Nechemiah hunc locum Nepthar, quod interpretatur purifi
catio.Vocatur autem apud plures Nephi.

Quo pacto occultarit Irmeiah arcam in monte. CAP. II.

A INuenitur aũt in deſcriptionibꝰ Irmeiah prophetę ꝙ iuſsit
3.Reg.8.a. eos ignẽ accipere q tranſmigrabãtur vt ſignificatũ eſt,et vt
mãdauit trãſmigratis.Et dedit illis legẽ ne obliuiſcerẽtur prę-
cepta dñi,& vt non exerrarẽt mẽtibus vidẽtes ſimulachra au-
rea,& argentea,& ornamenta eorũ.Et alia huiuſmodi dicens
hortabat ne legẽ amouerent à corde ſuo. Erat aũt in ipſa ſcri-
ptura:quomodo tabernaculũ,& arcã iuſsit propheta diuino
B reſponſo ad ſe facto comitari ſecũ vſquequo exiit in montẽ,in
quo Moſeh aſcendit,& vidit dei hæreditatẽ, & veniẽs ibi Ir-
meiah inuenit locũ ſpeluncæ,& tabernaculum,& arcã,& alta-
re incenſi intulit illuc,& oſtiũ obſtruxit. Et acceſſerunt quidã
ſimul qui perſequebãtur:vt notarent ſibi locũ,& non potue-
runt inuenire. Vt aũt cognouit Irmeiah culpans illos dixit ꝙ
ignotus erit locus donec cõgreget deus congregationẽ popu
li,& propitius fiat.Et tũc dñs oſtendet hæc,& apparebit maie
ſtas dñi,& nubes erit ſicut & Moſeh manifeſtabat,& ſicut cũ
Salomoh petiit:vt locus ſanctificaretur magno deo manife-
C ſtabat hæc.Magnifice etenim ſapientiã tractabat,& vt ſapien-
tiam habens obtulit ſacrificiũ dedicationis,& conſummatio-
Deut.4.a. nis templi.Sicut & Moſeh orabat ad dñm,& deſcẽdit ignis de
cœlo,et conſumpſit holocauſtũ ſicut & Salomoh orauit & de
ſcendit ignis de cœlo,& cõſumpſit holocauſtum.Et dixit Mo-
ſeh eo ꝙ nõ ſit comeſtum quod erat pro peccato,& conſum-
ptum eſt.Similiter & Solomoh octo diebus celebrauit dedi-
cationem.Inferebãtur aũt in deſcriptionibus,& cõmentariis
Nechemiah hæc eadẽ,& qualiter cõſtruens bibliothecã cõgre
gauit de regionibus libros,& prophetarum,& Dauid,& epi-
ſtolas regũ de donariis.Similiter autem & Iehudah ea, quæ di
D dicerat per bellũ quod nobis acciderat cõgregauit omnia,&
ſunt apud nos. Si ergo deſideratis hæc mittite qui perferant
vobis.Acturi itaq; purificationem ſcripſimus vobis.Bene er
go facietis ſi egeritis hos dies.Deus autẽ qui liberauit popu-
lum ſuum,& reddidit hæreditatẽ omnibus, & regnum & ſa-
cerdotium,& ſanctificationẽ ſicut promiſit in lege, ſperamus
quod cito noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cœlo in
locum ſanctũ.Eripuit enim nos de magnis periculis,et locum
purgauit. De Iehudah verò Maccabæo & fratribus eius de
templi magni purificatione, & de aræ dedicatione, ſed & de
præliis quæ pertinent ad Antiochum nobilem, & filium eius
E Eupatorem,& de illuminationibus quæ de cœlo factæ ſunt
ad eos qui pro Iehudæis fortiter fecerũt.ita vt vniuerſam re-
gionem cum pauci eſſent vindicarent,& barbaram multitu-
dinem fugarent,& famoſiſsimũ in toto orbe templum recu-
perarent,& ciuitatem liberarent:vt leges quæ abolitæ erant
reſtituerentur domino cum omni tranquillitate propitio fa-
cto illis.Itemq; ab Iaſone Cyrenæo quinq; libris comprehen-
ſa tẽtauimus nos vno volumine breuiare.Cõſiderantes enim
multitudinem librorum,& difficultatem volentibus aggredi
F narrationes hiſtoriarũ: propter multitudinem rerũ curaui-
mus volentibus quidem legere vt eſſet animi oblectatio: ſtu-
dioſis verò vt facilius poſſent memoriæ commendare: omni
bus aũt legentibus vtilitas cõferatur. Et nobis quidẽ ipſis qui
hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus nõ facilem laborem:
imo verò negocium plenum vigiliarum,& ſudoris aſſumpſi
mus. Sicut hi qui præparant cõuiuium, & quærunt aliorum
voluntati parere propter multorum gratiã libenter laborem
ſuſtinemus: veritatem quidem de ſingulis autoribus conce-
dentes:ipſi autem ſecundum datã formam breuitati ſtudẽtes.
G Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura cu
randum eſt:ei verò qui pingere curat quæ apta ſunt ad orna-
tum exquirenda ſunt,ita ęſtimandũ eſt,& in nobis.Etenim in-
tellectũ colligere, & ordinare ſermonẽ et curioſius partes ſin-
gulas quaſq; diſquirere hiſtoriæ congruit autori:breuitatem
verò dictionis ſectari,& executiones rerum vitare:breuiãti cõ
cedendum eſt. Hic ergo narrationem incipiemus: de præfa-
tione tantum dixiſſe ſufficiat.Stultum etenim eſt ante hiſtoriã
effluere,in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.

¶Proditos a Simone theſauros templi Heliodoros ablaturus corripitur, & poſt ſacrificium liberatur. CAP. III.

A IGitur quum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace: leges
autem adhuc optime cuſtodirentur propter Oniæ ponti-
ficis diſpoſitionem & pietatem & animos odio habentes ma
la:fiebat vt ipſi reges,& principes locum ſummo honore di-
gnum ducerẽt, & templum maximis muneribus illuſtrarent:
ita vt Seleuchus Aſiæ rex de reditibus ſuis præſtaret omnes
ſumptus ad miniſterium ſacrificiorũ pertinentes. Simon au-
tem de tribu Biniamin præpoſitus templi conſtitutus con-
tendebat obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum ali-
quid in ciuitate moliri.Sed cum vincere Oniam non poſſet:
venit ad Apollonium Tharſææ filium,qui illo tempore erat
dux Cœleſſyriæ & Phœnicis,& nunciauit ei pecuniis innume
B rabilibus plenum eſſe ærariũ Ieruſalaim, & cõmunes copias
immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationẽ ſacrificiorum,
eſſe aũt poſsibile ſub poteſtate regis cadere vniuerſa. Cumq;
retuliſſet ad regem Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant,
ille accitum Heliodorum qui erat ſuper negocia eius miſit cũ
mandatis vt prædictam pecuniam tranſportaret. Statimq;
Heliodorus iter eſt aggreſſus: ſpecie quidẽ quaſi per Cœleſſy
riã & Phœnicẽ ciuitates eſſet peragraturus re vera aũt regis
propoſitũ perfecturus.Sed cũ veniſſet Ieruſalaim,& benigne
à ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus,narrauit de dato
iudicio pecuniarum,& cuiꝰ rei gratia adeſſet aperuit. Interro
gabat aũt ſi vere hæc ita eſſent. Tũc ſummus ſacerdos oſtẽdit
depoſita eſſe hæc ad victualia viduarũ & pupillorũ, quedam
C verò eſſe Hircani Thobiæ viri valde eminẽtis in his quæ detu
lerat impius Simon. Vniuerſa aũt argenti talenti eſſe quadra-
ginta,& auri ducẽta:decipi verò eos q credidiſſent loco,& tẽ
plo quod ꝑ vniuerſum mundũ honoratur,ꝓ ſui veneratione
et ſanctitate omnino impoſsibile eſſe.At ille ꝓ his q̃ habebat
in mãdatis à rege dicebat oĩ genere regi ea eſſe deferẽda.Cõſti
tuta aũt die intrabat de his Heliodorus ordinaturus.Nõ mo
dica verò per vniuerſam ciuitatẽ erat trepidatio. Sacerdotes
aũt ante altare cũ ſtolis ſacerdotalibꝰ iactauerunt ſe,& inuoca
D bãt de cœlo eũ qui de depoſitis legẽ poſuit, vt his qui depo-
ſuerant ea ſalua cuſtodiret.Iam verò qui videret ſummi ſacer
dotis vultum mente vulnerabatur. Facies enim & color im-
mutatus, declarabat internum animi dolorem.Circunfuſa e-
nim erat mœſtitia quędam viro,& horror corporis per quẽ
manifeſtus aſpicientibus dolor cordis eius affeciebatur. Alij
etiam congregati de domibus confluebant publica ſupplica
tione obſecrantes pro eo, quòd in contemptum locus eſſet
venturus, accinctæq; mulieres ciliciis pectus per plateas con-
fluebant, ſed & virgines que concluſæ erant procurrebant
ad Oniam, alię autem ad muros,quædam verò per feneſtras
aſpiciebant, vniuerſæ autem protendentes manus in cœ-
lum deprecabantur. Erat enim miſera commixtæ mul-
titudinis

ritudinis & magni ſacerdotis in agone conſtituti expectatio.
Et hi quidem inuocabant omnipotentē deum, vt credita ſibi
his qui crediderāt cū omni integritate cōſeruarentur. Helio=
dorus aūt quod decreuerat perficiebat, eodē loco ipſe cū ſatel
E litibus circa ærarium præſens. Sed ſpiritus omnipotentis dei
magnā fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam, ita vt oēs qui auſi fue
rant parere ei, ruentes dei virtute, in diſſolutionem, et formidi
nem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terri
bilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus. Isq́
cū impetu Heliodoro priores calces eliſit. Qui autem ei ſede=
bat videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerēt duo
iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq́ amictu, qui
circunſtetetunt eum, & ex vtraq́ parte flagellabant ſine inter=
miſsione multis plagis verberātes. Subito aūt Heliodorus cō
cidit in terram, eumq́ multa caligine circunfuſum rapuerunt,
atq́ in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is qui cum multis
curſoribus, & ſatellitibus prędictum ingreſſus eſt ærariū, por=
tabatur, nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta dei cognita vir=
F tute. Et ille quidē per diuinam virtutē iacebat mutus, atq́ o=
mni ſpe, & ſalute priuatus. Hi aūt dn̄m benedicebāt, quia ma
gnificabat locū ſuum & templum, quod pauloante timore
ac tumultu erat plenum, apparente omnipotēte dn̄o gaudio
& lætitia impletū eſt. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam
rogabāt confeſtim Oniā vt inuocaret altiſsimū, vt vitam do=
naret ei, qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Conſiderans
autē ſummus ſacerdos, ne forte rex ſuſpicaretur malitiam ali=
quam ex Iehudæis circa Heliodorum conſummatā, obtulit
pro ſalute viri hoſtiam ſalutarē. Cumq́ ſummus ſacerdos exo
raret, iidem iuuenes, eiſdem veſtibus amicti aſtantes, Heliodo=
ro dixerunt: Oniæ ſacerdoti gratias age. Nam propter eum
dn̄s tibi vitam donauit. Tu aūt à deo flagellatus nūcia oībus
magnalia dei & poteſtatem. Et his dictis non comparuerunt.
G Heliodorus autem hoſtia deo oblata, & votis magnis ꝓmiſ=
ſis ei qui viuere illi cōceſsit, & Oniæ gratias agēs, recepto exer=
citu repedabat ad regem. Teſtabatur autē omnibus ea quæ
ſub oculis ſuis viderat opera magna dei. Cum aūt rex interro
gaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieruſalaim
mitti, ait: Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorē, mit
te illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit, eo ꝙ in
loco ſit vere dei quædam virtus. Nam ipſe qui habet in cœlis
habitationem viſitator, & adiutor eſt loci illius, & venientes
ad male faciendum percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro et
ærarij cuſtodia ita res ſe habet.

¶ Oniæ Simon inſidiatur, Iaſonis peruerſa inſtitutio, & de ſacerdo
tij principatu diſceptationes. C A P. I I I I.

A SImon autē prædictus pecuniarum, & patriæ delator ma=
le loquebatur de Onia, tanq̄ ipſe Heliodorū inſtigaſſet ad
hæc, & ipſe fuiſſet inuentor malorum, prouiſoremq́ ciuitatis,
ac defenſorē gentis ſuæ, & æmulatorem legis dei audebat inſi=
diatorem regni dicere. Sed cum inimicitiæ in tantum proce=
derent, vt etiam per quoſdam Simonis neceſſarios homicidia
fierent, & conſiderans Onias periculū contentionis, & Apol=
lonium inſanire vtpote ducem Cœleſſyriæ, & Phœnicis, ad
augendum malitiam Simonis, ad regem ſe contulit, non vt ci=
uium accuſator, ſed communem vtilitatē apud ſemetipſum
vniuerſę multitudinis conſiderans: Videbant enim ſine regali
prouidentia impoſsibile eſſe pacem rebus dari, nec Simonem
poſſe ceſſare à ſtultitia ſua. Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum cū
ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur am=
biebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium, adito re=
ge promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex red=
B ditibus aliis talenta octoginta. Super hoc promittebat &
alia centum quinquaginta, ſi poteſtati eius concederentur
Gymnaſium & Ephœbiam ſibi conſtituere, & eos qui in
Ieruſalaim erant Antiochenos ſcribere. Quod cum rex an=
nuiſſet, & obtinuiſſet principatū ſtatim ad gentilem ritum cō
tribules ſuos transferre cœpit. Et amotis his que humanitatis
cauſa Iehudęis à regibus fuerant conſtituta, per Iohannem pa=
trem Eupolemij, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate
functus eſt legatione legitima ciuiū iura deſtituens, praua inſti
tuta ſanciebat. Et em̄ auſus eſt ſub ipſa arce Gymnaſiū conſti=
tuere, & optimos q̄ſq́ Ephœborum in lupanaribus ponere.
C Erat aūt hoc nō initiū, ſed incrementū quoddā & profectus
gentilis, & alienigenæ cōuerſationis propter impij & non ſa=
cerdotis Iaſonis nephariū & inauditū ſcelus, ita vt ſacerdotes
iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto tem=
plo & ſacrificiis neglectis feſtinarent participes fieri palęſtræ,
& præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci, & patrios qui
dem honores nihil habentes græcas glorias optimas arbitra=
bantur. Quarum gratia ꝑiculoſa eos cōtentio habebat, & eo=
rū inſtituta æmulabantur, ac per oīa his conſimiles eſſe cupie=
bant, q̄s hoſtes & perēptores habuerāt. In leges em̄ diuinas im
pie agere impune nō cedit. Sed hoc tempus ſequens declara=
bit. Cum aūt quinquēnalis agon Tyro celebraretur, & rex prę
ſens eſſet, miſit Iaſon facinoroſos ab Ieruſalaim viros peccato
res portantes argēti didrachmas trecentas in ſacrificiū Hercu
lis, quas poſtulauerūt hi qui aſportauerant ne in ſacrificiis ero
garentur, quia nō oporteret, ſed in alios ſumptus eas deputa=
ri. Sed hæc oblata ſunt quidem ab eo qui miſerat in ſacrificiū
D Herculis, propter præſentes aūt datæ ſunt in fabricam nauiū
triremiū. Miſſo aūt in Aegyptū Apollonio Neſthei filio pro
pter primates Ptolomæi Philometoris regis, cū cognouiſſet
Antiochus alienū ſe à negotiis regni effectum ꝓpriis vtilitati=
bus conſulēs, profectus inde venit Ioppen, & inde Ieruſalaim.
Et magnifice ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum facularū lu=
minibus & laudibus ingreſſus eſt, & inde in Phœnicem exerci
tum conuertit. Et poſt triennij tempus miſit Iaſon Menelaum
ſupradicti Simonis fratrem portantē pecunias regi, & de ne=
gociis neceſſariis reſponſa prælaturū. At ille cōmendatus regi
cum magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retor
ſit ſummum ſacerdotium, ſupponēs Iaſoni talenta argenti tre
centa. Acceptisq́ à rege mandatis venit, nihil quidem habens
dignum ſacerdotio, animos verò crudelis tyranni & feræ be=
luæ irā gerens. Et Iaſon quidem qui propriū fratrē captiuaue=
E rat, ipſe deceptus ꝓfugus in Hāmanitem expulſus eſt regionē.
Menelaus aūt principatum quidem obtinuit, de pecuniis ve=
rò regi promiſsis nihil agebat, cū exactionem faceret Soſtrat⁹
qui arci erat præpoſitus, Nam ad hunc exactio vectigalium
pertinebat, Quam ob cauſam vtriq́ ad regem ſunt euocati.
Et menelaus amotus eſt à ſacerdotio ſuccedente Lyſimacho
fratre ſuo. Soſtratus aūt prælatus eſt Cypriis. Et cum hæc age
rentur contigit Tharſenſes & Mallotas ſeditionem mouere,
eo ꝙ Antiochi regis concubinæ dono eſſent dati. Feſtinanter
itaq́ rex venit ſedare illos, relicto ſuffecto vno ex comitib⁹ ſuis
Andronico. Ratus aūt Menelaus accepiſſe ſe tēpus opportu=
num aurea quædā vaſa è tēplo furatus donauit Andronico,
& alia vēdiderat Tyro, & per vicinas ciuitates. Quod cū cer=
tiſsime cognouiſſet Onias arguebat eū, ipſe in loco tuto ſe cō
F tinens Antiochiæ ſecus Daphnē. Vnde Menelaus accedēs ad
Andronicū, rogabat vt Oniā interficeret. Qui cū veniſſet ad
Oniā & datis dextris cū iureiurādo, q̄uis eſſet ei ſuſpectus ſua=
ſiſſet de Aſylo ꝓcedere, ſtatim eū peremit nō veritus iuſtitiā.
Ob quā cauſam nō ſolū Iehudæi, ſed etiā alię quoq́ natiōes in
dignabant̄, & moleſte ferebāt de nece tanti viri iniuſta. Sed re=
greſſum regē de Ciliciæ locis adierunt Iehudæi apud Antio=
chiā, ſimul & Græci cōquerentes de iniqua nece Onię. Cōtri=
ſtatus itaq́ eſt aīo Antiochus ꝓpter Oniā, & flexus ed miſeri=
cordiā lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatē & mo
deſtiā. Accenſisq́ aīs Andronicū purpura exutum per totā ci
uitatē iubet circunduci, & in eodē loco in quo in Oniā impie
tatē cōmiſerat ſacrilegū vita priuari, dn̄o illi condignā retri=
buēte pœnā. Multis aūt ſacrilegiis in tēplo à Lyſimacho cōmiſ
ſis Menelai cōſilio, & diuulgata fama, cōgregata eſt multitudo
aduerſum Lyſimachū multo iam auro exportato Turbis aūt
inſur=



G inſurgentibus, & animus ira repletis Lyſimachus armatis fere
trib⁹ milibus iniquis manib⁹ vti cœpit, duce quodā tyranno
ætate pariter, & dementia ꝓuecto. Sed vt intellexerunt cona=
tum Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuere, qui=
dam verò cinerem in Lyſimachū iecere. Et multi quidem vul
nerati, quidam autem & proſtrati, omnes verò in fugam con=
uerſi ſunt. Ipſum etiam ſacrilegum ſecus ærarium interfecerūt.
De his ergo cœpit iudicium aduerſus Menelaum agitari. Et
cum veniſſet rex Tyrum ad ipſum negocium detulerunt miſ=
ſi tres viri à ſenioribus. Et cum ſuperaretur Menelaus promi
ſit Ptolomæo multas pecunias dari ad ſuadendum regi. Itaq́
Ptolomæus in quodam atrio poſitum quaſi refrigerandi gra
tia regem adiit, & deduxit à ſententia, & Menelaum quidem
vniuerſæ militiæ reum criminibus abſoluit, miſeros autē qui
etiā ſi apud Scythas cauſam dixiſſent innocentes iudicarent̄,
hos morte dānauit. Cito ergo iniuſtam pœnā dederunt, qui
pro ciuitate, & populo, & ſacris vaſis cauſam proſecuti ſunt.
Quamobrem Tyrij quoq́ indignati, erga ſepulturam eorum
liberaliſsimi extiterunt. Menelaus autem propter auaritiam
eorum qui in potentia erant, permanebat in poteſtate, creſcēs
in malitia ad inſidias ciuium.

¶ Signa Ieruſalaim uiſa in cœleſtibus. Iaſon ciues ſuos perſequens tandem exul
perimit. Perſecutio Iehudæorum per Antiochum. C A P. V.

A EOdem tp̄e Antiochus ſecundā profectionem parauit
in Aegyptum. Cōtigit aūt per vniuerſam Ieruſalaim ci=
uitatem videri diebus quadraginta per atra equites diſcurrē
tes auratas ſtolas habentes, & haſtas quaſi cohortes armatas,
& curſus equorū per ordines digeſtos, & congreſsiones fieri
cominus, & ſcutorum motus, & galeatorū multitudinem gla
diis diſtrictis, & telorū iactus, & aureorū armorum ſplendorē
oīsq́ generis loricarū. Quapropter oēs rogabāt in bonū mō=
ſtra conuerti. Sed cum falſus rumor exiſſet, tanq̄ vita exceſsiſ=
ſet Antiochus aſſumptus Iaſon non minus mille viris aggreſ=
ſus eſt ciuitatē repente. Et ciuibus ad murum conuolantibus
ad vltimum apprehēſa ciuitate Menelaus fugit in arcem. Iaſon
B verò non parcebat in cæde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſpe
ritatem aduerſum cognatos, malum eſſe maximū arbitrans
hoſtium, & nō ciuiū ſe trophæa capturū. Et principatū quidē
non obtinuit, finem verò inſidiarum ſuarum confuſione ac=
cepit, & ꝓfugus iterū abiit in Hāmanitē. Ad vltimum in exi=
tium ſui cōcluſus ab Aretha Arabum tyranno fugiēs de ciui=
tate in ciuitatē oībus odioſus vt refuga legum, & execrabilis
vt patrię, & ciuiū hoſtis in Aegyptum extruſus eſt. Et qui mul
tos de patria ſua expulerat peregre periit Lacædemonas pro
fectus, quaſi pro cognatione ibi refugiū habiturus. Et qui inſe
pultos multos abiecerat, ipſe & illamētatus & inſepultus abii
citur, & ſepultura neq́ peregrina vſus, neq́ patrio ſepulchro
participans. His itaq́ geſtis ſuſpicatus eſt rex ſocietatem deſer=
turos Iehudæos, Et ob hoc profectus ex Aegypto efferatis
animis ciuitatem quidem armis cepit. Iuſsit autem militibus
interficere, nec parcere occurſantibus, & per domos aſcēden=
C tes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum ac ſeniorū, & mu=
lierum, & natorū exterminia, virginumq́, & paruulorū neces.
Erant autē toto triduo octoginta milia interfecti, quadragin=
ta milia vincti, non minus aūt venūdati. Sed nec iſta ſufficiunt.
Auſus eſt etiā intrare templū vniuerſa terra ſanctius, Menelao
ductore, qui legū & patriæ fuit proditor, & ſceleſtis manibus
ſumens ſancta vaſa quæ ab aliis regibus, & ciuitatibus erant
poſita ad ornatū loci, et gloriā, cōtrectabat indigne, & cōtami
nabat. Ita alienatus mente Antiochus nō conſiderabat ꝙ pro
pter pc̄tā habitantiū ciuitatē modicū deus fuerat iratus. Pro=
pter quod & accidit circa locū deſpectio. Alioqn niſi contigiſ
ſet eos multis pc̄tis eſſe inuolutos, ſicut Heliodor⁹ qui miſſus
eſt à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic ſtatim
aduenìens, flagellatus, & repulſus vtiq́ fuiſſet ab audacia. Ve=
rum nō propter locum gentem, ſed propter gentē locum de⁹
elegit. Ideoq́, & ipſe locus particeps factus eſt populi malorū,
poſtea aūt fiet ſocius bonorū: Et qui derelict⁹ in ira dei oīpo=
tentis eſt, iterū in magni dn̄i recōciliatione cum ſumma gloria
D exaltabitur. Igitur. Antiochus mille, & octogentis ablatis de
templo talētis velociter Antiochiā, regreſſus eſt, & exiſtimās
ſe præ ſuperbia terrā ad nauigandū, pelagus verò ad iter agē=
dum deducturū propter mētis elationē. Reliquit aūt præpo
ſitos ad affligendā gentem Ieruſalaim qdem Philippū gene=
re phrygē, moribus crudeliorē eo ipſo à quo cōſtitutus eſt, in
Gherizin aūt Andronicū et Menelaū, qui grauius q̄ cęteri im
minebāt ciuibus. Cūq́ appoſitus eſſet cōtra Iehudæos, miſit
ad odioſum principē Apolloniū cū exercitu viginti, & duo=
bus milibus præcipiēs eis oēs perfecte ætatis interficere, mulie
res, ac iuuenes, ac virgines vēdere. Qui cū veniſſet Ieruſalaim
pacē ſimulās quieuit vſq́ ad diem ſanctū ſabbati. Et tunc fe=
riatis Iehudæis arma capere ſuis præcepit. Omnesq́ ſimul
qui ad ſpectaculū ꝓceſſerant trucidauit. Et ciuitatē cū arma=
tis diſcurrens ingentem multitudinem peremit. Iehudah autē
Maccabæus, qui decimus fuerat ſeceſſerat in deſertum locū,
ibiq́ inter feras vitā in montibus cū ſuis agebat, & fœni cibo
veſcentes demorabant̄ ne participes eſſent coinquinationis.

¶ Iehudæi legem dei omittere compelluntur. C A P. V I.

A SEd non poſt multum temporis miſit rex ſenē quendam
Antiochenū qui cōpelleret Iehudæos, vt ſe trāsferrent à
patriis & dei legibus: cōtaminare etiā quod in Ieruſalaim erat
templū, & cognominare Iouis Olypij: & in Gherizin, prout
erāt hi qui locū inhabitabant Iouis hoſpitalis. Peſsima aūt &
vniuerſis grauis erat malorū incurſio: Nā templū luxuria &
cōmeſſationibus gentium erat plenum, & ſcortantium cum
meretricibus, ſacratiſq́ ędibus mulieres ſe vltro ingerebant in
tro ferentes ea que nō licebant, altare etiā plenū erat illicitis q̄
legibus prohibebātur. Neq́ aūt ſabbata cuſtodiebantur, neq́
B dies ſolennes patri ſeruabantur, nec ſimpliciter ſe quisq́ Iehu=
dæū cōfitebatur. Ducebantur aūt cū amara neceſsitate in die
natalis regis ad ſacrificia. Et cū Liberi ſacra celebrarētur, coge
bantur hedera coronati Libero circuire. Decretum aūt exiit
in proximas ciuitates gentilium ſuggerentibus Ptolomęis, vt
pari modo & ipſi aduerſus Iehudæos agerent vt ſacrificarēt,
eos aūt qui nollent tranſire ad inſtituta gentilium interficerēt.
Erat ergo videre miſeriam. Duæ em̄ mulieres delatæ ſunt na=
tos ſuos circūcidiſſe, quas ad vbera infantibus ſuſpēſis cū pu=
blice per ciuitatem circunduxiſſent: per muros præcipitaue=
C runt. Alij verò ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter
ſabbati diem celebrantes cum indicati eſſent Philippo, flāmis
ſuccenſi ſunt, eo ꝙ verebantur propter religionē, & obſeruā=
tiam manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro aūt eos qui hunc
librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus,
ſed reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, ſed ad cor=
reptionem eſſe generis noſtri. Et em̄ multo tempore nō ſine=
re peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibe=
D re magni beneficij eſt indicium. Non enim ſicut in aliis natio=
nibus dominus patienter expectat, vt eas cū iudicij dies adue
nerit in plenitudine peccatorū puniat, ita et in nobis ſtatuit vt
peccatis noſtris in finem deuolutis ira demū in nos vindicet,
propter qđ nunq́ quidem à nobis miſericordiā ſuā amouet,
corripiēs verò in aduerſis populū ſuum non derelinquit. Sed
hęc nobis ad cōmonitionem legentium dicta ſint paucis. Iam
autē veniendū eſt ad narrationē. Igitur Elhazar vnus de pri=
morib⁹ ſcribarū vir ætate prouectus, & vultu decorus aper=
to ore hians cōpellebatur carnē porcinam manducare. At ille
groriofiſsimā mortē magis q̄ odibilē vitā complectens, vo=
E luntarie præibat ad ſuppliciū. Intuens aūt quemadmodum
oporteret accedere patienter ſuſtinens deſtinauit non admit=
tere illicita ꝓpter vitæ amorē. Hi aūt q̄ aſtabāt iniqua miſera
tiōe cōmoti ꝓpter antiq̄ viri amicitiā, tollētes eū ſecreto roga
bāt afferri carnes quib⁹ veſci ei licebat, vt ſimularet̄ mādUcaſſe
ſicut rex impauerat de ſacrificij carnib⁹, vt hoc facto à morte

liberaretur,& propter veterem viri amicitiã hanc in eo facie-
bant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis,& ſenectutis
ſuæ eminentiam dignam,& ingenuæ nobilitatis caniciem,at-
que à puero optimæ conuerſationis actus,& ſecundũ ſanctæ,
& à deo conditæ legis conſtituta,reſpondit cito,dicens præ-
mitti ſe velle in infernum. Non enim ætati noſtre dignum eſt,
F inquit,fingere,vt multi adoleſcentes arbitrantes Elhazar. xc.
annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter
meam ſimulationem,& propter modicum corruptibilis vi-
tæ tempus decipiantur,& per hoc maculam atq; execrationẽ
meæ ſenectuti conquiram. Nam & ſi in pręſenti tempore ſup
pliciis hominũ eripiar,ſed manum omnipotentis,nec viuus
nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vitam excedẽ
do,ſenectute quidem dignus apparebo, adoleſcẽtibus autem
exemplum forte relinquã,ſi prompto animo ac fortiter pro
grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar.
His dictis confeſtim ad ſupplicium trahebatur. Hi autem qui
G eum ducebant,& paulo ante fuerant mitiores,in iram cõuer-
ſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogan-
tiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur,
ingemuit & dixit:Domine qui habes ſanctam ſcientiam, ma-
nifeſte tu ſcis:quia cum à morte poſſem liberari, duros cor-
poris ſuſtineo dolores, ſecundum animã verò propter timo-
rem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo vita
deceſſit,non ſolum iuuenibus,ſed & vniuerſæ genti memoriã
mortis ſuæ,ad exemplũ virtutis & fortitudinis derelinquens.

¶Septem fratrum matriſq; eorum ſupplicia. CAP. VII.

A CONtigit autem ſeptem fratres vna cum matre ſua ap-
prehenſos compelli à rege edere contra fas carnes por-
cinas flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat
primus,ſic ait:Quid quęris,& quid vis diſcere à nobis? Parati
ſumus mori magis q̃ patrias, & dei leges præuaricari. Iratus
itaq; rex,iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccẽdi:quibus ſtatim
ſuccenſis iuſſit ei qui prior fuerat locutus amputari linguam
& cute capitis abſtracta ſummas quoque manus & pedes ei
præcindi cæteris eius fratribus & matre inſpicientibus. Et cũ
iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, &
adhuc ſpirantem torreri in ſartagine. In qua cũ diu cruciare-
B tur,cæteri vna cum matre inuicem ſe hortabantur mori forti
ter,dicentes:Dominus deus aſpiciet veritatẽ, & conſolabitur
in nobis,quemadmodum in proteſtatione cantici declarauit
Moſeh. Et in ſeruis ſuis conſolabitur. Mortuo itaq; illo primo
hoc modo ſequentem deducebant ad illudendum. Et cute ca-
pitis eius cũ capillis abſtracta,interrogabant ſi manducaret
prius quam toto corpore per membra ſingula puniretur. At
ille reſpondens patria voce dixit:Non faciam. Propter quod
& iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit,& in vltimo ſpi-
ritu conſtitutus,ſic ait:Tu quidem ſceleſtiſsime in præſenti vi-
ta nos perdis,ſed rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus
C æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illudi-
tur,& linguam poſtulatus cito protulit,& manus conſtanter
extendit,& cum fiducia ait: E cœlo iſta poſsideo,ſed propter
dei leges nunc hæc ipſa deſpicio,quoniam ab ipſo me ea rece-
pturum ſpero. Ita vt rex & qui cũ ipſo erant mirarentur ado
leſcentis animum, q; tanquam nihil duceret cruciatus. Et hoc
ita defuncto quartum vexabant ſimiliter torquentes. Et cum
iam eſſet ad mortem,ſic ait:Potius eſt ab omnibꝰ morti datos
ſpem expectare à deo,iterũ ab ipſo reſuſcitãdos. Tibi em̃ re-
ſurrectio ad vitam non erit. Et cum admouiſſent quintũ, vexa
bant eũ. At ille reſpiciens in eum dixit: Poteſtatẽ inter homi-
nes habẽs,cum ſis corruptibilis facis quod vis. Noli autẽ puta
re genus noſtrũ à deo eſſe derelictũ. Tu aũt patienter ſuſtine,et
videbis magnã poteſtatẽ ipſius qualiter te & ſemẽ tuũ torque
bit. Poſt hũc ducebãt ſextũ. Et is mori incipiẽs ſic ait:Noli fru
ſtra errare. Nos em̃ propter noſmetipſos hoc patimur peccã
tes in deũ noſtrũ, & digna ammiratione facta ſunt in nobis.
D Tu autem ne exiſtimes tibi impune futurum, quod contra
deum pugnare tentaueris. Supra modum autem mater mira
bilis & bonorum memoria digna quæ pereuntes ſeptẽ filios
ſub vnius diei tempore conſpiciens,bono animo ferebat pro
pter ſpem quam in deo habebat, ſingulos illorũ hortabatur
voce patria fortiter repleta ſapiẽtia,& fœmininẽæ cogitatio-
ni maſculinum animum inſerens,dixit ad eos:Neſcio qualiter
in vtero meo apparuiſtis. Neque enim ego ſpiritum & animã
E donaui vobis,& vitam & ſingulorum membra non ego ipſa
compegi. Sed enim mundi creator qui formauit hominis na-
tiuitatem,quiq; omnium inuenit originem,& ſpiritum vobis
iterum cum miſericordia reddet & vitam,ſicut nunc voſmet
ipſos deſpicitis propter leges eius. Antiochus autem com-
temni ſe arbitratus,ſimul et exprobrantis voce deſpecta,cum
adhuc adoleſcentior ſupereſſet nõ ſolum verbis hortabatur,
ſed & cum iuramento affirmabat diuitem ſe & beatum factu
rum,& tranſlatum à patriis legibus amicũ habiturum, & res
neceſſarias ei prębiturũ. Sed ad hæc cum adoleſcens nequaq̃
inclinaretur,vocauit rex matrem,& ſuadebat ei vt adoleſcenti
fieret in ſalutem. Cum autem multis eam verbis eſſet hortatus
promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum irridens
crudelem tyrannum,ait patria voce:Fili mi miſerere mei,quæ
F te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi &
alui & in ætatem iſtam perduxi. Peto nate vt aſpicias ad cœ-
lum & terram,& ad omnia quæ in eis ſunt, & intelligas quia
ex nihilo fecit illa deus & hominum genus. Ita fiet vt non ti-
meas carnificem iſtum,ſed dignus fratribus tuis effectus par-
ticeps ſuſcipe mortẽ,vt in illa miſeratione cũ fratribus tuis te
recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: Quem
ſuſtinetis? Nõ obedio præcepto regis,ſed præcepto legis quæ
data eſt nobis per Moſeh. Tu verò qui inuentor omnis mali-
tiæ factus es in Hebræos,non effugies manum dei. Nos enim
pro peccatis noſtris hoc patimur. Et ſi nobis propter increpa
tionem & correptionem dominus deus noſter modicum ira
tus eſt,ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Tu autem o ſcele-
ſte & omnium hominum flagitioſiſsime noli fruſtra extolli va
G nis ſpebus in ſeruos eius inflammatus. Nondum enim o-
mnipotentis dei & omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Nã
fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamẽto æ-
ternæ vitæ effecti ſunt,tu verò iudicio dei iuſtas ſuperbię tuæ
pœnas exoluens. Ego autẽ ſicut & fratres mei animam & cor-
pus meum trado pro patriis legibus,inuocans deum matu-
rius genti noſtræ propitium fieri,teq; cum tormentis & ver-
beribus confiteri quod ipſe eſt deus ſolus. In me verò & in fra
tribus meis dæſinet omnipotentis ira,quæ ſuper omne genus
noſtrum iuſte ſuperducta eſt. Tunc rex accenſus ira,in hunc ſu
per omnes crudelius deſæuit,indigne ferens ſe deriſum. Et hic
itaq; mundus obiit,per omnia in domino confidens. Nouiſ-
ſime autem poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacri-
ficiis,& de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

¶Iehudas Maccabæus regis edictum ſeruare recuſans,collecto exercitu
Nicanorem profligat. CAP. VIII.

A IEhudah verò Maccabæus,& qui cum illo erant introibãt
latenter in caſtella,& conuocantes cognatos & amicos,&
eos qui permanſerant in Iudaiſmo aſſumentes,deduxerunt ad
ſe ſex milia virorũ. Et inuocabant dñm vt reſpiceret in populũ
qui ab omnibus calcabatur,& miſereretur templo,quod cõ-
taminabatur ab impiis. Miſereretur etiã exterminio ciuitatis
quæ eſſet ilico cõplananda,& vocem ſanguinis ad ſe clamãtis
audiret. Memoraretur quoq; iniquiſsimas mortes paruulorũ
B innocentium,& blaſphemias nomini ſuo illatas,& indignare-
tur ſuper his. At Maccabæus congregata multitudine,intole-
rabilis gentibus efficiebatur. Ira enim domini in miſericordiã
conuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improui-
ſus ſuccẽdebat eas,& opportuna loca occupans non paucas
hoſtium ſtrages dabat. Maxime autẽ noctibus ad huiuſcemo-
di excurſus ferebatur,& fama virtutis eius vbiq; diffundeba-
tur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum
venire,



venire,ac frequentius res ei cedere proſpere,ad Ptolomæum
ducẽ Cœleſſyriæ & Phœnicis ſcripſit,vt auxilium ferret regis
negotiis. At ille velociter miſit Nicanorẽ Patrocli de primo-
ribus amicũ,datis ei de permixtis gentibus armatis, nõ minus
viginti milibus,vt vniuerſum Iehudæorum genus deleret ad
C iuncto ei & Gorgia viro militari,& in bellicis rebus experiẽtiſ
ſimo. Conſtituit aũt Nicanor vt regi tributũ quod Romanis
erat dandũ, duo milia talentorũ de captiuitate Iehudæorum
ſuppleret. Statimq; ad maritimas ciuitates miſit,conuocãs ad
coemptionẽ Iehudaicorum mancipiorũ,promittẽs ſe nona-
ginta macipia talẽto diſtracturũ,nõ reſpiciẽs ad vindictã quæ
eũ ab omnipotẽte eſſet cõſecutura. Iehudah aũt vbi cõperit,
indicauit his q̃ ſecũ erãt Iehudæis, Nicanoris aduentũ. Ex qui
bus quidã formidãtes,& nõ credẽtes dei iuſtitiæ in fugã ver-
tebant̃:alij verò ſi q̃ de his ſupererãt veniebãt ſimulq; dñm de
p̃cabant̃, vt eriperet eos ab impio Nicanore q̃ eos priuſq̃ co
D minus veniret vẽdiderat. Et ſi nõ propter eos, propter teſta-
4.Reg.16.g. Infra.15.c. mentũ tamen quod erat ad patres eorũ,& propter inuocatio
nem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. Conuocatis
aũt Maccabæus ſeptẽ milibus qui cũ ipſo erãt,rogabat ne ho
ſtibus reconciliarentur,neq; metuerent inique venientiũ ad-
uerſum ſe hoſtiũ multitudinem,ſed fortiter cõtenderent ante
oculos habentes contumeliam quæ loco ſancto ab his iniuſte
eſſet illata,itẽ que & ludibrio habitæ ciuitates iniuriã, adhuc
etiã veterum inſtituta cõuulſa. Nam illi quidẽ armis confidũt
ait ſimul & audacia,nos aũt in omnipotẽte dño qui poteſt &
venientes aduerſum nos,& vniuerſum mundũ vno nutu de-
lere confidimus. Ammonuit aũt eos & de auxilijs dei quæ fa-
cta ſunt erga parẽtes,& q; ſub Sancherib centum octoginta-
quinq; milia perierũt,et de pręlio quod eis aduerſus Galathas
fuit in Babylonia,& oẽs vbi ad rem ventũ eſt Macedonibus
ſociis hæſitantibus,ipſi ſex milia ſoli peremerunt centũ viginti
E milia propter auxiliũ illis datum de cœlo,& beneficia pro his
plurima cõſecuti ſunt. His verbis cõſtantes effecti ſunt,& pro
legibus & patria mori parati. Conſtituit itaq; fratres ſuos du
ces vtriq; ordini Simonẽ & Ioſephũ,& Ionathã ſubiectis vni-
cuiq; millenis & q̃ngentenis,ab hoc etiã ad Hezra lecto illi ſan
cto libro & dato ſigno adiutorij dei in prima acie ipſe dux cõ
miſit cũ Nicanore. Et facto ſibi adiutore omnipotẽte, interfe
cerũt ſup̱ nouẽ milia hominũ,maiorẽ aũt partẽ exercitꝰ Nica
noris vulneribus debilẽ factã fugere cõpulerunt. Pecuniis ve-
rò eorũ qui ad emptionẽ ipſorũ venerãt ſublatis,ipſos vſq;-
F quaque perſecuti ſunt ſed reuerſi ſunt ora concluſi,nã erat an-
te ſabbatum. Quã ob cauſam nõ perſeruauerunt inſequẽtes,
arma aũt ipſorum & ſpolia cõgregantes ſabbatũ agebant be
nedicẽtes dñm qui liberauit eos in iſto die miſericordiæ. Ini-
tiũ ſtillans in eos. Poſt ſabbatũ verò debilibus & orphanis vi
duis diuiſerũt ſpolia,& reſidua ipſi cũ ſuis habuere. His itaq;
geſtis & cõmuniter ab omnibus facta obſecratione,miſericor
dem dñm poſtulabãt,vt in finẽ ſeruis ſuis reconciliaret̃. Et ex
his qui cũ Timotheo & Bachide erãt contra ſe cõtendentes ſu
per viginti milia interfecerũt,& munitiones excelſas obtinue-
runt & plures prædas diuiſerunt,æquam portionẽ debilibus
pupillis & viduis,ſed & ſenioribus facientes. Et cũ arma eorũ
diligenter collegiſſent,oĩa compoſuerunt locis opportunis.
G Reſidua verò ſpolia Ieruſalaim detulerũt,& Philarchẽ qui cũ
Timotheo erat interfecerũt,virũ ſceleſtũ:qui in multis Iehudę
os afflixerat. Et cũ Epinichia agerẽt in Ieruſalaim eos q̃ ſacras
ianuas incenderũt id eſt,Caliſtenẽ cum in quoddã domiciliũ
refugiſſent incenderũt:& digna eis mercede pro impietatibꝰ
ſuis reddita. Facinoroſiſsimus aũt Nicanor qui mille negociã
tes ad Iehudæorũ venditionem adduxerat humiliatus auxi-
lio dñi ab his quos nullos exiſtimauerat:depoſita veſte gloriæ
per mediterranea fugiẽs ſolus venit Antiochiã ſummã infœli-
citatem de interitu ſui exercitus conſecutus. Et q̃ promiſerat
Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieruſalaim:prę
dicabat nunc protectorẽ deũ habere Iehudæos & ob ipſum
iuulnerabiles eſſe: eo quòd ſequerent̃ leges ab ipſo cõſtitutas.

¶Antiochus Perſipolim expoliare uolens uincitur,& quod Iehudæos perſequere-
tur,percutitur a domino. CAP. IX.

A EOdem tempore Antiochus inhoneſte reuertebatur de
Perſide. Intrauerat em̃ in eam quæ dicitur Perſipolis &
tentauit expoliare tẽplum & ciuitatẽ opprimere. Sed multitu
dine ad arma cõcurrente,in fugã verſi ſunt, & ita contigit vt
Antiochus poſt fugã turpiter rediret. Et cũ veniſſet circa Eg
bathanã recognouit quæ erga Nicanorẽ & Timotheũ geſta
ſunt. Elatus aũt in ira arbitrabatur ſe iniuriã illorũ qui ſe fuga-
uerant poſſe in Iehudæos retorquere. Ideoq; iuſſit agitari cur
rum ſuũ ſine intermiſsione agens iter:cœleſti eũ iudicio perur
gente:eo quod ita ſuperbe locutus eſt ſe venturũ Ieruſalaim,
& congeriẽ ſepulchri Iehudæorum eã facturam. Sed qui vni-
uerſa conſpicit dominus deus Iſrael percuſsit cũ inſanabili &
inuiſibili plaga. Vt em̃ finiuit hunc ipſum ſermonẽ,apprehen
B dit eum dolor dirus viſcerum,et amara internorum tormẽta.
Et quidẽ ſatis iuſte. Quippe qui multis,& nouis cruciatibus a
liorum torſerat viſcera licet ille nullo modo à ſua malitia ceſ-
ſaret,ſuper hoc aũt ſuperbia repletus ignem ſpirans animo in
Iehudæos,& præcipiens accelerari negotium: contigit illum
impetu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione
membra vexari. Iſq; qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris
imperare,ſupra humanum modũ ſuperbia repletus,& mon-
tium altitudines in ſtatera appendere nunc humiliatus ad ter
ram in geſtatorio portabatur,manifeſtã dei virtutẽ in ſemet-
ipſo conteſtãs,ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent ac
viuentes in doloribus carnes eius effluerẽt,odore etiã illius,&
fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulo ante ſidera cœli cõ-
tingere ſe arbitrabatur,eum nemo poterat propter intolerã-
tiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia de
ductus ad agnitionẽ ſui venire diuina ammonitus plaga, per
C momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capiẽtibus. Et cũ
nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet,ita ait:Iuſtum eſt ſub
ditum eſſe deo,& mortalem nõ paria deo ſentire. Orabat aũt
hic ſceleſtus dominum à quo non eſſet miſericordiam conſe-
cuturus,& ciuitatem ad quam feſtinans veniebat,vt eam ad
ſolum deduceret ac ſepulchrum congeſtorum faceret,nunc
optat liberam reddere,& Iehudæos quos nec ſepultura qui-
dem ſe dignos habiturum,ſed auibus ac feris diripiendos tra
diturum:& cum paruulis exterminaturum dixerat æquales
nunc Athenienſibus facturum pollicetur. Templum etiam
ſanctum quod prius expoliauerat,optimis donis ornaturũ,
& ſanſta vaſa multiplicaturũ,& pertinentes ad ſacrificia ſum-
ptus de redditibus ſuis præſtaturum, ſuper hæc, & Iehudæũ
ſe futurum,& omnem locum terræ perambulaturum,& præ-
dicaturum dei poteſtatem. Sed non ceſſantibus doloribus,ſu
peruenerat enim in eum iuſtum dei iudicium,deſperans ſcri-
pſit ad Iehudæos in hunc modum deprecationis epiſtolam
hæc continentem: Optimis ciuibus Iehudæis plurimam ſa-
lutem,& bene valere,et eſſe fœlices,rex & princeps Antiochꝰ.
Si bene valetis & filij veſtri,& ex ſententia vobis cuncta ſunt,
maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate conſtitutus ve-
D ſtri autem memor benigne reuerſus de Perſidis locis,& infir-
mitate graui apprehenſus neceſſarium duxi pro communi
vtilitate curam habere,non deſperans memetipſum,ſed ſpem
multam habens effugiendi infirmitatem. Reſpiciẽs autẽ quod
& pater meus quibus temporibus in locis ſuperioribus duce
bat exercitum oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principatũ: vt ſi
quid contrariũ accideret aut difficile nunciaretur: ſcientes hi
qui in regionibus erãt cui eſſet rerum ſumma derelicta nõ tur-
barentur. Ad hæc conſiderans de proximo potentes quoſq;
& vicinos tẽporibus inſidiantes & euentũ expectantes:deſi-
gnaui filiũ meũ Antiochũ regẽ quẽ ſæpe recurrens in ſuperi-
ora regna multis veſtrũ cõmendabã,et ſcripſi ad eũ quę ſubie
cta ſunt. Oro itaq; vos & peto memores beneficiorũ publice
& priuatim:vt vnuſquiſq; cõſeruẽt fidẽ ad me,& ad filiũ me

um. Confido em̃ eum modeſte & humane acturum, & ſequē
tem propoſitū meum communē vobis fore. Igitur homicida
& blaſphemus peſsime percuſſus & vt ipſe alios tractauerat
peregre in montibus miſerabili obitu vita functus eſt.
Tranſferebat autem corpus Philippus collactaneus eius. Qui
metuens filium Antiochi ad Ptolomæum Philometorem
in Aegyptum abijt.

¶Eupatoris geſta enarrare incipit.

CAP. XI.

A MAccabæus aūt & qui cū eo erant dño ſe protegente,
tēplum quidē & ciuitatē recepit: aras aūt quas alieni=
genæ per plateas extruxerant: itemq; delubra demolitus eſt. Et
purgato templo aliud altare fecerunt, & de ignitis lapidibus
igne concepto ſacrificia obtulerunt poſt biennium, & incen=
ſum & lucernas, & panes propoſitionis poſuerūt. Quibus ge
ſtis rogabant dñm proſtrati in terrā ne amplius talibus malis
inciderent. Sed & ſi quando peccaſſent: vt ab ipſo mitius cor=
riperent, & non barbaris ac blaſphemis hominibus traderen=
tur. Qua die aūt templum ab alıegenis pollutum fuerat: cōti=
git eadem die purificationē fieri viceſima & quinta mēſis qui
B fuit Casleu. Et cum lætitia diebus octo egerūt in modū taber
naculorū: recordantes quod ante modicū temporis diem ſo=
lennem tabernaculorū in montibus & in ſpeluncis more be=
ſtiarum egerāt. Propter quod thyrſos & ramos virides & pal
mas præferebāt ei qui proſperauit mundare locū ſuum. Et de
creuerūt communi præcepto & decreto vniuerſæ genti Iehu
dæorū omnibus annis agere dies feſtos iſtos. Et Antiochi qui
dem, qui appellatus eſt nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit. Nūc
aūt de Eupatore Antiochi impij filio quæ geſta ſunt narrabi=
mus, breuiātes mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic em̃ ſuſcepto
regno conſtituit ſuper negocia regni Lyſiam quēdam phœni
cis, & Syriæ militiæ principē. Nam Ptolomæus qui dicebaṫ
Macer, iuſti tenax erga Iehudæos eſſe conſtituit, & præcipue
C propter iniquitatē quæ facta erat in eos, & pacifice agere in
eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorē, cum fre=
quenter proditor audiret eo quod Cyprū creditā ſibi à Phi=
lometore deſeruiſſet, & ad Antiochum nobilē translatus: etiā
ab eo receſſiſſet, veneno vitam finiuit. Gorgias aūt cum eſſet
dux locorum aſſumptis aduenis frequēter Iehudæos debella=
bat. Iehudæi verò qui tenebant opportunas munitiones, fu=
gatos ad Ieruſalaim ſuſcipiebāt, & bellare tentabant. Hi verò
qui erant cū Maccabæo per orationes dominū rogantes vt
eſſet ſibi adiutor, impetū fecerunt in munitiones Idumæorū,
multaq; vi inſiſtentes loca obtinuerunt, occurrentes intereme
D runt, & omnes ſimul non minus vigintiquinque milibus tru=
cidauerūt. Quidam aūt cum cōfugiſſent in duas turres valde
munitas, omnē apparatum ad repugnandum habentes Mac=
cabæus ad eorum expugnationē relicto Simone, & Ioſepho
itemq; Zachæo, eiſq; qui cum ipſis erāt ſatis multis, ipſe ad eas
quæ amplius perurgebant pugnas cōuerſus eſt. Hi verò qui
cum Simone erant cupiditate ducti à quibuſdam qui in tur=
E ribus erant ſuaſi ſunt pecunia, & ſeptuaginta milibus didrach
mis acceptis dimiſerunt quoſdā effugere. Cum aūt Maccabęo
nunciatū eſſet quod factum eſt, principibus populi congrega
tis accuſauit quod pecunia fratres vēdidiſſent aduerſariis eorū
dimiſſis. Hos igitur proditores factos interfecit, & confeſtim
duas turres occupauit. Armis autem ac manibus oīa pro=
ſpere agēdo in duab⁹ munitionibus pluſquā viginti milia per
emit. Et Timotheus qui prius à Iehudæis fuerat ſuperatus cō
uocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equi=
tatu Aſiano aduenit quaſi armis Iehudæam capturus. Mac=
cabæus aūt & qui cū ipſo erāt appropinquante illo depreca=
bātur dñm caput terra aſpergētes, lumboſq; ciliciis præcincti
ad altaris crepidinē prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autē
F eorū eſſet inimicus: & aduerſariis aduerſaretur ſicut lex dicit.
Et ita poſt orationē ſumptis armis longius de ciuitate proce=
dentes, & proximi hoſtibus effecti reſederūt. Primo aūt ſolis
ortu vtriq; commiſerunt. iſti quidē victoriæ & proſperitatis
ſponſorem, cum virtute dominū habentes: illi autē, ducē belli
animū habebant. Sed cum vehemēs pugna eſſet, apparuerūt
aduerſariis de cœlo viri quinq; in equis frenis aureis decori,
ducatum Iehudæis præſtantes: ex quibus duo Maccabęorum
medium habentes armis ſuis circumſeptū incolumen conſer=
uabant: in aduerſarios aūt tela & fulmina iaciebant: ex quo &
C cæcitatæ confuſi & repleti perturbatione cadebant. Interfecti
ſunt autē viginti milia quingenti peditum, & equites ſexcenti.
Timotheus verò confugit in Ghazeram præſidiū munitū cui
præerat Cereas. Maccabæus autē & qui cum eo erant lætātes
obſederunt præſidium diebus quatuor. At hi qui intus erant
loci firmitate confiſi ſupra modū maledicebant, & ſermones
nephandos iactabant. Sed cū dies quinta illuceſceret viginti
iuuenes ex his qui cum Maccabæo erāt, accenſis animis pro=
pter blaſphemiam viriliter aceſſerunt ad murū, & feroci ani=
mo incendentes turres aſcendebāt: ſed & alij ſimiliter aſcendē=
tes turres portaſq; ſuccendere aggreſſi ſunt, atq; ipſos maledi=
cos viuos concremare. Per continuum autem biduum præ=
ſidio vaſtato Timotheum occultantem ſe in quodā repertū
loco peremerunt: & fratrem illius Ceream & Apollophanem
occiderunt. Quibus geſtis in hymnis & confeſſionibus bene=
dicebant dñm qui magna fecit in Iſrael, & victoriā dedit illis.

¶Conante Lyſia in Iehudæorum perniciē, & ſacra prophanare uolente, Iehudæis cœlitus adiutor mittitur, quo duce, Lyſiam in fugam coniiciunt, & pactum inire compellunt.

CAP. XI.

A SEd paruo poſt tempore Lyſias procurator regis & pro=
pinquus ac negociorū præpoſitus grauiter ferens de his
quæ acciderant: congregatis octoginta milibus & equitatu
vniuerſo veniebat aduerſum Iehudæos, exiſtimans ſe ciui=
tatem quidem captam gentibus habitaculum facturum tem=
plum verò in pecuniæ quæſtum ſicut cætera delubra gen=
tium habiturum, & per ſingulos annos venale ſacerdotium:
nuſquam recogitans dei poteſtatem: ſed mente effrena=
B tus in multitudine peditum & in milibus equitum & in octo
ginta elephantis confidebat. Ingreſſus autē Iehudæam & ap=
propians Behtſuræ quæ erat in anguſto loco ab Ieruſalaim
interuallo quinq; ſtadiorum illud prę ſidium expugnabat. Vt
autem Maccabæus & qui cum eo erant cognouerunt expu=
gnari præſidia: cum fletu & lachrymis rogabant dominū &
omnis turba ſimul: vt bonum angelum mitteret ad ſalutem
Iſrael. Et ipſe primus Maccabęus ſumptis armis cęteros adhor
tatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire, & ferre auxilium fratri
bus ſuis. Cumq; pariter prompto animo procederent Ieru=
ſalaim, apparuit præcedens eos eques in veſte candida: armis
C aureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſe=
ricordem dominum, & conualuerunt animis non ſolum ho
mines ſed & beſtias ferociſsimas et muros ferreos parati pene
trare. Ibant igitur prompti de cœlo habentes adiutorem, &
miſerantem ſuper eos dominum. Leonum autem more impe
tu irruentes in hoſtes proſtrauerunt ex eis vndecim milia pe=
ditum, & equitum mille ſexcentos: vniuerſos autē in fugam
verterūt: plures autem ex eis vulnerati nudi euaſerunt. Sed &
ipſe Lyſias turpiter fugiens euaſit. Et quia non inſenſatus erat:
ſecum ipſe reputans factam erga ſe diminutionem, & intelli
gens inuictos eſſe Hebræos omnipotentis dei auxilio niten=
tes miſit ad eos, promiſitq; ſe conſenſurum omnibus quæ iu=
D ſta ſunt, & regem compulſorum amicum fieri. Annuit autem
Maccabæus precibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulens.
Et quæcunq; Maccabæus ſcripſit Lyſiæ de Iehudæis, ea rex cō
ceſſit. Nam erant ſcriptæ Iehudæis epiſtolę à Lyſia ſiquidem
hūc modū continentes. Lyſias populo Iehudæorum ſalutem.
Iohānes & Abeſſalō qui miſſi ſunt à vobis tradētes ſcripta po
ſtulabāt: vt ea quæ per illos ſignificabanṫ implerē. Quæcūq;
igitur regi potuerūt perferri: expoſui, & quæ res permittebat
cōſenſi. Si igiṫ in negotiis fidē cōſeruaueritis, & deinceps bono
rum



rum vobis cauſa eſſe tentabo. De cæteris autem per ſingula
verba mandaui & iſtis & his qui à me miſſi ſunt colloqui vo=
biſcum. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo
menſis dioſcori die viceſima & quarta. Regis aūt epiſtola iſta
E cōtinebat. Rex Antiochus, Lyſiæ fratri ſalutem. Patre noſtro
inter deos translato, nos volētes eos qui ſunt in regno noſtro
ſine tumultu agere, & rebus ſuis adhibere diligentiam: audiui=
mus Iehudæos non conſenſiſſe patri meo vt transferrētur ad
ritum Gręcorū, ſed tenere velle ſuum inſtitutū: ac propterea
poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua. Volentes igitur
hāc quoq; gentem quietā eſſe: ſtatuentes iudicauimus templū
reſtitui illis: vt agerēt ſecundum ſuorum maiorū conſuetudi=
nem. Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos & dextrā dederis: vt
cognita noſtra volūtate bono animo ſint, & vtilitatibus pro=
priis deſeruiant. Ad Iehudæos verò regis epiſtola talis erat.
Rex Antiochus, ſenatui Iehudæorum & cæteris Iehudæis ſa=
lutem. Si valetis ſic eſtis vt volumus, ſed & ipſi bene valemus.
Adiit nos Menelaus dicens velle vos deſcēdere ad veſtros qui
ſunt apud nos. His igitur qui cōmeant vſq; ad diem triceſimū
menſis xandici damus dextras ſecuritatis vt Iehudaicis vtan=
tur cibis & legibus ſuis ſicut & prius, & nemo eorum vllo
modo moleſtiā patiatur de his que per ignorantiā geſta ſunt.
Miſimus autem & Menelaum qui vos alloquatur. Valete: an=
no centeſimo quadrageſimo octauo xandici menſis quintade
cima die. Miſerunt autē etiam Romani epiſtolam ita ſe habē=
tem: Quintus Memnius & Titus Manilius legati Romanorū
populo Iehudæorū ſalutē. De his quæ Lyſias cognatus regis
conceſſit vobis & nos conceſſimus de quibus aūt ad regem
iudicauit referendū: confeſtim aliquē mittire diligentius inter
vos conferētes vt decernamus ſicut congruit vobis. Nos em̃
Antiochiam accedimus. Ideoq; feſtinate reſcribere: vt nos
quoq; ſciamus cuius eſtis voluntatis. Bene valete: anno cente=
ſimo quadrageſimo octauo quintadecima die menſis xādici.

¶Facinora Ioppitarum in Iehudæos. Pugnæ Maccabæi cum Timothæum inſequeretur. Oratio pro defunctis iubetur fieri.

CAP. XII.

A HIs factis pactionibus Lyſias pergebat ad regē: Iehudæi
autem agriculturæ operam dabant. Sed hi qui reſede=
rant Timotheus & Apollonius Gemnei filius: ſed & Hierony
mus & Demophō ſuperbus, & Nicanor Cypriarches non ſi=
nebant eos in ſilentio agere & quiete. Ioppitæ verò tale quod
dam flagitiū perpetrarunt. Rogauerunt Iehudæos cum qui=
bus habitabant, aſcendere ſcaphas quas parauerant cum vxo
ribus & filiis, quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubiacētibus. Se=
cundum commune itaq; decretū ciuitatis & ipſis acquieſcen=
tibus paciſq; cauſa nihil ſuſpectū habentibus cum in altū pro=
ceſſiſſent ſubmerſerunt non minus ducentos. Quā credulitatē
Iehudah in ſuæ gentis homines factam vt cognouit præcepit
B viris qui erāt cum ipſo, & inuocato iuſto iudice deo venit ad=
uerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuccen
dit, ſcaphas exuſſit, eos autem qui ab igne refugerant gladio
peremit. Et cum hæc ita egiſſet diſceſſit quaſi iterum reuerſu=
rus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouiſ=
ſet & eos qui erant Iabniæ velle pari modo facere habitantib⁹
ſecum Iehudæis. Iabnis quoq; nocte ſuperuenit & portum cū
nauibus ſuccendit, ita vt lumen ignis appareret Ieruſalaim ab
ſtadiis ducentis quadraginta. Inde cum iam abiſſent nouem
ſtadiis & iter facerent ad Timotheū commiſerunt cū eo Ara=
bes quinque milia viri & equites quingenti. Cumque pugna
valida fieret & auxilio dei proſpere ceſſiſſet, reſidui Arabes
victi petebāt à Iehudah dexteras ſibi dari, promittentes ſe pa=
ſcua daturos, & in cæteris profuturos. Iehudah autem arbi=
tratus vere in multis eos vtiles promiſit pacem, dextriſq; acce
ptis diſceſſere ad tabernacula ſua. Aggreſſus eſt autem & ciui
tatem quādam firmam pontibus muriſq; circunſeptam quæ
à turbis habitabatur gentium promiſcuarum cui nomen Ca
C ſphin. Hi verò qui intus erant confidentes in ſtabilitate muro
rum & apparatu alimoniarum remiſſius agebant maledictis
laceſſentes Iehudam & blaſphemantes et loquentes quæ phas
non eſt. Maccabæus autem inuocato magno mūdi princi=
pe, qui ſine arietibus & machinis temporibus Iehoſuah præ=
cipitauit Ierico, irruit ferociter muris, & capta ciuitate per do
mini voluntatem innumerabiles cædes fecit: ita vt adiacens
ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis ſanguine interfecto=
rum fluere videretur. Inde diſceſſerūt ſtadia ſeptingenta quin
quaginta & venerunt in Tharachā ad eos qui dicuntur, Tibia
nei Iehudæos. Et Timotheum quidē in illis locis non compre
henderunt nulloq; negocio perfecto regreſſus eſt relicto in
D quodam loco firmiſſimo præſidio. Doſitheus autem & So=
ſipater qui erant duces cum Maccabæo peremerunt à Timo=
theo relictos in præſidio decem milia viros. At Maccabæus
ordinatis circum ſe ſex milibus & conſtitutis per cohortes: ad
uerſus Timotheum proceſſit habentē ſecum centum viginti
milia peditū, equitumq; duo milia quingentos. Cognito autē
Iehudæ aduentu Timotheus præmiſit mulieres, & filios & re=
liquum apparatū in præſidium quod Carmon dicitur. Erat
enim inexpugnabile, & acceſſu difficile: propter locorum an=
guſtias. Cumq; cohors Iehudæ prima apparuiſſet timor ho=
ſtibus incuſſus eſt ex præſentia dei: qui vniuerſa cōſpicit, & in
fugā verſi ſunt alius ab alio ita vt magis à ſuis deiicerentur, &
gladiorum ſuorū ictibus debilitarentur. Iehudah autem vehe
menter inſtabat puniens prophanos, et proſtrauit ex eis trigin
ta milia virorū. Ipſe verò Timotheus incidit in partes Doſi=
E thei, & Soſipatris, & multis precibus poſtulabat, vt viuus di=
mitteretur, eo quod multorum ex Iehudęis parentes haberet,
ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. Et cum fidem de=
diſſent reſtituturum ſe eos ſecundum conſtitutum illæſum eū
dimiſerunt propter fratrum ſalutem. Iehudah autē regreſſus
eſt à Carmon, interfectis vigintiquinque millibus. Poſt horū
fugam, & necem mouit exercitum ad Hephron ciuitatē mu=
nitam, in qua multitudo diuerſarum gentium habitabat, &
robuſti iuueues pro muris conſiſtentes, fortiter repugnabāt.
In hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. Sed
cum omnipotentem inuocaſſent, qui poteſtate ſua vires ho=
ſtium confringit, ceperunt ciuitatem, & ex eis qui intus erant,
vigintiquinque milia proſtrauerunt. Inde ad ciuitatem Scy=
tharum abierunt, quæ ab Ieruſalaim ſexcentis ſtadiis aberat.
Conteſtantibus autem his, qui apud Scythopolitas erant Ie=
F hudæis, quod benigne ab eis haberentur, & temporibus inſe
licitatis, quod modeſte ſecum egerint, gratias agentes eis, & ex
hortati etiam de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, vene
runt Ieruſalaim die ſolenni ſeptimanarū inſtante. Et poſt Pen=
tecoſten abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idumææ.
Exiuit autē cum peditibus tribus millibus, & equitibus qua=
dringentis. Quibus congreſſis contigit paucos ruere Iehu=
dæorum. Doſitheus vero quidam de Bachinoris eques, vir
fortis Gorgiam tenebat, & cum vellet illum capere viuum,
eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque eius
amputauit, atque ita Gorgias effugit in Mareſa. At illis, qui
cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus, & fatigatis, inuocauit
Iehudah dominum adiutorem, & ducem belli fieri, incipiens
voce patria, & cū hymnis clamorem extollens, fugam Gorgię
militibus incuſſit. Iehudah aūt collecto exercitu, venit in ciui=
tatem Hadulā. Et cum ſeptima dies ſuperueniret ſecundū con
ſuetudinem purificati in eodē loco ſabbatum egerunt. Et ſe=
quēti die venit cū ſuis Iehudah, vt corpora proſtratorum tol
leret & cū parētibus poneret in ſepulchris paternis. Inuenerūt
autem ſub tunicis interfectorem de donariis idolorum, quæ
apud Iabniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iehudæos.
Omnib⁹ ergo manifeſtū factū eſt, ob hāc cauſam eos corruiſſe.
G Omnes itaque benedixerūt iuſtum iudicium domini qui oc=
culta fecerat manifeſta. Atque ita ad preces conuerſi rogaue=
runt, vt id quod factum erat delictum, obliuioni tradere=
tur. At verò fortiſſimus Iehudah, hortabatur populum

# NOVVM TE-
# ſtamentum.

## VITA SANCTI
### Matthæi per diuum Hieronymum.

MATTHAEVS, qui & Leui, ex publi-
cano apoſtolus, primus in Iebudæa propter eos qui ex circũciſio
ne crediderant, euangelium Chriſti Hebraicis literis uerbiſq;
cõpoſuit. Quod quis poſtea in Græcũ tranſtulerit, non ſatis cer
tum eſt. Porrò ipſum Hebraicũ habetur uſque hodie in Cæſarienſi bibliotheca:
quam Pamphilus martyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in
Berſœa urbe Syriæ hoc uolumine utuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo ani-
maduertendũ, quòd ubicunq; Euangeliſta, ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona do
mini Saluatoris, ueteris ſcripturæ teſtimoniis utitur, nõ ſequatur ſeptuaginta tranſ-
latorum autoritatem, ſed Hebraicam: è quibus illa duo ſunt, Ex Aegypto uo
caui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus uocabitur.

# E L E N C H V S   C A P I T V M
## Euangelij ſecundum Matthæum.


1 Genealogia Chriſti.
2 De magis,& pueris interfectis.
3 Primus Iohan.prædica.reg.cœlorum.
4 De tentatione Chriſti.
De vocatione Petri,Andreæ,& filiorum Zebadiah.
5 De beatitudinibus.
Cum proximo non contenden.
Non mœchandum.
Vxorem non repud.
Non iurandum.
Iniuriam patienter toleran.
Diligendos eſſe inimicos.
6 De eleemoſyna,oratione,ieiu.
De contemnenda terrenorum cura.
7 Quomodo nullum condem.liceat.
Petendum eſſe.
Cauendos eſſe pſeudoprophetas.
8 De leproſo.
De centurione.
De ſocru Petri.
De dæmoniacis curatis.
De adoleſcente ſequi iuſſo.
De ſedata tempeſtate maris.
De dæmoniis in porcos eiectis.
9 De paralytico.
De Matthæo.
De Chriſto cum public.ſumente cibum.
De filia archiſynagogi.
De muliere ſang.proflu.laborante.
De duobus cęcis.
De muto dæmoniaco.
10 Inſtruit duodecim apoſtolos,dans illis poteſtatē curandi.
11 De diſcipulis à Iohanne miſsis.
12 De diſcipulis ſabbato vellentibus ſpicas.
De ſanata manu arida.
De dæmoniaco,cæco, &muto.
De requirentibus ſignum.
De matre & fratribus.
13 Parabolæ ſeminantis,& reg.cœlo.
14 De Iohanne & Herode.
De quinque panibus & duobus piſc.
De ambulante Ieſu ſuper mare.
15 De tranſgreſſ.præcep.dei propter conſtitu.hum....
De Cananæa.
De turbis ſanatis.
De ſeptem panibus.
16 De fermento phariſæorum.
De interrogatione apud Cæſaream.
De dehorta.Petri,ne Ieſus &c.
17 De transformatione Chriſti.
De lunatico.
De exigentibus,didrachma.
18 De quærentibus,quis maior?
De offendiculo abiiciendo.
De centum ouibus parabola.
De correptione proximi.
De poteſtate ligandi,ſoluendiq;.
De eo qui debebat decem milia talenta.
19 De interrogantibus an liceret diuortium facere.
De diuite interrogante Ieſum.
20 De mercede conductis operariis.
De filiis Zebadiah.
De duobus cæcis.
21 De aſina & pullo.
De cæcis & claudis.
Ce ficu quæ exaruit.
De princip.ſacerdotum interrogantibus dominũ.
De duobus filiis parabola.
De vinea.
22 De vocatis ad nuptias.
De cenſu Cęſaris.
De Sadducæis.
De legislatore Chriſtum interrogante.
De quæſtione domini.
23 Deploratio ſcribarum & phariſæorum.
24 De conſummatione,die & hora.
25 De decem virginibus.
De his qui talenta acceperunt.
De aduentu Chriſti.
26 De ea quæ vnxit dominum.
De paſchate.
De typo myſtico.
De proditione Iudæ,Caipha.
Negatio Petri.
27 De præſide Pilato.
De pœnitentia Iudæ.
De tormentis & pœnis Ieſu,& morte eius.
De petitione corporis dñi & ſepulchri cuſtodibus.
28 De Chriſti reſurrectione.
De ſepulchri cuſtodibus,teſtibus reſurrectionis.
Quomodo ſe præbuit Ieſus videndum mulieribus & apoſtolis in Galil.


F I N I S.



# E V A N G E-lium Secundum
## Matthæum: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Quibus parentibus ſeu maioribus Chriſtus progenitus ſit, Angelus Ioſeph ſuſpicionem de uirgine eximit. C A P. I.

A L I B E R generationis Ieſuah
Chriſti filij Dauid, filij Abrahã. Abra-
ham genuit Iſchac. Iſchac autē genuit
Lucæ.3.e. Iahacob. Iahacob autem genuit Iehu-
Gen.21.e. & 25.d. dah,& fratres eius. Iehudah autem ge-
nuit Peres,& Zerach è Thamar. Peres
Gen.29.g.& 38.g. autem genuit Cheſron. Cheſron autē
1.Para.2.a. genuit Aram. Aram autem genuit Hã
Ruth.4.d. minadab. Hamminadab autem genuit Nachſon. Nachſon au
2.Reg.12.f. 1.Para.3.a. tem genuit Salmon. Salmon autem genuit Bohaz. Bohaz au
tem genuit Hobed. Hobed autem genuit Iſai. Iſai autem ge
nuit Dauid regem. Dauid autē rex genuit Selomoh ex ea quæ
fuerit Vriiah. Selomoh autem genuit Rechabbam, Rechabbã
autem genuit Abiiah. Abiiah autem genuit Aſa. Aſa autem
genuit Iehoſaphath. Iehoſaphath autem genuit Iehoram. Ieho
B ram autem genuit Huzziiah. Huzziiah autem genuit Iothan.
2 Pa.36.b. Iothan autem genuit Achaz. Achaz autē genuit Chizchiiah.
Chizchiiah autem genuit Menaſſeh. Menaſſeh autem genuit
Amon. Amon autem genuit Ioſiiah. Ioſiiah autē genit Iecho
niah,& fratres eius in tranſmigratione Babel. Poſt tramſmi-
1.Para.3.c. grationem verò Babel Iechoniah genuit Sealthiel. Sealthiel au
tem genuit Zerubabel. Zerubabel autem genuit Abihud. A-
bihud autē genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Hazor.
Hazor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim A-
chim aũt genuit Elihud. Elihud aũt genuit Elhazar. Elhazar au
tem genuit Matthan. Matthan autē genuit Iahacob. Iahacob
autem genuit Ioſeph, virum Miriã, ex qua genitus eſt Ieſuah,
C qui dicitur Maſsiach (id eſt Chriſtus.) Omnes igitur generatio
nes ab Abrahã vſq; ad Dauid, generationes quatuordecim:
& à Dauid vſq; ad tranſmigrationē Babel, generationes qua-
tuordecim: & à tranſmigratione Babel vſq; ad Chriſtum ge-
nerationes quatuordecim. Ieſuah verò Chriſti generatio ſic
erat. Deſponſata enim matre eius Miriam Ioſeph, antequam
conueniſſent, reperta eſt in vtero habens è ſpiritu ſancto. Io-
ſeph autem vir eius, iuſtus exiſtens, & nolens eam vituperare,
voluit clàm dimittere eam. Hęc autem cum animo cogitaret,
D ecce angelus domini in ſomnis apparuit illi, dicens: Ioſeph fili
Lucæ.2.c. Dauid, ne timeas aſſumere Miriam vxorem tuam. Quod e-
nim in ea natum eſt, è ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium,
& vocabis nomen eius Ieſuah. Ipſe enim ſaluum faciet popu-
lum ſuum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum eſt, vt
Iſaiæ.7.c. impleretur, quod dictum fuerat à domino per prophetam, di
centem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium & voca-
bunt nomen eius Himmanuel, quod eſt interpretatũ, nobiſcũ
deus. Excitatus autem Ioſeph à ſomno fecit ſicut mãdauit ſibi
angelus domini, & aſſumpſit vxorem ſuam, & non cognouit
eam, donec peperit filium ſuum primogenitum, & uocauit
nomen eius Ieſuah.

¶ Magi quomodo cum muneribus ad Chriſtum natum peruenerint. De Herodis in infantes ſæuitia, & Chriſti exilio. C A P. I I.

A QVum autē natus eſſet Ieſuah in Bethlechem Iehudah
in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente aduene
runt Ieruſalaim, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt res Iehudæorũ?
vidimus eñ illius ſtellam in oriente, & venimus vt adoremus
eum. Cum audiſſet autem Herodes rex turbatus eſt, & tota Ie
ruſalaim cum illo. Et cum congregaſſet omnes principes ſacer
dotum, & ſcribas populi, percontatus eſt eos vbi Chriſtus na
ſceretur. Illi autem dixerunt ei: In Bethlechem Iehudah. Sic eñ
ſcriptũ eſt per prophetam. Et tu Bethlechem terra Iehudah,
nequaquam minima es inter duces Iehudah. Ex te enim mihi Mich.5.a.
egredietur dux, qui reget populum meum Iſrael. Tunc Hero- Iohan.7.f.
des clàm cum vocaſſet magos, diligenter cognouit ab illis
B tempus, quo apparuit ſtella. Et cum miſiſſet eos in Bethle-
chem, dixit: Profecti diligenter cognoſcite de puerulo. Vbi ve
ro inueneritis, renunciate mihi, vt & ego profectus, adorem
illum. Illi autem cum audiſſent regē, profecti ſunt, & ecce ſtella
quam viderunt in oriente, præcedebat eos, donec progreſſa
ſtaret ſupra locum vbi erat puerulus. Cum aũt vidiſſent ſtellã,
gauiſi ſunt gaudio magno valde, & ingreſsi domũ, inuenerũt
puerulum cum Miriam matre eius, & proſtrati adorauerunt
illum, & cum aperuiſſent theſauros ſuos obtulerunt ei mune-
ra, aurum, thus, & myrrham. & oraculo admoniti in ſomnis, Pſalmo.71.
ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regio
nem ſuam. Digreſsis autem illis, ecce angelus domini apparet
C in ſomnis Ioſeph, dicens: Experrectus aſſume puerulum ac ma
trem illius, & fuge in Aegyptum, & eſto illic donec dixero ti-
bi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerulum ad perdē
dum eum. Ille verò experrectus, aſſumpſit puerulum & ma-
trē eius noctu, & ſeceſsit in Aegyptũ, & fuit illic vſq; ad obi-
tum Herodis, vt impleretur quod dictum fuerat à domino
per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.
Tunc Herodes vbi vidit quod illuſus fuiſſet à magis, iratus eſt Oſee.11.a.
valde, & cum miſiſſet miniſtros interfecit omnes pueros qui
erant in Bethlechem à bimatu, & infra, iuxta tempus quod di
ligenter cognouerat à magis. Tunc impletum eſt quod dictũ
fuerat ab Irmeiah ꝓpheta, dicēte; Vox in Ramah audita eſt,
lamentatio, ploratus, & luctus multus Rachel plorans filios
D ſuos, & noluit conſolationem admittere propterea quod nõ
ſint. Defuncto autem Herode, ecce angelus domini in ſomnis
apparet Ioſeph in Aegypto dicens: Excitatus aſſume pueru-
lum, & matrem eius, & vade in terrã Iſrael, defuncti ſunt enim
qui quærebant animam pueruli. Excitatus autem aſſumpſit
puerulum, & matrem eius, & venit in terram Iſrael. Verum
cum audiſſet quod Archelaus regnaret in Iehudah pro Hero
de patre ſuo timuit illuc abire, ſed oraculo admonitus in ſo-
mnis, ſeceſsit in partes Galil, & profectus habitauit in ciuitate
quæ vocatur Naſareth, vt impleretur quod dictũ fuerat per
prophetas, quod Nazaræus vocaretur.

¶ De uita, baptiſmo, & prædicatione Iohannis, atq; Chriſti baptizati cœlitus commendatione. C A P. I I I.

A IN diebus autem illis accedit Iohannes Baptiſta prædicans
in deſerto Iehudah ac dicens: Pœnitentiam agite, appro- Marc.1.a. Lucæ.3.a.
pinquauit enim regnum cœlorum. Hic enim eſt qui dictus eſt Iſaiæ.21.c.
à Ieſahiah propheta dicente: Vox clamantis in deſerto, parate 3.c.45.d. Iſaiæ.40.a.
viam domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe verò Iohannes ha Iohan.1.c.
bebat indumentum ſuum è pilis cameli, & zonam pelliceam Marc.1.a.
circa lumbos ſuos. Cibus autem eius erant locuſtæ, & mel ſyl-
B ueſtre. Tunc egrediebatur ad illum Ieruſalaim, & tota Iehu- Lucæ.3.b.
dah, totaq; regio quæ erat circum Iarden, & baptizabantur
in Iarden ab illo confitentes peccata ſua. Cum vidiſſet autem
multos ex Phariſæis, & Sadducæis venientes ad baptiſmum
ſuum, dixit illis: Progenies viperarum quis vobis ſubmonſtra
uit, vt fugeritis à ventura ira? Facite igitur fructum dignum
C pœnitētia, & ne ſitis illius opinionis, vt dicatis intra voſipſos:
Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quòd poſsit
deus ex lapidibus his ſuſcitare filios ipſi Abraham. Iam verò,
& ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis igitur arbor
quæ non facit fructum bonum exciditur & in ignē mittitur.
Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam, ſed ille qui
poſt me vēturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum idoneus, vt
calceamenta portē, ipſe vos baptizabit ſpiritu ſancto & igne, Lucæ.3.d.
cuius ventilabrũ in manu ipſius, & permũdabit areã ſuam, &

congregabit triticum ſuũ in horreum,paleas autem exuret i-
gni inextinguibili. Tunc accedit Ieſuah à Galil. ad Iarden ad
Iohannem vt baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibe-
bat illum,dicens:Mihi opus eſt,vt abs te baptizer,& tu venis
ad me?Reſpondens autem Ieſuah dixit ad illum. Omitte nũc.
Sic enim decens eſt nobis vt impleamus omnem iuſtitiam.
Tunc omittit illum. Et baptizatus Ieſuah aſcendit protinus
Marc.1.b. Luc.3.d. ab aqua,& ecce aperti ſunt illi cœli,& vidit ſpiritum dei deſcẽ
dentem tanquã columbã, & venientem ſuper ipſum. Et ecce
vox de cœlis dicẽs:Hic eſt filius meus dilectꝰ in quo cõplacui.

¶Chriſtus ter tentatus,& Iohanne capto aggreditur munus uerbi,colligit diſcipulos,curat ægros. CAP. IIII.

A TVnc Ieſuah reductus fuit in deſertum à ſpiritu, vt tenta
retur à diabolo. Et cum ieiunaſſet dies quadraginta, ac
noctes quadraginta, tandem eſuriit.Et cum acceſſiſſet ad eũ
Marc.1.b. Lucæ.4.a. ille qui tentat,dixit:Si filius es dei,dic vt lapides hi panes fiant.
At ille reſpondens dixit: Scriptum eſt: Non ſolo pane viuet
homo,ſed omni verbo quod egreditur per os dei.Tunc aſſu
mit illum diabolus in ſanctam ciuitatem,& ſtatuit eum ſuper
pinnaculũ templi,& dicit illi:Si filius es dei,mitte teipſum de-
orſum.Scriptum eſt enim quòd angelis ſuis mandabit de te,
Pſalm.90. Deut.6.b. & manibus tollent te,nequando impingas in lapidem pedem
B tuum.Dixit illi Ieſuah:Rurſum ſcriptum eſt:Non tentabis do
Deut.6.c. &.16.c. minum deum tuum.Rurſum aſſumit illum diabolus in mon
tem excelſum valde,& oſtendit ei omnia regna mundi, & glo
riam illorum,& dixit illi:Hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus
adoraueris me.Tunc dixit illi Ieſuah:Abi ſathan.Scriptum eſt
enim:Dominum deum tuum adorabis, & illum ſolum coles.
Tunc omittit illum diabolus;& ecce angeli accedebant,& mi
niſtrabant ei:Cum audiſſet autem Ieſuah quòd Iohannes tra-
ditus eſſet,ſeceſsit in Galil,& relicta Naſareth, profectus habi
tauit in Capernaum,quæ eſt ciuitas maritima,in finibus Ze-
bulun,& Naphthali, vt impleretur quod dictum fuerat per
Ieſahiah prophetam dicentem:Terra Zebulun, & Naphthali
C iuxta viam maris vltra Iarden Galil gentium.Populus qui ſe-
Marc.1.c. Lucæ.4.c. Iohã.4.f. Iſaiæ.9.a. debat in tenebris,vidit lucem magnam,& qui ſedebant in re-
gione,& vmbra mortis,lux orta eſt eis.Ex eo tempore cœpit
Ieſuah prædicare,& dicere:Pœnitentiã agite. Appropinqua-
uit enim regnum cœlorum.Ambulans autẽ Ieſuah iuxta ma-
re Galil,vidit duos fratres Simonem,qui uocabatur Petrus,
& Andream fratrem eius,iacientes rete in mare:(erant enim
piſcatores)& dicit illis:Venite poſt me,& faciam vos piſcato
res hominum.At illi ſtatim,quũ reliquiſſent retia,ſecuti ſunt
Marc.1.a. Lucæ.5.a. illum.Et progreſſus illinc vidit alios duos fratres,Iacobum fi-
D lium Zebadiah,& Iohannem fratrem eius in naui,cum Zeba
diah patre ſuo,ſarcientes retia ſua,& uocauit eos. At illi pro-
tinus, quum reliquiſſent nauim,& patrem ſuũ,ſecuti ſunt eũ.
Et circumibat totã Calil Ieſuah docẽs in ſynagogis illorũ, ac
prædicans euangeliũ regni,& curans omnẽ morbũ, et omnẽ
languorẽ in populo.Et abiit fama illius in totã Syriam.Et ad
duxerunt ad illum omnes male habẽtes,variis morbis, ac cru
ciatibus cõtractos,& dæmoniacos,& lunaticos,paralyticos,
ſanauitqꝫ illos.Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ à Galil,ac De
capoli,& Ieruſalaim,& Iehudah, & à regionibus quæ erant
trans Iarden.

¶De beatitudinibus,ſale,& lucerna,de lege non ſoluenda,de ira,mœchatu,repudio,iureiurando,& non ulciſcendo. CAP. V.

A
Lucæ.6.d. CVm vidiſſet autem turbas,aſcendit in montem, & cũ
ſediſſet ipſe,acceſſerunt ad illum diſcipuli eius,& quum
aperuiſſet os ſuum,docebat illos,dicens:Beati pauperes ſpi-
ritu,quoniam ipſorum eſt regum cœlorum.Beati qui lugent,
quoniam ipſi conſolationem accipient.Beati mites,quoniam
ipſi hæreditate accipient terram.Beati qui eſuriunt, & ſitiunt
iuſtitiam,quoniã ipſi ſaturabuntur.Beati miſericordes, quo-
niam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde,
quoniam ipſi deum videbunt,Beati pacifici,quoniam ipſi fi-
lij dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur pro-
pter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati
eſtis cũ probris affecerint vos,& perſecuti fuerint, &,dixerint
omne malum verbum aduerſus vos mentientes,propter me.
B Gaudete,& exultate,quoniam merces veſtra multa eſt in cœ-
lis.Sic enim perſecuti fuerũt prophetas qui fuerunt ante vos. 1.Petri.3.c.
Vos eſtis ſal terræ:Si verò ſal infatuatus fuerit, quo ſalietur?
Ad nihil valet vltra niſi vt proiiciatur foras,& cõculcetur ab
hominibus.Vos eſtis lux mundi.Non poteſt ciuitas abſcon-
di ſuprà montem poſita,neqꝫ accendunt lucernam,et ponunt
illam ſubter modium,ſed ſuper candelabrum,& lucet omni-
bus,qui ſunt in domo.Sic luceat lux veſtra corã hominibus, Marc.9.g.
vt videant veſtra bona opera,glorificentqꝫ patrem veſtrum, Luc.14.g. Matth.4.c.
qui eſt in cœlis.Ne putetis,quòd venerim ad deſtruendam le Luc.8.c. & 11.e.
gem,aut prophetas,non veni vt deſtruam,ſed vt impleam. Lucæ.16.d.
Amen quippe dico vobis,donec prætereat cœlum, & terra,
iota vnum,aut vnus apex nõ præteribit à lege quoad omnia
facta fuerint.Quiſquis igitur ſoluerit vnum ex mandatis hiſce
minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in re-
C gno cœlorũ.Quiſquis autem fecerit,& docuerit, hic magnus
vocabitur in regno cœlorum. Dico enim vobis :Niſi abun- Iacob.2.b.
dauerit veſtra iuſtitia plusquam ſcribarũ,et Phariſæorum,nõ
ingrediemini in regum cœlorum.Audiſtis quòd dictum ſit
antiquis:Non occides. Quiſquis autem occiderit, obnoxius Exodi.29.c. Deut.5.b.
erit iudicio.Ego autem dico vobis,quod omnis qui iraſcitur
fratri ſuo ſine cauſa,obnoxius erit iudicio:Quicunqꝫ verò di-
xerit fratri ſuo raca,obnoxius erit conſilio:Quiſquis autem di
xerit fatue,obnoxius erit ad gehinnon ignis. Itaqꝫ ſi obtuleris
munus tuum ad altare,& illic recordatus fueris, quòd frater
tuus habet aliquid aduerſum te,relinque illic munus tuum co
ram altari,& abi prius reconſiliare fratri tuo,& tunc profectꝰ
D offer munus tuum.Eſto beneuolus cum aduerſario tuo cito, Lucæ.12.g.
dum es in via cum illo,ne quãdo te tradat aduerſarius iudici,
& iudex te tradat miniſtro,& in carcerem coniiciaris. Amen
dico tibi, non exibis illinc, donec reddideris extremum qua-
drantẽ.Audiſtis quod dictum ſit antiquis:Non cõmites adul
terium:Ego autem dico vobis,quod quicunqꝫ aſpexerit vxo Exod.20.c.
rem alterius ad concupiſcendum eam,iam adulterium cũ ea Infra.18.b. Mar.9.g.
commiſit in corde ſuo.Quod ſi oculus tuus dexter offenderit
te,erue illum,& abiice abs te.Expedit enim tibi vt pereat vnũ
membrorum tuorum,& non totum corpus tuum coniicia-
tur in gehinnon.Et ſi dextera tua manus offenderit te, ampu-
E ta eam,& proiice abs te.Expedit enim tibi vt pereat vnũ mẽ-
brorum tuorum,& non totum, corpus tuum coniiciatur in
gehinnon.Dictum eſt autem:Quicunqꝫ dimiſerit vxorem ſuã, Deut.14.a.
det illi libellum diuortij.Sed ego dico vobis, quod quiſquis Infra.19.b.
dimiſerit vxorem ſuam,niſi ratione fornicationis,efficit vt il- Mar.10.b. Lucæ.16.d.
la ſit adultera, & quicunqꝫ dimiſſam duxerit,adulterium cõ- 1.Cor.7.b.
F mittit.Rurſum audiſtis,quod dictũ fuerit antiquis: Non peie Leuit.19.c. Exo.20.b.
rabis,ſed perſolues domino iuramenta tua. Ego autem dico Deut.5.b. Iacob.5.c.
vobis,vt non iureris omnino,neqꝫ per cœlum, quia thronus
dei eſt:neqꝫ per terram,quia ſubſellium eſt pedum illius: neqꝫ
per Ieruſalaim, quoniam ciuitas eſt magni regis:neqꝫ per ca-
put tuum iuraueris,propterea quod non potes vnum capil-
lum album aut nigrum facere.Sed ſit ſermo veſter,etiam etiã,
G non nõ,verum quod ſuperabundat his,ex malo eſt.Audiſtis
quod dictum fuerit.Oculum pro oculo,& dentem pro den-
te.Sed ego dico vobis,ne reſiſtatis malo. Sed quiſquis te per- Exo.21.c.
cuſſerit alapam in dextram tuam maxillam,verte illi & alterã: Deut.19.d.
& volenti te in iudicium vocare, ac tunicam tuã tollere, di- Leuit.24.d. Lucæ.6.e.
mitte illi & pallium.Et qui te coegerit ad miliare vnum abi- 1.Cor.6.b.
to cum illo duo.Petenti abs te dato,& volentem abs te mu-
tuũ accipere,ne auertas.Audiſtis quòd dictũ ſit:Diliges pro-
ximum tuum,& odio habebis inimicum tuum. Sed ego di- Leuit.19.d. Luc.6.d.e.
co vobis,Diligite inimicos veſtros,benedicite maledicẽtibus
vobis,benefacite iis qui vos odio habent,orate pro iis qui
nocent,& perſequuntur vos, vt ſitis filij patris veſtri,qui eſt
in cœlis



in cœlis,quia ſolem ſuum oriri facit ſuper malos,ac bonos,&
pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos.Nã ſi dilexeritis eos,qui diligunt
vos,quam mercedem habetis?Nõnne,et publicani idẽ faciũt?
Et ſi complectendo ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid
ſuperabundans facitis? Nõnne & publicani ſic faciunt? Eritis
igitur vos parfecti,& quemadmodum pater veſter qui eſt in
cœlis,perfectus eſt.

¶De operibus externis,nempe eleemoſyna, oratione, & ieiunio,deniqꝫ rerum fluxarum curam eſſe reiiciendam. CAP. VI.

A ATtendite ne eleemoſynam veſtram faciatis coram ho
minibus,vt videanimi ab illis. Alioqui mercedem nõ
habetis apud patrẽ veſtrum qui eſt in cœlis.Itaqꝫ cũ facis elee-
moſynam,ne tuba cecineris ante te,quemadmodum hypo-
critæ faciunt in ſynagogis,& in vicis, vt glorificentur ab ho-
minibus.Amen dico vobis,recepiunt mercedem ſuã te autẽ
faciente eleemoſynam,neſciat ſiniſtra tua quod facit dextera
tua,vt ſit tua eleemoſyna in occulto,& pater tuꝰ qui videt in
B occulto,ipſe reddet tibi in manifeſto.Et cũ oraueris, non eris
quemadmodum hypocritæ. Nam amãt in ſynagogis, & in
angulis platearũ ſtãtes orare,vt appareant hoibus. Amẽ dico
vobis,quòd recipiunt mercedẽ ſuã.Tu verò cũ oras introito
in cubiculũ tuũ,et cũ clauſeris oſtium tuũ,ora patrẽ tuũ qui eſt
in occulto,& pater tuus q̃ videt in occulto,reddet tibi in ma
nifeſto.Verũ orantes ne multũ loquamini,ſicut ethnici. Putãt
enim ꝙ ob multiloquium ſuũ exaudiãtur. Ne igitur efficia-
mini ſimiles eis.Nouit em̃ pater veſter quibus rebus opus ſit
Luc.11.a. vobis,priuſq̃ petatis ab illo.Sic ergo orate vos: Pater noſter
qui es in cœlis, ſanctificetur nomẽ tuũ.Veniat regnũ tuũ: Fiat
voluntas tua,ſicut in cœlo,ſic etiam in terra.Panẽ noſtrũ quo
tidianum da nobis hodie,dimitte nobis debita noſtra,ſicut et
nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne inducas nos in tẽ-
Marc.11.c. Ecci.28.a. tationẽ.Sed libera nos à malo.Amẽ.Nã ſi dimiſeritis homini-
bus delicta ſua,dimittet & vobis pater veſter cœleſtis. Quod
C ſi nõ dimiſeritis hominibus delicta ſua,nec pater veſter dimit-
tet delicta veſtra.Porro cũ ieiunaueritis,ne ſitis veluti hypo-
critæ vultu mœſti .Obſcurãt em̃ facies ſuas,vt appareant ho-
minibus ieiunantes.Amẽ dico vobis,recipiũt mercedẽ ſuam.
Tu v̾o cũ ieiunas,vnge caput tuũ,et faciẽ tuam laua,ne appa-
reas hominibus ieiunãs,ſed patri tuo q̃ eſt in occulto, & pa-
Luc.12.d. ter tuus q̃ videt in occulto,reddet tibi. Ne recondatis vobis
theſauros in terra,vbi ærugo & tinea corrũpit,& vbi fures p-
fodiunt,ac furãtur.Sed recõdite vobis theſauros in cœlo,vbi
neque ærugo,neque tinea corrumpit,& vbi fures non perfo-
diũt,neque furãtur.Nã vbi eſt theſaurus veſter,illic erit & cor
veſtrũ.Lucerna corporis eſt oculus.Si igitur oculus tuus ſim
plex fuerit,totũ corpus tuũ lucidũ erit. Quod ſi oculus tuus
Luc.11.c. malus fuerit,totũ corpus tuũ tenebroſum erit.Ergo ſi lumen
quod eſt in te tenebræ ſunt ipſæ tenebræ quantæ? Nemo
poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum habebit
D odio,& alterum diliget:aut vni adhærebit,& alterũ deſpiciet.
Luc.16.c. Non poteſtis deo ſeruire,& mãmonæ. Propterea dico vo-
bis,ne ſitis ſoliciti animę veſtræ,q̃d comeſturi ſitis,& quid bi-
Luc.12.c. bituri, neqꝫ corpori veſtro,quid induatis.Nõnne anima plu
1.Petri.5.b. ſis eſt quàm cibus, & corpus pluris quàm indumentum? In-
Pſalmo.54. tuemini ad volatilia cœli, quia non ſerunt neque metunt,
neqꝫ congregant in horrea,& pater veſter cœleſtis nutrit illa.
Nõne vos longè præſtatis illis? Quis aũt ex vobis ſolicite co-
gitãs poteſt addere ad ſtaturã ſuam cubitũ vnum?Et de indu-
mento quid ſoliciti eſtis? Cognoſcite lilia agri quomodo cre-
ſcant.Nõ laborãt,neqꝫ nent. Dico aũt vobis quod nec Selo-
moh in vniuerſa gloria ſua ſic amictꝰ fuit,vt vnũ ex his.Quod
ſi herbam agri,quæ hodie cum ſit,cras in clibanum mittitur,
deus ſic veſtit,an nõ multo magis vobis id faciet, ô exiguæ fi-
dei homines?Ne ſitis igitur ſoliciti,dicẽtes: Quid edemus,aut
quid bibemus, aut quo operiemur?Nã omnia iſta gentes in-
quirũt.Nouit enim pater veſter cœleſtis,quòd opus habeatis
his omnibus.Quærite autem primũ regnũ dei,& iuſtitiã eius,
& hæc omnia adiicientur vobis. Ne ſitis igitur ſoliciti in cra-
ſtinum.Nam craſtinus dies ſolicitus erit ſui ipſius. Sufficit ſua
diei afflictio.

¶Non condemnandum,quomodo petendum,de duabus portis,pſeudo prophetis,& ſapiente edificatore. CAP. VII.

A NE iudicetis,vt nõ iudicemini. Quo enim iudicio iudica Lucæ.9.f.
tis,eo iudicabimini:& qua menſura metimini,ea metie Roma.2.a. Mar.4.c.
tur vobis.Cur autem vides feſtucam quæ eſt in oculo fratris
tui,trabem autem quæ eſt in oculo tuo non conſideras?Aut
quomodo dicis fratri tuo,ſine eiiciam feſtucam ex oculo tuo,
& ecce trabes in oculo tuo?Hypocrita,eiice prius trabem ex
oculo tuo,& tunc perſpicies,vt eiicias feſtucam ex oculo fra-
tris tui. Ne detis quod ſanctum eſt canibus,neqꝫ proieceritis
margaritas veſtras ante porcos,ne quando conculcent eas pe Infra.21.c. Mar.11.c.
dibus ſuis,& illi verſi in vos,lacerẽt vos.Petite,& dabitur vo- Lucæ.11.b.
B bis:quęrite & inuenietis:pulſate & aperietur vobis. Quiſquis Iohã.14.b. 16.e.Iac.1.a.
enim petit,accipit:& qui quærit , inuenit; & pulſanti aperie-
tur.An quis eſt ex vobis homo,à quo ſi filius eius petierit pa-
nem,num lapidem dabit illi?Aut ſi piſcem petierit num ſerpẽ
tem porriget illi?Si vos igitur cũ ſitis mali,noſtis dona bona
dare filiis veſtris,quanto magis pater veſter qui eſt in cœlis,da
bit dona petẽtibus ab ipſo?Omnia igitur quæcunque volue-
ritis:vt faciant vobis homines,ſic & vos facite illis . Sic enim Lucæ.6.e. Tobiæ.4.c.
eſt lex,& prophetæ.Introite per arctam portam,quoniam la Lucæ.13.e.
ta eſt porta,& ſpacioſa via,quæ ducit in perditionem,multiqꝫ
ſunt qui ingrediuntur per illam.Quoniam anguſta eſt porta, Lucæ.6.f.g.
C & ſtricta via,quæ ducit ad vitam,& pauci ſunt qui inueniunt
illam.Attendite verò vobis à pſeudoprophetis, qui veniunt
ad vos in veſtimẽtis ouium,ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces.
A fructibus eorum agnoſcetis eos.Nunquid colligunt de ſpi
nis vuam?aut de tribulis ficus?Sic omnis arbor bona,fructus
bonos facit. Putris autem arbor,fructus malos facit.Non
poteſt arbor bona, fructus malos facere, neque arbor pu
tris, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fru-
ctum bonum,exciditur, & in ignem coniicitur. Igitur ex fru- Lucæ.13.e.f.
ctibus ipſorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi: Pſalmo.g. Infra.2.5.d.
D Dñe,dñe,introibit in regnum cœlorũ,ſed qui fecerit volunta-
tẽ patris mei qui in cœlis eſt. Multi dicẽt mihi in illo die: Dñe,
domine,nõnne per nomen tuũ prophetauimus,& per nomẽ
tuum dæmonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtu-
tes fecimus?& tũc cõfitebor illis.Nunquàm noui vos, diſcedi
te à me qui operamini iniquitatẽ.Omnis em̃ qui audit meos
ſermones hos,& facit eos,adſimulabo illum viro prudẽti qui Lucæ.6.g.
ædificauit domũ ſuam ſuper petram,& deſcẽdit imber,& ve- Roma.2.b.
nerunt flumina,& flauerunt venti,& irruerunt in domum il- Iacobi.1.d.
lam,& non cecidit.Fundata em̃ fuerat ſuper petrã. Et omnis
qui audit meos ſermones hos,& non facit eos,adſimulabitur
viro fatuo,qui ædificauit domum ſuam ſuper harenam,deſcẽ
dit imber,& venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt
in domum illam,& cecidit,& fuit ruina illius magna.Et factũ Mar.1.c.
eſt,quum finiſſet Ieſuah ſermones hos,obſtupebant turbę ſu- Luc.4.e.
per doctrina illius:Docebat enim eos velut habens poteſtatẽ,
& non ſicuti ſcribæ.

¶De leproſo & centurione,de ſocru Petri & dæmoniacis,de ſcriba,tentante & diſcipulo quodam,de tempeſtate maris,& dæmoniis in porcos reiectis. CAP. VIII.

A CVm deſcendiſſet autem de monte,ſecutę ſunt eum tur- Mar.1.d.
bæ multæ,& ecce leproſus accedens, adorauit eum di- Luc.5.c.
cens:Domine,ſi velis,potes me mundare. Cumqꝫ extendiſſet
manum, tetigit illum Ieſuah, dicens: Volo,mundus eſto .Ac
protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Ieſuah:Vide ne Leuit.14.a.
cui dixeris,ſed abi,teipſum oſtende ſacerdoti,& offer munus
quod iuſsit Moſeh in teſtimonium ipſis. Cum autem ingreſ-
ſus fuiſſet Ieſuah Capernaum, adiit eum Centurio obſecrans
eum, & dicens : Dñe famulus meus penitus iacet domi para-
lyticus,ac grauiter cruciatur. Et dicit illi Ieſuah: Ego profe-
ctus curabo eum.Et reſpondens centurio dixit:Domine,non Luc.7.a.

ſum idoneus,vt ſub tectum meum introeas. Sed tantum dic
verbo, & ſanabitur famulus meus.Nã & ego homo ſum ſub
B poteſtate alterius,& habeo ſub me milites,& dico huic vade,
& vadit: & alteri veni,& venit:& ſeruo meo, fac hoc,& facit.
Hæc autem cum audiſſet Ieſuah admiratus eſt,& ait iis qui ſe-
quebantur:Amen dico vobis, ne in Iſrael quidem,tantum fi-
dei reperi.Dico autẽ vobis,quod multi ab oriente & ab oc-
cidente venient,& accumbent cum Abraham,& Iſchac,& Ia
hacob in regno cœlorũ:filij verò regni eiiciẽtur in tenebras ex
teriores.Illic erit ploratus,& ſtridor dentiũ.Et dixit Ieſuah cẽ-
Marc.1.c. turioni:Abi,& quemadmodum credidiſti fiat tibi,& ſanatus
Lucæ.4.f. eſt famulus eius in hora illa.Et cũ veniſſet Ieſuah in domũ Pe-
tri,vidit ſocrũ illius in lecto decumbentẽ, & febricitantẽ, teti-
gitq́ manũ illius, & reliquit illam febris, & ſurrexit, ac mini-
ſtrabat illis.Veſpera aũt facta adduxerũt illi dæmoniacos mul
tos,& eiecit ſpiritus verbo,omnéſque male habentes curauit,
vt impleretur quod dictum erat per Ieſaihah prophetam:
Matt.1.d. Infra.4.g. Iſaię.53.b. 1.Petri.2.d. dicentem:Hic infirmitates noſtras ſuſcepit,& morbos porta-
uit.Cum vidiſſet aũt Ieſuah multas turbas circũ ſeſe, iuſsit vt
abirent in vlteriorẽ ripã:& cum audiſſet vnus ſcriba, dixit ei:
C Pręceptor,ſequar te quocũque abieris.Et dicit illi Ieſuah:Vul
Lucæ.9.g. pes foueas habent,& volucres cœli nidos: ſed filius hominis
nõ habet vbi caput reclinet.Alius è diſcipulis eius,dixit ei:Do
mine permitte mihi prius vt abeam,& ſepeliam patrẽ meum.
At Ieſuah dixit illis:Sequere me,& ſine vt mortui ſepeliãt mor
tuos ſuos.Et cũ inſcendiſſet nauim,ſecuti ſunt eũ diſcipuli ei⁹,
& ecce motus magnus factus eſt in mari,adeo vt nauis operi-
Mar.4.d. Luc.8.d. retur à fluctibus:ipſe verò dormiebat.Et accedentes diſcipu-
li,excitauerunt illum,dicentes:Domine ſerua nos,perimus. Et
dicit illis:quid timidi eſtis, exiguæ fidei homines? Tunc excita
D tus increpauit ventos,& mare,& facta eſt trãquillitas magna.
Marc.5.a. Luc.8.d. Homines verò admirati ſunt,dicentes: Qualis eſt hic, quia &
venti,& mare obediunt illi?Et cum veniſſet ad vlteirorẽ ripã
in regionem Gergeſenorum,occurrerunt ei duo dæmoniaci,
è monumẽtis egreſsi:erant aũt ſæui valde,adeo vt nemo poſ-
ſet tranſire per viam illam.Et ecce clamabant,dicentes: Quid
nobis,& tibi Ieſuah fili dei?Veniſti huc ad cruciandũ nos ante
tempus?Erat aũt procul ab illis grex porcorum multorũ pa-
ſcens.Dæmones verò rogabant eũ,dicentes:Si eiicis nos,per-
mitte nobis,vt abeamus in gregẽ porcorũ. Et ait illis: Abite,
Illi verò egreſsi,abierũt in gregẽ porcorum. Et ecce ferebatur
totus grex porcorũ per pręceps in mare,& perierũt in aquis.
Porrò qui paſcebant,aufugerunt,& cũ abiiſſent in ciuitatem,
renũciauerunt omnia,& quæ accidiſſent dæmoniacis.Et ecce
tota ciuitas exiuit in occurſum Ieſuah.Et cum vidiſſent illum,
rogabant vt tranſiret à finibus eorum.

¶Chriſtus paralyticum ſanat, Matthęum acceſſit,publicanos non ſpernit,filiã archinoſynagogi mulierem ſanguinis profluuio laborantem,duodecim cæcos, & dæmoniacum mutum curat. C A P. I X.

A ET quum inſcendiſſet nauẽ,traiecit,ac venit in ſuã ciuita-
tem,Et ecce adduxerunt illi paralyticũ in lecto penitus
Marc.2.a. Lucę.5.d. iacentem. Cũmque vidiſſet Ieſuah fidem illorum, dixit pa-
ralytico: Fiduciam habe fili, remittuntur tibi peccata tua. Et
ecce qui dam è ſcribis dicebant intra ſeſe: Hic blaſphemat. Et
cum vidiſſet Ieſuah cogitationes illorũ,dixit:Quare vos cogi
tatis mala in cordibus veſtris? Quid enim eſt facilius dicere,di
mittuntur tibi peccata,an dicere ſurge,& ambula? Vt aũt ſcia
tis,quòd poteſtatem habeat filius hominis in terra dimittẽdi
peccata,tunc dicit paralytico:Quum ſurrexeris,tolle tuũ lectũ
& abi in domum tuam.Et ille ſurrexit,abiitq́ domũ ſuã. Tur-
bæ verò quæ viderant admiratæ ſunt,& glorificauerunt deũ,
B qui dediſſet poteſtatem talẽ hominibus.Et præteriens Ieſuah
Marc.2.b. Lucę.2.f. illinc,vidit hominem ſedentẽ ad telonium qui Matthæus di-
cebatur,dicitq́ ei:Sequere me.Et quum ſurrexiſſet, ſecutus eſt
eum.Et factum eſt,eo accumbente in domo,ecce multi publi-
cani,& peccatores qui venerant,ſimul accubuerunt cum Ie-
ſuah,& diſcipulis illius.Et cum vidiſſent Phariſæi,dixerunt di
ſcipulis eius:Cur cũ publicanis & peccatoribus comedit præ
ceptor veſter? At Ieſuah cũ audiſſet, dixit illis: Non opus ha-
bent ij qui validi ſunt medico,ſed qui male habent. Quin po- Oſee.6.c.
tius profecti diſcite quid eſt: Miſericordiam volo, & non ſa- Infra.12.a. 1.Timo.1.c.
crificium. Non enim veni ad vocandũ iuſtos, ſed peccatores
ad pœnitentiam.Tunc adeunt eũ diſcipuli Iohannis,dicentes:
Propter quid nos,& Phariſæi ieiunamus multoties, diſcipuli
verò tui non ieiunant? Et dixit illis Ieſuah:Nõ poſſunt filij ſpõ Mar.2.c.
ſi lugere,quamdiu cũ illis eſt ſponſus? Venient autem dies cũ Lucę.5.f.g.
C tolletur ab eis ſponſus,& tunc ieiunabunt.Nullus aũt immit-
tit aſſumentũ panni rudis in veſte veteri.Aufert enim ſupple-
mentum illius à veſtimento,et peior ruptura fit,neque mittũt
vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, &
vinum effunditur,& vtres pereunt.Sed mittunt vinum no-
uum in vtres nouos, & vtraque ſimul ſeruantur. Hæc illo lo- Marc.5.b.
quente eis,ecce princeps vnus profectus,adorabat eũ,dicens: Lucę.8.f.
Filia mea modo defuncta eſt, ſed profectus impone manum
tuam ſuper illam,& viuet.Et quũ ſurrexiſſet Ieſuah,ſecutus eſt
eũ, & diſcipuli illius. Et ecce mulier quæ ſanguinis profluuio
laborauerat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fim-
briam veſtimenti illius.Dicebat enim intra ſeſe:Si tantũ tetige
ro veſtimentũ illius,ſeruabor.At Ieſuah conuerſus,vt vidit il
lam,dixit:Cõfide filia,fides tua ſaluã te fecit. Et ſalua facta fuit
mulier à tempore illo.Et cũ veniſſet Ieſuah in domum princi-
pis,vidiſſetq́ tibicines,& turbam tumultuantem,dicit illis:Se
cedite,non enim mortua eſt puerula,ſed dormit.Et deride-
bant illum. Cum autem fuiſſet eiecta turba,ingreſſus tenuit
manum illius, & ſurrexit puella. Et egreſſus eſt rumor hic in
totam terrã illam,& cum deſcederet illinc Ieſuah,ſecuti ſunt il-
lum duo cæci,clamantes,ac dicẽtes:Miſerere noſtri fili Dauid.
D Cum aũt veniſſet in domum,adierunt illum cæci,& dicit illis
Ieſuah:Creditis quòd poſſim hoc facere? Dicũt illi etiam do-
mine. Tunc tetigit oculos illorũ dicens: Iuxta fidem veſtram
fiat vobis.Et aperti ſunt illorum oculi.Et acriter comminatus
eſt illis Ieſuah,dicens: Videte ne quis ſciat.At cum abiiſſent,di Infra.12.b.
uulgarunt famam illius in tota terra illa. Illis autem egredien- Matth.3.c.
tibus,ecce attulerunt illi hominem mutum dæmoniacum:& Lucę.11.b.
eiecto dæmonio,locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ,
dicentes: Nunquã apparuit ſic in Iſrael.At Phariſæi dicebãt:
per principem dæmoniorum eiicit dæmonia. Et circumibat
Ieſuah ciuitates omneis,ac vicos,docens in ſynagogis illorũ,
et prædicans euangelium regni,& curãs omnem morbum &
omnem languorem in populo.Cum vidiſſet aũt turbas, affe- Marc.6.c.
ctus eſt miſericordia erga illas,quod eſſent deſtituti ac diſperſi Lucę.10.a.
velut oues non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis:
Meſsis quidem copioſa,operarij autem pauci.Rogate igitur
dominum meſsis vt emittat operarios in meſſem ſuam

¶Chriſtus erudit & præmonet diſcipulos,traditaq́ curandi poteſtate,ablegat ad euulgandum euangelium. C A P. X.

A ET accerſitis duodecim diſcipulis ſuis,dedit eis poteſtatẽ Marc.3.b.
aduerſus ſpiritus immundos,vt eiicerent eos, & curarẽt Lucę.6.b.c.
omnem morbum,& omnem languorem. Porro duodecim
apoſtolorum nomina ſunt hæc.Primus Simon,qui vocatur
Petrus,& Andreas frater eius:Iacobus filius Zebadiah,& Io-
annes frater eius: Philippus, & Bartholomæus:Thomas, &
Matthæus, qui fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi, &
Lebbæus,qui vocabatur Taddæus:Simon Cananites,& Iu-
das Iſcariotes,qui & prodidit illum.Hos duodecim,emiſit Ie Marc.6.a.
ſuah,quibus mãdauerat,dicens:In viam gentium ne abieritis, Lucę.9.a.& 10.a.
& in ciuitatem Samaritanorũ ne ingrediamini, ſed ite potius
ad oues perditas domus Iſrael.Profecti autem prædicate,di-
centes:Appropinquauit regnum cœlerum, infirmos ſanate,
leproſos mundate,mortuos ſuſcitate,dæmonia eiicite: gratui
to accepiſtis gratuito date.Ne poſsideatis aurum, neq́ argẽ-
tum,neque æs in zonis veſtris,neq́ peram ad iter,neq́ binas
tunicas, neque calceamenta, neque virgam.Nam dignus eſt
operarius cibo ſuo.Sed in quamcunq́ ciuitatem, aut vicum
fueritis



fueritis ingreſsi,exquirite quis in ea ſit dignus:atq́ illic manete:
donec exeatis.Cum autem intrabitis domum, ſalutate illam
B & ſiquidem fuerit domus digna, veniat pax veſtra ſuper illã
Lucæ.10.c. Sin minus fuerit digna,pax veſtra ad vos reuertatur.Et qui-
1.Timo.5.c. cunque non exceperit vos,neque audierit ſermones veſtros,
exeuntes è domo,aut ciuitate illa,excutite puluerem pedũ ve-
Actu.13.g. ſtrorum.Amen dico vobis:Tolerabilius erit terræ Sedom,et
Luc.10.a. Hamorah in die iudicij,quàm ciuitati illi. Ecce ego emitto
vos velut oues in medio luporum. Eſtote igitur prudentes,
Lucæ.12.b. veluti ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ.Attendite autem
ab illis hominibus,tradent enim vos in concilia,& in ſynago-
gis ſuis flagellis cædent vos:ſed & ad præſides, ac reges duce-
mini propter me in teſtimonium ipſis,ac gentibus. At cum
tradiderint vos,ne ſitis ſoliciti quomodo aut quid loquami-
ni.Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.Nõ enim
vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur
C in vobis.Trader autem frater fratrem in mortem:& pater fi-
lium:& inſurgent filij aduerſus parẽtes,& morte afficient eos:
& eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Ve
rum qui ſuſtinuerit vſque ad finem, hic ſaluus fiet. Cum autẽ
perſecuti vos fuerint in ciuitate hac,fugite in aliam.Amen ẽm
dico vobis, non perambulando finieritis omnes ciuitates Iſ-
Lucæ.6.f. rael,quin iam venerit filius hominis.Non eſt diſcipulus ſupra
Iohã.13.b. &.15.c. præceptorem,neque ſeruus ſupra dominum ſuum.Sufficit di
Mar.4.c. ſcipulo, vt ſit ſicut præceptor ipſius, & ſeruo ſicut dominus
Lucæ.8.c.& 12.a. ipſius.Si ipſum patremfamulias Bahalzebub vocauerũt,quã
to magis domeſticos illius? Ne igitur metuatis eos. Nihil ẽm
eſt tectum quod nõ ſit retegendum: & nihil occultum, quod
non ſit ſciendum.Quod dico vobis in tenebris,dicite in luce:
& quod in aurem auditis, prædicate in tectis.Et ne metuatis
ab his qui occidunt corpus,animam autem non poſſunt oc-
cidere:ſed metuite magis illum, qui poteſt & animam & cor-
D pus perdere in gehinnon. Nõnne duo paſſerculi minuto aſſe
veneunt? Et vnus ex illis non cadet in terrã ſine patre veſtro.
Veſtri verò capilli capitis omnes numerati ſunt.Ne igitur me
tuatis:Multis paſſerculis præſtatis vos.Omnis igitur qui con
fitebitur me coram hominibus,confitebor & ego illum corã
Mar.8.d. patre meo,qui eſt in cœlis.Porrò quiſquis negauerit me corã
Luc.9.c. & 12.b. hominibus, negabo eum & ego coram patre meo, qui eſt in
2.Timo.2.b. cœlis.Ne arbitremini,quòd venerim ad mittẽdum pacem in
Lucæ.12.f. Mich.7.b. terram.Non veni vt mitterem pacem,ſed gladium.Nam ve-
ni vt ſeparem hominem aduerſus patrem ſuum,& filiam ad-
uerſus matrem ſuam,& nurum aduerſus ſocrum ſuam:& ini-
mici hominis erunt domeſtici ipſius.Qui amat patrẽ aut ma-
trem ſupra me,nõ eſt me dignus:& qui amat filium aut filiam
Lucæ.14.f. ſupra me,non eſt me dignus.Et qui non accipit crucem ſuam
Infra.16.d. & ſequitur me,non eſt me dignus.Qui inuenerit animam ſuã
Lucæ.9.c. 14.f.17.g. perdet eam:& qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inue-
Luc.10.c. Iohã.13.c. niet eam.Qui recipit vos,me recipit:et qui me recipit,recipit
Marc.9.f. eum qui miſit me.Qui recipit prophetam in nomine prophe
tæ,mercedem prophetæ accipiet.Et qui recipit iuſtum in no-
mine iuſti,mercedem iuſti accipiet. Et quicunque propinaue-
rit vni ex puſillis his poculum aquæ frigidæ tantum nomine
diſcipuli,amen dico vobis,non perdet mercedem ſuam.

¶Iohannes e carcere mittens ad Chriſtum extollitur,gens Iudęorũ & ciuitates increpantur, Chriſtus compellat patrem, inuitat ad iugum. C A P. X I.

A ET factum eſt,cum finem feciſſet Ieſuah præcipiendi duo-
decim diſcipulis ſuis, progreſſus eſt illuc, vt doceret,&
prædicaret in ciuitatibus illorum.Iohannes autem cum audiſ
ſet in carcere facta Chriſti,quum miſiſſet duos è diſcipulis ſuis,
dixit illi:Tu es qui venturus es,an alterum expectamus? Et re-
Lucæ.7.c. ſpondens Ieſuah dixit illis:Profecti renunciate Iohanni ea quę
auditis,& videtis.Cæci vident,& claudi ambulãt,leproſi mũ
dantur,& ſurdi audiunt,mortui excitantnr,& pauperes acci-
piunt euangelium.Et beatus eſt quiſquis non offenſus fuerit
per me.Euntibus autem illis,cœpit Ieſuah dicere turbis de Io-
hanne:Quid exiſtis in deſertum vt videretis? Num arundinẽ
quæ agitur à vento? Sed quid exiſtis vt videretis? Num homi
nem mollibus veſtibus amictum? Ecce qui mollia geſtant,
in domibus regum ſunt. At quid exiſtis vt videretis? Num
B prophetam? Certe dico vobis,& excellentiorem prophetam.
Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt:Ecce ego mitto nunciũ meũ Mala.3.a.
ante faciem tuam,qui præparabit viam tuam ante te. Amen
dico vobis,non ſurrexit inter natos è mulieribus,maior Iohã
ne baptiſta. Sed qui minor eſt in regno cœlorum, maior illo
eſt. Verum à diebus Iohannis baptiſtæ vſq́ ad hunc diem,re- Lucæ.16.d.
gnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Nam
omnes Prophetæ,& ipſa lex, vſq́ ad Iohannem prophetaue-
runt.Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Eliiah ille qui venturus erat. Mala.4.b.
Qui habet aures ad audiendum, audiat.Sed cui aſsimulabo
generationem hanc:Similis eſt pueris,qui ſedent in foris,& ac Lucæ.7.e.
clamant ſodalibus ſuis,ac dicũt: Tibia cecinimus vobis, & nõ
C ſaltaſtis:Lamentationes cecinimus vobis,& nõ planxiſtis. Ve-
nit enim Iohannes, nec edens, nec bibens, & aiunt: Dæmoniũ
habet. Venit filius hominis edens ac bibẽs,& dicunt:Ecce ho-
mo edax, & vini bibulus, publicanis amicus ac peccatori-
bus,& iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. Tũc cœpit exprobra- Lucæ.10.e.
re ciuitatibus,in quibus factę fuerant plurimæ virtutes ipſius,
q̃ non egiſſent pœnitentiam. Væ tibi Chorazin,væ tibi Bet-
ſaida:quoniã ſi in Tyro,& Sidone factę fuiſſent virtutes, quæ
factæ ſunt in vobis,olim in ſacco & cinere pœnitentiam egiſ-
ſent. Attamen dico vobis,Tyro & Sidoni tolerabilius erit in
die iudicij,quàm vobis.Et tu Capernaum,quę es vſq́ ad cœ-
lum exaltata,vſq́ ad inferos detraheris:quoniam ſi in Sedom
factę fuiſſent virtutes,quæ factę ſunt in te,mãſiſſent vſq́ ad ho
diernum diem. Veruntamen dico vobis,quod Sedom tolera
bilius erit in die iudicij,quàm tibi.In illo tempore reſpondẽs
D Ieſuah,dixit:Confiteor tibi pater domine cœli,& terræ,quòd Luc.10.d.
abſconderis hæc à ſapientibus,& prudentibus, & reuelaueris
ea paruulis. Certe pater, ſic fuit beneplacitũ apud te. Omnia
mihi tradita ſunt à patre meo: & nemo cognoſcit filium,niſi
pater:neq́ patrem quiſquam cognoſcit,niſi filius,& cuicunq́
voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis,&
onerati eſtis,& ego recreabo vos. Tollite iugum meum ſuper Iere.6.a.
vos,& diſcite à me,quòd mitis ſim,& humilis corde. Et inue-
nietis requiẽ animabus veſtris. Iugum enim meum iucundũ
eſt,& onus meum leue.

¶Diſcipuli uellẽtes ſpicas excuſantur,arida manus,cęcus & mutus a demonio ſanantur,id calumniantes damnantur &c.uerbi officium amicis pręfert. C A P. X I I.

A IN illo tempore,ambulauit Ieſuah ſabbatis per ſata:diſci-
puli verò illius eſuriebant,& cœperunt vellere ſpicas,& co Mar.2.d.
medere. At Phariſæi cum vidiſſent, dixerũt illi: Ecce diſcipuli Lucę.6.a.
tui faciunt,quod nõ licet facere in ſabbato. Ille verò dixit eis:
Non legiſtis quid fecerit Dauid cum eſuriet ipſe,& ij qui erãt 1.Reg.21.b.
cum illo? quomodo ingreſſus ſit in domum dei,& panes pro Nume.28.a.
poſitionis ederit:quos non licebat ei edere,neque iis qui cum
illo erant,niſi ſacerdotibus ſolis? Aut non legiſtis in lege,quòd
ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum profanant, & inſon-
tes ſunt? Dico autem vobis,quòd templo maius eſt hoc in lo-
co. Quod ſi ſciretis quid ſit:miſericordiam volo,& non ſacri Oſee.6.a.
ficium,nequaquam condemnaſſetis inſontes. Nam dominus
eſt ſabbati,filius hominis.Et progreſſus illinc,venit in ſynago
gam illorum,& ecce homo erat manum habens aridam, & in
terrogabant illum,dicentes:Licet ne ſabbatis curare? vt accu-
ſarent eum. At ille dixit eis:Quis erit ex vobis homo, qui ha-
bet ouem vnam,& ſi inciderit ea ſabbatis in foueam,nõne ap
prehendet illam,& eriget? Quanto igitur præſtat homo oui? Marc.3.a.
Licet igitur ſabbatis bene facere. Tunc dicit homini: extende Lucę.6.b.
manum tuam,& extendit,ac reſtituta eſt ſana ſicut altera. Por
rò Phariſęi egreſsi ceperunt conſilium aduerſus eum,quomo
B do illum perderent. At Ieſuah vbi nouiſſet,ſeceſsit illinc,ſecu-
tæq́ ſunt eum turbæ multæ,& curauit eos omnes,& intermi

natus eſt illis,ne facerent ſe manifeſtum,vt impleretur quod di
Iſaiæ.42.a. ctum erat per Ieſaiah Prophetã, qui ait:Ecce ſeruus meus quẽ
elegi,dilectus meus in quo bene complacuit anima mea.Ponã
ſpiritũ meum ſuper illum,& iudiciũ gentibus annũciabit. Nõ
contendet,neque clamabit,neq; audiet quiſquã in plateis vo-
cem eius.Arundinẽ comminutam non confringet, & linum
fumigans,non extinguet, donec eiiciat ad victoriã iudicium,
Marc.3.c. Lucæ.11.b. & in nomine illius gentes ſperabunt.Tunc adductus eſt ad eũ
qui dæmonio agitabatur cæcus ac mutus,& ſanauit illum,ita
vt cæcus ac mutus,& loqueretur,& videret. Et obſtupuerũt
omnes turbæ, dicebantq; : Num hic eſt Chriſtus filius Da-
uid? At Phariſæi cum audiſſent,dicebant:Hic non eiicit dæmo
B nia, niſi per Bahalzebub principẽ dæmoniorum.Cum ſciuiſ-
ſet autẽ Ieſuah cogitationes illorũ,dixit illis,Omne regnum di
uiſum aduerſus ſeſe,deſolatur:& omnis ciuitas,aut domus di-
uiſa aduerſus ſeipſam,non ſtabit. Et ſi ſathan ſathan eiicit, ad-
uerſus ſeipſum diuiſus eſt:Quomodo igitur ſtabit regnum il-
lius? Et ſi ego per Bahalzebub eiicio dæmonia,filij veſtri per
quem eiiciunt? Propterea ipſi veſtri iudices erunt.Quod ſi ſpi
ritu Dei ego eiicio dæmonia,ergo peruenit ad vos regnũ dei.
Alioqui quomodo poteſt aliquis intrare domũ fortis, & va-
ſa illius diripere,niſi prius ligauerit fortem, & tũc domũ illius
diripiet? Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui non
C congregat mecum, ſpargit. Propterea dico vobis: Omne
Marc.3.d. Luc.12.b. peccatum, & blaſphemia remittetur hominibus: at blaſ-
phemia in ſpiritum,non remittetur hominibus. Et quicun-
que dixerit verbum aduerſus filium hominis, remittetur illi.
Lucæ.6.g. Qui aũt dixerit aduerſus ſpiritum ſanctum, nõ remittetur ei,
neque in præſenti ſeculo,neque in futuro.Aut facite arborem
bonam,& fructum eius bonũ:aut facite arborem putrem, &
fructum illius putrem:nam è fructu arbor agnoſcitur.Pro-
genies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſcitis
mali? Siquidem ex abundantia cordis os loquitur.Bonus ho-
mo è bono theſauro, cordis expromit bona: malus homo è
malo theſauro depromit mala.Sed dico vobis,quòd de quo
cunq; verbo otioſo,quod locuti homines fuerint,reddent ra
tionem in die iudicij.Nã ex verbis tuis iuſtificaberis,& ex ver-
bis tuis condemnaberis.Tunc interrogauerunt eũ quidam è
Lucæ.11.d. ſcribis & Phariſæis,dicentes: Præceptor volumus ex te ſignũ
videre.At ille reſpõdens,dixit illis:Generatio praua, & adulte
ra ſignũ quærit:& ſignũ non dabitur illi,niſi ſignũ Ionæ pro-
Ionæ.3.b. phetę.Quemadmodũ enim fuit Ionas in ventre ceti tres dies,
ac tres noctes,ſic erit filius hominis in corde terræ tres dies, ac
D tres noctes.Viri Ninueh ſurgent in iudicio cũ generatiõe hac,
3.Reg.10.a. 2.Par.9.a. & condemnabunt eam quòd pœnitentiam egerint ad prædi
cationẽ Ionæ: Et ecce plus quàm Ionas eſt hoc loco. Regina
Auſtri ſurget in iudicio cũ generatione hac, & condemnabit
eam:quòd venerit à finibus terræ ad audiendã ſapientiam Se
lomoh:Et ecce plus quàm Selomoh eſt in hoc loco. Cũ autẽ
immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat inaquoſa
2.Petri.2.d. loca,quærens requiem,& nõ inuenit. Tunc dicit: Reuertar in
domum meã vnde exiui.Et cum venerit,reperit eam vacantẽ
& ſcopis purgatã,atq; ornatam.Tunc abit,& adiungit ſibi ſe
ptem alios ſpiritus nequiores ſe:& ingreſsi, inhabitant illic: &
fiunt poſtrema hominis illius peiora primis. Sic erit & gene-
Marc.3.d. Lucæ.8.c. rationi huic peruerſæ.Cum aũt adhuc loqueretur turbis,ecce
mater,& fratres eius ſtabant foris, quærẽtes ei loqui.Dixit aũt
illi quidã:Ecce mater tua,& fratres tui foris ſtant,quęrẽtes tibi
loqui.At ille reſpondens dixit ei,qui dixerat ſibi:Quæ eſt ma-
ter mea,& qui ſunt fratres mei? Et quũ extendiſſet manũ ſuam
in diſcipulos ſuos,dixit:Ecce mater mea,& fratres mei. Quiſ-
quis enim fecerit voluntatẽ patris mei,qui eſt in cœlis, ipſe me
us frater,& ſoror,& mater eſt.

¶ De ſeminante uarie,de grano ſinapis,fermẽto,theſauro,nego
tiatore & ſagena,interim quare utatur parabolis. Prophe-
ta in patria deſpicitur. CAP. XIII.

A IN die verò illo egreſſus Ieſuah è domo, ſedit iuxta mare,
& cõgregatę ſunt ad illũ turbę multæ, adeo vt ipſe nauim
ingreſſus,ſederet,& vniuerſa turba in littore ſtabat. Ac dice- Mar.4.a. Lucæ.8.a.
bat illis multa per ſimilitudines,dicens:Ecce exiit qui ſemina-
bat ad ſeminandum:Et cum ſeminaret,alia quidem ceciderũt
iuxta viam,& venerunt volucres,& deuorauerunt ea.Alia ce
ciderunt in ſaxoſa, vbi non habebant terram multã,& proti-
nus exorta ſunt,propterea quòd non haberent profunditatẽ
terræ:cũ autem exortus eſſet ſol,exuſta ſunt:& quia non habe
bãt radicem,exaruerũt. Alia verò ceciderunt in ſpinas & in-
ſurrexerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. Alia verò ceciderunt
in terram bonam,& dabant fructum,aliud quidem centuplũ,
aliud verò ſexagecuplum, aliud verò trigecuplum, qui habet
aures ad audiendum,audiat.Et adeuntes diſcipuli,dixerunt il-
B li:Quare per parabolas loqueris illis? At ille reſpondens,dixit
eis:Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum, illis autẽ
non eſt datum.Quiſquis enim habet, dabitur illi: & reddetur
abundantior.Quiſquis autem nõ habet,etiam illud quod ha-
bet,tolletur ab eo.Propterea per parabolas illis loquor,quia
videntes nõ vident,& audientes non audiunt,nec intelligunt,
& completur in illis prophetia Ieſaiah, quæ dicit: Auditu au- Iſaię.6.c.
dietis,& non intelligetis, & videntes videbitis, & non cerne- Marc.4.b.
tis.Incraſſatum eſt enim cor populi huius,et auribus grauiter Lucæ.8.b. Iohã.12.f.
audierunt,& oculos ſuos occluſerunt,ne quando viderent o- Actu.28.f.
culis,& auribus audirent,& corde intelligerent,& conuertan Roma.11.b. Luc.10.d.
tur,& ſanem illos.Veſtri verò beati ſunt oculi,quia vident:&
aures veſtræ,quia audiunt.Amen enĩ dico vobis,quòd mul
ti Prophetæ & iuſti deſiderauerunt videre quæ videtis, & nõ
viderũt:& audire quæ auditis, & non audierunt. Vos igitur
C audite parabolam ſeminãtis: Cum quis audit verbum regni, Mar.4.b. Lucæ.8.b.
& non intelligit,venit ille malus, & rapit id quod ſeminatum
eſt in corde illius,hic eſt qui iuxta viam ſeminatus fuit. At qui
in ſaxoſa ſatum ſemen exceperat, hic eſt qui verbum audit, ac
protinus cum gaudio accipit illud:verum non habet radicem
in ſemetipſo,ſed temporarius eſt.Porrò cum facta fuerit affli-
ctio,aut perſecutio propter verbum, cõtinuo offenditur. At
qui in ſpinas ſatum ſemen exceperat,hic eſt qui verbum audit,
& cura ſeculi huius,deceptioq; diuitiarum ſuffocat verbum,
& infrugifer fit.Cæterũ qui in terrã bonã ſatũ accipit,hic eſt q
verbũ audit,& intelligit,qui denique fructũ reddit,ac facit: a-
lius quidẽ centuplũ,alius vero ſexagecuplũ,ali9 verò trigecu-
D plũ.Aliam parabolã propoſuit eis, dicens: Aſsimilatũ eſt re-
gnum cœlorum homini ſeminanti bonum ſemẽ in agro ſuo,
ſed dormientibus hominibus venit illius inimicus, & ſemina-
uit zizania inter triticum,abiitq;.Cum autem germinaſſet her
ba,& fructum feciſſet,tunc apparuerunt & zizania. Acceden
tes autem ſerui patrisfamilias, dixerunt illi:Domine,nónne bo
num ſemẽ ſeminaras in tuo agro? Vnde igitur habet zizania?
Ille verò dixit:Inimicus homo hoc fecit.Serui autem dixerunt
illi:Vis igitur vt profecti colligamus ea? At ille dixit: Non, ne
dum colligitis zizania,eradicetis ſimul cum illis & triticum:Si
nite pariter creſcere vtraque vſque ad meſſem, & in tempore
meſsis dicam meſſoribus:Colligite primum zizania, & colli- Marc.4.d.
gate ea in faſciculos ad comburendum ea:triticum verò con- Lucæ.13.d.
E gregate in horreum meum.Aliam parabolam propoſuit eis,
dicens:Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis,quod cum
accepiſſet homo,ſeminauit in agro ſuo, quod minimũ eſt o-
mnium ſeminum.Cæterũ vbi excreuerit, maximum eſt inter
holera,& fit arbor:adeò vt veniant volucres cœli, & habitẽt Lucæ.13.a.
in ramis illius.Aliam parabolam dixit illis. Simile eſt regnum Mar.4.d.
cœlorum fermento,quod acceptum mulier abſcondidit in fa
rinæ ſatis tribus,donec fermentaretur totum.Hæc omnia lo-
cutus eſt Ieſuah per parabolas ad turbas, & ſine parabola ni-
hil locutus eſt illis,vt compleretur quod dictũ fuerat per Pro
phetam,qui ait:Aperiam in parabolis os meum,eructabo ab Pſalmo.77.
F ſcondita à conſtitutione mundi. Tunc dimiſsis turbis ve-
nit in domum Ieſuah, & acceſſerunt ad illum diſcipuli
eius, dicentes: Explica nobus parabolam zizaniorum
agri. At ille reſpondens dixit illis: Qui ſeminat bonũ
ſemen, eſt filius hominis; ager autem eſt mundus.
Porro

Porrò bonum ſemen,ij ſunt filij regni:zizania vero, ſunt filij
illius mali:inimicus autem qui ſeminauit ea,eſt diabolus:meſ-
ſis vero,conſummatio ſeculi eſt:meſſores autem, angeli ſunt.
Apo.14.c.d. Sicut igitur colliguntur zizania,& igni comburuntur:ſic erit
in conſummatione ſeculi huius.Mittet filius hominis angelos
ſuos,& colligent è regno illius omnia offendicula,& eos qui
patrant iniquitatẽ:& mittent illos in caminum ignis. Ibi erit
ploratus,ſtridorq; dentium.Tunc iuſti fulgebunt vt ſol in re-
gno patris ſui.Qui habet aures ad audiendũ,audiat.Rurſum,
Sap.3.b. ſimile eſt regnum cœlorum theſauro abſconſo in agro, quem
quũ reperiſſet homo,abſcondidit,& præ gaudio illius,abiit:
& omnia quæcũque habet,vendit,& mercatur agrum illum.
Rurſum, ſimile eſt regnum cœlorũ homini negociatori,quæ-
renti pulchras margaritas:qui cum inuenerit vnã precioſam
margaritam,profectus vendidit omnia quæcunque poſside-
bat,& mercatus eſt illam.Rurſum,ſimile eſt regnum cœlorum
G verriculo iacto in mare,& ex omni genere contrahenti:quod
cum impletum fuiſſet,ſubduxerunt in littus,& ſedentes colle-
gerunt quæ bona ſunt in vaſa,quæ vero putria,foras abiece-
runt.Sic futurum eſt in conſummatione ſeculi,egrediẽtur an-
geli,& ſegregabunt malos de medio iuſtorum,& mittẽt eos
in caminum ignis.Illic erit ploratus & ſtridor dentium.Dicit
illis Ieſuah.Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt illi: Etiam domine.
At ille dixit illis:Propterea omnis ſcriba doctus ad regnũ cœ
lorum,ſimilis eſt homini patrifamilias,qui depromit è theſau
ro ſuo noua,& vetera.Et factũ eſt,vt cũ finiſſet Ieſuah ſermo-
nes hos,digrederetur illinc.Et cum veniſſet in patriam ſuam,
Mat.6.a. Lucæ.4.c. Iohã.4.f. & 6.c. docebat in ſynagoga illorum,ita vt ſtuperẽt,ac dicerent.Vn-
de huic ſapientia hæc, & virtutes? Nónne hic eſt ille fabri fi-
lius? Nónne mater eius vocatur Miriam,& fratres eius Iaco-
bus,& Ioſes,& Simon,& Iehudah,& ſorores illius, nónne o-
mnes apud nos ſunt? Vnde igitur huic hæc omnia? Et offende
bantur in eo.Ieſuah autem dixit illis:Non eſt propheta expers
honoris,niſi in patria ſua,& domo ſua.Et non fecit illic virtu-
tes multas propter infidelitatem illorum.

¶ Herodis in Iohãnem animaduerſio,de ſaturatis quinque panibus,Ieſuah
ſuper mare ambulatio,curatio febrium.

CAP. XIIII.

A IN illo tempore,audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſuah,
Mar.6.b. Lucæ.9.a. & dixit famulis ſuis: Hic eſt Iohãnes Baptiſta.Is ſurrexit à
mortuis,& ideo virtutes agunt in illo.Nam herodes quũ ce-
piſſet Iohannẽ,vinxit eum,ac poſuit in carcere propter Hero
diadem vxorẽ Philippi fratris ſui.Dicebat enim illi Iohannes:
Marc.6.a. Luc.3.d. Non licet tibi habere eam.Et cum vellet eum occidere,metue
bat multitudinem,propterea quòd illum ceu prophetam ha
bebant.Cum autem fierent natalitia Herodis, ſaltauit filia He
rodiadis in medio,& placuit Herodi.Vnde cum iureiurãdo
Infra.21.c. pollicitus eſt,ſe daturum illi quicquid peteret.At illa prius in-
ſtructa à matre ſua.Da mihi,inquit,hic in diſco caput Iohan-
nis baptiſtæ.Et dolore affectus eſt rex:attamẽ propter iuſiurã
dum,& eos qui ſimul accumbebant,iuſsit dari:& quum mi-
ſiſſet,amputauit caput Iohannis in carcere,& allatũ eſt caput
eius in diſco,datumq; eſt puellæ,atq; illa obtulit matri ſuæ. Et
B profecti diſcipuli eius,ſuſtulerunt corpus,& ſepelierunt illud,
egreſsiq; renunciauerunt Ieſuah.Id cum audiſſet Ieſuah, receſ-
Lucæ.9.b. Mar.6 d.e. Iohã.6.a. ſit illinc in naui ad deſertum locum ſeorſum.Et cum audiſſent
turbæ,ſecutæ ſunt illum itinere pedeſtri,relictis vrbibus. Et e-
greſſus Ieſuah vidit multã turbam,& miſericordia affect9 eſt
erga illos,ſanauitq; infirmos eorum.Porrò cum facta eſſet ve
ſpera,adierunt eum diſcipuli ipſius,dicentes:Deſertus eſt loc9,
& hora iam præteriit: dimitte turbas vt abeant in vicos, &
emant ſibi cibaria.At Ieſuah dixit illis:Non eſt illis neceſſe, vt
abeant,date illis vos ad comedendum.At illi dicunt ei: Non
habemus hic niſi quinque panes & duos piſces,Ille vero dixit:
Afferte mihi illos huc.Et quum iuſsiſſet turbas diſcumbere ſu
per herbas,ſumpſiſſetq; quinque panes ac duos piſces, ſuble-
uaſſetq; in cœlum oculos,benedixit.Et cum fregiſſet,dedit di-
ſcipulis panes,diſcipuli verò turbis.Et comederunt omnes,&
C ſaturati ſunt:& ſuſtulerunt quod ſuperfuerat de fragmentis, Mar.6.f. Iohã.6.b.
duodecim cophinos plenos.Porro qui comederant fuere vi-
ri fermè quinquies mille,præter mulieres,ac pueros.Et ſtatim
compulit Ieſuah diſcipulos ſuos,vt conſcenderent nauim, &
præcederent ſe in ripam vlteriorem,donec dimiſiſſet turbas.
Et cum dimiſiſſet turbas,aſcendit in montem priuatim,vt o-
raret.Cum autem facta eſſet veſpera,ſolus erat illic.Cæterum
nauis iam in medio maris erat,& vexabatur ab vndis,nam vẽ
tus erat aduerſus.Quarta autem noctis vigilia abiit ad illos Ie
ſuah,ambulans ſuper mare,& cum vidiſſent eum diſcipuli ſu
per mare ambulantem,turbati ſunt,dicentes:Spectrum eſt:ac
præ timore exclamauerunt,ſed ſtatim locutus eſt illis Ieſuah,
dicens:Confidite,ego ſum,ne terreamini. Reſpondens autem
illi Petrus,dixit:Domine,ſi tu es,iubeto me ad te venire ſuper
D aquas.At ille dixit:Veni.Et cum deſcendiſſet è naui Petr9,am
bulabat ſuper aquas vt iret ad Ieſuah.Cæterum cum videret
ventum validum,territus eſt:& cum cœpiſſet demergi,clama
uit,dicens:Domine ſerua me.Continuo autem Ieſuah, quum
extendiſſet manum apprehendit eum,& dixit illi:Exiguam fi-
dem habens,cur hæſitaſti? Et cũ eſſent ingreſsi nauim, conqe-
uit ventus.Porrò qui erant in naui,acceſſerunt,et adorauerũt
eum,dicentes:Verè dei filius es.Et cum traieciſſent,venerũt in Marc.6.g.
terram Geneſareth.Et cum agnouiſſent illum viri loci illius,e-
miſerunt nuncios in totam vndiq; finitimam regionem illam,
& obtulerunt illi omnes male habentes,& obſecrabant eum
vt tantum tangerent fimbriã veſtimenti ipſius.Et quotquot
tetigerunt,ſalui facti ſunt.

¶ Dei præcepta ob humanas præſumptiones ſpreta,quid inquinet,de mulie
re Chenahan,in Galil muti curati,de ſatiatis ſeptem panibus.

CAP. XV.

A TVnc accedunt ad Ieſuah,qui ab Ieruſalaim erant, ſcribæ
& Phariſæi,dicentes:Quare diſcipuli tui tranſgrediũtur Mat.7.a.b.
traditionem ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas cum pa
nem edunt.At ille reſpondens dixit eis:Quare & vos tranſgre
dimini præceptum Dei propter traditionem veſtram? Nam
deus præcepit,dicens:Honora patrem,& matrem: & qui ma
ledixerit patri:aut matri,morte moriatur.Vos autem dicitis:
Quicunque dixerit patri aut matri:Ex dono quod eſt à me au Exod.20.c.
geberis:& non honorauerit patrem ſuum,aut matrem ſuã:& Deut.5.b. Ephe.6.a.
irritum feciſtis præceptum dei propter traditionem veſtram. Exo.21.c.
Hypocritæ,recte de vobis prædixit Ieſahiah,dicens: Appro- Leuit.20.b. Prou.20.c.
pinquat mihi populus hic ore ſuo,& labiis me honorat:cæte- Iſaiæ.29.a.
rum cor eorum procul abeſt à me:ſed fruſtra me colunt, do-
centes doctrinas,ac præcepta hominũ. Et cũ aduocaſſet tur-
bam,dixit eis:Audite,& intelligite:Non quod ingreditur os,
B inquinat hominem:ſed quod egreditur ex ore, hoc inquinat
hominem.Tunc accedentes diſcipuli eius,dixerunt illi: Noſti
q Phariſæi,quum audierint ſermonem hunc offenſi fuerint?
At ille reſpondens ait:Omnis plantatio,quã non plãtauit pa- Iohã.15.a.
ter meus cœleſtis,eradicabitur.Omitte illos.Duces ſunt cæci Lucæ.6.f.
cæcorũ.Porrò ſi cæcus cæco dux fuerit itineris, ambo in fo- Marc.7.c.
ueam cadent.Reſpondens autem Petrus,dixit ei: Diſſere no-
bis parabolã iſtã.Ieſuah aũt dixit:Adhuc & vos intelligẽtia ca
retis? Nondũ intelligitis,q quicquid ingreditur in os, in aluũ
abit,& in receſſum eiicitur? At ea quæ proficiſcũtur ex ore, ex
ipſo corde egrediuntur,& illa coinquinãt hominẽ.Nã ex cor
de exeunt cogitationes malæ,cædes,adulteria, fornicationes,
furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ:Hæc ſunt quæ inquinãt ho
minem.Cæterum illotis manibus comedere,non inquinat ho
minem.Et digreſſus illinc Ieſuah,receſsit in partes Tyri & Si- Marc.7.c.
donis.Et ecce mulier Chenahanæa à finibus illis egreſſa,clama
C bat ad illum, dicens: Miſerere mei domine fili Dauid: Filia
mea male à dæmonio agitatur.Ille vero non reſpondit ei ver
bum. Et accedentes diſcipuli eius,rogabat illum, dicentes:
Dimitte illam, quia clamat poſt nos. At ille reſpondens
dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſrael.

Illa vero profecta adorauit eum, dicens: Domine auxiliare mi-
hi. At ille reſpondens, dixit: Non eſt honeſtum ſumere panem
filiorum, & obiicere catellis. Hæc autem reſpondit: Certe do-
Marc.7.b. Iſaiæ.35.b. mine, Etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa do-
minorum ſuorum. Tunc reſpondẽs Ieſuah dixit illi: O mulier,
D magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Et ſanata fuit filia eius ex
hora illa. Et progreſſus illinc Ieſuah: venit iuxta mare Galil, &
quum conſcendiſſet montem, ſedebat illic. Et acceſſerũt ad eũ
turbæ multæ, ducẽtes ſecum claudos, cæcos, ſurdos, mutilos,
& alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Ieſuah, & ſanauit
eos, adeo vt turbæ miratæ ſint, cum viderent mutos loquen-
tes, mutilos ſanos, claudos ambulantes, cæcos videntes, & glo-
rificabant deum Iſrael. Ieſuah autem vbi vocauit ad ſe, diſcipu-
lis ſuis dixit: Miſeret me turbæ, propterea ꝙ iam triduum ex-
pectant, & non habent quod edant: & dimittere eos ieiunos
nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei diſcipuli eius: Vnde no-
Marc.8.a. bis in ſolitudine panes tot, vt ſaturemus turbam tãtam? Et di-
cit illis Ieſuah: Quot panes habetis? At illi dicunt: Septẽ, & pau-
cos piſciculos, & iuſsit turbas diſcumbere in terra. Et ſumpſit
ſeptem panes, ac piſces: & poſtquam gratias egiſſet, fregit, de-
ditq; diſcipulis ſuis: diſcipuli verò turbæ, comederuntq; oẽs,
& ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt quod ſupererat fragmentorum
ſeptem ſportulas plenas. At ij qui comederant, erant quater
mille viri, præter mulieres, & puerulos. Et dimiſsis turbis con-
ſcendit nauim, venitq; in fines Magdala.

¶ Phariſeis ac Sadduceis Ionæ tantum ſignum exhibet, ab iſtorũ fermẽto cauendum, Petrus agnoſcit Ieſuah filiũ dei, auocans eum a ſupplicio increpatur.

CAP. XVI.

A Marc.8.b. Lucæ.12.g. ET aggreſsi Phariſæi & Sadducæi tẽtantes rogabant eũ
vt ſignum è cœlo oſtenderet ſibi. At ille reſpondens, di-
xit eis: Cum fuerit veſpera, dicitis, ſerenitas erit, nam rubet cœ-
lum: & mane, hodie tempeſtas, rubet enim cœlum triſte. Hy-
pocritæ, faciem cœli ſcitis diiudicare, ſigna vero temporum
non poteſtis? Natio praua, & adultera *ſignum inquirit*, & ſi-
gnum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et relictis
B illis abiit. Et cum veniſſent diſcipuli eius in vlteriorem ripam,
Marc.8.b. Luc.17.a. obliti fuerant panes ſumere. Ieſuah autem dixit illis: Videte, &
attendite â fermento Phariſęorum ac Sadducæorum. At illi
reputabant intra ſeſe dicentes: panes non ſumpſimus. Qđ vbi
cognouit Ieſuah, dixit illis: Quid cogitatis intra voſipſos, ô pa-
rum fideles, quòd panes non ſumpſeritis? Nondum intelligi-
tis, neq; memoria tenetis illos quinq; panes, cum homines eſ-
ſent quinquies mille, & quot cophinos ſuſtuleritis? Neq; illos
ſeptem panes, cum homines eſſent quater mille, & quot ſpor-
tas acceperitis? Quomodo non intelligitis, quòd non de pa-
ne dixerim vobis, vt attenderetis â fermento Phariſęorum, et
Sadducæorũ? Tunc intellexerunt ꝙ non dixiſſet, vt attende-
rent â fermento panis, ſed â doctrina Phariſæorum, & Saddu-
Marc.8.c. Lucæ.9.c. cæorum. Cum veniſſet autem Ieſuah in partes Cæſareæ quæ
C cognominatur Philippi, interrogauit diſcipulos ſuos dicens:
Quem me dicunt homines eſſe, filium hominis? Illi verò dice-
bant: Alij quidẽ Iohannẽ Baptiſtam, alij vero Eliiah, alij vero
Irmeiah, aut vnum è prophetis. Dicit illis: At vos quẽ me dici-
tis eſſe? Reſpondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtꝰ
Iohã.6.g. ille filius dei viuentis. Et reſpondens Ieſuah, dixit illi: Beatus es
Simon Bar Ionah, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed
pater meus, qui eſt in cœlis. At ego tibi dico, ꝙ tu es Petrus, et
ſuper hanc Petram ædificabo meam eccleſiã, & portæ inferni
non valebunt aduerſus illam. Et dabo tibi claues regni cœlo-
rum, & quicquid alligaueris in terra, erit alligatũ in cœlis: et qc-
quid ſolueris in terra, erit ſolutũ in cœlis. Tunc edixit diſcipu-
lis ſuis, ne cui dicerent ꝙ ipſe eſſet Ieſuah Chriſtus. Ex eo tẽpo-
re cœpit Ieſuah oſtendere diſcipulis ſuis, ꝙ oporteret ipſum
abire Ieruſalaim, ac multa pati â ſenioribus, & principibus ſa-
cerdotũ, & ſcribis, & occidi, & tertio die reſuſcitari. Et cum aſ-
ſumpſiſſet eum Petrus, cœpit increpare eum, dicens: Propiciꝰ
tibi ſis domine, nequaquã erit tibi hoc. At ille conuerſus dixit
Petro: Abi poſt me ſathan. Offendiculo mihi es, quia nõ ſapis
D ea quæ ſunt dei, ſed ea quæ ſunt hominum. Tunc Ieſuah dixit Supra.10.d. Marc.8.d.
diſcipulis ſuis: Si qs vult poſt me venire, abneget ſemetipſum Lucæ.9.g.
& tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit ani- 14.f.17.g. Iohã.12.d.
mam ſuam ſeruare, perdet eam: qui vero perdiderit animam
ſuam mea cauſa, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi
totum mundum lucratus fuerit, animæ verò ſuę damnum in-
tulerit? Aut quam dabit homo permutationem pro anima
ſua? Futurum eſt enim, vt filius hominis veniat in gloria pa- Roma.2.a.
tris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique iuxta actio- Mar.9.a.
nem ipſius. Amen dico vobis, ſunt quidam hic ſtantes, qui Lucæ.9.c.
non guſtabunt mortem, donec viderint filium hominis ve-
nientem in regno ſuo.

¶ Transformatio Ieſuah in monte, lunatici pueri curatio, inibi de fide, de didrachmate ex ore piſcis.

CAP. XVII.

A ET poſt dies ſex, aſſumit Ieſuah Petrum ac Iacobũ, & Io-
hannem fratrem eius: & adducit illos in montem excel-
ſum ſeorſum, & transformatus eſt coram illis, & ſplenduit fa-
cies eius ſicut ſol. Veſtimenta autem illius facta ſunt candida
ſicut lumen. Et ecce viſi ſunt illis Moſeh, & Eliiah cum illo lo-
quentes.[a] Reſpondens autem Petrus dicit Ieſuah: Domine bo-
num eſt nos hic eſſe: Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi
vnum, & Moſeh vnum, & Eliah vnum. Adhuc eo loquente,
ecce nubes lucida obumbrauit illos: & ecce vox è nube dicẽs:
Hic eſt filius meus dilectus, in quo bene complacui. Ipſum au-
dite. Et cum hæc audiſſent diſcipuli, prociderunt in faciem
ſuam, & timuerunt vehemẽter. Et progreſſus Ieſuah tetigit il-
B los, dixitq;: Surgite, & ne timeatis. Quum vero ſuſtuliſſent
oculos ſuos, neminem videbant, niſi Ieſuah ſolum. Et cum de-
ſcenderent de monte præcepit illis Ieſuah, dicens: Ne cui dixe-
ritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat. Et in-
terrogauerunt eum diſcipuli ſui, dicentes: Cur igitur ſcribę di-
cunt, ꝙ Eliiah oporteat venire prius? Ieſuah autem reſpondẽs
dixit illis, Eliiah quidem venit prius, & reſtituet omnia. Cæte-
rum dico vobis quod Eliiah quidem venit & non agnouerũt Marc.9.b. Malac.4.b.
eum, ſed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius ho-
minis paſſurus eſt ab illis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quod
de Iohanne Baptiſta dixiſſet ipſis. Et cum veniſſent ad turbã,
acceſsit ad eum homo quidam flectens genua illi, dicẽsq;: Do- Marc.9.c.
mine miſerere filij mei, quoniam lunaticus eſt, & male patitur, Lucæ.9.c.
nam ſæpe cadit in ignem, & ſæpe in aquã, & obtuli eum diſci-
C pulis tuis, nec potuerunt eum ſanare. Reſpondens aũt Ieſuah,
dixit: O natio incredula & diſtorta, quouſq; ero vobiſcum? vſ-
quequo patiar vos? Afferte mihi illum huc. Et increpauit il-
lud Ieſuah, & exiit ab eo dæmonium, & ſanatus eſt puer à tem-
pore illo. Tunc progreſsi diſcipuli ad Ieſuah, ſeorſum dixerũt:
Quare nos non potuimus eiicere illud? Ieſuah autem dixit il-
lis: Propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vo- Lucæ.17.b.
bis, ſi habeatis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis mõti huic:
pertranſi hinc illuc, & pertranſibit, neque quicquam impoſsi-
bile erit vobis. Sed hoc genus non egreditur, niſi per depreca-
D tionem, & ieiunium. Cum autem verſarentur in Galil, dixit il- Mar.9.c. Lucæ.9.c.
lis Ieſuah: Futurũ eſt, vt filius hominis tradatur in manus ho-
minum, & occident eum, ac tertio die reſurget. Et dolore affe-
cti ſunt vehementer. Cum autem veniſſent in Capernaum, ac-
ceſſerũt qui didrachma accipiunt, ad Petrũ, dixerũtq;: Præce-
ptor veſter num ſoluit didrachma. Dicit: Etiã. Et cum ingreſ-
ſus fuiſſet in domum, præuenit illum Ieſuah, dicens: Quid tibi
videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa, aut
cenſum è filiis ſuis, an ab alienis? Dicit illis Petrus: Ab alienis.
Ait illi Ieſuah: Ergo liberi ſunt filij. Verum ne offendamꝰ eos,
profectus ad mare, mitte hamum, & eum piſcem qui prodie-
rit primus, tolle: & aperto illius ore inuenies ſtaterem, illũ quũ
acceperis da illis pro me, & te.

[a] Solis Moſi et Elię loquutus eſt olim Chriſtus clariori uiſione in Horeb, ſicut et ſoli illi ieiunium Chriſti tolerarũt. Vide Apoca.11.

¶ Diſcipulorũ ambitio repreſſa, cauẽdum a ſcandalo, de oue redinuẽta, delinquentes quomodo tractãdi, ligandi, ſoluẽdiq; authoritas, quoties cõdonãdũ fratri.

Cap.



CAP. XVIII.

A Marc.6.e. Lucæ.9.f. IN illo tempore: Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſuah, dicentes:
Quis maximꝰ eſt in regno cœlorum? Et quum aduocaſſet
ad ſe puerulũ Ieſuah, ſtatuit in medio illorum et dixit: Amẽ
dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut puerulí,
non ingrediemini in regnum cœlorum. Quiſquis igitur humi-
liauerit ſemetipſum, ſicut eſt puerulus iſte, hic eſt ille maximus
in regno cœlorum. Et qui receperit vnum puerulum talem in
Marc.9.f. Lucæ.7.a. nomine meo, me recipit. Qui autem offenderit vnum de pu-
ſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola a-
ſinaria in collũ eius, ac demergatur in profundum maris. Væ
mundo ab offendiculis. Neceſſe eſt enim vt venient offendi-
cula. Veruntamen væ homini per quem offendiculum venit.
Quod ſi manus tua, vel pes tuus offendiculo eſt tibi, abſcinde
Supra.5.e. Mar.9.g. eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi clau-
dum, aut mutilum potius, quàm duas manus, vel duos pedes
B habentem mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus offendit
te, erue eum, & proiice abs te. Bonum eſt tibi vt monoculꝰ in-
tres in viam potius, q̃ vt duos oculos habẽs, mittaris in ghe-
hinnon ignis. Videte ne cõtẽnatis vnũ ex his puſillis. Dico em̃
vobis, ꝙ angeli eorum in cœlis ſemer vident faciẽ patris mei,
qui in cœlis eſt. Venit enim filius hominis ad ſeruãdũ quod
Lucæ.19.b. Lucæ.15.a. perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui homini cẽtum
oues, & errauerit vna ex eis: nõnne quum reliquerit nonagin-
ta nouem in montibus, profectus quærit eam quæ errauerat?
Et ſi contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis, ꝙ gaudet
ſuper ea magis quàm ſuper nonaginta nouem, quæ non erra-
uerunt. Sic non eſt voluntas coram patre veſtro, qui in cœlis
Lucæ.17.a. eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis. Porro ſi peccauerit in te fra-
Leui.19.d. ter tuus, vade, & argue eum inter te, & ipſum ſolum. Si te au-
Eccle.19.b. Iacobi.5.d. dierit, lucratus es fratrem tuum. Sin vero te non audierit, adhi-
Deut.19.b. be tecum adhuc vnũ aut duos: vt in ore duorum, aut trium
2.Cor.13.a. Hebr.10.e. teſtium, conſiſtat omne verbum. Quod ſi nõ audierit eos, dic
Iohan.8.c. Iohan.20.f. eccleſiæ. Quod ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi velut ethnicꝰ,
C & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſu-
per terram, erũt ligata in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper
terram, erunt ſoluta in cœlo. Rurſum dico vobis, ꝙ ſi duo ex
vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunq; pe-
tierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo
vel tres congregati in meo nomine, ibi ſum in medio eorum.
Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties pecca-
bit in me frater meus, & remittam ei? Num vſque ſepties? Di-
Lucæ.17.a. cit illi Ieſuah: Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſque ſeptuagies
ſepties. Ideo aſsimilatum eſt regnum cœlorum homini regi, q
voluit conferre rationem cum ſeruis ſuis. Et cum cœpiſſet cõ-
ferre, oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem milia talẽtorũ.
Quum vero non haberet ad reddendum, iuſsit eum dominꝰ
venũdari, & vxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat,
& reddi. Proſtratus igitur ſeruus ille adorabat eum dicẽs: Do-
mine eſto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Miſertus au-
tem dominus ſerui illius, abſoluit eum, & æs alienum remiſit
D ei. Egreſſus vero ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, q
debebat ſibi centum denarios, & quum tenuiſſet eum, obtor-
to collo ſuffocabat, dicens: Redde quod debes. Proſtratus igi-
tur conſeruus eius, rogabat eum, dicens: Eſto patiens erga me,
& omnia reddam tibi. At ille nolebat, ſed profectus coniecit
eum in carcerem, donec redderet debitum. Porro cum vidiſ-
ſent conſerui eius quæ fiebant, indoluerunt valde, & profecti
indicarunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc acceꝛ-
ſiuit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue male totum debitũ
illud remiſi tibi, quoniam obſecraſti me: nõnne oportuit &
te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet
totum quod debebatur ſibi. Sic pater meus cœleſtis faciet vo-
bis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus ve-
ſtris delicta illorum.

¶ Libellus repudij quando dandus, imponitur paruulis manus, de adoleſcẽte ob diuitias triſti, compenſatio præ hic relictis commodis.

CAP. XIX.

A ET factum eſt, cum conſummaſſet Ieſuah ſermões hos, de-
migrauit à Galil, & venit in fines Iehudah trans Iarden,
& ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & ſanauit eos ibi, & acceſſe- Mar.10.a.
runt ad eum Phariſæi tentãtes eum, & dicentes ei: Licet ne ho-
mini dimittere vxorem ſuam, qualibet ex cauſa? Qui reſpon- Gene.1.d.
dens ait eis: An non legiſtis ꝙ is qui fecit ab initio, maſculũ & Gene.2.d. Ephe.5.g.
fœminam fecit eos? & dixit: Propterea relinquet homo patrẽ 1.Cor.6.d.
ſuum, & matrem, & adglutinabitur vxori ſuæ, & erunt duo in
carnem vnam. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod
ergo deꝰ copulauit, homo ne ſeparet. Dicũt illi: Cur ergo Mo- Deut.24.a.
ſeh iuſsit dare libellum repudij, ac dimittere eam? Ait illi: Mo-
ſeh ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis repudiare vxo- Supra.5.e.
B res veſtras: cæterum ab initio non fuit ſic. Dico autem vobis, Mar.10.b.
ꝙ qcunq; repudiauerit vxorẽ ſuã, niſi ob fornicationẽ, & aliã Lucæ.16.b. 1.Cor.7.b.
duxerit, is adulteriũ cõmittit. Et q repudiatã duxerit, is adulte-
riũ cõmittit. Dicũt ei diſcipuli eiꝰ: Si ita eſt cauſa hoĩs cũ vxore,
nõ expedit nubere. Qui dixit illis: Non oẽs capaces ſunt huius
dicti, ſed ij quibus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de ma-
tris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt eunuchi
ab hoĩbꝰ: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerũt propter re- Marc.10.b.
gnum cœlorum. Qui poteſt capere, capiat. Tunc oblati ſunt Lucæ.18.d.
ei pueri, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autẽ in-
crepabant eos, Ieſuah vero ait eis: Sinite pueros, et ne ꝓhibea-
tis eos ad me venire: Talium eſt enim regnũ cœlorum. Et cum
impoſuiſſet eis manus, abiit illinc. Et ecce vnus profectus, ait il-
li: Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam ęternã? Mar.10.d.
Qui dixit ei: Cur me dicis bonum? Nullus eſt bonus, niſi vnꝰ Lucæ.18.d.
C deus: porro ſi vis ingredi ad vitam, ſerua mandata. Dicit illi: Exod.20.c.
Quæ? Ieſuah autem dixit: Non facies homicidium. Non com-
mittes adulterium. Non furaberis. Non falſum dices teſtimo-
*nium*. Honora patrem, & *matrem*, & diliges proximum tuũ
vt teipſum. Dicit illi adoleſcentulus: Omnia hæc ſeruaui â iuuẽ-
tute mea, quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſuah: Si vis perfectꝰ
eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis the-
ſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Cum audiſſet autem ado-
leſcentulus eum ſermonem, abiit triſtis. Erat enim habens poſ-
ſeſsiones multas. Ieſuah autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico
vobis, diues difficile intrabit in regnũ cœlorum. Et iterum di-
co vobis, *facilius eſt camelum* per foramen acus tranſire, q̃ di-
uitem in regnum dei ingredi. Quum audiſſent autem diſcipu-
li, expauerunt valde, dicentes: Quis ergo poteſt ſaluus fieri? In-
D tuitus aũt illos Ieſuah, dixit illis: Apud homines hoc impoſsi-
bile eſt, apud deum autem omnia poſsibilia ſunt. Tunc reſpõ-
dens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſu-
mus te: quid ergo erit nobis? Ieſuah autem dixit illis: Amen di-
co vobis, ꝙ vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſede-
rit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſup ſe-
des duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis q
reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut ma- Marc.10.d.
trem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomẽ meum, Lucæ.13.f.
centuplũ accipiet, & vitã æternam hæreditate accipiet. Multi
autẽ primi erunt nouiſsimi, & nouiſsimi primi.

¶ De operariis conductis in uineam, filiorum Zebadiah, aliorumq; ambitio taxata, duo cæci reſtituti.

CAP. XX.

A NAm ſimile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias,
qui exiit ſtatim diluculo, ad conducendos operarios in
vineam ſuam. Cæterum quum conueniſſet cum operariis de-
nario dietim, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circiter ho-
ram tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & illis dixit: Ite
& vos in vineam meam, & quodcunque iuſtum fuerit, dabo
vobis. Illi autem abierunt. Rurſus autem exiit circiter ſextam
& nonam horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero e-
greſſus, inuenit alios ſtantes otioſos, ac dicit illi: Cur hic ſtatis
totum diem otioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit
illis: Abite & vos in vineã, & quicquid fuerit iuſtũ, accipietis.

Cum autem veſpera facta eſſet,dicit dominus vineæ procura
tori ſuo:Voca operarios,& redde illis mercedem,incipiens à
B poſtremis vſque ad primos.Et cum veniſſent illi qui circa vn
decimam horam aduenerant, acceperunt ſinguli denarium.
Veniẽtes autem & primi arbitrati ſunt,ꝙ plus eſſent acceptu
ri:& acceperunt etiam ipſi ſinguli denarium.Et cum accepiſ-
ſent,murmurabant aduerſus patrẽfamilias,dicentes:Hi nouiſ-
ſimi ſpacio vnius horæ fecerunt,& illos pares nobis feciſti, q
portauimus pondus diei,& æſtum.At ille reſpondens vni eo
rum dixit:Amice non facio tibi aliquam iniuriam.Nõnne de-
nario conueniſti mecũ?Tolle quod tuum eſt,& abi. Volo au
Supra.19.d. Marc.10.d. tem huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.An non licet mihi quod
volo facere in rebus meis?An oculus tuus malꝰ eſt, quòd ego
bonus ſim?Sic nouiſſimi erũt primi,& primi nouiſſimi. Mul
C ti etẽ ſunt vocati,pauci verò electi.Et aſcendens Ieſuah Ieru
Lucæ.13.f. ſalaim,aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſeorſum in via,&
Lucæ.18.e. ait illis:Ecce conſcendimus Ieruſalaim,& filius hominis trade
tur principibus ſacerdotum,ac ſcribis:& condemnabunt eũ
morte,& tradent eum gentibus ad illudendum,& flagellan-
dum,& crucifigendum,& tertia die reſurget.Tunc acceſsit ad
Mar.10.e. eum mater filiorum Zebadiah cum filiis ſuis, adorans & pe-
tens aliquid ab eo.At ille dicit ei:Quid vis?Ait illi: Dic vt ſe-
deant hi duo filij mei,vnus à dextris tuis,& alter à ſiniſtris tuis
in regno tuo.Reſpondens autem Ieſuah,dixit: Neſcitis quid
petitis.Poteſtis bibere poculum quod ego bibiturus ſum:&
baptiſmate,quo ego baptizor,baptizari?Dicunt ei: Poſſumꝰ.
Ait illis: Poculum quidem meum bibetis,& baptiſmate quo
ego baptizor,baptizabimini:ſedere autem à dextris meis, &
ſiniſtris meis,non eſt meum dare,ſed iis,quibus paratum eſt à
D patre meo.Et cũ audiſſent decem,indignati ſunt de duobꝰ fra
Mar.15.b. Lucæ.23.c. tribus.Ieſuah autem quum aduocaſſet eos,ait:Scitis qđ prin
cipes gentium dominentur illis,& qui magni ſunt,poteſtatem
exerceant in eas.Non ita erit inter vos,ſed quicunque volue-
rit inter vos magnus fieri,erit veſter miniſter:& qui voluerit
inter vos primus eſſe,erit veſter ſeruus.Sicut filiꝰ hominis nõ
venit vt ſibi miniſtraretur,ſed vt miniſtraret, vtq; daret ani-
Marc.10.g. Luc.18.g. mam ſuam redẽptionem pro multis.Et egredientibus illis ab
Iericho,ſecuta eſt eum turba multa.Et ecce duo cæci ſedentes
iuxta viam,cum audiſſent quod Ieſuah tranſiret, clamauerũt
dicentes:Miſerere noſtri domine fili Dauid.Turba autẽ incre-
pabat eos,vt tacerent.At illi magis clamabant,dicentes: Miſe
rere noſtri domine fili Dauid.Et ſtetit Ieſuah, & vocauit eos,
& ait:Quid vultis vt faciã vobis? Dicũt illi:Domine vt aperiã
tur oculi noſtri.Miſertus autem eorum Ieſuah, tetigit oculos
eorum,& confeſtim viſum receperunt oculi illorum, & ſecuti
ſunt eum.

¶ Chriſtus aſina & pullo Ieruſalaim comitante turba ingreditur,eiicit e tẽ-
plo uendentes,ficum execratur.Inuidiæ principium obiicit parabolã
de duobus filiis,deque uinea locata agricolis.

CAP. XXI.

A ET cum appropinquaſſent Ieruſalaim,& veniſſent Beth-
Marc.11.a. Luc.10.c. phage ad montem oliuarum,tunc Ieſuah miſit duos di-
ſcipulos,dicens eis:Ite in oppidum quod contra vos eſt,& ſta
tim inuenietis aſinam alligatam,& pullum cum ea.Cumq; ſol
ueritis,adducite mihi.Et ſi qs vobis aliquid dixerit,dicite:Do
minus his opus habet,& confeſtim emittit eos.Hoc autem to
tum factum eſt,vt adimpleretur quod dictum eſt per prophe
Iſa.62.d. Zach.9.b. Iohã.12.b. tam,dicentem:Dicite filiæ Siion:Ecce rex tuus venit tibi man
ſuetus,quum aſcendiſſet ſuper aſinam, & pullum filium ſub-
iugalis.Euntes autem diſcipuli,fecerunt ſicut præceperat illis
Ieſuah.Et adduxerunt aſinam,& pullum,& impoſuerunt ſup
eos pallia ſua,& eum ſuper illa collocarunt.Plurima autẽ tur-
ba ſtrauerunt pallia in via.Alij vero cedebant ramos de arbo
ribus,& ſternebant in via.Porro turbæ quæ præcedebant,&
quæ ſequebantur,clamabant,dicentes:Hoſihahna filio Dauid
benedictus qui venit in nomine domini,Hoſihahna in altiſsi-
Pſalmo.117. mis.Et cum intraſſet Ieruſalaim, commota eſt vniuerſa ciui-
tas, dicens: Quid eſt hic? Turbæ autem dicebant: Hic eſt
Ieſuah,ille propheta à Naſareth Galil.Et intrauit Ieſuah in tẽ- Marc.11.b. Lucę.19.g.
B plum dei & eiiciebat omnes vendentes,& ementes in templo,
menſasq; nummulariorum euertit,& cathedras vendentium
columbas.Et dixit eis:Scriptum eſt,Domus mea domus ora- Iſai.56.c.
tionis vocabitur.At vos feciſtis illam ſpelũcam latronum. Et Ieremi.7.b.
acceſſerunt ad eum cæci,& claudi in tẽplo,& ſanauit eos. Cũ
vidiſſent principes ſacerdotum,& ſcribæ mirabilia quæ fece-
rat,& pueros clamantes in templo,& dicentes:Hoſihahna fi-
lio Dauid:indignati ſunt,& dixerunt ei:Audis quid iſti dicũt?
Ieſuah autem dicit eis:Etiam.Nunquam legiſtis:Ex ore infan- Pſalmo.8.
tium, & lactẽtium perfeciſti laudem?Et relictis illis,exiit è ciui- Marc.11.b.
tate in Bethaniam,& pernoctauit illic.Mane autem reuertens
in ciuitatem,eſuriit.Et cum vidiſſet ficum vnam in via, venit
ad eã,& nihil inuenit in ea,niſi folia tantum.Et ait illi:Ne poſt-
hac ex te fructus naſcatur in æternum.Et arefacta eſt continuo
ficus.Et quum vidiſſent diſcipuli mirati ſunt,dicentes: Quo-
modo continuo exaruit ficus?Reſpondens autem Ieſuah, ait Marc.11.c.
eis:Amen dico vobis,ſi habueritis fidem,& nõ hæſitaueritis:
non ſolum hoc quod accidit ficui,facietis:verum etiam ſi mõ
ti huic dixeritis,tolle te,& proiice te in mare,fiet.Et om̃ia quæ Supra.6.a.
C cunque petieritis in oratione credentes,accipietis.Et cum ve- Iohã.15.c.
niſſet in templum,acceſſerunt ad eum docentem principes ſa
cerdotum,& ſeniores populi,dicentes:Qua authoritate hæc Mar.11.d. Lucæ.20.a.
facis?& qs tibi dedit authoritatẽ iſtam?Reſpondens autem Ie
ſuah dixit eis:Interrogabo vos & ego ſermonem vnum, quẽ
ſi dixeritis mihi,& ego vobis dicam,qua authoritate hæc fa-
ciam:Baptiſmus Iohannis vnde erat?E cœlo,an ex hominibꝰ?
At illi cogitabant,apud ſe dicentes:Si dixerimus,è cœlo,dicet
nobis:Quare ergo non crediditis illi?Sin autem dixerimus,ex
hominibus,timemus turbam.Omnes enim habent Iohannẽ Supra.14.a.
vt prophetam.Et reſpondẽtes Ieſuah,dixerunt,Neſcimꝰ. Ait
illis & ipſe:Nec ego dico vobis,qua authoritate hæc faciam.
Quid autem vobis videtur?Homo quiſpiam habebat duos
filios,& accedens ad priorem,dixit:Fili, vade hodie, operare
in vinea mea.Ille autem reſpondens ait:nolo.Poſtremo verò
pœnitentia motus abiit.Accedens autem ad alterum,dixit ſi-
militer.At ille reſpõdens,ait:Ego domine,& abiit.Vter è duo
bus fecit quod voluit pater?Et dicunt ei:Prior. Dicit illis Ie-
ſuah:Amen dico vobis,ꝙ publicani,& meretrices præcedũt
vos in regnum dei.Venit enim ad vos Iohannes per viam iu
ſtitiæ,& non crediditis ei:publicani autem,& meretrices cre-
diderunt ei.Vos autem cum vidiſſetis,non fuiſtis cõmoti pœ
D nitentia vt crederetis ei.Aliam parabolam audite:Homo qui
dam erat paterfamilias qui plãtauit vineã,& ſepẽ circundedit
ei,& fodit in ea torcular,& ædificauit turrim, & locauit eam Mar.12.a. Luc.20.b.
agricolis,ac peregre profectus eſt.Cũ autem tempus fructuũ Iſai.5.a.
appropinquaſſet,miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperẽt Ierem.2.d.
fructus ipſius.Et quum apprehendiſſent agricolæ ſeruos eiꝰ,
alium cæciderunt,alium occiderunt,alium verò lapidauerũt.
Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus,& fecerunt illis ſi-
militer.Nouiſsime autem miſit ad eos filium ſuum,dicens:Re
uerebũtur filium meum.Agricolæ autẽ quum vidiſſent filiũ,
dixerũt intra ſe:Hic eſt hæres,venite occidamus eũ,& occupe
mus hæreditatem eius.Et quũ apprehendiſſent eũ,eiecerũt ex Pſalm.117.
uinea,& occiderunt.Cum ergo venerit dñs vineæ,quid faciet Acto.4.b.
agricolis illis?Aiunt illi:Malos,male perdet,& vineam ſuã lo- Roma.9.g. 1.Petri.2.a.
cabit aliis agricolis,qui reddent ei fructus temporibus ſuis.Di
cit illis Ieſuah:Nunquam legiſtis in ſcripturis:Lapis quem re-
probauerũt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli? A dño Iſai.29.d.
factũ eſt hoc,& eſt mirabile in oculis noſtris.Ideo dico vobis
auferetur à vobis regnum dei,& dabitur genti facienti fructꝰ
eius.Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtũ,confringetur:ſup quẽ ve
ro ceciderit,cõteret eũ.Et cũ audiſſent principes ſacerdotũ ac
Phariſæi parabolas eius,cognouerũt ꝙ de ſe diceret.Et quærẽ
tes illum apprehendere,timuerũt turbas,quoniam tanquam
prophetam eum habebant.Et reſpondens Ieſuah,iterum di-
xit eis per parabolas,dicens.

¶ De voca-



¶ De uocatis ad nuptias,an cenſus debeatur Cæſari,reſurrectionis contra
Sadducæos aſſertio,duo præcipua præcepta,Ieſuah de Chriſto q̃ſtio.

CAP. XXII.

A SImile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit
Lucæ.14.d. Apoc.19.b. nuptias filio ſuo:& emiſit ſeruos ſuos,vt vocarent inuita
tos ad nuptias:& nolebant venire.Rurſus emiſit alios ſeruos
dicens:Dicite inuitatis:Ecce prandium meũ paraui, tauri mei,
& altilia mactata ſunt,& omnia parata,venite ad nuptias. Illi
autem neglexerunt,& abierunt,alius in villam ſuam, alius ve-
rò ad negociationem ſuam.Reliqui vero cum apprehendiſ-
ſent ſeruos eius,contumeliis affecerunt,& occiderunt.Rex au
tem cum audiſſet,iratus eſt:& miſsis exercitibus ſuis perdidit
homicidas illos,& ciuitatem illorum ſuccendit.Tunc ait ſeruis
ſuis:Nuptiæ quidem paratæ ſunt,ſed qui inuitati erant, non
fuerunt digni.Ite ergo ad exitus viarum:& quotcunque inue-
B neritis,vocate ad nuptias.Et egreſsi ſerui eius in vias,congre-
gauerunt omnes quotquot inuenerunt,malos pariter ac bo-
nos,& impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentibus.Ingreſſus autem
rex vt videret diſcumbentes,vbi vidit illic hominem non ve-
ſtitum veſte nuptiali,ait illi:Amice,quomodo huc intraſti,nõ
habens veſtem nuptialem?At ille obmutuit.Tũc dixit rex mi-
niſtris:Ligatis pedibus & manibus eius,mittite eum in tene-
Mar.12.b. bras exteriores.Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim
Luc.20.d. ſunt vocati,pauci vero electi.Tunc abeuntes Phariſæi conſi-
C lium ceperunt,vt eum illaquearent ſermone.Et ad illum emit
tunt diſcipulos ſuos cum Herodianis,dicẽtes:Magiſter, ſcimꝰ
ꝙ verax ſis,& viam dei in veritate doces,neq; cura eſt tibi de
aliquo:Non enim reſpicis perſonam hominum.Dic ergo no
bis,quid tibi videtur?Licet cenſum dare Cæſari,an non?Vbi
igitur cognouit Ieſuah malitiam eorum,ait:Quid me tentatis
hypocritæ?Oſtendite mihi numiſma cenſus.At illi obtulerũt
ei denarium.Et ait illis:Cuius eſt imago hæc,& inſcriptio?Di-
cunt ei:Cæſaris.Tunc ait illis:Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris,
Roma.13.c Cęſari:& quæ ſunt dei,deo.Et quum audiſſent,mirati ſunt,&
D omiſſo eo,abierunt.In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi,
qui dicunt non eſſe reſurrectionem,& interrogauerunt eum,
dicentes:Magiſter Moſeh dixit:ſi quis mortuus fuerit,non ha-
Marc.12.b. bens filium,vt ducat frater eius vxorem illius,& ſuſcitet ſemẽ
Lucæ 20.d. Acto.23.b. fratri ſuo.Erant autem apud nos ſeptem fratres,& primus v-
Deut.25.b. xore ducta,defunctus eſt,ac non habens ſemen, reliquit vxorẽ
ſuam fratri ſuo:ſimiliter ſecundus,& tertius vſque ad ſeptimũ.
Nouiſsime autem omnium defuncta eſt & mulier.In reſurre-
ctione ergo cuius è ſeptem illis erit vxor?Omnes enim habue
runt eam.Reſpondens autem Ieſuah,ait illis:Erratis,neſcientes
ſcripturas,neque potentiam dei.In reſurrectione enim, neque
ducunt vxores,neque nuptui traduntur,ſed ſicut angeli dei in
E cœlo ſunt.De reſurrectione vero mortuorum,non legiſtis qđ
dictum eſt vobis à deo,qui ait:Ego ſum deus Abrahã,& deꝰ
Exodi.3.b. Iſchac,& deus Iahacob.Non eſt deus,deus mortuorum, ſed
viuentium.Et cum audiſſent turbæ,ſtupuerunt de doctrina
eius.Phariſæi autem cum audiſſent, ꝙ obturaſſet os Saddu-
cæis,conuenerunt in vnum,& interrogauit eum vnus ex eis le
gis doctor,tentans eum,& dicens:Magiſter,quod eſt manda-
tum magnum in lege?Ieſuah autem ait illi: Diliges dominum
Marc.12.c. deum tuum,toto corde tuo,& tota anima tua,& tota mente
Luc.10.c. Deut.6.a. tua:hoc eſt primum & magnum mandatum.Secundum autẽ
Leuit.19.d. ſimile eſt huic:Diliges proximum tuum ſicut teipſum.In his
Mar.12.c. duobus mandatis tota lex,& prophetæ pendent. Congrega-
tis autem Phariſæis,interrogauit eos Ieſuah,dicens: Quid vo
Mar.12.d. bis videtur de Chriſto,cuius filius eſt?Dicunt ei:Dauid.Ait il-
Lucæ.20.c. Pſalmo.109. lis:Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum,di
cens:Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis, donec
ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?Si ergo Da
uid vocat eum dominum,quomodo filius eius eſt? Et nemo
potuit ei reſpõdere verbum,neque auſus fuit quiſquam ex eo
die interrogare eum amplius.

¶ Præpoſitis etiam impiis,modo recta doceant parendum,diræ in
ſcribas ac Phariſæos execrationes, ingratitudiniſq; exprobratio.

CAP. XXIII.

A TVnc Ieſuah locutus eſt ad turbas,& ad diſcipulos ſuos,
dicens:In cathedra Moſeh ſederunt ſcribæ,& Phariſæi.
Omnia ergo quæcunque dixerint vobis vt ſeruetis,ſeruate,et
facite:ſecundũ opera verò eorum,ne feceritis.Dicunt enim,& Lucæ.11.g.
non faciunt.Ligant enim onera grauia,difficiliaq; latu, & im-
ponunt in humeros hominum,cæterum digito ſuo nolunt ea
mouere.Omnia vero opera ſua faciunt,vt ſpectentur ab ho- Mar.12.d. Luc.11.f.
minibus.Dilatant autem phylacteria ſua,& magnificant fim- &.20.g.
brias palliorum ſuorum,amantq; primos accubitꝰ in cœnis,
& primas cathedras in ſynagogis,& ſalutatiões in foro, & vo
cari ab hominibus Rabbi.Vos autem ne vocemini Rabbi, Iaco.3.a.
vnus eſt enim magiſter veſter,Chriſtus.Omnes autem vos fra
B tres eſtis.Et patrem ne vocetis vobis in terra,vnus eſt em̃ pa-
ter veſter,qui in cœlis eſt.Neque vocemini magiſtri:vnus em̃
veſter eſt magiſter,Chriſtus.Qui maximꝰ eſt veſtrum,erit mi Luc.14.c.et
niſter veſter.Quicunque autem ſe exaltauerit,humiliabitur:& 18.c.
quicunque ſe humiliauerit,exaltabitur.Væ autem vobis ſcri-
bæ,& Phariſæi hypocritæ,quia clauditis regnum cœlorum
ante homines:Vos enim non intratis,nec aduenientes ſinitis Marc.12.d.
intrare.Vę vobis ſcribæ,& Phariſæi hypocritæ, quia come- Luc.20.g.
ditis domos viduarum.Huius prætextu prolixe orantes,pro
pter hoc accipietis abundantiorem dãnationem. Væ vobis
ſcribæ,& Phariſęi hypocritæ,quia circumitis mare & aridã,
vt faciatis vnum proſelytum,& cum fuerit factus,facitis eum
filiũ gehinnon duplo magis q̃ vos eſtis.Væ vobis duces cæ-
ci,qui dicitis:Quicunque iurauerit per templum,nihil eſt; qui
autem iurauerit per aurum templi,debitor eſt.Stulti,& cæci:
vtrum enim maius eſt aurum,an templum quod ſanctificat
aurum?Et quicunque iurauerit per altare,nihil eſt. Quicunq;
autem iurauerit per donum quod eſt ſuper illud,debitor eſt.
Stulti ac cæci,vtrum enim maius eſt,donum,an altare quod
ſanctificat donum?Qui ergo iurauerit per altare,iurat per i-
C pſum,& per omnia quæ ſuper illud ſunt.Et qui iurauerit per
templum,iurat per illud,& per eum qui habitat in ipſo. Et q
iurauerit per cœlum, iurat per thronum dei,& per eũ qui ſe-
det ſuper illum.Væ vobis ſcribę, & Phariſęi hypochritæ: qa
decimatis mentham,& anethum,& cyminum, & reliquiſtis
quę grauiora ſunt legis,iudicium,& miſericordiam ac fidem:
Hæc oportuit facere,& illa non omittere.Duces cæci excolan
tes culicem,camelum autẽ glutientes.Væ vobis ſcribę,& Pha
riſæi hypocritæ,quia purgatis exteriorẽ poculi patinæq; par-
tem:cæterum intus plena ſunt rapina,& iniuſtitia.Phariſæe cę
ce,purga prius quod eſt intra poculum,& patinam,vt fiat,et
quod interius eſt,mundum.Vę vobis ſcribæ,& Phariſæi hy-
pocritæ,quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,quæ foris qui-
dem apparent ſpecioſa,intus verò plena ſunt oſsibus mortuo
rum,omniq; ſpurcitia.Sic & vos foris quidem apparetis ho-
minibus iuſti,intus autem pleni eſtis fictione,& iniquitate.Vę
D vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ,qa ædificatis ſepulchra
prophetarũ, & ornatis monumẽta iuſtorũ,& dicitis:Si fuiſ-
ſemus in diebus patrum noſtrorum,nõ fuiſſemus ſocij eorũ
in ſanguine prophetarũ.Itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis,
quod filij ſitis eorum qui prophetas occiderunt.Vos quoq;
implete menſuram patrum veſtrorum. Serpentes,progenies
viperarum,quomodo effugietis iudiciũ gehinnon?Ideo ecce
ego mitto ad vos ꝓphetas,& ſapientes,et ſcribas:& ex illis ali-
quot occidetis crucifigetiſq;,& ex illis nonnullos flagellabitis
in ſynagogis veſtris,& perſequemini de ciuitate in ciuitatem:
vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus,qui effuſus eſt ſuper
terram,à ſanguine Hebel iuſti,vſque ad ſanguinem Zechariah Gene.4.b.
filij Berachiah,quem occidiſtis inter templum,& altare. Amẽ Hebr.11.a. 2.Par.24.f.
dico vobis:venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.
Ieruſalaim Ieruſalaim, quæ occidis prophetas, & lapidas
eos qui ad te miſsi ſunt: quoties volui congregare filios Luc.13.g.
tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub 4.Eſd.1.c.

alas,& noluiſtis? Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta.
Dico enim vobis,nequaquã me videbitis poſthac,donec dica
tis:Benedictus qui venit in nomine domini.

¶ Chriſtus euerſionẽ tẽpli ac horrẽda quædã prænarrat,tũ ſynagogæ,tũ eccleſiæ euẽtura,de fideli ſeruo &c. CAP. XXIIII.

A ET egreſſus Ieſuah diſcedebat à templo,& acceſſerunt di-
ſcipuli eius,vt oſtenderent ei ſtructuras templi.Ieſuah au
Mar.13.a. Lucæ.21.b. tem dixit illis:Nõnne videtis hæc oia? Amẽ dico vobis ;nõ re-
linquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruetur.Sedente
Luc.19.g. autem eo in monte oliuarum,acceſſerũt ad eum diſcipuli ſeor
ſum,dicentes:Dic nobis quando hæc erunt,& quod ſignum
aduentus tui,& conſummationis ſeculi? Et reſpondẽs Ieſuah,
Ephe.5.b. Colo.2.d. dixit eis:Videte,ne quis vos ſeducat.multi enim venient in no
mine meo,dicentes:Ego ſum Chriſtus:multoſq; ſeducent.Au
dituri autem eſtis bella,& rumores bellorũ:videte ne turbemi
Iohã.15.c.& 16.a. Supra.10.c. ni.Oportet enim omnia fieri,ſed nondum eſt finis.Conſurget
autem gens contra gentem,& regnum cõtra regnum,& erũt
peſtilentiæ,& fames,& terræmotus per loca.Hæc autem oia
initia ſunt dolorum.Tunc tradent vos in afflictionem,& occi
dent vos,& eritis inuiſi cunctis gentibus propter nomẽ meũ.
Et tunc offendentur multi,& alius alium inuicem tradent,ſeq;
odio habebũt inuicem:& multi pſeudoprophetæ ſurgẽt,ac ſe
ducent multos;& quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet
B charitas multorum.Qui autem perſeuerauerit vſque in finem
hic ſaluus erit.Et prædicabitur hoc euangelium regni in vni-
uerſo orbe,in teſtimonium omnibus gentibus,& tunc veniet
Mar.13.b. Lucæ 21.d. Danie.9.g. cõſummatio.Cum ergo videritis abominationem deſolatio-
nis,quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto
(qui legit,intelligat.)Tunc qui in Iehudah ſunt,fugiant ad mõ
tes:qui in tecto,non deſcendat,vt tollat quicquam de domo
ſua:& qui in agro,non reuertatur vt tollat veſtes ſuas.Vę au-
tem in vtero habentibus,& lactantibus in illis diebus. Orate
autem,vt non fiat fuga veſtra hyeme,neque ſabbato.Erit em̃
tunc afflictio magna,qualis non fuit ab initio mũdi ad hoc vſ-
que tempus,neque fiet.Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fie
ret ſalua omnis caro:ſed propter electos,breuiabuntur dies il
Mar.13.c. Lucæ.17.e. li.Tunc ſi quis vobis dixerit.Ecce hic Chriſtus,aut illic,ne cre
datis.Surgent enim pſeudocriſti,& pſeudoprophetæ, & da-
bunt ſigna magna,& prodigia,adeo vt ſeducant,ſi fieri poſſit
etiam electos.Ecce prædixi vobis.Si ergo dixerint vobis;ecce
in deſerto eſt,nolite exire: ecce in penetralibus,nolite credere.
Sicut enim fulgur exit ab oriente,& apparet vſque in occidẽ-
tem,ita erit aduentus filij hominis.Vbicunque enim fuerit ca
C dauer,illic congregabuntur & aquilæ.Statim autem poſt affli
Mar.13.c. Lucæ.12.e. ctionem dierum illorum,ſol obſcurabitur,& luna non dabit
lumen ſuum,& ſtellæ cadent de cœlo,& virtutes cælorum cõ
Ezec.12.b. Iſaiæ.13.b. Iohelis.3.a. Apoc.1.b. mouebuntur,& tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo:
& tunc plãgent omnes tribus terræ,& videbunt filium homi
nis venientem in nubibus cœli cum potentia,& gloria multa.
Et mittet angelos ſuos cum tubæ voce magna, & congrega-
bunt electos eius à quatuor ventis,à ſummis cœlorum vſque
ad terminos eorum.Ab arbore autẽ fici diſcite ſimilitudinẽ:
cum iam ramus eius tener fuerit,et folia fuerint enata,ſcitis qđ
prope ſit æſtas.Ita & vos cum videritis hæc omnia ſcitote qđ
prope ſit in foribus.Amen dico vobis, non præteribit ætas
hæc,donec omnia iſta fiant.Cœlum & terra præteribunt,ver
Marc.13.d. ba autem mea non præteribunt.Cæterum de die illo,& hora
D nemo ſcit,ne angeli quidem cœlorũ,niſi pater meus ſolus.Sed
ſicut erant dies Noach,ita erit & aduentus filij hominis.Sicut
Lucæ.17.f. Gene.7.b. enim erant in diebus,qui præceſſerunt diluuium,edẽtes,& bi-
bentes,ducentes vxores,& nuptui dantes,vſque ad eum diem
quo intrauit Noach in arcam:& non cognouerunt, donec
veniſſet diluuium , & ſuſtuliſſet vniuerſos;ita erit,& aduent⁹
filij hominis.Tunc duo erunt in agro,vnus aſſumitur,& alter
Lucæ. 17.g. Mar.13.d. relinquitur. Duæ molentes in mola,vna aſſumitur,& altera
relinquitur.Vigilate ergo,quia neſcitis qua hora dominus ve
ſter venturus ſit.Illud autem ſcitote,quoniam ſi ſciſſet pater-
familias,qua vigilia fur venturus fuiſſet, vigilaſſet vtique, & Lucæ.12.e. Apoc.16.c.
non ſiuiſſet perfodi domum ſuam.Ideo & vos eſtote parati,
quia qua hora non putatis,filius hominis venit.Quiſnam eſt
fidelis ſeruus,& prudens quem cõſtituit dominus famulitio
ſuo,vt det illis cibum in tempore? Beatus ſeruus ille, quem cũ
venerit dominus eius,repererit ſic facientem:Amen dico vo-
bis,quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.Quòd ſi
dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo,cunctatur dominus me⁹
venire,cœperitq; percutere conſeruos,imo edere & bibere cũ
ebriis:veniet dominus ſerui illius in die quo non expectat, &
hora qua ignorat,& diſſecabit eum,partemq; eius cum hypo
critis ponet:Illic erit ploratus,& ſtridor dentium.

¶ De decem virginibus,de talentis diſtributis,de iudicij extremi ratione.

CAP. XXV.

A TVnc aſsimilabitur regnum cœlorum decem virginib⁹,
quæ ſumptis lãpadibus ſuis exierunt in occurſum ſpon
ſo.Quinque autem ex eis erant fatuæ,& quinque prudentes.
Quæ erant fatuæ,acceptis lampadibus ſuis, non ſumpſerant
ſecum oleum.Prudentes verò ſumpſerant oleum in vaſis ſuis,
cum lampadibus.Tardante vero ſponſo ; dormitauerunt o-
mnes,ac dormierunt.Porro media nocte clamor factus eſt:
Ecce ſponſus venit,exite in occurſum ei.Tunc ſurrexerunt o-
mnes virgines illæ,& apparauerũt lampades ſuas.Fatuæ autẽ
prudentibus dixerunt;Date nobis de oleo veſtro,quia lampa
des noſtræ extinguntur.At reſponderunt prudentes, dicẽtes:
Nequando non ſufficiat nobis,& vobis,ſed ite poti⁹ ad eos
qui vendunt,& emite vobiſipſis.Porro euntibus illis ad emẽ
dum,venit ſponſus:& quæ paratæ erant,intrauerunt cum eo
ad nuptias,& clauſa eſt ianua.Poſteà vero veniunt,& reliquę
B virgines,dicentes:Domine,domine,aperi nobis.At ille reſpõ-
dens ait;Amen dico vobis,non noui vos.Vigilate itaq;,quia
neſcitis diem,neque horam,in qua filius hominis venit. Sicut Lucæ.19.b.
enim homo peregre proficiſcens,vocauit ſeruos ſuos, & tra-
didit illis bona ſua:& huic quidem dedit quinque talenta , alij
autem duo,alij vero vnum:vnicuique ſecundum propriam
facultatem:& profectus eſt ſtatim.Abiit autem qui quinque
talenta acceperat,& negociatus eſt eis,& lucratus eſt altera qn
que talenta.Similiter & qui duo acceperat,lucratus eſt & ipſe
altera duo.Qui autem vnum acceperat,abiens,fodit in terrã,
& abſcondit pecuniam domini ſui.Poſt multum vero tẽpo-
ris venit dominus ſeruorum illorum,& ponit rationem cum
eis.Et accedens is qui quinque talenta acceperat, attulit altera
quinque talenta,dicens:Domine,quinque talenta tradidiſti,ec
ce altera quinque talenta lucratus ſum eis.Ait illi domin⁹ ei⁹:
Euge ſerue bone,& fidelis,ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper mul
ta te conſtituam,intra in gaudium domini tui.Accedens autẽ
qui duo talenta acceperat , ait:Domine,duo talenta tradidi-
ſti mihi , ecce alia duo lucratus ſum eis.Ait illi dominus eius :
Euge ſerue bone , & fidelis , ſuper pauca fuiſtis fidelis ſuper
multa te conſtituam , intra in gaudium domini tui . Acce-
C dens autem & qui vnum talentum acceperat,ait:Domine,no
ueram te ꝙ homo durus ſis,metens vbi nõ ſeminaſti , & inde
congregans vbi nõ ſparſiſti:ac territus abij, abſcõdiq; talentũ
tuum in terra:Ecce habes quod tuum eſt.Reſpondens autem
dominus eius , dixit ei : Serue male , & piger , ſciebas quod
metam vbi non ſeminaui , & congregem illinc vbi nõ ſpar
ſi . Oportuit ergo te committere pecuniam meam menſa-
riis , & profectus ego recepiſſem vtique quod meum eſt cũ Supra.13.a.
vſura . Tollite itaque ab eo talentum , date ei qui habet de- Marc.4.c.
cem talenta. Omni enim habenti,dabitur,& abundabit.Qui Lucæ.8.c.et 19.d.
vero non habet , etiam id quod habet , auferetur ab eo. Et
inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus
& ſtridor dentium . Cum autem venerit filius hominis in
gloria ſua , & omnes ſancti angeli cum eo , tunc ſedebit ſu-
per
per ſedem gloriæ ſuæ,& cõgregabuntur ante eum omnes gẽ-
tes, & ſeparabit eos alteros ab alteris, ſicut paſtor ſegregat
Iſa.58.b. Eze.18.b. Eccl.7.d. oues ab hœdis,et ſtatuet oues quidẽ à dextris ſuis, hœdos au-
tem à ſiniſtris.Tunc dicet rex his qui à dextris ſibi erunt: Veni
te benedicti patris mei, hæreditate accipitę regnum paratum
vobis ab exordio mundi.Eſuriui enim,& dediſtis mihi edere.
Sitiui,& dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me:
D Nudus,& operuiſtis me:Infirmus, & viſitaſtis me:In carcere
eram,& veniſtis ad me.Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes:
Domine,quando te vidimus eſurientem,& pauimus:aut ſitiẽ
tem,& dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus ho-
ſpitem, & collegimus te:aut nudum, & cooperuimus te, aut
quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad
te? Et reſpondens rex dicet illis:Amen dico uobis,quatenus fe
Pſalmo.6. Supra.7.d. Lucæ.13.f. ciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis.Tũc dicet
& his qui à ſiniſtris erunt:Diſcedite à me maledicti in ignẽ ęter
num,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim &
non dediſtis mihi edere:ſitiui,& non dediſtis mihi bibere: ho-
ſpes eram, & non collegiſtis me ;nudus,& non operuiſtis me:
infirmus,& in carcere eram,& non viſitaſtis me. Tunc reſpon
debunt ei & ipſi,dicentes:Domine,quando te vidimus eſuriẽ-
tem,aut ſitientem,aut hoſpitem,aut nudum, aut infirmũ, aut
in carcere,& nõ miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis,di-
Iohan.5.e. cens:Amen dico vobis,quatenus non:feciſtis vni de minimis
his,nec mihi feciſtis.Et ibunt hi in ſupplicium æternũ,iuſti ve-
rò in vitam æternam.

¶ Conſilium phariſæorum ,unctio mulieris,proditio Iehudah,Peſach commeſtio,Chriſti mœſtitudo,captiuitas & calumniæ, Petri negatio. CAP. XXVI.

A ET factum eſt cũ conſummaſſet Ieſuah omnes ſermones
Mar.14.a. Lucæ.12.a. hos,dixit diſcipulis ſuis:Scitis quod poſt biduũ peſach
fit,& filius hominis traditur,vt crucifigatur? Tunc congrega-
ti ſunt principes ſacerdotum,& ſcribæ, & ſeniores populi in
atrium principis ſacerdotum,qui dicebatur Caiapha,& con-
ſilium inierunt vt Ieſuah dolo caperent,et occiderent.Dicebãt
Iohã.12.a. Mar.14.a. autem:Non in die feſto, ne tumultus fiat in populo.Cum au
tem Ieſuah eſſet in Bethania,in domo Simonis leproſi, acceſ-
ſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti precioſi,& ef-
fudit ſuper caput ipſius recumbentis.Quum vidiſſent autem
diſcipuli,indignati ſunt dicentes:Ad qui perditio hæc? Potuit
enim iſtud vnguentum venundari magno , & dari pauperi-
bus.Eo autem cognito,Ieſuah ait illis:Quid moleſtias exhibe-
tis mulieri? Opus enim bonum operata eſt erga me. Nã ſem-
per pauperes habetis vobiſcum,me verò nõ ſemper habetis.
Quòd enim miſit hæc vnguentum hoc ſuper corpus meum,
B ad ſepeliendum me fecit.Amen dico vobis,vbicunque præ-
Mar.14.b. Lucæ.22.a. dicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo narrabitur,
& quod hæc fecit in memoriam ipſius.Tunc profectus vnus
de duodecim,qui dicebatur Iehudah Iſcariotes, ad principes
ſacerdotum,ait:Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam
illum? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.Et ex eo tem-
Mar.14.b. Lucæ.22.a. pore quærebat opportunitatem,vt eum traderet. Cæterum
primo die infermentatorum, acceſſerunt diſcipuli ad Ieſuah,
dicentes ei:Vbi vis paremus tibi ad edendum peſach? At ille
dixit:Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei:Magiſter dicit:
Mar.14.b. Lucæ.22.b. Iohã.13.b. Tempus meum prope eſt,apud te facio peſach cum diſcipu-
lis meis.Et fecerunt diſcipuli,ſicut conſtituit illis Ieſuah, & pa-
rauerunt peſach.Veſpera autem facta,diſcumbebat cum duo
decim,& edentibus illis,dixit:Amen dico vobis, quòd vnus
ex vobis prodet me.Et mœſti redditi vehementer, cœperunt
dicere ei ſinguli eorum:Num ego ſum domine? At ipſe reſpõ
dens ait: Qui intinxit mecum manum in catino, hic me pro-
Pſalmo.40. det.Filius quidẽ hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo.Væ
C autem homini illi per quem filius hominis proditur: Bonum
erat ei,ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autẽ Iehu-
dah qui tradidit eum,dixit: Num ego ſum rabbi? Ait illi. Tu
dixiſti. Veſcentibus autem eis, accepit Ieſuah panem, & cum
egiſſet gratias fregit,deditq; diſcipulis,& ait:Accipite,come- 1.Cor.11.e.
dite,hoc eſt, corpus meũ.Et accepto poculo,quũ gratias egiſ-
ſet,dedit illis,dicens:Bibite ex hoc omnes.Hic eſt enim ſanguis
meus,qui eſt noui teſtamenti, qui pro multis effunditur in re-
miſsionem peccatorum. Dico autem vobis, quòd nõ bibam
poſthac ex hoc fructu vitis,vſq; in diem illum cũ illud bibã vo
biſcũ nouũ in regno patris mei: Et cũ hymnũ cecimiſſent,exie
runt in montem oliuarum.Tunc dixit illis Ieſuah:Omnes vos
effendemini in me in nocte hac.Scriptum eſt em̃: Percutiam Mar.14.c. Lucæ.22.d.
paſtorem,& diſpergentur oues gregis.Poſtquã aũt reſurrexe- Iohã.16.a.& 13.a.
ro,præcedã vos in Galil. Reſpondens aũt Petrus,ait illi:Et ſi Zach.13.c.
omnes offendiculũ paſsi fuerint in te,ego tamen nunquã of- Mar.14.c.et 16.b.
fendiculum patiar.Ait illi Ieſuah: Amẽ dico tibi, quod in hac
nocte antequam gallus cantet,ter me negabis. Ait illi Petrus:
Etiam ſi oportuerit me mori tecum,non te negabo.Similiter
& omnes diſcipuli dixerunt.Tunc venit Ieſuah cũ illis in villã, Mar.14.d.
D quæ dicitur Gethſemane,& dixit diſcipulis: Sedete hic,donec Lucæ.22.d.
vadã,& orem illic.Et aſſumpto Petro,& duobus filiis Zeba-
diah cœpit affici dolore, ac mœſtitudine. Tũc ait illis Ieſuah:
Mœſta eſt anima mea vſq; ad mortem.Manete hic,& vigilate
mecũ.Et progreſſus puſillũ, procidit in faciẽ ſuam, orans, ac
dicẽs:Pater mi,ſi poſsibile eſt,tranſeat à me calix iſte:veruntа-
men,nõ ſicut ego volo,ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos, &
reperit eos dormiẽtes,& dicit Petro:Sic nõ potuiſtis vna ho
ra vigilare mecum? Vigilate,& orate,vt ne intretis in tentatio
nem.Spiritus quidẽ promptus eſt,at caro infirma.Rurſus al-
tera vice abiit,& orauit,dicens:Pater mi,ſi non poteſt hoc po
culum trãſire à me, niſi bibã illud, fiat voluntas tua.Et venit
& reperit eos iterum dormientes.Erant em̃ oculi eorũ graua-
ti.Et relictis illis, iterũ abiit:& orauit tertio eundem ſermonẽ
dicens.Tunc venit ad diſcipulos ſuos,& dicit illis:Dormite iã,
& requieſcite.Ecce appropinquauit hora,& filius hominis tra
ditur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce appropin-
quauit,q me tradit.Adhuc eo loquẽte, ecce Iehudah vnus è Mar.14.e.
E duodecim venit,& cum eo turba multa cũ gladiis,et fuſtibus, Lucę.22.e.
miſſa à principibus ſacerdotũ,& ſenioribus populi.Is verò q Iohã.18.a.
prodidit eũ,dedit illis ſignũ,dicens: Quemcunq; oſculatus fue
ro,ipſe eſt,tenete eum.Et confeſtim accedens ad Ieſuah, dixit:
Aue rabbi.Et oſculatus eſt eũ.Dixitq; illi Ieſuah:Amice,ad qd
ades? Tũc acceſſerunt,& manus iniecerunt in Ieſuah, & cepe-
runt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſuah,quum ex
tendiſſet manũ,exemit gladium ſuum,& percutiẽs ſeruũ prin
cipis ſacerdotũ,amputauit auriculam eius. Tũc ait illi Ieſuah:
Conuerte gladiũ tuum in locũ ſuum.Omnes enim qui accepe Gene.9.a.
rint gladium,gladio peribunt.An putas quòd non poſſum Apoc.13.e. Iſaiæ.53.c.
nunc rogare patrẽ meũ,& exhibebit mihi plus quàm duode-
cim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcri-
pturæ,quòd ſic oportet fieri? In illa hora dixit Ieſuah turbis:
Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis,& fuſtibus,ad com
F prehendendũ me:Quotidie apud vos ſedebam docens in tẽ-
plo,& nõ me cepiſtis? Hoc aũt totum factum eſt,vt complerẽ
tur ſcripturæ prophetarum.Tunc diſcipuli omnes relicto eo,
fugerunt.At illi comprehenſum Ieſuah duxerunt ad Caiaphã Tren.4.d.
principem ſacerdotum,vbi ſcribæ,& ſeniores conuenerant. Mar.14.f.
Petrus autem ſequebatur eum procul vſq; ad atriũ principis Lucæ.22.f. Iohan.18.c.
ſacerdotum.Et ingreſſus intro,ſedebat cum miniſtris,vt vide
ret finem.Principes autem ſacerdotum,& ſeniores,& totum
conſiliũ quærebant falſum teſtimonium cõtra Ieſuah,vt mor-
ti eum traderent,& non inuenerunt, etiam cum multi falſi te-
ſtes acceſſiſſent,nõ inuenerũt.Nouiſsime aũt venerũt duo falſi
teſtes ,& dixerunt:Hic dixit:Poſſum deſtruere tẽplum dei, &
in triduo ædificare illud. Et quum ſurrexiſſet princeps ſacer-
dotum,ait illi:Nihil reſpondes? Cur iſti aduerſum te teſtimo-
nium dicunt? Ieſuah autem tacebat.Et reſpondens princeps ſa
cerdotum,ait illi:Adiuro te per deum viuentem,vt dicas no-
bis,an tu ſis Chriſtus filius dei.Dicit illi Ieſuah: Tu dixiſti. Ve-
runtamen dico vobis,amodo videbitis filiũ hominis ſedentẽ

G à dextris virtutis,& venientem in nubibus cœli. Tunc prin-
Iſaiæ.50.c. ceps ſacerdotum diſcidit veſtimenta ſua,dicẽs:Blaſphemauit.
Quid inſuper egemus teſtibus?Ecce nũc audiſtis blaſphemiã
eius.Quid vobis videtur?At illi reſpondentes dixerunt:Reus
eſt mortis.Tunc expuerunt in faciẽ eius,& colaphis eum ceci-
derunt.Alij aũt palmas,in faciem eius dederunt,dicentes: Va
Mat.14.g. ticinare nobis Chriſte,quis eſt qui te percuſsit?Petrus verò ſe
debat foris in atrio,& acceſsit ad eũ vna ancillula,dicens:Et tu
Lucæ.22.f. Iohã.18.c. cum Ieſuah Galilæo eras.At ille negauit corã omnibus,dicẽs:
Neſcio quid dicas.Cum aũt exiſſet in veſtibulum vidit eũ alte
ra ancilla,& ait his qui erant ibi:Et hic erat cum Ieſuah Naza
reno.Et iterum negauit cum iureiurando,ꝙ non nouiſſet ho
minẽ.Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant,& dixerũt Pe-
tro:Vere & tu ex illis es:Nam & loquela tua te manifeſtum fa
cit.Tunc cœpit execrari,& iurare,quod nõ noſſet hominem.
Et continuo gallus cantauit.Et recordatus eſt Petrus verbi Ie
ſuah,qui dixerat ei:Prius q̃ gallus cantet,ter me negabis.Et e-
greſſus foras,fleuit amarè.

¶Chriſtus ante Pilatũ ſiſtitur,Iehudah facti pœnitet,Chriſtus illuſus morti addicitur,crucifigitur,ac ſepultus cuſtoditur.

CAP. XXVII.

A MAne autem facto,conſilium inierunt om̃es principes
ſacerdotum,& ſeniores populi aduerſus Ieſuah,vt eũ
Marc.15.a. Lucæ.23.a. Iohã.18.c. morti traderent.Et vinctum eũ adduxerũt & tradiderunt Põ
tio Pilato præſidi.Tũc videns Iehudah,qui eum prodiderat,
ꝙ damnatus eſſet,pœnitentia ductus, retulit triginta argen-
teos principibus ſacerdotum,& ſenioribus, dicens: Peccaui,
quum prodidi ſanguinem innoxium.At illi dixerũt:Quid ad
Acto.1.c. nos?Tu videris.Et proiectis argẽteis in tẽplo,receſsit:& abiẽs,
laqueo ſe ſuſpendit.Principes autem ſacerdotum acceptis ar-
genteis,dixerunt:Non licet eos mittere in corbonam,qa pre-
cium ſanguinis eſt.Conſilio autem inito,emerunt ex illis agrũ
figuli in ſepulturã peregrinorum.Quapropter vocatus eſt a-
ger ille, ager ſanguinis vſque in hodiernũ diem. Tunc imple-
tum eſt quod dictum eſt per Irmeiah prophetam, dicentem:
B Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quem
Zach.11.c. appreciauerunt à filiis Iſrael,& dederunt eos in agrũ figuli:ſi-
cut conſtituit mihi dominus.Ieſuah aũt ſtetit ante præſidem.
Mar.15.a. Lucæ.23.a. Iohã.18.f. Et interrogauit eum præſes,dicens:Tu es rex Iehudæorũ? Di-
cit illi Ieſuah:Tu dicis.Et cum accuſaretur à principibus ſacer
dotũ,& ſenioribus nihil reſpondit.Tunc dicit illi pilatus: Nõ
audis q̃ multa aduerſum te teſtificantur?Et non reſpondit ei
ad vllum verbum,ita vt miraretur præſes vehementer.In fe-
ſto autem conſueuerat præſes turbæ dimittere vnũ vinctum
quem voluiſſent.Habebat autem tunc vinctum inſignem, q
dicebatur Barabbas.Congregatis ergo illis,dixit eis Pilatus:
Vtrum vultis dimittam vobis Barabbam, an Ieſuah qui di-
citur Chriſtus?Sciebat enim quòd propter inuidiam tradi-
diſſent eum. Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum
vxor eius,dicens. Nihil tibi cum iuſto illo. Multa enim paſſa
ſum hodie in ſomnis propter eum.Principes aũt ſacerdotum
C & ſeniores perſuaſerũt turbis,vt peterent Barabbam. Ieſuah
Mar.15.b. Lucæ.23.b. Iohã.18.g.& 19.c. verò perderent.Reſpondens autem præſes,ait illis:Vtrũ vul-
tis vobis è duobus dimittam?At illi dixerunt,Barabbam. Di
xit illis Pilatus:Quid igitur faciam Ieſuah,qui dicitur Chriſtꝰ?
Dicunt ei omnes:Crucifigatur.Præſes autem ait: Quid enim
mali fecit?At illi magis clamabant,dicentes:Crucifigatur. Vi-
dens autem Pilatus quod nihil proficeret,ſed magis tumultꝰ
fieret,accepta aqua,abluit manus coram populo,dicens: In-
nocens ego ſum à ſanguine huius iuſti,vos videritis.Et reſpõ-
dens vniuerſus populus dixit:Sanguis eius ſuper nos,& ſuper
filios noſtros.Tũc dimiſit illis Barabbam.Ieſuah autem quũ
flagellaſſet,tradidit,vt crucifigeretur.Tunc milites præſidis ſu
ſcipiẽtes Ieſuah in prætorio,congregauerunt ad eum vniuer-
D ſam cohortẽ:& cũ exuiſſent eũ,circundederunt ei Chlamidem
Marc.15.b. Iohã.19.a. coccinã,& coronã de ſpinis contextam impoſuerũt ſuper ca-
put eius,& harundinem in dexterã eius, & genu flexo ante eũ,
illudebant ei,dicentes:Aue rex Iehudæorum.Et cũ expuiſſent
in eum,acceperunt harundinem,& percutiebant caput eius.
Et poſtq; illuſiſſent ei,exuerunt eum Chlamyde,& induerunt
eum veſtimentis ſuis,& abduxerunt eum,vt crucifigerẽt. Ex- Marc.15.b. Lucæ.23.d. Iohã.19.d.
euntes autẽ inuenerunt hominem Cyrenæum,nomine Simo
nem,hunc coegerũt, vt tolleret crucem eius.Et profecti in lo- Marc.15.b. Lucæ.23.e. Iohã.19.d.
cum,qui dicitur Gulgholeth,quod eſt caluariæ locus. Et de-
derunt ei bibere acetum cum felle mixtum,& cum guſtaſſet, Pſalm.21.
noluit bibere.Poſtq; autẽ crucifixerunt eum,diuiſerunt veſti-
menta eius,ſortem mittentes,vt impleretur quod dictum eſt
per prophetam:Diuiſerunt veſtimenta mea ſibi,& ſuper veſti
mentum meum miſerunt ſortem.Et ſedentes ſeruabant eum
ibi.Et impoſuerant ſuper caput eius,cauſam ipſius ſcriptam:
Hic eſt Ieſuah rex Iehudæorum.Tunc crucifiguntur cum eo
E duo latrones,vnus à dextris,& alter à ſiniſtris. Prætereuntes
autem blaſphemabant eum,mouentes capita ſua,dicentes:Tu
qui deſtruis templum,& in triduo ędificas,ſerua temetipſum:
Si filius dei es,deſcẽde de cruce.Similiter & principes ſacerdo Iohã.2.d.
tum illudentes cum ſcribis,& ſenioribus dicebant:Alios ſerua
uit,ſeipſum non poteſt ſeruare.Si rex Iſrael eſt,deſcendat nunc Sap.2.d.
de cruce,& credemus ei.Confiſus eſt in deo,liberet eum nunc, Pſalmo.21.
ſi vult eum:dixit enim,filius dei ſum.Idipſum autem & latro- Sapien.2.e.
nes,qui crucifixi erant cum eo,exprobrant ei.A ſexta aũt hora Pſalmo.21.
tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam terram vſq; ad horã nonã,
& circa horã nonam clamauit Ieſuah voce magna,dicens: Eli
Eli Lãmah hazabthanni:hoc eſt,Deus meus, deus meus, cur
F dereliquiſti me?Quidam autem illic ſtantium,cum audiſſent,
dicebant:Eliiah vocat iſte.Et continuo currens vnus ex eis,cũ
acceptam ſpongiam impleſſet aceto,impoſuit harundini, da-
batq; ei vt biberet.Cæteri verò dicebant: Sine, videamus an
veniat Eliiah liberaturus eum.Ieſuah autem cum iterum cla-
maſſet voce magna,emiſit ſpiritum.Et ecce velum templi ſciſ
ſum eſt in duas partes,à ſummo vſq; ad imum,& terra mota
eſt,& petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta aperta ſunt, & multa
corpora ſanctorum qui dormierãt,ſurrexerũt:& egreſsi è mo
numentis poſt reſurrectionẽ eius,venerunt in ſanctam ciuita-
tem,& apparuerunt multis.Centurio verò,& qui cum eo e-
rant,cuſtodientes Ieſuah viſo terræmotu,& his quæ facta fue
rant,timuerunt valde,dicentes:Verè filius dei erat iſte. Erant
autem ibi mulieres multæ, è longinquo ſpectantes,quę ſecutę
fuerant Ieſuah à Galil,miniſtrantes ei,inter quas erat Miriam
G Magdalene,& Miriam Iacobi,& Ioſe mater,& mater filiorũ
Zebadiah.Cum autem veſpera facta eſſet,venit homo diues Marc.15.d. Lucæ.23.g. Iohã.19.g.
ab Arimathæa nomine Ioſeph,qui & ipſe diſcipulus fuerat Ie
ſuah.Hic profectus ad Pilatum,poſtulauit corpus Ieſuah.Tũc
Pilatus iuſsit reddi corpus.Et cum accepiſſet corpus Ioſeph,
inuoluit illud ſindone munda,poſuitq; illud in monumento
ſuo nouo,quod exciderat in petra,& aduoluto ſaxo ingenti
ad oſtium monumenti,abiit.Erat autem ibi Miriam Magda-
lene,& altera Miriam ſedentes contra ſepulchrum.Poſtero au
tem die quæ ſequitur paraſceuen,cõuenerunt principes ſacer-
dotũ & Phariſæi,ad Pilatum dicentes:Domine, recordati ſu-
mus,ꝙ ſeductor ille dixit adhuc viuens:poſt tres dies reſurgo.
Iube ergo muniri ſepulchrum vſque in diem tertium,nequan
do veniant diſcipuli eius,& furentur eum,dicantq; plebi:ſur-
rexit à mortuis.& erit nouiſsimus error peior illo priore. Ait
illis Pilatus Habetis cuſtodiam: Ite munite ſicut ſcitis.Illi autẽ
ꝓfecti, munierunt ſepulchrũ,obſignato lapide,cũ cuſtodia.

¶De reſurrectiõe Chriſti,quomodo mulieribus apparuerit,de teſtimonio militum redẽpto,diſcipulorum reſurrectio.

CAP. XXVIII.

A VEſpera aũt ſabbatorum,quæ luceſcit in vnã ſabbatorũ,
venit Miriam Magdalene,& altera Miriam,vt viderẽt Marc.16.b. Iohã.20.c.
ſepulchrum:Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus
enim domini deſcendit de cœlo:& accedens deuoluit lapidẽ
ab oſtio,ſedebatq; ſuper eũ.Erat autem ſpecies eius ſicut ful-
gur,& veſtimentũ eius candidũ ſicut nix.Præ timore aũt eius
concuſsi



concuſsi ſunt cuſtodes,& facti ſunt velut mortui. Reſpondẽs
autem angelus,dixit mulieribus:Ne timeatis vos. Scio enim
ꝙ Ieſuah,qui crucifixus eſt,quæritis:Non eſt hic. Surrexit eñ
ſicut dixit.Venite,videte locum vbi poſitus erat dominus.Et
cito profectæ,dicite diſcipulis eius,ꝙ ſurrexit à mortuis,& ec
ce præcedit vos in Galil.Illic eum videbitis:ecce dixi vobis.Et
digreſſæ celeriter à monumento cum timore & gaudio ma-
gno,currebant vt renunciarẽt diſcipulis eius.Cum aũt iſſent
ad renunciandum diſcipulis eius,ecce Ieſuah occurrit illis, di-
cens:Auete.Illę autem profectæ,tenuerunt pedes eius, & ado
rauerunt eum.Tunc ait illis Ieſuah:Ne timeatis.Ite renuncia-
C te fratribus meis vt eant in Galil,& ibi me videbunt. Quæ cũ
abiiſſent,ecce quidam è cuſtodibus venerunt in ciuitatem, ac
renunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ accide-
rant,& congregati cum ſenioribus, conſilio habito, pecuniã
copioſam dederunt militibus dicentes:Dicite: Diſcipuli eius
nocte profecti furati ſunt eum nobis dormientibus. Et ſi hoc
auditũ fuerit à præſide,nos per uadebimus ei,& ſecuros vos
faciemus.At illi accepta pecunia,fecerunt ſicut erant edocti,et
diuulgatus eſt hic ſermo apud Iehudæos vſq; in hodiernum
D diem.Vndecim aũt diſcipuli abierunt in Galil,in montẽ vbi
conſtituerat illis Ieſuah.Et cum vidiſſent illum, adorauerunt
Mar.16.d. eum:quidam autem dubitauerunt.Et accedens Ieſuah locutꝰ
eſt eis,dicens:Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.
Profecti docete omnes gentes,baptizantes eos in nomi
ne patris,& filij,& ſpiritus ſancti:docentes eos ſer-
uare omnia quæcunque præcepi vobis.
Et ecce ego vobiſcum ſum oibus
diebus vſq; ad cõſummatio-
nem ſeculi.Amen.

*

EVANGELII SECVN-
DVM MATTHAEVM
FINIS.

*VITA SANCTI*
*Marci per diuũ Hieronymum.*

*MARCVS DIſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue ſcripſit Euangelium. Quod cum Petrus audiſſet,probauit,& eccleſiæ legendum ſua authoritate edidit:ſicut clemens in ſexto* ὑποτυπώσεων *libro ſcribit. Et Papias Hieroſolymitanus epiſcopus meminit huius Marci,& Petrus in epiſtola prima,ſub nomine Babylonis figuraliter Romam ſignificans. Salutat uos quæ in Babylone cum electa,& Marcus filius meus. Aſſumpto itaque euãgelio,quod ipſe cõfecerat,ꝑrexit Aegyptũ:& primus Alexãdriæ Chriſtũ annũcians,cõſtituit eccleſiam, tantæ doctrinæ & uitæ continentia, ut oẽs ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Deniq; Philo diſertiſsimus Iehudæorum,uidens Alexandriæ primam eccleſiam adhuc Iehudaizantem,quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorũ conuerſatiõe ſcripſit: & quomodo Lucas narrat Hieruſalaim credẽtes omnia habuiſſe cõmunia,ſic ille quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus eſt autem octauo Neronis anno,& ſepultus Alexãdriæ,ſuccendente ſibi Aniano.*

E i

# E L E N C H V S   C A P I T V M

## Euangelij ſecundum Marcum.


1 De Iohanne baptiſta Chriſtum baptizante in Iarden.
De vocatione Petri, Andreæ, & filiorum Zebadiah.
De dæmoniaco.
De ſocru Petri.
De curatis à variis morbis.
De leproſo.
2 De paralytico.
De publicano filio Alphæi.
De Ieſuah conueſcente publicanis.
De diſcipulis vellentibus præ famæ ſpicas ſabbato.
3 De habente manum aridam.
De apoſtolorum electione, data illis varia poteſtate.
De matre & fratribus.
4 De ſemine parabola.
De increpatione aquarum.
5 De legione dæmoniorum.
De filia archiſynagogi.
De muliere ſanguinis profluuio laborante.
6 Quomodo Chriſtus miſit apoſtolos curatum varios morbos.
De Herode & Iohanne.
De quinque panibus & duobus piſcibus.
De ambulatione in mari.
7 De diſcipulis illotis manibus prandentibus.
De tranſgreſsione præcepti dei.
De Syrophœniſſa.
De ſabbato.
8 De ſeptem panibus.
De quærentibus ſignum.
De fermento Phariſæorum.
De cæco.
De interrogatione in Cæſarea.
De dehortatione Petri.
9 De transformatione domini.
De lunatico.
De diſputatione quis eſſet maior.
De offendiculo tollendo.
10 De diuortio.
De diuite interrogante Ieſum.
De filiis Zebadiah.
De Bartimæo.
11 De pullo.
De ficu quæ exaruit.
De eiectis è templo nummulariis.
De fiducia erga deum.
De obliuione iniuriarum.
De principibus & ſenioribus ſacerdotum qui dominum interrogabant.
12 De vinea.
De cenſu dando Cæſari.
De Saducæis.
De ſcriba.
De interrogatione domini.
Cauendos eſſe hypocritas.
De vidua paupercula.
13 De conſummatione.
De die & hora.
14 De ea quæ dominum vnxit vnguento.
De peſach.
Chriſti captiuitas.
Negatio Petri.
De his quæ domino Ieſuah apud ſummum ſacertotem interrogata ſunt.
15 De his quæ ſub Pilato præſide paſſus eſt.
De morte.
De petitione corporis domini.
De ſepultura.
16 De Chriſti reſurrectione.
Quibus poſt mortem apparuit viuus.
Quomodo diſcipulis commiſit euangelij prędicationem.


F I N I S.



# EVANGElium Secundum Marcum: Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶Iohannes prædicat ac baptizat, Chriſtus baptizatus tentatur, prædicat, diſcipulos uocat, ſpiritus immundos eiicit, ſocrum Petri, aliosq; curat.

## CAPVT I.

A INITIVM Euangelij Ieſuah
Matth.3.a. Chriſti filij dei, ſicut ſcriptum eſt in pro
phetis: Ecce ego mitto nuncium meum
ante faciem tuam, qui præparabit viã
Mala.3.a. tuam ante te. Vox clamantis in deſer-
Iſaiæ.40.a. to: Parate viam domini, rectas facite ſe-
Iohan.1.c. Lucę.3.a. mitas eius. Fuit Iohannes baptizans in
deſerto, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionẽ
peccatorum. Et egrediebatur ad eum tota Iehudæa regio, ac
Matth.3.a. Ieruſalamitæ, & baptizabantur omnes ab illo in Iarden flumi
ne, confitentes peccata ſua. Erat autem Iohãnes veſtit⁹ pilis ca
Matt.3.c. Lucæ.3.c. meli, & zona pellicea circa lũbos ſuos, veſcebaturq; locuſtis,
Iohan.1.d. Act.1.a.2.a. ac melle ſylueſtri, & prædicabat, dicẽs: Venit is, qui fortior eſt
11.c.&.19.a. me, poſt me: cuius non ſum idoneus, vt procumbens ſoluam
corrigiam calceamentorũ. Ego quidem baptizaui vos aqua,
ille vero baptizabit vos ſpiritu ſancto. Et factum eſt in diebus
illis, venit Ieſuah à Nazareth Galil, & baptizatus eſt à Iohãne
in Iarden. Et ſtatim cum aſcenderet ex aqua, vidit diffindi cœ-
Matt.3.d. Lucæ.3.d. los, & ſpiritum tanquam columbam deſcendentem ſuper illũ
Iohan.1.e. Et vox facta eſt de cœlis: Tu es ille filius meus dilectus, in quo
B mihi bene complacui. Et continuo ſpiritus illum expellit in de
ſertum: & erat illic in deſerto dies quadraginta, & tentabatur
à Sathan, eratq; cum feris, & angeli miniſtrabant illi. Poſtquã
Matt.4.a. Luc.4.a. autem comprehenſus eſſet Iohannes, venit Ieſuah in Galil, prę
Matth.4.e. Luc.4.e. dicans euangelium regni dei, & dicens: Impletum eſt tempus,
Iohan.4.f. appropinquauitq; regnum dei, pœnitentiam agite & credite
Matt.4.c. Lucæ.5.a. euangelio. Cum ambularet autem iuxta mare Galil, vidit Si-
monem, & Andream fratrem eius, iaciẽtes retia in mare. Erãt
enim piſcatores, & dixit eis Ieſuah: Venite poſt me, & faciam
vt vos efficiamini piſcatores hominum. Ac protinus relictis
retibus ſuis, ſecuti ſunt eum. Et progreſſus illinc puſillum, vi-
dit Iacobum filium Zebadiah & Iohannem fratrem eius, qui
& ipſi in naui ſarciebant retia: ſtatimq; vocauit illos. Et illi reli
cto patre ſuo Zebadiah in naui cum mercenariis, abierũt poſt
C eum. Et ingrediuntur Capernaum, & ſtatim ſabbatis ingreſ-
Matth.4.b. ſus in ſynagogam docebat. Et ſtupebant ſuper doctrina eius.
Lucæ.4.e. Erat enim docens eos tanquam poteſtatem habens, & non ſi-
Matth.7.d. cut ſcribæ. Et erat in ſynagoga eorum homo cum ſpiritu im-
Lucæ.4.e. Lucæ.4.e. mundo, & exclamauit, dicẽs: Ah, quid nobis tecum eſt Ieſuah
Nazarene? Veniſti ad perdendum nos? Noui te qui ſis, nimi-
rum ille ſanctus dei. Et increpauit illum Ieſuah, dicens: Obmu
teſce, & exi ab eo. Et cum diſcerpſiſſet eum ſpiritus immũd⁹,
exclamaſſetq; voce magna, exiit ab eo. Et obſtupuerunt oẽs,
ita vt inquirerent inter ſe dicentes: Quid eſt hoc? Quæ doctri
na noua hæc? quia cum poteſtate etiam ſpiritibus immundis
imperat, & obediunt ei? Egreſſa eſt autem fama eius ſtatim in
totam vndiq; regionem Galil finitimam. Et protinus è ſyna-
goga egreſsi, venerunt in domum Simonis & Andreæ, cum
Matt.8.b. Iacobo & Iohanne. Socrus autem Simonis decumbebat fe-
Lucę.4.f. D bricitans, & continuo dicũt ei de illa. Et accedens erexit eam,
apprehenſa manu eius: & reliquit eam febris illico, ac miniſtra
bat eis. Veſpera autem facta cum occidiſſet ſol, afferebant ad
eum omnes male habentes, & qui à dæmoniis agitabantur.
Et ciuitas tota congregata erat ad oſtium, & ſanauit multos
male habentes variis morbis, & dæmonia multa eiiciebat, &
non ſinebat loqui dæmonia, ꝙ ipſum noſſent. Et mane multa
nocte cum ſurrexiſſet, egreſſus eſt, & abiit Ieſuah in deſertum
locum, ibiq; orabat: & proſecutus eſt eum Simon, & qui cum
illo erant: & cum inueniſſent eum, dicunt ei: Omnes te quęrũt.
Et ait illis: Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem. Ad
hoc enim egreſſus ſum. Et prædicabat in ſynagogis eorum, in Matth.8.a.
tota Galil, & dæmonia eiiciebat. Et venit ad eum leproſus, de Lucæ.5.c.
precans eum, eiq; genua flectens, ac dicens illi: Si vis potes me
mundare. Ieſuah autem miſertus, protẽſa manu tetigit illum,
& dicit ei: Volo, mundus eſto. Et cum dixiſſet, ſtatim diſceſsit
ab eo lepra, & mundatus eſt: & interminatus ei, ſtatim emi-
ſit illum, dixitq; ei: Vide ne cui quicquã dicas, ſed abi, teipſum
oſtende ſacerdoti, & offer pro emũdatione tui, quæ præcepit Leuit.14.
Moſeh in teſtimonium illis. At ille egreſſus cœpit prædicare Lucæ.4.g.
multa, & diuulgare ſermonem. Ita vt iam non poſſet Ieſuah
manifeſte introire in ciuitatem ſed foris in deſertis locis erat, et
veniebant ad eum vndique.

¶Ieſuah in paralytico ſanato, oſtendit ſibi eſſe poteſtatem dimittendi peccata citra blaſphemiam, uocat Matthæum, manducans cum publicanis & peccatoribus, diſcipulos non ieiunantes ac ſpicas ſabbato colligentes excuſat.

## CAP. II.

A ET iterum intrauit Capernaum per dies aliquot, & audi
tũ eſt ꝙ in domo eſſet, & protinus congregati ſunt mul
ti, adeo vt iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa Matth.9.a.
ianuam, & loquebatur eis ſermonem. Et veniunt ad eum ferẽ- Lucę.5.d.
tes paralyticum, qui à quatuor portabatur: & cum non poſ-
ſent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectum vbi e-
rat: Et cum perfodiſſent tectum funibus demittunt grabba-
tum, in quo paralyticus decumbebat. Cũ aũt vidiſſet Ieſuah
fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittãtur tibi peccata tua.
Erant autem illic quidam de ſcribis ſedentes, & cogitantes in
cordibus ſuis: Quid hic ſic loquitur blaſphemias? Quis poteſt
remittere peccata, niſi ſolus deus? Et protinus vbi cognouiſſet
Ieſuah ſpiritu ſuo, ꝙ ſic cogitarãt intra ſeſe, dicit illis: Quid iſta
cogitatis in cordibus veſtris? Vtrum eſt facilius dicere paraly
tico, remittantur tibi peccata: an dicere, ſurge, & tolle grabba
B tum tuum, & ambula? Vt aũt ſciatis, quod filius hominis ha-
bet poteſtatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Ti-
bi dico, ſurge, ac tolle grabbatum tuum, & abi in domũ tuã.
Et ſtatim ſurrexit, ſublatoq; grabbato, egreſſus eſt in cõſpectu
omnium, adeo vt ſtupeſcerent omnes, & glorificarent deum,
dicentes: Nunquam ſic vidimus. Et egreſſus eſt rurſus ad ma-
re omniſq; turba veniebat ad eum, ac docebat eos. Et cũ præ-
teriret Ieſuah vidit Leui, Alphæi filium, ſedentem ad teloniũ,
& ait illi: Sequere me. Iſq; ſurgens, ſecutus eſt eum. Et factũ eſt
cum accumberet in domo illius, multi etiam publicani, & pec Mat.9.a.
catores ſimul diſcumbebant cũ Ieſuah, & diſcipulis eius. Erãt Lucę.5.f.
C enim multi, & ſecuti ſunt eum. Et Scribæ, ac Phariſæi cum vi-
diſſent eum edentem cum publicanis, & peccatoribus, dice-
bant diſcipulis eius: Quid eſt quod cum publicanis & pecca- 1.Timo.1.c. Matth.9 b.
toribus edit, ac bibit? Hoc audito Ieſuah ait illis: Non op⁹ ha Lucæ.5.f.g.
bent qui valent medico, ſed q male habent. Non veni ad vo- Matth.9.b. Lucæ.5.d.
candum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitẽtiam. Et diſcipuli Io-
hannis ac Phariſæorum ieiunabant, veniuntq;, & dicunt illi:
Quare diſcipuli Iohannis & Phariſæorum, ieiunant, tui autẽ
diſcipuli non ieiunant? Et ait illis Ieſuah: Num poſſunt filij tha
lami nuptialis in quo ſponſus cum illis eſt ieiunare? Quandiu
habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient autem
dies, cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt in illis
diebus. Et nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento
veteri, alioquin aufert ſupplementum eius nouum à veteri, &
peior ſciſſura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres vete Matth.12.a.
res, alioqui diſrũpit vinũ nouũ vtres, & vinum effunditur, & Lucæ.6.a. 1.re.21.b.
D vtres pereunt: ſed vinũ nouũ in vtres nouos mitti debet. Et ac
cidit vt tranſiret ſabbatis per ſata, & cœperũt diſcipuli ei⁹ iter

faciendo vellere ſpicas,& Phariſæi dicebant ei;Ecce cur faciũt
ſabbatis quod non licet?Et ipſe ait illis:Nunquam legiſtis qd
fecerit Dauid,cum opus haberet & eſuriret ipſe,& qui ſecum
erant,quomodo ingreſſus ſit in domũ dei ſub Ebiathar prin=
cipe ſacerdotum:& panes propoſitionis comederit, quos nõ
licet edere niſi ſacerdotibus:& dederit etiam iis qui ſecũ erant?
Et dicebat illis;Sabbatum propter hominem factum eſt, non
homo propter ſabbatum,Itaque dominus eſt filius hominis,
etiam ſabbati.

¶Chriſtus aridam hominis manũ ſabbato inuiolato ſanat,duodecim diſcipulos ſe-
ligit,traditaq; illis uaria authoritate,ad diuulgandum euangeliũ emit-
tit,affectui amicorum uerbi munus præfert.

C A P. I I I.

A Matth.12.a. Lucæ,6.a.
ET introiuit iterum in ſynagogam,& erat ibi homo are=
factam habens manũ:& obſeruabant eum, an ſabbatis
ſanaret eum,vt accuſarent illum,Et ait homini arefactam habẽ
ti manum;Surge in medium.Et dicit illis:Vtrum licet ſabba=
tis benefacere,an malefacere,animam ſeruare,an occidere? At
illi tacebant.Et cum circunſpexiſſet eos cum iracundia, cõdo=
leſcens ſuper cæcitate cordis eorum,dicit homini:Extende ma
num tuam.Et extendit,& reſtituta eſt manus illius ſana,vt alte
ra.Egreſsi verò Phariſæi, ſtatim vna cum Herodianis cõſiliũ
inibant aduerſus eum,vt illum perderent.Ieſuah autem cũ di=
ſcipulis ſuis ſeceſsit ad mare,& ingens multitudo à Galil ſecu=
ta eſt eum,& ab Iehudæa,& ab Ieruſalaim,& ab Edomæa, &
trans Iarden,& qui circa Tyrum habitabant ac Sidonem,mul
titudo magna:qui cũ audiſſent quæ faciebat,venerunt ad eũ.
B Et iuſsit Ieſuah diſcipulis ſuis,vt nauicula ſibi deſeruiret pro=
pter turbam,ne ipſum premerent:Multos enim ſanauerat, ita
vt irruerent in eum,vt illum tangerent, quotquot habebant
flagella.Et ſpiritus immundi cum illum vidiſſent, procidebãt
ei,& clamabant dicentes:Tu es filius dei.Et vehementer inter=
Matth.10.a. Luc.6.b.c. minabatur eis,ne manifeſtum ſe facerent.Et aſcendit in mõtẽ,
ac vocat ad ſe quos voluit ipſe,& venerunt ad eum. Et fecit
duodecim vt eſſent ſecum,& vt emitteret eos ad prędicandũ,
vtq; haberẽt poteſtatem ſanandi morbos,eiiciendiq; dæmo=
nia.Et impoſuit Simoni nomen Petrus:& Iacobum filiũ Ze=
badiah,& Iohannem fratrem Iacobi,& impoſuit eis nomina
Benerahã, quod eſt,filij tonitrui:& Andream,& Phiippum,
C & Bartholomæum,& Matthæum,& Thomam,& Iacobum
Alphæi filium,& Thaddæum,& Simonem Cananitem, & Ie
Matt.9.d. & 12.b. Lucæ,11.b. hudam Iſcarioten,qui & prodidit illum.Et venerũt in domũ,
& cõuenit iterũ turba,ſic vt nõ liceret illis, vel panes edere: &
cum audiſſent qui ad illum attinebant,exierunt vt comprehẽ
derent eum.Dicebant enim,in ſtuporem verſus eſt.Et ſcribę q
ab Ieruſalaim deſcenderant,dicebant;Bahalzebub habet,& p
principem dæmoniorum eiicit dæmonia.Et ad ſe vocatis eis,
in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt Sathan Sathan
eiicere?Et ſi regnum aduerſus ſe diuiſum fuerit,non poteſt ſta
re regnum illud:& ſi domus cõtra ſeipſam diuiſa fuerit,nõ po
teſt ſtare domꝰ illa:& ſi Sathã inſurrexit aduerſus ſemetipſum,
D ac diuiſus eſt,non poteſt ſtare,ſed finem habet. Non poteſt qſ
Matt.12.c. Lucæ,12.b. quam vaſa fortis,ingreſſus in domum illius,diripere, niſi priꝰ
fortem alligarit,& tunc domum eius diripiet.Amen dico vo
bis:Omnia remittentur filiis hominũ peccata,& blaſphemiæ
quibuſcunq; blaſphamauerunt.At qui blaſphemiam locutꝰ
fuerit in ſpiritum ſanctum,non habet remiſsionem in ęternũ,
ſed reus eſt æterni iudicij.Dicebãt enim;Spiritum immũdum
Matth.12.d. Luc.8.c. habet.Et veniunt mater eius,& fratres:& foris ſtantes, miſe=
runt ad eum qui vocarent eum,& ſedebat turba circa eum,di
cuntq; ei:Ecce mater tua, & fratres tui, & ſorores tuæ foris
quærunt te, Et reſpondit eis dicens:Quæ eſt mater mea,& fra
tres mei?Et cum circunſpexiſſet in circuitu circum ſe diſcipu=
los ſedentes,ait:Ecce mater mea,& fratres mei. Quicunq; ẽm
fecerit volũtatẽ dei,hic frater meus,& ſoror mea,& mater eſt.

¶Seminantis & ſeminis iacti triplicem fructum ferentis,& grani ſinapis ex
creſcentis ſuper omnium olerum magnitudinem,aliarũ quoq; rerũ
parabolę,bonam menſuram præſtandam,tempeſtas ſedatur maris.

C A P. I I I I.

A Matth.13.a. Lucæ.8.c.
ET iterum cœpit docere iuxta mare, & congregata eſt ad
eum turba multa,ita vt nauim ingreſſus,ſederet in mari,
& tota turba iuxta mare in terra erat,& docebat eos per pa=
rabolas multa:& dicebat illis in doctrina ſua.Audite;Ecce ex=
ibat ſeminator ad ſeminandum,& accidit inter ſeminandum,
aliud quidem cecidit ſecus viam,veneruntq; volucres cœli,&
comederunt illud.Aliud vero cecidit ſuper petroſa,vbi nõ ha
buit terram multam,& ſtatim exortum eſt,quòd nõ haberet
altitudinem terræ,ſole autem exorto,æſtu affectum eſt; & eo
quòd non haberet radicẽ,exaruit.Et aliud cecidit in ſpinas,&
ſuccreuerunt ſpinæ,ac ſuffocauerunt illud,& fructum non de
dit.Et aliud cecidit in terram bonam,& dabat fructum aſcen
dentem,atq; creſcentem:& afferebat vnum triginta,& vnum
B ſexaginta,& vnum cẽtum,ac dicebat illis:Qui habet aures ad
audiendum,audiat.Cum autem cœpiſſet eſſe ſolus,interroga
uerunt eum hi,qui circum illum erant cum duodecim, de pa
rabola,& dicebat eis:Vobis datum eſt noſſe arcanum regni Iſaiæ.6.c.
dei;illis autem qui foris ſunt,per parabolas omnia fiunt:vt vi Matth.12.b. Iohã.12.f.
dentes videant,& non cernant;& audientes audiant,& nõ in= Actu.28.f. Roma.11.b.
telligant:ne quando conuertantur,& remittantur eis peccata.
Et ait illis:neſcitis parabolam hanc?Et quomodo omnes pa=
rabolas cognoſcetis?Seminator ille verbum ſeminat;Iſti verò
ſunt, quorum alij iuxta viam dicuntur vbi ſeminatur verbũ;
& cum audierint,confeſtim venit Sathan,& aufert verbũ,qdꝰ
ſeminatum eſt in cordibus eorum.Et alij ſunt ſimiliter, qui in
petroſa ſemen excipiunt:qui cum verbum audierint,ſtatim cũ
gaudio accipiunt illud,& non habent radicem in ſe,ſed tẽpo=
rarij ſunt:deinde coorta afflictione,aut perſecutione propter
verbum confeſtim offenduntur.Et alij ſunt qui in ſpinas ſemẽ
excipiunt.Hi ſunt qui verbum audiũt,& ſolitudines ſeculi hu=
ius,ac deceptio diuitiarum, cæterarumq; rerum cupiditates
C introeuntes,ſuffocant verbum,ac infructiferum efficitur. Et
alij ſunt qui in terram bonam ſemen exceperunt, qui audiunt
verbum,& ſuſcipiunt,& fructificant:vnum triginta,& vnum
ſexaginta,vnum centum.Et dicebat illis:Num lucerna incendi Matt.5.b.
tur vt ſubter modium ponatur,aut ſubter lectum?Nõnne vt Lucæ.8.b. c.&.11.b.
ſuper candelabrum ponatur?Non eſt enim quicquam occul= Matt.10.c.
tum,quod non manifeſtetur:neq; fuit abſconditum,ſed vt in Lucæ.8.c.
manifeſtum veniat.Si quis habet aures ad audiẽdum, audiat. Matt.7.a.
Et dicebat illis:Videte quid audiatis:Qua mẽſura metimini,
metietur vobis,& adiicietur vobis qui auditis:Quicunq; ẽm Lucæ.6.f.
habuerit,dabitur illi:& qui non habet,etiam quod habet,au= Mat.13.b.& 25.c.
feretur ab eo.Et dicebat:Sic eſt regnum dei,quemadmodum
ſi homo iaciat ſementem in terram,ac dormiat,atq; ille exur=
gat nocte ac die:ſegesq; germinet,ac ſurgat in altum, dum ne= Lucæ.8.c.&
ſcit ille.Vltro enim terra fructificat,primum herbam, deinde 19.d.
ſpicam,deinde plenum frumentum in ſpica:cum autem ꝓdu
D ctus fuerit fructus,ſtatim mittit falcem:quoniam adeſt meſsis.
Et dicebat:Cui aſsimilabimus regnum dei?aut qua parabola Matth.13.e.
parabolice efferemus illud?Eſt ſicut granum ſinapis,quod ſe= Lucæ.13.d.
minatum fuerit in terra,minus eſt omnibus ſeminibus q̃ ſunt
in terra:& cum ſeminatum fuerit,ſurgit,& fit maius omnibus
oleribus:& facit ramos magnos,ita vt poſsint ſub vmbra eius
aues cœli habitare.Et talibus multis parabolis loquebatur eis
verbum prout poterant audire:ſine parabola verò nõ loque=
batur eis:ſeorſum autem diſcipulis ſuis exponebat omnia. Et
ait illis in die illo cum facta eſſet veſpera:Tranſeamus in vlte=
riorem ripã.Et dimiſſa turba aſſumunt eum,ita vt erat in na=
ui,ſed aliæ nauiculę erant cũ illo.Et oritur procella venti ma= Matt.8.d.
gna,& fluctus irruebant in nauim,ita vt illa iam impleretur. Lucę.8.d.
Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiẽs,& excitant eũ, di
cũtq; illi:Præceptor nõ eſt tibi curæ ꝙ perimus? Et excitatus
increpauit vẽtũ,dixitq; mari.Tace,obmuteſce:Et conqeuit vẽ
tus,factaq; eſt trãqlitas magna.Et ait illis:Quid timidi eſtis ſic?
Qui



Quĩ fit vt non habeatis fidem?Et timuerunt timore magno,
dicebantq; inter ſeſe:Quiſnam hic eſt, quia & ventus, & mare
obediunt ei?

¶De dæmonio immundo ſeu legione,de filia archiſynagogi,de muliere
ſanguinis fluxu laborante. C A P. V.

A
ET venerunt in vlteriorem partem maris, in regionem
Gadarenorum:egreſſóque eo de naui, ſtatim occurrit è
monumentis homo cum ſpiritu immundo,qui domicilium
Mat.8.d. Lucę.8.d. habebat in monumentis. Et neque catenis quiſquam poterat
eum ligare:propterea quòd cum ſæpe compedibus, & cate=
nis vinctus fuiſſet, diſcerptæ eſſent ab illo catenæ, & cõpedes
eſſent comminutæ,neque quiſquam valuiſſet eum domare.
Et ſemper die ac nocte in montibus,& in monumẽtis erat cla
mans,& concidens ſeipſum lapidibus.Cum vidiſſet autem Ie
ſuah eminus,cucurrit & adorauit eum, & clamans voce ma=
gna,dixit:Quid mihi tecum eſt Ieſuah fili Dei altiſsimi?Adiuro
te per deum,ne me torqueas.Dicebat enim illi:Exi ſpiritus im=
munde ab homine.Et interrogabat eum: Quod tibi nomen
eſt?Et reſpondit, dicens ei: Legio mihi nomen eſt,quia multi
ſumus.Et deprecabatur eum multum,vt ſe emitteret extra re
gionem.Erat autem ibi iuxta mõtes grex porcorum magnus
paſcens,& deprecabantur eũ omnes dæmones,dicentes: Mit
B te nos in porcos vt in eos introeamus. Et permiſit eis ſtatim
Ieſuah.Et egreſsi ſpiritus immũdi,ingreſsi ſunt in porcos.Et fe
rebatur grex per præceps in mare.Erant autem ferme bis mil
le,& ſuffocati ſunt in mari.Porrò qui paſcebant porcos fuge=
runt,& renunciauerunt in ciuitatẽ & in agros. Et egreſsi ſunt
ad videndum quid eſſet quod acciderat:& veniunt ad Ieſuah,
vident illum qui à dæmonio vexabatur,ſedentem, ac veſtitũ,
& ſanæ mentis,qui habuerat legionem, & timuerunt. Et nar=
rauerunt illis qui viderant,qualiter accidiſſet ei qui dæmoniũ
habuerat,& de porcis.Et cœperũt rogare eum, vt diſcederet
de finibus ipſorum.Et cum ingreſſus eſſet nauim,rogabat il=
lum qui fuerat à dęmonio correptus,vt eſſet cum illo: Ieſuah
autem non permiſit eum, ſed ait illi: Abi in domum tuam ad
tuos,& annuncia illis quãta tibi Dominus fecerit,& miſertus
ſit tui.Et abiit,& cœpit prædicare in Decapoli,quanta ſibi fe=
Matt.9.e. Lucæ.8.f. ciſſet Ieſuah,& omnes mirabantur.Et cum traieciſſet Ieſuah
C naui rurſus ad vlteriorem ripam,conuenit turba multa ad eũ,
& erat circa mare.Et ecce venit vnus è principibus ſynagogę,
nomine Iairus,& cum vidiſſet eum,procidit ad pedes eius,&
deprecabatur eũ multum, dicens: Filiola mea in extremis eſt,
oro vt venias, & imponas illi manus, vt ſalua ſit, & viuet. Et
abiit cum illo,& ſequebatur eũ turba multa,& comprimebãt
eum.Et mulier quędam,quæ fuerat in profluuio ſanguinis an
nos duodecim,fuerátque multa perpeſſa à compluribus me=
dicis,& inſumpſerat omnia ſua,neque quicquam vtilitatis aſ=
ſecuta fuerat,ſed magis in deterius venerat:cum audiſſet de Ie
ſuah venit in turba à tergo,& tetigit veſtimentum eius.Dice=
bat enim:Si vel veſtimenta eius tetigero,ſalua ero. Et cõfeſtim
ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore quòd ſanata
eſſet ab eo flagello. Et ſtatim Ieſuah in ſemetipſo cognoſcens
virtutem ex ſeſe prodiiſſe,cõuerſus in turba aiebat: Quis mea
tetigit veſtimenta?Et dicebant ei diſcipuli ipſius;Vides turbã
vndique prementem te,& dicis:Quis me tetigit?Et circunſpi=
ciebat, vt videret eam quæ hoc fecerat.Mulier verò timens,
& tremens,ſciens quod factum eſſet in ſe,venit, & procidit ei,
dixitq; ei omnẽ veritatem. Ille autem dixit ei:Filia, fides tua
D ſeruauit te,vade cum pace, & eſto ſana à flagello tuo. Adhuc
eo loquente veniunt à principe ſynagogæ,qui dicerent: Filia
tua mortua eſt,quid vltra vexas magiſtrum?Ieſuah autẽ pro=
tinus audito ſermone qui dicebatur, ait principi ſynagogæ:
Ne metuas,tantummodo crede.Et non permiſit,vt quiſquã
ſe ſequeretur,præter Petrum, & Iacobum, & Iohannem fra=
trem Iacobi.Et venit in domum principis ſynagogæ,videtq;
tumultum,ac flentes,& eiulantes multum,et ingreſſus,ait illis:
Quid tumultuamini, & ploratis? Puella non eſt mortua, ſed
dormit.Et irridebant eum.Ipſe verò eiectis omnibus, aſſu=
mit patrẽ puellæ,& matrẽ, & eos qui cũ ipſo erant,& ingredi
tur eò vbi puella iacebat, & apprehenſa manu puellæ, ait illi;
Thalitha,cumi:quod interpretatur.Puella( tibi dico,) ſurge.
Et confeſtim ſurrexit puella,& ambulabat.Erat enim annorũ
duodecim,& obſtupuerunt ſtupore magno.Et præcepit illis
vehemẽter,ne qſquã id ſciret:& iuſsit vt daretur illi qdꝰ ederet.

¶Apoſtoli emittuntur curatũ uarios morbos,de Iohãnis ſupplicio,de quinq;
panibus,Chriſtus mari inambulat. C A P. V I.

A
ET egreſſus eſt illinc,venitq; in patriam ſuam, & ſequun=
tur eum diſcipuli ſui.Cumq; adeſſet ſabbatum,cœpit in
ſynagoga docere: multiq; audientes obſtupuerunt, dicentes:
Vnde huic hęc?Et q̃ eſt ſapiẽtia,quæ data eſt illi?& virtutes ta Matt.10.e. Lucæ.4.c.
les ꝑ manus eius efficiuntur?Nõnne hic eſt faber ille,filius Mi= Iohan.4.f.
riam frater Iacobi,& Ioſe,& Iehudah,& Simonis? Nõnne &
ſorores eius hic nobiſcum ſunt?Et offendebantur per eum.Di
cebat autem illis Ieſuah:Non eſt propheta expers honoris,niſi
in patria ſua,& inter cognatos,& in familia ſua.Et non pote=
rat ibi virtutem vllã edere,niſi ꝙ paucos infirmos, impoſitis
manibus,ſanauit:ac mirabatur propter incredulitatem eorũ, Mat.10.a.
& obambulabat per vicos vndiq; circumiacentes,docens.Et Lucæ.9.a.
accerſit duodecim,cœpitq; eos emittere binos, ac dabat illis
B poteſtatẽ in ſpiritus immundos.Et præcepit illis,ne quid tolle
rent in viam,niſi virgam tantum,non peram,non panem,nõ
in zona es,ſed calcearentur ſandaliis,& ne induerẽtur binis tu
nicis.Et dicebat eis:Vbicunq; introieritis in domum,illic ma
nete donec exeatis illinc.Et quicunque non receperint vos,ne
que audierint vos,exeuntes illinc,excutite puluerẽ qui eſt ſub Actuũ.13.g.
pedibus veſtris in teſtimonium illis.Amen dico vobis:tolera
bilius erit Sedom,aut Hamorah,in die iudicij,q̃ ciuitati illi.Et
egreſsi prædicabant vt pœnitentiã agerent,& dæmonia mul
ta eiiciebant,& vngebant oleo multos egros,& ſanabant. Et
audiuit rex Herodes(Innotuerat enim nomẽ eius) dicebatq;: Matt.14.a. Lucæ.9.a.
Iohannes ille qui baptizabat,reſurrexit à mortuis,& propter=
C ea virtutes agunt in illo.Alij dicebant: Eliiah eſt. Alij verò di=
cebant: Propheta eſt, vel tanquam vnus ex prophetis. Cum
audiſſet autem Herodes,ait:Cui ego præcidi caput,Iohannes Matt.14.a.
iſte eſt,ipſe ſurrexit à mortuis.Nam ipſe Herodes, quum miſiſ Luc.3.d.
ſet apprehendit Iohannem,& vinxit eum in carcere, propter
Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui,quia duxerat eã vxo
rem.Dicebat enim Iohannes Herodi:Non licet tibi habere v=
xorem fratris tui.Herodias autem inſidiabatur illi, volebatq;
occidere eum,nec poterat.Herodes enim metuebat Iohannẽ,
ſciens eum virum iuſtum,ac ſanctum,& conſeruabat eum:au=
ditoq; eo multa faciebat,& libenter eum audiebat.Et cũ dies
opportunꝰ accidiſſet,cum Herodes in natalitiis ſuis cœnã fa=
ceret primatibus ac tribunis,& primoribus Galil, cumq; in=
troiſſet filia ipſius Herodiadis,ac ſaltaſſet, placuiſſetq; Herodi
ac ſimul accũbentibus,rex ait puellæ:Pete à me quod vis, &
D dabo tibi.Et iurait illi,quicquid à me petieris,dabo tibi vſq;
ad dimidium regni mei.At illa egreſſa,dixit matri ſuæ: Quid
petã?Illa verò dixit:Caput Iohannis Baptiſtæ.Et ingreſſa ſta=
tim cum feſtinatione ad regem,petiuit dicens:Volo vt proti
nus des mihi in diſco caput Iohannis baptiſtæ. Et dolore affe
ctus rex,propter iuſiurandum,& eos qui ſimul accumbebãt,
noluit eam reiicere.Et confeſtim rex miſſo ſpiculatore, iuſsit
inferri caput eius.At ille profectus,decollauit eum in carcere:
& attulit caput eius in diſco,& dedit illud puellæ,& puella de
dit illud matri ſuæ.Quo audito,diſcipuli eius venerunt,& ſu= Matt.14.b.
ſtulerunt cadauer eius,poſuerũtq; in monumento.Et congre Lucæ.9.b.
gantur apoſtoli ad Ieſuah,ac renunciauerunt ei omnia,& quę
E cunq; egiſſent,& quæcunq; docuiſſent.Et ait illis: Venite vos
ipſi ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erãt
enim qui venirent,& abirent multi:ac ne comedere quidẽ va
cabat:Et abiit in deſertum locum nauigio ſeorſum.Et viderũt
eos abeuntes turbæ:& agnouerunt eum multi,& itinere pede
ſtri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc,& præuenerũt

eos,conueneruntq́ ad illum.Et egreſſus vidit turbã multã Ie
ſuah,& miſericordia tactus eſt erga eos,quia erant velut oues
non habentes paſtorem.Et cœpit illos docere multa, & cum
iam multum temporis præteriuiſſet,progreſsi ad illum diſci=
puli eius,dicunt:Deſertus eſt locus,& iam multum temporis
effluxit,dimitte illos,vt abeant in circumiacentes villas ac vi=
Matt.14.b. Lucæ.9.b. Iohan.6.e. cos,emantq́ ſibi panes:nam quod edant,non habent. At ille
reſpondens,ait illis:Date illis vos ad edendum.Et dixerunt ei,
abeuntes:emamus ducentis denariis panes,& demus illis ad
edendum.At ille dicit eis:Quot panes habetis?Ite & videte.Et
cum cognouiſſent,dicunt:Quinque,& duos piſces.Et præce
F pit illis vt accumbere facerent omnes diſtributos per cõuiuia
in viridi herba.Et diſcubuerunt diuiſi per viridaria centeni,
& quinquageni.Et cum accepiſſet quinque panes,ac duos pi
ſces,ſublatis in cœlum oculis benedixit,ac fregit panes,deditq́
diſcipulis ſuis vt apponerent illis:& duos piſces diuiſit omni=
bus.Et comederunt omnes,& ſaturati ſunt,& ſuſtulerunt fra
Matt.16.c. Iohan.6.b. gmentorum duodecim cophinos plenos,& de piſcibus.Erãt
autem qui comederant circiter quinque milia virorũ.Et ſta=
tim coegit diſcipulos ſuos conſcẽdere nauim, vt præcederẽt
tranſmiſſo mari Bethſaidam,dum ipſe dimitteret turbam.Et
quum dimiſiſſet eos,abiit in montem ad orandum.Et quum
veſpera facta eſſet,erat nauis in medio mari,& ipſe ſolus in ter
ra,viditq́ eos laborantes,in remigando:erat enim ventus cõ=
trarius eis.At circa quartam vigiliam noctis venit ad eos,am
bulans ſuper mare,& volebat præterire eos.At illi vt viderũt
G eum ambulantem ſuper mare,putauerunt ſpectrum eſſe,et ex
clamauerunt.Omnes enim videbant eũ,& cõturbati ſunt,&
ſtatim locutus eſt cũ eis:Confidite ego ſum,ne terreamini. Et
aſcendit ad illos in nauim,& conquieuit ventus,& vehemen=
ter ſupra modum intra ſeſe ſtupebant,& admirabantur.Non
enim intellexerant de panibus:Erat enim cor eorum obcæca=
tum.Et cum traieciſſent,venerunt in terram Genezareth, &
applicuerunt in portum.Cumq́ egreſsi eſſent de naui, conti=
Mat.14.d. nuo agnouerunt eum,ac percurrentes totam vndique regio=
nem illam,cœperunt in grabatis eos, qui male habebant cir=
cumferre, cum audiſſent eum illic eſſe:& quocũq́ introiſſent
in vicos,aut in ciuitates,aut in villas,in plateis ponebant infir
mos,& deprecabantur eum,vt vel fimbriam veſtimenti eius
tangerent:& quotquot tangebant eum,ſalui fiebant.

¶De lotione manuum,& præceptis dei,de Syrophœniſſa & muto in ſabbato curato. C A P. V I I.

A ET conueniunt ad eum Phariſæi,& quidam de ſcribis q
venerant Ieruſalaim,& cum vidiſſent quoſdam ex diſci
pulis eius communibus manibus,id eſt,illotis,edere panes,in=
Matth.15.a. cuſabant:Nam Phariſæi,& omnes Iehudæi,niſi crebro laue=
rint manus,non edunt tenentes inſtituta maiorum:& à foro
venientes niſi loti fuerint,non comedunt.Et Alia multa ſunt
quæ ſuſceperunt tenenda:nempe lotiones poculorum,& vr=
ceorum,& æramentorum,& lectorum. Deinde interrogant
eum Phariſæi & ſcribæ:Quare diſcipuli tui non ambulant iu=
xta traditionem ſeniorum,ſed illotis manibus edunt panẽ?At
ille reſpondens dixit eis:Bene vaticinatus eſt Ieſahiah de vobis
Iſaie.29.d. hypocritis,ſicut ſcriptum eſt:Populus hic labiis me honorat,
cor autem eorum longe eſt à me:in vanum autem me colũt,
B docentes doctrinas præcepta hominum.Nam omiſſo præce
pto dei,tenetis traditiones hominum,ablutiones vrceorum,
& poculorum,aliaq́ ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis:
Bene reiicitis præceptum dei,vt traditionem veſtram ſerue=
Exo.20.c. tis. Moſeh enim dixit:Honora patrem tuum,& matrem tuã:
Deut.5.b. & qui maledixerit patri,vel matri,morte moriatur. Vos autẽ
Ephe.6.a. dicitis:Si dixerit homo patri vel matri corban, quod eſt, ex
Exod.21.c Leui.20.b. munere quodcunq́ eſt ex me augeberis,& præterea non ſini=
Prou.20.c. tis eum quicquam facere patri ſuo,aut matri ſuæ,& irritum fa
citis verbum dei traditione veſtra quam tradidiſtis.Et ſimilia
huiuſmodi multa facitis.Et cum aduocaſſet ad ſe totam tur=
bam,dicebat illis:Audite me omnes,& intelligite.Nihil eſt ex=
tra hominem introiens in eum,quod poſsit eum inquinare:
ſed quæ de homine procedunt,illa ſunt quæ inquinant homi=
C nem.Si quis habet aures ad audiẽdum, audiat.Et cum introiſ
ſet in domum ſemotus à turba,interrogabant eum diſcipuli
eius de ſimilitudine.Et ait illis:Adeo & vos expertes intelligẽ=
tiæ eſtis?Nondum intelligitis,ꝙ omne foris introiẽs in homi=
nem,non poteſt eum inquinare:quia nõ intrat in eius cor,ſed
in ventrem:& in ſeceſſum exit,expurgans omnes eſcas? Dice=
bat autem:Quod ab homine exit,illud inquinat hominẽ.Ab
interioribus enim de corde hominum malæ cogitationes pro
cedunt,adulteria,fornicationes,homicidia,furta,auaritiæ,frau
des,dolus,impudicitia,oculus malus, blaſphemiæ, ſuperbia,
ſtultitia.Omnia hæc mala ab internis procedunt, & inquinãt Matth.15.c.
hominem.Et inde ſurgens,abiit in confinia Tyri, ac Sidonis,
& ingreſſus domum,neminem voluit ſcire,nec potuit latere.
Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo,cuius filiola habebat ſpi=
ritum immundum,venit & procidit ad pedes eius.Erat enim
mulier Græca,Syrophœniſſa genere,& rogabat eum vt dæ=
monium eiiceret de filia ſua.Ieſuah autem dixit illi: Sine prius
D ſaturari filios.Non eſt enim honeſtum,ſumere panem filiorũ,
& proiicere catellis.At illa reſpondit,& dicit illi:Etiam domi=
ne:Nam catelli quoque comedunt ſub menſa de micis filio=
rum.Et ait illi:Propter iſtum ſermonem vade,exiit dæmoniũ
à filia tua.Et cum abiſſet domum ſuam,reperit dæmoniũ,ex=
iiſſe,& filiam iacentem ſuper lectum.Et rurſum egreſſus de fini Matt.15.c.
bus Tyri,ac Sidonis,venit ad mare Galil per medios fines De
capolis,& adducunt ei ſurdum,impeditæq́ linguæ,& depre=
cantur eum,vt imponat illi manum. Et cum apprehendiſſet
eum de turba ſeorſim,miſit digitos ſuos in auriculas eius. Et
cum expuiſſet,tetigit linguam eius,ac ſuſpiciens in cœlum,in=
gemuit,& ait illi:Heppatheach,quod eſt,apire:& ſtatim aper=
tæ ſunt eius aures,& ſolutum eſt vinculum linguæ eius, ac lo=
quebatur recte,& præcepit illis ne cui dicerent.Sed quo ma=
gis ille eis præceperat,eo amplius prædicabant:& ſupra mo=
dum ſtupebant,dicentes:Bene omnia fecit:& ſurdos facit au=
dire,& mutos loqui.

¶De ſeptẽ panibus,de fermento Phariſæorum,de cæco:Petrus Ieſuah eſſe Chriſtum &c.exhortatio ad crucẽ. C A P. V I I I.

A IN diebus illis,cum turba admodum multa eſſet,nec habe Matt.15.d.
rent quod comederent,accerſitis ad ſe Ieſuah diſcipulis,ait
illis:Miſereor turbæ,quia iam triduo manent apud me,nec ha
bent quod edant,& ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam,
deficient in via.Quidam enim ex eis è longinquo venerunt.Et
reſponderunt ei diſcipuli ſui:Vnde iſtos quis poterit hic ſatu
rare panibus in ſolitudine?Et interrogauit eos: Quot panes
habetis?Illi vero dixerunt:Septem.Et præcepit turbæ vt diſcũ
berent ſuper terram,& acceptis ſeptem panibus,cum gratias
egiſſet,fregit,deditq́ diſcipulis ſuis,vt apponerent:& appoſue
runt turbæ,& habebant piſciculos paucos:& cum benedixiſ
ſet,iuſsit apponi & hos.Comederunt autem, & ſaturati ſunt,
ac ſuſtulerunt quæ ſuperfuerant,fragmentorum ſeptem ſpor
tas.Erant autem qui comederant ferme quatuor milia,& di=
miſit illos.Et mox ingreſſus in nauim cũ diſcipulis ſuis, venit
B in partes Dalmanutha.Et egreſsi ſunt Phariſæi,cœperũtq́ di= Matt.16.a. Lucæ.12.g.
ſputare cum illo,quærentes ab eo ſignum è cœlo,tentãtes eũ:
Et cum ingemuiſſet ſpiritu ſuo,dicit:Cur generatio hæc ſignũ
quærit?Amen dico vobis,ſi dabitur generationi huic ſignũ.
Et relictis illis ingreſſus rurſus nauim,abiit in vlteriorem ripã.
Et obliti fuerant ſumere panes,nec præter vnum panem habe
bant ſecum in naui.Et præcæpit illis dicens:Videte, cauete à Matt.16.a.
fermento Phariſæorũ,& à fermento Herodis.Et diſputabant
inter ſeſe dicentes:Panes non habemus.Et quum cognouiſſet
Ieſuah,dicit illis:Quid diſputatis,ꝙ panes non habetis?Non=
dum animaduertitis,nec intelligitis?Adhuc obcæcatum ha=
betis cor veſtrum?oculos habentes,non cernitis,& aures ha=
C bentes,non auditis?& non meminiſtis?Cum quinque panes
fregiſſem in hominum quinque milia,quot cophinos fragmẽ
tis



tis plenos ſuſtuliſtis?Dicũt ei:Duodecim.Cum autem ſeptem
in quatuor milia,quot ſportas ex reliquiis fragmentorum tu=
liſtis?Illi verò dixerunt:Septem. Et dixit illis: Qui fit vt non in
telligatis?Et venit Bethſaidam,& adducunt illi cæcum,& ob=
ſecrant eum vt illum tangeret.Et apprehenſa manu cæci, edu
xit illum extra vicum:& cum expuiſſet in oculos illius impo=
ſuiſſetq́ illi manus,interrogauit eum,ſi quid videret:& quum
reſpexiſſet,dicebat:Video homines, quoniam velut arbores
cerno ambulantes.Deinde rurſum impoſuit manus ſuper ocu
los illius,& fecit eum reſpicere:& reſtitutus eſt,ac denuò vide=
bat dilucide omnes,& dimiſit illum in domum ſuam, dicens:
Neque in vicum ingrediaris,neque dixeris cuiquã in vico.Et
egreſſus eſt Ieſuah,& diſcipuli illius in vicos Cæſareæ, quæ co
Matt.16.b. gnominatur Philippi:& in via interrogauit diſcipulos ſuos,
Lucæ.6.c. dicens:Quem me dicunt homines eſſe?Illi verò reſponderunt:
Iohannem Baptiſtam,& alij Eliiah,alij rurſum vnũ è Prophe=
tis.Et ipſe dicit illis:At vos quem me dicitis eſſe?Reſpondens
D autem Petrus,dicit illi:Tu es ille Chriſtus. Et interminatus eſt
eis,ne cui dicerent de ſe.Et cœpit docere eos,ꝙ oporteret filiũ
hominis multa pati,& reprobari à ſenioribus,ſummisq́ ſacer
dotibus,ac ſcribis,& occidi,& poſt tres dies reſurgere:& aper
te ſermonem loquebatur.Et apprehendit illũ Petrus,cœpitq́
increpare eum.At ille conuerſus,& intuitus diſcipulos ſuos,in
crepauit Petrum,dicens:Abi poſt me ſathan,quoniam non ſa
pis quæ dei ſunt,ſed quæ hominum.Et cum ad ſe vocaſſet tur
Mat.16.b. bam cum diſcipulis ſuis,dixit illis:Quicunque vult ſequi me,
Iohã.10.d abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuam,ac ſequatur me. Nã
Lucæ.9.c. 14.f.17.g. quiſquis voluerit animam ſuam ſeruare,perdet eam.Quiſquis
Iohã.12.d. autem perdiderit animam ſuam cauſa mea,& euangelij hic ſer
uabit eam.Quid enim proderit homini,ſi lucratus fuerit mũ=
dum totum,& animæ ſuæ iacturam fecerit?Aut quam dabit
Mar.10.d. homo commutationem pro anima ſua?Quemcunque enim
Luc.6.c. pudierit mei,ac meorum ſermonum in generatione hac adul
12.d tera,& peccatrice pudebit illius & filium hominis,vbi venerit
in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

¶De transfiguratione domini,de lunatico,& ambitione diſcipulorum,de offendiculo. C A P. I X.

A
Matt.16.d. ET dicebat illis:Amen dico vobis:Sunt quidam ex his q
Lucæ.6.e. hic ſtant,qui non guſtabunt mortem,donec viderint re=
Mat.16.d. gnum dei veniſſe cũ potentia.Ac poſt dies ſex aſſumit Ieſuah
Lucæ.9.d. Petrum & Iacobum,& Iohannem,& ſubducit eos in montẽ
excelſum ſeorſum ſolos,& transformatꝰ fuit coram illis,& ve=
ſtimenta illius facta ſunt ſplendida:& candida valde veluti nix,
qualia fullo ſuper terram non poteſt candida facere,& conſpe
ctus eſt illis Eliiah,cũ Moſeh,colloquebanturq́ cum Ieſuah.Et
reſpondens Petrus,dicit Ieſuah:Rabbi bonum eſt nos hic eſ=
B ſe,& faciamus tabernacula tria,tibi vnum,& Moſeh vnum,&
Eliiah vnum. Non enim nouerat quid loqueretur. Erant em̃
expauefacti.Et facta eſt nubes,quæ obumbrauit illos.Et venit
vox è nube,dicens:Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.
Et repente cum circumſpexiſſent,non amplius viderunt quen
quam,niſi Ieſuah tantum ſecum.Porrò cum deſcenderent de
Matt.17.b. monte,præcepit illis ne cui dicerent ea quæ viderant,niſi cum
filius hominis à mortuis reſurrexiſſet.Ac verbũ hoc tenuerũt
apud ſeſe,inter ſe diſputãtes,quid eſſet hoc qđ dixerat è mor=
tuis reſurgere.Et interrogabãt illũ,dicẽtes:Quid eſt quod ſcri
bæ dicunt,Eliiah opotere venire prius?Ille vero reſpondens,
Mala.4.b. dixit illis:Eliiah quidem vbi venerit prius,reſtituit omnia: &
Iſaie.53.b. Mala.4.b. quemadmodum ſcriptum eſt de filio hominis,vt multa patia
Matt.17.c. Lucæ.9.c. tur,& contemnatur.Verum dico vobis Eliiah veniſſe,& fece
runt illi quæcunque voluerunt,ſicut erat ſcriptum de illo. Et
cum veniſſet ad diſcipulos ſuos,vidit turbam multam circũ
illos,& ſcribas diſputantes cum eis.Et protinus vniuerſa tur=
ba cum vidiſſet eum,obſtupuit, & accurrentes ſalutauerunt
C eum.Et interrogauit ſcribas:Quid diſputatis inter vos?Et re=
ſpondens vnus è turba dixit:Præceptor,adduxi filium meum
ad te,habentem ſpiritum mutum,& quandocunque eum cor
ripuerit,lacerat eum,atque ille ſpumat,ac ſtridet dentibꝰ ſuis,
& areſcit.Et dixit diſcipulis tuis,vt eiicerent,& non potuerũt.
At ille reſpondens ei,dicit:O generatio incredula, quouſque
apud vos ero,quouſque patiar vos?Adducite illum ad me.
Et duxeruut illum ad eum.At viſo illo, continuo ſpiritus di=
ſcerpebat eum.Et prolapſus in terra,voluebatur ſpumans.Et
interrogauit patrem illius:Quantum temporis eſt,quòd hoc
accidit ei?At ille dixit:à puero,& frequenter illum,& in ignem
abiecit,& in aquas,vt perderet eum.Sed ſi quid potes,ſubue=
ni nobis miſertꝰ noſtri.Ieſuah autem dixit ei:Illud ſi potes cre=
D dere:omnia poſsibilia credenti.Et confeſtim exclamans pater
pueri cum lachrymis dixit:Credo domine,ſuccurre increduli
tati meæ.Cum vidiſſet autẽ Ieſuah,ꝙ turba ſimul accurreret,
increpauit ſpiritum immundum,dicens illi:Spiritus mute, &
ſurde,ego tibi impero,abi ab eo:& ne poſthac ingrediaris in
illum.Et cum clamaſſet ſpiritus,multumq́ diſcerpſiſſet eum,
exiuit:& factus eſt tanquã mortuus,adeo vt multi dicerent,
mortuus eſt.At Ieſuah,cum apprehendiſſet manum illius, ere
xit eum & ille ſurrexit.Et cum eſſet ingreſſus domum,diſcipu=
li illius interrogabant eum ſeorſum:Cur nos non quiuimus
eiicere illum?Et dixit illis:Hoc genus nulla re poteſt exire niſi
E oratione & ieiunio.Et illinc digreſsi iter fecerunt per Galil,nec
volebat vt quiſquam ſciret:docebat enim diſcipulos ſuos &
dicebat illis:Filius hominis traditur in manꝰ hominum,& oc=
cident eum:& occiſus tertio die reſurget. At illi ignorabant Matt.17.d. Lucæ.9.c.
quod dixerat,& timebant eum interrogare.Et venit Caper=
naum,& quum veniſſet in domum,interrogauit illos. Quid
in itinere inter vos diſputabatis?At illi ſiluerunt.Nam inter ſe
diſputauerant inter viam quis eſſet maior.Et cum cõſediſſet:
accerſiuit duodecim,& dicit illis:Si quis vult primus eſſe,is e=
rit omnium poſtremus,& omnium miniſter. Et quum acce= Matt.18.e.
piſſet puerum,ſtatuit in medio illorum:& cum accepiſſet illũ Lucæ.9.f.
in vlnas ſuas,dixit illis:Quiſquis vnum ex talibus pueris rece=
F perit nomine meo,me recipit:& quicunque me recipit,nõ me
recipit,ſed eum qui miſit me.Reſpondit autem ei Iohãnes,di=
cens:Præceptor vidimus quendam nomine tuo eiicere dæ=
monia,nec ſequitur nos:& prohibuimus illum,propterea ꝙ
non ſequitur nos.At Ieſuah ait:Ne prohibeatis illum.Nullus
enim eſt,qui ſi fecerit virtutem per nomen meum,poſsit cito 1.Co.12.g.
male loqui de me.Qui enim non eſt aduerſus nos, pro nobis
eſt.Quiſquis enim ad bibendum dederit vobis calicem aquæ
nomine meo,ꝙ ſitis Chriſti,amen dico vobis nequaquã per=
det mercedem ſuam.Et quiſquis offenderit vnum ex puſillis
qui credunt in me,melius foret illi,ſi circundaretur ſaxum mo Matth.10.d. Matth.18.a.
lare circa ceruicem eius,& abiiceretur in mare.Et ſi offenderit Lucæ.17.a.
te manus tua,amputa illam.Bonum eſt tibi mutilum,ad vitã Matth.18.b.
ingredi,potius quam duas manus habentem abire in ghehin=
G non,in ignem inextinguibilem:vbi vermis illorum non mori
tur,& ignis non extinguitur.Et ſi pes tuus offenderit te,ampu
ta illum.Bonum eſt vt ingrediaris ad vitam claudus, potius
quàm duos pedes habens mittaris in ghehinnon in ignem in=
extinguibilem,vbi vermis illorum non moritur,& ignis non
extinguitur.Et ſi oculus tuus offenderit te,erue illum.Bonum
eſt tibi vt vnoculus introeas in regnum dei potius,q̃ vt duos
oculos habens mittaris in ghehinnon ignis: vbi vermis eorũ
non moritur,& ignis non extinguitur.Nam omnis igne ſalie
tur,& omnis victima ſale ſalietur.Bonus eſt ſal:Cæterum ſi ſal Matt.5.b.
inſulſus fuerit,per quid ipſum condietis?Habete in vobiſipſis Lucæ.14.g.
ſalem,& pacem habete inter vos inuicem.

¶De diuortio & diuite quodã,de filiis Zebadiah, & Bartimæo. C A P. X.

A ET quum inde ſurrexiſſet,venit in fines Iehudah,per regio
nem quæ eſt vltra Iarden, & conueniunt rurſum turbæ Mat.19.a.
ad illum,& ſicut conſueuerat rurſum docebat eas. Et adeun=
tes Phariſæi interrogabant illum:Licet ne viro vxorem repu=

diare?tentantes illum. At ille reſpondens dixit illis: Quid vo-
Deut.24.a. bis præcepit Moſeh? At illi dixerunt: Moſeh permiſit libellum
repudij ſcribere, ac dimittere. Et reſpondens Ieſuah dixit illis:
Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud: cæ
Gene.1.d. terum ab initio creationis maſculum, & fœminam fecit illos
Gene.2.d. deus. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem,
1.Cor.6.d. Ephe.5.g. & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo caro vna. Itaque nõ iam
1.Cor.7.b. ſunt duo, ſed vna caro. Quod igitur deus copulauit, homo ne
B ſeparet. Et in domo rurſum diſcipuli illius eadẽ de re interro-
gauerunt illum. Et dicit illis: Quicunque repudiauerit vxorẽ
ſuam, & duxerit aliam, adulterium committit aduerſus illam.
Et ſi mulier repudiauerit virum ſuum, & nupſerit alteri, adul-
terium comittit. Et attulerunt ad illum puellos, vt tangeret il-
Matth.19.b. Lucæ.18.c. los: diſcipuli verò increpabant eos qui adducebant. Cum vi-
diſſet autem Ieſuah indignatus eſt, & dixit illis: Sinite puellos
venire ad me, ne prohibete illos: Talium enim eſt regnum dei.
Amen dico vobis: Quicunque non acceperit regnum dei tã-
quam puellus haudquaquam ingredietur in illud. Et cum ce-
piſſet illos in vlnas, impoſitis manibus ſuper illos, benedicebat
Matth.19.b. eis. Et cum exiret in viam, accurrit quidam, & genua quum fle
Lucæ.18.c. xiſſet illi, interrogabat eum: Præceptor bone quid faciam, vt
Exod.20.c. vitam æternam poſsideam? Ieſuah autem dixit illi: Cur me di-
C cis bonum? Nemo bonus niſi vnus ille deus. Præcepta noſti.
Ne committas adulterium, ne occidas, ne fureris, ne falſum te-
ſtimonium dicas: ne fraudes: honora patrẽ tuum, & matrem.
At ille reſpondens dixit illi: Præceptor hæc omnia ſeruaui ab
adoleſcentia mea. Ieſuah autem intuitus illum, dilexit eum, &
dixit illi. Vnum tibi deeſt: Abi, quæcunq; habes vende, & da
pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſeq̃re me,
ſublata cruce. At ille moleſtia affectus propter ſermonem, di-
ſcedebat mœrens: Habebat enim poſſeſsiones multas. Et cum
circunſpexiſſet Ieſuah, dixit diſcipulis ſuis: Quam difficulter hi
qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt? Diſcipuli vero
obſtupuerunt ſuper verbis illius. At Ieſuah rurſum reſpõdẽs,
dicit illis: Filij q̃ difficile eſt eos, qui fiduciã habẽt in pecuniis,
regnum dei ingredi? Facilius eſt camelum per foramen acus
D ingredi, q̃ diuitem in regnum dei ingredi. Illi vero ſupra mo-
dum admirati ſunt, dicentes intra ſeſe: Et quis poteſt eſſe ſalu9?
Intuitus autem Ieſuah illos, dicit: Apud homines impoſsibile,
non apud deum: Nam omnia poſsibilia ſunt apud deum. Et
cœpit Petrus dicere illi: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti
ſumus te. Reſpondens autem Ieſuah dixit: Amen dico vobis:
Matt.19.d. Nullus eſt qui reliquit domum, aut fratres, aut ſorores, aut pa
trem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut agros mea cau
ſa, & euangelij, quin recipiat centupla nunc in tempore hoc,
domus & fratres, & ſorores, & matres, & liberos, & agros cũ
perſecutionibus, ac in ſeculo vẽturo vitam æternã. Multi aũt
E primi erũt poſtremi, & poſtremi primi. Erãt aũt in via aſcen-
Matt.20.b. dentes Ieruſalaim: & præcedebat illos Ieſuah, erãtq; pauefacti,
Lucæ.18.c. & ſequentes timebant. Et aſſumptis Ieſuah rurſum duodecim
cœpit illis dicere, q̃ ſibi euẽtura eſſent: Ecce aſcendimus Ieruſa
laim? et fili9 hoĩs tradetur principib9 ſacerdotũ, & ſcribis, et cõ
cõdẽnabunt eũ ad mortẽ: & tradẽt illũ gẽtib9, & illudẽt illi, &
flagellabũt eũ, & ſpuẽt in illũ, & occident eũ, & tertia die reſur-
get. Et accedũt ad eũ Iacobus, & Iohãnes filij Zebadiah, dicẽ-
Matt.20.c. tes: Præceptor volumus vt q̃cq̃d petierimus, facias nobis. Il-
le verò dixit eis: Quid me vultis facere vobis? Illi vero dixerũt
ei: Da nobis vt vnus tibi à dextris, & alter tibi à ſiniſtris ſedea-
F mus in gloria tua. Ieſuah autem dixit illis: Neſcitis quid peta-
tis: Poteſtis bibere poculum quod ego bibo, & baptiſmate
quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Poſſumus. Ie
ſuah autem dixit illis: Poculum quidem quod ego bibo, bibe-
tis: & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimini. Cæterũ
ſedere mihi à dextris, ac ſiniſtris, non eſt meum dare, ſed iis q-
bus paratum eſt. Et cum audiſſent decem, cœperunt indigna-
ri de Iacobo & Iohanne. Ieſuah autem cum vocaſſet eos ad ſe,
dicit illis: Scitis, q̃ qui videntur imperare gentibus, dominiũ
G exercent aduerſus illas. Et qui magnates ſunt inter eas, poteſta-
tem exercent in illas: Verum non ſic erit inter vos, ſed quicũ- Lucæ.22.c.
que voluerit ex vobis fieri magnus inter vos, erit miniſter ve-
ſter. Et quicunque voluerit ex vobis eſſe primus, erit omniũ
ſeruus. Nam & filius hominis non venit vt ſibi miniſtraretur,
ſed vt miniſtraret, ac daret animam ſuam redemptionẽ pro
multis. Et veniunt Iericho: Quumq; egrederetur ab Iericho Matt.20.d.
ac diſcipuli illius, & turba copioſa, filius Timæi Bartimæus cæ Lucæ.18.g.
cus ſedebat iuxta viam mendicans: & cum audiſſet q̃ Ieſuah
Nazarenus eſſet, cœpit clamare, & dicere: Fili Dauid Ieſuah,
miſerere mei. Et increpabãt illum multi vt taceret. At ille mul
to magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei. Et ſtetit Ieſuah ac
iuſsit illum vocari: & vocant cæcũ, dicentes illi: Bono animo
eſto: ſurge, vocat te. Ille vero abiecto pallio ſuo ſurrexit, & ve-
nit ad Ieſuah. Et reſpondens dicit illi Ieſuah: Quid vis faciã ti-
bi? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam. Ieſuah autẽ di-
xit illi: Abi, fides tua ſaluum te reddidit, & protinus vidit, &
ſequebatur Ieſuah in via.

¶ De pullo aſinæ, & ficu execrata, & eiectis e templo, commenda-
tio fidei, quæſtiones captioſæ.
CAP. XI.

A ET quum appropinquant Ieruſalaim ad Betphage, et Be Matth.21.a.
thaniam iuxta montem oliuarum, emittit duos è diſci- Lucæ.19.c.
pulis ſuis, & dicit illis: Abite in vicum qui contra vos eſt, & ſta
tim ingredientes in illum, inuenietis pullum alligatum ſupra
quem nullus hominum ſedit: quum ſolueritis eum, adducite. Iohan.12.b.
Et ſi quis vobis dixerit cur faciatis hoc: dicite quod dominus
eo opus habet, & continuo illum mittet huc. Abierunt autẽ,
& inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio,
B & ſoluunt illum. Et nonnulli eorum qui illic ſtabant, dicebant
illis: Quid facitis ſoluentes pullum? At illi dixerunt eis quẽad-
modum præceperat Ieſuah, & ſinebant illos. Et adduxerunt
pullum ad Ieſuah, & iniecerunt illi veſtimenta ſua, ſeditq; ſup
illum. Multi vero veſtimenta ſua ſternebant in viam. Alij ve-
ro frondes incidebant ex arboribus, & ſternebant in viam. Et
q̃ præcedebant, quiq; ſequebantur, clamabant dicentes: Hoſi-
hahna: benedictus qui venit in nomine domini: benedictum
quod venit regnũ in noĩe dñi patris noſtri Dauid, Hoſihah- Matth.21.b.
na in altiſsimis. Et ingreſſus eſt Ieruſalaim dominus & in tem- Lucæ.19.g.
plum. Et cum circunſpexiſſet omnia, iamq; tempus eſſet veſp- Matth.21.b.
tinum, egreſſus eſt Bethaniam cum duodecim, & poſtero die
cum exiſſet Bethania, eſuriit. Cumq; vidiſſet ficum procul, ha-
bentem folia, veniebat ſi fortè inueniret aliquid in illa. Et cum
veniſſet ad illam, nihil inuenit niſi folia. Non enim erat temp9
ficorum. Et reſpondens Ieſuah dixit ficui: Ne poſt hac ex te in
C æternum quiſquam fructum edat. Et audiebant diſcipuli illi9,
veniuntq; Ieruſalaim. Et ingreſſus Ieſuah in templum, cœpit
eiicere eos, qui vendebant, & emebant in templo: & mẽſas ar-
gentariorum, & ſellas vendentium columbas ſubuertit: & nõ
permiſit vt quiſquam deportaret vas per templum, & doce-
bat dicens illis: Nónne ſcriptum eſt: Domus mea domus ora
tionis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis eam
ſpeluncam latronum. Et audierunt ſcribæ principeſq; ſacer-
dotum: & quærebant quomodo illum perderent. Timebãt Iſaiæ.56.c.
enim eum, quod tota turba admirabatur doctrinam illius. Ierem.7.b.
Et cum veſpera iam eſſet, egreſſus eſt Ieſuah è ciuitate: & mane Matt.21.c.
prætereuntes, viderunt ficum exaruiſſe radicitus: & recorda-
tus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa quam execratus es,
exaruit: Et reſpondẽs Ieſuah, dicit illis: Habetote fidem dei. A-
men dico vobis, quòd quicunq; dixerit monti huic: Tollaris,
ac mittaris in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed credi-
derit fore quæ dixerit, erit illi quicquid dixerit. Propterea di-
co vobis, quæcunque orantes petitis, credite quod accipitis,
& erunt vobis. Et quum ſteteritis orantes, remittite ſi habetis Mat.7.a.22.c
aduerſus aliquem: vt & pater veſter, qui in cœlis eſt remittat Lucæ.11.b.
D vobis delicta veſtra. Et veniunt rurſum Ieruſalaim, & cũ am- Matth.6.a. Matth.28.a.
bularet in templo, veniunt ad illum principes ſacerdotum, Mat.21.c. Luc.20.a.
& ſcribæ,

& ſcribæ, & ſeniores, & dicunt illi: Qua poteſtate hæc facis, &
quis tibi dedit poteſtatem iſtã vt iſta facias. Ieſuah autẽ reſpõ-
dens, dixit illis: Interrogabo vos, & ipſe vnum verbũ, & reſpõ
dete mihi, & dicã vobis qua poteſtate hæc faciam: Baptiſmus
Iohannis, vtrũ è cœlo erat an ex hominibus? Reſpondete mi-
hi. Et cogitabant apud ſe, dicentes: Si dixerimus è cœlo, dicet:
Cur igitur nõ credidiſtis illi? At ſi dixerimus, ex hominibus, ti-
memus populũ. Omnes eñ habebant Iohannem, quòd vere
Propheta fuiſſet. Et reſpondentes, dicũt Ieſuah: Neſcimus. Et
Ieſuah reſpõdens dicit illis: Nec ego dico vobis, qua poteſtate
hæc facio.

¶ De uinea elocata, an cenſus dandus, confutati Sadducęi, Scribæ que-
ſtio de mandato primo, Chriſtus quomodo filius Dauid, ca-
uendum ab hypocritis, de uidua paupercula.
CAP. XII.

A
Matth.21.d. ET cœpit illis per parabolas loqui: Vineam plantauit ho
Luc.20.b. mo, & circundedit ſepem, & fodit lacũ, & ædificauit tur
Iſaiæ.5.a. Ierem.2.d. rim, & locauit eã agricolis: & peregre profectus eſt, & miſit ad
agricolas cũ opportunũ eſſet ſeruũ, vt ab agricolis acciperet
de fructu vineæ. At illi quũ arripuiſſent illum, cæciderunt, ac
remiſerunt vacuũ. Et rurſum miſit ad illos alium ſeruum: & il
lum lapidibus quũ obruiſſent, læſerunt in capite, & remiſerũt
contumeliis affectũ. Et rurſum aliũ miſit, & illum occiderunt
multoſq; alios, hos quidẽ cædentes, alios verò occidẽtes. Itaq;,
cũ vnum adhuc haberet filium ſuum dilectũ, miſit etiã illũ ad il
los poſtremum, dicens: Reuerebũtur filium meũ. Illi verò agri
colæ dicebant inter ſeſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum,
& noſtra erit hæreditas. Et quũ arripuiſſent illũ, occiderunt, et
Pſalmo.117. eiecerunt è vinea. Quid igitur faciet dominus vineæ? Veniet,
Iſaię.28.d. & perdet agricolas, & dabit vineam aliis. An ne hanc quidem
Actuũ.4.b. Roma.9.g. ſcripturam legiſtis? Lapis quẽ reprobauerunt ii qui ædifica-
2.Petri.2.a. bant, hic factus eſt cuput anguli: à domino factũ eſt hoc, & eſt
B admirabile in oculis noſtris. Et querebant eũ comprehendere,
& metuebant turbam: Sciebant eñ quod aduerſus ipſos pa-
rabolam dixiſſet. Et relicto illo, abierũt, ac mittũt ad illũ quoſ-
Matth.22.b. dam è Phariſæis, & Herodianis, vt eũ caperẽt ſermone. Illi ve-
Lucæ.20.d. rò cũ veniſſent dicunt ei: Præceptor, ſcimus quod verax es, &
non curæ tibi ſit de aliquo: Non eñ reſpicis ad perſonã homi
num, ſed cũ veritate viã dei doces. Licet cẽſum Cęſari dare, an
non? Demus, an nõ demus? Ille verò ſciens illorũ ſimulationẽ,
dixit illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denariũ, vt videã. Illi
verò attulerũt. Et dicit eis: Cui9 eſt imago, & inſcriptio? Illi ve-
Roma.13.c. Matt.21.c. rò dixerunt ei: Cęſaris. Et reſpondens Ieſuah dixit illis: Reddite
Lucæ.20.d. quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ Dei ſunt, Deo. Et admiranti
Deute.25.b. ſunt de eo. Et veniunt Sadducæi ad illum, qui dicunt nõ eſſe re
ſurrectionem: interrogauerunt eũ, dicẽtes: Præceptor Moſéh
ſcripſit nobis, ſi cuius frater moriatur, ac relinquat vxorẽ, & li
beros nõ relinquat, vt accipiat frater eius vxorẽ illius, & ſuſci-
tet ſemẽ fratri ſuo: Septẽ fratres fuerũt, ac primus accepit vxo-
rem, iſq; moriẽs non reliquit ſemẽ: & ſecundus accepit illã, ac
mortuus eſt: & nec ipſe relquit ſemẽ, & tertius ſimiliter, et acce
perunt eã ſeptem, nec reliquerũt ſemẽ. Poſtrema verò omniũ
mortua eſt & vxor. In reſurrectione igitur, cum reſurrexerint,
cuius illorũ erit vxor? Nam ſeptẽ habuerunt eã vxorem. Et re
ſpõdens Ieſuah, dixit eis: An non propterea erratis, quòd ne-
ſciatis ſcripturas, neq; potentiã dei: Cum eñ à mortuis reſur-
rexerint, neq; contrahũt matrimoniũ, neq; nuptum dãtur, ſed
C ſunt velut angeli qui in cœlis ſunt. Cæterũ de mortuis quod
Exodi.2.b. reſuſcitantur, nõ legiſtis in libro Moſeh quomodo in rubo lo-
cutus ſit illi deus, dicẽs: Ego ille deus Abraham, et deus Iſchac.
& deus Iahacob. Nõ eſt deus mortuorum, ſed deus viuentiũ.
Vos igitur multũ erratis. Et cũ acceſsiſſet quidã è ſcribis, & au
diſſet eos ſimul diſputantes, videretq; quòd bene reſpondiſſet
eis, interrogauit illum: Quod eſt primum omnium præcepto
Matt.22.d. rum? Ieſuah autem reſpondit illi: Primum omniũ præcepto-
Luc.10.e. rum eſt: Audi Iſrael. Dominus deus noſter, dominus vnus eſt.
Deute.6.a. Et diliges dominum deum tuũ toto corde tuo, & tota anima
tua, & tota mente tua, totis viribus tuis. Hoc eſt primũ præ-
ceptum. Et ſecundum ſimile hoc eſt: Diliges proximum tuum
vt teipſum. Maius his aliud præceptũ non eſt. Et dixit illi ſcri- Leui.19.d. Matth.22.d.
ba: Bene præceptor cum veritate dixiſti, quòd vnus ſit deus, Roma.13.c.
& non ſit alius præter illum: quodq; diligere eum toto corde, Galat.5.c. Iacobi.2.b.
& tota intelligentia, & tota anima, & totis viribus, ac diligere
proximum vt ſeipſum, plus ſit quàm vniuerſa holocautoma-
ta & victimæ. At Ieſuah cum videret quòd ſapienter reſpon-
diſſet, dixit illi: Haud longe abes à regno dei. Et nemo poſt illa
audebat illum interrogare. Et reſpondens Ieſuah dicebat, do-
cens in templo: Quomodo dicunt ſcribæ, Chriſtum eſſe filiũ Matt.22.d.
Dauid? Nam ipſe Dauid dixit per ſpiritum ſanctum: Dixit dñs Lucæ.20.g. Pſalmo.109.
domino meo, ſede à dextris meis. Donec poſuero inimicos tu
os ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Dauid vocat eum do
minum, & vnde filius eius eſt? Et pleraque turba audiebat illũ
libẽter, & dicebat illis in doctrina ſua: Cauete à ſcribis, qui vo- Matth.23.a.
lunt in ſtolis obambulare, & ſalutationes in foris, primaſq; ſel- Lucæ.11.f. & 20.g.
las in congregationibus, & primos accubitus in cœnis, qui de
uorant domos viduarum, & prætextu longas faciunt oratio-
nes: iſti accipient abundantius iudicium. Et cũ ſederet Ieſuah
ex aduerſo gazophylacij, ſpectabat quomodo turba mitteret
æs in gazophylacium. Et multi diuites mittebãt multa. Et pro
fecta vna vidua pauper, miſit minuta duo, quod eſt quadrãs.
Vocatiſq; ad ſe diſcipulis ſuis, dicit illis: Amen dico vobis,
quòd vidua hæc pauper plus miſit, quàm omnes qui miſerũt
in gazophylacium. Nam omnes ex eo quod ipſis ſupererat,
miſerunt. At hæc è penuria ſua omnia quæcunque habebat,
miſit totam ſubſtantiam ſuam.

¶ De euerſione templi, uerbiſq;, & eccleſiæ quoque
euenturis malis, deque ſignis aduentus ſui.
CAP. XIII.

A ET cum exiret è templo, dicit illi quidam è diſcipulis illi9: Matt.24.a.
Præceptor, vide quales lapides, & quales ſtructurę. Et Ie Luc.19.g. & 21.b.
ſuah reſpondens, ait illi: Vides has magnas ſtructuras? Non re
linquetur lapis ſuper lapidẽ, qui non diruatur. Et cum ſederet
in monte oliuarum è regione templi, interrogabãt illum ſeor-
ſim Petrus, & Iacobus, & Iohannes, & Andreas: Dic nobis
quando hæc erunt, & quod ſignum eſt, quando hæc omnia
ſint conſummanda. At Ieſuah reſpõdens illis, cœpit dicere: Vi
dete, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo,
dicentes: Ego ſum: multoſq; decipient. Cum autem audieritis
bella, & rumores bellorum, ne turbemini. Oportet enim fieri
at nondũ finis. Inſurget enim gens aduerſus gentem, & regnũ
aduerſus regum. Et Erunt terręmotus per loca, & erũt fames.
ac turbationes. Initia dolorum hæc. Sed cauete vos vobis i-
B pſis. Tradent enim vos in cõcilia, & in ſynagogis cædemini, &
ſub pręſidibus ac regibus ſtatuemini propter me in teſtimo-
nium illis. Et apud omnes gentes oportet prius prædicari euã Matth.10.c.
gelium. Cum autem duxerint vos tradentes, ne præcogitetis
quid dicturi ſitis, neq; meditemini: ſed quicquid datum fuerit
vobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim eſtis vos qui lo-
quimini, ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater fratrẽ in mor
tem, & pater filium, & inſurgent filij aduerſus parentes, ac mor
te afficiẽt eos. Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomẽ
meum. Sed qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.
Porrò cum videritis abominationem deſolationis, de qua di- Matth.24.b.
ctum eſt à Daniele Propheta, ſtantem vbi non oportet: qui Lucæ.21.d. Daniel.9.g.
legit intelligat. Tunc qui fuerint in Iehudah, fugiant ad mon-
tes. Qui verò fuerit in tecto, ne deſcendat in domum: nec in-
grediatur, vt quicquam tollat è domo ſua. Et qui fuerit in a-
gro, ne reuertatur ad ea quæ reliquit à tergo, ad tollendum
pallium ſuum. Væ autem in vtero habentibus, & lactanti-
C bus in illis diebus. Sed orate, ne fiat fuga veſtra hyeme. Erunt
enim dies illi talis afflictio, qualis non fuit à primordio crea-
turæ, quam condidit deus, vſq; ad hoc tempus, nec futura
eſt. Et niſi dominus abbreuiaſſet dies, haud quaquam ſalua
fuiſſet vniuerſa caro. Sed propter electos, quos elegit, abbre
uiauit dies. At tum ſi quis vobis dixerit: Ecce hic Chriſtus, ec-

ce illic,ne credatis.Exorientur pſeudochriſti, & pſeudoprophe
tæ,& edent ſigna,ac prodigia,ad decipiendum,ſi fieri poſsit,
etiam electos.Vos autem cauete, ecce prædixi vobis omnia.
Cæterum in illis diebus poſt afflictionem illā ſol obtenebrabi
tur,& luna non dabit ſplendorem ſuū:& ſtellæ cœli decident
& virtutes quæ in cælis ſunt,concutientur.Et tunc videbunt
filium hominis venientem in nubibus,cum poteſtate multa et
gloria,& tunc mittet angelos ſuos,& aggregabit electos ſuos
à quatuor ventis,è ſummo terræ vſque ad ſummum cœli.A
D ficu verò diſcite ſimilitudinem,cum ramus eius iam tener fue
rit,produxeritque folia,ſcitis quòd prope ſit æſtas.Sic & vos
cū hæc videritis fieri,ſcitote quòd prope ſit in foribus.Amen
dico vobis quòd nō præteribit generatio hæc,donec omnia
hæc facta fuerint.Cœlum & terra præteribunt,ſed verba mea
non præteribunt.Cæterum de die illo ac tempore nemo no
uit,ne angeli quidem qui in cœlo ſunt,nec ipſe filius, ſed ſolus
pater.Cauete,vigilate,& orate,neſcitis enim quando tempus
Matt.24.d. ſit.Sicut homo qui peregre agit relicta domo ſua,deditq; ſer-
uis ſuis ſubſtantiam ſuā,ac ſuū cuiq; opus, & ianitori manda-
uit,vt vigilaret.Vigilate igitur,neſcitis enim quando domin⁹
domus venturus ſit,ſero,an medio noctis,an in gallicinio, an
diluculo:ne ſi venerit repente offendat vos dormientes.Cæte
rum quæ dico vobis,omnibus dico,vigilate.

¶ De muliere ungente Chriſtum, de peſach & ſupplicio Chriſti, item de Petri lapſu. C A P. X I I I I.

A
Matth.26.a. Lucæ.22.a. ERant autē peſach,& infermentata poſt biduum.Et quæ
rebant ſummi ſacerdotes,& ſcribæ quomodo eum per
dolum comprehenſum occiderent.Dicebant autem: Non in
die feſto,ne tumultus fiat populi.Et cum eſſet Bethaniæ in do
mo Simonis leproſi,accumbente eo , venit mulier habens a-
Mat.26.a. labaſtrum vnguenti nardi piſticæ precioſæ, & contracto ala-
Johan.12.a. baſtro,effudit illi in caput. Erant quidam qui indignarentur
apud ſeſe,ac dicerent:Ad quid perditio hæc vnguēti facta eſt?
Nam poterat hoc vendi pluris quàm trecentis denariis ac da
ri pauperibus.Et infremuerunt aduerſum illam.At Ieſuah di-
xit:Sinite illam:cur illi moleſtias exhibetis?Bonum opus ope-
rata eſt erga me.Semper enim pauperes habebitis vobiſcum:
& quandocunq; volueritis, poteſtis illis benefacere, me verò
non ſemper habetis.Quod habuit,hæc fecit:preuenit vt vnge
ret meum corpus ad ſepulturam.Amen dico vobis: vbicūq;
Matth.26.b. Lucæ.22.a præ dicatum fuerit euangelium hoc in totum mundum,etiam
hoc quod fecit hæc,dicetur in memoriam iſtius.Et Iehudah Iſ
B cariotes,vnus de duodecim, abiit ad ſummos ſacerdotes, vt
proderet eum illis.Qui quum audiſſent gauiſi ſunt,& pollici-
ti ſunt ei pecuniā ſe daturos.Et quærebat quomodo oppor-
Matth.26.a. tune illum traderet.At primo die infermentatorum,cum pe-
Lucæ.22.a. ſach immolarent,dicunt illi diſcipuli ſui:Vbi vis profecti pare
mus,vt edas peſach?Et emittit duos è diſcipulis ſuis, & dicit il
lis:Ite in ciuitatem,& occurret vobis homo hydriam teſtaceā
aquæ baiulans,ſequimini illum : & quocunq; ingreſſus fuerit,
dicite patrifamilias:Magiſter dicit:Vbi eſt diuerſorium , vbi
peſach cum diſcipulis meis edam?Et ille vobis oſtendet tricli-
nium magnum ſtratum,paratum,illic parate nobis. Et exie-
Matt.26.b. runt diſcipuli eius,et venerunt in ciuitatem,& repererunt quē
Luc.22.b Iohan.13.c. admodum dixerat illis,paraueruntq; peſach. Et cum veſpera
C iam eſſet,venit cū duodecim.Et cum accumberent, ederētq;,
dixit Ieſuah:Amen dico vobis:vnus ex vobis prodet me, qui
edit mecum.At illi cœperunt eſſe mœſti ac dicere illi ſingula-
tim:Num ego?Et alius,num ego?Ille verò reſpondens,dixit
illis: Vnus è duodecim qui intingit mecū in catinum . Filius
quidem hominis vadit,ſicut ſcriptum eſt de illo: ſed væ homi
ni illi,per quem filius hominis proditur. Bonum erat illi , ſi na
tus non fuiſſet homo ille.Et edentibus illis, ſumpto Ieſuah pa-
Pſalmo.40 ne,cum gratias egiſſet,fregit & dedit illis,ac dixit:Sumite,co-
1.Cor.11.c. medite,hoc eſt corpus meū.Et accepto poculo, cum gratias
egiſſet,dedit illis:& biberunt ex eo omnes:& dixit illis: Hic eſt
ſanguis meus noui teſtamēti,qui pro multis effunditur. Amē
dico vobis,poſt hac non bibam de fructu vitis,vſq; ad diem
illum,cum illud bibero nouum in regno dei. Et cum hymnū
dixiſſent,exierunt in mōtem oliuarum.Et dicit illis Ieſuah: O-
mnes offendiculum patiemini propter me in nocte hac, quia
ſcriptum eſt:Percutiam paſtorem,& diſpergentur oues.Sed Zach.13.c.
poſteaquam reſurrexero,præcedam vos in Galil. Petrus autē Iohā.16.g.
dixit illi:Etiam ſi omnes offendiculum paſsi fuerint,at non e-
go.Et dicit illi Ieſuah.Amē dico tibi,quòd hodie in nocte hac
priuſquam bis gallus cecinerit,ter abnegabis me.At ille vehe-
mentius dicebat:Imo ſi me oportuerit commori tibi, non te
abnegabo.Similiter autem & omnes dicebant.Et veniunt in Matt.26.d.
D locum cuius nomen Gethſemani:& dicit diſcipulis ſuis:Sede Lucæ.22.d.
te hic,donec digreſſus orauero.Et aſſumit, Petrum et Iacobū,
& Iohannem ſecum,cœpitq; expaueſcere,& angi.Et dicit illis:
Dolore afficitur anima mea vſq; ad mortem:manete hic,et vi
gilate.Et progreſſus paululum, proſtratus eſt in terram,et o-
rauit: vt,ſi poſsibile eſſet,tranſiret à ſe hora, & dicebat : Ab-
ba pater omnia poſsibilia ſunt tibi,aufer poculum à me hoc,
Veruntamen non quid ego velim,ſed quid tu,& venit, & re-
perit eos dormientes:dicitq; Petro:Simon dormis?Non po-
tuiſti vna hora vigilare?Vigilate & orate,ne intretis in tenta-
tionem.Spiritus quidem promptus,at caro infirma. Et rur-
ſum digreſſus orabat, & eundem dixit ſermonem.Et reuerſus
offendit illos rurſum dormientes.Erant enim oculi eorū gra-
uati,neq; ſciebant quid illi reſpōderent.Et venit tertio, dicitq;
illis:Dormite poſt hac,& requieſcite.Sufficit.Venit hora,ecce
traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite,eam⁹,
ecce qui prodit me,appropinquauit.Et continuo adhuc eo
E loquente,accedit Iehudah,qui erat vnus è duodecim, & cum
illo turba multa cum gladiis, & fuſtibus à ſummis ſacerdoti-
bus,& ſcribis,& ſenioribus.Dederat autem is qui prodebat Matth.26.e.
eum,commune ſignum illis,dicens:Quemcunq; oſculatus fue Luc.22.c. Iohā.18.a
ro,is eſt,apprehendite illum,& abducite cautè.Et cum veniſ-
ſet,protinus accedit ad illū,dicitq; ei:Rabbi,rabbi:ac deoſcu-
latus eſt eum.Illi verò iniecerunt in illū manus ſuas,& compre
henderunt eum. Vnus autem quiſpiam aſtantium educto gla
dio percuſsit ſeruum ſummi pontificis,& amputauit eius au-
riculā.Et reſpondens Ieſuah dixit illis:Tanquam ad latronem
exiſtis cum gladiis, ac fuſtib⁹ ad comprehēdendum me:Quo-
tidie eram apud vos in templo docens,& non comprehendi
ſtis me:ſed vt impleantur ſcripturæ.Et relicto illo omnes fuge
runt.Et vnus quiſpiam adoleſcentulus ſequebatur illum, cir-
cumamictus ſindone ſuper nudum,& comprehendunt illum Tren.4.d.
adoleſcentuli .Ille verò relicta ſindone, nudus effugit ab illis.
F Et abduxerunt Ieſuah ad ſummum ſacerdotem: & conueniūt
cum illo omnes ſummi ſacerdotes,& ſeniores,& ſcribæ.Et Pe Matt.26.f.
trus emin⁹ ſequebatur illum,donec intraſſet in atrium ſummi Lucæ.22.f Iohan.18.c.
ſacerdotis:& erat ſedens cum miniſtris,& calefiebat, ad lumē.
Summi verò ſacerdotes, & totum conſilium quærebant ad-
uerſus Ieſuah teſtimonium,vt morti traderēt eū,nec inuenie-
bant.Nā multi falſum teſtimoniū dixerāt aduerſus illum, & Iohā.2.d.
ęqualia teſtimonia nō erant.Et quidā aſſurgebāt,& falſum te-
ſtimoniū ferebāt aduerſus illū,dicētes:Nos audiuimus eū dicē
tem:Ego diruā templū hoc,quod eſt manib⁹ factū, & tribus
diebus aliud ſine manibus factum extruam.Et ne ſic quidē æ-
qualia erāt teſtimonia illorū.Et ſurgēs ſumm⁹ ſacerdos in me-
diū,interrogabat Ieſuah,dicēs:Non reſpōdes quicq̄?Quid iſti
aduerſum te dicunt teſtimonia?At ille tacebat,neq; quicq̄ re-
ſpondebat.Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eū, & di-
G cit illi:Tu es ille Chriſtus filius benedicti?Ieſuah aūt dixit: Ego
ſum:videbitis filiū hominis ſedentē à dextris potētiæ,& veniē
tem in nubibus cœli.Summus aūt ſacerdos dilaceratis veſtib⁹
ſuis,dicit:Quid præterea opus habem⁹ teſtibus?Audiſtis blaſ
phemiam.Quid vobis videtur?Illi verò omnes condemna-
uerunt eum eſſe reum mortis.Et cœperunt quidam conſpue
re in eum , & obuelare faciem illius , & colaphis eum cæ-
dere , & dicere illi ; Vaticinare . Ac miniſtri alapas illi im-
pingebant.

pingebant. Et cum eſſet Petrus in atrio inferius,venit vna ex
Mat.26.g. Lucæ.22.f. Iohā.18.c. ancillulis ſummi ſacerdotis:cumq; vidiſſet Petrum calefacien
tem ſe,intuita illū dicit:Et tu cum Nazareno Ieſuah fuiſti? At
ille negauit,dicens:Non noui:Neq; ſcio quid dicas. Et exiuit
foras in veſtibulum,& gallus cecinit.Et ancillula cum vidiſſet
Matt.26.g. eum,rurſum cœpit dicere his qui aſtabant:Hic ex illis eſt.At il
Luc.22.f.g. Iohan.18.e. le rurſum negabat. Ac paulo poſt iterum qui aſtabant,dice-
bant Petro:Verè ex illis es:Nam et Galilæus es,& loquela tua
conuenit.At ille cœpit execrari ac deierare: Non noui homi-
nem iſtum de quo dicitis.Et iterū gallus cecinit.Recordatusq;
eſt Petrus verbi quod dixerat illi Ieſuah:Prius quàm gallus ce
cinerit bis,abnegabis me ter:cœpitq; flere.

¶ Chriſti ante Pilatum condemnatio,mors & ſepultura. C A P. X V.

A ET confeſtim diluculo concilio inito,ſummi ſacerdotes
Matth.27.a. cum ſenioribus,& ſcribis:ac toto conuentu vinctum Ie
Lucæ.27.g. Matt.27.b. ſuah abduxerunt,tradideruntq; Pilato . Et interrogauit eum
Luc.23.a. Pilatus:Tu es ille rex Iehudæorum?At ille reſpōdens,dixit illi:
Iohan.18.f. Tu dicis.Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes de multis. Pi-
latus autem rurſus interrogauit illum,dicens:Non reſpondes
quicquàm?Ecce quàm multa aduerſus te teſtantur.Ieſuah au-
tem deinde nihil reſpondit,adeo vt admiraretur Pilatus.Cæ-
terum in feſto dimittebat illis vnum vinctum,quemcunq; po
ſtulaſſent.Erat autem qui dicebatur Barabbas,qui cum ſedi-
tioſis fuerat vinctus, qui per ſeditionem cædem patrauerant.
Et cum clamaſſet turba,cœpit flagitare,quemadmodum ſem
per fecerat ipſis.Pilatus autem reſpondit eis,dicens: Vultis di
mittā vobis regem Iehudeorū? ſciebat em̄ quòd propter in-
uidiā tradidiſſent illum ſummi ſacerdotes.Summi verò ſacer
B dotes concitauerunt turbam vt potius Barabbam dimitte-
Matt.27.c. ret ipſis.Pilatus autem reſpondens rurſum, ait illis: Quid igi-
Lucæ.23.b. Iohan.18.g. tur vultis faciam ei,quem dicitis regem Iehudæorum? At illi
&.19.c. rurſum clamauerunt:Crucifige iſtum.Pilatus autem dicebat
illis:Quid em̄ mali fecit?At illi vehementius clamauerūt:Cru-
cifige eum.Pilatus verò volens turbæ facere ſatis,dimiſit illis
Barabbam, & tradidit Ieſuah flagellatum, vt crucifigeretur.
Matth.27.c. Iohan.19.af Milites autem abduxerunt eum intro in atrium,quod eſt prę
torium,et conuocant totam cohortem:& induunt illum pur
pura,& circumponunt ei contextam ſpinis coronam, & cœ-
perunt ſalutare illum:Aue rex Iehudæorum. Et verberabant
illius caput arundine, & ſpuebant in illum, & poſitis genibus
adorabant illum.Et cum illuſiſſent ei,exuerunt eum purpura,
& induerunt illum veſtibus propriis:& educunt eum,vt cru-
Matt.27.d. cifigerēt eum.Et coegerunt prætereuntem quendam Simo-
Lucæ.23.d. Iohan.19.d. nem Cyrenenſem,qui veniebat ex agro,patrem Alexandri et
Rufi,vt tolleret crucem eius.Et ducunt eum in Gulgoleth lo-
cum,quod eſt interpretatum,Caluarię locus.Et dabant illi bi
bere myrrhatum vinum : ſed ille non ſumpſit.Cumq; crucifi-
xiſſent eum,partiti ſunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſu-
Matth.27.d. per illa,quis quid tolleret.Erat autem hora tertia,& crucifixe-
Lucæ.23.d. Iohā.19.d. rūt eū.Et erat inſcriptio cauſæ illius inſcripta:Rex Iehudęorū.
Iſaiæ.53.d. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnū à dextris, & alterū
C
Iohā.2.d. à ſiniſtris eius.Et impleta eſt ſcriptura quæ dixit:Et cū iniquis
deputatus eſt.Et qui præteribāt,conuiciabantur illi mouētes
capita ſua,ac dicentes:Væ qui demoliris templū, & in tribus
diebus extruis:Serua teipſum & deſcende de cruce. Similiter,
& ſummi ſacerdotes illudentes inter ſeſe cum ſcribis dicebant:
Alios ſeruauit,ſeipſum ſeruare non poteſt.Chriſtus ille rex Iſ-
rael deſcendat nūc de cruce,vt videamus,& credamus.Et qui
crucifixi fuerant cum illo,probra iaciebāt in eum. Cum verò
facta eſſet hora ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſuper totam terram
vſq; ad horā nonam.Et hora nona clamauit Ieſuah voce ma-
gna,dicens:Eli eli Lammah hazabtani,quod eſt interpretatū:
D Deus meus,deus meus,cur me deſeruiſti?Et quidam aſtantiū
Pſalm.21. cum audiſſent,dicebant:Ecce Eliiam vocat. Accurrit autem
quidam,& impleta ſpongia aceto,impoſitaq; harundini,por
rexit illi potum,dicēs:Sinite,videamus an venturus ſit Eliiah,
ad deponendum eum.Ieſuah autem emiſſa voce magna, expi
rauit.Et velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſ
que ad imum.Cū vidiſſet autem Centurio, qui aſtabat ex ad
uerſo illi,quod ſic emiſſo clamore expiraſſet,dixit:Verè homo
hic filius erat dei.Erant autem & mulieres è longinquo ſpectā
tes,inter quas erat Miriam Magdalene,& Miriam Iacobi par
ui,& Ioſe mater,& Salome:quæ etiam cum eſſet in Galil ſecu-
tæ fuerant illum,& miniſtrauerant ei,aliæq; complures quæ ſi
mul aſcenderant cū eo Ieruſalaim.Et cū iam eſſet veſpera,quo
niam erat paraſceue quæ præcedit ſabbatum,venit Ioſeph ex
Arimathæa,honeſtus ſenator:qui & ipſe erat expectās regnū Marc.27.g.
dei:& ſumpta audacia,ingreſſus eſt ad Pilatum, & petiit cor- Luc.23.g.
pus Ieſuah.Pilatus autem admiratus eſt ſi iam mortuus eſſet: Iohan.19.g.
& accerſito ad ſe Centurione, interrogauit illum, an iam du-
dum mortuus fuiſſet .Et quum cognouiſſet ex Centurione,
donauit corpus ipſi Ioſeph.Et is mercatus ſindonem: depoſi
tum eum inuoluit ſindoni, depoſuitq; in monumento, quod
erat exciſum è petra.Et aduoluit lapidem ad oſtium monumē
ti.At Miriā Magdalene & Miriā Ioſe ſpectabant vbi poneretū.

¶ De Chriſti reſurrectione,& coram multis apparitione,commiſsio euangelicæ prędicationis. C A P. X V I.

A ET cum præteriſſet ſabbatum,Miriā Magdalene, & Mi-
riam Iacobi,& Salome,emerunt aromata,vt profectæ
vngerent eum.Et ſummo diluculo diei primi ſabbatorum ve Luc.24.a.
niunt ad monumentū,exorto ſole,dicebantq; inter ſeſe : Quis Iohan.20.a.
reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et cum reſpe-
xiſſent,vident lapidem eſſe reuolutum:Nam erat magnus val
de.Et ingreſſæ in monumentum viderunt adoleſcentulum ſe
dentem à dextris,amictum ſtola candida,& expauerunt.At il
B le dicit eis:Ne expaueſcatis,Ieſuah quæritis Nazarenum, qui Matth.28.a.
fuit crucifixus:Surrexit,non eſt illic:Ecce locus vbi poſuerant Iohan.20.c.
illū.Sed abite,dicite diſcipulis eius,& Petro,quòd ille præce-
dit vos in Galil:Illic eum videbitis,ſicut dixit vobis. Et abeū-
tes cito fugerunt à monumento.Habebat enim illas tremor, Matth.26.c.
& ſtupor,neq; cuiquam quicquàm dicebant. Timebāt enim, Supra.14.c.
Cum ſurrexiſſet autem Ieſuah mane primo die ſabbati, appa-
C ruit primum Miriam Magdalene: de qua eiecerat ſeptem dæ
monia.Illa profecta renunciauit iis,qui cum illo fuerant lugen
tibus ac flentibus. Et illi cum audiſſent quòd viueret, ac viſus
eſſet ab illa,non crediderunt.Poſt hæc autem duobus ex ipſis
ambulantibus apparuit in alia forma,euntibus rus. Et illi ab- Luc.24.b.
ierunt,ac renunciarunt reliquis:nec his illi crediderunt.Poſtea
diſcumbentibus illis vndecim apparuit,& exprobrauit illis in
credulitatem ſuam,& cordis duriciem,quòd his qui ipſum vi
diſſent reſurrexiſſe,non credidiſſent.Et dicebat eis:Ite in mun
D dum vniuerſum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Lucæ.24.f. Iohan.20.e.
Qui crediderit,& baptizatus fuerit, ſaluus erit:qui verò non Matth.28.d.
crediderit,condemnabitur.Porrò ſigna eos qui crediderint,
hæc ſubſequentur .Per nomen meū dæmonia eiicient:linguis
loquentur nouis:ſerpentes tollent:& ſi quid lętale biberint,nō
nocebit eis.Super ægrotos manus imponent, & bene habe-
bunt.Itaq; dominus quidem poſtquam locutus fuiſſet eis,re- Lucæ.24.g.
ceptus eſt in cœlum,& cōſedit à dextris dei.Illi verò
egreſsi,prædicauerunt vbique,domino coope-
rante,& ſermonem confirmante per ſigna
ſubſequentia.

E V A N G E L I I S E C V N-
D V M M A R C V M,
F I N I S.

# *VITA SANCTI*
## *Lucæ per diuũ Hieronymum.*

*LVCAS MEdicus Antiochenſis, ut eius ſcripta indicant, Græci ſermonis nõ ignarus fuit, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: ſcripſit Euãgeliũ, de quo idẽ Paulus: Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes: Salutat uos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheũ: Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoque edidit uolumen egregium, quod titulo* πράξεις ἀποσόλων *prænotatur, cuius hiſtoria uſque ad biennium Romæ cõmorantis Pauli peruenit, id eſt, uſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadẽ urbe librũ eſſe compoſitũ. Igitur* περιόδους *Pauli & Theclæ, & totã baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas cõputamus. Quale enim eſt, ut indiuiduus comes apoſtoli, inter cæteras eius res hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quẽdã in Aſia* σπουδαςὴν *apoſtoli Pauli, conuictum apud Iohãnem, quod author eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe: & ob id excidiſſe quidam ſuſpicantur, quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit, iuxta euangelium meum, de Lucæ ſignificare uolumine. Et Lucam non ſolum ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium, qui cũ domino in carne non fuerat: ſed à cæteris apoſtolis, quod ipſe quoque in principio ſui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euangelium, ſicut audierat, ſcripſit. Acta uerò apoſtolorũ, ſicut uiderat compoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus eſt Conſtantinopoli. ad quam urbem uiceſimo Conſtantij anno: oſſa eius cum reliquiis Andreæ apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.*

# ELENCHVS
## capitum Euangelij ſecundum Lucam.

1 De parentibus Iohannis baptiſtæ, eiusq; natiuitate.
Salutatur Miriam ab angelo.
Viſitatur Eliſebeth à Miriam.
2 De cenſu.
De partu Miriam.
De paſtoribus.
De Simhon.
De Channah prophetiſſa.
Ieſuah inuentus eſt in medio doctorum.
3 Ioan. prædicat baptiſmum pœnitentiæ.
De his qui Iohan. interrogabant.
De Herode & Iohanne.
De baptiſmo Chriſti.
Genealogia Chriſti.
4 De ieiunio, & tentatione Chriſti.
Ieſuah ductus in montem, ſubtraxit ſe Iehudæorum conſpectui.
De dæmoniaco.
De ſocru Petri.
De curatis à variis morbis & dæmoniis.
5 De captura piſcium.
De leproſo.
De paralytico.
De Leui publicano.
De Ieſuah prandente cum publicano.
Cur diſcipuli Iohannis ieiunant, Chriſti verò non.
6 Diſcipuli ſpicas vellunt ſab. præ fa.
De habente manum aridam.
De apoſtolorum electione.
De beatitudinibus.
Diligendos eſſe inimicos.
Cum proximo non contendendum.
Quod proxi. condem. non liceat.
7 De ſeruo Centurionis.
De filio viduæ.
De diſcipulis miſsis à Iohanne.
De ea quæ vnxit dominum vng.
8 De eo qui ſementem faciebat para.
De matre & fratribus.
De increpatione aquarum.
De legione.
De filia archiſyna.
De muliere ſang. proflu. laborante.
9 De duodecim apoſtolis & poteſtate illis data.
Audiuit Herodes de Ieſuah.
De quinq; panibus, & duobus piſci.
De interrogatione domini.
De transformatione Chriſti.
De lunatico.
De diſputatione quis eſſet maior.
De eo qui prohibitus fuit ab apoſtolis eiicere dæmonia.
Prohibet, ne petant vindictã ob id ꝙ nõ recepti ſint hoſpi.
10 De deſignatis ſeptuaginta.
De quæſtione legiſperiti.
De eo qui inciderat in latrones.
De Martha & ſorore eius Magdale.
11 De oratione.
De habente dæmonium mutum.
De muliere quæ de turba vocem extulit.
De his qui petebant ſignum.
De Phariſæo qui dominum inuit.
De ploratione ſcribarum.
12 De fermento Phariſæorum.

De eo



De eo qui nolebat diui. hæredi.
De eo cuius ager ferax fuit.
De terrenorum cura deſpicien.
Fugiendam auaritiam.
De ſeruo vigili.
Cum proximo non contenderis.
13 De Galilæis & iis qui in Siloach.
De ficu quæ fruct. non protulit.
De muliere quæ ha. ſpiri. infir.
De grano ſina. & fermen. para.
De eo qui quærebat, an pauci eſſent qui ſalutem conſequerentur.
De eo qui dice. Ieſuah de inſi. Her.
14 De hydropico.
Non amandos primos accubitus.
Pauperes ad prandium vocandos potius quam amicos.
De inuitatis ad cœnam.
De ædificatione turris parabola.
15 De centum ouibus parabola.
De filio peregre profe. in reg. long.
16 De diſpenſatore iniquo.
Ne apicem quidem à lege periturum.
Diuortium non eſt licitum.
De diuite & Lazaro.
17 De offendiculo.
Fratri remittendum delictum.
De fiducia erga deum.
De decem leproſis.
Ieſuah interrogatus quando regnum dei veniet.
18 Semper orandum.
De iudice iniquo.
De Phariſæo & publicano.
Puerorum eſt regnum dei.
De diuite qui interroga. Ieſuah.
De cæco.
19 De Zachæo.
De decem ſeruis qui minas acce.
De pullo aſinæ.
Deflet Ieſuah Ieruſalaim.
Eiicit Ieſuah ementes & vendentes.
20 De ſenioribus quærẽtibus Ieſuah, qua poteſtate hæc face.
De vinea.
De his qui Chriſto inſidiabantur occaſione cenſus.
De Saduc. negantibus reſurrect.
De interrog. domini aduer. pha.
21 De vidua quæ duo minuta obtu.
De conſummatione.
Prædicit Ieſuah interitum Ieruſalaim.
De ſignis.
22 De peſach.
De contendentibus quis maior.
Captiuitas Chriſti.
Ducitur Ieſuah ad principem ſacer.
23 Ducitur ad præſidem Pilatum.
Contemptus Herodis.
De mulieribus dominum plangentibus.
Crucifigitur Chriſtus.
Sepultura Chriſti.
24 Mulieres viſitant ſepulchrum.
De Petro currẽte ad ſepulchrum.
De peregrinis in Emaus.
Ieſuah in medio diſcipulorum.
Aſcendit Ieſuah in cœlum.

FINIS.

# EVANGElium Secundum
## Lucam: Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

QVANDOQVIdem complures aggreſsi ſunt digerere narrationem earum, quæ inter nos pleniſsimæ fidei ſunt rerum, ſicuti tradiderũt nobis hi, qui ab initio ipſi viderant, ac miniſtri fuerant ſermonis, viſum eſt, & mihi ſubſecuto ab initio cuncta diligenter, deinceps tibi ſcribere optime Theophile, vt agnoſcas eorum, de quibus edoctus fueras, ſermonum certitudinem.

¶ De Zechariah & Eliſebeth, quomodo Iohannem Baptiſtam genuerint, angeli ad Miriam ſalutatio, Miriæ ſalutatio, eiuſdemq; & Zechariah cantica. CAP. I.

A ERat in diebus Herodis regis Iehudææ, ſacerdos quidã
nomine Zechariah, de vice Abiiah: & vxor illius de filia
bus Aharon, & nomen eius Eliſebeth. Erãt autem iuſti ambo
coram deo, verſantes in omnibus præceptis, & iuſtificationi-
bus domini irreprehenſibiles, nec erat illis proles, eò quòd eſ-
ſet Eliſebeth ſterilis, & ambo proceſsiſſent in diebus ſuis. Fa-
ctum eſt autem, cum ſacerdotio fungeretur ipſe in ordine vi-
cis ſuę coram deo, ſecundum conſuetudinem functionis ſacer
dotalis, ſortitus eſt, vt ſuffiret ſuffimentũ ingreſſus in tẽplum Leui.16.d.
domini, & omnis multitudo populi precabatur foris tempo
re ſuffimenti. Viſus eſt autem illi angelus domini, ſtans à
dextris altaris ſuffimenti. Et turbatus eſt Zechariah conſpi-
catus, ac timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus:
Ne timeas Zechariah, quoniam exaudita eſt deprecatio tua.
Vxorq; tua Eliſebeth pariet tibi filium, & vocabis nomẽ eius
Iohannem: & erit gaudiũ tibi & exultatio, & multi ſuper eius
B natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, &
vinum inebriatiuumq; nõ bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur
iam inde ab vtero matris ſuę, multoſq; filiorum Iſrael conuer
tet ad dominum deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum
in ſpiritu & virtute Eliiah, vt conuertat corda patrũ in filios, Pſalmo.171. Iſaiæ.3.a.
& inobedientes ad prudentiam iuſtorum, vt paret domino Mala.4.b.
plebem apparatam. Et dixit Zechariah ad angelum: Per quid
iſtud cognoſcam? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſsit
in diebus ſuis. Ac reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum Ga-
briel, qui aſtiti in conſpectu dei: miſſusq; ſum vt loquar ad te,
& bona annunciem tibi hæc. Et ecce eris tacens, neq; valens lo
qui ad eum vſq; diem quo hæc fiant: eò quòd non credidiſtis
verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat popu-
lus expectans Zechariah: & mirabantur quòd moraretur in
templo. Egreſſus autem non poterat loqui illis. Et cognoue-
rũt, quòd viſionẽ vidiſſet in templo. Et ipſe innuebat illis, per
manſitq; mutus. Et accidit, vt impleti ſunt dies officij eiꝰ, abiit
in domũ ſuam. Poſt hos aũt dies concepit Eliſebeth vxor eius,
C & occultabat ſe menſibus quinq;, dicens: Sic fecit mihi domi-
nus in diebus quibus me reſpexit, vt auferret proprium meũ
inter homines. In menſe autẽ ſexto miſſus eſt angelus Gabriel
à deo in ciuitatẽ Gali, cui nomen Nazareth, ad virginem de-
ſponſatam viro, cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Dauid: ac no
men virginis Miriam. Et ingreſſus angelus ad eam dixit: Aue
gratia affecta, dominus tecũ: benedicta tu inter mulieres. Illa
verò cũ vidiſſet, turbata eſt ſuper oratione eius: & cogitabat
qualis eſſet illa ſalutatio. Et ait Angelꝰ ei: Ne timeas Miriã: Na-
cta es enĩ gratiam apud Deũ. Ecce cõcipies in vtero, & paries Iſaię.7.c.

Infra.2.c. filium,ac vocabis nomen eius Ieſuah.Is erit magnus, & filius
altiſsimi vocabitur.Et dabit illi dominus Deus ſedem Dauid
patris ipſius,regnabitq́ſuper domum Iahacob in æternum,
& regni eius non erit finis. Dixit autem Miriam ad angelum:
Quomodo erit iſtud,quoniam virum non cognoſco? Et re-
ſpondens angelus,dixit ei:Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,et
virtus altiſsimi obrumbrauit tibi. Quapropter & quod na-
ſcetur ex te ſanctum,vocabitur filius dei.Et ecce Eliſebeth co-
gnata tua,& ipſa concepit filium in ſenectute ſua:& hic mẽſis
eſt ſextus illi,quæ vocatur ſterilis,quia non erit impoſsibile a-
pud deum omne verbum.Dixit autem Miriam: Ecce ancilla
domini,fiat mihi ſecundum verbum tuum.Et diſceſsit ab illa
angelus.Exurgens autem Miriam in diebus his,abiit in mon-
tana cum feſtinatione in ciuitatem Iehudah, & intrauit in do-
mum Zechariah,& ſalutauit Eliſebeth.Et factum eſt, vt audi-
uit ſalutationem Miriam Eliſebeth,ſaliit infans in vtero eius.
Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſebeth, exclamauitq́ voce ma-
gna:& dixit: Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fruct⁹
vẽtris tui.Et Vnde hoc mihi,vt veniat mater domini mei ad
E me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus me
is,ſaliit infans cum exultatione in vtero meo.Et beata quæ cre
didiſti,quoniam perfectio erit in his quæ dicta ſunt tibi à do-
mino.Et ait Miriam:Magnificat anima mea dominum.Et ex-
ultauit ſpiritus meus in deo ſeruatore meo . Quia reſpexit ad
humilitatem ancillæ ſuæ:Ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.Quia fecit mihi magnifica qui potẽs eſt,
& ſanctum nomen eius.Et miſericordia eius in generationes
generationum, timentibus ipſum. Fecit robur brachio ſuo,
diſperſit ſuperbos cogitatione cordis ipſorum. Detraxit po-
F tentes de ſedibus,& exultauit humiles.Eſurientes impleuit bo
Iſaiæ.41.b. 30.d.54.b. nis,& diuites dimiſit inanes.Suſcepit Iſrael puerum ſuum, vt
Iere.31.a.d. memor eſſet miſericordiæ.Sicut locut⁹ eſt ad patres noſtros:
Pſalm.131. Gene.22.c. ipſi Abraham,& ſemini eius in ſeculum.Manſit autem Miriã
cum illa circiter menſes tres,et reuerſa eſt in domum ſuam.Eli
ſebeth verò impletum eſt tempus pariendi,& peperit filium.
Et audierunt vicini, & cognati eius , quòd magnificaſſet do-
minus miſericordiam ſuam cum illa, & congaudebant ei. Et
factum eſt in die octauo, venerunt ad circuncidendum pue-
rum:& vocabant eum nomine patris ſui Zechariah.Et reſpõ
dens mater eius,dixit:Nequaquam,ſed uocabitur Iohannes.
Et dixerunt ad illam: Nemo eſt in cognatione tua qui voce-
tur iſto nomine.Innuebant autẽ patri eius, quî vellet vocari
eum.Et poſtulata tabella ſcripſit,dicens:Iohannes eſt nomen
eius.Et admirati ſunt vniuerſi.Apertum eſt autem os eius ili-
co,& lingua eius,& loquebatur benedicens deo. Et factus eſt
timor per omnes vicinos eorum,& per omnem montanam
regionẽ Iehudææ diuulgabantur omnia verba hæc;Et poſue
runt omnes qui audierant,in corde ſuo dicẽtes: Quiſnã puer
hic erit? Et manus domini erat cum illo.Et Zechariah pater e-
ius repletus eſt ſpiritu ſancto,prophetauitq́, dicens: Benedi-
G ctus dominus deus Iſrael,quia viſitauit, & fecit redemptionẽ
Pſal.73.131. populo ſuo.Erexit cornu ſalutis nobis,in domo Dauid pueri
Ierem.23.a. &.30.b. ſui.Sicut locutus eſt per os ſanctorũ,qui à ſeculo fuerunt pro
phetarum ſuorum:Salutẽ ab inimicis noſtris, & de manu o-
mnium qui odio habent nos:Vt faceret miſericordiam cum
Ieremi.11.f. Gene.22.c. patribus noſtris,ac memor eſſet teſtamenti ſui ſancti. Iuſiuran
dum quod iurauit ad Abraham patrẽ noſtrum ,vt daret no-
bis:Sine timore de manu inimicorum noſtrorum liberatos,
ſeruire ſibi,Cum ſanctitate,& iuſtitia coram ipſo,cunctis die-
bus vitæ noſtræ.Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis:Præ
ibis enim ante faciem domini,ad parandum vias eius. Ad dã
dam ſcientiam ſalutis populo ipſius,per remiſsionem pecca-
Mala.4.a. torum eorum.Per viſcera miſericordiæ dei noſtri,quibus vi-
Zacha.3.d. ſitauit nos,oriens ex alto.Vt illuceſceret his qui in tenebris,&
vmbra mortis ſedent,ad dirigendos pedes noſtros in viam
pacis. Puer aũt creſcebat, & corroborabatur ſpiritu,& erat
in deſertis,vſq́ ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

¶Cenſetur orbis,parit uirgo,de paſtoribus & Simhon,de Chananah pro-
phetiſſa,& Ieſuah inter doctores. C A P. II.

A FActum eſt autem in diebus illis, exiit edictum à Cæſare
Auguſto,vt deſcriberetur totus orbis . Hæc deſcriptio
prima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio.Et ibant oẽs vt deſcri
berentur in ſuam quiſque ciuitatem.Aſcendit autẽ & Ioſeph
à Galil,de ciuitate Nazareth,in Iehudæã, in ciuitatem Dauid,
quæ vocatur Bethlechem, eo quòd eſſet de domo, & familia
Dauid,vt deſcriberetur cum Miriam deſpõſa ſibi vxore, quæ
erat prægnans. Accidit autem cum eſſent ibi , completi ſunt
dies pariendi . Et peperit filium ſuũ primogenitum, ac faſciis
eum inuoluit,reclinauitq́ eum in præſepi, quod non eſſet eis
locus in diuerſorio.Et paſtores erant in regione eadem vigi-
lantes,& cuſtodientes cuſtodias nocte ſuper gregem ſuum.Et
ecce angelus domini aſtitit illis, et gloria domini circunful-
B ſit illos , & timuerunt timore magno . Et dixit illis angelus:
Ne timeatis:Ecce enim annuncio vobis gaudium magnum,
quod erit toti populo,quia natus eſt vobis hodie ſeruator,
qui eſt Chriſtus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſi-
gnum:Inuenietis infantem faſciis inuolutum,poſitum in præ
ſepi.Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militię cœleſtis,
laudantium deum,& dicentium:Gloria in altiſsimis deo,et in
terra pax,hominibus bona voluntas. Et factum eſt, vt diſceſ-
ſerunt ab eis angeli in cœlum, & homines paſtores dicebant
inter ſeſe:Trãſeamus iam Bethlechem vſque,& videamus ver
bum hoc quod factum eſt,quod dominus notificauit nobis.
Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Miriam, & Ioſeph, &
infantem poſitum in præſepi.Cum vidiſſent autem,notifica-
uerunt de verbo,quod dictum erat ipſis de puero hoc. Et o-
mnes qui audierunt mirati ſunt de his quæ dicta erant à paſto
C ribus ad ipſos.Porrò Miriam conſeruabat omnia verba hęc,
conferens in corde ſuo.Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes,
ac laudantes deum ſuper omnibus quæ audierant & viderãt:
ita vt dictum fuerat ipſis.Et poſtquam conſummati ſunt dies Leuit.12.a.
octo vt circunciderecur puer,uocatum eſt nomẽ eius Ieſuah, Supra.1.c. Matt.1.c.
quod vocatum erat ab angelo prius quàm in vtero concipe- Leui.12.a.
retur.Et poſteaquam completi fuiſſent dies purgationis eius Exo.13.a. Nume.8.c.
ſecundum legem Moſeh,adduxerunt eum Ieruſalaim,vt ſiſte- Leui.12.c.
rent eũ domino:ſicut ſcriptum eſt in lege domini:Omne ma-
D ſculinum adaperiens vuluam,ſanctum domino vocabitur:et
vt darent hoſtiam ſecundum quod eſt in lege domini par tur
turum,aut duos pullos columbarum.Et ecce homo erat Ieru
ſalaim,cui nomen Simhon:Et homo iſte iuſtus, ac pius expe-
ctans conſolationem Iſrael,& ſpiritus ſanctus erat in eo.Et re-
ſpõſum acceperat à ſpiritu ſancto,non viſurum ſe mortem,ni
ſi prius videret Chriſtum domini. Et venit in ſpiritu in tem-
plum.Et cum inducerent puerulum Ieſuah parentes, vt face-
rent ſecundum conſuetudinẽ legis pro eo, ipſe quoq́ accepit
eum in vlnas ſuas,& benedixit deo,& dixit:Nunc dimittis ſer
E uum tuum domine,ſecundum verbum tuum in pace ; Quia
viderũt oculi mei ſalutare tuum,quod paraſti ante faciem o-
mnium populorum.Lumen ad reuelationẽ gentium,& glo-
riam plebis tuæ Iſrael.Et erat Ioſeph,& mater eius mirãtes ſu-
per his,quę dicebantur de illo.Et benedixit illis Simhon,& di-
xit ad Miriam matrem eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinam,& Iſaię.8.c. Roma.9.g.
in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui con- 1.Petri.2.b.
tradicitur.Quin & tuam ipſius animam pertranſibit gladius,
vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Chan-
nah propheti ſſa filia Penuel de tribu Aſer. Hæc proceſſerat
in diebus multis,& vixerat cum viro annos ſeptem à virgini-
tate ſua . Et hæc vidua annorum fermè octogintaquatuor,
quæ non diſcedebat de templo , ieiuniis ac deprecationi-
bus ſeruiens nocte ac die . Et hæc eadem hora aſsiſtens vi-
ciſsim confitebatur domino : & loquebatur de illo omni-
F bus qui expectabant redemptionem Ieruſalaim. Et vt per-
fecerunt omnia ſecundum legem domini , reuerſi ſunt in
Galil in ciuitatem ſuam Nazareth . Puerulus autem creſce
bat,cor-



bat,corroborabaturq́ ſpiritu,& implebatur ſapientia,et gra
tia dei erat in illo.Et ibant parentes eius quotannis Ieruſalaim
in die feſto Peſach.Et cum factus eſſet annorum duodecim,a-
ſcendentibus illis Ieruſalaim,ſecundum conſuetudinem diei fe
ſti,conſummatiſq́ diebus cum redirent illi,remanſit puer Ie-
ſuah Ieruſalaim,& non cognouerunt parentes eius.Cæterum
rati illum eſſe in comitatu,venerunt itinere diei,& requirebãt
G eum inter cognatos,& inter notos.Et cum nõ inueniſſent eũ,
reuerſi ſunt Ieruſalaim,quærẽtes eum.Et accidit poſt triduũ,
inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorũ, au-
dientem illos,& interrogantem eos.Stupebant autem omẽs
qui eum audiebant,ſuper intelligentia,& reſponſis eius: & vi-
ſó eo admirati ſunt.Et dixit mater eius ad illum:Fili,cur feciſti
nobis ſic?Ecce pater tuus,& ego,dolentes quærebamus te.Et
ait ad illos:Quid eſt qđ quærebatis me? An neſciebatis quod
in his que patris mei ſunt,oportet me eſſe? Et illi nõ intellexe-
runt verbum quod locutus eſt ipſis.Et deſcendit cum eis, ve-
nitq́ Nazareh,eratq́ ſubditus illis.Mater autem eius cõſerua-
bat omnia verba hæc in corde ſuo.Et Ieſuah proficiebat ſa-
pientia,& ætate,& gratia apud deum,atque homines.

¶Iohannes prædicat pœnitentiã,proteſtatur de Chriſto,quem & baptizat,inclu
ditur carceri,genealogia Chriſti. C A P. I I I.

A ANno autem decimoquinto imperij Tiberij Cæſaris,
Pontio Pilato præſide Iehudææ,tetrarcha vero Galil
Herode,Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ,& Tra-
chonitidis regionis,& Lyſania Abilenes tetrarcha, ſub põtifi-
cibus Channa,& Caiapha,factum eſt verbum domini ſuper
Matth.3.a. Iohannem Zechariah filium in deſerto.Et venit in omnem re
Marc.1.a. gionem finitimam Iarden,prædicans baptiſmum pœnitẽtiæ
in remiſsionem peccatorum,ſicut ſcriptum eſt in libro ſermo
B num Ieſaiah prophetæ,dicentis:Vox clamantis in deſerto,pa
Iſaię.40.b. Iohã.1.c. rate viam domini,rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis im-
plebitur,& omnis mons,& collis humiliabitur.Et erunt quæ
obliqua ſunt recta,& aſperę in vias planas,& videbit omĩs ca
Matt.3.b.c. ro ſalutare dei.Dicebat ergo ad turbas,quæ exibant,vt bapti-
zarentur ab ipſo:Progenies viperarũ quis ſubmonſtrauit vo
bis,vt fugeretis à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœ
nitentiæ: &,ne cœperitis dicere intra voſipſos,patrem habe-
mus Abraham.Dico enim vobis,potens eſt deus de lapidib⁹
iſtis ſuſcitare filios ipſi Abrahæ.Iam verò & ſecuris ad radicẽ
arborum poſita eſt.Omnis ergo arbor non faciens fructũ bo
num,exciditur,& in ignem mittitur.Et interrogabant eũ tur-
bæ,dicentes:Quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicit
C illis : Qui habet duas tunicas,impertiat non habenti : & qui
habet eſcas , ſimiliter faciat . Venerunt autem & publicani
vt baptizarentur , & dixerunt ad illum : Magiſter , quid fa-
ciemus? At ille dixit ad eos:Ne quid amplius quàm quod
conſtitutum eſt vobis , exigatis . Interrogabant autem eum
& milites,dicentes:Et nos quid faciemus? Et ait illis:Ne quem
concutiatis,ne quem calumniemini:& contenti eſtote ſtipen-
diis veſtris.Expectante autem populo,& cogitantibus omni-
bus in cordibus ſuis de Iohanne,num ipſe eſſet ille Chriſtus:
D reſpondit Iohannes,dicens vniuerſis: Ego quidem aqua ba-
Matt.3.e. ptizo vos,ſed veniet fortior me,cuius nõ ſum idoneus vt ſol-
Marc.1.b. uam corrigiam calceamentorum:ipſe vos baptizabit ſpiritu
Iohan.1.d. Actuũ.1.a. ſancto,& igni cuius ventilabrum in manu ipſius,& purgabit
2.a.11.c.& 19.a. aream ſuam:& cõgregabit triticum in horreum ſuum, paleas
Matth.3.e. autem comburet igni inextinguibili.Multa quidem & alia ex-
Matt.14.a. hortans,euãgelizabat populo.Herodes autem tetrarcha , cũ
Marc.6.c. corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui,deq́ omĩ-
bus malis,quæ faciebat Herodes,adiecit & hoc ſuper omnia
Matt.3.d. & incluſit Iohannem in carcerem.Factum eſt autem cum ba-
Marc.1.b. Iohan.1.c. ptizaretur omnis populus,vt & Ieſuah baptizato,& orante,
E apertum ſit cœlum,ac deſcẽdit ſpiritus ſanctus corporali ſpe-
cie,tanquam columba in ipſum,& vox de cœlo facta eſt,quæ
diceret:Tu es filius ille meus dilectus,in te complacui . Et ipſe
Ieſuah incipiebat eſſe fermè annorũ triginta:vt putabatur fili⁹
Ioſeph,qui fuit filius Heli,qui fuit Matthath,qui fuit Leui,qui
F fuit Malchi,qui fuit Ianoach,qui fuit Ioſeph,qui fuit Matthi-
thiah,qui fuit Hamos,qui fuit Nachum,qui fuit Heli, qui fuit
Nagge,qui fuit Machath,qui fuit Mattithiah,qui fuit Simhi,
qui fuit Ioſech,qui fuit Iehudah,qui fuit Iohanna,qui fuit Rhe
ſa,qui fuit Zerubabel,qui fuit Sealthiel,qui fuit Neri,qui fuit
Malchi,qui fuit Addi,qui fuit Coſam,q fuit Helmadam , qui
fuit Her,q fuit Ieſo,q fuit Elihezer,qui fuit Ioram,q fuit Mat-
tha,qui fuit Leui,qui fuit Simhon,qui fuit Iehudah,qui fuit Io
ſeph,qui fuit Ionah,qui fuit Eliachim,qui fuit Meleam , q fuit
G Menam,qui fuit Mattathiah,qui fuit Nathan,qui fuit Dauid,
qui fuit Iſai,qui fuit Hobed,qui fuit Boaz,q fuit Salmon,qui
fuit Nachſon,qui fuit Hamminadab,qui fuit Aram, qui fuit
Cheſrom,qui fuit Peres,qui fuit Iehudah,q fuit Iahacob , qui
fuit Iſchac,qui fuit Abrahæ,qui fuit Terach,qui fuit Nachor,
qui fuit Rehu,qui fuit Seruch,qui fuit Pelegh,qui fuit Heber,
qui fuit Sale,q fuit Cahenan,qui fuit Arpachſad, q fuit Sem,
qui fuit Noach,qui fuit Lamech,qui fuit Methuſelach , q fuit
Chanoch,qui fuit Iered, qui fuit Mahalalel, qui fuit Chenan,
qui fuit Enos,qui fuit Seth,qui fuit Adam,qui fuit Dei.

¶De ieiunio & tentatione Chriſti,Ieſuah ſubducit ſe a Iehudæorũ cõſpectu
de dæmoniaco,ſocru Petri,aliiſq́ curatis multis.

C A P. I I I I.

A IEſuah autem plenus ſpiritu ſancto,regreſſus eſt à Iarden,& Matt.4.c.
ductus eſt per ſpiritum in deſertum:ac diebus quadraginta Marc.1.b.
tentabatur à diabolo,nihilq́ comedit in diebus illis: & con-
ſummatis illis,poſtremo eſuriit.Dixit autem illi diabolus:Si fi-
lius es dei,dic lapidi huic vt panis fiat. Et reſpondit ad illum
Ieſuah,dicens:Scriptum eſt:Non pane ſolo viuet homo , ſed
omni verbo dei.Et ſubduxit illum diabolus in montem excel Deut.8.a.
ſum,& oſtendit illi omĩa regna orbis terræ in puncto tempo-
B ris,& ait illi diabolus:Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam,
& gloriam illorum,quia mihi tradita eſt:& cuicunque volo,
do illam.Tu ergo ſi adoraueris coram me,erunt tua omnia.
Et reſpondens Ieſuah,dixit illi:Abi poſt me ſathan. Scriptum
eſt enim:Adorabis dominum deum tuum,& illum ſolum co
les.Et duxit illum Ieruſalaim ſtatuitq́ eum ſuper pinnaculum Deutero.6.a. &.10.d.
templi,& dixit illi:Si fili⁹ dei es,mitte te ipſum hinc deorſum. Pſalmo.90.
Scriptum eſt enim,quod angelis ſuis mandabit de te , vt cu-
ſtodiant te,& in manibus tollent te,ne quando offendas ad la
pidem pedem tuum.Et reſpondens Ieſuah,ait illi:Dictum eſt
C non tentabis dominum deum tuum. Et conſummata omni Deute.6.a.
tentatione,diabolus receſſit ab illo vſque ad tempus.Et reuer
ſus eſt Ieſuah virtute ſpiritus in Galil,& fama exiit per vniuer
ſam regionem de illo.Et ipſe docebat in ſynagogis eorum , &
glorificabatur ab omnibus.Et venit Nazareth,vbi fuerat nu Matt.4.b.
tritus,& intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbato Marc.2.b. Iohan.4.f.
rum in ſynagogam,& ſurrexit vt legeret.Et traditus eſt illi li- Matth.13.g.
bellus Ieſahiah prophetæ:& vt explicuit libellum , inuenit lo- Mar.6.a. Iohan.10.f.
cum vbi ſcriptum erat,Spiritus domini ſuper me, propterea Iſaiæ.61.a.
quod vnxit me,ad euangelizandum pauperibus miſit me, vt
ſanem contritos corde,vt prædicem captiuis remiſsionem,et
cæcis viſum:vt emittam confractos per remiſsionem:vt præ
D dicem annum domini acceptum.Et complicato libello reddi
dit miniſtro,ac reſedit. Et omnium in ſynagoga oculi erant
defixi in eum . Cœpit autem dicere ad illos : Hodie impleta
eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. Et omnes teſtimonium
illi dabant , & mirabantur ſuper ſermonibus gratiæ,qui pro
cedebant ex ore ipſius , dicebantq́ : Nónne eſt filius Ioſeph?
Et ait illis : Omnino dicetis mihi hanc ſimilitudinem : Me-
dice cura teipſum . Quæcunque audiuimus facta in Caper-
naum , fac & hic in patria tua.Ait autem : Amen dico vo-
bis : Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.Sed in ve-
E ritate dico vobis , multæ viduæ erant in diebus Eliiah , in
Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus ,& menſibus
ſex , cum facta eſſet fames magna per oẽm terram, & ad nul-

3.Re.17.a.b. Iacobi.5.d. Iam illarum miſſus eſt Eliiah,niſi in Sarphah, Sidonis ad mu-
4.Reg.5.d. lierem viduam.Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliiah pro-
Matth.4.b. Mar.1.c. pheta,& nemo eorum mundatus eſt,niſi Nahaman Syrus.Et
repleti ſunt omnes in ſynagoga ira,hæc audientes.Et inſurre-
xerunt,eieceruntꝗ illum è ciuitate, & duxerunt illum vſque
Matt.7.d. ad ſupercilium montis,ſuper quem ciuitas illorum fuerat ædi
Marc.1.c. ficata,vt præcipitarent eum.Ipſe autem tranſiens, per mediū
F illorum ibat.Et deſcendit Capernaum ciuitatem Galil,ibíque
docebat illos ſabbatis.Et ſtupebant ſuper doctrina eius,quia
cum poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo
habens ſpiritum dæmonij immundi,& exclamauit voce ma-
gna,dicens:Eia,quid tibi nobiſcum eſt Ieſuah Nazarene? Ve-
niſti ad perdendum nos?Scio te qui ſis, ſanctus ille dei.Et in-
crepauit illum Ieſuah,dicens:Obmuteſce,& exi ab eo.Et cum
proieciſſet illum dæmonium in medium,exiit ab illo,nihilꝗ il
li nocuit.Et factus eſt pauor ſuper omnes,& colloquebantur
inter ſeſe,dicentes: Quis ſermo hic eſt?quia cum poteſtate, &
G potentia imperat immundis ſpiritibus,& exeunt?Et diuulga-
Matt.8.b. batur fama de illo in omnem locum vndiꝗ finitimę regionis.
Marc.1.c. Cum ſurrexiſſet autem Ieſuah de ſynagoga, introiuit in do-
mum Simonis: ſocrus autē Simonis tenebatur febri magna,
& rogauerunt illum pro ea.Et aſtans ſupra illam,increpauit fe
brem,& febris dimiſit illam:ſtatimꝗ ſurgens, miniſtrabat il-
lis.Cum autem ſol occideret, omnes qui habebant infirmos
morbis variis, ducebant illos ad eum. At ille vnicuique ma-
nus imponens,ſanabat eos.Exibant autem & dæmonia à mul
Marc.1.d. tis,clamantia,ac dicentia :Tu es Chriſtus filius dei.Et increpās
non ſinebat ea loqui,quod ſcirēt Chriſtum ipſum eſſe. Facto
autem die egreſſus ibat in deſertum locum , & turbæ quære-
bant eum,& venerunt vſꝗ ad ipſum, & detinebant illum, ne
diſcederet ab eis.Quibus ille ait:Et aliis ciuitatib⁹ oportet me
euangelizare regnum dei:Nam ad hoc miſſus ſum.Et prędi-
cabat in ſynagogis Galil.

*De piſcatione,de leproſo,paralytico,Matthæo uocato, Ieſuah expurgat ſe coram Phariſæis,diſcipuloſque.*
CAP. V.

A FActum eſt autem cum turba irrueret ei, vt audiret ver-
Matt.4.a. bum dei,& ipſe ſtabat iuxta ſtagnū Genezareth:& vidit
Mar.1.b. duas naues ſtantes ſecus ſtagnum:piſcatores autem deſcende-
rant ex illis,& abluebant retia.Ingreſſus autem in vnam è na-
uibus,quæ erat Simonis,rogauit eū vt à terra abduceret pu-
ſillum,& ſedens docebat de naui turbas.Vt ceſſauit autem lo
qui,dixit ad Simonem:Duc in altum, & laxate retia veſtra in
capturam.Et reſpondens Simon,dixit illi:Præceptor,per to-
B tam noctem laborantes nihil cepimus,in verbo autem tuo la
xabo rete.Et cum hoc feciſſent,concluſerunt piſcium multitu
dinem copioſam,Rumpebatur autem rete eorum.Et annue-
runt ſociis,qui erant in altera naui, vt venirent & adiuuarent
ipſos:& venerunt,atꝗ impleuerunt ambas naues,ita vt mer-
gerentur. Quod cum videret Simon Petrus,procidit ad ge-
nua Ieſuah, dicens:Diſcede à me quia homo peccator ſum do
mine.Stupor enim circundederat eum,& omnes qui cum illo
fuerant,ſuper captura piſcium quam ceperāt: ſimiliter autem
Iacobum & Iohannem filium Zebadiah,qui erant ſocij Simo
nis.Et ait ad Simonē Ieſuah:Ne metuas,poſthac homines ca-
C pies.Et ſubductis in terram nauibus ,& relictis omnibus ſecu-
ti ſunt eum.Et factum eſt, cum eſſet in vna è ciuitatibus ; ecce
vir plenus lepra:cumꝗ vidiſſet Ieſuah,proſtratus in faciem ro
Matt.8.a. gauit eum,dicens:Domine,ſi vis potes me mundare. Et pro-
Marc.2.b. tenſa manu tetigit eum,dicens: Volo,mundus eſto. Et confe-
ſtim lepra diſceſsit ab illo.Et ipſe præcepit illi,ne cuiquam di-
ceret:ſed profectus oſtende teipſum ſacerdoti, & offer pro e-
mundatione tui,quemadmodum præcepit Moſeh in teſtimo
nium illis.Peruagabatur autem magis ſermo de illo:& conue
niebant turbæ multæ,vt audirent & ſanarentur ab infirmita-
D tibus ſuis.Ipſe autem ſecedebat in deſertis, & orabat. Et factū
eſt quodam die, & ipſe docebat : erantꝗ Phariſæi ſedentes
ac legis doctores,qui venerant ex omni caſtello Galil,& Iehu-
dææ & Ieruſalaim, & potentia domini aderat ad ſanandum
eos.Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paraly-
ticus,& quærebant eum inferre,& ponere ante illum. Et non
inuenientes qua parte illum inferrent præ turba,aſcenderunt
ſuper tectum , ac per tegulas dimiſerunt eum cum lectulo in
E medium ante Ieſuah.Quorum fidē vt vidit, dixit illi: Homo,
remittantur tibi peccata tua.Et cœperunt cogitare ſcribæ, &
Phariſæi,dicentes:Quis eſt is,qui loquitur blaſphemias?Quis
poteſt remittere peccata,niſi ſolus deus? Vt cognouit autem
Ieſuah cogitationes eorum,reſpondēs dixit ad illos:Quid co-
gitatis in cordibus veſtris? Vtrum eſt facilius dicere, remittan
tur tibi peccata,an dicere, ſurge, & ambula? Vt autem ſciatis
quod poteſtatem habet filius hominis in terra remittendi pec
cata,ait paralytico:Tibi dico,ſurge:tolle lectulū tuum,et vade
in domum tuam.Isꝗ confeſtim,quum ſurrexiſſet coram illis,
tollebat in quo iacuerat, abiitꝗ in domum ſuam, glorificans
deum.Et ſtupor corripuit omnes, & glorificabant deum, & Marc.9.a.
F repleti ſunt timore,dicentes : Vidimus incredibilia hodie. Et Marc.2.b.
poſt hæc abiit, ac vidit publicanum, nomine Leui, ſedentem
ad telonium,& ait illi:Sequere me, atꝗ is relictis omnibus,
quum ſurrexiſſet,ſecutus eſt eum.Et fecit ei cōuiuium magnū
Leui in domo ſua,& erat turba multa publicanorum,& alio-
rum qui cum illis accumbebant.Et murmurabant ſcribæ, &
Phariſæi aduerſus diſcipulos eius,dicentes:Quare cum publi-
canis,& peccatoribus editis,& bibitis? Et reſpondens Ieſuah
dixit ad illos:Non egent qui ſani ſunt medico,ſed qui male ha
bent.Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitētiam.
G At illi dixerunt ad eum:Quare diſcipuli Iohannis ieiunant fre
quenter, & obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phariſæorum: Matt.9.b.
tui verò edunt,& bibunt?Quibus ipſe ait : Num poteſtis fa Marc.2.c.
cere vt filij thalami nuptialis dum cum illis eſt ſponſus,ieiunēt?
Venient autem dies,& cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tūc
ieiunabunt in illis diebus.Dicebat autem & ſimilitudinem ad
illos:Nemo immiſſuram noui veſtimenti immittit in veſtimē
tum vetus,alioquin & nouum rumpit,& veteri non cōuenit
immiſſura ex nouo.Et nemo mittit vinum nouum in vtres
veteres,alioqui rumpet vinum nouum vtres, & ipſum effun-
detur,et vtres peribunt.Sed vinū nouum in vtres nouos mit
tendum eſt, & vtraꝗ conſeruantur. Et nemo qui biberit ve-
tus ſtatim vult nouum:Dicit enim,vetus melius eſt.

*Diſcipuli uellunt ſpicas,manus arida,electio Apoſtolorum,beati tudines,inimicos diligendos,cum proximo non contenden dum,neꝗ eum iudicandum.* CAP. VI.

A FActum eſt autem,vt in ſabbato ſecundo primo trāſiret
per ſata,ac vellebant diſcipuli eius ſpicas,edebantꝗ,con
fricantes manibus.Quidam autem è Phariſæis dicebant illis: Matth.12.a.
Quid facitis quod non licet facere in ſabbatis? Et reſpondens Marc.2.d.
ad eos dixit Ieſuah:Ne hoc quidem legiſtis,quod fecit Dauid,
cum eſuriſſet ipſe, & qui cum illo erant:quomodo intrauit in 1.Reg.21.g.
domum dei,& panes propoſitionis ſumpſit, editꝗ , ac dedit
etiam his qui ſecum erant:quos non licet edere,niſi ſolis ſacer
dotibus?Et dicebat illis:Dominus eſt filius hominis, etiam ſab
bati.Factum eſt autem & in alio ſabbato, vt intraret in ſyna-
B gogā,ac doceret.Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat
arida.Obſeruabant autem eum ſcribæ ac Phariſæi, an in ſab-
bato ſanaturus eſſet,vt inuenirent accuſationem aduerſus eū. Matt.12.a.
Ipſe verò nouerat cogitationes eorum, & ait homini aridam Marc.3.a.
habenti manum:Surge,& ſta in medio. Et quum ſurrexiſſet,
ſtetit. Ait igitur ad illos Ieſuah,interrogabo vos: vtrum licet
ſabbatis benefacere,an malefacere:animam ſeruare,an perde-
re?Et circunſpectis omnibus, dixit homini: Extende manum
tuam.Ille autem fecit,& reſtituta eſt manus eius ſana ſicut al-
tera.Ipſi autem repleti ſunt demētia,& colloquebantur inter
ſeſe,quidnam facerent Ieſuah.Factum eſt autem in illis diebus,
exiit in montem ad orandum: eratꝗ pernoctans in oratione
dei.Et cum dies factus eſſet,vocauit diſcipulos ſuos: & elegit
duode-



duodecim ex ipſis,quos & Apoſtolos nominauit: Simonem,
quem & nominauit Petrum,& Andream fratrem eius:Iaco-
bum,& Iohānem:Philippum,& Bartholomæum: Matthęū,
C & Thomam:Iacobum Alphæi,& Simonem,qui uocatur ze-
lotes:& Iehudam Iocobi,& Iehudam Iſcariotem,qui & fuit
proditor.Et quum deſcendiſſet cum illis,ſtetit in loco campe
ſtri,turbaꝗ diſcipulorum eius:& multitudo copioſa plebis
ex omni Iehudæa,& Ieruſalaim,& à maritima Tyro,& Sido-
ne:qui venerant vt audirent eum,& ſanarentur à morbis ſuis,
& qui vexabantur à ſpiritibus immundis,& ſanabantur.Et o-
mnis turba quærebat eum tangere:quia potentia ab illo exi-
bat,& ſanabat omnes.Et ipſe eleuatis oculis ſuis in diſcipulos
Matth.5.a. ſuos,dicebat:Beati pauperes,quia ueſtrū eſt regnum dei.Beati
qui eſuritis nunc,quia ſaturabimini.Beati qui fletis nūc, quia
ridebitis.Beati eritis,cum vos oderint homines, & ſeparaue-
rint vos,& probris affecerint,& eiecerint nomen veſtrum,tā-
quam malum propter filium hominis. Gaudete in illo die, &
exultate:Ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo. Secundū
D hęc enim faciebant prophetis patres eorum.Veruntamen,vę
vobis diuitibus,qui habetis conſolationem veſtram.Væ vo-
Amos.6.a. Ecci.31.a. bis qui ſaturati eſtis,quia eſurietis.Væ vobis qui ridetis nunc,
quia lugebitis,& flebitis.Væ cum benedixerint vobis omnes
homines,Secundum hæc enim faciebāt pſeudoprophetis pa
tres eorum.Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos ve-
Matt.15.g. ſtros:benefacite his qui vos oderunt.Benedicite maledicenti-
Matth.5.f. bus vobis,& orate pro calumniantibus vos.Percutienti te in
maxillam,præbe & alteram, & ab eo qui aufert tibi pallium,
etiam tunicam noli prohibere.Omni autē exigenti abs te, tri-
1.Cor.6.b. bue:& ab eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repoſcas: & prout
Matth.7.b. vultis vt faciant vobis homines,vos quoꝗ facite illis ſimiliter.
Tob.4. Matth.3.g. Et ſi diligitis eos qui vos diligunt,quæ vobis eſt gratia?Nam
& peccatores eos à quibus diliguntur,diligunt.Et ſi benefece
ritis his qui vobis benefaciunt,quæ vobis eſt gratia?Si quidē
E & peccatores hoc faciunt.Et ſi mutuum dederitis his,à quib⁹
Matth.5.g. ſperatis vos recepturos,quæ vobis gratia eſt?Nam & pecca-
Deut.15.b. tores peccatoribus dant mutuum,vt recipiant paria.Quini-
mo diligite inimicos veſtros, & benefacite& mutuū date, ni-
hil inde ſperantes:& erit merces veſtra multa,& eritis filij altiſ-
ſimi,quia ipſe benignus eſt erga ingratos,ac malos. Eſtote er-
go miſericordes,ſicut & pater veſter miſericors eſt.Nolite iu-
Matt.7.a. dicare,& non iudicabimini.Nolite condemnare,& nō condē
nabimini.Remittite,& remittetur vobis.Date, & dabitur vo
bis.Menſuram bonam,& confertam,& concuſſam atꝗ exun
dantem dabunt in ſinū veſtrum.Eadem quippe menſura qua
Matt.7.a. metimini, metietur vobis.Dicebat autem illis ſimilitudinem:
Marc.4.c. Matt.15.b. Nunquid poteſt cæcus cæcū ducere? Nónne ambo in foueā
Matth.10.f. Iohā.13.b. cadunt?Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum perfectus
Matth.7.a. autem omnis,erit ſicut magiſter ipſius. Quid autem vides fe-
F ſtucam in oculo fratris tui,trabem autē quę in oculo proprio
eſt,non animaduertis?Aut quomodo potes dicere fratri tuo:
frater,ſine eijciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt,ipſe in oculo
tuo trabem non vides ? Hypocrita, eiice primum trabem ex
Matth.7.c. oculo tuo,& tunc perſpicies,vt eiicias feſtucam quę eſt in ocu
Marc.12.c. lo fratris tui.Nō eſt enim arbor bona,quæ facit fructum ma-
lum:neꝗ arbor mala,faciens fructum bonum . Vnaquæque
enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur.Neꝗ enim è ſpinis col-
ligunt ficus,neque è rubo vindemiāt vuam. Bonus homo ex
bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo,ex
malo theſauro cordis ſuis profert malum . Ex abundantia
Matth.7.d. enim cordis loquitur os eius. Quid autem vocatis me,
Roma.2.b. Iacobi.1.d. domine, domine, & non facitis quæ dico ? Quiſquis venit
G ad me,& audit ſermones meos,& facit eos, oſtendam vobis
cui ſimilis ſit.Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit
in altum,& poſuit fundamentum ſuper petram.Inundatione
autem facta,illiſum eſt flumen domui illi,& non potuit eā mo
uere.Fundata enim erat ſuper petram.Qui autem audiuit, &
non fecit,ſimilis eſt homini qui ędificauit domum ſuam ſuper
petram abſꝗ fundamento,in quam illiſus eſt fluuius,& conti-
nuo cecidit,& facta eſt ruina domus illius magna.

*De Centurionis ſeruo & filio uiduæ,de Iohannis diſcipulis,& muliere ungente Ieſuah.* CAP. VII.

A POſtquam autem conſummaſſet omnia verba ſua ad au Matt.8.a.
ditiones,populi,intrauit Capernaum.Centurionis au-
tem cuiuſdam ſeruus male habēs,incipiebat mori,qui illi erat
charus.Cum audiſſet autem & Ieſuah,miſit ad eum ſeniores Ie
hudæorum:rogans eum,vt veniret & ſeruaret ſeruum ſuum.
At illi cum veniſſent ad Ieſuah rogabant eum ſedulo,dicētes:
Dignus eſt vt hoc illi præſtes: Diligit enim gentem noſtram,
& ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſuah autem ibat cum il
lis.Et cum iam non longe abeſſet à domo,miſit ad eum Cētu
rio amicos,dicens ei:Domine,noli vexari. Non enim ſum di-
gnus,vt ſub tectum meum intres. Quapropter nec meipſum
ſum dignum arbitratus vt venirem ad te,ſed dic verbo, & ſa-
B nabitur puer meus.Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cō-
ſtitutus,habens ſub me milites,& dico huic, vade: ac vadit.&
alteri,veni:ac venit.& ſeruo meo, fac hoc:ac facit.Auditis au-
tem his Ieſuah,miratus eſt eum,et conuerſus ſequenti ſe turbę,
dixit:Dico vobis,ne in Iſrael quidem tantam fidem inueni. Et
reuerſi,qui miſsi fuerant, in domum,inuenerunt ſeruum,qui
languerat,ſanum.Et factum eſt deinceps, ibat in ciuitatē quæ
vocatur Nain:& ibant cum eo diſcipuli eius multi,turbáque
copioſa.Cum autem appropinquaret portę ciuitatis,ecce de
functus afferebatur,filius vnicus matri ſuæ,& hæc vidua erat,
& turba ciuitatis multa cum illa . Quam cum vidiſſet domi-
nus;miſericordia motus ſuper eam,dixit illi:Noli flere. Et ac-
ceſsit tetigitꝗ loculum.Porrò qui portabant ſubſtiterunt.Et
ait:Adoleſcentule , tibi dico , ſurge . Et reſedit qui erat mor-
C tuus,& cœpit loqui:& dedit illum matri ſuæ. Accepit autem
omnes timor,& glorificabant deum,dicentes: Propheta ma-
gnus ſurrexit inter nos,& deus viſitauit plebem ſuam.Et exiit
ſermo hic in vniuerſam Iehudæam de eo, & omnem finitimā
regionem.Et nunciauerunt Iohanni diſcipuli ipſius de his o- Matth.11.a.
mnibus.Et quū aduocaſſet duos quoſdam de diſcipulis ſuis
Iohannes,miſitꝗ ad Ieſuah , dicens: Tu es qui venturus es,an
alium expectamus? Cum autem veniſſent ad eum viri, dixe-
runt:Iohannes Baptiſta miſit nos ad te,dicēs:Tu es ille qui vē
turus es,an alium expectamus?In eadem autem hora multos
curauit à morbis,ac plagis,& ſpiritibus malis,& cæcis multis
donauit viſum . Et reſpondens dixit illis: Profecti renun-
ciate Iohanni quæ vidiſtis,& audiſtis,quod cæci vident,clau
di ambulant,leproſi mundantur , ſurdi audiunt , mortui re-
ſurgunt , pauperibus annunciatur euangelium: & beatus
eſt quicunꝗ non fuerit offenſus in me . Et cum diſceſsiſſent
D nuncij Iohannis,cœpit dicere ad turbas de Iohanne:Quid exi
ſtis in deſertum vt videretis?Arūdinem quæ vento agitatur?
Sed quid exiſtis ad videndum?Hominem mollibus veſtimen
tis indutum?Ecce qui veſtitu ſplendido veſtiuntur, & in deli-
ciis agunt,in regiis ſunt.Sed quid exiſtis ad videndū? Prophe Mala.3.a.
tam?Vtiꝗ dico vobis,& plus ꝙ prophetam. Hic eſt de quo
ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,
qui præparabit viam tuam ante te.Dico enim vobis : Maior
inter natos mulierum propheta Iohanne Baptiſta nemo eſt.
Attamen qui minor eſt in regno dei, maior eſt illo.Et omnis
populus audiens,& publicani iuſtificauerūt deum:baptizati
baptiſmo Iohannis. Phariſæi autem & legiſperiti conſiliū dei
E ſpreuerunt aduerſus ſemetipſos,non baptizati ab eo.Ait autē
dominus:Cui ergo aſsimilabo homines generationis huius, Matt.11.b.
& cui ſimiles ſunt?Similes ſunt puerulis ſedentibus in foro,&
acclamantibus inter ſe,ac dicentibus: Cantauimus vobis ti-
biis,& nō ſaltaſtis:lamentati ſumus vobis,& nō ploraſtis.Ve
nit enim Iohannes Baptiſta,neque edens panem,neque bibēs
vinum,& dicitis:Dæmonium habet . Venit filius hominis e-
dens,ac bibens,& dicitis:Ecce homo edax,& vini potor,ami-
cus publicanorum,ac peccatorum. Et iuſtificata eſt ſapientia

à filijs ſuis omnibus. Rogabat autē illum quidam è Phariſæis,
vt ederet cum ipſo. Et ingreſſus domum Phariſæi, accubuit.
Et ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix, vt cognouit
quod Ieſuah accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum
vnguenti, ſtanſqꝫ ad pedes eius à tergo flens, lachrymis cœpit
F rigare pedes eius, & capillis capitis ſui extergebat, & deoſcula
batur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Phari
ſæus qui vocauerat eū, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta
ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit ipſum, quia
peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſuah, dixit ad illū. Simō, habeo ti
bi aliquid quod dicā. At ille ait: Magiſter dic. Duo debitores
erant cuidā creditori: vnus debebat denarios quingentos, &
alter quinquaginta. Non habentibus aūt illis ad reddendum,
cōdonauit vtriſque. Horum igitur dic vter eum plus diliget?
G Reſpondēs Simon, dixit: Exiſtimo quod is cui plus condona
uit. At ille dixit ei: Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem,
dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam
aquam pedibus meis non dediſti: hæc autem lachrymis riga
uit pedes meos, & capillis capitis ſui exterſit. Oſculū mihi non
dediſti: hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit deoſculari pe
des meos. Oleo caput meum nō vnxiſti: hæc autem vnguēto
vnxit pedes meos: Propter quod dico tibi: Remittātur pecca
ta eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus re
mittitur, is minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittan
tur tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul accumbebant, dicere
intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata remittit? Dixit autē ad
mulierem: Fides tua ſaluam te fecit: vade in pace.

¶ Parabola ſeminantis uarie, de lucerna, de matre & fratribus, ſedatione aquarum, legione, filia archiſynagogi, & muliere fluxu ſanguinis laborante.

A CAP. VIII.

ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ſingulas ci
uitates, & caſtella prædicans, & annuncians regnum dei:
& duodecim cum illo, ſimulqꝫ mulieres aliquæ, quæ erant
ſanatæ à ſpiritibus malis, & infirmitatibus: Miriam quæ voca
Matt.13.a. Mar.4.a. tur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Ioanna
vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multę
quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Cum autem turba
plurima conueniret, et è ſingulis ciuitatibus properarēt ad eū
dixit ꝑ ſimilitudinē. Exijt ꝗ ſeminat ad ſeminādū ſemen ſuū. Et
inter ſeminandū, aliud cecidit circa viam, & cōculatum eſt, &
volucres cœli comederūt illud. Et aliud cecidit ſuper petram,
& enatum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit
B inter ſpinas, & ſimul enatæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud. Et aliud
cecidit in terrā bonā, & enatum fecit fructum centuplū. Hæc
Iſaię.6.c. dicēs clamabat: Qui habet aures ad audiendū, audiat. Interro
Mat.13.b. Matt.4.b. gabant autē eū diſcipuli eius, dicentes: quæ eſſet iſta parabola.
Iohan.12.f. Actuū.20.f. At ille dixit: Vobis datū eſt noſſe myſteria regni Dei, cæteris
Roma.11.b. autē per parabolas, vt videntes non videāt, & audientes non
intelligant. Eſt autē hæc parabola: Semen eſt verbum dei: Qui
aūt iuxta viam, hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, &
tollit verbū de corde eorū, ne credētes ſeruent. Nam qui ſuper
petram, ij ſunt qui cum audierint, cū gaudio ſuſcipiūt verbū.
& hi radicem non habent, qui ad tempus credūt, & in tēpore
tentationis recedunt. Quod autē in ſpinas cecidit, hi ſunt qui
audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs ac voluptatibus vi
tæ euntes ſuffocātur, nec referunt perfectum fructum. Quod
aūt in bonā terrā, hi ſunt qui in corde honeſto, ac bono audiē
Matt.5.b. tes verbū retinent, & fructū afferunt per patientiā. Hæc in di
Marc.4.c. Matth.10.b. cens clamabat: Qui habet aures ad audiendū, audiat. Nemo
Matt.4.c. Matt.10.c. vero cū lucernā accēderit, operit eam vaſe, aut ſubter lectum
Matth.13.b. ponit: ſed ſuper candelabrū ponit, vt intrantes videāt lumen.
25.a. Non eſt enim occultū, quod nō manifeſtū ſit futurū: nec abſcō
C ditum, quod nō ſit cognoſcendū, & in propatulū ſit venturū.
Videte ergo quomodo audiatis. Quiſquis enim habet dabit
Matt.14.d. Matth.3.d. illi: & quicunque non habet: etiam quod putat ſe habere, aufe
retur ab illo. Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius,
& non poterant adire eum præ turba, & nunciatū eſt illi à di

centibus: Mater tua & fratres tui ſtant foris, volētes te videre.
Qui reſpondēs, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi ſunt Matth.8. Marc.4.d.
qui verbū dei audiūt, ac faciunt illud. Factum eſt autē quodā
die, & ipſe aſcēdit in nauim ac diſcipuli eius, & ait ad illos: Trā
ſeamus ad vlteriora ſtagni, & ſoluerunt. Cæterum nauiganti
bus illis, obdormiuit: & ingruit procella venti in ſtagnū, & cō
D plebant: ac piclitabant. Accedētes aūt ſuſcitauerūt eū, dicētes:
Præceptor, preceptor, pimus. At ille experrectus, increpauit
ventū, ac tempeſtatem aquæ, & ceſſauerunt, factaqꝫ eſt trāquil
litas. Dixit autē illis: Vbi eſt fides veſtra? Timentes autē mirati
ſunt inter ſe, dicentes: Quiſputas hic eſt? Quia ventis quoque
& aquæ imperat, & obediunt ei. Et nauigauerunt ad regionē Matth.8.d. Mar.5.a.
Gadarenorū, quæ eſt contra Galil. Et cū de naui egreſſus eſſet
ad terrā, occurrit illi vir quidā è ciuitate, qui habebat dæmo
nia iam tēporibus multis: & veſtimento non induebatur, ne
que in domo manebat, ſed in monumētis. Is vt vidit Ieſuah,
& exlcamaſſet, procidit ante illum, ac voce magna dixit: Quid
mihi tecū eſt Ieſuah fili dei altiſſimi? Obſecro te, ne me torque
as. Præcipiebat enim ſpiritui immūdo, vt exiret ab hoīe. Mul
tis enim temporibus corripuerat illū, & vinciebatur catenis,
& compedibus cuſtodiebatur, & ruptis vinculis agebatur à
E dæmone in deſerto. Interrogauit autē illū Ieſuah, dicēs: Quod
tibi nomen eſt? At ille dixit: Legio. Quia intrauerūt dæmonia
multa in eum. Et rogauerunt illum ne imperaret ipſis vt in vo
raginem irent. Erat autem ibi grex porcorū multorū paſcen
tiū in monte, & rogabant eum, vt permitteret ipſis in illos in
gredi. Et permiſit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, &
intrauerūt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in ſta
gnum, & ſuffocatus eſt. Porro vt viderunt quod acciderat ij
qui paſcebant, & fugerunt, rumoremqꝫ nunciauerunt in ciui
tatem, ac villas. Exierunt autē vt viderēt quod factum erat, &
venerunt ad Ieſuah, & inuenerunt hominem ſedentem, à quo
dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes Ieſuah, &
timuerunt. Nunciauerunt aūt illis etiā qui viderāt, quomodo
ſanus factus eſſet is, qui agitabatur à demonio. Et rogauerunt
illum omnis multitudo Gadarenorum, vt diſcederet ab ipſis
F quia magno timore tenebātur. Ipſe autē conſcenſa naui, reuer
ſus eſt. Rogauerat enim illū vir à quo dæmonia exierant, vt cū
eo eſſet: ſed ablegauit eum Ieſuah, dicens: Redi in domū tuam,
& narra quæcūque tibi fecerit deus. Et abijt per totam ciuita
tem, prædicans quæcunqꝫ ſibi feciſſet Ieſuah. Factum eſt autē
cū rediret Ieſuah, excepit illum turba: Nā omnes expectabant Matt.9.c.
eū. Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynago Mar.5.b.
gæ erat, proſtratuſqꝫ ad pedes Ieſuah, rogabat eum vt intra
ret in domū ſuam, quoniā vnica filia erat ei ferè annorū duo
decim, & hæc moriebatur. Verū inter eundū, turbæ coarcta
bant eum. Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis ab annis
duodecim, quæ in medicos impenderat omnem ſubſtantiam
nec ab vllo potuerat curari, acceſſit retro, & tetigit fimbriam
veſtimenti eius, & confeſtim ſiſtebatur fluxus ſanguinis eius.
Et ait Ieſuah: Quis eſt qui me tetigit? Negātibus autē omnibus
dixit Petrus, & qui cū illo erant: Præceptor: turbæ te conſtrin
G gunt, & affligant, & dicis: quis me tetigit? Et dixit Ieſuah: Teti
git me aliquis. Nam ego noui potentiam à me exiſſe. Videns
autem mulier quod non latuiſſet, tremens venit, ac procidit
ante pedes eius & ob quam cauſam tetigiſſet eum, indicauit ei
coram toto populo, & quemadmodum confeſtim ſanata fuiſ
ſet. At ipſe dixit ei: Confide filia, fides tua te ſeruauit: vade in pa
ce. Adhuc illo loquente, venit quidam à domo principis ſyna
gogæ dicēs ei: Mortua eſt filia tua, noli vexare magiſtrū. Ieſuah
autem quum audiſſet, reſpondit ei dicens: Noli timere, crede
tantum, & ſalua erit. Et quum veniſſet in domū, non permiſit
intrare quenquam, niſi Petrum, & Iacobum, & Iohannem, &
patrem, ac matrem puellæ. Flebāt autem omnes & plangebāt
illam. At ille dixit: Nolite flere, non eſt mortua, ſed dormit. Et
deridebāt eum, ſcientes quod mortua eſſet. Ipſe autem eiectis
foras omnibus, apprehenſa manu eius, clamauit, dicens: Puella
ſurge. Et

ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit cōtinuò, ac iuſſit
illi dari cibum. Et ſtupuerunt parentes eius. At ille præcepit E
eis, ne cui dicerent quod factum erat.

¶ Inſtruūtur duodecim Apoſtoli, de Herode, de ſatiatis quinque panibus, quæſtio Ieſuah, & transformatio, de limatico de ambitione ſuorum, & uin dicta non petenda, de matre, & fratribus.

A CAP. IX.

Matth.10.a. Marc.3.b. COnuocatis autem duodecim dedit illis poteſtatē, & au
Matt.10.a. Matth.6.b. thoritatem ſuper omnia dæmonia, & vt morbos ſana
rent. Et miſit illos vt prędicarēt regnū dei, & ſanarēt infirmos.
Et ait ad illos: Ne quid tuleritis in viam, neqꝫ virgā, neqꝫ perā,
neqꝫ panē, neque pecuniam, neque binas tunicas habeatis. Et
in quamcunqꝫ domum intraueritis, illic manete, atqꝫ illinc ne
exeatis. Et quicunqꝫ nō receperint vos, exeuntes de ciuitate illa,
Actuū.13.g. etiā puluerem è pedibus veſtris excutite, in teſtimoniū aduer
ſus illos. Egreſſi aūt circumibāt ꝑ caſtella, euāgelizātes, & curā
tes vbiqꝫ. Audiuit aūt Herodes tetrarcha oīa quæ fiebāt ab eo
& hæſitabat, eo ꝙ diceret̃ à ꝗbuſdā quòd Iohānes ſurrexiſſet
à mortuis: à ꝗbuſdam verò, ꝙ Elijah apparuiſſet: ab alijs aūt,
Matth.14.a. Mar.6.b quòd propheta ꝗſpiā ex antiquis ſurrexiſſet. Et ait Herodes:
B Iohānē ego decollaui. Quis eſt aūt iſte de quo ego talia audio?
Et ꝗrebat videre eū. Et reuerſi Apoſtoli narrauerūt illi ꝗcūqꝫ
Matt.14.b. Marc.6.d. fecerant. Et aſſumptis illis, ſeceſſit ſeorſum in locū deſertū ciui
tatis, quæ vocatur Bethſaida. Quod quū cognouiſſent turbæ
ſecutę ſunt illum, & excepit eos, & loquebat̃ illis de regno dei,
& eos qui curatione indigebant, ſanabat. Dies autem cœperat
Iohan.6.a. declinare, & accedentes duodecim, dixerūt illi: Dimitte turbas,
vt profecti in caſtella villaſqꝫ vicinas, diuertant, & inueniant
eſcas, quia hic in loco deſerto ſumꝰ. Ait aūt ad illos: Vos date
illis ad edendū. At illi dixerunt: Non ſunt nobis plures, quām
quinqꝫ panes, & duo piſces, niſi nos profecti emamus in oēm
hunc populum eſcas. Erant autē ferè viri quinquies mille. Ait
aūt ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per diſcubitus
quinquagenos, atque ita fecerūt, & fecerunt oēs diſcumbere.
Acceptis aūt quinque panibus, & duobus piſcibꝰ, ſublatis in
C cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, diſtribuitqꝫ diſcipulis,
vt apponerēt turbæ. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt.
Et ſublatū eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorū cophini duo
Matth.16.b. decim. Et factum eſt quū eſſet orans ſingulatim, erāt cū illo &
Marc.8.c. diſcipuli, interrogauitqꝫ illos, dicēs: Quē me dicūt eſſe turbæ?
At illi reſpondentes dixerunt: Iohannem Baptiſtam, alij autē
Eliiah, alij vero quod propheta quiſpiam de antiquis ſurrexit.
Dixit autē illis: Vos autem quem me eſſet dicitis? Reſpondens
Petrus dixit: Chriſtum Dei. At ille comminatus illis, præcepit,
Marc.17.d. Marc.8.c. ne cui dicerēt hoc, dicens: Oportet filium hominis multa pati,
Matth.10.d. 16.d. & reprobari à ſenioribus, & principibus ſacerdotū, & ſcribis,
Marc.8.d. & occidi: & tertia die reſurget. Dicebat aūt ad omnes: Si quis
Intra.14.f. 17.g. vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuā,
Iohan.12.d. & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuā ſaluam facere,
perdet illam. Qui verò perdiderit animam ſuā propter me,
is ſaluā faciet illā. Quid enim proficit, homo ſi lucretur vniuer
ſum mundum, ſe autē ipſum perdat, aut iacturam ſuiipſius fa
Matth.10.d. Marc.8.d. ciat? Nam quem mei, meorumqꝫ ſermonum puduerit, huius
2 Timo.2.d. & filium hominis pudebit, cum venerit in maieſtate ſua, & pa
Matt.16.d. Marc.9.a. tris: ſanctorumqꝫ angelorū. Dico autē vobis verè: ſunt quidā
Matth.17.a. hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnū
Mar.9.a. dei. Factum eſt aūt poſt hæc verba ferè diebus octo, & aſſum
D pſit Petrū & Iohannem, & Iacobum, & aſcendit in mōtem vt
oraret. Et facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius alia, & veſti
tus eius candidus ac refulgens. Et ecce duo viri loquebātur cū
illo, qui erant, Moſeh, & Eliiah, qui viſi in maieſtate dicebant
exceſſum eiꝰ, quem cōpleturus erat in Ieruſalaim. Petrus verò
& qui cum illo erant, grauati erant ſomno. Experrecti autem
viderunt maieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum illo.
Et factum eſt quū diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſuah: præ
ceptor, bonū eſt nos hic eſſe, & faciamus tria tabernacula, vnū
tibi, & vnum Moſeh, & vnū Eliiah: neſciens quid diceret. Hæc
aūt illo loquente, facta eſt nubes & obumbrauit eos: timue

runt aūt intrantibus illis in nubem. Et vox facta eſt de nube, di
E cens: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Et dū fieret vox
inuentus eſt Ieſuah ſolus, & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt
in illis diebus quicquam ex his quæ viderant. Factum eſt autē Matth.17.d.
in ſequenti die, deſcendētibus illis de monte, occurrit illi turba Mar.9.c.
multa. Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magiſter, obſe
cro te, reſpice ad filium meum, quia vnicus eſt mihi: & ecce ſpi
ritus apprehendit eum, & ſubito clamat, & diſcerpit eū cum
ſpuma, & vix diſcedit ab eo dilanians eum: & ego rogaui diſci
pulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. Reſpondens
autē Ieſuah, dixit: O natio infidelis, & peruerſa, vſquequo ero
apud vos, ac patiar vos? Adduc filium tuū huc. Cum adhuc
autem accederet, laniauit illum dæmonium, & diſſipauit. In
crepauit autem Ieſuah ſpiritum immundum, & ſanauit puerū
& reddidit illum patri ſuo. Stupebant autē omnes ſuper ma
gnificentia Dei. Sed omnibus mirantibus ſuper omnibus quæ
faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in auribꝰ veſtris
ſermōes iſtos. Filius enim hominis, futurum eſt vt tradatur in
manus hominū. At illi ignorabant verbū iſtud, & erat abſcon
ditū ab illis, vt non intelligerent illud. Et timebant eū interro
gare de hoc verbo. Intrauit autem cogitatio inter eos ꝗs eorū
F maior eſſet. At Ieſuah videns cogitationes cordis illorum: Mat.18.a. Mar.9.e.
apprehēdit puerulum, & ſtatuit illum iuxta ſe, & ait illis: Qui
cunqꝫ receperit puerulū hunc nomine meo, me recipit. Et qui
cūque me receperit: recipit eū ꝗ me miſit. Nā ꝗ minor eſt inter
omnes vos, hic erit magnus. Reſpondens autem Iohannes, di
xit: Præceptor, vidimus quendam nomine tuo eiicientem dæ
monia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum. Et
ait ad illum Ieſuah: Nolite prohibere. Qui enim non eſt aduer
ſum nos, pro nobis eſt. Factū eſt aūt dum complerentur dies
G aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuā obfirmauerat vt iret Ieru
ſalaim, & miſit nuncios ante conſpectum ſuum, & profecti in
trauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et nō
receperūt eum: quia facies eius erat, euntis Ieruſalaim. Cum vi
diſſent autē diſcipuli eius, Iacobus, & Iohānes, dixerūt: Domi
ne, vis dicamus vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos,
queadmodū & Eliiah fecit? Conuerſus aūt Ieſuah increpauit
illos dicēs: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis vos. Filius enim hoīs nō
venit ad perdendum animas hominum, ſed ad ſeruandum. Et
abierūt in aliud caſtellum. Factum eſt autē, ambulantibus illis Mat.8.c.
in via dixit quidā ad illum: Sequar te quocunqꝫ ieris domine.
Dixit illi Ieſuah: Vulpes cauernas habent, & volucres cœli ni
dos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.
Ait autem ad alterem: Sequere me. Ille aūt dixit: Domine per
mitte mihi, vt prius abeam, ac ſepeliam patrem meum. Dixit
autē ei Ieſuah: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos tu vero
profectus, annuncia regnū dei. Et ait alius: Sequar te domine,
ſed prius ꝑmitte mihi, vt renūciem iis qui ſunt domi mæ. Ait
ad illum Ieſuah: Nemo qui admouit manum ſuam aratro, &
reſpicit à tergo, aptus eſt regno dei.

¶ De ſeptuaginta dicipulis, & legiſperito, de uulnerato in itinere, de Martha & ſorore.

A CAP. X.

POſt hæc aūt deſignauit dn̄s & alios ſeptuaginta, miſitqꝫ
illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & lo
cum quo erat ipſe venturus: Dicebat ergo illis, Meſſis quidem
multa, ſed operarij pauci. Rogate igitur dominum meſſis vt Matt.9.d. Matt.10.a.
emittat operarios in meſſem ſuā. Ite. Ecce ego mitto vos ſicut Marci.9.b. 4.Reg.4.c.
agnos in medio luporū. nolite portare ſacculū, neqꝫ perā, neqꝫ
calceamēta: & neminem per viam ſalutaueritis. In quācunque
domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et ſi fue
rit illic filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin minus,
ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes, &
bibētes quæ dantur ab illis. Dignus enim operarius mercede 1.Mat.10.b.
B ſua eſt. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunqꝫ Timo.5.c.
ciuitatē intraueritis, & ſuſceperint vos: edite que apponūtur
vobis, & ſanate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Appro
pinquauit in vos regnū dei. In quamcunqꝫ autem ciuitatē in
traueritis, & non ſuſceperint vos, euntes in plateis eius, dicite

Etiam puluerem,qui adhæſit nobis de ciuitate veſtra,extergi-
mus in vos:tamen hoc ſcitote,quòd appropinquauit in vos
regnũ dei.Dico vobis ꝙ Sedomitis in die illo remiſſius erit
Matth.11.c. quã illi ciuitati.Væ tibi Chorazin,vę tibi Bethſaida,quia ſi in
Tyro,& Sidone factæ fuiſſent potentię,quæ factæ ſunt in vo-
bis,olim in cilicio,& cinere ſedentes,egiſſent pœnitentiã:verũ-
C tamen Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio,ꝙ̃ vobis. Et
Matth.10.d. tu Capernaum,quæ vſqꝫ ad cœlum exaltata es,vſqꝫ ad infernũ
Iohã.13.c. deprimeris.Qui vos audit,me audit,& qui vos reiicit,me reii
cit:qui aũt me reiicit,reiicit eũ qui miſit me.Reuerſi ſunt aũt ſe-
ptuaginta cũ gaudio,dicẽtes:Domine,etiã dęmonia ſubiiciũ-
tur nobis per nomen tuum.Ait autem illis, Videbam ſathan
D ſicut fulgur de cœlo cadentẽ.Ecce do vobis poteſtatẽ calcan-
di ſuper ſerpentes,& ſcorpiones,ſuper omnẽ virtutẽ inimici,
& nihil vobis nocebit.Veruntamẽ in hoc nolite gaudere,ꝙ
ſpiritus vobis ſubiiciũtur:ſed gaudete ꝙ nomina veſtra ſcri-
pta ſunt in cœlis.In eadẽ hora exultauit ſpiritu Ieſuah,& di-
xit:Confitebor tibi pater,dñe cœli & terræ,ꝙ abſcõdiſti hæc
à ſapientibus,& prudentibus,& reuelaſti ea paruulis:etiã pa-
Matth.11.d. Matt.13.b. ter quoniam ſic fuit bona volũtas coram te.Omnia mihi tra-
dita ſunt à patre meo,& nemo ſcit quis ſit filius,niſi pater,&
quis ſit pater,niſi filius,& cui voluerit filius reuelare.Et cõuer
ſus ad diſcipulos ſeorſim,dixit:Beati oculi qui vident quæ vi-
Matt.13.d. detis. Dico enim vobis:quòd multi Prophetæ,& reges vo
Marc.12.a. luerunt videre,quæ vos videtis,& nõ viderũt:& audire quæ
E auditis,& non audierunt.Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit
tentans illum & dicens:Magiſter quid faciendo vitã æternam
poſſidebo?At ille dixit ad eũ:In lege quid ſcriptum eſt?Quo-
Deut.6.a. modo legis?Ille reſpondens dixit:Diliges dominũ deũ tuum
toto corde tuo,& tota anima tua,& totis viribus tuis,& tota
mẽte tua:& proximum tuum ſicut teipſum.Dixitqꝫ illi:Rectè
reſpondiſti:Hoc fac & viues:Ille autem volens iuſtificare ſei-
pſum, dixit ad Ieſuah:Et quis eſt meus proximus?Reſpondẽs
autem Ieſuah dixit:Homo quidam deſcẽdebat ab Ieruſalaim
in Iericho,& incidit in latrones,qui etiam diſpoliauerũt eum,
F ac vulneribus inflictis,abierũt ſemimortuo relicto.Caſu autẽ
ſacerdos quidã deſcendebat eadẽ via,viſoqꝫ illo præteriit.Si-
militer & Leuita,cum fuiſſet iuxta locum,cum acceſſiſſet,ac vi
diſſet eum,præteriit.Samaritanus autem quidam iter faciens,
venit ad eum:& viſo eo miſericordia motus eſt:& accendens
obligauit vulnera eius,infundens oleum,ac vinũ:& imponẽs
illum in ſuum iumẽtum,duxit in diuerſoriũ,& curã eius egit.
Et poſtero die egrediẽs cum protuliſſet duos denarios dedit
hoſpiti,& ait ei:curam illius habe:& quodcunqꝫ præterea in-
ſumpſeris,ego cũ rediero reddam tibi.Quis ergo horũ trium
G videtur tibi proximus fuiſſe illi,qui incidit in latrones?At ille
dixit:Qui fecit miſericordiã cũ illo.Ait igitur illi Ieſuah:Va-
de & tu fac ſimiliter.Factum eſt autem dũ irent,vt ipſe intra-
ret in quendam vicum.At mulier quædam Martha nomine
excipit illum in domum ſuam,& huic erat ſoror nomine Mi-
riam quæ etiam cum aſſediſſet ad pedes Ieſuah,audiebat ver
ba illius.Martha autem diſtrahebatur circa frequens miniſte-
rium quæ aſſiſtens ait:Dñe non eſt tibi curæ quòd ſoror mea
reliquit me vt ſola miniſtrem?Dic ergo illi,vt me adiuuet.At
reſpondens dixit illi Ieſuah:Martha,Martha,ſolicita es,& tu-
multuaris circa multa.Porrò vnum eſt neceſſariũ tibi.Mi-
riam bonam partem elegit,quæ non auferetur ab ea.

¶ Quomodo orandum,de dæmonio muto,præconium cuiuſdam mulieris, de petentibus ſignum,& Phariſæo dominum inuitante,execrationes in ſcribas. C A P. X I.

A ET factum eſt,quum oraret quodam in loco,vt ceſſauit,
Matth.6.b dixit quidam ex diſcipulis eius ad eũ:Domine, doce nos
orare,ſicut & Iohannes docuit diſcipulos ſuos.Et ait illis ; Cũ
oratis,dicite:Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen
tuum:adueniat regnum tuum:fiat voluntas tua,quẽadmodũ
in cœlo,ſic etiam in terra.Panem noſtrum quotidianũ da no-
bis hodie,& dimitte nobis peccata noſtra,ſiquidem & nos di
mittimus omni debẽti nobis.Et ne nos inducas in tentationẽ
ſed libera nos à malo.Et ait ad illos:Quis veſtrũ habebit ami-
cum,& ibit ad illum media nocte,& dicet illi:Amice da mihi
B mutuo tres panes,quoniã amicus meus venit de via ad me,&
non habeo quod apponam illi,& ille intus reſpondẽs dicat:
Ne mihi moleſtias exhibueris,iã oſtiũ clauſum eſt:& pueruli
mei mecũ ſunt in cubili,non poſſum ſurgere,& dare tibi.Di-
co vobis etiam ſi non daturus ſit illi ſurgens,eo quòd amicus
eius ſit:propter impudentiam tamen eius ſurget,ac dabit illi
quotquot habet opus.Et ego dico vobis:Petite,& dabitur Mat.7.a.21.c Marci.11.c.
vobis,quærite,& inuenietis:pulſate, & aperietur vobis.O- Iohã.14.b.et 16.c.
mnis enim qui petit accipit:& qui quærit inuenit:& pulſanti, Iacobi.1.a.
aperietur.Quẽ autem ex vobis patrem poſcet filius panem, Matth.7.b
num lapidem dabit illi?Aut ſi piſcem,num pro piſce ſerpen- Matth.9.b, 12.b.
tem dabit illi?Aut ſi petierit ouum:num porriget illi ſcorpiũ? Marc.3.c.
Si ergo vos cum ſitis mali,noſtis bona dona dare filiis veſtris
quanto magis pater veſter qui eſt è cœlo dabit ſpiritum ſan-
ctum poſcentibus ſe?Et erat eiiciens dæmonium,& illud erat
mutum : cumqꝫ eieciſſet dæmonium,locutus eſt mutus. Et
admiratę ſunt turbæ.Quidam autem ex eis dixerunt:Per Ba-
halzebub principem dæmoniorũ,eiicit dæmonia.Et alii ten-
tantes,ſignum de cœlo quęrebant ab eo.Ipſe autem cum ſci-
ret cogitationes eorum,dixit eis:Omne regnum aduerſus ſe-
ipſum diuiſum deſolatur,& Domus ſuꝑ domũ cadet.Quòd
ſi ſathan quoqꝫ aduerſus ſeipſum diuiſus eſt,quomodo ſta-
C bit regnum eius?quia dicitis per Bahalzebub eiicere me dæ-
monia.Quod ſi ego per Bahalzebub eiicio dæmonia:filii ve
ſtri per quem eiiciunt?Ideo ipſi iudices veſtri erunt.Porro ſi
digito dei eiicio dæmonia,profecto peruenit ad vos regnum
dei.Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in pace ſunt
ea quæ poſſidet:vbi vero fortior eo ſuperueniens vicerit eũ,
vniuerſa arma eius auferet,in quibus cõfidebat,& ſpolia eius
diſtribuit.Qui non eſt mecum,contra me eſt:& qui non colli
git mecum,diſpergit.Cum immundus ſpiritus exierit ab ho-
mine ambulat per loca arentia,quęrens requiem,& non inue
niens dicit:Reuertar in domum meam vnde exiui.Et cum ve
nerit,inuenit eam ſcopis mundatam atqꝫ ornatam,tũc vadit
& aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum peiores ipſo,& ingreſſi
habitant ibi:& fiunt extrema hominis illius peiora primis.Fa
ctum eſt autem cum hæc diceret , extollens vocem quędam
mulier de turba,dixit illi:Beatus vẽter qui te portauit.& vbe
D ra quæ ſuxiſti.At ille dixit:Quinimo,beati qui audiunt verbũ
dei,& cuſtodiunt illud.Turbis autem condenſantibus ſe,cœ- Matt.12.c.
pit dicere:Natio hæc mala eſt:ſignum quærit:& ſignum non Ionæ.4.a. 3.Re.10.a.
dabitur ei,niſi ſignum Ionæ Prophetæ.Nam ſicut fuit Ionah 2.Para.9.a.
ſignum Niniuitis,ita erit & filius hominis nationi iſti.Regina
auſtri ſurget in iudicio cum viris nationis huius,& condem-
nabit illos:quia venit à finibus terræ,vt audiret ſapientiã Se-
lomoh:& ecce plus quã Salomoh hoc in loco.Viri Nini-
uitæ ſurgent in iudicio cum natione hac,& condemnabunt
illam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ:& ec
E ce plus quàm Ionah hoc in loco.Nemo lucernam accendit, Ionæ.3.b.
& in abſcondito ponit:neque ſubter modium,ſed ſuper can-
delabrum,vt qui ingrediuntur,lumen videant.Lucerna cor- Matt.5.b.
poris eſt oculus.Cum igitur oculꝰ tuus fuerit ſimplex,totum Mar.4.c. Matt.6.b.c.
quoque corpus tuum lucidum erit.Quòd ſi malus fuerit,etiã
corpus tuum tenebroſum erit.Vide ergo ne lumen quòd in
te eſt,tenebræ ſint.Si ergo corpus tuum totum lucidum fue-
rit,non habens aliquam partem tenebroſam,erit lucidum to-
F tum,vt dum lucerna fulgore illuminat te.Et cum loqueretur.
rogauit illum quidã Phariſæus,vt pranderet apud ſe.Ingreſ-
ſus autẽ,accubuit.Phariſæus autem cum vidiſſet,admiratus
eſt,quòd non prius lauiſſet ante prandiũ.Et ait dominus ad Matt.13.e
illum:Nũc vos Phariſæi exteriora poculi catiniqꝫ mundatis,
& quòd intus eſt veſtri plenũ eſt rapina,& malitia.Stulti,nõ-
ne qui fecit quòd foris eſt,etiã id quod intus eſt fecit?Verun-
tamen



tamen quod ſupereſt, date eleemoſynam , & ecce omnia mũ
da ſunt vobis.Sed væ vobis Phariſæis,quia decimatis men-
Infra.10.g. tam & rutam & quoduis olus,& præteritis iudicium,& cha
Matth.23.a. Marc.12.d. ritatem dei.Imo hæc oportuit facere,& illa non omittere.Væ
Matth.23.a. vobis Phariſæis,quia diligitis primam cathedram in ſynago-
gis,& ſalutatiões in foro.Væ vobis ſcribæ,& Phariſæi hypo
critæ,quia eſtis vt monumenta,que non apparent,& homi-
nes ambulantes ſuper ea,neſciũt.Reſpondens autem quidam
ex legiſperitis,ait illi:Magiſter,hæc dicens etiam nos afficis cõ-
tumelia.At ille ait:Et væ vobis legiſperitis,væ,quia oneratis
homines oneribus,latu difficilibus,& ipſi vno digito veſtro
non attingitis ſarcinas.Væ vobis,quia ædificatis monumen-
ta Prophetarum:patres autem veſtri occiderunt illos:profe
cto teſtamini,& comprobatis facta patrum veſtrorum:quo-
niam illi quidem eos occiderunt,vos autem ædificatis eorum
ſepulchra.Propterea & ſapientia dei dixit:Mittã ad illos Pro-
phetas & Apoſtolos,& ex illis occident,& perſequentur,vt
requiratur ſanguis omnium Prophetarum,qui effunditur à
conſtitutione mundi,à natione iſta,à ſanguine Hebel vſqꝫ ad
Gene.4.b. ſanguinem Zechariah,qui periit inter altare,& domum.Pro-
2.Para.24.f. fecto dico vobis requiretur ab hac natione.Væ vobis legiſpe
ritis,quia tuliſtis clauem ſcientiæ:ipſi non introiſtis:& eos qui
introibãt,vetuiſtis.Cum autem hæc ad illos diceret,cœperũt
legiſperiti,& Phariſæi grauiter vrgere,& cum obſeruatione
oris eius interrogantes eum de multis,inſidiantes ei:& quærẽ
tes aliquid venari ex ore eius,vt accuſarent eum.

¶ De fermento phariſæorum:de nolente diuidi hæreditatem:de abundantia cuiuſdam: rerum terrenarum curam & auaritiam reiiciendam:de ſeruis ſedulis.

C A P. X I I.

A CVm autem conueniſſet innumeræ turbæ multitudo,
Matth.10.c. adeo vt ſe inuicem conculcarent,cœpit dicere ad diſci-
Marc.4.c. Marci.16.a. pulos ſuos:Primũ,cauete vobiſipſis à fermento Phariſæorũ
Mar.8.b. quod eſt hypocriſis.Nihil enim opertum eſt,quod non reue
labitur,neqꝫ abſconditum,quod non ſcietur.Quoniam quæ
in tenebris dixiſtis,in lumine audientur:& quod in aurem lo-
cuti eſtis in conclauibus,prædicabitur in tectis.Dico autẽ vo
bis amicis meis:Ne terreamini ab his qui occidũt corpus,&
poſt hæc nõ habent quod amplius faciant.Oſtendam autem
vobis quem timeatis.Timete eum,qui poſtquam occiderit,
habet poteſtatem coniiciendi in ghehinnon:certe dico vobis,
hunc timete.Nonne quinque paſſerculi veneunt minutis aſſi-
bus duobus,& vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo.
B Quin & pili capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite
Mat.10.d. Matth.8.b. ergo timere,multis paſſerculis pluris eſtis vos.Dico autem
vobis:omnis quicunque confeſſus fuerit me coram homini-
bus,& filius hominis confitebitur illum corã angelis dei.Qui
Matt.12.c. Marci.3.d. autem negauerit me corã hominibus,negabitur coram ange
Matt.10.b. lis dei.Et quiſquis loquitur verbum in filium hominis remit-
Marc.13.b. tetur illi:ei verò qui in ſpiritum ſanctum blaſphemiam dixe-
rit,non remittitur.Cum autẽ adduxerint vos ad ſynagogas,
& magiſtratꝰ,ac poteſtates,nolite ſoliciti eſſe,qualiter ,aut qd
reſpondeatis,aut quid dicatis.Spiritus enim ſanctus docebit
vos in eadem hora,quid oporteat vos dicere. Ait autem ei
quidam de turba:Magiſter,dic fratri meo,vt diuidat mecum
C hæreditatem.At ille dixit ei:Homo,quis me conſtituit iudicẽ,
Eccl.11.c. aut diuiſorem ſuper vos?Dixitqꝫ ad illos:Videte,& cauete
ab auaritia,quia non in abundantia cuiuiuſquam vita eius eſt
ex iis quæ poſſidet.Dixit autem ſimilitudinem ad illos,dicens:
Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit,& cogi
tabat,intra ſe,dicens:Quid faciam,quod non habeam,quò cõ
gregem fructus meos?Et dixit:Hoc faciam:Deſtruam horrea
mea,& maiora extruam,& illuc congregabo omnia quæ na-
ta ſunt mihi bona mea,& dicam animæ meæ:Anima habes
multa bona repoſita in annos multos:requieſce,comode,bi
be,gaude.Dixit autem illi Deus:Stulte,hac nocte animã tuã
repetunt abs te.Quæ verò paraſti,cui erunt?Sic qui recondit
ſibi,nec eſt erga Deum diues.Dixitqꝫ ad diſcipulos ſuos:Ideo
dico vobis:Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ,quid edatis:ne- Matt.6.c. 1.Petri.5.b.
que corpori,quid induamini.Anima plus eſt quàm eſca,& Pſalmo.54.
corpus plus quàm indumentum.Cõſiderate coruos,quia nõ
ſeminant,neque metunt,quibus nõ eſt penuarium,neque hor
reum,& deus paſcit illos.Quanto magis vos præſtatis volu-
D cribus?Quis autem veſtrum ſolicitudine ſua poteſt adiicere
ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?Si ergo ne id quidẽ quod
minimum eſt poteſtis,quid de cæteris ſoliciti eſtis?Conſide-
rate lilia quomodo creſcunt,non laborant,neque nent:Dico
autem vobis,nec Selomoh in omni gloria ſua veſtiebatur ſi-
cut vnum ex iſtis.Si autem herbam quæ hodie eſt in agro,&
cras in clibanum mittitur,Deus ſic veſtit:quanto magis vos
veſtiet ô parũ fidentes?Et vos nolite quærere quid eſuri ſitis,
aut quid bibituri:& nolite in ſublime tolli. Hæc enim omnia
gentes mundi quærunt , pater autem veſter ſcit quòd iſtis
indigeatis. Quin potius quærite regnum Dei , & hæc o- Marc.6.c.
mnia adiicientur vobis.Noli timere puſille grex ,quia com
E placitum eſt patri veſtro dare vobis regnum.Vendite quæ
poſſidetis ,& date eleemoſynam.Facite vobis ſacculos qui
non veteraſcunt,theſaurum non deficiẽtem in cœlis:quo fur
non accedit,neque tinea corrumpit.Vbi enim theſaurus ve-
ſter eſt,ibi & cor veſtrum erit.Sint lumbi veſtri præcincti,&
lucernæ accẽſæ,& vos ſimiles hominibus expectãtibus domi
num ſuum,quãdo reueuertatur à nuptiis:vt cum venerit ac
pulſauerit,cõfeſtim aperiant ei.Beati ſerui illi,quos quum ve-
nerit dominus,inuenerit vigilantes.Amen dico vobis,quòd
præcinget ſe,& faciet illos diſcumbere:& tranſiens,miniſtra-
bit illis.Et ſi venerit in ſecunda vigilia,& ſi in tertia vigilia ve-
nerit,atque ita inuenerit,beati ſunt ſerui illi.Hoc autem ſcito-
te,quòd ſi ſciſſet paterfamalias qua hora fur venturus fuiſſet,
vigilaſſet vtique ,nec paſſus fuiſſet perfodi domum ſuam.Et
vos igitur eſtote parati:quia qua hora non putatis,filius ho-
minis veniet.Ait autem ei Petrus:Domine,ad nos dicis iſtam
parabolam,an etiam ad omnes?Dixit autem dominus:Quiſ-
nam eſt fidelis diſpenſator ac prudens,quem conſtituet domi
F nus ſuper famulatum ſuum,vt det illis in tempore demenſum
cibum?Beatus ille ſeruus,quem quum venerit dominus,inue Matt.24.d.
nerit ita faciẽtem.Vere dico vobis,quòd omnibus quæ poſ- Apoc.16.c.
ſidet,præficiet illum.Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo:
differt dominus meus reditum,cœperitqꝫ percutere ſeruos,
& ancillas,& edere,bibereqꝫ,& inebriari,veniet dominꝰ ſerui
illius in die quo nõ ſperat:& hora qua neſcit,& diſſecabit eũ,
partémque eius cum infidis ponet.Ille autem ſeruus qui co-
gnouit voluntatem domini ſui,& non preparauit,nec fecit ſe
cundum volũtatem eius,plagis vapulabit multis:qui autem
non cognouit,& fecit digna plagis,vapulabit paucis.Porro
cuicũque multum datum eſt,multum quæretur ab eo:& cui
commendauerunt multum,plus petent ab eo.Ignem veni vt
mitterem in terram,& quid volo,ſi iam accẽſus eſt?ſed baptiſ
mo habeo baptizari,& quomodo coartor donec ꝑficiatur?
G Putatis quod pacem venerim vt mitterem in terram?Non
dico vobis,imo ſeparationem.Erunt enim ex hoc quinque in
domo vna,diuiſi tres,aduerſus duos:& duo,contra tres:diui
detur pater,aduerſus filium:& filius,aduerſus patrem:mater,
aduerſus filiam:& filia,aduerſus matrem:ſocrus,aduerſus nu- Matth.16.a. Mar.8.b.
rum ſuam:& nurus,aduerſus ſocrum ſuam.Dicebat autem
& ad turbas:Cum videritis nubem orientẽ ab occaſu,ſtatim
dicitis:imber venit,& ita fit:& cum auſtrum flantem,dicitis
quod æſtus erit,& fit.Hypocritæ:faciem cœli,& terræ noſtis
probare:hoc autem tempus qui fit vt non probetis?Cur au-
tem & ex vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?Cũ enim Matt.5.d.
vadis cum aduerſario tuo ad magiſtratum in via,da operam
vt libereris ab illo,ne forte pertrahat te ad iudicem,& iudex
tradat te exactori,& exactor coniiciat te in carcerem.Dico
tibi, non exibis inde,donec vltimum etiam minutum red-
das.

¶Exemplo galilæorum hortatur ad pœnitentiam,de arbore ſterili,de muliere incurua,de grano ſinapis &c.quoti ſaluentur,de Herodis inſidiis.

C A P. X I I I.

A ADerant autem quidam eodem in tempore nuntiantes illi de Galilæis,quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificiis ipſorum.Et reſpondens Ieſuah,dixit illis:Putatis quòd hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint,quia talia paſſi ſunt?Non,dico vobis:imo niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimiliter peribitis.At illi decem & octo,ſupra quos cecidit turris in Siloah,& occidit eos,putatis quòd debitores fuerint vltra cunctos homines habitantes Ieruſalaim?
B Non,dico vobis:imo niſi pœnitentiam egeritis,omnes ſimiliter peribitis.Dicebat & hanc ſimilitudinem:Arborē fici habebat quidam plantatam in vinea ſua,& venit quærēs fructū in illa,& non inuenit.Dixit autem ad cultorē vineæ.Ecce anni tres ſunt,ex quo venio quærens fructum in ficu hac,& non inuenio,ſuccide illam.Ad quid vel terram occupat?At ille reſpondens dixit illi:Domine,ſine illam & hoc anno,donec fodero circum illam,& miſero fimum,& ſiquidē fecerit fructū,
C ſin vero minus,in poſterum ſuccides eam.Docebat autem in vna è ſynagogis,ſabbatis:& ecce mulier quæ habebat ſpiritū infirmitatis annis decē,& octo:erātque contracta,nec omnino poterat erigere caput:quā cum videret Ieſuah aduocauit eā,& ait illi:Mulier,liberata es ab infirmitate tua.Et impoſuit illi manus,& confeſtim erecta eſt,& glorificabat Deum.Reſpondens autem princeps ſynagogæ,indignans quòd ſabbato ſanaſſet Ieſuah,dicebat turbæ:Sex dies ſunt in quibꝰ oportet operari.In his ergo venite,vt ſanemini,& non in die ſabbati.Reſpondens autem ad illum dominus,dixit:Hypocritę,vnuſquiſq; veſtrum ſabbato nōnne ſoluit bouem ſuum,aut aſinum à præſepi,& ducit aquatum?Hanc autem filiā Abrahæ,quam alligauit ſathan,ecce decem & octo annis,nō oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati?Et cum hæc diceret,eru-
D beſcebant omnes aduerſarij eius:& omnis populus gaudebat ſuper vniuerſis quæ cum gloria fiebant ab eo.Dicebat ergo:
Matth.13.d. Mar.4.c. Cui ſimile eſt regnū Dei,& cui ſimile faciā illud?Simile eſt grano ſinapis quod acceptum homo miſit in hortum ſuum,& creuit:& euaſit in arborem magnam,& volucres cœli habita-
E bant in ramis eius.Et iterum dixit:Cui ſimile faciam regnum Dei?Simile eſt fermento,quod acceptum mulier abſcondit in
Mat.13.e. farinæ ſata tria,donec fermētetur totum.Et ibat per ciuitates,& caſtella docens,& iter faciens Ieruſalaim.Ait autem illi quidam:Domine an pauci ſunt qui ſalutem cōſequuntur?Ille verò dixit ad illos:Contendite intrare per anguſtam portam:
Matth.7.b. quia multi,dico vobis,quærent intrare,& non poterunt.Cū autē ſurrexerit paterfamilias,& clauſerit oſtium,& cœperitis
F foris ſtare,& pulſare oſtium,dicentes:Domine,domine,aperi
Mat.7.d. nobis,reſpondens dicet vobis:Neſcio vos vnde ſitis.Tunc incipietis dicere:Edimus coram te,& bibimus,& in plateis noſtris docuiſti.Et dicet:Dico vobis,neſcio vos vnde ſitis.Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis.Ibi erit fletus,& ſtridor dentium,cum videritis Abraham,& Iſchac,& Iacob,& oēs
Pſal.6. Mat.7.b.25.d. prophetas in regno Dei,vos autem expelli foras.Et veniēt ab
Math.19.d. 20.b. Marc.10.d. oriente,& occidente,& aquilone,& auſtro,& accumbent in regno Dei.Et ecce ſunt poſtremi qui erunt primi,& ſunt primi qui erunt poſtremi.Eodem die acceſſerunt quidam Pha-
G riſæi,dicētes illi:Exi,& vade hinc:quia Herodes vult te occidere.Et ait illis:Profecti dicite vulpi illi:Ecce eiicio dæmonia,& ſanitates perficio hodie,& cras,& tertia die cōſumor.Veruntamen oportet me hodie,& cras,& perendie ambulare:quia fieri nō poteſt,vt ꝓpheta pereat alibi,quā Ieruſalaim.Ieruſalaim,Ieruſalaim,quæ occidis ꝓphetas,& lapidas eos q mittunt ad te.Quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennas,& noluiſtis:Ecce relinquitur domus veſtra deſerta.Dico autem vobis,quòd non videbitis me donec venerit tempus,cum dicetis:Benedictus qui venit in nomine domini.

¶De hydropico:non ambiendos primos accubitus:qui adhibendi menſis:de excuſantibus ſe a cœna:Chriſtum ſequuturos quid oporteat facere.

C A P. X I I I I.

A ET factum eſt,quum intraſſet in domum cuiuſdam principis Phariſæorū ſabbato ad comedendū panem,& ipſi obſeruabant eum.Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illū.Et reſpondēs Ieſuah dixit ad legiſperitos,& phariſæos,dicens:Num licet ſabbato ſanare?At illi tacuerunt.Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit.Et reſpondens ad illos,dixit:Cuius veſtrum aſinus,aut bos in puteum cadet,& nō cō-
B tinuo extrahet illum die ſabbati?Et non poterant ad hæc reſpondere illi.Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intēdens,quomodo primos accubitus eligerent,dicēs ad illos:cū inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias,ne accumbas in primo loco:ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo,& veniens is Prouer.25.a. qui te & illum vocauit,dicat tibi:Da huic locum,& tunc incipias cum rubore extremum locum tenere.Quin potius cum vocatus fueris,vade,accumbe in nouiſſimo loco,vt cū venerit qui te inuitauit,dicat tibi:Amice,aſcende ſuperius:tūc erit Infra.18.c.
C tibi gloria corā ſimul diſcūbētibus,quia omnis qui ſe exaltat Matt.23.b. Tob.4.b. humiliabitur:& qui ſe humiliauerit,exaltabitur.Dicebat autē Prou.3.b. & ei,qui ſe inuitauerat:Cum facis prandium,aut cœnam,noli vocare amicos tuos,neq; fratres tuos,neq; cognatos tuos,neq; vicinos diuites,ne quando & ipſi te viciſſim inuitent,& fiat tibi retributio.Imo cum facis conuiuiū,voca pauperes,debiles,claudos,cæcos,& beatus eris,quia non poſſunt repēdere tibi.Repēdet eñ tibi in reſurrectiōe iuſtorum.Hæc cum audiſſet quidam de ſimul accumbētibus,dixit illi:Beatus qui
D comedit panem in regno dei.At ipſe dixit ei:Homo quidam fecit cœnam magnam,& vocauit multos:miſitq; ſeruū ſuum hora cœnæ,vt diceret inuitatis:Venite quia iam parata ſunt omnia.Et cœperunt ſimul omnes excuſare.Primus dixit ei: Matt.22.a. Apo.10.b. Villam emi,& neceſſe mihi eſt exire,& videre illam:rogo te,habe me excuſatum.Et alter dixit:Iuga boum emi quinque,
E & eo ad probādum illa:rogo te,habe me excuſatum.Et alius dixit:Vxorem duxi,& ideo non poſſum venire.Ac reuerſus ſeruꝰ renūciauit hæc dño ſuo.Tunc iratus paterfamilias,dixit ſeruo ſuo:Exi cito in plateas,& vicos ciuitatis,& pauperes,ac debiles,claudosq;,& cæcos introduc huc.Et ait ſeruus:Domine factum eſt vt imperaſti,& adhuc locus eſt.Et ait dominus ſeruo:Exi in vias,& ſepes,& cōpelle intrare,vt impleatur domus mea.Dico enim vobis,quòd nemo virorum illorū qui
F vocati ſunt guſtabunt cœnam meam.Ibant autē turbæ mul- Matt.10.d. tæ cum eo,& conuerſus ad illos:Si quis venit ad me,nec odit patrem ſuum,ac matrem,& vxorem,& filios,& fratres,& ſorores,præterea autem,& animam ſuā,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et ſi quis non baiulat crucem ſuam,& venit poſt me,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Quis enim eſt ex vobis, Mat.10.d. 16.d. qui velit turrim ædificare,quin prius ſedens computet ſum- Mar.8.d. ptus,an habeat quibus opus eſt ad perficiendū?ne poſtquam fuerit fundamētum,nec potuerit perficere:omnes qui viderint,incipiant illudere ei,dicentes:Hic homo cœpit ædificare
G nec potuit cōſummare.Aut quis rex proficiſcens vt committat prælium aduerſus alterum regem,nōnne ſedens prius cogitat,an poſſit cum decem milibus occurrere ei,qui cum viginti milibus venit contra ſe?Alioquin adhuc illo longe agente,legatione miſſa,petit ea quæ pacis ſunt.Sic ergo omnis ex vobis,qui non renunciat omnibus quæ poſſidet,non poteſt meus eſſe diſcipulus.Bonus eſt ſal:ſi verò ſal infatuatus fuerit Matt.5.b. Marci.9.g. per quod condietur?Neq; in terram,neque in fimum vtilis eſt foras proiiciunt illum.Qui habet aures ad audiendum,audiat.

¶De oue & drachma perditis & redinuentis:deq; filio prodigo.

C A P. X V.

A APpropinquabant autem ad eum omnes publicani & peccatores,vt audirēt illum:& murmurabant Phariſæi ac Scribæ,dicentes:Hic peccatores recipit,& edit cū illis. Dicebat



Matt.18.b. Dicebat autem ad illos parabolam hanc,dicens:Quis ex vobis eſt homo qui habet centum oues:& ſi perdiderit vnam ex illis,nōnne relinquit nonagintanouem in deſerto,& vadit ad illam quæ perierat,donec inueniat eā?Et quum inuenerit eā,imponit in humeros ſuos gaudens:veniensq; domum vocat amicos,& vicinos,dicens illis:Congaudete mihi,quia inueni ouem meā quæ perierat.Dico vobis,quòd ita gaudiū erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,magis quā ſuper nonaginta nouem iuſtis,qui non indigēt pœnitentia.Aut quæ mulier habens drachmas decem,ſi perdiderit drachmam vnam,non accendit lucernam,& verrit domum,quæ-
C ritq; diligenter,donec inueniat?Et cū inuenerit cōuocat amicas,ac vicinas,dicens:Cōgaudete mihi,quia inueni drachmā,quam perdideram.Ita dico vobis,gaudium erit coram angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.Ait autem:Homo quidam habuit duos filios,& dixit adoleſcentior illo-
D rum patri:Pater,da mihi portionem ſubſtātiæ,quæ ad me redit.Et diuiſit illis ſubſtantiam.Ac poſt dies non multos,cum omnia congregaſſet adoleſcētior filius,peregre profectus eſt in regionem longinquam,& diſſipauit ſubſtantiam ſuam,viuendo luxurioſe.Et poſtquam omnia conſumpſiſſet,facta eſt fames valida in regione illa.Et ipſe cœpit egere,& abiit & adhæſit vni ciuium regionis illius:atq; is miſit illum in villā ſuā vt paſceret porcos:& cupiebat implere ventrem ſuum de ſi-
E liquis,quibus porci veſcebantur,neq; quiſquam illi dabat.In ſe autē reuerſus dixit:Quam multi mercenarij patris mei abūdant panibus,ego verò fame pereo.Surgam,& ibo ad patrē meum,& dicam ei:Pater,Peccaui in cœlum,& coram te:iam non ſum dignus vocari filius tuus,fac me ſicut vnū de mercenariis tuis.Et ſurgēs venit ad patrem ſuum.Cum autem adhuc longè abeſſet,vidit illū pater ipſius,& miſericordia motus eſt:& accurrens ruit in collum eius,& oſculatus eſt eum.Dixitq; ei filius:Pater peccaui in cœlum,& coram te:neq; poſt
F hac ſum dignus vocari filius tuus.Dixit autē pater ad ſeruos ſuos:Proferte ſtolam primam,& induite illum,& date annulum in manu eius,& calceamenta in pedes.Et adducite vitulum illū ſaginatum,atq; mactate,ſumptisq; epulis lætemur:quia hic filius meus mortuus erat,& reuixit,perierat,& inuentus eſt.Et cœperunt lætari.Erat autē filius eius ſenior in agro,& cum veniret,& appropinquaſſet domui,audiuit concentum,& choros,& vocauit vnum de ſeruis ſuis,& interrogauit quid eſſent illa.At is dixit illi:Frater tuus venit,& occidit pater tuus vitulum illum ſaginatum,quòd incolumē illum receperit.Indignatus eſt autem,nec volebat introire.Pater ergo
G illius:egreſſus,rogabat illum.At ille reſpōdens,dixit patri:Ecce tot annis ſeruio tibi,nec vnquam præceptū tuū tranſgreſſus ſum,nec vnquam dediſti mihi hœdū,vt cū amicis meis lætarer:ſed poſtquam filius tuus hic,qui deuorauit ſubſtantiā tuam cum meretricibus,venit,occidiſti illi vitulum illum ſaginatum.At ille dixit ei:Fili,tu ſemper mecum es,& omnia mea tua ſunt.Lætari autē,& gaudere oportebat,quia frater tuus hic mortuus erat,& reuixit:pierat,q;,& inuētus eſt.

¶De diſpenſatore delato:unum non poſſe duobus ſeruire.ſubſannatio Phariſæorum:de diuite & Lazaro.

C A P. X V I.

A DIcebat autem & ad diſcipulos ſuos:Homo quidā erat diues,qui habebat diſpēſatorē,& hic delatus eſt apud illum,velut qui diſſiparet bona ipſius.Et vocauit illum,& ait illi:Quid hoc audio de te?Redde rationem diſpēſatiōis tuæ.Non enim poteris poſthac diſpēſare.Ait autem diſpenſator intra ſe:Quid faciam,quia dominus meus aufert à me diſpenſationem?Fodere non valeo,mēdicare erubeſco:ſcio quid fa-
B ciam,vt cum amotus fuero à diſpēſatione,recipiant me in domos ſuas.Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus domini ſui,dicebat primo:Quantū debes domino meo?At ille dixit:Cētum batos olei.Dixitq; illi,accipe cautionem tuā,& ſede cito,& ſcribe quinquaginta.Deinde alteri dixit:Tu verò quantū debes?Qui ait:Cētum coros tritici.Ait illi:Accipe cautionē,& ſcribe octoginta.Et laudauit dominus diſpenſatorem iniquum,quòd prudenter feciſſet.Quia filij huius ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis in natione ſua.Et ego vobis dico:Facite vobis amicos ex mammona iniuſto:vt cum defeceritis,reci-
C piant vos in æterna tabernacula.Qui fidelis eſt in minimo,& in multo fidelis eſt:& qui in minimo iniquꝰ eſt,is & in multo iniquus eſt.Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis,q; verum eſt,quis credet vobis?Et ſi in alieno fideles non fuiſtis,quod verum eſt,quis dabit vobis?Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire,aut enim vnum odio habebit,& alterū diliget:aut vni adhærebit,& alterum contemnet.Non pote- Matt.6.c. ſtis deo ſeruire & mammonæ.Audiebant autem hæc omnia
D & Phariſæi,qui erant auari,& deridebant illū.Et ait illis:Vos eſtis qui iuſtificatis voſipſos corā hominibus,deus autem cognoſcit corda veſtra.Quia quod hominibꝰ excelſum eſt,abominatio eſt coram deo.Lex & prophetæ vſq; ad Iohannem. Matt.11.b. Ab eo tempore regnum dei annunciatur,& quiuis in illud Matt.5.c. Matth.5.e. vim facit.Facilius eſt autem cœlum,& terram prꝗterire,quā Mat.10.b. 1.Cor.7.b.
E legis vnum apicē cadere.Quiſquis dimittit vxorem ſuam,& alteram ducit,adulterium committit:& qui dimiſſam à viro ducit,adulterium committit.Homo quidam erat diues,q induebatur purpura & byſſo,& epulabatur quotidie ſplēdide.Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus,qui iacebat ad iannuam eius hulceroſus,cupiēs ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis.Sed & canes veniebant,ac lingebant hulcera eius.Accidit autem vt moreretur mendicus,&
F deportaretur ab angelis in ſinū Abrahæ.Mortuus eſt autē & diues,ac ſepultꝰ eſt,atq; in inferno,ſublatis oculis ſuis cū eſſet in tormentis,videt Abraham eminus,& Lazarū in ſinu eius:& ipſe clamās,dixit:Pater Abrahā,miſerere mei,& mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam,ac refrigeret linguam meam,quia crucior in flamma hac.Dixit autē Abraham:Fili,recordare quòd receperis bōa tuā in vita tua,& Lazarus ſimiliter mala,nunc autem hic ſolatio afficitur,tu verò cruciaris.Et ſuper hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens
G firmatus eſt,vt ij qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint neq; inde huc tranſcēdere.Ait autem:Rogo ergo te pater,vt mittas eum in domum patris mei:Habeo enim quinque fratres,vt teſtificetur illis,ne & ipſi veniāt in hūc locū cruciatus.Ait illi Abraham:Habent Moſeh ac prophetas,audiant illos.At ille dixit:Non pater Abraham:ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos,pœnitentiam agent.Ait autē illi:Si Moſeh,& prophetas non audiunt,neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit,credent.

¶Cauendum eſſe ab offendiculo:fratri condonandum:de decem leproſis:de regno dei.

C A P. X V I I.

A AIt autem ad diſcipulos:Fieri non poteſt,quin veniant Matt.18.a. offendicula:Ve tamen illi,per quem veniunt.Expedit Marc.9.f. illi,ſi mola aſinaria ponatur circa collū eius,& proiectus fuerit in mare potius,quàm vt offendat vnū de puſillis iſtis.Cauete vobis.Si peccauerit in te frater tuus,increpa illum:& ſi pœnituerit,remitte illi.Et ſi ſepties in die peccauerit in te,& ſepties in die conuerſus fuerit ad te,dicens:pœnitet me:remittes Matt.18.b. Leuit.19.d. illi.Et dixerunt apoſtoli domino:Adauge nobis fidem.Dixit Eccl.19.b.
B autem dominus:Si haberetis fidem ſicut granum ſinapis,& Matth.18.c. Mat.17.c. dixiſſetis huic arbori ſycamino,eradicare,& tranſplantare in mare,obediſſet vobis.Quis autem veſtrum habens ſeruū arātem aut paſcentem,qui regreſſo ab agro dicat,ſtatim tranſi,& accumbe,ac non potius dicit illi:parato quod cœnem,& præcinge te,ac miniſtra mihi,donec edero & bibero,& poſt hæc edito,& bibito tu.Num gratiam habet ſeruo illi,quia fe-
C cit quæ ei imperata fuerant?Non puto.Sic & vos,cum feceritis omnia quę ꝑcepta ſunt vobis,dicite:Serui inutiles ſumꝰ:Quod debuimus facere,fecimus.Et factum eſt dum iret Ieruſalaim:& ipſe tranſibat per mediū Samariah,& Galil.Et quū ingrederetur quendam vicum,occurrerunt ei decem viri le-
D proſi,qui ſteterunt procul,& eleuata voce,dixerunt:Ieſuah præceptor,miſerere noſtri.Quos vt vidit,dixit illis:Ite,oſten-

dite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, vt inter eundem munda-
ti ſint. Vnus autem ex illis vt vidit quòd mundatus eſſet, re-
greſſus eſt cum voce magna glorificans deum, & procidit in
faciem ad pedes eius gratias agens ei: & hic erat Samaritanus.
Reſpondens autem Ieſuah, dixit: Nónne decẽ mundati ſunt?
Nouem autem illi vbi? Non ſunt reperti qui redierint, vt da-
rent gloriam deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, fi-
E des tua te ſeruauit. Interrogatus autem à Phariſæis, quando
venturum eſſet regnũ dei, reſpondit eis, & dixit: Non veniet
regnum dei cum obſeruatione, neque dicent, ecce hic, aut ec-
ce illic. Ecce enim regnũ dei intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos:
Venient dies, quando deſiderabitis videre vnum dierum fi-
Matt.24.b. Marc.13.c. lij hominis, nec videbitis. Et dicent vobis: Ecce hic, ecce illic.
Matt.24.d. Nolite ire, neque ſectemini. Nam ſicut fulgur coruſcans è re-
gione quæ ſub cœlo eſt, in alteram quæ ſub cœlo eſt fulget, ita
erit filius hominis in die ſuo. Sed primum oportet illum mul-
F ta pati, & reprobari à natione hac. Et ſicut fuit in diebus No-
Gene.7.f.b. ach, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant, bibebant, vxo-
res ducebant, & dabantur nuptum ad eum vſq; diem, quo in-
trauit Noach in arcam: & venit diluuiũ, & perdidit omnes.
Gene.19.c. Conſimiliter etiam ſicut fuit in diebus Loth: Edebant, bibe-
bant, emebant, vendebant, plantabãt, ædificabãt, cæterũ quo
die exiit Loth è Sodom, pluit igni, & ſulphure de cœlo, & oẽs
perdidit. Secundum hæc, erit dies quo filius hoĩs reuelatur. In
G illo die qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcendat
Supra.9.c. Mat.10.d. ad tollendũ illa: & q in agro, ſimiliter nõ redeat ad relicta. Me-
Mar.8.d. Iohã.12.d. mores autem eſtote vxoris Loth. Quicũque quæſierit animã
Matt.24.d. ſuam ſeruare, perdet illam: & quicunq; perdiderit illam, vitã
illi parabit. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno:
vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes ſi-
mul: vna aſſumetur, & altera relinquetur. Et reſpondentes di-
cunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus,
illud congregabuntur & aquilæ.

¶ Continue orandum: de iudice iniquo, de phariſæo & publicano, puerorũ
eſſe regnum Dei, de diuite cõtriſtato, prædicit paſſionem ſuam
Chriſtus, & cæcũ reſtituit. CAP. XVIII.

A DIcebat autẽ & ſimilitudinẽ ad illos, in hoc quod opor-
teret ſemper orare, nec defatigari, dicens: Iudex quidã
Eccl.18.c. 1.Theſ.5.d. erat in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominẽ
reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ve-
niebat ad eum dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et no-
lebat aliquandiu. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Quanquam
deum non timeo, nec hominem reuereor, tamẽ quia moleſta
eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne tandem veniens ſug-
gilet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquus di-
B cat: Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum, cla-
mantium ad ſe die ac nocte, etiam cum patiens fuerit ſup illis?
Dico vobis, quòd faciet vindictam illorũ cito. Veruntamen
filius hominis quum venerit, an repperturus eſt fidem in terra?
Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebãt quòd eſſent
iuſti, & aſpernabant̃ cæteros ſimilitudinem iuſtam: Duo ho-
C mines aſcendebant in templũ vt orarent: vnus Phariſæus, &
alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus
gratias ago tibi, quòd nõ ſim ſicut cæteri homines, raptores,
iniuſti, adulteri, velut etiã hic publicanus: ieiuno bis in ſabba-
to, decimas do omniũ quæ poſſideo. Et publicanus procul
ſtans, nec oculos volebat ad cœlum attollerare, ſed percutie-
Supra.14.e. bat pectus ſuum, dicens: Deus, propicius eſto mihi peccatori.
Matt.23.b. Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam magis
quàm ille. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabit̃: & qui ſe hu-
miliat, exaltabitur. Afferebant autẽ ad eum & infantes, vt eos
tangeret. Quod cum viderent diſcipuli, increpabant illos. Ie-
ſuah aũt cũ illos ad ſe vocaſſet, dixit: Sinite puerulos venire ad
me, & nolite vetare eos: Taliũ eſt em̃ regnũ dei. Amẽ dico vo-
D bis quicunq; nõ acceperit regnũ dei veluti puerulus, nõ intra-
Matth.19.b. Mar.10.b. bit in illud. Et interrogauit eũ quidã princeps, dicẽs: Magiſter
bone, quid faciẽdo vitã æternã poſſidebo? Dixit aũt ei Ieſuah:
Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi vnus deus. Præce-
pta noſti. Non committes adulterium: non occides: nõ facies Exodi.20.c.
furtum: non falſum teſtimonium dices: honora patrẽ tuum, &
matrem tuam. At ille ait: Hæc omnia ſeruaui à iuuẽtute mea.
Quo audito, Ieſuah ait ei: Adhuc vnum tibi deeſt. Om̃ia que-
cunque habes vende, & diſtribue pauperibus: & habebis the-
ſaurum in cœlo, & veni ſequere me. His ille auditis, mœrore af-
E fectus eſt, quia diues erat valde. Videns autem Ieſuah illũ mœ-
rore affectum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent in re-
gnũ dei intrabũt. Facilius eſt em̃ camelũ p foramen acus trãſ-
ire, q̃ diuitẽ intrare in regnũ dei. Et dixerunt qui audierant: Et
q̃s põt ſaluus fieri? At ille ait: Quæ impoſsibilia ſunt apud ho-
mines, poſsibilia ſunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos
reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Qui dixit eis: Amen dico
vobis: Nemo eſt qui reliquit domum, aut parẽtes, aut fratres
F aut vxorem, aut liberos propter regnum dei, qui non receptu-
rus ſit multo plura in hoc tempore, & in ſeculo venturo vitã
æternam. Aſſumpſit autem Ieſuah duodecim, & ait illis: Ecce
aſcendimus Ieruſalaim, & conſummabuntur omnia quæ ſcri-
pta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim genti- Matth.20.b.
bus, & illudetur: & cõtumeliis afficietur, & cõſpuetur, & poſt- Marci.10.e.
quàm flagallauerint, occident eum, ac die tertia reſurget. Et i-
pſi nihil horũ intellexerunt. Et erat verbũ iſtud abſconditum
ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur. Accidit autem cũ ap- Matt.20.d.f.
G propinquaret Ierecho, cæcus quidam ſedebat iuxta viam, mẽ- Marc.10.g.
dicans: & cum audiret turbam præteruntem, interrogabat
quid hoc eſſet. Dixerũt aũt ei, quòd Ieſuah Nazarenus trãſiret:
& clamabat dicẽs: Ieſuah fili Dauid, miſerere mei. Et qui præ-
ibant increpabãt eũ, vt taceret. Ipſe verò multò magis clama-
bat: Fili Dauid, miſerere mei. Stans autem Ieſuah, iuſsit illũ ad-
duci ad ſe. Et cum appropinquaſſet interrogauit illum, dicẽs:
Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt reſpiciam. Et Ie-
ſuah, dixit ei: Reſpice. Fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim re-
ſpexit: ac ſequebatur illum, glorificans deum. Et omnis plebs
vt vidit, dedit laudem deo.

¶ De Zacchæo, & diſtributis nummis, Ieſuah inſidens aſello proficiſcitur Ie-
ruſalaim interim condolet ciuitati, & eiicit negociatores e templo.

CAP. XIX.

A ET ingreſſus, perambulabat Ierecho. Et ecce vir nomine
qui vocabatur Zacchæus, atq; is princeps erat publica-
norum, & idem erat diues, & quærebat videre Ieſuah q̃s eſſet,
nec poterat præ turba, q̃ ſtatura puſillus eſſet. Et præcurrens
aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum: Nam illac
erat trãſiturus. Et cũ veniſſet ad locũ, ſuſpiciẽs Ieſuah, vidit il-
lũ, dixitq; ad eũ: Zacchæe feſtinans deſcende, quia hodie domi
tuæ oportet me manere. Et feſtinans deſcẽdit, & excepit illum
gaudens. Cũq; viderent omnes, murmurabant dicẽtes: q̃ in-
greſſus eſſet apud hominem peccatorem diuerſaturus. Stans
B autem Zacchæus, dixit ad dominum: Ecce dimidium bono-
rum meorum do pauperib⁹, & ſi quid aliquẽ defraudaui, red-
do quadruplũ. Ait Ieſuah ad eũ: Hodie ſalus domui huic facta
eſt, eo q̃ & ipſa filia ſit Abrahę. Venit em̃ filius hoĩs q̃rere, & Matth.18.b.
ſeruare qđ perierat. Hæc illis audiẽtib⁹, adiiciens dixit parabo-
lã, eo q̃ eſſet ꝓpe Ieruſalaim, quodq; exiſtimaret fore, vt confe-
ſtim regnũ dei manifeſtaretur. Dixit ergo: Homo q̃dã genere Matt.25.d.
clarus, ꝓfectus eſt in regionẽ lõginquã, vt acciperet ſibi regnũ,
ac reuertẽtur. Vocatis autẽ decẽ ſeruis ſuis, dedit eis decẽ mi-
nas, & ait ad illos: Negociemini donec veniã. Ciues aũt eius o-
C derãt eũ, miſerũtq; legationẽ poſt illũ, dicẽtes: Nolum⁹ hũc re-
gnare ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret, accepto regno: iuſsitq;
vocari illos ſeruos ad ſe, quib⁹ dederat pecuniã, vt ſciret quãtũ
quiſq; negociatus eſſet. Venit aũt primus, dicẽs: Dñe, mina tua
decem minas acquiſiuit. Et ait illi: Euge bone ſerue, quia in mi-
nimo fuiſti fidelis, habeto poteſtatẽ ſuper decem ciuitates. Et
ſecũdus venit, dicens: Domine, mina tua fecit q̃nq; minas. Et
huic



D huic ait: Et tu præfectus eſto quinq; ciuitatibus. Et alius venit,
dicens: Domine, ecce mina tua, quam habui repoſitam in ſu-
dario: Timui enim te, q̃ homo auſterus ſis, tollis quod nõ po-
ſuiſti, & metis quod non ſeminaſti. Dicit ei: De ore tuo te iudi-
cabo ſerue male: Sciebas q̃ ego homo auſter⁹ ſim, tollens qđ
non poſui, & metens quod non ſeminaui, & quare non dedi-
ſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniẽs, cum vſura v-
Supra.8.c. Matt.13.b. tiq; exegiſſem illam: Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo minã,
&.25.c. & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei: Domine, ha-
Marc.4.c. bet decem minas. Dico enim vobis, q̃ omni habenti dabitur:
ab eo autem qui non habet, etiam quod habet auferetur ab
E eo. Quin inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare ſup
Marci.1.a. ſe adducite huc, & interficite ante me. Et iis dictis præcedebat
Matt.11.c. aſcendens Ieruſalaim. Et factum eſt, cum appropinquaſſet ad
Bethphage & Bethaniam dominus iuxta montem, qui voca-
tur oliuarum, miſit duos diſcipulos ſuos, dicens: Ite in caſtellũ
quod è regione eſt. In quod introeuntes, inuenietis pullum al-
ligatum in quo nemo vnq; hominum ſedit: ſoluite illũ, & ad-
ducite. Et ſi quis vos interrogauerit, quare ſoluitis, ſic dicetis
ei: Quia dominus eo opus habet. Abierunt autem qui miſsi e-
rant, & inuenerunt ſicut dixerat illis. Soluentibus autem illis
pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quare ſoluitis pullum?
F At illi dixerunt: Quia dominus eo habet opus. Et duxerunt il-
Iohan.12.b. lum ad Ieſuah. Et iniectis veſtimentis ſuis ſuper pullum im-
poſuerunt Ieſuah. Eunte autem illo, ſubſternebant veſtimenta
ſua in via. Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum montis
oliuarum, cœperunt omnis multitudo diſcipulorum gauden-
tes laudare deum voce magna ſuper omnibus quas viderant
virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit rex in nomine do-
mini: pax in cœlo, & gloria in altiſsimis. Et quidam è Phariſęis
è turba dixerunt ad illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos.
Infra.21.b. Matth.24.a. Et reſpondens dixit eis: Dico vobis, q̃ ſi ij tacuerint, mox lapi-
Mar.13.a. des clamabunt. Et vt appropinquauit, vidẽs ciuitatem, fleuit
G ſuper illam, dicens: Si cognouiſſes, & tu, & quidem in iſto die
tuo, quæ ad pacem tuam ſunt. Nunc autem abſcondita ſunt
ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te ini-
mici tui vallo, & cingent te, & coanguſtabunt te vndique, &
Matth.21.b. ſolo æquabunt te, & filios tuos qui in te ſunt. Et non relinquẽt
Marc.11.b. Iſaiæ.56.c. in te lapidem ſuper lapidem, eo q̃ non cognoueris tempus vi-
Ierem.7.b. ſitationis tuæ. Et ingreſſus in templum, cœpit eiicere vẽdẽtes
in illo & ementes, dicens illis: Scriptum eſt: Domus mea do-
mus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronũ.
Et docebat quotidie in templo. Principes autem ſacerdotum,
& ſcribæ quærebant illum perdere, & primores plebis: nec in-
inueniebant quid facerent. Totus enim populus pendebat ab
ore eius, cum audiret illum.

¶ Chriſtus quæſtionem, quæſtione propulſat, de uinea, an cenſus dan-
dus, confutat Sadducæi, Chriſtus filius Dauid.

CAP. XX.

A ET factum eſt in vno dierum illorum, docente illo popu-
Matt.21.c. Mar.11.b. lum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes
ſacerdotũ, & ſcribæ cum ſenioribus: & aiunt illi, dicentes: Dic
nobis qua poteſtate iſta facis? Aut quis eſt qui dedit tibi iſtam
poteſtatem? Reſpondens aũt Ieſuah, dixit ad illos: Interroga-
bo vos & ego vnum verbum, & dicite mihi: Baptiſmus Iohã-
nis è cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe, di-
centes: Si dixerimus è cœlo, dicet: Quare ergo non crediditis
illi? Sin dixerimus ex hominibus, plebs vniuerſa lapidabit nos.
B Perſuaſum enim habet Iohannem prophetam eſſe. Et reſpõde-
runt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſuah ait illis: Neque ego dico vo-
bis, qua poteſtate hæc faciam. Cœpit autem dicere ad plebem
Matt.21.d. parabolam hanc: Homo quidam plantauit vineam, & locauit
Marc.12.a. eam colonis, & ipſe peregre profectus eſt multo tẽpore. Cũq;
Iſaiæ.5.a. Ierem.2.d. eſſet opportunum, miſit ad colonos ſeruum vt de fructu vi-
neæ darent ipſi. Coloni autem cæſum emiſerũt eum inanem.
Et rurſus adhuc alterum ſeruũ miſit, illi verò hunc quoq; cæ-
ſum, & contumeliis affectum, emiſerũt inanẽ. Et addit vt mit-
C teret tertiũ. At illi hunc quoq; vulneribus inflictis, eiecerunt.
Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filiũ meũ
dilectum, forſitan cum hunc viderint, reuerebuntur. Quẽ cũ
vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe dicentes. Hic eſt hæres,
venite occidamus illum, vt noſtra fiat hæreditas. Et eiectum il-
lum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus
vineæ? Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineam aliis.
Quod cũ audiſſent, dixerunt: Abſit. Ille verò intuitus eos, ait: Pſalmo.117. Actuũ.4.b.
Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt: Lapis quem reproba- Io.9.g. 2.Petri.2.a.
uerunt ædificantes, is factus eſt in caput anguli? Omnis qui ce- Iſaiæ.28.d.
ciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur: ſuper quem autẽ
ceciderit, comminuet illum. Et quærebant principes ſacerdo-
tum, & Scribæ iniicere in illum manus eadem hora, & timue-
runt. Cognouerunt enim q̃ in ipſos dixiſſet ſimilitudinẽ hãc.
D Et obſeruantes emiſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularẽt,
vt caperent eum ſermone, traderentq; illum principatui, et po-
teſtati præſidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, ſci- Matt.22.b.
mus q̃ recte dicis, ac doces, nec reſpicis perſonam, ſed in veri- Mar.12.b.
tate viam dei doces: Licet nobis tributum dare Cæſari an nõ?
Intellecta autem illorum verſutia, dixit ad eos: Quid me tenta-
tis? Oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem, & inſcri-
ptionem? Reſpondentes autẽ dixerunt: Cęſaris. Et ait illis: Red- Roma.13.c.
dite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et nõ
potuerunt verbum eius reprehendere coram populo: & mi-
rati ſuper reſponſo eius, tacuerunt. Acceſſerunt autẽ quidam Matt.22.c. Marc.12.b.
E Sadducæorum, qui negant eſſe reſurrectionem, & interroga- Deut.15.b.
uerunt eum, dicentes: Magiſter, Moſeh ſcripſit nobis, ſi cuius
frater mortu⁹ fuerit, habens vxorem, isq; ſine liberis mortuus
fuerit, vt accipiat frater eius vxorẽ, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo.
Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, ac mor-
tuus eſt ſine liberis. Et accepit ſecũdus illã, & ipſe mortu⁹ eſt ſi-
ne liberis. Et tertius accepit illam, ſimiliter & ſeptẽ, nec reliquę-
runt liberos, & mortui ſunt. Nouiſsime omnium mortua eſt
& mulier: In reſurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siqui-
F dem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et reſpondens, ait illis Ie-
ſuah: Filij huius ſeculi ducunt vxores, & nuptum dant: illi ve-
rò qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mor-
tuis, neque ducunt vxores, neque nuptum dant. Neque enim
vltra mori poſſunt. Aequales em̃ angelis ſunt, & filij ſunt dei,
cum ſint filij reſurrectionis. Quod verò reſurgant mortui, &
Moſeh oſtendit, iuxta rubum, cum dicit dñm deum Abrahã, Exod.3.b.
& deum Iſchac, & deum Iahacob. Deus aũt non eſt mortuo-
rum, ſed viuentium: Omnes enim illi viuunt. Reſpondẽtes au-
tem quidã è Scribis, dixerunt: Magiſter, bene dixiſti. Et ampli⁹
non audebant eũ quicquã interrogare. Dixit aũt ad illos: Quo-
modo dicũt Chriſtũ filiũ eſſe Dauid, & ipſe Dauid dicit in li- Matt.22.d.
G bro pſalmorũ: Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis, donec Marc.12.d. Palmo.119.
poſuero inimicos tuos, ſcabellũ pedũ tuorũ? Dauid ergo dñm
illũ vocat, & quõ fili⁹ eius eſt? Audiẽte verò cũcto pplo, dixit
diſcipulis ſuis: Cauete à Scribis q̃ volũt ambulare in ſtolis, &
amant ſalutationes in foris, ac primas cathedras in ſynagogis,
& primos diſcubitus in cœnis. Qui deuorãt domos viduarũ, Supra.11.f.
ſimulãtes lõgas preces, hi accipient abundantius iudicium. Matth.23.a. Marc.12.d.

¶ De uidua offerẽte minuta, de cõſummatiõe ſeculi, & uaſtatiõe Ieruſalaim,
de ſignis præcedẽtibus aduentũ. CAP. XXI.

A REſpiciens autem vidit eos qui mittebant munera ſua in
gazophylacium diuites. Vidit autem & quandã viduã Mar.12.d.
pauperculam, mittẽtẽ illuc æra minuta duo, & dixit: Vere di-
co vobis, quod vidua hæc pauper pluſquam om̃es miſit. Nã
omnes hi ex eo quod ipſis exuberat, miſerunt in munera dei:
hæc autem ex penuria ſua vniuerſam ſubſtantiam quam ha-
bebat, miſit. Ex quibuſdam dicentibus de templo, quod pul-
chris lapidibus ac donis ornatum eſſet, dixit: Ex his quæ vide- Matt.24.a.
B tis, venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapi- Mar.13.a.
dem qui non diruatur. Interrogauerunt autem illum, dicen- Supra.19.g.
tes: Præceptor, quando igitur hæc erunt, & quod ſignũ quan-

do iſta futura ſint?At ille dixit:Videte ne ſeducamini.Multi e-
nim venient ſub nomine meo,dicentes quod ego ſim,& tem
C pus appropinquauit:Ne igitur ſequamini illos.Cæterum cũ
audieritis bella,& ſeditiones,nolite terreri:Oportet enim priꝰ
hæc fieri,ſed non ſtatim finis.Tunc dicebat illis:Inſurget gens
contra gentem,regnum aduerſus regnum,& terræmotus ma
gni erunt per loca,& famis,ac peſtilentiæ,terroreſq́;,& ſigna
de cœlo magna erunt.Sed ante hęc omnia iniicient vobis ma
nus ſuas,& perſequentur tradentes in ſynagogas & carceres:
trahentes ad reges,ac præſides propter nomen meum.Cõtin
get autem vobis in teſtimonium.Ponite igitur in cordibꝰ ve
ſtris,non eſſe præmeditandum,vt reſpondeatis:Nam ipſe da
bo vobis os,& ſapientiam,cui nõ poterunt contradicere, ne-
D que reſiſtere omnes aduerſantes vobis.Trademini autem etiã
à parentibus,& fratribus,& cognatis,& amicis,& morte affi-
Matt.24.b. cient quoſdam ex vobis.Et eritis inuiſi omnibus propter no-
Marc.13.b. men meum.Et pilus de capite veſtro non perit.Per patiẽtiam
Daniel.9.g. veſtram poſſidete animas veſtras.Cum autem videritis circũ
datam ab exercitibus Ieruſalaim,tunc ſcitote quod appropin
quauerit deſolatio eius.Tunc qui in Iehudæa ſunt, fugiant ad
montes:& qui in medio eius,diſcedant:& qui in regionibus,
non intrent in eã:quia dies vltionis hi ſunt,vt impleantur oĩa
E quæ ſcripta ſunt.Væ autem prægnantibus,& lactantibus in
illis diebꝰ.Erit enim afflictio magna ſuper terram,& ira in po
pulo hoc.Et cadent acie gladij,& captiui ducentur in omnes
gentes.Et Ieruſalaim calcabitur à gentibus donec impleantur
Matt.24.c. tempore gentium.Et erunt ſigna in ſole,& lũna,& ſtellis, & in
Marc.13.c. terris coartatio gentium in perplexitate,reſonante mari,& flu
Iſaiæ.13.d. Ezech.32.b. ctu,areſcentibus hominibus præ timore,& expectatione eo-
Ioel.3.c. F rum quæ ſuperuenient orbi terrarum.Nam virtutes cœlorũ
mouebuntur,& tunc videbunt filium hominis venientem in
nube cum poteſtate,& gloria magna.His autem fieri incipien
Roma.8.d. tibus,ſuſcipite,& attollite capita veſtra,quoniam appropin-
quat redemptio veſtra.Et dixit illis ſimilitudinẽ: Videte ficũ,
& omnes arbores,cum proruperint iam gẽmas,cernentes ex
vobiſipſis ſcitis,quod prope ſit æſtas,ita & vos cum videritis
hæc fieri,ſcitote quod prope ſit regnum dei.Amen dico vo-
bis,non præteribit ætas hæc,donec omnia facta fuerint.Cœ-
Roma.13.d. lum,& terra tranſibunt,verba autem mea non tranſibũt.Ca-
G uete autem vobis,ne quando grauentur corda veſtra crapu-
la,& ebrietate,& curis huiꝰ vitæ,ſubituſq́; vobis ingruat dies
ille:Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent
ſuper faciem totius terræ.Vigilate itaque omni tempore,de-
precates vt liceat nobis effugere iſta omnia quæ futura ſunt,
& ſtare ante filium hominis.Docebat autem interdiu in tem-
plo,noctu verò exiens diuerſabatur in monte qui vocabatur
oliuarum.Et omnis populus diluculo veniebat ad eum,vt in
templo audiret eum.

¶De peſach,& eſu agni,diſcipulorũ contentio,Chriſtus capitur, ac princi-
pi præſentatur. CAP. XXII.

A APpropinquabat autẽ dies feſtus infermentatorum qui
Matt.25.a. dicitur Peſach: & quærebant principes ſacerdotum,
Marc.14.a. & Scribæ,quomodo eum interficerent.Timebant enim ple-
bem.Intrauit autem ſathan in Iehudã,cui cognomẽ erat Iſca-
riotes,qui erat è numero duodecim,abiitq́;,& locutus eſt cũ
principibus ſacerdotũ,ac magiſtratibus quemadmodum illũ
Matt.26.b. traderet eis.Et gauiſi ſunt,ac pacti ſunt pecuniam illi ſe datu-
Marc.14.b. ros.Et ſpopondit,quærebatq́; opportunitatẽ, vt traderet eũ
illis ſine turba.Venit autem dies infermentatorũ,in qua neceſ
ſe erat immolari peſach.Et miſit Petrum,ac Iohannem, dicẽs:
B Profecti parate nobis peſach, vt edamus.At illi dixerunt ei:
Matth 26.b. Vbi vis paremus?Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis
Marci.14.b. in ciuitatem occurret homo,hydriam teſtaceam portans,ſeq-
mini eum in domum in quam intrat,& dicetis patrifamilias
domus.Dicit tibi magiſter:Vbi eſt diuerſorium, vbi peſach
cum diſcipulis meis edam?Et ipſe oſtendet vobis cœnaculũ
magnum ſtratum,ibi parate.Euntes autem inuenerunt ſicut
dixerat illis,& parauerunt peſach.Et cum iam eſſet hora,accu Matth.26.b.
buit,ac duodecim apoſtoli cum eo.Et ait illis:Deſyderio deſy Marc.14.b. 1.Cor.11.c.
deraui hoc peſach comedere vobiſcum antequam patiar.Di-
co enim vobis,poſthac non edam vltra ex eo, donec cõpleā-
tur in regno dei.Et accepto poculo gratias egit,ac dixit:Acci-
pite hoc:& diuidite inter vos.Dico enim vobis, ꝙ non bibã
de fructu vitis,donec regnum dei veniat.Et accepto pane,cũ
gratias egiſſet,fregit,ad dedit eis,dicens:Hoc eſt corpus meũ,
quod pro vobis datur:hoc facite in mei recordationem. Si-
militer & poculum poſtquam cœnauit,dicẽs:Hoc poculum
nouum teſtamentum in ſanguine meo,qui pro vobis effundi Matth.26.b.
C tur.Veruntamen ecce manus prodentis me,mecum eſt in mẽ Marc.14.b. Iohã.13.c.
ſa.Et filius quidem hominis ſecundum quod definitum eſt,va Pſalm.4.
dit:veruntamen væ homini illi per quem proditur.Et ipſi cœ Matt.20.d.
perunt quærere inter ſeſe,quiſnam eſſet ex ipſis,qui hoc factu- Marc.10.f.
rus eſſet.Facta eſt autem & contentio inter eos,quis eorũ vi-
deretur eſſe maior.Dixit autem eis:Reges gentium dominan-
tur eis,& qui poteſtatem habent ſuper eas,benefici vocantur.
Vos autem nõ ſic,ſed qui maior eſt inter vos,fiat ſicut iunior:
& qui dux eſt,ſicut qui miniſtrat.Nam vter maior eſt, qui ac-
cumbit,an qui miniſtrat?Nõnne qui accumbit?At ego in me
dio veſtrum ſum,vt qui miniſtrat.Vos autem eſtis qui permã
ſiſtis mecum in tentationibus meis.Et ego diſpono vobis, ſi-
cut diſpoſuit mihi pater meus regnum:vt edatis, & bibatis ſu
per menſam meam in regno meo,& ſedeatis ſuper thronos,
iudicantes duodecim tribus Iſrael.Ait autem dominus:Simõ,
D Simõ,ecce ſathan expetiuit vos,vt cribraret ſicut triticum:ſed
ego rogaui pro te,ne deficiat fides tua:& tu aliquando conuer
ſus confirma fratres tuos.At ille dixit ei:Domine tecum para-
tus ſum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico Matt.26.c.
tibi Petre,non canet hodie gallus,priuſquam ter me abneges Marc.14.c.
noſſe me.Et dixit eis:Quando miſi vos ſine ſacculo,& pera,et
calceamentis,nunquid aliquid defuit vobis?At illi dixerũt:Ni
hil.Dixit ergo eis:Sed nunc qui habet ſacculum tollat,ſimiliter
& peram,& qui non habet vendat tunicam ſuam,& emat gla
dium.Dico enim vobis:quoniam adhuc hoc quod ſcriptum
eſt,oportet perfici in me:Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim
ea quæ ſunt de me,finem habent.At illi dixerunt:Domine,ec- Iſaię.53.d.
ce duo gladij hic.At ille dixit eis:Satis eſt.Et egreſſus ibat,vt e-
rat ſolitus,in montem oliuarum,ſecuti ſunt autem illum & di Matt.26.c.
E ſcipuli.Et cum perueniſſet ad locum,dixit illis:Orate,ne intre- Matt.14.c. Iohã.18.
tis in tentationem.Et ipſe auulſus eſt ab eis fermè ad iactum la
pidis,poſitiſq́; genibus orabat,dicens:Pater,ſi vis transfer po
culum hoc à me.Veruntamen non mea voluntas,ſed tua fiat.
Conſpectus eſt autem illi angelus de cœlo corroborans eum.
Et factus in horrore prolixius orabat.Et erat ſudor eius ſi-
cut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.Et cum ſurrexiſſet
ab oratione,veniſſetq́; ad diſcipulos ſuos,reperit eos dormiẽ-
tes præ mœſtitudine.Et ait illis:Quid dormitis?Quum ſurre-
xeritis orate,ne intretis in tentationem.Adhuc autẽ eo loquẽ Matt.26.e.
te,ecce turba,& ꝗ vocabatur Iehudah,vnus è duodecim,ante Marc.14.e.
cedebat eos,& appropinquauit Ieſuah,vt oſcularetur eũ:Hoc Iohan.18.a.
enim ſignũ dederat illis.Quẽcũq́; oſculatus fuero ipſe eſt.Ieſu-
ah aũt dixit illi:Iehudah,oſculo filiũ hoĩs ꝓdis? Vidẽtes aũt hi
qui circa ipſum erãt,quod futurũ erat,dixerũt ei:Dñe, ꝑcutie-
mus ne gladio?Et ꝑcuſsit vnus ex illis ſeruũ principis ſacerdo-
F tũ,& amputauit aurẽ eius dextrã.Reſpõdẽs aũt Ieſuah ait:Sini
te huc uſq́;.Et cũ tetigeſſet auriculã eius, ſanauit eũ. Dixit autẽ
Ieſuah ad eos ꝗ venerãt ad ſe,principes ſacerdotũ,ac magiſtra
tus tẽpli,& ſeniores:Quaſi ad latronẽ exiſtis cũ gladiis,ac fuſti-
bus,cũ quotidie vobiſcũ fuerim in tẽplo,nõ extẽdiſtis manus
in me:ſed hæc eſt hora illa veſtra,& poteſtas tenebrarũ.Cõpre
hẽſum aũt eũ duxerũt,& induxerũt in domũ principis ſacerdo Matth.26.f.
tum.Petrus verò ſeq̃batur eminus. Cũ aũt accendiſſent ignẽ Marc.14.f. Iohã.18.c.
in medio aulæ,atque conſediſſent illi,ſedit & Petrꝰ inter illos. Matth.26.g.
Quem cum vidiſſet ancillula quædã ſedentem ad lumẽ,defixis Marc.14.g.
in illum oculis,dixit:Et hic cum illo erat.At ille negauit eum, Iohan.18.c.
dicens



dicens:Mulier,non noui illum. Et poſt puſillum alius videns
eum,dixit. Et tu de illis es.Petrus verò ait:Homo non ſum.Et
interuallo interiecto ferè horæ vnius alius quidã affirmabat,
dicens.In veritate & hic cum illo erat,nam & Galilæus eſt.Ait
G autem Petrus:Homo neſcio quid dicas.Et continuo adhuc il
lo loquente cecinit gallus.Et conuerſus dominus, intuitus eſt
Petrum.Et recordatus eſt Petrus ſermonis domini, quomo-
do dixerat ipſi:priꝰ q̃ gallus cecinerit,ter me negabis.Et egreſ
ſus foras Petrus fleuit amarè.Et viri qui tenebant Ieſuah,illu-
debant ei cædentes.Et cum circumtexiſſent eum,percutiebãt
faciem eius,& interrogabant eum,dicentes:Vaticinare, quis
Matt.17.a. eſt ille qui te percuſſit?Et alia multa blaſphemantes dicebant
Marc.15.d. in eum.Atque vt factus eſt dies:Congregatus eſt cœtus ſenio-
Iohan.18.e. rum plebis,& principes ſacerdotum,& Scribæ,& duxerũt il-
lum in conſilium ſuum,dicentes:Num tu es ille Chriſtus? Dic
nobis.Et ait illis:Si vobis dixero,non credetis: Quod ſi etiam
interrogauero,non reſpondebitis mihi:neque dimittetis. Ex
hoc tempore erit filius hominis ſedẽs à dextris virtutis dei.Di
xerunt autem omnes:Tu ergo es filiꝰ dei?Qui ait:Vos dicitis,
ꝙ ego ſum.At illi dixerunt:Quid adhuc opus habemus teſti-
monio?Ipſi enim audiuimus ex ore ipſius.

¶Chriſtus ducitur ad Pilatũ,deinde ad Herodẽ,mulieres lamẽtantes ſe cor-
ripit. CAP. XXIII.

A ET quum ſurrexiſſet vniuerſa multitudo eorum,duxit illũ
ad Pilatum.Cœperũt autem illum accuſare,dicẽtes:Hũc
Matth.22.c. Mar.12.b. deprehendimus euertentem gentem ac vetantem tributa da-
re Cæſari,dicẽtem ſe Chriſtum regem eſſe.Pilatus autem inter
rogauit eum,dicens:Tu es ille rex Iehudæorum?At ille reſpõ-
dens illi,ait:Tu dicis.Ait autem Pilatus ad principes ſacerdo-
tũ,& turbas:Nihil inuenio criminis in hoc homine. At illi in-
Matth.27.b. ualeſcebant,dicentes:Commouit populum,docens per vni-
Mar.15.a. Iohan.18.f. uerſam Iehudæam,exorſus à Galil vſque ad hunc locum.Pila
tus autem quum audiſſet Galil,interrogauit num homo Ga
lil eſſet.Et vt cognouit quod de Herodis ditione eſſet, remiſit
B eum ad Herodem,qui & ipſe Ieruſalaim erat illis diebus.Hero
des autẽ viſo Ieſuah,gauiſus eſt valde.Volebat enim ex multo
iã tẽpore videre illũ,eo ꝙ audiſſet multa de eo: & ſperabat ſe
ſignum aliquod viſurũ ab eo fieri. Interrogabat autem eum
multis ſermonibus.At ipſe nihil illi reſpondebat.Stabant autẽ
principes ſacerdotum,& Scribæ conſtanter accuſantes eum.
Quũm ſpreuiſſet autem illum Herodes cum exercitibus ſuis,
C & illuſiſſet indutum veſte ſplendida,remiſit ad Pilatum.Et fa-
cti ſunt amici inter ſeſe Pilatus,& Herodes in eodem die: Nã
antea extiterant inimici inter ſeſe.Pilatus autẽ conuocatis prin
Matt.27.c. cipibus ſacerdotum,& magiſtratibus,ac plebe,dixit ad illos:
Mar.15.b. Obtuliſtis mihi hunc hominem,quaſi auertentem populum:
Iohã.18.g. 19.c. & ecce ego coram vobis quum interrogauerim,nullum inue
ni in homine iſto crimen ex iis de quibus accuſabatis eum,ſed
ne Herodes quidem,nam remiſi vos ad illum,& ecce nihil di-
gnum morte actum eſt ei.Emendatum ergo illum dimittam.
Neceſſe autem habebat dimittere eis in feſto vnum.Exclama-
uit autem ſimul vniuerſa turba,dicens:Tolle hunc,& dimitte
nobis Barabban: qui erat propter ſeditionem quandam fa-
ctam in ciuitate,& homicidium,coniectus in carcerem.Iterũ
autem Pilatus locutus eſt ad eos,volens dimittere Ieſuah. At
illi clamabant,dicentes:Crucifige,crucifige eum.Ille autem ter
D tiò dixit ad illos:Quid enim mali fecit hic?Nullum crimẽ mor
te dignum comperio in eo,caſtigatum ergo dimittam illum.
At illi inſtabant vocibus magnis,poſtulantes vt crucifigere-
tur,& inualeſcebant voces eorum ac ſummorum ſacerdotũ.
Et Pilatus adiudicauit,vt fieret poſtulatio eorum.Dimiſit au-
tem illis eum,qui propter ſeditionem,& homicidium conie-
ctus fuerat in carcerem,quem poſcebant:Ieſuah verò tradidit
Matth.27.d. voluntati eorum.Et cum abducerent eum,apprehenderũt Si
Marc.15.b. monẽ quendam Cyrenenſem,venientem è rure, & impoſue-
rũt illi crucem,vt portaret poſt Ieſuah.Sequebatur autem illũ
multa turba populi,ac mulierum,quæ plangebãt,& lamenta-
E bantur eum.Conuerſus autem ad illas Ieſuah dixit:Filiæ Ieru- Iſaiæ.54.a. Galat.4.d.
ſalaim,nolite flere ſuper me,ſed ſuper vobiſipſis flete, & ſuper Iſaiæ.2.d.
filiis veſtris:quoniam ecce venient dies,in quibus dicent:Bea- Oſee.10.b. Apoc.9.b.
tæ ſteriles,& ventres qui non genuerunt:& vbera quæ non la
ctauerunt.Tunc incipient dicere mõtibus:Cadite ſuper nos:
& collibus ,operite nos.Quia ſi in humido ligno hęc faciunt, Matth.27.d.
in arido quid fiet?Ducebantur autem, & alij duo facinoroſi Marc.15.b.
cum eo,vt interficerentur.Et poſtquam venerunt in locũ,qui Iohan.19.d.
vocatur Caluaria,ibi crucifixerunt eum,& facinoroſos: vnũ
à dextris,alterum à ſiniſtris.Ieſuah autem dicebat:Pater,remit
te illis:Neſciunt enim quid faciant.Diuidentes verò veſtimen
ta eius,miſerunt ſortem.Et ſtabat populus ſpectans,& deride
bant eum principes cum eis,dicentes:Alios ſeruauit,ſeruet ſe-
ipſum,ſi hic eſt ille Chriſtus,ille dei electus.Illudebant autem ei
& milites accedentes,& acetum offerentes ei,dicenteſq́;: Si tu
es ille rex Iehudæorum,ſaluum te fac.Erat autem & inſcriptio
F ſcripta ſuper eum literis Græcis,& Latinis, & Hebraicis: Hic
eſt rex Iehudæorum.Vnus autem è facinoroſis qui erãt ſuſpẽ
ſi blaſphemabat eum,dicens:Si tu es Chriſtus,ſerua teipſum,
& nos.Reſpondens autem alter,increpabat eum, dicens: Ne
times quidem tu deum,ꝙ in eadem dãnatione es?Et nos qui-
dẽ iuſtè,nam digna factis recipimus:hic verò nihil mali geſsit.
Et dicebat ad Ieſuah:Memento mei domine, cum veneris in
regnum tuum.Et dixit illi Ieſuah:Amen dico tibi,hodie mecũ
eris in paradiſo.Erat autem ferè hora ſexta, & tenebræ factæ
ſunt ſuper totam terram vſque ad horam nonam:& obſcura
tus eſt ſol,& velum templi,ciſſum eſt medium.Et cum clamaſ Palmo.30.
G ſet voce magna Ieſuah ait:Pater,in manus tuas commẽdo ſpi
ritum meum.Et hæc cum dixiſſet,expirauit.Cum vidiſſet aũt
Centurio quod accidit,glorificauit deum,dicens:Vere hic ho
mo iuſtus erat.Et omnes turbæ eorum,qui ſimul acceſſerant
ad ſpectaculum iſtud,& viderant quæ facta fuerant,percutien
tes pectora ſua,reuertebantur.Stabant autem omnes noti eiꝰ Matth.27.g.
procul,& mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galil,hæc vidẽtes. Marc.15.d. Iohan.19.g.
Et ecce vir nomine Ioſeph,decurio,qui erat vir bonus, ac iu-
ſtus,hic non conſenſerat conſilio ac facto eorum:oriundus ab
Arimathæa ciuitate Iehudæorum, qui expectabat & ipſe re-
gnum dei:hic acceſsit ad Pilatum,& poſtulauit corpꝰ Ieſuah,
& depoſitum inuoluit ſindone,& poſuit illud in monumen-
to quod erat in lapide exciſum,in quo nondum quiſquam po
ſitus fuerat.Et dies erat paraſceue,& ſabbatũ illuceſcebat.Sub
ſecutæ autem mulieres quę cum eo venerant de Galil,viderũt
monumentum,& quemadmodum poſitum erat corpꝰ eius.
Reuerſæ vero,parauerunt aromata,& vnguenta,ac ſabbato
quidem quieuerunt ſecundum præceptum.

¶Quomodo mulieres ſepultũ dominum fruſtra quæſierint.De Petro eodẽ
currente,de peregrinis in Emaus,de Ieſuah inter diſcipulos, eiuſq́;
aſcenſione. CAP. XXIIII.

A VNo autem ſabbatorum profundo diluculo venerunt
ad monumentum,portantes quæ parauerant aroma-
ta,& nonnullæ cum illis.Repererunt autem lapidem reuolu- Marc.16.a. Iohan.20.a.
tum à monumento:& ingreſſæ,non inuenerunt corpus dñi
Ieſuah.Et factũ, eſt dum mente conſternatæ eſſent de hoc,ecce
duo viri ſteterũt iuxta illas in veſtibus fulgurãtibꝰ.Cũ expauiſ
ſent aũt,& declinarẽt vultũ in terrã,dixerunt ad illas:Quid q̃ri
tis viuentẽ cũ mortuis?Non eſt hic,ſed ſurrexit.Recordamini Matt.17.d.
vt locutꝰ fuerit vobis,cũ adhuc in Galil eſſet,dicẽs:ꝙ oportue Mat.9.e. Supra.9.e.
rit filiũ hominis tradi in manus hoĩm peccatorũ,& crucifigi,
& die tertio reſurgere.Et recordatę ſunt verborũ eius,& egreſ
B ſe à monumẽto nũciauerũt hæc oĩa illis vndecim,& cęteris oĩ-
bus.Erat aũt Miriã Magdalene,& Iohãna,& Miriã Iacobi,&
cæteræ q̃ cũ eis erãt,quę dicebãt ad apoſtolos hęc.Et viſa ſunt
apud illos ceu deliramentũ verba illarũ,neq́; crediderunt illis.
Petrus aũt ſurgẽs,cucurrit ad monumentũ:& ꝓſpiciẽs, vidit Marc.16.a.
linteamina ſola poſita,& abiit,apud ſemetipſum mirãs quod
factum fuerat.Et ecce duo ex illis ibãt eodem die in caſtellum
quod aberat ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Ieruſalaim nomine

C Emmaus:& ipſi confabulabantur inter ſe de his omibus quæ
accideránt. Et factum eſt, dum confabularentur, ac conquire-
rent, & ipſe Ieſuah quum appropinquaſſet, ibat cũ illis. Cæte-
rum oculi illorum tenebantur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad
illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis inter vos ambu-
lantes, & eſtis triſtes? Ac reſpondens vnus, cui nomen Cleo-
pas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es Ieruſalaim, neque cogno-
uiſti quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ?
Et dixerunt ei: De Ieſuah Nazareno, qui fuit vir propheta, po
tens opere, & ſermone coram deo & toto populo: & quomo
do eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in
condemnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autẽ ſpe
rabamus eum eſſe illũ qui redempturus eſſet Iſrael. Atqui ſu-
D per hæc omnia tertius dies eſt hodie, ꝙ hæc facta ſunt. Sed &
mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quę dilu
culo peruenerunt ad monumentum, & non inuento corpo-
re eius, venerunt dicentes, ſe etiam viſionem angelorum vidiſ-
ſe, qui dicerent eum viuere. Et abierunt quidam eorum, qui e-
rant nobiſcum ad monumentum: & ita repererunt, ſicut mu-
lieres dixerant: ipſum verò non viderunt. Et ipſe dixit ad eos:
O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti
ſunt prophetæ: Nõnne hæc oportuit pati Chriſtum, & intra
re in gloriam ſuam? Et exorſus à Moſeh & omnibus prophe-
tis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo e-
rant. Et appropinquauerunt caſtello quò ibant, & ipſe finge-
E bat ſe longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiſcũ,
quoniam vergit ad veſperam, & inclinatus eſt dies. Et intrauit
vt maneret cũ illis. Et factum, dum accumberet cum eis, acce-
pit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti
ſunt oculi eorum, & agnouerunt eum, & ipſe euanuit à cõſpe-
ctu eorũ. Et dixerunt inter ſe: Nõnne cor noſtrum ardebat in
nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis ſcriptu-
ras? Et quum ſurrexiſſent eadẽ hora, regreſsi ſunt Ieruſalaim, &
inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant,
dicentes: Surrexit domin⁹ verè, & apparuit Simoni. Et illi nar
rabant quæ geſta erant in via: & quomodo fuiſſet agnitus i-
Mar. 16. c. pſis in fractione panis. Dum autem hæc loquũtur, ſtetit Ieſu-
Iohã. 20. c. ah ipſe in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis. Expauefacti ve
F rò, & cõterriti, exiſtimabant ſe ſpiritũ videre, & dixit eis: Quid
turbati eſtis, & cogitationes aſcẽdunt in cordibus veſtris? Vi
dete manus meas, & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Contre-
ctate me, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſi-
cut me videtis habere. Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus
ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, &
mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid edulij? At illi obtule-
runt ei piſcis aſsi partem, & aliquid de apiario fauo. Et quum
accepiſſet in conſpectu illorum comedit, & dixit ad eos: Hæc
ſunt verba quæ locut⁹ ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcũ,
ꝙ neceſſe foret impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege Moſeh,
Pſalmo. 18. & Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illorum mentẽ,
G vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis: Sic ſcriptum eſt, & ſic o-
portebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertio die, &
prædicari nomine eius pœnitentiam, ac remiſsionem pecca-
torum in omnes gentes, initio facto ab Ieruſalaim. Vos autẽ
eſtis teſtes horum. Et ecce ego mitto promiſſum patris mei ſu
per vos. Vos autem ſedete in ciuitate Ieruſalaim, quoadusque
induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras, vſq; in Be-
thaniam: & ſublatis in altum manibus ſuis, benedixit eis. Et fa-
ctum eſt, dum benediceret illis, receſsit ab eis, ac fereba-
tur in cœlum. Et ipſi adorato eo, regreſsi ſunt Ie
ruſalaim cum gaudio magno: & erãt ſem
per in templo, laudãtes, & benedi-
centes Deo. Amen.

¶ Euangelij ſecundum Lucam
F I N I S.

## *VITA SANCTI*
### *Iohannis, per diuum Hieronymum.*

*IOHANNES apoſtolus, quẽ Ieſuah amauit plurimum, filius Zebadiah, frater Iacobi apoſtoli, quem Herodes poſt paſsionem domini decollauerat, nouiſsimus omniũ ſcripſit Euãgeliũ, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis, aduerſus Cerinthũ, alioſq; hæreticos, & maxime tũc Ebionitarũ dogma cõſurgẽs, qui aſſerũt Chriſtũ ante Miriam nõ fuiſſe. Vnde & cõpulſus eſt diuinã eius natiuitatẽ edicere. Sed & aliã cauſam huius ſcripturæ ferunt, quod cum legiſſet Matthæi, Marci, & Lucæ uolumina, probauerit quidã textũ hiſtoriæ, & uera eos dixiſſe firmauerit: ſed unius tãtũ anni, in quo & paſſus eſt poſt carcerẽ Iohannis, hiſtoriã texuiſſe. Prætermiſſo itaq; anno cuius acta à tribus expoſita fuerãt, ſuperioris tẽporis antequã Iohãnes clauderetur in carcerẽ, geſta narrauit: ſicut manifeſtũ eſſe poterit iis, qui diligẽter quatuor Euãgeliorũ uolumina legerint. Quæ res etiã* διαφονίαν, *quæ uidetur Iohannis eſſe cum cæteris, tollit. Scripſit autẽ & unã Epiſtolam, eius exordiũ eſt: Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ cõtrectauerunt de uerbo uitæ: quæ ab uniuerſis eccleſiaſticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium eſt: Senior electæ dominæ & natis eius. & ſequẽtis: Senior Caio chariſsimo, quem ego diligo in ueritate. Iohãnis presbyteri aſſeruntur, cuius & hodie alterũ ſepulchrũ apud Epheſum oſtẽditur, & nõnulli putãt duas memorias euſdẽ Iohãnis Euãgeliſtæ eſſe, ſup qua re cũ per ordinẽ ad Papiã auditorẽ eius uentum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur anno, ſecundã, poſt Nerõnẽ, ꝑſecutionẽ mouente Domitiano, in Patmos Inſulam relegatus ſcripſit Apocalypſim: quã interpretãtur Iuſtinus martyr & Hirenæus. Interfecto aũt Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatẽ à ſenatu reſciſsis ſub Pertinace principe, redit Epheſum, ibiq; uſque ad Traianum principem perſeuerãs, totas Aſiæ fundauit rexitq; eccleſias, confectus ſenio, ſexageſimo octauo poſt paſsionem domini anno mortuus, iuxta eandem urbem ſepultus eſt.*

Elenchus



## E L E N C H V S
### capitum Euangelij ſecundum Iohannem.


1 ¶ Teſtimonium Iohannis Baptiſtæ de Chriſto.
Interrogatur Iohannes num ipſe ſit Chriſtus.
De Andrea, Simone Petro, Philippo & Nathanel vocatis.
2 De nuptiis in Cana.
De eiectis è templo.
De eo quod dixit: Deſtruite templum hoc.
3 De Nicodemo & Ieſuah.
Ieſuah, & Iohannes baptizant.
Quæſtio de purificatione.
4 De muliere Samaritana.
De filio reguli.
5 De eo qui trigintaocto annos tenebatur morbo.
Iehudæi quærunt interficere Chriſtum.
6 De quinque panibus & duobus piſcibus.
Seceſsit Ieſuah à turba ne deligeretur in regem.
De ambulatione in mari.
Sequitur turba Chriſtum nauiculis.
De turba quærente ſignum.
De pane cœleſti.
Diſcipulorum multi deſciuerunt à Chriſto.
Sententia Petri de Chriſto.
7 Ieſuah clàm aſcendit ad diem feſtum.
Mirantur Iehudæi Chriſtum ſcire literas quas non didicerat.
Diſſenſio turbæ de Ieſuah.
Contendunt principes cũ miniſtris & Nicodemo.
8 De mulere adultera.
De interrogantibus Ieſuah quem ſe eſſe diceret.
Inrerrogant Ieſuah de patre eius.
Promittitur à Ieſuah libertas ſe ſequentibus.
De his qui dicebant Ieſuah habere dæmonium.
Tentãt Iehudæi in Chriſtum iacere lapides, eo quod præfert ſe Abrahæ.
9 De cæco à natiuitate, & inter hũc & Phariſæos diſceptatio.
10 De paſtore bono, & mercenario.
Ieſuah interrogatur in porticu deambulans.
11 De Lazaro reſuſcitato.
Conſilium pontificum, & Phariſæorum de Ieſuah apprehendendo.
12 Miriam vngit pedes Ieſuah.
De aſella.
De Græcis interrogantibus Philippum.
Auditur à turba vox è cœlo.
13 Lauat Ieſuah pedes diſcipulorum.
Exit Iehudah proditurus Chriſtum.
Inculcat Ieſuah vt inuicem ſe diligant.
Quærit Petrus Chriſtum quo vadat.
14 Thomas queritur ſe neſcire quo vadat Ieſuah.
Philippus petit oſtendi ſibi patrem.
Iehudah Thaddæus interrogat Ieſuah.
Promittit diſcipulis conſolatorem Chriſtus.
15 De vite vera, agricola, & palmitibus.
Præcepit Ieſuah mutuam dilec.
16 Prædicit Chriſtus diſcipulis quæ ventura ſunt ipſis.
Paracletus arguet mundum.
De eo ꝙ dixit: Puſillum, & vid.
Patrem daturum eſſe quicquid petitum fuerit per nomen Ieſuah.
17 Oratio Ieſuah ad patrem pro illis quos ſibi delegit.
18 Proditur Ieſuah.
Sternuntur in terram Iehudęi verbo Chriſti.
Amputat auriculam Petrus.
Ducitur Ieſuah ad Annam, ad Caiapham, inde ad Pilatũ.
19 Damnatur morte crucis dominus.
De ſtantibus iuxta crucem.
Sepelitur corpus Ieſuah.
20 Reſurrectio domini.
Miriam Magdalenæ primum, dehinc apoſtolis congregatis poſt reſurrectionem præbet ſe videndũ Chriſtus.
Petro & aliis piſcãtib⁹ apparet Ieſuah ad mare Tiberiadis.
Dicitur Petro: paſce oues meas.


F I N I S.

# EVANGElium ſecundum
## Iohannẽ: Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶ Chriſtum ab initio cũ patre fuiſſe, de Iohanne eiuſq; de Chriſto elogio, ſuiq; de.ectione, de Andrea, Simone, Philippo, & Nethanele uocatis.

C A P V T I.

A IN PRINCIPIO
erat verbum, & verbum erat apud
deum, & de⁹ erat illud verbũ. Hoc erat
in principio apud deũ. Omnia ꝑ illud
facta ſunt: & ſine eo factũ eſt nihil, qđ
factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat
lux hominum, & lux in tenebris lucet,
& tenebræ eam nõ apprehenderũt. Erat homo miſſus à deo,
cui nomẽ Iohãnes. Hic venit ad teſtificandũ, vt teſtaretur de
luce, vt oẽs crederẽt ꝑ ipſum. Nõ erat ille lux illa, ſed vt teſtare- Matth. 3. a. Marc. 1. a.
B tur de luce. Erat lux illa, lux vera ꝗ illuminat oẽm hoiẽm veniẽ
tem in mundũ. In mundo erat, & mũdus per ipſum fact⁹ eſt,
& mundus eũ nõ cognouit. In ſua venit, & ſui eũ non recepe-
rũt. Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis poteſtatẽ vt filij dei
fierent, his qui credũt in nomẽ ipſius. Qui nõ ex ſanguinibus,
neq; ex volũtate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex deo nati
ſunt. Et verbũ illud caro factũ eſt, & habitauit in nobis: & con
ſpeximus gloriã eius, gloriã velut vnigeniti à patre plenũ gra-
tia, & veritate. Iohannes teſtificatur de ipſo, & clamat, dicens: Matt. 1. e.
Hic erat de quo dicebã, ꝗ poſt me venit, ante me factus eſt: qa Lucæ. 2. d. 1. Timo. 6.
prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,
C & gratiã pro gratia, qa lex ꝑ Moſeh data eſt: gratia & veritas
ꝑ Ieſuah Chriſtũ facta eſt. Deũ nemo vidit vnq;, vnigenitus fi- Iohã. 4. c. 1. Timo. 6. c.
lius, ꝗ eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimonium
Iohãnis, quãdo miſerãt Iehudæi ab Ieruſalaim ſacerdotes, &
Leuitas, vt interrogarent eũ: Tu ꝗs es? Et cõfeſſus eſt, & nõ ne-
gauit. Et cõfeſſus eſt, nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerũt
eũ: Quid ergo? Eliiah es tu? Et dicit: Nõ ſum. Ille propheta es
tu? Et reſpõdit: Nõ. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt reſpõſum de
mus iis qui miſerũt nos? Quid dicis de teipſo? Ait: Ego vox cla
mantis in deſerto, dirigite viã dñi: ſicut dixit Ieſahiah ꝓpheta. Iſaiæ. 46. a. Matt. 3. a.
D Et ꝗ miſsi fuerãt, erãt ex Phariſęis. Et interrogauerũt eũ, ac di- Marc. 1. a.
xerũt ei: Cur ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neq; Eliiah, ne- Lucę. 3. a. Matt. 3. c.
que ille propheta? Reſpõdit eis Iohãnes, dicẽs: Ego baptizo a- Mar. 1. b. Luc. 3. c.
qua, ſed in medio veſtrũ ſtat quẽ vos neſcitis. Ipſe eſt, qui poſt Actua. 1. a. 11. c. 13. a.
me venit, ꝗ ante me factus eſt, cuius ego nõ ſum dignus vt ſol
uam corrigiã calceamẽti. Hæc in Bethabara facta ſunt trans
Iarden, vbi Iohãnes baptizabat. Poſtero die videt Ieſuah ve-
nientẽ ad ſe, & ait: Ecce agnus ille dei, ꝗ tollit peccatũ mundi.
Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me fact⁹ eſt, qa
prior me erat, & ego neſciebã eum: ſed vt manifeſtus eſſet Iſ-
raeli, propterea veni ego aqua baptizans: Et teſtificatus eſt

E Iohannes,dicens:Vidi ſpiritum deſcendentem ſpecie colũbæ
Matt.3.d. Marc.1.b. Luc.3.d. de cœlo,& manſit ſuper eum,& ego non noueram eum:ſed ꝗ
miſit me vt baptizarem aqua,is mihi dixit: Super quem vide
ris ſpiritum deſcendentem,ac manentem ſuper eum, hic eſt ꝗ
baptizat ſpiritu ſancto.Et ego vidi,& teſtificatus ſum qđ hic
eſt filius dei.Poſtero die iterum ſtabat Iohannes,& ex diſcipu-
lis eius duo,& intuitus Ieſuah ambulantem,dicit: Ecce agnus
ille dei.Et audierunt eum duo diſcipuli loquentẽ,& ſecuti ſunt
Ieſuah.Cõuerſus aũt Ieſuah,& cõſpicatus eos ſequẽtes ſe,dicit
eis:Quid q̃ritis?Qui dixerunt ei:Rabbi(qđ dicitur interp̃tatũ
magiſter)vbi habitas?Dicit eis:Venite,& videte.Venerũt,vi-
deruntꝗ; vbi maneret:& apud eum manſerunt die illo: hora
F autem erat fermè decima.Erat Andreas frater Simonis Petri,
vnus ex duobus qui audierant à Iohanne,& ſecuti fuerant eũ.
Reperit hic prior fratrem ſuum Simonem,& dicit ei: Inueni-
mus Meſsiach(ꝙ eſt interpretatũ,vnctus.)Et adduxit eum ad
Ieſuah.Intuitus eum Ieſuah dixit:Tu es Simon filius Ionah,tu
Gene.49.b. vocaberis Cephas(qđ interpretatur petra.) Poſtero die vo-
Deute.18.c. Iſaiæ.40.b. 45.b. luit Ieſuah exire in Galil,& reperit Philippum,& dicit ei:Seq̃-
re me.Erat aũt Philippus à Bethſaida ciuitate Andreæ,et Pe-
tri.Reperit Philippus Nethanel,et dicit ei:De quo ſcripſit Mo
ſeh in lege & prophetæ,inuenimus Ieſuah filium Ioſeph Naza
G renum.Et dixit ei Nethanel:A Nazareth poteſt aliquid boni
eſſe?Dicit ei Philippus:Veni,& vide. Vidit Ieſuah Nethanel
venientem ad ſe,& dicit de eo:Ecce vere Iſraelita,in quo dolꝰ
non eſt.Dicit ei Nethanel:Vnde me noſti?Reſpondit, & dixit
ei:Prius quàm te Philippus vocaret,cum eſſes ſub ficu, vide-
bam te.Reſpondit Nethanel,& ait ei:Rabbi tu es ille filius dei:
tu es ille rex Iſrael.Reſpondit Ieſuah,& dixit ei:Quia dixi tibi,
videbam te ſub ficu,credis: maiora his videbis.Et dicit ei: A-
men amen dico vobis:poſthac videbitis cœlum apertum, &
angelos dei aſcendentes,ac deſcendẽtes ſuper filium hominis.

¶ De aqua in nuptiis in uinum uerſa,de eiectis e templo.Item deſtruite tem-
plum hoc,&c. CAP. II.

A ET tertia die nuptię fiebãt in Cana Galil,& erat mater Ie-
ſuah ibi.Vocatꝰ eſt aũt & Ieſuah,ac diſcipuli eius ad nu-
ptias.Et vbi defeciſſet vinum,dicit mater Ieſuah ad eum: Vi-
num non habent.Dicit ei Ieſuah:Quid mihi tecum eſt mulier?
Nondum venit hora mea.Dicit mater eius miniſtris: Quod-
cunꝗ; dixerit vobis,facite.Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex
poſitæ ſecundum purificationem Iehudæorum, capientes ſin
gulæ metretas binas,aut ternas.Dicit eis Ieſuah: Implete hy-
B drias aqua.Et impleuerunt eas vſꝗ; ad ſummum.Et dicit eis:
Haurite nunc & ferte architriclino.Et tulerunt.Poſtquàm au-
tem guſtaſſet Architriclinus aquam in vinum verſam,neꝗ; ſci
ret vnde eſſet,ſed miniſtri ſciebant,qui hauſerant aquam, vo-
cat ſponſum,& dicit ei:Omnis homo primum bonum vinũ
ponit:& cum inebriati fuerint,tunc id quod deterius eſt. Tu
ſeruaſti bonum vinum vſꝗ; ad hoc tempus.Hoc edidit initiũ
ſignorum Ieſuah in Cana Galil,et manifeſtauit gloriam ſuam:
& crediderunt in eum diſcipuli eius.Poſt hæc deſcendit Cap-
naum ipſe,& mater eius,& fratres eius,& diſcipuli eius, & ibi
manſerunt non multis diebus.Et in propinquo erat Peſach Ie
hudæorum,& aſcendit Ieſuah Ieruſalaim,& reperit in templo
eos qui vendebant boues,& oues,& colũbas,& nũmularios
ſedentes.Et cum feciſſet flagellum è funiculis, omnes eiecit in
templo,oues ſimul,ac boues,& nummulariorum effudit æs,
menſasꝗ; ſubuertit.Et iis qui columbas vendebant,dixit:Au-
ferte iſta hinc,nec facite domum patris mei,domum mercatꝰ.
Pſalmo.8.b Recordati verò ſunt diſcipuli eius,ꝙ ſcriptum eſt. Zelus do-
mus tuæ exedit me.Reſponderunt ergo Iehudæi, & dixerunt
ei:Quod ſignum oſtendis nobis,ꝙ iſta facias? Reſpondit Ie-
D ſuah, & dixit eis: Deſtruite templum hoc, & in tribus diebꝰ
erigam illud.Dixerunt ergo Iehudæi:Quadraginta & ſex an-
Matt.26.f. &.27.e. Marc.14.f. 15.c. nis extructum eſt templum hoc,& tu in tribus diebus eriges il
lud?At ille dicebat de templo corporis ſui.Cum ergo reſurre
xiſſet è mortuis,recordati ſunt diſcipuli eius quòd hoc dixiſſet
eis,& crediderunt ſcripturæ,& ſermoni quem dixerat Ieſuah.
Cum autem eſſet Ieruſalaim in peſach in die feſto,multi credi-
derunt in nomen eius,videntes ſigna eius quæ faciebat. Ipſe
autem Ieſuah non credebat ſemetipſum eis eò quòd ipſe noſ-
ſet omnes;nec opus haberet,vt quiſquam teſtaretur de homi-
ne.Ipſe enim ſciebat,quid eſſet in homine.

¶ De Nicodemi quæſtionibus,de Ieſuah & Iohannis baptiſmo.
CAP. III.

A ERat autem homo ex Phariſæis,Nicodemus nomen illi,
princeps Iehudæorum.Hic venit ad Ieſuah nocte,& di-
xit ei:Rabbi,ſcimꝰ ꝙ à deo veneris magiſter.Nemo enim po-
teſt hęc ſigna facere quę tu facis,niſi fuerit deus cum eo.Reſpõ
dit Ieſuah,& dixit ei:Amen amen dico tibi,niſi quis natus fue-
rit ſupernè,non poteſt videre regnum dei.Dicit ad eum Nico
demus:Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? Num
poteſt in ventrem matris ſuæ iterum introire, ac naſci? Re-
ſpõdit Ieſuah:Amen amen dico tibi,niſi quis natus fuerit ex a-
qua,& ſpiritu,non poteſt introire in regnum dei.Quod natũ
eſt ex carne,caro eſt.& quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.
Ne mireris,ꝙ dixi tibi,oportet vos naſci ſupernè.Spiritus v-
bi vult ſpirat,& vocem eius audis,ſed neſcis vnde veniat, &
quò vadat.Sic eſt omnis qui natus eſt è ſpiritu.Reſpondit Ni
codemus,& dixit ei:Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit
B Ieſuah,& dixit ei:Tu es ille magiſter Iſraelis,& hæc ignoras?A-
men amen dico tibi:quod ſcimus,loquimur:& quod vidimꝰ,
teſtamur:& teſtimonium noſtrum non accipitis.Si terrena di
xi vobis,& non creditis:quomodo ſi dixero vobis cœleſtia,
credetis? Et nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit è cœ-
lo,filius hominis qui eſt in cœlo.Et ſicut Moſeh exaltauit ſerpẽ Nume.21.c.
tem in deſerto,ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis
qui credit in eum non pereat,ſed habeat vitam æternam. Sic
enim deus dilexit mũdum,vt filium ſuum vnigenitum daret: Iohã.4.b.
vt omnis qui credit in eum,nõ pereat,ſed habeat vitam æter-
nam.Non enim miſit deus filiũ ſuũ in mũdum,vt iudicet mũ-
dum,ſed vt ſeruetur mundꝰ per eũ.Qui credit in eũ, non iudi
catur:qui verò non credit,iam iudicatus eſt,quia non credi-
dit in nomen vnigeniti filij dei.Hoc eſt autem iudiciũ, qđ lux
venit in mundum,& dilexerũt homines magis tenebras q̃ lu-
C cem.Erant enim eorum mala opera.Omnis enim qui mala a-
git,odit lucem,nec venit ad lucem,ne arguantur opera ipſius.
Qui autem operatur veritatẽ,venit ad lucẽ, vt manifeſtentur
opera ipſius;ꝙ in deo ſint facta. Poſt hæc venit Ieſuah, & di-
ſcipuli eius in terram Iehudah, & illic morabatur cum eis,
ac baptizabat.Baptizabat autem & Iohãnes in Aenon iuxta
Salem:quia aquæ multæ erant illic, & veniebant ac baptiza-
bantur.Nondum enim coniectus fuerat Iohãnes in carcerem.
Orta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iehudæis
de purificatione.Et venerũt ad Iohannem,& dixerunt ei Rab
bi,qui erat tecum trans Iarden,cui tu teſtimonium perhibui-
ſti:ecce is baptizat,& omnes veniunt ad eum. Reſpõdit Iohã Supra.1.c.
D nes,& dixit:Non poteſt homo accipere quicquam,niſi fuerit
ei datum è cœlo.Ipſi vos teſtes eſtis,ꝙ dixerim: non ſum ego
Chriſtus,ſed miſſus ſum ante illum.Qui habet ſponſam,ſpon-
ſus eſt:amicus autem ſponſi qui ſtat,& audit eum,gaudio gau
det propter vocem ſponſi.Hoc ergo gaudium meum imple-
tum eſt:Illum oportet creſcere,me verò minui. qui è ſupernis
venit,ſupra omnes eſt.Qui è terra profectus eſt,terrenꝰ eſt, &
è terra loquitur.Qui è cœlo venit,ſupra omẽs eſt:& quod vi-
dit,& audiuit,hoc teſtatur,& teſtimonium eius nemo accipit.
Qui accepit eius teſtimonium,is obſignauit,ꝙ deus verax ſit.
Nam is quẽ miſit deus,verba dei loquitur.Non enim ad mẽ-
ſuram dat deus ſpiritũ.Pater diligit filium,& omnia dedit illi
in manum.Qui credit filio,habet vitam æternam; qui verò
non credit filio,non videbit vitam,ſed ira dei manebit ſuper
eum.

¶ Ieſuah mulierem Samaritanã ad puteum docet,multis ſe aperit
filiumꝗ; reguli curat.

Cap.

CAP. IIII.

A VT ergo cognouit dominus,audiſſe Phariſæos, quòd
Ieſuah plures diſcipulos faceret,& baptizaret,q̃ Iohan
nes:quanquam Ieſuah ipſe non baptizaret,ſed diſcipuli eius:re
liquit Iehudæam,& abiit iterum in Galil. Oportebat autem
Gene.48.d. eum tranſire per Samariah.Venit ergo in ciuitatẽ Samariah,
quæ dicitur Sechem,iuxta prædium,quod dedit Iahacob Io-
ſeph filio ſuo.Erat autem ibi fons Iahacob.Ieſuah ergo fatiga-
tus ex itinere,ſedebat ſic ſuper fontem.Hora erat fermè ſexta:
venit mulier è Samariah vt hauriret aquam.Dicit ei Ieſuah:Da
mihi bibere.Nam diſcipuli eius abierant in ciuitatem,vt cibos
emerent.Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu
Iehudæus cum ſis,bibere à me poſcis,quæ ſum mulier Sama-
B ritana?Non enim commercium habent Iehudæi cum Sama-
ritanis.Reſpondit Ieſuah,& dixit ei:Si ſcires donum dei, & ꝗs
ſit qui dicit tibi:Da mihi bibere,tu petiſſes ab eo,& dediſſet ti
bi aquam viuam.Dicit ei mulier:Domine,neque hauſtum ha-
bes,& puteus profundus eſt,vnde ergo habes aquam illam vi
uam?Nũ tu maior es patre noſtro Iahacob,qui dedit nobis
puteum,& ipſe ex eo bibit,& filij eius,& pecora eius? Reſpon
dit Ieſuah,& dixit ei:Omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet iterũ.
Quiſquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei,non ſitiet
in æternum:ſed aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ
ſalientis in vitam æternam.Dicit illi mulier:Domine, da mihi
iſtam aquam vt non ſitiam:neꝗ; veniam huc ad hauriendum:
Dicit ei Ieſuah:Vade,voca virum tuum,& veni huc.Reſpon-
C dit mulier & dixit ei:Non habeo virum.Dicit ei Ieſuah: Bene
dixiſti,non habeo virum.Quinꝗ; enim viros habuiſti, & nũc
quem habes non eſt tuus vir.Hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier:
Domine,video ꝙ propheta es tu.Patres noſtri in monte hoc
adorauerunt:& vos dicitis,ꝙ Ieruſalaim eſt locus vbi opor-
teat adorare.Dicit ei Ieſuah:Mulier crede mihi, venit hora q̃n
neque in monte hoc,neque Ieruſalaim adorabitis patrẽ. Vos
adoratis quod neſcitis,nos adoramus quod ſcimus: quia ſalꝰ
ex Iehudæis eſt.Sed venit hora,& nunc eſt quando veri adora
tores adorabunt patrem ſpiritu,ac veritate.Nam & pater ta-
les quærit,qui adorent ipſum.Spiritus eſt deus,& eos ꝗ ado-
rant eũ,in ſpiritu ac veritate oportet adorare.Dicit ei mulier:
2.Cor.3.d. Scio ꝙ Maſſiach venturus eſt,qui dicitur Chriſtus. Cum er-
D go venerit ille,nobis nunciabit om̃ia.Dicit ei Ieſuah:Ego ſum
qui loquor tibi.Et continuo venerunt diſcipuli eius,& mira-
batur ꝙ cum muliere loqueretur.Nemo tamen dixit,ꝗd quæ
ris,aut cur loqueris cum ea?Reliquit ergo hydriã ſuam mu-
lier,& abiit in ciuitatem,& dicit illis hominibus:Venite,vide
te hominem,qui dixit mihi omnia quæcunꝗ; feci.Num hic il-
le Chriſtus?Exierunt ergo è ciuitate,& veniebant ad eum.In-
terea rogabant eum diſcipuli,dicentes:Rabbi,comede.Ille au
tem dixit eis:Ego cibum habeo ad comedendum, quem vos
neſcitis.Diſcebant ergo diſcipuli inter ſe:Num quis attulit ei
ad comedendum?Dicit eis Ieſuah:Meus cibꝰ eſt,vt faciam vo
E luntatem eius qui miſit me,& perficiam opꝰ eius.Nónne vos
dicitis:adhuc quatuor menſes ſunt,& meſsis veniet?Ecce dico
vobis,attollite oculos veſtros & videte regiones;quoniam al
bæ ſunt iam ad meſſem.Et qui metit,mercedem accipit,& cõ
gregat fructum in vitam æternã,vt & qui ſeminat,ſimul gau-
deat,& qui metit.In hoc enim eſt verbum verum, ꝙ alius eſt
qui ſeminat,& alius eſt qui metit.Ego miſi vos ad metẽdum,
quod vos non laboraſtis.Alij laborauerunt:& vos in labores
F eorum introiſtis.Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eũ
Samaritanorum,propter ſermonem mulieris teſtificantis: ꝙ
dixiſſet ſibi omnia quæcunꝗ; feciſſet.Cum veniſſent ergo ad
illum Samaritani,rogauerunt eum,vt apud ſe maneret,& mã
Matt.13.g. Marc.6.a. Lucæ.4.c. ſit ibi duos dies.Ac multo plures crediderunt propter ſermo
nem ipſius:& mulieri dicebant:Iã non propter tuam loquelã
credimus.Ipſi enim audiuimus,& ſcimus,ꝙ hic eſt vere ſerua
tor mũdi Chriſtus.Poſt duos autem dies exiit inde,& abiit in
Galil.Ipſe enim Ieſuah teſtatus eſt,ꝙ ꝓpheta in ſua patria ho-
norem non haberet.Cum ergo veniſſet in Galil, exceperunt
eum Galilæi,cũ omnia vidiſſent quæ fecerat Ieruſalaim in die Mat.4.b.
feſto,& ipſi enim venerant ad diẽ feſtum.Venit ergo Ieſuah i- Marc.1.b. Lucę.4.c.
terum in Cana Galil,vbi fecerat ex aqua vinum.Et erat quidã
regulus cuius filius infirmabatur Capernaum.Hic cum audiſ
G ſet,ꝙ Ieſuah aduenilſet à Iehudæa in Galil, abiit ad eum:& ro
gabat eũ vt deſcenderet,ac ſanaret ipſiꝰ filium.Erat enim mo-
riturus.Dixit ergo ad eum:Niſi ſigna,& prodigia videritis,nõ
credideritis.Dicit ad eum regulus:Dñe,deſcende priuſquã mo
riatur filius meus.Dicit ei Ieſuah:Vade,filius tuus viuit.Credi
dit homo ſermoni quẽ dixerat ei Ieſuah,& ibat.Iam autem eo
deſcendente,ſerui occurrerunt ei,& nunciauerunt,dicẽtes: Fi-
lius tuus viuit.Sciſcitatus eſt ergo horã ab eis,in qua melius ha
buiſſet,et dixerũt ei:Heri hora ſeptima reliꝗt eũ febris.Cogno
uit ergo pater,ꝙ illa hora erat, in qua dixiſſet ſibi Ieſuah, fi-
lius tuus viuit:& credidit ipſe,& domꝰ eiꝰ tota.Hoc iterũ ſe-
cundum ſignum edidit Ieſuah cũ veniſſet à Iehudęa in Galil.

¶ De piſcina iuxta probaticam, hominéꝗ; curato a morbo inueterato,Ie-
ſuah Iehudæorum inuidiam quaſi cõtemſit. CAP. V.

A POſt hæc erat dies feſtus Iehudæorum,& aſcendit Ieſuah
Ieruſalaim.Eſt autem Ieruſalaim ſuper probaticam,piſci
na, quæ dicebatur Hebraicè Betheſda,quinque porticus ha-
bens.In iis iacebat multitudo magna languentium,cæcorum,
claudorum,aridorum,expectantium aquæ motum.Angelus
enim deſcendebat certo tempore in piſcinam, & turbabat a-
quam.Itaꝗ; qui primus deſcendiſſet poſt turbationem aquæ,
ſanus fiebat,à quocunque detinebatur morbo.Erat autẽ qui-
dam homo illic,qui triginta & octo annos habebat in infir-
B mitate.Hunc cum vidiſſet Ieſuah decumbentem,& cognouiſ
ſet quod iã multum temporis haberet in infirmitate, dicit ei:
Vis ſanus fieri?Reſpondit ei lãguidus:Domine, hominem nõ
habeo,vt quum turbata fuerit aqua,mittat me in piſcinã.Sed
interim dum ego venio,iam aliꝰ ante me deſcendit.Dicit ei Ie-
ſuah:Surge,tolle grabatũ tuum,& ambula.Et ſtatim ſanus fa-
ctus eſt homo ille:& ſuſtulit grabatũ ſuum,& ambulabat. E-
rat autem ſabbatum in die illo.Dicebant ergo Iehudæi ei,qui
ſanatus fuerat.Sabbatum eſt,non licet tibi tollere grabatum.
Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, is mihi dixit:tolle graba-
C tum tuum,& ambula.Interrogauerunt ergo eum:Quis eſt il-
le homo,qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? Is
autem qui ſanus fuerat effectꝰ,neſciebat quis eſſet. Ieſuah em̃
ſubduxit ſe,cum turba eſſet eo in loco.Poſtea reperit eum Ie-
ſuah in templo,& dixit illi:Ecce ſanus factus es,ne poſt hac pec
ces,ne quid deterius tibi contingat.Abiit ille homo:& nũcia-
uit Iehudæis ꝙ Ieſuah eſſet à quo ſanatus fuiſſet.Ac propter-
ea perſequebantur Iehudæi Ieſuah,& quęrebant illum occide
re,ꝙ iſta feciſſet in ſabbato.Ieſuah autem reſpondit eis: Pater
meus ad hoc vſque tempꝰ operatur,& ego operor.Propter-
ea ergo magis quærebant eum Iehudæi interficere,quia nõ ſo
D lum ſoluiſſet ſabbatum,ſed & patrem ſuum dixiſſet deũ,æqua-
lem ſe faciens deo.Reſpondit itaꝗ; Ieſuah, & dixit eis: Amẽ a-
men dico vobis,non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi ꝗ
viderit patrem facientem.Quæcunꝗ; enim ille fecerit, hæc iti-
dem & filius facit. Pater enim diligit filium, & omnia de-
monſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora his demonſtrabit ei
opera, vt vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mor-
tuos, & viuificat: ſic & filius quos vult viuificat. Neque e-
nim pater iudicat quenquam,ſed omne iudicium dedit filio:
vt omnes honorent filium,ſicut honorant patrem.Qui nõ ho
E norat filium,non honorat patrem qui miſit illum. Amen amẽ
dico vobis,qui ſermonem meum audit, & credit ei qui mi-
ſit me,habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed
tranſiuit à morte in vitam. Amen amen dico vobis,quòd
venit hora,& nunc eſt,quando mortui audient vocẽ filij dei:
& qui audierint,viuent.Sicut enim pater habet vitam in ſe-
metipſo,ſic dedit et filio habere vitã in ſemetipſo,& poteſtatẽ

dedit ei,etiam iudicium faciendi:quia filius hominis eſt.Noli-
te mirari hoc,quia veniet hora,in qua omnes qui in monumẽ
tis ſunt,audient vocem eius,& prodibunt, qui bona fecerũt,
in reſurrectionem vitæ:qui verò mala egerunt, in reſurrectio
Matt.25.d. nem iudicij.Non poſſum ego ex meipſo quicquam.Sicut au
dio,iudico,& iudicium meum iuſtum eſt,quia non quęro vo
luntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me, patris. Si
Marc.3.d. Supra.1.c. ego teſtimonium perhiberem de meipſo,teſtimonium meum
non eſſet verum.Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me,
F & ſcio verum eſſe teſtimonium quod teſtificatur de me.Vos
miſiſtis ad Iohannem:& is teſtimonium reddidit veritati.Ego
autem non ab homine teſtimonium accipio, ſed hæc dico,
vt vos ſalui ſitis.Ille erat lucerna ardens, & lucens: vos au-
tem voluiſtis ad tempus exultare in luce eius.At ego teſtimo-
Matth.3.d. nium habeo maius teſtimonio Iohannis.Opera enim quę de
dit mihi pater,vt perficiam ea,ipſa inquam opera quæ ego fa
cio,teſtificãtur de me,quod pater miſerit me.Et qui miſit me
pater,ipſe teſtificatus eſt de me.Neque vocem eius vnquam
audiſtis,neque ſpeciem eius vidiſtis,& verbum eius non habe
tis in vobis manens:quia quem miſit ille,huic vos non credi-
G tis.Scrutamini ſcripturas,quia vos videmini vobis in ipſis vi
tam æternam habere:& illæ ſunt quæ teſtificantur de me,nec
vultis venire ad me,vt vitam habeatis.Gloriam ab homini-
bus non accipio:ſed cognoui vos,ꝙ dilectionem dei non ha
beatis in vobis,Ego veni nomine patris mei,nec recipitis me.
Si alius venerit nomine ſuo,illum recipietis. Quomodo vos
poteſtis credere,quia gloriam à vobis inuicẽ accipitis,& glo-
riam quæ à ſolo deo eſt,non quæritis?Nolite putare,ꝙ ego ac
cuſaturus ſim vos apud patrem.Eſt qui accuſat vos Moſeh,
in quo vos ſperatis.Si enim credidiſſetis Moſeh, credidiſſetis
vtique mihi.De me enim ille ſcripſit.Si autem illius ſcriptis nõ
creditis,quomodo verbis meis credetis?

¶Miraculum de quinqꝫ panibus,& duobus piſcibus,Ieſuah recuſat regnũ;inam-
bulat mari,de fide & pane cœleſti,deficiẽtibus multis,ſui manent.
CAP. VI.

A Poſt hæc abiit Ieſuah trans mare Galil,quod eſt Tiberia-
Matt.14.b. Marc.6.e. Lucæ.9.b. dis,& ſequebatur eum turba multa:quia videbant eius
ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.Subiit autem
in montem Ieſuah,& ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.Inſtabat
autem Peſach dies feſtus Iehudæorum.Quum ſuſtuliſſet ergo
oculos Ieſuah,& vidiſſet ꝙ turba multa veniret ad ſe,dicit ad
Philippum:Vnde ememus panes vt edant iſti?Hoc autem di
cebat tentans eum:ipſe enim ſciebat quid eſſet facturꝰ.Reſpõ-
dit ei Philippus:Ducentorum denariorum panes nõ ſufficiũt
eis,vt vnuſquiſqꝫ puſillũ quippiam accipiat.Dicit ei vnꝰ ex di-
ſcipulis ipſius Andreas,frater Simonis Petri.Eſt puer vnꝰ hic,
B qui habet quinqꝫ panes hordeaceos & duos piſces:ſed hęc qd
ſunt inter tot?Dixit autem Ieſuah:Facite vt hoĩes diſcumbãt.
Erat autem fœnum multum in eo loco. Diſcubuerunt ergo
viri numero ferme quinquies mille.Accepit autem panes Ie-
ſuah,cumqꝫ gratias egiſſet,diſtribuit diſcipulis:diſcipuli verò,
diſcumbentibus.Similiter & ex piſcibus,quantum volebant.
Vt autem impleti ſunt,dicit diſcipulis ſuis:Colligite quæ ſup-
fuerunt fragmenta,ne quid pereat.Collegerunt ergo & imple
uerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque pani
bus hordeaceis,quæ ſuperfuerãt his qui comederant.Illi ergo
homines cum vidiſſent ꝙ Ieſuah fecerat ſignum,dicebant:Hic
eſt verè propheta ille qui venturus eſt in mundum.Ieſuah er-
go cum cognouiſſet ꝙ vẽturi eſſent,ac rapturi ipſum,vt face
rent ipſum regem,ſeceſſit iterum in mõtem ipſe ſolus. At vbi
iam veſpera eſſet deſcenderunt diſcipuli eius ad mare,& con-
C ſcenſa naui,venerũt traiecto mari ad oppidum Capernaum.
Matth.14.c. Marc.6.f. Iamqꝫ tenebræ erant,nec venerat ad eos Ieſuah. Mare autem
vento magno flante,intumeſcebat.Cum remigaſſent ergo fer
me ſtadia vigintiquinque,aut triginta,vident Ieſuah ambulan
tem ſuper mare,& appropinquantem naui,ac timuerunt.Ille
autem dicit eis:Ego ſum,nolite timere.Voluerunt ergo reci-
pere eum in nauim,& illico nauis appulerat terrę,ad quã ibãt.

Poſtero die turba quæ ſtabat trans mare,vt vidit ꝙ nauicula
alia non eſſet ibi,niſi vna illa in quam ingreſſi fuerant diſcipuli
eius:& ꝙ non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſuah in nauiculã,
ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent,aliæ verò ſuperuenerunt nauicu
læ à Tiberiade iuxta locum vbi comederant panem poſteaqꝫ
gratias egiſſet dominꝰ.Cum ergo vidiſſet turba,ꝙ Ieſuah nõ
eſſet ibi, neque diſcipuli eius,aſcenderunt & ipſi in nauiculas:
& venerunt Capernaum,quærẽtes Ieſuah:& cum inueniſſent
eum trans mare,dixerunt ei:Rabbi quãdo huc veniſti?Reſpõ
dit eis Ieſuah,& dixit:Amen amen dico vobis,quęritis me,nõ
D quia vidiſtis ſigna:ſed quia comediſtis de panibus,& ſaturati
eſtis.Operemini non cibum qui perit,ſed qui permanet in vi
tam ęternam:quem filius hominis dabit vobis.Hunc enim pa
ter conſignauit deus.Dixerunt ergo ad eum:Quid facimꝰ, vt
operemur opera dei?Reſpondit Ieſuah,& dixit eis:Hoc eſt o-
pus dei,vt credatis in eum quem miſit ille:Dixerunt ergo ei:
Quod ergo tu facis ſignũ,vt videamꝰ & credamus tibi?Quid 1.Iohã.3.d.
operaris?Patres noſtri comederũt manna in deſerto,ſicut ſcri Exodi.16.c. Nume.11.b.
ptum eſt:Panem de cœlo dedit eis ad edendum.Dixit ergo eis Pſalmo.77. Sapien.16.c.
Ieſuah:Amen amen dico vobis:non Moſeh dedit vobis illũ
panem de cœlo,ſed pater meus dat vobis panem de cœlo,ve-
rum.Panis enim dei eſt qui de cœlo deſcendit,& dat vitã mun
do.Dixerunt ergo ad eum:Domine ſemper da nobis panem
iſtum.Dixit autem eis Ieſuah:Ego ſum panis vitæ. Qui venit Eccle.24.c.
ad me,non eſuriet,& qui credit in me,non ſitiet vnquam.Sed
dixi vobis,ꝙ etiam vidiſtis me,nec creditis. Omne quod dat
mihi pater,ad me venit:& eum qui venit ad me,non eiicio fo
ras.Quia deſcendi de cœlo,vt non faciam volũtatem meam,
ſed voluntatem eius qui miſit me.Hæc eſt autem voluntas eiꝰ
qui miſit me patris,vt omne quod dedit mihi non perdã,ſed
E reſuſcitẽ illud in nouiſſimo die.Hæc eſt autem voluntas eius q
miſit me,vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat
vitam æternam,& ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die.Mur- Matth.13.g.
murabant ergo Iehudæi de illo,ꝙ dixiſſet:ego ſum panis ille,
qui de cœlo deſcendi.Et dicebant:Nónne hic eſt Ieſuah, filius
Ioſeph,cuius nos nouimus patrem,& matrem?Quomodo er
go dicit hic,de cœlo deſcendi?Reſpondit ergo Ieſuah,& dixit
eis:Nolite murmurare inter vos.Nemo poteſt venire ad me,
niſi pater qui miſit me,traxerit eum:& ego ſuſcitabo eũ in no
uiſſimo die.Eſt ſcriptum in prophetis,& erunt omnes docti Iſaiæ.54.c.
à deo.Omnis ergo qui audiuit à patre & didicit,venit ad me,
non ꝙ patrem viderit quiſquam,niſi is qui eſt à deo,hic vidit
patrem.Amen amen dico vobis,qui credit in me, habet vitã
F æternam.Ego ſum panis ille vitæ. Patres veſtri comederunt Exodi.16.c.
manna in deſerto,& mortui ſunt.Hic eſt panis ille de cœlo de
ſcendens,vt ex ipſo edat aliquis,& nõ moriatur.Ego ſum pa-
nis viuus qui de cœlo deſcendi:ſi quis ederit ex hoc pane, vi-
uet in æternum.Et panis quem ego dabo,caro mea eſt, quam
ego dabo pro mundi vita.Decertabant ergo Iehudæi inter ſe
dicentes:Quomodo poteſt hic nobis carnem illam ſuam da-
re ad edendum?Dixit ergo eis Ieſuah:Amen amẽ dico vobis,
niſi ederitis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinẽ,nõ
habetis vitam in vobis.Qui edit meam carnem,& bibit meũ
ſanguinem,habet vitam æternam:& ego ſuſcitabo eum in no
uiſſimo die.Caro enim mea, [a] verè eſt cibus:& ſanguis meꝰ,ve 1.Cor.11.f.
rè eſt potus.Qui edit meam carnem,et bibit meum ſanguinẽ, a Vere,non
in me manet,& ego in illo.Sicut miſit me viuens pater,& ego per tropum.
viuo propter patrem:& qui ederit me,ipſe quoqꝫ viuet pro-
pter me.Hic eſt panis ille qui de cœlo deſcendit:non ſicut co-
mederunt patres veſtri manna,& mortui ſunt:Qui ederit hũc
G panem,viuet in æternũ.Hæc dixit in ſynagoga docens in Ca-
pernaum.Multi ergo iis auditis ex diſcipulis eius dixerũt:Du-
rus eſt hic ſermo.Quis poteſt eum audire?Sciẽs autem Ieſuah
apud ſemetipſum quod murmurarent de hoc diſcipuli ipſiꝰ,
dixit eis:Hoc vos offendit?Quid igitur ſi videritis filium ho-
minis aſcendentẽ eò vbi erat prius?Spiritꝰ eſt qui viuificat ca-
ro nõ prodeſt quicquam.Verba quæ ego loquor vobis,ſpi-
ritus

ritus & vita ſunt.Sed ſunt quidã ex vobis qui non credũt.No
uerat enim ab initio Ieſuah qui eſſent non credentes,& qs pro
diturus eſſet ipſum.Et dicebat:Propterea dixi vobis,quod ne
mo poteſt venire ad me,niſi fuerit ei datũ à patre meo. Et tũc
multi diſcipulorũ eius abierunt eo relicto,nec amplius cum il-
lo ambulabant.Dixit ergo Ieſuah ad duodecim:Num & vos
Matt.16.c. vultis abire?Reſpondit ergo ei Simon Petrꝰ:Domine, ad quẽ
ibimus?Verba vitæ æternæ habes,& nos credimus & cogno
uimus,ꝙ tu es Chriſtus filius dei viuentis. Reſpondit eis Ieſu-
ah:Nónne ego vos duodecim elegi,& ex vobis vnꝰ diabolus
eſt?Dicebat autem de Iehudah Simonis Iſcariota.Hic enim e-
rat proditurus eum,cum eſſet vnus de duodecim.

¶Quomodo Ieſuah clam ad diem feſtum uenerit,& in templo docuerit,li-
cet literas non didicerit,liuentibus interim Scribis & Phariſæis, uariæ
de Chriſto qſtiões. CAP. VII.

A Et ambulabat Ieſuah poſt hæc in Galil: Non enim vole-
bat in Iehudæa ambulare,quia quærebant eum Iehudęi
interficere.Erat autem in propinquo dies feſtus Iehudæorum
ſcenopegia.Dixerunt igitur ad eum fratres eius:Tranſi hinc,et
vade in Iehudæam,vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ
facis.Nemo quippe in occulto facit aliquid,& quærit ipſe in
libertate eſſe.Si hæc facis declara teipſum mundo.Nam ne fra
tres quidem eius credebant in eum.Dicit ergo eis Ieſuah:Tem
pus meum nondum adeſt,tempus autem veſtrum ſemper eſt
B paratum.Non poteſt mundus odiſſe vos:me autem odit,qa
ego teſtimonium fero de illo,ꝙ opera eius mala ſint.Vos aſcẽ
dite ad diem feſtum hunc.Ego nondum aſcendo ad feſtũ hoc,
quia meum tempus nondum completum eſt.Hæc autẽ cum
dixiſſet illis,manſit in Galil.Vt autem aſcenderunt fratres eius,
tunc & ipſe aſcendit ad feſtum:non manifeſte,ſed in occulto.
Iehudæi ergo quærebãt eum in feſto,& dicebant:Vbi eſt ille?
Et murmur multum erat in turbis de eo.Quidam enim dice-
bant,bonus eſt:alij autem dicebant:non, ſed ſeducit turbam.
Nemo tamen libere loquebatur de illo,propter metum Iehu
C dæorum.Cum autem iam dimidium feſti peractum eſſet,aſcẽ
dit Ieſuah in templum,ac docebat.Et mirabantur Iehudæi,di
centes:Quomodo hic literas ſcit,cum non didicerit?Reſpon-
dit eis Ieſuah,& dixit:Mea doctrina non eſt mea,ſed eiꝰ qui mi
ſit me.Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de
doctrina mea,vtrum ex deo ſcit,an ego à meipſo loquar.Qui
de ſemetipſo loquitur,gloriam propriam quærit:Qui autem
quærit gloriam eius qui miſit ipſum,hic verax eſt,& iniuſtitia
in illo non eſt.Nónne Moſeh dedit vobis legem, & nemo ex
vobis facit legem?Quid me quæritis interficere?Reſpõdit tur
ba,& dixit:Dæmonium habes.Quis te quærit interficere? Re
ſpondit Ieſuah,& dixit eis:Vnum opus feci,& omnes mirami
Leui.12.a. ni.Propterea Moſeh dedit vobis circunciſionẽ:non ꝙ ex Mo
D Deut.1.c. ſeh ſit,ſed ex patribus:& tamen in ſabbato circunciditis ho-
minem.Si circunciſionem accipit homo in ſabbato,vt nõ ſol
uatur lex Moſeh, mihi ſuccenſetis ꝙ totum hominem ſanum
fecerim in ſabbato?Nolite iudicare ſecundum aſpectum, ſed
iuſto iudicio iudicate.Dicebant ergo quidam ex Ieruſalaim:
Nónne hic eſt quem quærunt interficere?Atqui ecce libere lo
quitur,& nihil ei dicunt:Num verè cognouerunt principes,
hunc eſſe verè Chriſtum?Sed hunc nouimus vnde ſit: Chri-
ſtus autem cum venerit, nemo cognoſcit vnde ſit. Clama-
bat ergo Ieſuah in templo docens, ac dicens:Et me noſtis, &
vnde ſim noſtis,& à meipſo non veni,ſed eſt verax qui miſit
me,quem vos non nouiſtis.Ego verò noui eum,quia ab ipſo
E ſum,& ille me miſit.Quærebant ergo eum apprehendere:&
nemo miſit in illum manus,quia nondum venerat hora eius.
De turba autem multi crediderunt in eum,ac dicebãt: Chriſtꝰ
cum venerit,num ſigna plura faciet,quàm quæ hic fecit. Au-
dierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc,& miſe-
runt Phariſæi,ac principes ſacerdotum miniſtros,vt apprehẽ
Infra.13.d. derent eum.Dixit ergo eis Ieſuah: Adhuc puſillum temporis
vobiſcum ſum,& abeo ad eum qui me miſit.Quęretis me,nec

inuenietis.Et vbi ego ſum,eò vos non poteſtis venire.Dixerũt
ergo Iehudæi inter ſeſe:Quò hic iturus eſt,ꝙ nos non inuenie
F mus eum?Num in diſperſionem gentium iturus eſt,& doctu
rus gentes?Quis eſt hic ſermo quem dixit,quæretis me, & nõ
inuenietis,& vbi ego ſum,eò vos non poteſtis venire?In no-
uiſſimo autem die magno feſti,ſtabat Ieſuah,& clamabat di- 2.Par.16.c.
cens:Si quis ſitit,veniat ad me,& bibat.Qui credit in me,ſicut
dicit ſcriptura,flumina eius de ventre fluent aquæ viuæ. Hoc
autẽ dixit de ſpiritu,quem accepturi erant credẽtes in ipſum.
Nondum enim erat ſpiritus ſanctus:quia Ieſuah nondũ erat
glorificatus.Multi ergo de turba quum audiſſent hunc ſermo
nem,dicebant:Hic eſt verè ꝓpheta.Alij dicebant:Hic eſt Chri
ſtus.Quidam autem dicebant:Num à Galil venit Chriſtus?
Nónne ſcriptura dicit ꝙ ex ſemine Dauid,& de Bethlechẽ ca- Miche.5.a. Matt.2.a.
G ſtello,vbi erat Dauid,veniet Chriſtus?Diſſentio itaqꝫ orta eſt
in turba propter eum.Quidam autem ex ipſis volebãt appre
hendere eum:ſed nemo coniecit in eum manus.Venerũt ergo
miniſtri ad pontifices,& Phariſęos,& dixerunt eis illi: Quare
non adduxiſtis illum?Reſponderunt miniſtri:Nũquam ſic lo-
cutus eſt homo,ſicut hic homo:Reſponderunt ergo eis Phari
ſæi:Num & vos ſeducti eſtis?Nunquis ex principibus credi-
dit in eum,aut ex Phariſæis?Sed turba hæc quæ non nouit le-
gem,execrabiles ſunt.Dicit Nicodemus ad eos,is qui venerat Iohã.3.a.
ad eum nocte,qui vnus erat de numero eorum:Num lex no
ſtra iudicat hominem,niſi prius audierit ab ipſo,& cognoue-
rit quid fecerint?Reſponderunt,& dixeruat ei:Nũ & tu Gali
læus es?Scrutare & vide,quòd à Galil propheta non ſurrexit.
Et profectus eſt vnuſquiſqꝫ in domum ſuam.

¶De adultera,Iehudæi Chriſtum dæmonium habere calumniantur, lapida-
reqꝫ parant. CAP. VIII.

A Ieſuah autem perrexit in montem oliuarum,& diluculo ite
rum venit in templum, cũctuſqꝫ populus venit ad eum,&
cum ſediſſet docebat eos.Adducunt autem ad eum Scribæ,
& Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam:& cum ſta-
tuiſſent eam in medio,dicunt ei:Magiſter hanc deprehẽdimus Leui.20.a.
in ipſo facinore adulterium committentẽ.In lege autem Mo-
ſeh præcepit nobis,vt huiuſmodi lapidarentur.Tu ergo quid
dicis?Hoc autem dicebant tentãtes eũ,vt poſſent accuſare eũ.
Ieſuah autẽ inclinans ſe deorſum,digito ſcribebat in terra. Cũ
ergo perſeuerarent interrogantes eũ erexit ſe,& dixit eis: Qui Deute.17.b.
veſtrum immunis eſt à peccato,primus in illam lapidem ia-
ciat.Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terra.Audientes autem
hæc,ſingulatim alius poſt alium exibant,initio facto à ſeniori-
bus:& relictus eſt ſolus Ieſuah,ac mulier in medio ſtans. Cum
autem erexiſſet ſe Ieſuah, & neminem videret præter mulie-
rem,dixit ei:Mulier,vbi ſunt illi tui accuſatores?Nemo te con-
demnauit?Quæ dixit:Nemo domine.Dixit autẽ Ieſuah: Nec
ego te condemno.Vade,& poſt hac ne peccaueris.Iterum er-
B go Ieſuah locutus eſt eis,dicens:Ego ſum lux mundi.Qui ſeq-
tur me,non ambulabit in tenebris,ſed habebit lumen vitę.Di 1.Iohan.1.b.
xerũt ergo ei Phariſæi:Tu de teipſo teſtificaris, teſtimoniũ tuũ
non eſt verum.Reſpondit Ieſuah,& dixit eis:Etſi ego teſtimo-
nium perhibeam de meipſo,verum eſt teſtimonium meũ: qa
ſcio vnde veni,& quo vado:vos autem neſcitis vnde venio,et
quo vado.Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico
quenquam.Porrò etſi iudicem ego, iudicium meum verum
eſt:quia ſolus non ſum,ſed ego,et qui miſit me pater.Quin &
in lege veſtra ſcriptum eſt,ꝙ duorum hominum teſtimonium Deute.19.b. Matth.18.b.
verum eſt.Ego ſum qui teſtimoniũ fero de meipſo,& teſtimo 2.Cor.13.a. Hebr.10.c.
nium fert de me,qui me miſit pater.Dicebãt ergo ei: Vbi eſt
pater tuus?Reſpõdit Ieſuah.Neqꝫ me noſtis neqꝫ patrem meũ.
Si me nouiſſetis,& patrẽ meum nouiſſetis.Hæc verba locutꝰ
eſt Ieſuah in gazophylacio,docens in templo.Et nemo appre
hendit eum:quia nondum venerat hora eius.Dixit ergo iterũ
C eis Ieſuah:Ego vado,et quæretis me,& in peccato veſtro mo
riemini.Quò ego vado,vos non poteſtis venire.Dicebant er
go Iehudæi:Num interficiet ſemetipſum,quia dicit: quò ego

vado vos non poteſtis venire? Et dicebat eis: Vos ab infernis
eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non
ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, ꝙ moriemini in pecca-
tis veſtris. Si enim non credideritis ꝙ ego ſum, moriemini in
peccatis veſtris. Dicebãt ergo ei: Tu quis es? Et dicit eis Ieſuah:
Principium (me eſſe dico) qui & loquor vobis. Multa habeo
Roma.3.a. de vobis loqui, ac iudicare: ſed qui me miſit, verax eſt: & ego q̃
audiui ab eo, hæc dico in mundum. Non cognouerunt, ꝙ de
patre eis locutus eſſet. Dixit ergo eis Ieſuah: Cum exaltaueritis
filium hominis, tunc cognoſcetis ꝙ ego ſum, & ex meipſo fa-
D cio nihil, ſed ita vt docuit me pater, hæc loquor. Et qui me mi
ſit mecum eſt. Non reliquit me ſolum pater: quia ego quæ pla
cita ſunt ei, facio ſemper: Hæc illo loquente, multi crediderunt
in eum. Dicebat ergo Ieſuah ad eos, qui crediderant ipſi, Iehu-
dæos: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei e-
ſtis: & cognoſcetis veritatem, et veritas liberos reddet vos. Re
ſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, neq; cuiquã ſeruiuimus
Roma.6.c. vnquam: quomodo tu dicis, liberi reddemini? Reſpondit eis
2.Petri.2.d. Ieſuah: Amen amen dico vobis, & omnis qui facit peccatum,
ſeruus eſt peccati. Seruus autẽ non manet in domo in æternũ.
E filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberos reddiderit,
vere liberi eritis. Scio quòd ſemen Abrahæ eſtis. Sed quæritis
me interficere, quia ſermo meus non habet locum in vobis. E-
go quod vidi apud patrem meũ, loquor: vos igitur quod vi-
diſtis apud patrem veſtrum, facietis. Reſponderunt, et dixerũt
ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſuah: Si filij Abrahę eſ-
ſetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me inter-
ficere, hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam au-
diui à deo: Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris
veſtri. Dixerunt itaq; ei: Nos è fornicatione non ſumus nati.
Vnum patrem habemus deum. Dixit eis Ieſuah: Si deus pater
F veſter eſſet, diligeretis vtiq; me. Ego em̃ ex deo proceſsi, & ve
ni. Neq; enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquelã
meam nõ agnoſcitis? quia nõ poteſtis audire ſermonem meũ.
1.Iohan.3.b. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſyderia patris veſtri vultis fa-
cere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia
non eſt veritas in eo.* Cum loquitur mendacium, ex propriis
loquitur, quia mendax eſt, atq; pater eius. Ego autem quia ve-
ritatẽ dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguit me de pec
cato? Porro ſi veritatem dico, quare vos non creditis mihi?
1.Iohan.4.a. Qui ex deo eſt verba dei audit. Propterea vos non auditis, qa
ex deo non eſtis. Reſponderunt ergo Iehudæi, & dixerunt ei:
Nónne benedicimus nos, ꝙ Samaritanus es tu, & dæmoniũ
habes? Reſpondit Ieſuah: Ego dæmonium non habeo, ſed ho
nore afficio patrem meum, & vos ignominia affeciſtis me. E-
G go autem non quæro gloriam meam: eſt qui quærat, & iudi-
cet. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruaue-
rit, mortem non videbit in ęternũ. Dixerunt ergo illi Iehudęi:
Nũc cognouimus ꝙ dęmoniũ habes, Abrahã mortuus eſt, &
ꝓphetæ, & tu dicis: ſi qs ſermonẽ meũ ſeruauerit, nõ guſtabit
mortẽ in ęternũ? Nũqd tu maior es patre nr̃o Abrahã, q mor
tu9 eſt? Et ꝓphetæ mortui ſunt. Quẽ teipſum tu facis? Reſpon
dit Ieſuah: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt
pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, ꝙ deus veſter
eſt, & non cognouiſtis eum. Ego autem noui eum. Et ſi dixero
ꝙ non nouerim eum, ero ſimilis veſtri, mẽdax. Sed noui eum,
& ſermonem eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit, vt vi
deret diem meum, & vidit atq; gauiſus eſt. Dixerunt ergo Ie-
hudæi ad eum: Quinquaginta annos nõdum habes, & Abra-
ham vidiſti? Dixit eis Ieſuah: Amen amen dico vobis, antequã
Abraham naſceretur ego ſum. Tulerunt ergo lapides vt iace-
rent in eum. Ieſuah autem abſcondit ſe, & exiuit è templo.
Quumq; tranſiſſet per medium illorum, præteriit ſic.

¶ De cæco nato reſtituto, atq; hinc Phariſæorũ rixis.
CAP. IX.

A ET prę teriens Ieſuah, vidit hominem cæcum à natiuitate,
& interrogauerunt eum diſcipuli ei9, dicentes: Rabbi, qs
peccauit, hic an parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit
Ieſuah: Neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt manife
ſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius q̃ mi-
ſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt opera-
ri. Quandiu fuerim in mundo, lux ſum mundi. Hoc cum di-
xiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ſuper oculos cæci, & di-
xit ei: Vade, laua in piſcina Siloach, quod interp̃tatur miſſus.
B Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Itaq; vicini, & qui viderãt
eum prius, ꝙ mendicus eſſet, dicebant: Nónne hic eſt qui ſede-
bat, & mendicabat? Alij dicebãt, hic eſt: alij rurſus, ſimilis eſt ei.
Ille dicebat: ego ſum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt
tibi oculi? Reſpondit ille & dixit: Ille homo qui dicitur Ieſuah
lutum fecit, & inunxit oculos meos: & dixit mihi: Vade ad pi-
ſcinam Siloach, & laua. Vt autem abij, ac laui, viſum recepi. Di
C xerunt ergo ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio. Adducunt ad Phari-
ſæos eum, qui dudum cæcus fuerat. Erat autem ſabbatum, cũ
lutum faceret Ieſuah, & aperiret oculos eius. Iterum ergo inter
rogabant eum & Phariſæi, quomodo viſum recepiſſet. Ille
autem dixit eis: Lutum mihi impoſuit ſuper oculos, & laui, &
video. Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Nõ eſt hic homo
à deo, quia ſabbatum non obſeruat. Alij autem dicebãt: Quo
modo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et diſſenſio e-
rat inter eos. Dicunt cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qa ape
D ruit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: Prophetą eſt. Non credi
derunt ergo Iehudæi de illo, ꝙ cæcus fuiſſet, & viſum recepiſ-
ſet, donec vocauerunt parentes eius qui viſum receperat, & in
terrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter quem vos di-
citis cæcum natum eſſe? Quomodo ergo nunc videt? Reſpon
derunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus ꝙ hic eſt filius no
ſter, & quòd cæcus natus eſt, quomodo autem nũc videat, ne-
ſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. Ipſe æta-
E tem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerũt
parentes eius, ꝙ timerent Iehudæos. Iam enim conſpirauerãt
Iehudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, è ſynagoga
eiiceretur. Propterea parẽtes eius dixerunt, ætatẽ habet, ipſum
interrogate. Vocauerũt ergo rurſum hominem qui fuerat cæ
cus, & dixerunt: Da gloriam deo: nos ſcimus ꝙ hic homo pec
cator eſt. Reſpondit ergo ille, & dixit: An peccator ſit, neſcio:
vnum ſcio, ꝙ cæcus cum fuerim, nunc videam. Dixerunt ergo
illi iterum: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Re
F ſpondit eis: Dixi vobis iam, nec audiſtis: cur iterum vultis au-
dire? Num & vos vultis diſcipuli eius fieri? Conuiciati ſunt er
go ei, & dixerunt: Tu es diſcipulus illius, nos autem Moſeh di-
ſcipuli ſumus. Nos ſcimus ꝙ Moſeh locutus eſt deus, hunc au
tem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc
enim mirabile quiddam eſt, ꝙ vos neſciatis vnde ſit, & tamen
aperuit meos oculos. Simus autem ꝙ peccatores deus nõ au-
dit: ſed ſi quis dei cultor eſt, & voluntatem ipſius fecerit, hunc
audit. A ſeculo nõ eſt auditum, ꝙ quis aperuit oculos cæci na
ti. Niſi eſſet hic à deo, non potuiſſet facere quicquam. Reſpon
G derunt & dixerunt ei: In peccatis tu natus es totus, et tu doces
nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ieſuah ꝙ eieciſſent eum
foras: cumq; inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Re
ſpondit ille, & dixit: Quis eſt domine, vt credam in eum? Et di-
xit ei Ieſuah: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At
ille ait: Credo domine, & adorauit eũ. Et dixit ei Ieſuah: In iudi
cium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant:
& qui vident, cæci fiant. Et audierũt quidam ex Phariſęis hęc,
qui cum ipſo erant, & dixerunt ei: Num & nos cæci ſumus? Di
xit eis Ieſuah: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc ve
rò dicitis, videmus, idcirco peccatum veſtrum manet.

¶ De paſtore bono, & mercenario, ſciſcitãtur Iehudæi an Ieſuah ſit
Chriſtus. CAP. X.

A AMen amen dico vobis: qui non intrat per oſtiũ in ſta-
bulum ouiũ, ſed aſcẽdit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui
autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius ape-
rit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat no-
minatim, & educit eas. Et quum proprias oues emiſerit, ante
eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia nouerunt vocem ei9.
Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo: quia nõ no-
uerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Ieſuah.
B Illi autem non cognouerunt quæ eſſent, quæ loqueretur eis.
Dixit ergo eis iterum Ieſuah: Amen amen dico vobis ꝙ ego
ſum oſtium ouium. Omnes quotquot ante me venerunt, fu-
res ſunt, & latrones, ſed non audierunt eos oues. Ego ſum
oſtium: Per me ſi quis introierit, ſeruabitur, & ingredietur, &
egredietur, & paſcuum inuenier. Fur nõ venit, niſi vt furetur,
Iſaię.40.c. & mactet, ac perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundan-
Eze.34.f.g. tius habeant. Ego ſum paſtor ille bonus. Bonus paſtor animã
&.37.f. ſuam dat pro ouibus. Mercenarius autem, & qui non eſt pa-
C ſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, ac
deſerit oues, fugitq;, & lupus rapit, ac diſpergit oues. Mercena
rius autem fugit, quia mercenarius eſt, & oues non ſunt ei cu-
ræ. Ego ſum paſtor ille bonus, & cognoſco oues meas, & co-
gnoſcor à meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem,
Ezec.37.f. & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo, quę
non ſunt ex hoc ouili: illas quoq; oportet me adducere, & vo-
cem meam audient: & fiet vnum ouile, vnus paſtor. Propter-
D ea me pater diligit, quia ego pono animam meam, vt iterum
ſumam eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à mei-
pſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatẽ habeo rur-
ſus ſumendi eam: Hoc mandatũ recepi à patre meo. Diſſenſio
igitur iterũ facta eſt inter Iehudæos ꝓpter ſermones hos. Dice
bãt autem multi ex ipſis: Dęmonium habet, & inſanit: quid eũ
auditis? Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habẽ-
tis. Num dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire? Facta
ſunt autem encænia Ieruſalaim, & hyems erat: & ambulabat
E Ieſuah in templo in porticu Selomoh. Circundederunt ergo
1.Ma.4.f.g. eum Iehudæi, & dicebant ei: Quouſq; animam noſtram ſuſpẽ
dis? Si tu es Chriſtus, dic nobis libere. Reſpondit eis Ieſuah: Di
xi vobis, nec creditis. Opera quæ ego facio noĩe patris mei,
hæc teſtimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia
non eſtis ex ouibus meis. Quemadmodum dicebã vobis: O-
ues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequũ
tur me, & ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æter-
num, neq; rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus qui
dedit mihi maior omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de ma-
F nu patris mei. Ego & pater vnũ ſumus. Suſtulerunt ergo rur-
ſum lapides Iehudæi, vt lapidarent eum. Reſpondit eis Ieſuah:
Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod
eorum operum me lapidatis? Reſponderunt ei Iehudæi, dicen
tes: Ob bonum opus non lapidamus te, ſed ob blaſphemiam:
& quia tu homo quum ſis, facis teipſum deum. Reſpondit eis
Pſalm.81. Ieſuah: Nónne ſcriptum eſt in lege veſtra, ego dixi, dij eſtis? Si il
los dixit deos, ad quos ſermo dei factus eſt: & non poteſt ſol
ui ſcriptura de eo, quem pater ſanctificauit, & miſit in mun-
G dum, vos dicitis me blaſphemare, quia dixerim filius dei ſum?
Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſin verò fa-
cio, & ſi mihi non credatis, operibus credite: vt cognoſcatis, et
credatis quod pater in me eſt, & ego in eo. Quærebant iterum
eum apprehendere, & exiuit de manu eorum: & abiit iterum
trans Iarden in eum locum vbi fuerat Iohannes baptizãs pri-
mum, manſitq; illic. Et multi venerunt ad eum, ac dicebant: Io
hannes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcun-
que dixit Iohannes de hoc, vera erant, & crediderunt multi il-
lic in eum.

¶ De Lazaro reſuſcitato, & conſilio Phariſæorum, de perdendo
Chriſto. CAP. XI.

A AEgrotabat autem quidam nomine Lazarus è Betha-
nia à caſtello Miriã & Marthæ huius ſororis. Miriam
autem erat ea quæ vnxit dominum vnguento, & exterſit pe-
des eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Miſerunt
ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas,
ægrotat. Quum audiſſet autem Ieſuah, dixit: Infirmitas hęc nõ
eſt ad mortem, ſed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per
eam. Diligebat autem Ieſuah Martham, & ſororem eius, & La
zarum. Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem tẽpo-
ris manſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hoc di
cit diſcipulis: Eamus in Iehudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli:
Rabbi, modo quærebant te Iehudæi lapidare, & iterum vadis
illuc? Reſpondit Ieſuah: Nónne duodecim ſunt horæ diei? Si
quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mun-
B di videt. Si quis autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux
non eſt in eo. Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amic9 no-
ſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo
diſcipuli eius: Domine, ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autem Ie-
ſuah de morte eius: at illi putauerunt, quod de dormitione ſo-
mni diceret. Tunc ergo Ieſuah dixit eis libere: Lazar9 mortu9
eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis, quòd non fuerim ibi.
Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didym9,
ad diſcipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Venit ita-
C que Ieſuah, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento
habentem. Erat autem Bethania iuxta Ieruſalaim ferè ſtadiis
quindecim. Multiq; ex Iehudæis venerant ad Martam ac Mi-
riam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audi
uit quod Ieſuah veniſſet, occurrit illi: Miriam verò domi ſe-
debat. Dixit ergo Martha ad Ieſuah: Domine, ſi fuiſſes hic, fra-
ter meus non fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, quod quæcũ-
que popoſceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Ieſuah: Reſur-
get frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quod reſurget in reſurre
ctione in nouiſsimo die. Dicit ei Ieſuah: Ego ſum reſurrectio,
& vita: Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & oĩs
qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis
D hoc? Ait illi: Etiam domine. Ego credo, quod tu ſis Chriſt9 fi-
lius dei, qui in mundum venis. Et quum hæc dixiſſet, abiit, &
vocauit Miriam ſororem ſuã clanculum, dicens: Magiſter ad-
eſt, & vocat te. Illa vt audiuit, ſurgit cito, & venit ad eum. Nõ-
dum autem venerat Ieſuah in caſtellum, ſed erat in eo loco, vbi
occurrerat ei Martha. Iehudæi ergo qui erant cum eo in do-
mo, & conſolabantur eam, quum vidiſſent Miriam, quod ci-
to ſurrexiſſet, & exiſſet, ſecuti ſunt eam, dicentes: Vadit ad mo-
numentum, vt ploret ibi. Miriam ergo quum veniſſet eo vbi
erat Ieſuah, vidiſſetq; eum, procidit ad pedes eius, & dicit ei:
E Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſuah er
go vt vidit eam plorantem, & Iehudæos qui venerant cum ea
plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit: Vbi
poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine veni, & vide. Lachryma-
tus eſt Ieſuah. Dixerunt ergo Iehudæi: Ecce quomodo ama-
bat eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic q̃
aperuit oculos cæci, facere, vt & hic non moreretur? Ieſuah er
go rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumẽtum. Erat
autem ſpelunca, & lapis impoſitus erat ei. Ait Ieſuah: Tollite la
F pidem. Dicit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat: Domi
ne, iam olet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſuah: Nónne dixi
tibi, ꝙ ſi credideris, videbis gloriam dei? Suſtulerunt ergo la-
pidem à loco, vbi is qui mortuus fuerat, erat poſitus. Ieſuah
autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quo
niam audiſti me. Ego autem ſciebam, ꝙ ſemper me audis: ſed
propter turbam, quæ circunſtat dixi, vt credant ꝙ tu me miſe
ris. Atque hæc quum dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare,
veni foras. Et prodiit qui fuerat mortuus, manus, & pedes ha
bens ligatas faſciis ſepulchralibus: & facies illius ſudario erat
circumligata. Dicit eis Ieſuah: Soluite eum, & ſinite abire. Mul-
ti ergo ex Iehudæis qui venerant ad Miriam, & viderant quæ
feciſſet Ieſuah, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis ab-
ierunt ad Phariſęos, & dixerunt eis quæ feciſſet Ieſuah. Cõgre-
gauerunt ergo pontifices, & Phariſæi concilium, ac dicebant:
Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si permiſeri-
mus eum ſic, omnes credent ei. Venientq; Romani, & tollent
tum locum noſtrum, tum gentem. Vnus autem quiſpiam ex
ipſis Caiaphas, cũ eſſet põtifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis

quicquam,nec cogitatis ꝙ expedit nobis vt vnus homo mo
G riatur pro populo,ac nõ tota gens pereat.Hoc autẽ à ſemet-
ipſo non dixit:ſed cum eſſet pontifex anni illius vaticinat⁹ eſt
quòd Ieſuah moriturus eſſet pro gente: & non tantum pro
gente,ſed vt filios dei qui erant diſperſi,congregaret in vnum.
Ab illo ergo die conſultabant inuicem,vt interficerent eum.
Ieſuah ergo iam non libere ambulabat inter Iehudęos,ſed ab-
iit illinc in regionem iuxta deſertum,in ciuitatem quæ dicitur
Ephraim,& ibi verſabatur cum diſcipulis ſuis.Erat autẽ pro
ximum peſach Iehudæorum,& aſcenderunt multi Ieruſalaim
è regione ante peſach,vt purificarent ſe. Quærebant ergo Ie-
ſuah,& colloquebantur inter ſe,in templo ſtantes:Quid vide-
tur vobis,ꝙ non venerit ad diem feſtum?Dederant autem põ
tifices,& Phariſæi pręceptum:vt ſi quis cognouiſſet vbi eſſet,
indicaret,vt comprehenderent eum.

¶De muliere ungente,& aſella,Gentiles interrogant,Philippum,uox de cœlo ad Chriſtum.

CAP. XII.

A Ieſuah ergo ante ſex dies peſach venit Bethaniam, vbi La-
Matt.16.a. Mar.14.a. zarus fuerat mortuus,quem ſuſcitauit à mortuis.Fecerunt
autem ei cœnam ibi,& Martha miniſtrabat.Lazarus verò v-
nus erat è diſcumbentibus cum eo.Miriam ergo accepit librã
vnguenti nardi piſticæ,precioſæ,& vnxit pedes Ieſuah, & ex-
terſit pedes eius capillis ſuis:Domus autẽ impleta eſt ex odore
vnguenti.Dicit ergo vnus ex diſcipulis eius,Iehudas Simonis
Iſcariotes,qui erat eum proditurus:Quare hoc vnguẽtum nõ
veniit trecentis denariis,& datum eſt egenis?Dixit autem hoc,
non quòd pauperes illi curæ eſſent,ſed quia fur erat,ac marſu
pium habebat:& ea quæ mittebantur,portabat.Dixit ergo Ie
B ſuah:Sine illam,in diẽ ſepulturæ meæ ſeruauit illud. Pauperes
enim ſemper habetis vobiſcum,me verò nõ ſemper habetis.
Cognouit ergo turba multa ex Iehudæis quòd illic eſſet:& ve
nerunt non propter Ieſuah tantum,ſed vt Lazarum quoque
viderent,quem ſuſcitauerat à mortuis. Conſultabant autem
principes ſacerdotum,vt & Lazarum interficerent,quia mul
ti propter illum abibant ex Iehudæis,& credebant in Ieſuah.
Poſterò die turba multa quæ venerat ad diem feſtum, quum
audiſſent ꝙ veniret Ieſuah Ieruſalaim,acceperunt ramos pal-
Matth.21.a. marum,& proceſſerunt obuiam ei,& clamabant:Hoſihahna,
Marci.14.a. Lucæ.10.b. benedictus qui venit in nomine domini rex Iſrael.Nactus au-
Zacha.9.b. C tem Ieſuah aſellum,ſedit ſuper eum:ſicut ſcriptum eſt:Noli ti-
mere filia Siion,ecce rex tuus venit ſedens ſup pullũ aſinæ.Hęc
aũt non cognouerunt diſcipuli eius primum:ſed quando glo
rificatus eſt Ieſuah,tunc recordati ſunt,ꝙ hæc eſſent ſcripta de
eo,& ꝙ hæc feciſſent ei.Teſtificabatur igitur turba , quæ erat
cum eo,quando Lazarum vocauit de monumento,& ſuſcita
uit eum è mortuis.Propterea & obuiam venit ei turba,quod
audierant eum feciſſe hoc ſignum.Phariſæi ergo dixerũt inter
ſe:Videtis quod nihil proficitis?Ecce mundus poſt eum abiit.
Erant autem quidam gentiles ex iis,qui aſcenderant,vt adora
rent in feſto.Hi ergo acceſſerunt ad Philippũ,qui erat à Beth-
ſaida Galil,& rogabant eum dicentes:Domine, volumus Ie-
ſuah videre.Venit Philippus & dicit Andreæ : Andreas rur-
D ſum,& Philippus dicunt Ieſuah.Ieſuah autem reſpondit eis di
cens:Venit hora vt glorificetur filius hominis.Amen amen di
co vobis,niſi granum frumenti deiectum in terram , mortuũ
fuerit,ipſum ſolum manet.Si verò mortuum fuerit,multũ fru
ctum affert.Qui amat animam ſuam,perdet eam.Et qui odit
Matt.10.d. animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternã cuſtodiet eam.
16.d. Mar.8.d. Si quis mihi miniſtrat,me ſequatur.Et vbi ſum ego,illic & mi
Lucę.9.c. niſter meus erit.Si quis mihi miniſtrauerit, honore afficiet eũ
17.g. pater.Nunc anima mea turbata eſt.Et quid dicam?Pater ſer-
uato me ex hora hac.Sed propterea veni in horam hanc. Pa-
ter glorifica nomen tuum.Venit ergo vox de cœlo:Et glorifi
caui,& rurſum glorificabo.Turba ergo quæ ſtabat,& audie-
rat,dicebat tonitruum eſſe factum.Alij dicebant : Angelus ei
E locutus eſt.Reſpondit Ieſuah,& dixit: Non propter me hæc
vox venit,ſed propter vos.Nunc iudicium eſt mundi huius.
Nunc princeps mundi huius eiicietur foras.Et ego ſi exalta-
tus fuero à terra,omnes traham ad meipſum.Hoc autem dice
bat,ſignificans qua morte eſſet moriturus.Reſpõdit ei turba: Pſalmo.109. 116.
Nos audiuimus ex lege,quod Chriſtus manet in æternum: & Iſaiæ.40.c.
quomodo tu dicis:oportet exaltari filium hominis? Quis eſt Ezech.37.g.
iſte filius hominis?Dixit ergo eis Ieſuah:Adhuc ad breue tem-
F pus lumen vobiſcum eſt.Ambulate donec lucem habetis , ne
vos tenebræ occupent.Et qui ambulat in tenebris,neſcit quo
vadat.Dũ lucem habetis,credite in lucem,vt filij lucis ſitis.Hęc
locutus eſt Ieſuah,ac digreſſus abſcondit ſe ab eis.Cum autem Iſaiæ.53.a. Roma.10.d.
tam multa ſigna feciſſet coram eis,non credebãt in eum:vt ſer Iſaiæ.6.c. Marc.13.b.
mo Ieſahiah prophetæ impleretur,quem dixit:Domine, quis Marc.4.
credidit auditui noſtro,& brachium domini cui reuelatũ eſt? Lucæ.8.b. Actuũ.28.f.
Propterea non poterant credere:quia iterum dixit Ieſahiah: Roma.11.b.
Excæcauit oculos eorum,& indurauit cor eorum,ne videant
oculis,& ne intelligant corde,& conuertantur, & ſanem eos.
Hæc dixit Ieſahiah quando vidit gloriam eius, & locutus eſt
de eo.Veruntamen etiam ex principibus multi crediderũt in
eum,ſed propter Phariſęos non confitebantur,ne è ſynagoga
G eiicerentur.Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm
gloriam dei.Ieſuah autem clamauit & dixit:Qui credit in me,
non credit in me,ſed in eum qui miſit me.Et qui videt me,vi-
det eum qui miſit me.Ego lux in mundum veni:vt omnis qui
credit in me,in tenebris non maneat.Et ſi quis audierit verba
mea,& non crediderit,ego non iudico eum. Non enim veni
vt iudicem mundum,ſed vt ſeruem mundum.Qui reiicit me,
nec accipit verba mea,habet qui iudicet ipſum.Sermo quem
locutus ſum,ille iudicabit eum in extremo die:quia ego ex me-
ipſo non ſum locutus:ſed qui miſit me pater,ipſe mihi manda
tum dedit,quid dicam,& quid loquar.Et ſcio ꝙ mandatum
eius vita æterna eſt.Quæ ergo ego loquor,ſicut dixit mihi pa
ter,ſic loquor.

¶Ieſuah lauat ſuorũ pedes,proditur a Iehuda, hortatur ad charitatẽ.

CAP. XIII.

A Ante feſtum autem peſach,ſciens Ieſuah quod veniſſet
hora ipſius vt tranſiret ex hoc mundo ad patrẽ , cum Matt.26.a. Marc.14.a.
dilexiſſet ſuos qui erant in mundo,vſque ad finem dilexit eos. Luc.22.a.
Et cœna facta,quum diabolus iam immiſiſſet in cor Iehudæ
Simonis Iſcariotæ vt proderet eum,ſciens Ieſuah quod om̃ia
dediſſet ſibi pater in manus,& quod à deo exiſſet,& ad deum
iret,ſurgit à cœna,& ponit veſtimenta:& quum accepiſſet lin-
teum,præcinxit ſe.Deinde miſit aquam in peluim,& cœpit la-
uare pedes diſcipulorum,& extergere linteo,quo erat pręcin-
ctus.Venit ergo ad Simonem Petrum:& dicit ei Petrus:Do-
mine,tu mihi lauas pedes?Reſpondit Ieſuah,& dixit ei:Quod
ego facio tu neſcis nunc,ſcies autem poſtea.Dicit ei Petr⁹: Nõ
lauabis meos pedes in æternum.Reſpondit ei Ieſuah:Si nõ la-
uero tẽ,non habes partem mecum.Dicit ei Simon petrus:Do
mine non tantum pedes meos,ſed & manus,& caput.Dicit ei
B Ieſuah:Qui lotus eſt,non opus habet niſi vt pedes lauet,ſed eſt
mundus totus.Et vos mundi eſtis,ſed non omnes.Sciebat em̃
quiſnã eſſet qui proderet ipſum.Propterea dixit: nõ eſtis mũ-
di omnes.Poſtquàm ergo lauiſſet pedes eorum,receptiſq; ve
ſtibus ſuis,accubuiſſet,iterum dixit eis:Scitis quid fecerim vo
bis?Vos vocatis me magiſtrum ac dominum,& benedicitis:
Sum etenim.Si ergo ego laui pedes veſtros domin⁹, & magi
ſter,vos quoq; debetis inuicem alij aliorum lauare pedes. Ex-
emplum enim præbui vobis,vt quemadmodum ego feci vo
bis,ita & vos faciatis.Amen amen dico vobis,non eſt ſeruus
maior domino ſuo,neque legatus maior eſt eo qui legauit i- Supra.15.c. Matt.10.c.
pſum.Si hæc nouiſtis,beati eſtis,ſi feceritis ea.Non de omni- Lucæ.6.f.
C bus vobis loquor.Ego ſcio quos elegerim.Sed vt adimplea-
tur ſcriptura:Qui edit mecum panem, ſuſtulit aduerſum me Pſalmo. 40.
calcaneum ſuum.Nunc dico vobis prius quàm fiat , vt cum
factum fuerit,credatis quod ego ſum.Amen amen dico vo-
bis,qui recipit quemcunque miſero,me recipit.Qui autẽ me
recipit



recipit,recipit eũ qui me miſit. Quũ hæc dixiſſet Ieſuah turba-
Matth.10.d. Lucæ.10.c. tus eſt ſpiritu,& teſtificatus eſt,dixitq;:Amẽ amẽ dico vobis,
quod vnus ex vobis prodet me.Aſpiciebant ergo ſe inuicem
Matt.26.b. diſcipuli,hæſitantes de quo diceret.Erat autem vnus ex diſci-
Marc.14.b. Lucæ.22.b. pulis Ieſuah recumbens in ſinu ipſius:nimirum is quem dilige
bat Ieſuah:Innuit ergo huic Simon Petr⁹,vt ſciſcitaretur quis
eſſet de quo loqueretur.Itaque cum recubuiſſet ille ſuper pe-
ctus Ieſuah,dicit ei:Domine,quis eſt?Reſpondit Ieſuah: Ille eſt
D cui ego intinctum panem porrexero. Et quũ intinxiſſet panẽ,
dedit Iehudæ Simonis Iſcariotæ.Et poſt offulam ingreſſus eſt
in eum ſathanas.Dicit igitur ei Ieſuah: Quod facis , fac citius.
Hoc autem nemo intelligebat diſcumbentium,ad quid dixiſ-
ſet ei.Quidam enim putabant,quia loculos habebat Iehudas,
qđ dixiſſet ei Ieſuah,eme ea q̃ op⁹ ſunt nobis ad diẽ feſtũ : aut
egenis vt aliqđ daret.Cũ ergo accepiſſet ille offulã , exiuit cõ-
tinuo.Erat aũt nox.Quũ ergo exiſſet,dixit Ieſuah:Nũc glorifi
cat⁹ eſt filius hominis,& deus glorificatus eſt per eũ.Si de⁹ glo
rificatus eſt per eũ,& deus glorificauit eum per ſe,& continuo
Supra.7.e. glorificabit eum.Filioli adhuc pauliſper vobiſcum ſum.Quæ
1.Iohan.2.b. Infra.13.b. retis me,& ſicut dixi Iehudæis,quo ego vado,vos non pote-
ſtis venire:ita & vobis dico nunc.Præceptum nouum do vo
bis,vt diligatis vos mutuo,ſicut dilexi vos:vt & vos diligatis
vos mutuo.In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei ſi-
tis,ſi charitatem habueritis inter vos mutuam.Dicit ei Simon
Petrus:Domine,quo vadis?Reſpondit ei Ieſuah:Quo ego va
Matth.27.d. do non potes nunc me ſequi,ſequeris autẽ poſtea.Dicit ei Pe-
Marci.14.c. Luc.22.c. trus:Domine,quare non poſſum te ſequi nunc?Animã meam
ꝓ te ponã.Reſpondit ei Ieſuah:Animã tuã ꝓ me pones?Amẽ
amen dico tibi:non canet gallus,donec ter me negaueris.

¶Corroborat Chriſtus ſuorum animos uariis promiſsionibus,ac inſtructionibus.

CAP. XIIII.

A Et ait diſcipulis ſuis:Ne turbetur cor veſtrum . Creditis
in deũ,& in me credite. In domo patris mei manſiones
multæ ſunt.Sin minus,dixiſſem vobis:vado vt parem vobis
locum.Et ſi abiero et parauero vobis locum:iterum veniam,
& aſſumam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego,& vos ſitis: &
quò ego vado,ſcitis,& viam ſcitis.Dicit ei Thomas:Domine,
neſcimus quo vadis,& quomodo poſſumus viam ſcire?Dicit
ei Ieſuah:Ego ſum via,& veritas,& vita.Nemo venit ad pa-
trem,niſi per me.Si cognouiſſetis me,& patrem meum, vtiq;
cognouiſſetis.Et nunc cognoſcitis eum,& vidiſtis eum. Dicit
ei Philippus:Domine,oſtende nobis patrem,& ſufficit nobis.
Dicit ei Ieſuah:Tanto tempore vobiſcum ſum,& non cogno-
uiſtis me?Philippe,qui vidit me,vidit patrem . Et quomodo
tu dicis:oſtende nobis patrem?Non credis quòd ego in pa-
B tre, & pater in me eſt ? Verba quæ ego loquor vobis , à
meipſo non loquor . Pater autem in me manens,ipſe facit o-
pera.Credite mihi,quod ego in patre,& pater in me eſt,alioq;
propter ipſa opera credite mihi.Amen amen dico vobis:qui
credit in me,opera quæ ego facio,& ipſe faciet,& maiora his
faciet:quia ego ad patrem vado.Et quicquid petieritis nomi-
Infra.16.e.f. Mat.7.a. ne meo,hoc faciam,vt glorificetur pater ꝑ filium.Si quid pe-
Mar.11.c. tieritis per nomen meum ego faciam.Si diligitis me,pręcepta
mea ſeruate.Et ego rogabo patrem,& alium paracletum da-
bit vobis,vt maneat vobiſcum in æternum,ſpiritum verita-
tis:quem mundus non poteſt accipere:quia nõ videt eum,nec
nouit eum. Vos autem cognoſcitis eum,quia apud vos ma-
net,& in vobis erit.Non relinquam vos orphanos , veniam
C ad vos.Adhuc puſillum,& mundus me iam non videt : vos
autẽ videtis me.Quia ego viuo,& vos viuetis.In illo die vos
cognoſcetis quod ego ſum in patre meo,& vos in me,& ego
in vobis.Qui habet præcepta mea,& ſeruat ea,ille eſt qui dili-
git me.Qui autem diligit me,diligetur à patre meo:& ego di-
ligam eum,& manifeſtabo ei meipſum.Dicit ei Iehudas , non
ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt, ꝙ manifeſtaturus es
nobis teipſum,& non mundo?Reſpondit Ieſuah, & dixit ei:
Si quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit,ꝙ pater meus di
liget eum:& ad eum veniemus,& manſionem apud eum facie
mus.Qui non diligit me,ſermones meos non ſeruat:& ſermo
D quem auditis,non eſt meus,ſed eius qui miſit me patris . Hæc
locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclet⁹ autem ille ſpi
ritus ſanctus,quem mittet pater nomine meo : ille vos doce-
bit omnia,& ſuggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis.
Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis:non quomo-
do mundus dat,ego do vobis.Ne turbetur cor veſtrum, ne-
que formidet.Audiſtis quod ego dixi vobis,vado , & venio
ad vos.Si diligeretis me,gauderetis vtique,quod dixerim,va-
do ad patrẽ,quia pater maior me eſt.Et nunc dixi vobis prius
quàm fiat:vt quum factum fuerit,credatis. Poſthac non mul
ta loquar vobiſcum.Venit enim princeps mundi huius,et in
me non habet quicquam.Sed vt cognoſcat mũdus,quod di-
ligo patrem . Et ſicut mandatum dedit mihi pater , ſic facio.
Surgite,eamus hinc.

¶Chriſtum eſſe uitem,& patrem agricolam,rurſum hortatur ad charitatẽ.

CAP. XV.

A Ego ſum vitis vera,& pater meus agricola eſt.Omnẽ pal
mitem in me non ferentem fructum,tollit eum,& omnẽ
qui fert fructum,purgat eum:vt fructum copioſiorem affe-
rat.Iam vos mundi eſtis propter ſermonem,quẽ locutus ſum
vobis.Manete in me,& ego in vobis:Sicut palmes nõ poteſt
ferre fructum à ſemetipſo,niſi manſerit in vite:ſic nec vos,niſi
in me manſeritis.Ego ſum vitis,vos palmites. Qui manet in
me,& ego in eo,hic fert fructũ multum,quia ſine me nihil po-
teſtis facere.Si quis in me non manſerit, eiectus eſt foras ſicut Matt.12.e.
palmes,& exaruit:& colligunt eos,& in ignem coniiciunt , & 1.Iohan.3.d.
ardent.Si manſeritis in me,& verba mea in vobis manſerint,
quicquid volueritis,petetis,& fiet vobis. In hoc glorificatus
eſt pater meus,vt fructum copioſum afferatis , & efficiamini
B mei diſcipuli.Sicut dilexit me pater,ita & ego dilexi vos. Ma-
nete in dilectione mea.Si præcepta mea ſeruaueritis , manebi-
tis in dilectione mea:ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui,
& maneo in eius dilectione.Hæc locutus ſum vobis , vt gau- Supra.3.d.
dium meum in vobis maneat,& gaudium veſtrum implea- Ephe.5.a.
tur.Hoc eſt pręceptum meum,vt diligatis vos inuicem , ſicut 1.Theſ.4.b.c. 1.Iohã.3.c.d.
dilexi vos.Maiorem hac dilectionem nemo habet,vt quis a- 4.d.
nimam ſuam ponat pro amicis ſuis.Vos amici mei eſtis,ſi fe-
ceritis quæcunque ego præcipio vobis.Non poſt hac vos di
co ſeruos:quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius . Vos
autem dixi amicos:quia omnia quæ audiui à patre meo , no-
C ta feci vobis.Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos: & poſui
vos,vt eatis & fructum afferatis,& fructus veſter maneat : vt
quicquid petieritis patrem nomine meo,det vobis.Hæc præ 1.Ioh.3.b.3.d.
cipio vobis,vt diligatis vos mutuo.Si mundus vos odit, ſci- 4.d.
tis ꝙ me prius q̃ vos odio habuerit . Si de mundo fuiſſetis ,
mũdus qđ ſuũ eſt diligeret.Quia verò de mũdo nõ eſtis,ſed e-
go ſelegi vos de mundo,propterea odit vos mundus.Memẽ Supra.13.b.
tote ſermonis quem ego dixi vobis:Non eſt ſeruus maior do Matt.10.c.
mino ſuo.Si me perſecuti ſunt,& vos perſequẽtur. Si ſermo- Matt.24.a.
nem meum ſeruauerunt,& veſtrum ſeruabunt.Sed hæc om̃ia
D facient vobis propter nomen meum,quia non nouerũt eum
qui miſit me. Si non veniſſem & locut⁹ fuiſſem eis,peccatum
non haberent.Nunc autem prætextum non habent de pec-
cato ſuo.Qui me odit,is & patrem meum odit.Si opera non
feciſſem inter eos,quæ nemo alius fecit, peccatum non habe-
rent.Nunc autem,& viderunt,& oderunt non ſolum me,ve-
rumetiam patrem meum.Sed vt compleatur ſermo,qui in le-
ge eorum ſcriptus eſt:Odio habuerunt me gratis . Cum autẽ
venerit paracletus,quem ego mittam vobis à patre ſpiritum Pſalmo.24.
veritatis,qui à patre procedit,ille teſtimoniũ ꝑhibebit de me. Lucæ.24.g.
quin & vos teſtes eſtis,quia ab initio mecum eſtis.

¶Quæ euentura ſint ſuis,paracletus quid operaturus.

CAP. XVI.

A Haec locut⁹ ſum vobis,ne offendamini.Alienos à ſyna-
gogis faciẽt vos.Sed veniet tempus,vt quiſquis interfi-

ciat vos,videatur cultum præſtare deo.Et hæc facient vobis,
quia non nouerunt patrem,neque me.Sed hæc locutus ſum
vobis:vt quum venerit tempus illud , reminiſcamini eorum,
quod ego dixerim vobis.Hæc autem vobis ab initio non di-
xi,quia vobiſcum eram.Nunc autem vado ad eum qui miſit
me:& nemo ex vobis interrogat me quò vadam.Sed q̃a hæc
locutꝰ ſum vobis,mœſtitudo impleuit cor veſtrum. Sed ego
veritatem dico vobis:expedit vobis,vt ego vadam . Si enim
non abiero paracletus ille non veniet ad vos.Sin autem abie-
ro,mittam eum ad vos.Et quum venerit ille,arguet mundum
B de peccato,& de iuſtitia,& de iudicio.De peccato quidem q̃a
non credunt in me.De iuſtitia verò,quia ad patrem meum va
do, & poſthac non videtis me.De iudicio autem, quia prin-
ceps huius mũdi iam iudicatus eſt.Ad hæc, multa habeo quæ
vobis dicam,ſed non poteſtis portare nunc.Cum autem ve-
nerit ille,ſpiritus veritatis,ducet vos in omnem veritatem.Nõ
enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunque audierit,loquetur:
& quæ futura ſunt annunciabit vobis.Ille me glorificabit , q̃a
de meo accipiet,& annunciabit vobis.Omnia quæcunque ha
bet pater,mea ſunt.Propterea dixi,quod de meo accipiet , &
annunciabit vobis.Puſillum,& non videtis me:& iterum pu
ſillum,& videbitis me:quia ego vado ad patrem.Dixerunt er
go quidam ex diſcipulis eius inter ſe:Quid eſt hoc quod dicit
nobis,puſillum & non videtis me,& rurſus puſillum & vide-
bitis me,& quia ego vado ad patrem?Dicebãt ergo:Quid eſt
C hoc quod dicit,puſillum?Neſcimus quid loquitur.Cognouit
autem Ieſuah quod vellent ipſum interrogare,& dixit eis : De
hoc quæritis inter vos quod dixi,puſillum,& non videtis me,
& iterum puſillum,& videbitis me.Amen amen dico vobis,
plorabitis,& lamentabimini vos, mundus contra gaudebit.
Vos autem mœrore afficiemini:ſed mœror veſter,vertetur in
gaudium.Mulier cum parit,dolorem habet:quia venit hora
eius.Cum autem pepererit puerulum,iam non meminit anxie
tatis,propter gaudium quod natus ſit homo in mũdo.Et vos
igitur nũc quidem mœrorem habetis:ſed iterum videbo vos,
& gaudebit cor veſtrum,& gaudium veſtrum nemo tollit à
Supra.14.b. vobis.Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen
Mat.7.a.21.c. amen dico vobis,quæcũque petieritis patrẽ in nomine meo,
Marc.11.c. Lucæ.11.b. dabit vobis.Hactenus non petiſtis quicquã in nomine meo.
Iaco.1.a. Petite,& accipietis:vt gaudium veſtrum ſit plenum.Hæc per
D prouerbia locutus ſum vobis.Veniet tempus,cum iam non
per prouerbia loquar vobis,ſed palàm de patre meo annun-
ciabo vobis,in illo die in nomine meo petetis.Et non dico vo
bis,quòd ego rogaturus ſim patrem pro vobis.Ipſe enim pa
ter amat vos,quia vos me amaſtis:& credidiſtis quòd à deo
exiuerim.Exiui à patre,& veni in mundum: iterum relinquo
mundũ,& vado ad patrem.Dicunt ei diſcipuli eius:Ecce nunc
apertè loqueris,nec prouerbium vllum dicis.Nunc ſcimus ꝙ
ſis omnia:nec opus eſt tibi vt quis te interroget.Per hoc credi
Matth.26.c. Mar.14.c. mus quòd à deo exiſti.Reſpondit eis Ieſuah:Nunc creditis.Ec
ce venit tempus,& iam venit,vt diſpergamini vnuſquiſque in
ſua,meq; ſolum relinquatis:& tamen non ſum ſolꝰ,quia pater
mecum eſt.Hæc locutus ſum vobis,vt in me pacem habeatis:
In mundo afflictionem habetis,ſed confidite,ego vici mũdũ.

¶Precatio Ieſuah ad patrem,pro iis quos ſibi de mundo elegit.

CAP. XVII.

A HAec locutꝰ eſt Ieſuah,& ſublatis oculis in cœlum, dixit:
Pater venit hora,glorifica filium tuum,vt & filiꝰ tuus
glorificet te.Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,vt quot-
quot dediſti ei,det eis vitam æternam.Hæc eſt autem vita ęter
na,vt cognoſcant te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ie-
ſuah Chriſtum.Ego te glorificaui ſuper terram,opus conſum
maui,quod dediſti mihi vt facerem.Et nũc glorifica me tu pa-
ter apud temetipſum gloria,quam habui prius quam hic mũ
dus eſſet apud te.Manifeſtaui nomen tuum hominibus,quos
dediſti mihi de mundo.Tui erant,& mihi eos dediſti,& ſermo
nem tuum ſeruauerunt.Nunc cognouerunt,quod om̃ia quę-
cunque dediſti mihi,abs te ſunt.Quia verba quæ dediſti mihi,
B dedi eis:& ipſi acceperunt,& cognouerunt verè quòd à te ex-
iui:& crediderunt quòd tu me miſiſti.Ego pro eis rogo.Non
pro mundo rogo,ſed pro iis quos dediſti mihi,quia tui ſunt.
Et mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt:& glorificatus ſum in
eis.Et iam non ſum in mundo,& ij in mundo ſunt,& ego ad
te venio.Pater ſancte ſerua eos per nomen tuum,quos dediſti
mihi:vt ſint vnum ſicut & nos.Cum eſſem cum eis in mũdo,
ego ſeruabam eos nomine tuo.Quos dediſti mihi,ego cuſto-
diui,& nemo ex iis perit,niſi filiꝰ ille perditus,vt ſcriptura im-
pleretur.Nunc autem ad te venio,& hæc loquor in mundo,
C vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.Ego tra-
didi eis ſermonem tuum,& mundus eos odio habuit,quia nõ
ſunt de mundo:ſicut & ego non ſum de mundo . Non rogo
vt tollas eos è mundo,ſed vt ſerues eos à malo.De mundo nõ
ſunt,ſicut & ego non ſum de mundo.Sanctifica eos per veri-
tatem tuam.Sermo tuus veritas eſt.Sicut tu me miſiſti in mũ-
dum,ita & ego miſi eos in mundum,& pro eis ego ſanctifico
meipſum,vt ſint & ipſi ſanctificati per veritatem.Nõ pro eis
autẽ rogo tantum,ſed pro iis qui credituri ſunt per ſermonẽ
eorum in me:vt omnes vnum ſint,ſicut tu pater in me,& ego
in te:vt & ipſi in nobis vnum ſint,vt credat mundus quod tu
me miſeris,& ego gloriam quam dediſti mihi,dedi eis : vt ſint
D vnum ſicut & nos vnum ſumus.Ego in eis,& tu in me,vt ſint
conſummati in vnum,& vt cognoſcat mundus quod tu me
miſiſti,& dilexiſti eos,ſicut & me dilexiſti. Pater , quos dediſti
mihi,volo vt vbi ſum ego,& illi ſint mecum:vt videant glo-
riam meam quam dediſti mihi,quia dilexiſti me ante cõditum
mundum.Pater iuſte,& mundus te non cognouit:ego autem
te cognoui,& ij cognouerunt quod tu me miſeris.Et notum
feci eis nomen tuum,& notum faciam:vt dilectio qua dilexiſti
me,in ipſis ſit,& ego in ipſis.

¶Ieſuah quomodo captus,& ad quos ductus ſit.

CAP. XVIII.

A HAec cum dixiſſet Ieſuah egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis
trans torrẽtem Chidron,vbi erat ortus in quem intro- Matt.26.c.
iuit ipſe,& diſcipuli eius.Nouerat autem & Iehudas qui pro- Marc.14.e.
debat eum,locum:quia frequenter Ieſuah conuenerat illuc cũ Lucæ.22.d.
diſcipulis ſuis.Iehudas ergo cum accepiſſet cohortem,et à põ
tificibus,ac Phariſæis miniſtros,venit illuc cum laternis & fa-
cibus,& armis.Ieſuah itaque ſciens omnia quæ ventura erant
ſuper ſe,proceſsit,ac dixit eis:Quem quæritis? Reſponderunt Matt.26.e.
ei:Ieſuah Nazarenum.Dicit eis Ieſuah:Ego ſum.Stabat autem Mar.14.e.
& Iehudas,qui prodebat eum,cum ipſis.Vt ergo dixit eis , e- Lucæ.22.e.
go ſum,abierunt retrorſum,& ceciderunt in terram . Iterum
ergo interrogauit eos:Quem quæritis?Illi autem dixerunt Ie-
ſuah Nazarenũ.Reſpondit Ieſuah:Dixi vobis quod ego ſum.
B Si ergo me quæritis,ſinite hos abire.Vt impleretur ſermo quẽ
dixerat:Ex iis quos dediſti mihi,non perdidi quenquam . Si-
mon ergo Petrus cum haberet gladium eduxit eum,& percuſ
ſit pontificis ſeruũ,& abſcidit auriculã eius dextram . Erat aũt
nomen ſeruo Malchus.Dicit ergo Ieſuah Petro:Immitte gla-
dium tuum in vaginam.An poculum quod dedit mihi pater
non bibam?Cohors igitur,& tribunus,ac miniſtri Iehudæo-
rum comprehenderunt Ieſuah,& ligauerunt eum,& abduxe-
runt eum ad Annam primum:Erat enim ſocer Caiaphæ, qui Supra.11.f.
erat pontifex anni illius.Erat autem Caiaphas is qui conſilium
dederat Iehudæis,quod expediret vnum hominem mori pro
populo.Sequebatur autem Ieſuah Simon Petrus,& alius di- Matth.26.g.
ſcipulus.Diſcipulus aũt ille erat notꝰ põtifici,& introiuit cum Marc.14.g. Lucæ.22.f.
C Ieſuah in atrium pontificis.Petrus autem ſtabat ad oſtium fo
ris.Exiuit ergo diſcipulus ille alter,qui erat notus pontifici , &
dixit oſtiariæ,& introduxit Petrum.Dixit ergo Petro ancilla
oſtiaria:Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtiꝰ?Dicit ille: Nõ
ſum . Stabant autem ſerui & miniſtri qui prunas cõgeſſerant,
quia



quia frigus erat,& calefaciebant ſe.Erat autem cum eis & Pe-
trus ſtans,& calefaciens ſe.Pontifex ergo interrogauit Ieſuah
de diſcipulis ſuis,& de doctrina ipſius.Reſpondit ei Ieſuah:E-
go palam locutus ſum mundo:ego ſemper docui in ſynago-
ga,& in templo,quo omnes Iehudæi cõueniunt,& in occulto
locutus ſum nihil:Quid me interrogas?Interroga eos qui au-
dierunt quid locutus ſim ipſis:Ecce hi ſciunt quæ dixerim e-
E go.Hæc autem cum dixiſſet,vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit
alapam Ieſuah,dicens:Siccine reſpondes pontifici? Reſpondit
ei Ieſuah:Si male locutus ſum,teſtificare de malo:ſin bene, cur
Matt.26.f. Marc.14.f. me cædis?Et miſit eum Annas vinctum ad Caiapham ponti-
Luc.22.f.g. ficem:Stabat autem Simon Petrus,& calefaciebat ſe. Dixerũt
ergo ei:Num & tu ex diſcipulis eius es?Negauit ille , & dixit:
Non ſum.Dixit autem vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius,
cuius abſciderat Petrus auriculam:Nónne ego te vidi in hor-
Matth.27.a. to cum illo?Iterum ergo negauit Petrus,& ſtatim gallus ceci-
Marc.15.a. nit.Ducunt ergo Ieſuah à Caiapha in prætorium.Erat autem
Lucæ.22.g. mane,& ipſi non introierunt in prætorium,ne contaminaren
F tur,ſed vt ederent peſach.Exiuit ergo Pilatus ad eos foras , &
dixit:Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc?
Reſponderunt et dixerunt ei:Si non eſſet hic malefactor,haud
quaquam tibi tradidiſſemus eum.Dicit ergo eis Pilatus: Acci
pite eum vos,& ſecundum legem veſtram iudicate eum. Dixe
runt ergo ei Iehudæi:Nobis non licet interficere quenquam.
Vt ſermo Ieſuah impleretur,quem dixit,ſignificans qua mor-
te eſſet moriturus.Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatꝰ,
Matth.20.c. & vocauit Ieſuah,& dixit ei:Tu es ille rex Iehudæorum?Reſpõ
dit Ieſuah:A temetipſo tu hoc dicis,an alij dixerũt tibi de me?
G Reſpondit Pilatus:Num ego Iehudæus ſum?Gens tua & põ-
tifices tradiderunt te mihi.Quid feciſti?Reſpondit Ieſuah:Re-
Matth.27.b. Marc.14.a. gnum meum non eſt de hoc mundo.Si ex hoc mundo eſſet re
Lucæ.23.a. gnũ meũ,miniſtri mei vtiq; decertarent,ne traderer Iehudęis.
Nũc aũt regnũ meũ non eſt hinc.Dixit itaq; ei Pilatꝰ;Ergo rex
es tu?Reſpondit Ieſuah:Tu dicis,qđ rex ſum ego.Ego in hoc
natus ſum,& ad hoc veni in mundum,vt teſtimonium feram
veritati.Omnis qui eſt ex veritate,audit vocem meam . Dicit
ei Pilatus:Quid eſt veritas?Et cum hoc dixiſſet , iterum pro-
Matt.27.c. Mar.15.b. diit ad Iehudæos,& dicit eis:Ego nullã inuenio in eo cauſam.
Lucæ.23.b. Eſt autem conſuetudo vobis,vt vnum dimittam vobis in Pe
ſach.Vultis ne ergo dimittam vobis illum regem Iehudæo-
rum ? Clamauerunt rurſum omnes , dicentes: Non hunc,ſed
Barabbam.Erat autem Barabbas latro.

¶Chriſtum illuſum Pilatus grauate ſupplicio addicit,Iehudæi crucifigunt,
Ioſeph ab Arimathæa ſepelit. CAP. XIX.

A TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſuah,& flagellauit , &
Matt.27.c. Marci.15.b. milites plectentes coronam de ſpinis,impoſuerunt capi
ti eius,& veſte purpurea circundederunt eum,ac dicebãt : A-
ue rex Iehudæorum.Et dabant ei alapas.Exiuit iterum Pilatꝰ
foras,& dicit eis:Ecce adduco vobis eum foras,vt cognoſca-
tis quòd nullam in eo cauſam inuenio.Exiuit ergo Ieſuah fo-
ras,geſtans ſpineam coronam,& purpureum pallium,& dicit
B eis:Ecce homo.Cum ergo vidiſſent eum pontifices, & mini-
ſtri,clamabant dicentes:Crucifige,crucifige.Dicit eis Pilatus:
accipite eũ vos,& crucifigite:Ego enim nõ inuenio in eo cau-
ſam.Reſponderunt ei Iehudæi:Nos legem habemus,& ſecun
dum legem noſtram debet mori,quia filium dei ſe fecit. Cum
ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem,magis timuit,Et ingreſ-
ſus eſt prætorium iterum,& dicit ad Ieſuah:Vnde es tu,Ieſuah
autem reſponſum non dedit ei.Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nõ
loqueris?Neſcis ꝙ poteſtatem habeam crucifigendi te, & po-
teſtatem habeam abſoluendi te?Reſpondit Ieſuah:Non habe
res poteſtatem aduerſum me vllam,niſi tibi datum eſſet è ſu-
C pernis.Propterea qui me tradidit tibi,maiꝰ peccatum habet.
Et ex eo quærebat Pilatus abſoluere eum.Iehudæi autem cla-
mabant,dicentes:Si hunc abſolueris,non es amicus Cæſaris.
Quicunque ſe regem facit,contradicit Cæſari . Pilatus igitur
cum audiſſet hunc ſermonem,produxit foras Ieſuah , ſeditq;
pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autẽ
Gabbatha.Erat autẽ paraſceue peſach hora fermè ſexta,& di-
D cit Iehudæis:Ecce rex veſter.Illi autem clamabant:Tolle,tolle,
crucifige eum.Dicit eis Pilatus :Regem veſtrum crucifigam?
Reſponderunt pontifices:Non habemus regem niſi Cæſarẽ. Matth.27.d.
Tunc ergo tradidit eum illis,vt crucifigeretur.Acceperũt au- Marc.15.b. Lucæ.23.c.
tem Ieſuah,& abduxerunt,atq; is baiulãs crucem ſuam, exiuit
in eum,qui dicitur Caluariæ locum,Hebraicè autem Gulgal-
tha,vbi crucifixerunt eum:& cum eo alios duos hinc & inde,
medium autem Ieſuah.Scripſit autem & titulum Pilatꝰ,& po
ſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum : Ieſuah Nazarenus
rex Iehudæorum . Hunc ergo titulum multi Iehudæorum
legerunt,quia prope ciuitatem erat locus,vbi crucifixus eſt Ie
ſuah.Et erat ſcriptum Hebraicè,Græce, Latine . Dicebant er-
go Pilato pontifices Iehudæorum : Noli ſcribere , rex Iehu-
dæorum , ſed quòd ille dixerit , rex ſum Iehudæorum . Re- Matt.27.d.
E ſpondit Pilatus:Quod ſcripſi,ſcripſi.Milites ergo cum crucifi Marc.15.b.
xiſſent Ieſuah,acceperunt veſtimenta eius,& fecerunt quatuor Lucæ.23.c.
partes,vnicuique militi partem,& tunicam.Erat autem tuni-
ca inconſutilis,à ſummo contexta per totum . Dixerunt ergo
inter ſe:Ne ſcindamus eam,ſed ſortiamur de illa cuius ſit . Vt Pſalmo.21.
ſcriptura impleretur,dicens:Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi,
& in veſtem meam miſerunt ſortem.Et milites quidem hęc fe-
cerunt.Stabant autem iuxta crucem Ieſuah mater eius , & ſo-
ror matris eius Miriam vxor Cleopæ,& Miriam Magdalene.
Cum vidiſſet ergo Ieſuah matrem,ac diſcipulum aſtãtem,quẽ
diligebat,dicit matri ſuæ:Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit
diſcipulo:Ecce mater tua.Et ex illa hora accepit eam diſcipu-
lus in propria.Poſtea ſciens Ieſuah ꝙ omnia iam conſumma-
F ta eſſent ,vt conſummaretur ſcriptura,dicit:Sitio. Vas igitur Pſalmo.68.
erat poſitum aceto plenum.Illi verò impleuerunt ſpongiam
aceto & hyſſopo,& impoſitam admouerunt ori eius.Cũ er-
go accepiſſet Ieſuah acetum,dixit:Conſummatum eſt,& incli-
nato capite tradidit ſpiritum.Iehudæi ergo quoniam paraſce
ue erat,vt non remanerent in cruce corpora ſabbato(erat em̃
magnus dies ille ſabbati)rogauerunt Pilatum vt frangerentur
eorum crura,ac tollerentur.Venerunt ergo milites , & primi
quidem fregerunt crura,& alterius qui crucifixus eſt cum eo.
Ad Ieſuah autem cum veniſſent,vt viderunt eum iã mortuũ,
non fregerunt eius crura,ſed vnus militum lancea latus eiꝰ fo-
G dit,& continuo exiuit ſanguis,& aqua.Et qui vidit , teſtimo-
nium perhibuit,& verum eſt teſtimoniũ eius.Et ille ſcit, quòd Exodi.12.g. Nume.9.b.
vera dicit,vt & vos credatis.Facta ſunt enim hæc vt ſcriptu- Zacha.12.c.
ra impleretur:Os non comminuetis ex eo. Et rurſus alia ſcri- Matth.27.g. Marci.15.d.
ptura dicit:Videbunt in quem transfixerunt.Poſt hæc autem Lucæ.23.g.
rogauit Pilatum Ioſeph ex Arimathæa,qui erat diſcipulus Ie- Supra.3.a.
ſuah,ſed occultus propter metũ Iehudæorum,vt tolleret cor-
pus Ieſuah,idq; permiſit Pilatus.Venit autem & Nicodemus,
qui venerat ad Ieſuah nocte primum, ferens mixturam myr-
rhæ,& aloes ad libras fermè centum.Acceperunt ergo corpꝰ
Ieſuah,& ligauerunt illud linteis cum aromatibꝰ ſicut mos eſt
Iehudæis ſepelire.Erat autem in eo loco vbi crucifixus eſt, or-
tus,& in orto monumentum nouum,in quo nondum quiſq;
poſitus erat.Ibi ergo propter paraſceuen Iehudæorum qđ
in propinquo eſſet monumentum poſuerunt Ieſuah.

¶Chriſti reſurrectio, eiuſq; coram Miriam Magdalene,& diſcipulis appa
ritio,de Thomæ incredulitate. CAP. XX.

A PRimo verò die ſabbatorum Miriam Magdalene venit
mane,cum adhuc tenebræ eſſent,ad monumentum, vi- Marc.16.a.
detq; lapidem ſublatum à monumento.Currit ergo,& venit Lucæ.24.a.
ad Simonem Petrum,& ad alterum illum diſcipulum , quem
amabat Ieſuah,& dicit illis:Suſtulerunt dominum è monumẽ
to,& neſcimus vbi poſuerint eum.Exiit ergo Petrus, & ille a-
lius diſcipulus,& venerunt ad monumentum.Currebant au-
tem duo ſimul,& ille alius diſcipulus pręcucurrit citius Petro,
B venitq; prior ad monumentum.Et cũ ſe inclinaſſet, vidit po-
ſita linteamina,non tamen introiuit.Venit ergo Simõ Petrus

ſequens eum,& introiuit in monumentũ.Et videt linteamina
poſita,& ſudariũ qđ fuerat ſuper caput eius,nõ cum linteami
nibus poſitũ,ſed ſeparatim inuolutũ in vnũ locum. Tunc er-
go introiuit & ille alius diſcipulus,qui venerat prior ad mo-
numentum,viditq́ & credidit.Nondum enim nouerant ſcri
pturam,ꝙ oportuiſſet eum à mortuis reſurgere.Abierunt er
C go rurſus diſcipuli ad ſemetipſos.Miriam autẽ ſtabat ad mo-
Matth.28.a. numentum foris plorans.Dum ergo fleret,inclinauit ſe in mo
Marc.19. b. numentum,& videt duos angelos amictos albis ſedentes,vnũ
ad caput,& alterum ad pedes,illic,vbi poſuerãt corp⁹ Ieſuah.
Dicunt ei illi:Mulier quid ploras?Dicit eis:Suſtulerunt domi-
num meum,nec ſcio vbi poſuerũt eũ.Hæc cum dixiſſet,cõuer
ſa eſt retrorſum,& videt Ieſuah ſtantem,nec ſciebat ꝙ Ieſuah
eſſet.Dicit ei Ieſuah:Mulier quid ploras?Quem quęris? Illa exi
D ſtimans quòd ortulanus eſſet,dicit ei: Domine ſi tu aſportaſti
eum,dicito mihi vbi poſueris eum,& ego eum tollam. Dicit
ei Ieſuah:Miriam.Conuerſa illa,dicit ei:Rabboni, quod dici-
tur magiſter.Dicit ei Ieſuah:Noli me tangere.Nondum enim
aſcẽdi ad patrem meum.Sed vade ad fratres meos,& dic eis:
Aſcendo ad patrem meum,& patrem veſtrum,& deũ meum
Marc.16.e. Lucæ.24.f. & deum veſtrum.Venit Miriam Magdalene, annuncians di-
1.Cor.15.a. ſcipulis,ꝙ vidiſſet dominum,& ea dixiſſet ſibi.Cum ergo ve-
E ſpera eſſet die illo qui erat vnus ſabbatorũ,& fores eſſent clau-
ſæ,vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iehudæo-
rum,venit Ieſuah,ſtetitq́ in medio,& dicit eis:Pax vobis. Et
cum hæc dixiſſet,oſtẽdit eis manus ac latus ſuum. Gauiſi ſunt
ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum : Pax vo-
Matth.18.c. bis.Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos.Et cum dixiſſet
F inſufflauit,& dicit eis:Accipite ſpiritum ſanctum.Quorumcũ
que remiſeritis peccata,remittentur eis: quorumcunque reti-
nueritis,retenta ſunt.Thomas autem vnus ex duodecim, qui
dicitur Didymus,non erat cum eis quando venit Ieſuah:Dice
bant ergo ei alij diſcipuli:Vidimus dominum.Ille autem dixit
eis:Niſi videro in manibus eius figuram clauorum,et mittam
G digitum meum in figuram clauorum:& mittam manũ meã
in latus eius,non credam.Et poſt dies octo iterum erant diſci-
puli eius intus,& Thomas cũ eis,venit Ieſuah ianuis clauſis,&
ſtetit in medio,& dixit:Pax vobis.Deinde dicit Thomæ:Infer
digitũ tuũ huc,& vide manus meas,& admoue manũ tuam,
& immitte in lat⁹ meum,& noli eſſe infidelis,ſed fidelis. Reſpõ
dit Thomas,& dixit ei:Dominus meus,& deus meus.Dicit ei
Ieſuah:Quia vidiſti me,credidiſti:beati qui non viderũt,& cre
diderunt.Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſuah in conſpectu
diſcipulorum ſuorum,quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.Hęc
autem ſcripta ſunt,vt credatis ꝙ Ieſuah eſt Chriſtus ille filius
dei,vt credentes vitam habeatis per nomen eius.

¶ De apparitione Chriſti ad mare Tiberiadis,de piſcatione Petri,de cõmiſ
ſione ouium. C A P. X X I.

A POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſuah ad mare Tiberiadis,
manifeſtauit autem ſic:Erant ſimul Simon Petr⁹,& Tho
mas,qui dicitur Didymus:& Nethanel,qui erat à Cana Galil,
& filij Zebadiah,aliiq́ ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon
Petrus:Vado piſcatum.Dicunt ei:Venim⁹ & nos tecum.Ex-
ierunt & aſcenderunt in nauim ſtatim,& illa nocte nihil cepe-
runt.Mane autem iam facto,ſtetit Ieſuah in littore,non tamen
cognouerũt diſcipuli ꝙ Ieſuah eſſet.Dicit eis Ieſuah:Pueri,nũ-
quid pulmentarij habetis?Reſponderunt ei:Non at ille dicit
eis:Mittite in dexteram nauigij partem rete,& inuenietis. Mi-
ſerunt ergo,& iam non valebant illud trahere præ multitudi-
B ne piſcium.Dicit ergo diſcipulus ille quẽ diligebat Ieſuah Pe-
tro:Dominus eſt.Simon ergo Petrus,cum audiſſet quod do-
minus eſſet,tunica ſuccinxit ſe(erat enim nudus)& miſit ſe in
mare.Alij autem diſcipuli nauicula venerunt.Non enim lon-
ge aberant à terra,ſed circiter cubitis ducentis trahentes rete
piſcium.Vt ergo deſcenderũt in terram,viderũt prunas po-
ſitas,& piſcem ſuperpoſitum,& panem.Dicit eis Ieſuah:Affer
te de piſcibus quos prendidiſtis nunc.Aſcendit Simon Petr⁹,
& traxit rete in terram,plenum magnis piſcibus centum quin
quagintatribus. Et cum tot eſſent,non eſt ſciſſum rete. Dicit
eis Ieſuah:Venite,prandete.Et nemo diſcipulorum audebat
interrogare eum,tu quis es? quum ſcirent quod domin⁹ eſſet.
Venit itaque Ieſuah,& accepit panem,& dat eis,& piſcẽ ſimi-
C liter.Hac iam tertia vice manifeſtatus eſt Ieſuah diſcipulis ſuis,
cum reſurrexiſſet à mortuis.Cum ergo prandiſſent, dicit Si-
moni Petro Ieſuah:Simon Ionah diligis me pluſquàm hi?Di-
cit ei:Etiam domine,tu ſcis quòd amem te. Dicit ei : Paſce a-
gnos meos.Dicit ei rurſus ſecundò:Simon Ionah diligis me?
Ait illi:Etiam domine,tu ſcis ꝙ amem te.Dicit ei : Paſce oues
meas.Dicit ei tertiò:Simon Ionah amas me?Indoluit Petr⁹ ꝙ
dixiſſet ſibi tertiò,amas me,dixitq́ ei:Domine,tu omnia noſti,
tu ſcis ꝙ amem te.Dicit ei Ieſuah:Paſce oues meas. Amẽ amẽ
dico tibi,cum eſſes iunior,cingebas te,& ambulabas quo vo-
D lebas:cum autem ſenueris,extendes manus tuas,& alius te cin
get,& ducet quo non vis.Hoc autẽ dixit, ſignificans qua mor 2.Petri.1.c.
te glorificatur⁹ eſſet deum.Et cum hoc dixiſſet,dicit ei:Seque-
re me.Conuerſus Petr⁹,videt illum diſcipulũ quem diligebat
Ieſuah,ſequentem:qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius,
& dixit:Domine,quis eſt ille qui tradit te?Hunc ergo cum vi-
diſſet Petrus, dicit Ieſuah:Domine,hic autem quid?Dicit ei Ie-
ſuah:Si eum velim manere,donec veniam,quid ad te? Tu me
ſequere.Exiit ergo ſermo iſte inter fratres quod diſcipulus ille
nõ moreretur.Et nõ dixerat ei Ieſuah,non moritur:ſed ſi eũ ve
lim manere donec veniam,quid ad te?Hic eſt diſcipulus
ille,qui teſtimoniũ perhibet de his,& ſcripſit hæc.
Et ſcimus ꝙ verum eſt teſtimonium eius.
Sunt autẽ & alia multa q̃ fecit Ieſuah,
quæ ſi ſcribãtur ꝑ ſingula,nec ipſe
opinor, mundus caperet
eos qui ſcriberentur
libros.

¶ Euangelij ſecundum Iohannem
F I N I S.

# Acta apoſtolorum,

Interprete Sante Pagnino
Lucenſi.

¶ Quid Chriſtus in cœlum conſcendens apoſtolis commiſerit, de electione
Matthaniah. C A P V T I.

A PRIMVMQVIDEM
ſermonem feci Theophile,de omnibus
quæ cœpit Ieſuah, & facere,& docere,
ad eũ vſq́ diẽ,quo(cũ mãdaſſet apoſto
lis per ſpiritũ ſanctũ,quos elegerat)ſur-
ſum aſſumpt⁹ eſt,qbus etiã ſeipſum ex-
hibuerat viuentem (poſteaquã paſſus
fuiſſet)compluribus argumentis,dum per dies quadraginta
conſpicitur illis,ac loquitur eis de regno dei,& congregans il- Lucæ.24.g. Matth.3.c.
los,præcepit eis ne diſcederent Ieruſalaim,ſed vt expectarent Mar.1.b.
promiſſionem patris,quam audiſtis ex me:quoniam Iohãnes Lucę.3.c. Iohan.1.d.
baptizauit quidem aqua,vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſan- Inf.2.a.11.c.
cto poſt dies hoſce non multos. Illi igitur vbi conueniſſent, 19.a.
B percontabantur illum, dicentes: Domine, num in tempore
hoc reſtituis regnum Iſraeli?Dixit autem ad illos :Non eſt ve-
ſtrum noſſe tempora, & opportunitates temporum, quæ
pater in propria conſtituit poteſtate:ſed accipietis fortitudi-
nem poſteaquam ſpiritus ſanct⁹ aduenerit ſuper vos,& eritis Luc.24.g.
mihi teſtes,non ſolũ Ieruſalaim,verũetiã in vniuerſa Iehudæa,
Semariiah,



Semariiah, deniq́ vſq́ ad extrema terræ.Atq́ hæc locutus,vi
dẽtibus iiſdem,in altum ſublatus eſt,& nubes ſubduxit illum
ab oculis eorum.Cumq́ eſſent defixis in cœlum oculis,eunte
illo,ecce viri duo aſtiterunt illis amicti veſtibus albis,qui & di
xerunt:Viri Galil quid ſtatis intuentes in cœlum?Hic Ieſuah
qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum,ſic veniet quemadmo-
dum vidiſtis eum euntem in cœlum.Tunc reuerſi ſunt Ieru-
ſalaim à mõte,q vocatur Olìueti:qui abeſt ab Ieruſalaim iter
ſabbati.Et cum introiſſent,aſcẽderunt in cœnaculum vbi ma
C nebant,& Petrus,& Iacobus,& Iohannes,& Andreas,Phili-
pus,& Thomas,Bartholomęus,& Matthęus,Iacob⁹ Alphęi,
& Simon Zelotes,& Iehudah Iacobi frater:Hi omnes perſe-
uerabant vnanimiter in oratione,& obſecratione cum mu-
lieribus,& Miriam matre Ieſuah,cumq́ fratribus illius.Et in
diebus his exurgẽs Petrus in medio diſcipulorũ,dixit(eratq́
turba hominum ſimul ferè cẽtum viginti)Viri fratres,opor
tebat impleri ſcripturam hanc,quam prædixit ſpiritus ſanct⁹
Pſalmo.40 per os Dauid de Iehudah,qui fuit dux itineris iis qui compre
Iohan.18.a. henderunt Ieſuah,quia annumeratus erat,& ſortitus erat par
tem miniſterij huius.Et is quidem poſſedit agrum ex merce
Matt.27.a. de iniquitatis,ſuſpenſuſq́ crepuit medius,et effuſa ſunt omnia
viſcera eius.Et innotuit omnibus habitãtibus Ieruſalaim,ita
D vt appellaretur ager ille lingua illis vernacula,Chacaldema,
Pſalmo.68. hoc eſt,ager ſanguinis.Scriptum eſt enim in libro pſalmorũ:
Pſalmo.107. Fiat commoratio eius deſerta,& non ſit qui inhabitet in ea,
& epiſcopatum eius accipiat alter.Oportet igitur vt ex iis vi
ris,qui vobiſcum verſati ſunt toto tẽpore,quo ingreſſus fuit,
& egreſſus fuit inter nos domin⁹ Ieſuah,exorſus à baptiſmo
Iohannis,ad eũ vſq́ diem quo receptus eſt à nobis,vnus quiſ
piam conſtituatur,qui ſit vna nobiſcum teſtis reſurrectionis
eius.Et ſtatuerunt duos,Ioſeph qui vocatur Barſabas,qui co
gnominatus eſt iuſtus,& Matthaniah.Et quum oraſſent,di-
xerunt: Tu domine cognitor cordium omnium,oſtẽde vtrũ
elegeris ex iis duobus,vt accipiat ſortem miniſterij huius apo
ſtolatus,vnde præuaricatus excidit Iehudah,vt abiret in locũ
ſuum.Et dederunt ſortes eorum,& cecidit ſors ſuper Mattha
niah,& ſuffragiis additus eſt vndecim apoſtolis.

¶ Spiritus ſanctus figura linguæ in apoſtolos deſcendit, Apoſtoli
uariis linguis loquuntur.Petri ad populum concio.

C A P. I I.

A ET cum compleretur dies Pentecoſtes,erant omnes vna
nimiter in eodem loco:& factus eſt repente de cœlo ſo-
nitus,tanquam impetu venientis flatus vehementis,& reple
Matth.3.c. uit totam domum,vbi erant ſedentes.Et conſpectæ ſunt illis
Mar.1.b. diuerſæ linguæ velut igneæ,ſeditq́ ſuper ſingulos eorum,ac
Lucæ.3.c. repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto,cœperuntq́ loqui aliis lin-
Iohan.1.d. Supra.1.a. guis,prout ſpiritus ille dabat eloqui illis.Erant autem Ieruſa-
Infra.11.b. 19.a. laim habitantes Iehudæi,viri religioſi ex omni natione earũ,
quæ ſub cœlo ſunt.Facta verò voce hac,conuenit multitudo
B & confuſa eſt,quòd audiret vnuſquiſq́ lingua ſua,illos loquẽ
tes.Stupebant autem omnes,ac mirabant̃,dicentes inter ſeſe:
Nonne ecce omnes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt?Et quo-
modo nos audimus eos propria quiſq́ lingua in qua nati ſu-
mus?Parthi,& Medi,& Elamitæ,& habitatores Meſopota-
miæ,Iehudęæq́, & Cappadociæ,Ponti,& Aſiæ,Phrigiæ,&
Pamphyliæ,Aegypti,& partiũ Lybiæ eius quæ eſt finitima
Cyrenæ,& illic verſantes Romani,Iehudęiq́,& Proſelyti,Cre
tes,& Arabes,audimus eos loquentes noſtris linguis magni-
fica Dei.Stupebant autem omnes,ac mirabãtur,alius ad aliũ
C dicentes:Quidnam vult hoc eſſe?Alij autem irridentes,dice-
bant:Muſto impleti ſunt iſti.Stans aũt Petrus cum vndecim,
extulit vocem ſuam ac locutus eſt eis:Viri Iehudæi,& qui ha
bitatis Ieruſalaim vniuerſi,hoc vobis notum ſit,& aurib⁹ per
cipite verba mea.Nõ enim ſicut vos exiſtimatis,hi ebrij ſunt,
cum ſit hora diei tertia:Sed hoc eſt,quod dictum eſt per pro
Ioel.2.g. phetam Ioel:Et erit in nouiſſimis diebus,dicit Deus,effundã
de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.Et prophetabunt filij
veſtri,& filiæ veſtræ:iuuenes veſtri viſiones videbunt,& ſenio-
res veſtri ſomnia ſomniabunt.Et quidem ſuper ſeruos meos,
& ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo,
& prophetabunt:& dabo prodigia in cœlo ſuperne,& ſigna
in terra inferne,ſanguinẽ,& ignem,& vaporem fumi. Sol cõ
uerteretur in tenebras,& luna in ſanguinem,antequã veniat
dies ille domini magnus,atq́ manifeſtus.Et erit oĩs quicunq́
D inuocauerit nomen domini,ſeruabitur.Viri Iſraelitæ,audite
verba hæc:Ieſuah Nazarenum,virum deſignatũ à deo erga
vos potentiis,& prodigiis,& ſignis,quæ fecit per illum deus
in medio veſtri,ſicut & ipſi ſcitis,hunc definito cõſilio,& præ
ſcientia dei traditum,cum accepiſſetis per man⁹ iniquorum,
crucifixum interemiſtis:quẽ deus ſuſcitauit ſolutis doloribus
mortis,quatenus impoſſibile erat teneri illũ ab ea.Dauid eñ Pſalm.15.
dicit de eo:Prouidebam dominum coram me ſemper,quo-
niam à dextris eſt mihi,ne commouear.Propter hoc lætatũ
eſt cor meum,& exultauit lingua mea:inſuper & caro mea re
E quieſcet in ſpe.Quoniam non derelinques animam meam in
inferno,nec ſines vt ſanctus tuus videat corruptionem.No-
tas mihi feciſti vias vitæ,replebis me iucunditate cũ facie tua.
Viri fratres,quum liceat dicere cum loquendi fiducia apud 3.Reg.2.b.
vos de patriarcha Dauid,quòd & defunctus eſt & ſepult⁹ eſt: Pſalmo.131.
& ſepulchrum eius eſt apud nos vſq́ in hodiernum diẽ.Pro-
pheta igitur cũ eſſet,& ſciret,ꝙ iureiurãdo iuraſſet ſibi deus,
futurum vt de fructu lumbi ipſius,quantum ad carnẽ,Chri-
ſtus exhoriretur,ac ſederet ſuper ſedem eius,præſcius locutus
eſt de reſurrectione Chriſti,ꝙ nõ derelicta ſit in inferno ani-
ma eius,neq́ caro eius viderit corruptionẽ.Hunc Ieſuah ſuſci Pſalmo.15.
tauit deus,cuius omnes nos ſum⁹ teſtes.Dextera igit̃ dei exal Infra.13.c.
tatus,& promiſſione ſpiritus ſancti accepta à patre,effudit
hoc quod nunc vos videtis,& auditis.Non enim Dauid aſcẽ
dit in cœlos,ſed dicit ipſe:Dixit dominus domino meo,ſede
F à dextris meis,donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ
tuorum.Certo ſciat ergo tota domus Iſrael,quod dominũ Pſalmo.109.
& Chriſtum fecerit deus,hũc Ieſuah quẽ vos crucifixiſtis.His
autem auditis compuncti ſunt corde,& dixerunt ad Petrũ,ac
reliquos apoſtolos:Quid faciemus viri fratres?Petrus ait ad
illos:Pœnitẽtiam agite,& baptizetur vnuſquiſq́ veſtrum in
nomine Ieſuah Chriſti in remiſſionem peccatorũ,& accipie-
tis donum ſpiritus ſancti.Vobis enim facta eſt repromiſſio,
& filiis veſtris,& omnibus qui longe ſunt,quoſcunq́ aduo-
cauerit dominus,deus noſter.Aliiſq́ verbis plurimis teſtifica-
tus eſt,& exhortatus eos,dicẽs:Seruemini à generatione iſta
praua.Qui ergo libenter acceperunt ſermonem eius,baptiza
G ti ſunt:& acceſſerunt in die illo,animæ circiter ter mille.Erant
autem perſeuerantes in doctrima apoſtolorum,& cõmuni-
catione,& fractione panis,& orationibus.Fact⁹ eſt aũt omni
animæ timor,multaq́ prodigia,& ſigna per apoſtolos ede-
bantur.Omnes aũt qui credebãt,erant coniuncti,& habebãt
omnia communia.Poſſeſſioneſq́,& ſubſtantias vendebant,
ac diuidebant illa omnib⁹,prout cuiq́ opus erat.Et quotidie
perdurantes vnanimiter in templo & frangentes per ſingu-
las domos panẽ inuicem ſumebant cibum,cum exultatiõe,&
ſimplicitate cordis laudãtes deũ,& habẽtes gratiã apud oẽm
plebẽ.Dñs aũt addebat,q ſalui fierẽt quotidie congregationi.

¶ Petrus claudum reſtituit,ac populum docet,quomodo uerum Chriſtum
occiderint. C A P. I I I.

A SImul autẽ Petrus & Iohannes aſcendebant in tẽplum ad
horã orationis nonã.Et quidã vir qui erat claud⁹ ex vte-
ro matris ſuæ,baiulabatur:quem ponebant quotidie ad por
tam templi,quæ dicitur ſpecioſa,vt peteret eleemoſynam ab
introeuntibus in templum.Is cum vidiſſet Petrũ ac Iohãnẽ
ingreſſuros in tẽplũ,rogabat vt eleemoſynã acciperet.Defixis
aũt in eum oculis Petr⁹ cũ Iohãne,dixit:Aſpice in nos.At ille
intendebat in eos,ſperãs ſe aliquid accepturum ab eis.Petrus
aũt dixit:Argẽtũ,& aurum non eſt mihi,quod autẽ habeo
hoc tibi do.In noĩe Ieſuah Chriſti Nazareni ſurge,& ambu-

la. Et apprehenſa manu eius dextra, erexit eum. Protinus autē
B conſolidatæ ſunt plātæ illius, ac tali. Et exiliens ſtetit, & ambu-
labat, intrauitq́ cũ illis in templũ inambulans, & ſaliens, ac lau-
dans deum. Et vidit eũ totus populus ambulantem, ac laudā
tem deum. Agnoueruntq́ illum, quod ipſe eſſet is, qui ad elee
moſynam ſedebat ad ſpecioſam portam tēpli: Et impleti ſunt
admiratione, & ſtupore ſuper eo quod contigerat illi. Cum
teneret autem qui ſanatus fuerat claudus, Petrum & Iohānē,
cucurrit totus populus ad eos in porticu, quæ appellatur Se
lomonis, ſtupefactus. Quo viſo, Petrus reſpondit ad populũ:
Viri Iſraelitæ, quid miramini ſup hoc, aut nos quid intuemi-
ni, quaſi propria potentia, aut religione effecerim⁹ vt hic am
bularet? Deus Abraham, & Iſchac, & Iahacob, deus patrũ no
ſtrorum glorificauit filium ſuũ Ieſuah, quem vos tradidiſtis,
ac negaſtis in conſpectu Pilati, cum ille iudicaſſet eſſe abſoluē
dum. Vos autem ſanctũ, & iuſtum negaſtis, & poſtulaſtis vt
C virum homicidā donaret vobis: authorem verò vitæ, interfe
Matt.27.c. Marc.15.b. Lucæ.23.c. Iohan.18.g. ciſtis, quem deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus,
& per fidem nominis eius hunc quem videtis, ac noſtis, con-
ſolidauit nomen ipſius: & fides quæ per eum eſt, dedit ei inte-
gritatem iſtam, in conſpectu omnium veſtrum, & nũc fratres
ſcio quòd per ignorātiā feciſtis, ſicut & principes veſtri. Deus
autem quæ prænunciauerat per os omnium prophetarum
ſuorum, Chriſtum paſſurum, impleuit ſic. Pœnitentiam igiť
agite, & conuertimini vt deleantur peccata veſtra, vt cũ vene
rint tempora refrigerationis à conſpectu domini, & miſerit
eum qui ante prædicatus eſt vobis Ieſuah Chriſtũ: quē opor
D tet quidem cœlum accipere vſq́ in tēpora reſtitutionis oīm
quæ locutus eſt deus per os omnium ſanctorum ſuorũ, à ſe-
culo prophetarum. Moſeh quidem ad patres dixit: Prophetā
ſuſcitabit vobis dominus deus veſter de fratribus veſtris, mei
ſimilem: Audietis eum iuxta omnia quæcunq́ locutus fuerit
vobis. Erit autem, omnis anima quæ non audierit prophetā
illum exterminabitur è populo. Quin & omnes prophetæ à
Semuele, ac deinceps quotquot locuti ſunt, etiam annũciaue-
runt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarũ, ac teſtamenti, quod
Gene.22.c. teſtatus eſt deus erga patres noſtros, dicens ad Abraham: Et
in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis pri-
mum deus, cum ſuſcitaſſet filium ſuum Ieſuah, miſit eum be-
nedicentem vobis, vt conuerteremini vnuſquiſque veſtrum
à malitiis veſtris.

¶ Inuidia ſacerdotum in apoſtolos, Petri purgatio, una cum pia precatione eccleſiæ. CAP. IIII.

A LOquentibus autem illis ad populum ſuperuenerũt illis
ſacerdotes, ac dux templi, & Sadducæi moleſte ferētes
quòd docerent populũ, & annunciarent in nomine Ieſuah re
ſurrectionem ex mortuis, & iniecerunt eis manus, poſuerũtq́
eos in cuſtodiam in poſterum diem. Nam erat iam veſpera.
Multi verò eorum qui audierant ſermonem, crediderunt: &
factus eſt numerus virorum, circiter quinq́ milia. Factum eſt
autem poſtero die, vt congregarentur principes eorum, & ſe
niores, & ſcribæ Ieruſalaim, & Annas princeps ſacerdotũ, &
B Caiaphas, Iohannes, & Alexander, & quotquot erāt de gene
re pontificio. Et cũ ſtatuiſſent eos in medio, interrogabant:
Qua potentia, aut quo noīe feciſtis hoc vos? Tunc Petrus re-
pletus ſpiritu ſancto, dixit ad eos: Principes populi, & ſenio-
res Iſrael, ſi nos hodie examinamur, de eo quod bene fecerim⁹
homini infirmo, qua ratiõe iſte ſaluus factus ſit, notũ ſit omni
bus vobis, & toti plebi Iſrael, quòd per nomē Ieſuah Chriſti
Nazareni, quem vos crucifixitis, quē de⁹ ſuſcitauit à mortuis
Pſalmo.117. per hunc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis ille qui re-
Matth.21.d. iectus eſt à vobis ædificātibus, qui factus eſt caput anguli: nec
Marc.12.a. C eſt in alio quoquam ſalus. Nec enim aliud nomē eſt ſub cœlo
Luc.20.c. datum inter homines, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vidē
Iſaiæ.28.d. tes autem Petri in dicendo audaciā, ac Iohannis, compertoq́
1.Petri.1.a. quòd homines eſſent illiterati, & idiotæ, admirabanť, & agno
Roma.9.g. ſcebāt eos quòd cum Ieſuah fuiſſent: hominem autem viden-
tes ſtantem cum eis qui ſanatus fuerat, nihil poterant contra-
dicere, iuſſis autem illis è concilio ſecedere. conferebant inter
ſeſe, dicentes: Quid faciemus hominibus iſtis? Nā conſpicuũ
ſignum editum eſſe per eos, omnibus habitātibus Ieruſalaim
D manifeſtum eſt, nec poſſumus inficiari. Sed ne amplius diuul-
getur in populum, minaciter interminemur eis, ne poſthac
loquantur in nomine hoc vlli. hominũ. Et accerſitis illis, præ-
ceperunt, ne omnino loquerentur, neq́ docerent in nomine
Ieſuah. At Petrus, & Iohannes reſpondentes, dixerunt ad eos:
An iuſtum ſit in conſpectu dei vos potius audire quā deum,
iudicate. Non enim poſſumus quæ vidimus, & audiuim⁹ nõ
loqui. At illi auditis minis, dimiſerũt eos, nihil inuenientes qua
ratione punirent eos propter populum, quia omnes glorifi-
cabāt deum ſup eo quod acciderat. Annorũ eñ erat amplius
quadraginta hõ, in quo editũ fuerat ſignũ iſtud ſanationis. Di
miſſi aũt venerũt ad ſuos, & annũciauerũt quæcũq́ ſibi prin
cipes ſacerdotũ, & ſeniores dixerant. Qui cum audiſſent, vna-
nimiter attollebant vocem ad deum, dixeruntq́: Domine tu
es deus qui feciſti cœlum ac terram, mare, & omnia quę in eis
F ſunt, qui per os Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gē- Pſalmo.2.
tes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, &
principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & ad-
uerſus Chriſtum eius. Conuenerunt enim vere aduerſus ſan-
ctũ filium tuũ Ieſuah, quem vnxeras. Herodes ſimul, & Pon-
tius Pilatus cum Gentibus, & populis Iſrael, ad faciendũ quę
cunq́ manus tua, & conſilium tuum prius decreuerat, vt fie-
rent. Et nunc domine aſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis,
vt cum omni audacia loquantur ſermonem tuum: manũ tuā
porrigendo in hoc, vt ſanatio, & ſigna, & prodigia edantur
per nomen ſancti filij tui Ieſuah. Et cum oraſſent illi, motus
eſt locus in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes ſpiri-
tu ſancto, & loquebantur ſermonem dei cum audacia. Multi-
tudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec
quiſquam aliquid eorum quæ poſſidebat, ſuum eſſe dicebat:
G ſed erant illis omnia communia. Et potētia magna reddebāt
apoſtoli teſtimonium reſurrectionis domini Ieſuah: & gratia
magna erat ſuper omnes illos. Neq́ enim quiſquam egēs erat
inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut ædium
erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vēdita fuerāt,
& ponebant ad pedes apoſtolorum. Diſtribuebatur autē ſin
gulis, prout cuique opus erat. Ioſes vero qui cognominatus
eſt Barnabas ab apoſtolis, quod eſt filius conſolationis. Leui-
tes Cyprius genere, cum haberet agrum vēdidit eum, & attu
lit precium, & poſuit ad pedes apoſtolorum.

¶ Ananias eiuſq́ uxor Saphyra ob fraudem moriuntur, Apoſtoli multos curant, Gamliel apoſtolis patrocinatur.

CAP. V.

A VIr aũt quidam nomine Ananias cũ Saphyra vxore ſua
vendiderat poſſeſſionē, & fraudauerat de precio, con-
ſcia etiam vxore ſua, & allatam partē aliquam ad pedes apo
ſtolorum poſuit. Dixit aũt Petrus: Anania, cur impleuit ſatha
nas cor tuum, vt mentieris ſpiritui ſancto, & fraudares de pre
cio agri? Nõnne prorſus tibi manebat: & venundatus in tua
erat poteſtate? Quare poſuiſti, in corde tuo rē iſtā? Nõ es mē
tit⁹ hoībus, ſed deo. Audiēs aũt Ananias hęc verba: collapſus
expirauit. Et ortus eſt timor magnus ſuper oēs qui audierũt
hæc. Surgentes aũt iuuenes amouerunt eum: elatumq́ ſepelie
B rũt. Interceſſit autē fermè horarum trium interuallum, vxor
quoque ipſius neſciens quod factum fuerat, introiuit. Reſpõ
dit autem ei Petrus: Dic mihi, Num tāti agrum vendiſtis? At
illa dixit: Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam: Cur conſpira-
ſtis inter vos, vt tentaretis ſpiritum domini? Ecce pedes eorũ,
qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium adſunt, & efferent te.
Confeſtim autem concidit ad pedes eius, & expirauit. Ingreſ-
ſi autem iuuenes repererunt illam mortuam, & extulerunt
ac ſepelierunt iuxta virum ſuum. Et factus eſt timor magnus
ſuper vniuerſam congregationem: & ſuper omnes qui audie-
bant



C bant hæc. Per manus autem apoſtolorum edebantur ſigna,
ac prodigia multa in populo. Et erant vnanimiter omnes in
porticu Selomonis. Cæterorum autem nemo audebat ſe cõ-
iungere illis, ſed magnificabat eos populus. Magis autē accre
ſcebat credentium domino multitudo virorum ſimul, ac mu
lierum, ita vt in plateas exportarent infirmos, & ponerent in
lectulis, ac grabatis, vt venientis Petri vel vmbra obumbra-
ret aliquem illorum. Conueniebat autem & multitudo vici-
narum ciuitatum Ieruſalaim afferens ægros, ac vexatos à ſpi-
D ritibus immundis, qui ſanabātur omnes. Exurgens autē prin-
ceps ſacerdotum, & omnes qui cũ illo erāt, quæ eſt ſecta Sad-
ducæorum, repleti ſunt æmulatiõe, & iniecerũt man⁹ in apo
ſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Sed angelus do-
mini per noctem aperuit ianuas carceris, eductiſq́ illis, dixit:
Ite, & ſtantes loquamini in templo populo omnia verba vi-
tæ huius. Illi verò cum hæc audiſſent intrauerunt diluculo in
templum, ac docebant. Adueniens autem princeps ſacerdo-
tum, & qui cũ eo erant conuocauerunt concilium, & vniuer
ſum ſeniorum ordinem filiorum Iſrael, miſeruntq́ ad carcerē
vt adducerentur. Cum autem veniſſent miniſtri, nec reperiſ-
ſent illos in carcere, reuerſi nunciauerunt, dicentes: Carcerem
quidem inuenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes
E foris ſtantes ante ianuas. Cum aperuiſſemus autem, neminē
intus reperimus. Vt autē audierunt hos ſermones, & ſumm⁹
ſacerdos, & dux templi, principeſq́ ſacerdotum, ambigebāt
de illis qdnā hoc futurum hoc eſſet. Adueniens autem quidā
nunciauit eis. Ecce viri quos poſueratis in carcere, ſunt in tem
plo ſtantes, ac docentes populũ. Tũc abiit dux cum miniſtris
& adduxit illos ſine vi. Timebant enim populum, ne lapidarē
tur. Et cum adduxiſſent illos ſtatuerunt in concilio. Et interro
gauit eos princeps ſacerdotum, dicens: Nõne præcepto præ
cepimus vobis ne doceretis in nomine iſto? Et ecce repleſtis
Ieruſalaim doctrina veſtra, & vultis inducere ſup nos ſangui-
nem hominis iſtius. Reſpondens autem Petrus, & apoſtoli, di
F xerũt: Obedire oportet deo magis quàm hoīb⁹. Deus patrũ
noſtrorum ſuſcitauit Ieſuah, quem vos interemiſtis, ſuſpendē
tes in ligno. Hunc principem, & ſeruatorē deus exaltauit de-
xtera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraeli, remiſſionemq́ pec
catorum: ac nos ſumus ei teſtes horum quæ dicimus, inſuper
autem & ſpiritus ſanctus, quem dedit deus obedientibus ipſi.
Hæc aũt cum audiſſent, diſſecabantur: & conſultabant vt in-
terficerent illos. Surgens autem quidam in cõſilio Phariſæus,
nomine Gamliel, legis doctor, in precio habitus apud totum
populum, iuſſit vt pauliſper ſecederent foras apoſtoli. Dixitq́
ad illos: Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis
quid acturi ſitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens ſe
eſſe aliquem, cui adhæſit numerus virorum circiter quadrin-
G gentorum qui occiſus eſt: & omnes qui credebāt ei, diſſipati
ſunt, & redacti ad nihilum. Poſt hũc extitit Iehudas Galilæus
in diebus deſcriptionis, & auertit populũ multum poſt ſe, &
ipſe periit: & omnes quotquot paruerant ei, diſperſi ſunt. Et
nunc dico abſtinete ab hominibus iſtis & ſinite illos. Quoniā
ſi eſt ex hominibus conſilium, aut opus hoc, diſſoluetur: Sin
ex deo eſt, non poteſtis diſſoluere, ne quādo & deo repugna-
re reperiamini. Paruerunt autem ei: & cum aduocaſſent apo-
ſtolos, cæſis præceperunt ne loquerētur in nomine Ieſuah, &
dimiſerunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu cõ
cilij quòd digni habiti eſſent vt pro nomine eius contumelia
afficerētur. Et quotidie in templo, & in ſingulis domibus nõ
ceſſabant docere, & annunciare Ieſuah Chriſtum.

¶ De electione ſeptem Diaconorum, inter quos Stephanus mira operatur, & a Iehudæis accuſatur. CAP. VI.

A IN diebus autem illis, quum plures fierent diſcipuli, ortum
eſt murmur Græciſtarum aduerſus Hebræos, eo quod
deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ ipſorum. Cæ-
terum duodecim illi, cum aduocaſſent multitudinem diſcipu
lorum, dixerunt: Non eſt placitum, vt nos derelicto ſermone
dei miniſtremus mēſis. Circunſpicite ergo fratres, viros ex vo
bis teſtimonio comprobatos ſeptem, plenos ſpiritu ſancto,
B & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hac neceſſitate. Nos ve
ro rationi, & adminiſtrationi ſermonis incumbemus. Et pla-
cuit hic ſermo coram tota multitudine. Et elegerunt Stepha-
num virum plenum fide, ac ſpiritu ſancto, & Philippum, &
Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, &
Nicolaum proſelytum Antiochenum. Hos ſtatuerunt in cõ-
ſpectu apoſtolorum, & cum oraſſent, impoſuerunt eis man⁹.
Et ſermo dei creſcebat, ac multiplicabatur numerus diſcipulo
rum Ieruſalaim valde, multaq́ turba ſacerdotum obediebat
C fidei. Porrò Stephanus plenus gratia, ac fortitudine edebat
prodigia, & ſigna magna in populo. Exorti ſunt autem qui-
dam è ſynagoga, quę appellatur Libertinorũ, & Cyrenenſiũ,
& Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Aſia, di-
ſputantes cum Stephano, nec poterant reſiſtere ſapientiæ, &
ſpiritui qui loquebatur. Tunc clam acceperunt viros, qui di-
cerēt: Audiuimus eum dicentem verba blaſphema in Moſeh
ac Deum. Commouerũtq́ plebem, & ſeniores, & ſcribas, atq́
D inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium,
ſtatueruntq́ falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat
loqui verba blaſphema aduerſus locum ſanctum hunc, & le-
gem. Audiuimus enim eum dicentem: Ieſuah Nazarenus iſte
demolietur locum hunc, & mutabit conſuetudines quas tra-
didit nobis Moſeh. Et intuentes eum omnes qui ſedebant in
concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

¶ Stephanus expurgat ſe ab accuſatione Iehudæorum, oſtendens Iehudæorum in deum iam olim rebellionem, quare & lapidatur.

CAP. VII.

A DIxit autem princeps ſacerdotum: Nũ hæc ita ſe habēt? Gene.11.a.
At ille ait: Viri fratres, & patres audite: De⁹ gloriæ cõ-
ſpectus eſt patri noſtro Abrahæ, cum eſſet in Meſopotamia,
prius quàm moraretur in Charam, & dixit ad illum: Exi de
terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quamcunq́
monſtrauero tibi. Tunc exiit è terra Chaldæorum, & habita- Gene.12.d.
uit in Charam. Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius, trā-
ſtulit illum in terram hanc, in qua nunc vos habitatis. Et non
dedit illi hæreditatem in ea, ne veſtigium quidem pedis: & re-
promiſit illi eam ſe daturũ poſſidendam, & ſemini eius poſt
ipſum, cum non haberet filium. Locutus eſt autem deus ſic,
ꝙ futurum eſſet ſemen eius inquilinũ in terra aliena, quòdq́
ſeruituti illud ſubiecturi eſſent, & male tractaturi annis qua- Gene.15.c.
dringentis. Et gentem, cuicunq́ ſeruierint, iudicabo ego, dixit
deus. Et poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco hoc. Et de- Ge.17.b.21.a.
dit illi teſtamentũ circuncifionis. Atq́ hic genuit Iſchac, & cir 25.c.29.f.g.
B cũcidit eũ in die octauo, & Iſchac genuit Iahacob, & Iahacob 30.a.36.c.37.f
genuit duodecim patriarchas, & patriarchæ inuidia moti, Io 41.e.42.a.45.a.
ſeph vēdiderũt in Aegyptũ. Et erat deus cũ eo, & eripuit eũ
ex omnibus afflictionibus eius, & dedit ei gratiam, & ſapien-
tiam corā Parhone rege Aegyti. Et conſtituit eum præfectũ
ſuper Aegyptum, & ſuper totā domum ſuam. Venit autem
fames in vniuerſam terram Aegypti, et Chenahan, & afflictio
magna, nec inueniebāt cibos patres noſtri. Cum audiſſet aũt
Iahacob eſſe frumentũ in Aegypto, miſit patres noſtros pri-
mum: & cum iterum miſiſſet eos, agnitus eſt Ioſeph à fratrib⁹
ſuis, & innotuit Parhoni genus Ioſeph. Quum verò miſiſſet
Ioſeph, accerſiuit Iahacob patrē ſuũ, omnemq́ cognationem
ſuā in animab⁹ ſeptuagintaquinq́. Et deſcēdit Iahacob in Ae
gyptũ, defunctuſq́ eſt ipſe, & patres nr̃i, & trāſlati ſunt in Se- Ge.46.a.49.
chē: & poſiti ſunt in ſepulchro, qđ emit Abrahā ꝓcio argēti à d.50.b.23.a.
filijs Chamor filij Sechē. Cũ aũt appropinquaret tēpus pro
C miſſiõis, de qua iurauerat deus Abrahę creuit popul⁹, & mul
tiplicat⁹ eſt in Aægypto, donec exortus eſt alius rex, q nõ no
uerat Ioſeph. Hic circunueniens genus noſtrum, afflixit pa- Exod.1.d.
tres noſtros, vt exponerent infantes ſuos, ne viuificarentur.
Eodem tempore natus eſt Moſeh, & fuit gratus deo, qui nu-
tritus eſt tribus mēſibus in domo patris. Expoſitum autem

Exodi. 2.a. illum ſuſtulit filia Parhonis,& nutriuit eũ ſibi vice filij.Et eru
ditus eſt Moſeh in omni ſapientia Aegyptiorũ:& erat potẽs,
cum dictis,tum factis.Vt verò expletũ eſt ei quadraginta an-
norũ tempus,ſubijt in cor eius,vt inuiſeret fratres ſuos filios
Iſrael.Et cũ vidiſſet quendã iniuria affici,defendit eum,& vltꝰ
eſt vicem eius qui affligebatur,percuſſo Aegyptio. Exiſtima
bat autem intelligere fratres ſuos,quòd deꝰ per manũ ipſius
daret ſalutem illis.At illi nõ intellexerunt.Et ſequẽti die cõſpe-
Exodi.2.c. ctus eſt illis litigantibus,& redegit eos in concordiam,dicens:
Viri,fratres eſtis,cur vos inuicem læditis?Cæterum is qui in-
D iuriam faciebat proximo,repulit eum,dicẽs:Quis te cõſtituit
principem,ac iudicem ſuper nos?Nunquid interficere me tu
vis,quẽadmodum interfeciſti heri Aegyptium?Fugit autẽ
Moſeh ad dictum hoc,& factus eſt aduena in terra Midiã,vbi
Exodi.3.a. generauit filios duos.Et expletis annis quadraginta apparuit
illi in deſerto montis Sinai,angelꝰ domini in flamma ignis ru-
bi.Moſeh autem vt conſpexit,admiratus eſt viſum.Porrò cũ
accederet vt attenderet,facta eſt ad eũ vox domini:Ego ſum
deus patrum tuorũ,deus Abrahã,deus Iſchac,deus Iahacob.
Tremefactus autem Moſeh non audebat attendere.Dixit au-
tem illi dominus:Solue calceamentum pedum tuorum.Lo-
cus enim in quo ſtas,terra ſancta eſt.Videns vidi afflictionem
populi mei qui eſt in Aegypto,& gemitum eorum audiui,&
E deſcendi,vt eruam eos.Nunc venito,& mittã te in Aegyptũ:
Exodi 7.8.9. Hunc Moſeh quem negauerunt,dicẽtes:quis te cõſtituit prin
10.11.14. cipem & iudicem?hunc inquam deus principem & redẽpto-
rem miſerat per manum angeli,qui conſpectus fuerat illi in ru
bo.Hic eduxit illos,quum edidiſſet ꝓdigia,& ſigna in Aegy-
Exodi.16.a. Deut.8.c. pto,& in rubro mari,& in deſerto annis quadraginta.Hic eſt
Exodi,19.a. Moſeh qui dixit filiis Iſrael:Propheram ſuſcitabit vobis deus
veſter è fratribus veſtris,ſimilem mei,illum audietis.Hic eſt ꝗ
fuit in congregatione,in ſolitudine cum angelo qui loquebãt
ei in mõte Sinai,& cum patribus noſtris,qui accepit eloquia
viua,vt daret nobis,cui noluerunt obedire patres noſtri,ſed
repulerunt, & auerſi ſunt corde ſuo in Aegyptum,dicentes
ad Aharon:Fac nobis deos qui præcedant nos,Moſeh enim
Exodi.32.a. huic qui eduxit nos è terra Aegypti,neſcimus quid acciderit.
Et vitulum fecerunt in diebus illis,& obtulerunt hoſtiã ſimu-
lacro,& lætabantur ſuper operibus manuum ſuarum.Con-
uertit ſe autem deus,& tradidit eos,vt colerẽt militiam cœli:
F ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarum.Nũ victimas,& ho-
Amos.5.g. ſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto,domꝰ Iſra-
el?Et ſuſcepiſtis tabernaculũ Moloch,& ſydus dei veſtri Rem
Exodi.25.d. Hebr.8.b. phã figuras quas feciſtis ad adorandum eas.Et transferã vos
Ioſu.3.c.d. vltra Babel.Tabernaculum teſtimonij fuit patribus noſtris
in deſerto,ſicut ordinauerat illis,loquens ad Moſeh,vt faceret
illud ſecũdũ formã quã viderat.Quod & induxerũt,ꝗ ſucceſ-
ſerũt patres noſtri cũ Ieſuah in poſſeſſionẽ gẽtiũ,quas expulit
1.Reg.16.c. deꝰ à facie patrũ noſtrorũ vſqꝫ ad dies Dauid,ꝗ inuenit gratiã
Pſalmo.131. corã deo,& petijt vt inueniret tabernaculũ deo Iahacob.Se-
2.Para.17.c. 3.Reg.6.a. lomoh aũt ædificauit illi domũ:ſed excelſiſsimꝰ ille,nõ in ma-
nu factis tẽplis habitat,ſicut propheta dicit:Cœlũ mihi ſedes
eſt,terra aũt ſcabellũ pedũ meorũ.Quã domũ ædificabitis mi
Infra.17.f. hi dicit dñs,aut ꝗs locꝰ requietionis meæ eſt?Nõne manꝰ mea
Iſaiæ.66.a. fecit hęc oĩa:Duri ceruice,& incircũciſi corde,& auribus,vos
G ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis,ſicut patres veſtri,ita & vos.
Quẽ prophetarũ nõ ſunt ꝑſecuti patres veſtri?Et occiderunt
eos,qui prænũciabãt de aduẽtu iuſti illius,cuius vos nũc ꝓdi
tores & occiſores fuiſtis,qui accepiſtis legem ꝑ diſpoſitiones
angelorũ,nec ſeruaſtis.Audiẽtes aũt hæc diſſecabãt cordibꝰ
ſuis,& ſtridebant dẽtibus ſuis in eũ.Cũ aũt eſſet plenus ſpiri-
tu ſancto,intentis in cœlum oculis,vidit gloriã dei,& Ieſuah
ſtantem à dextris dei.Et ait:Ecce video cœlos apertos,& filiũ
hominis ſtantem à dextris dei.Exclamantes autẽ voce magna
continuerũt aures ſuas,& impetum fecerũt vnanimiter in eũ.
Et quum eieciſſent eum è ciuitate lapidabant,ac teſtes depo-
ſuerunt veſtimenta ad pedes adoleſcentis,qui vocabatur Sau
lus.Et lapidabant Stephanũ inuocantem,ac dicentem:Do-
mine Ieſuah ſuſcipe ſpiritum meum.Poſitis autem genibus,
clamauit voce magna:Domine,ne ſtatuas illis peccatum hoc.
Et cum hoc dixiſſet,obdormiuit.

¶Defuncto Stephano prædicat Philippus in Samariah & Aethiopia,Gentes accipiũt ſpiritum ſanctũ,de Simone mago & Eunucho. C A P. V I I I.

A SAulus autẽ conſenſerat in necem eius.Facta eſt aũt in illo
die perſecutio magna aduerſus eccleſiam,quæ erat Ieru-
ſalaim,& omnes diſperſi ſunt per regiões Iehudææ,& Sama
riah præter apoſtolos.Curauerunt aũt vnà Stephanum vi-
ri religioſi,feceruntqꝫ planctum magnũ ſuper eũ.Saulus verò
deuaſtabat eccleſiã,per ſingulas domos intrans,trahensqꝫ vi-
ros ac mulieres tradebat in cuſtodiã.Illi igitur diſperſi pera-
grabãt,euãgelizantes ſermonẽ.Philippus autẽ peruenit in ci-
B uitatẽ Samariah,ac prædicabat illis Chriſtũ.Intendebãt autẽ
turbæ iis,quæ à Philippo dicebantur,vnanimiter audientes,
& videntes ſigna quæ edebat.Spiritus em̃ immundi è multis
qui illos habebant clamãtes voce magna exibant.Multi autẽ
paralytici,& claudi ſanati ſunt,& factum eſt gaudium magnũ
in illa ciuitate.Vir aũt quidã nomine Simon,qui ante in ea ci
uitate artem exercuerat magicam,ac gentẽ dementauerat Sa-
mariah,dicens ſe eſſe quempiam magnum,cui auſcultabant à
minimo vſqꝫ ad maximum,dicentes:Iſte eſt potentia dei ma-
gna.Auſcultabãt aũt ei,propterea quòd multo tempore ma
gicis artibus dementaſſet eos.Cum verò credidiſſent Philip-
C po euãgelizanti de regno dei,deqꝫ nomine Ieſuah Chriſti,ba
ptizabantur viri ſimul,ac mulieres.Tunc Simon,& ipſe cre-
didit,& cum baptizatus eſſet,adhęrebat Philippo.Vidẽsqꝫ
ſigna & potentias fieri,ſtupens admirabatur.Cum aũt audiſ-
ſent apoſtoli qui erant Ieruſalaim,ꝙ recepiſſet Samariah ſer-
monem dei,miſerunt ad eos Petrum,ac Iohannem.Qui cum
deſcendiſſet,orauerunt pro ipſis,vt acciperent ſpiritum ſan-
ctum.Nondum em̃ in quenqꝫ illorum illapſus fuerat,ſed ba-
ptizati tãtum erãt in nomine Chriſti Ieſuah.Tũc imponebãt
manus ſuper illos,accipiebantqꝫ ſpiritum ſanctum.Cum vi-
diſſet aũt Simon,quod per impoſitionẽ manuũ apoſtolorũ
daretur ſpiritꝰ ſanctus,obtulit eis pecunias,dicens:Date & mi
hi poteſtatem iſtã,vt cuicũqꝫ impoſuero manus,accipiat ſpi-
D ritum ſanctum.Petrus autem dixit ad eum:Pecunia tua tecũ
ſit in perditionẽ,qm̃ donũ dei exiſtimaſti pecuniis poſſideri.
Non eſt tibi pars neqꝫ ſors in ratione hàc:cor em̃ tuũ non eſt
rectum coram deo.Pœnitentiã igiṫ age de malicia tua,& ro-
ga deũ ſi forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.In felle em̃
amaritudinis,& colligatione iniquitatis video te eſſe.Reſpon
dens aũt Simõ,dixit:Precemini vos pro me apud dñm,ne ꝗd
eueniat in me horũ quæ dixiſtis.Et illi quidem teſtificati,& lo-
cuti ſermonem dei,reuerſi ſunt Ieruſalaim,& multis vicis Sa-
mariranorũ euangelizabant.Angelus autem domini locutus
E eſt ad Philippum,dicens:Surge,& vade meridiem verſus,ad
viam,quæ deſcendit ab Ieruſalaim ad Hazzam,hæc eſt deſer-
ta.Et ſurgens abijt,& ecce vir Aethiops,eunuchꝰ præfectus
Candaces reginæ Aethiopũ,quẽ præfecerat vniuerſæ Haz-
zæ ſuæ,venerat adoraturꝰ Ieruſalaim:& reuertebatur ſedens
ſuper currum ſuum,legebatqꝫ Ieſaihiah Prophetã.Dixit autẽ
ſpiritꝰ Philippo:Accede,& adiũge te ad currũ iſtũ.Accurrẽs
aũt Philippus,audiuit eũ legẽtẽ Ieſaiah ꝓphetã,& dixit:Intel-
ligis ne q̃ legis?At ille ait:Quõ em̃ poſſim,niſi aliquis dux viæ
F mihi fuerit?Rogauitqꝫ philippũ vt aſcẽderet,ſederetqꝫ ſecum.
Cõtinentia aũt ſcripturæ quã legebat,erat hæc:Tanquã ouis Iſaiæ.53.c.
ad occiſionẽ ductus eſt,& ſicut agnus corã tondẽte ſe mutꝰ,
ſic nõ aperuit os ſuum.In humilitate ipſius,iudiciũ eius ſub-
latũ eſt.Generationẽ aũt eius quis enarrabit?Quoniam tolliṫ
de terra vita eius.Reſpondens aũt eunuchus Philippo,dixit:
Obſecro te de quo ꝓpheta dicit hoc:de ſe an de alio quopiã?
Aperiẽs aũt Philippus os ſuum,& exorſus à ſcriptura iſta euã
gelizauit illi Ieſuah.Et dum irent per viam,venerunt ad quan
dã aquã.Et ait eunuchus:Ecce aqua.Quid vetat ne baptizer?
Dixit



Dixit autem Philippus:Si credis ex corde,Licet.Et reſpõdẽs
ait:Credo filium dei eſſe Ieſuah Chriſtum.Et iuſſit ſiſti currũ,
ac deſcẽderunt ambo in aquam,Philippus ſimul & eunuchꝰ:
& baptizauit eum.Cum autem aſcendiſſent ex aqua,ſpiritus
dñi rapuit Philippum,nec amplius vidit eũ eunuchus.Ibat
enim per viam ſuam gaudens.Philippus autem repertus eſt
Aſdod,& pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis,do-
nec veniret Cęſaream.

¶Saulus quomodo conuerſus ac regeneratus,Chriſtumqꝫ predicans:de duobus Petri miraculis. C A P. I X.

A SAulus autem adhuc ſpirans minas,ac cædẽ aduerſus di-
ſcipulos domini acceſſit ad principem ſacerdotũ,& pe-
tiit ab eo epiſtolas,in Dammeſec ad ſynagogas:vt ſi quos in-
ueniſſet eius viæ,ſeu viros,ſeu mulieres,vinctos duceret Ieru
Galat.5.c. ſalaim.Et cum iter faceret,contigit vt appropinquaret Dam
meſec.Et ſubito circumfulgurauit eũ lux de cœlo,collapſusqꝫ
in terram,audiuit vocem,dicentem ſibi:Saul,Saul,quid me
1.Cor.15.b. 2.Cor.12.a. perſequeris?Dixit autẽ:Quis es domine?Dominus autem di
xit:Ego ſum Ieſuah quem tu perſequeris.Durum eſt tibi con
B tra ſtimulos calcitrare.Is tremẽs,ac ſtupens dixit:Domine ꝗd
me vis facere?Et dominus ad eum:Surge,& ingredere ciuita
tem,& dicetur tibi ꝗd te oporteat facere.Viri autem illi qui
erant ei comites itineris,ſtabant attoniti:audiẽtes quidem vo
cem,neminem tamen videntes.Surrexit autem Saulus è terra,
apertiſqꝫ oculis neminem videbat.Sed manu ducentes illũ,
introduxerunt Dammeſec.Et erat tribus diebus non vidẽs,
ac non comedit,neque bibit.Erat autem quidam diſcipulus
Dammeſec,nomine Chananiah,& dixit ad illum per viſum
dominus:Chananiah.Et ille ait:Ecce ego domine.Dominus
verò ad eum:Quum ſurrexeris vade in vicũ qui vocatur re-
ctus,& quære in domo Iehudæ Saulũ nomine Tharſenſem:
Ecce enim orat.Et vidit per viſum virum Chananiah nomi-
ne introeuntem , & imponentem ſibi manum,vt viſum re-
C ciperet.Reſpondit autẽ Chananiah:Domine,audiui ex mul-
tis de viro hoc quanta mala fecerit ſanctis tuis Ieruſalaim.Et
hoc loco habet poteſtatem à principibus ſacerdotum,vinciẽ
di omnes qui inuocant nomen tuum.Dixit autem ad eũ do-
minus:Vade,quoniam vas electũ eſt mihi iſte,vt portet no-
men meũ coram gentibus,& regibus,ac filijs Iſrael.Ego em̃
oſtẽdam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.Et
abijt Chananiah,& introiuit in domum,& imponens ei ma-
nus dixit:Saul frater,dominus miſit me,qui apparuit tibi in
via qua veniebas,vt viſum recipias,& implearis ſpiritu ſan-
cto.Et confeſtim deciderũt ab oculis eius tanquã ſquamæ,&
D viſum recepit,& quum ſurrexiſſet baptizatus eſt.Cumqꝫ ce-
piſſet cibum,corroboratus eſt.Fuit autem Saulus cum diſci
pulis qui erant Dammeſec per dies aliquot.Et continuo in ſy
nagogis prædicabat Chriſtũ,ꝙ is eſſet filius dei.Stupebant
autem omnes qui eum audiebant,ac dicebant:Nonne hic eſt
qui expugnabat Ieruſalaim eos,qui inuocabant nomẽ iſtud?
Et huc ad hoc venit,vt vinctos illos duceret ad principes ſa-
cerdotum.Saulus autem multo magis conualeſcebat,& con
fundebat Iehudæos,qui habitabant Dammeſec, affirmans
2.Cor.11.g. ꝙ is eſſet Chriſtus. Expletis autẽ diebus compluribus,inierũt
inter ſe Iehudæi conſilium,vt illum occiderẽt.Sed intellectæ
ſunt Saulo inſidiæ eorũ.Aſſeruabantqꝫ portas die,ac nocte,
E vt eum interficerent,accipientes autem eum diſcipuli nocte,
per murum dimiſerunt,ſummittẽtes in ſporta.Quum autẽ
Saulus veniſſet Ieruſalaim,tẽtabat ſe iungere diſcipulis : &
omnes timebant eum,non credentes quòd eſſet diſcipulus.
Barnabas autem apprehenſum illum duxit ad apoſtolos,ac
narrauit illis quomodo in via ipſe vidiſſet Dominũ,& quòd
locutus eſſet ei,& quomodo in Dammeſec fortiter egiſſet in
nomine Ieſuah.Et erat cum illis verſans Ieruſalaim,cum fidu
cia loquẽs in nomine domini Ieſuah.Loquebaturqꝫ,& diſpu
tabat aduerſus Græciſtas:illi verò quærebant occidere eum.
Quod cum cognouiſſent fratres,deduxerunt eum Cæſareã,
& emiſerunt eum Tharſum.Igitur eccleſiæ quidem per totã
Iehudæam,& Gallilæam,& Samariah habebant pacẽ,& ædi
ficabantur verſantes in timore domini,& conſolatione ſancti
ſpiritus multiplicabantur.Factum eſt autẽ,vt Petrus dũ per-
F agraret per omnes,deueniret etiam ad ſanctos qui habitabãt
Lyddæ.Reperit autem ibi hominem quẽdã nomine Aeneã,
annis iam octo decumbentem in grabato,qui erat paralyti-
cus.Et ait illi Petrus:Aenea ſanet de dominus Ieſuah Chriſtꝰ:
Surge,& ſterne tibiipſi.Et continuo ſurrexit,& viderũt eum
omnes qui habitabant Lyddę,& Aſſarone,qui conuerſi ſunt
ad dñm,Ioppæ autem fuit quædam diſcipula nomine Ta-
bitha,quæ interpretata dicitur Dorcas.Hæc erat plena ope-
ribus bonis,& eleemoſynis quas pręſtabat.Factum eſt autẽ
G in diebus illis,vt infirmata moreretur.Quam cum lauiſſent,
poſuerunt in cœnaculo.Cum autem vicina eſſet Lydda Iop
pæ,ac diſcipuli audiſſent ꝙ Petrus eſſet in ea,miſerunt ad eũ,
rogantes,ne grauaretur venire vſqꝫ ad ſe.Exurgẽs aũt Petrus,
venit cũ illis.Et cum adueniſſet,duxerũt illũ in cœnaculũ,&
circunſteternut illum omnes viduæ flentes , & oſtendentes
tunicas, veſteſqꝫ,quas faciebat cum eſſet cum ipſis Dorcas.
Eiectis autem omnibus foras.Petrus poſitis genibus orauit,
& conuerſus ad corpus,dixit Tabitha,ſurge. At illa ape-
ruit oculos ſuos,viſoqꝫ Petro,reſedit.Data autem illi ma-
nu,erexit eam,& quum vocaſſet ſanctos,ac viduas,exhibuit
eam viuam.Id autem innotuit per totam Ioppẽ,& credide-
runt multi in dominum.Factũ eſt autem,vt dies multos ma-
neret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

¶Cornelius uiſione admonitus a Petro baptizatur,ſpiritus ſanctus in gentes baptizatas deſcendit. C A P. X.

A VIr autem quidam erat Cæſaræ,nomine Cornelius,Cen
turio ex cohorte quę dicitur Italica,religioſus ac timẽs
deum cum tota domo ſua,præſtans eleemoſynas multas ple-
bi,deprecánſque deum ſemper:Is vidit per viſum manifeſte
fermè hora diei nona angelum dei introeuntem ad ſe,dicen-
temqꝫ ſibi:Corneli.At ille intuens eum,ac timore correptus,
dixit:Quid eſt domine?Dixit autem illi:Orationes tuæ,& elee
moſynæ tuę aſcenderũt in memoriã corã deo.Et nunc mitte
viros Ioppen,& accerſe Simonem qui cognominatur Petrꝰ.
Hic diuerſaṫ apud Simonem quendã coriariũ,cui eſt domus
iuxta mare:hic dicet tibi quid te oporteat facere.Et cũ diſceſ-
ſiſſet angelus qui loquebatur illi,vocauit duos famulos ſuos,
B & militẽ religioſum ex his qui ſibi adhærebãt.Quibus cũ nar
raſſet oĩa,miſit illos Ioppẽ.Poſtridie verò faciẽtibus illis iter,
& appropinquãtibus ciuitati,aſcendit Petrꝰ in ſuperiora do
mus vt oraret,circa oram ſextam.Et cũ eſuriret,voluit guſta
re cibum.Parantibus autem illis,irruit ſuper eum mentis ex-
ceſſus.Et videt cœlum apertũ,ac deſcendens ad ſe vas quod-
dam velut linteum magnũ:quatuor initijs alligatũ,ſummitti
è cœlo in terram,in quo erant omnia quadrupedia terræ,be-
ſtiæqꝫ & reptilia,& volatilia cœli.Et facta eſt vox ad eũ:Sur-
ge Petre,macta,& veſcere.Ait autem Petrus:Nequaquã do
mine:quia nunquam edi quicquam cõmune,& immũdum.
Et vox rurſus iterum ad eum:Quæ deus purificauit,tu com-
munia ne dixeris.Hoc autem factum eſt tertio.Et rurſum re-
C ceptũ eſt vas in cœlum.Et dum apud ſeſe hæſitaret Petrus,
quænam eſſet viſio quã vidiſſet,ecce viri ꝗ miſſi erant à Cor
nelio,percõtati de domo Simonis,aſtiterunt ad ianuã.Et euo
cato quopiã,interrogabant,an Simon qui cognominareṫ Pe
trus illic haberet hoſpiciũ:Petro verò cogitãte de viſiõe,dixit
ſpiritꝰ ei:Ecce viri quęrũt te,Surge itaqꝫ et deſcẽde,& vade cũ
eis nihil hæſitãs,propterea ꝙ ego miſi illos.Deſcendẽs aũt Pe
trꝰ ad viros,ꝗ miſſi erãt à Cornelio ad ipſum,dixit:Ecce ego
ſum ille quẽ quęritis.Que cauſa eſt propter quã veniſtis?Qui
dixerũt:Corneliꝰ Cẽturio,vir iuſtus,ac timẽs deũ,& teſtimo-
niũ habens ab vniuerſa gente Iehudæorũ,oraculo admonitꝰ
eſt ab angelo ſancto,vt accerſeret te in domũ ſuã,& audiret
verba abs te. Intro vocatos igitur eos recepit hoſpitio.

Sequenti verò die Petrus profectus eſt cum illis,& quidam
ex fratribus qui erant ab Ioppe,comitati ſunt eum.Poſtridie
D verò introierũt Cæſaream.Porrò Corneli⁹ expectabat illos,
conuocatis cognatis ſuis,ac neceſſarijs amicis.Vt autẽ factũ
eſt vt introiret Petrus,obuiã progreſſus ei Cornelius,ac pro-
cidens ad pedes adorauit eum.Petrus verò erexit eũ,dicens:
Surge,& ego ipſe hõ ſum.Et colloquẽs cũ illo,intrauit,& of-
fendit multos qui conuenerant,dixitq́ ad illos:Vos ſcitis,nõ
eſſe fas viro Iehudæo cõiungi,aut accedere ad alienigenã.Sed
mihi oſtendit deus,ne quem cõmunem,aut immundum dice
E rem hominem,quapropter & incunctanter veni ac cerſitus.
Interrogo ego quã ob cauſam accerſitis me?Et cornelius ait:
Die abhinc quarto vſq́ ad hanc horã ſedebam ieiunus:& ho-
ra nona orabam in domo mea,& ecce vir ſtetit ante me in ve
ſte ſplendida,& ait Corneli,exaudita eſt oratio tua,& eleemo
ſynæ tuæ in memoria habitę ſunt corã deo.Mitte ergo in Iop
pen,& accerſe Simonẽ qui cognominatur Petrus,hic diuer-
ſatur in domo Simonis coriarij iuxta mare,qui vbi aduene-
rit,loquetur tibi.Confeſtim ergo miſi ad te,& tu bene feciſti
qui adueneris.Nunc ergo omnes nos,teſte deo,adſumus,vt
audiamus omnia quæcũq́ tibi pręcepta ſunt à deo.Aperiẽs
Deut.10.d. autem Petrus os,dixit:Vere comperio,quod nõ ſit perſona-
2.par.10.c. rum reſpect⁹ apud deũ,ſed in quauis gente,qui timet ipſum,
Iob.34.b. F & operatur iuſtitiam,is acceptus eſt illi.Verbũ q́ miſit deus
Sapien.6.b. filijs Iſrael,annuncians pacem per Ieſuah Chriſtum(hic eſt o-
Eccl.15.b. mnium dominus)ipſi noſtis,quod factum eſt per totã Iehu-
Gal.2.b. Ephe.6.b. dæam,inceptum à Galilea,poſt baptiſma quod prædicauit
Coloſſ.3.d. 1.Petri.1.c. Iohannes Ieſuah Nazarenũ,quomodo vnxerit eũ deus ſpiri-
tu ſancto,& potentia,qui,obambulauit benefaciendo,& ſanã
do omnes oppreſſos à diabolo,quoniam deus erat cum illo.
Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit,& in regiõe Iehudæo-
rum,& Ieruſalaim,quem occiderunt ſuſpenſum in ligno.Hũc
deus ſuſcitauit tertio die,& exhibuit eum vt manifeſtus fieret
non toti populo,ſed teſtibus prius ad hoc delectis à deo,ni-
mirum nobis:qui comedimus,& bibimus vna cũ illo poſtea
quam reſurrexit à mortuis.Et præcepit nobis,vt prædicare
G mus populo,ac teſtificaremur quòd ipſe ſit ille qui cõſtitutus
erat à deo iudex viuorum ac mortuorũ.Huic oẽs prophetæ
teſtimonium ferunt,q́ remiſſionẽ peccatorum accepturus ſit
per nomen eius quiſquis crediderit in eum.Adhuc loquente
Petro verba hæc,cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui au
diebant ſermonem.Et obſtupuerunt hi qui erant ex circunci
ſione fideles,quotquot venerãt cũ Petro,q́ & in gẽtes donũ
ſpiritus ſancti effuſum eſſet.Audiebant enim illos loquentes
linguis,ac magnificantes deum.Tũc reſpondit Petrus:Num
quis prohibere poteſt,quo minus aqua baptizentur hi,qui
ſpiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?Et iuſſit eos bapti-
zari in nomine domini.Tunc rogauerunt eum,vt remaneret
aliquot dies.

¶Iehudæorum aduerſus Petrum diſceptatio de circunciſione:Petri uiſio:apoſto
lorum in diuerſas gentes diſperſio:diuinatio Agabi de fame.

C A P. X I.

A AVdierunt autem apoſtoli,& fratres qui erant per Iehu
dæam,q́ & gentes recepiſſent verbum dei.Cũq́ aſcẽ
diſſet Petrus Ieruſalaim,diſceptabant aduerſus illum qui erãt
ex circunciſione,dicentes:Ad viros præputium habentes in-
troiſti & ediſtis cũ illis.Exorſus aũt Petrus exponebat illis p or
dinem,dicẽs:Ego erã in ciuitate Ioppe orãs,& vidi in raptu
mentis viſionem,deſcẽdere vas quoddã,ceu linteũ magnum,
quatuor initijs emiſſum è cœlo,& venit vſq́ ad me.In q̃d cũ
intendiſſem oculos,animaduerti,& vidi quadrupedia terræ,
& beſtias,& reptilia,& volatilia cœli.Audiui aũt & vocẽ di
B centẽ mihi:Surge Petre,macta,& veſcere.Dicebã aũt:Nequa
quã dñe,q̃a nihil cõe,aut immũdũ vnquã introiuit in os meũ.
Reſpondit autem mihi vox rurſum è cœlo:Quę deus mũda
uit,tu ne cõmunia dixeris.Idq́ accidit tertio,et rurſum omnia
ſubducta ſunt in cœlum.Et ecce extẽplò tres viri præſto ade-
rant in domo in qua erã,è Cæſarea miſſi ad me.Dixerat autẽ
mihi ſpiritus,vt proficiſcerer cũ illis,nihil hæſitãs.Porrò comi
tati me ſunt & ſex fratres hi,& ingreſſi ſumus in domũ viri:
isq́ retulit nobis q̃uo vidiſſet angelũ domi ſuæ,q̃ aſtitiſſet,ac
dixiſſet ſibi:Emitte viros Ioppẽ,& accerſe Simonẽ cognomẽ
to Petrũ,q̃ tibi ea dictur⁹ eſt,p q̃ ſerueris,& tu,& vniuerſa do
mus tua.Cum aũt exorſus eſſem ſermonẽ,dilapſus eſt ſpiritus Supra.1.a.
ſanctus in illos,quẽadmodũ & in nos initio.Veniebat aũt in Matt.3.c. Marc.1.b.
mentem q́ dixerat dñs:Iohannes quidẽ baptizauit aqua,cæ- Luc.3.c.
terũ vos baptizabimini ſpiritu ſancto.Proinde ſi par donũ Iohan.1.d. Infra.19.a.
C dedit illis deus,quẽadmodũ & nobis,cũ credidiſſemus in do
minũ Ieſuah Chriſtũ:ego porrò quis erã qui poſſem obſiſte-
re deo?His autem auditis obticuerũt,& glorificauerunt deũ
dicẽtes:Igitur & gẽtibus deus pœnitẽtiã conceſſit ad vitã.Et
illi quidẽ qui diſperſi fuerãt ex afflictione,q̃ orta fuerat ob Ste
phanũ,perãbulauerũt vſq́ ad Phœnicẽ,& Cyprũ,& Antio-
chiã,nemini loquẽtes ſermonẽ illũ,niſi ſolis Iehudæis.Erãt aũt
q̃dã ex eis viri Cyprij & Cyrenęi:q̃ cũ introiſſent Antiochiã
loquebãtur ad Gręcos,euãgelizãtes dñm Ieſuah.Et erat ma-
nus dñi cũ eis,multusq́ numer⁹ credẽtiũ cõuerſus eſt ad dñm.
D Auditus eſt aũt rumor in auribus eccleſiæ,q̃ erat Ieruſalaim
de his:& miſerũt Barnabã,vt iret Antiochiã.Qui cũ perue-
niſſet vidiſſet gratiã dei,gauiſus eſt,& hortabat̃ oẽs,vt ꝓpoſi
to cordis pſeuerarẽt in dño.Nã erat vir bonus,ac plenus ſpi-
ritu ſancto,& fide.Ei addita eſt multa turba dño.Profect⁹ eſt
aũt Barnabas Tharſum,vt quęreret Saulũ:quẽ cũ inueniſſet,
perduxit Antiochiã.Factũ eſt aũt vt ipſi annũ totũ agerẽt cũ
ea cõgregatione,docerentq́ turbam multam,& diſcipuli co-
gnominarẽtur primũ Antiochiæ Chriſtiani.In his autẽ dieb⁹
ſuperuenerũt ab Ieruſalaim prophetæ Antiochiam,ſurgẽsq́
vnus ex eis nomine Agabus,ſignificabat p ſpiritũ,famem ma
gnã futurã in toto terrarũ orbe,quæ accidit ſub Claudio Cę
ſare.Diſcipuli aũt prout cuiq́ ſuppetebat,ꝓpoſuerũt in ſubſi
diũ mittere habitãtibus in Iehudęa fratribus:quod & fecerũt,
mittẽtes ad ſeniores per manum Barnabæ,ac Sauli.

¶Quomodo Herodes Petrum in uincula cõiecerit,isq́ per ange-
lum liberatus ſit,de Herodis interitu.

C A P. X I I.

A PEr idem autem tẽpus iniecit Herodes rex manus vt affli
geret quoſdam de eccleſia.Occidit autem Iacobum fra
trem Iohannis gladio.Videns autem q́ placitum eſſet Iehu-
dæis,addidit vt comprehenderet & Petrum.Erant autẽ dies
infermentatorum.Quem cum etiã apprehendiſſet,poſuit in
carcerem,tradens quatuor quaternionibus militum aſſer-
uandum,volens poſt peſach producere eum populo.Igitur
Petrus quidem ſeruabatur in carcere.Cæterum oratio fiebat
prolixa ab eccleſia ad deum pro eo.Quum autem productu
rus eum eſſet Herodes,in ipſa nocte dormiebat Petrus inter
duos milites,vinctus catenis duab⁹,& cuſtodes ante oſtium
cuſtodiebant carcerẽ.Et ecce angelus domini aſtitit,& lumen
refulſit in habitaculo:percuſſoq́ latere Petri excitauit eum,di
cens:Surge velociter,& exciderunt catenæ de manibus eius.
B Dixit autem angelus ad eum:Præcingere,& ſubliga ſandalia
tua.Et fecit ſic.Et dicit illi:Circunda tibi veſtimẽtum tuum,&
ſeq̃re me.Et exiẽs ſequebat̃ eũ,& neſciebat quòd verum eſſet
quod fiebat p angelũ,ſed putabat ſe viſum videre.Quum aũt
præteriſſent primam ac ſecundam cuſtodiã,venerũt ad por-
tam ferream,quæ ducit in ciuitatẽ,quæ vltro aperta eſt eis.Et
exeũtes proceſſerũt vicũ vnũ,& continuo diſceſſit angel⁹ ab
eo.Et Petrus ad ſe reuerſus,dixit:Nũc ſcio verè,q́ miſerit do
min⁹ angelũ ſuũ,& eripuerit me è manu Herodis,& ex omni
expectatione plebis Iehudæorũ.Cũq́ perpendiſſet,venit ad
domum Miriam matris Iohãnis,qui cognominatus eſt Mar
cus,vbi erant multi congregati,& orantes.Cum pulſaſſet aũt
Petrus oſtium veſtibuli,proceſſit ancillula vt ſubauſcultaret,
nomine Rhode.Et vt agnouit vocẽ Petri,p̃ gaudio non ape-
ruit veſti



ruit veſtibulum:ſed intro currens,renunciauit ſtare Petrum
ante veſtibulum.At illi dixerunt ad eam:Inſanis?Illa autẽ af-
firmabat,ſic ſe habere.At illi dicebãt:Angelus eius eſt.Petrus
autem perſeuerabat pulſans.Cum autem aperuiſſent,vide
runt eum,& obſtupuerũt.Cum innuiſſet autem eis manu vt
tacerent,narrauit illis quomodo dominus eduxiſſet ipſum de
carcere.Dixit autem:Nunciate Iacobo & fratribus hæc.Et
egreſſus abijt in alium locum.Porrò vbi diluxit,erat tur-
batio non parua inter milites,quidnam de Petro factum eſ-
ſet.Herodes autem cum requiſiſſet eum,nec inueniſſet,exami
natis cuſtodibus,iuſſit eos duci:deſcendensq́ à Iehudæa Cæ-
ſaream,ibi commoratus eſt.Erat autem Herodes infenſus Ty
D riis,& Sidoniis.At illi vno animo venerũt ad eum:& perſua-
ſo Blaſto,qui præerat cubiculo regis,petebant pacem,eò q́
aleretur regio ipſorum annona regia.Statuto autem die He
rodes veſtitus veſte regia,ſedit pro tribunali,& cõcionaba-
tur ad eos.Populus autem acclamabat:Vox dei,& non ho-
minis.Confeſtim autẽ percuſſit eũ angelus domini,eo quòd
non dediſſet gloriam deo:& eroſus à verminibus,expirauit.
Porrò ſermo domini creſcebat,ac multiplicabatur.Barna-
bas autẽ,& Paulus reuerſi ſunt ex Ieruſalaim in Antiochiam
expleto miniſterio,aſſumpto Iohãne,cui nomẽ erat Marcus.

¶De Sauli uocatione,eiusq́ in uerbo adminiſtratione in Cypro,& Antio
chia,Iehudæorum in eum molitio. C A P. X I I I.

A ERant autem quidam in eccleſia quæ erat Antiochiæ ꝓ
phetæ,ac doctores,Barnabasq́ & Simon,qui voca-
batur Niger,& Lucius Cyrenenſis,& Menachen,qui cũ He-
rode tetrarcha erat ſimul educat⁹,& Saulus:quum autem illi
ſacrificarent domino,ieiunarẽtq́,dixit ſpiritus ſanctus:Segre
gate mihi Barnabã,& Saulũ in opus ad quod accerſiui eos.
Cumq́ ieiunaſſent & oraſſent,impoſuiſſentq́ eis man⁹,dimi
ſerunt.Et ipſi quidem emiſſi à ſpiritu ſancto,abierũt Seleuciã
& inde nauigauerũt in Cyprum.Et quum eſſent Salaminæ,
annunciauerunt ſermonem dei in ſynagogis Iehudæorũ.Ha-
bebant autem & Ioannem miniſtrũ.Et peragrata inſula vſq́
ad Paphum,inuenerunt quendam magnum pſeudoprophe
tam Iehudæum,cui nomen erat Barieſus:qui erat cum pro-
conſule Sergio Paulo viro prudente.Hic accerſitis Barnaba
B & Saulo deſiderabat audire ſermonẽ dei.Reſiſtebat autẽ illis
Elymas magus(ſic enim interpretat̃ nomẽ eius)quærẽs auer-
tere proconſulem à fide.Saulus autem qui idem Paulus,reple
tus ſpiritu ſancto,intentis in eum oculis,dixit:O plene omni
dolo,& omni verſutia fili diaboli,inimice omnis iuſtitiæ,non
deſines peruertere vias domini rectas?Et nunc ecce man⁹ do
mini ſuper te:& eris cæcus non vidẽs ſolem vſque ad tempus.
Et confeſtim cecidit in eum caligo,ac tenebræ,& circumiens
quęrebat,qui ſe manu ducerent.Tũc proconſul cum vidiſſet
quod acciderat,credidit,admirãs ſup doctrina dñi.Deducti
autẽ à Papho,qui cũ Paulo erant,venerunt Pergen Pamphy
C liæ,Iohãnes autem digreſſus ab eis,reuerſus eſt Ieruſalaim.Cę
terum ipſi cum pertranſiſſent,à perga,venerunt Antiochiã
Piſidiæ:& ingreſſi ſynagogam die ſabbatorum,ſederũt.Poſt
lectionem autem legis,ac prophetarum,miſerunt principes
ſynagogæ ad eos,dicentes:Viri fratres,ſi quis eſt in vobis ſer
mo exhortationis ad plebem,dicite.Surgens autem Paulus,
& manu ſilẽtio indicto,ait:Viri Iſraelitæ,& qui timetis deũ,
audite:Deus populi huius delegit patres noſtros:& popu-
Exodi.1.a. lum in altum extulit,cũ eſſent incolę in terra AEgypti:& bra-
Exodi.13.d. Exodi.16.a. chio excelſo eduxit eos ex ea:& circiter quadraginta annorũ
Ioſue.14.a. tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.Ac deletis gẽtibus
Iudic.3.b. 1.Reg.8.a. ſeptem in terra Chenahan,ſorte diſtribuit eis terram eorũ.Et
9.c.10.a. poſt hæc annis circiter quadringentis quinquaginta dedit iu
dices vſq́ ad Semuelem prophetam.Et exinde poſtulauerũt
regem,deditq́ illis deus Saul filium Chis,virum de tribu Bin
iamin,annis quadraginta.Et amoto illo ſuſcitauit illis Dauid
D vt eſſet rex,cui teſtimonium reddens,dixit:Inueni Dauid filiũ
Iſai virum ſecundum cor meum,qui faciet omnes volũtates
meas.Hui⁹ è ſemine deus,ita vt promiſerat,adduxit Iſraeli ſer Pſalmo.88.
uatorem Ieſuah,cum ante prædicaſſet Iohãnes ante faciem 1.Reg.16.c. Iſaiæ.11.a.
introitus eius baptiſmum pœnitentię Iſraeli.Cum autem im- Mat.3.a. Marc.1.a.
pleret Iohãnes curſum,dixit:Quem me arbitramini eſſe,non Lucę.3.a.
is ſum ego:ſed ecce venit poſt me,cuius nõ ſum dignus cal- Iohan.1.c. Marc.1.a.
ceum pedum ſoluere.Viri fratres,filij generis Abrahæ,& qui
inter vos timent deum:vobis ſermo ſalutis huius miſſus eſt.
Qui enim habitant Ieruſalaim,& principes eorum,cũ igno-
rarent illum,& voces prophetarum quæ per omne ſabba-
tum leguntur,condemnato eo impleuerũt,nullaq́ cauſa mor
tis inuenta,petierunt à Pilato,vt interficerent illum.Cumq́
E conſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erant,depoſitũ de li Matth.27.c.
gno poſuerunt in monumento.Deus autem ſuſcitauit eum Mar.15.b. Luc.23.c.
à mortuis,qui viſus eſt per dies multos his,qui ſimul aſcende Iohan.19.c.
rant cũ eo à Galil,Ieruſalaim,qui ſunt teſtes eius apud plebẽ. Matth.27. Marci.18.
Et nos vobis euangelizamus,eam quæ ad patres facta eſt re- Lucæ.24.
promiſſionem,quod illam deus adimpleuit filijs illorum,ni Iohan.20. Pſal.2.
mirum nobis,reſuſcitato Ieſuah:ſicut & in pſalmo ſecundo Hebr.1.b.
ſcriptum eſt:Filius meus es tu,ego hodie genui te.Quod au- Iſaiæ.55.b. Pſal.15.
tem ſuſcitauit eum à mortuis,iam non amplius reuerſurum 3.Reg.2.b.
in corruptionem ita dixit:Dabo vobis ſancta Dauid fidelia.
Ideo & alias dicit:Non permittes vt ſanctus tuus videat cor
ruptionem.Nam Dauid quidem cum ſuæ ætati inſeruiſſet,cõ
F ſilio dei dormiuit:& appoſitus eſt ad patres ſuos,viditq́ cor-
ruptionem.At is quem deus ſuſcitauit,non vidit corruptio-
nem.Notum igitur ſit vobis viri fratres,quòd per hunc vo-
bis remiſſio peccatorum annunciatur & ab omnibus,à qui-
bus non potuiſtis per legem Moſeh iuſtificari:per hunc o-
mnis qui credit iuſtificatur.Videte ergo ne ſuperueniat vo-
bis,quod dictum eſt in prophetis:Videte contemptores,
& admiramini,& euaneſcite:quia opus operor ego in dieb⁹ Abac.1.b.
veſtris,quod non credetis,ſi quis enarrauerit vobis.Egreſſis
autem è cœtu Iehudæis,rogabant gentes:vt ſequenti ſabba-
to loquerentur ſibi verba.Soluto autẽ cœtu,ſecuti ſunt mul-
ti Iehudæi,& religioſi proſelyti Paulũ ac Barnabam:qui allo-
G quentes ſuadebant eis,vt perſeuerarent in gratia dei.Sequen-
ti vero ſabbato penè vniuerſa ciuitas conuenit ad audiendũ
ſermonem dei.Videntes autem turbas Iehudæi repleti ſunt
zelo,& contradicebant his quæ à Paulo dicebantur,contra-
dicẽtes,ac loquẽtes blaſphemias.Tũc ſumpta fiducia.Pau
lus,ac Barnabas dixerunt:vobis oportebat primum loq ſer-
monẽ dei,ſed q̃m repellitis illũ,& indignos vos iudicatis æter
na vita,ecce cõuertimur ad gẽtes:ſic enim nobis præcepit do
minus.Poſui te in lucem gentium,vt ſis ſalus vſq́ ad extremũ
terræ.Audiẽtes aũt gẽtes,gauiſæ ſunt,& glorificabãt ſermo-
nẽ dñi,& crediderũt quotquot erãt ordinati ad vitã æternã.
Diuulgabat̃ autẽ ſermo dñi per vniuerſam regionẽ.Iehudæi
vero extimulauerũt mulieres religioſas,et honeſtas,et primos
ciuitatis,& excitauerunt perſecutionẽ in Paulũ,ac Barnabã, Matt.10.b. Mar.4.b.
& eiecerũt eos de finib⁹ ſuis.At illi excuſſo puluere pedũ ſuo Lucæ.9.a.
rũ in eos,venerunt Iconiũ.Porrò diſcipuli replebantur gau-
dio & ſpiritu ſancto.

¶Apoſtolorũ in Iconio perſecutio,de Paulo & Barnaba,eorũq́
ſignis & perſecutione,aliiſq́ geſtis. C A P. X I I I I.

A FActũ eſt aũt Iconij vt ſimul introirẽt ſynagogã Iehudęo
rũ & loquerent̃ ſic,vt crederet Iehudæorũ ſimul,& Græ
corũ copioſa multitudo.Qui verò increduli erãt Iehudæi,cõ
citauerũt,et corruperũt animos gẽtiũ aduerſ⁹ fratres.Multo
igit̃ tpe demorati ſunt fortiter,agẽtes p̃ſidio dñi,qui teſtimo-
niũ phibebat ſermoni gratiæ ſuæ:dabatq́ vt ſigna & prodi-
gia fierẽt p manus eorũ.Diuiſa eſt aũt multitudo ciuitatis,&
nõnulli q̃dẽ erãt cũ Iehudęis,q̃dã verò cum apoſtolis.Quum
autem factus eſſet impetus gentium pariter,ac Iehudæorũ
vnà cum principib⁹ ſuis,vt vim adferrent,ac lapidarent eos,
re intellecta,confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lyſtran &
B Derben,& finitimam vndiq́ regionem,& ibi prędicabãt e-
uãgelium.Et quidam vir Lyſtris impotens pedibus ſedebat,

claudus ab vtero matris ſuæ,qui nūquam ambulauerat,hic
audiuit Paulum loquentem:Qui intuitus eū,& videns quòd
fidem haberet,fore vt ſaluus fieret,dixit magna voce:Tibi di
co in nomine domini Ieſuah Chriſti ſurge in pedes tuos re-
ctus.Et exilijt,ambulabatꝙ.Turbæ verò cū vidiſſent quod fe
cerat Paulus,ſuſtulerunt vocem ſuam.Lycanonice dicentes:
Dij in ſpecie hominum deſcenderunt ad nos.Et vocabāt Bar
nabam Iouem,Paulum verò Mercurium,quod is eſſet dux
ſermonis.Sacerdos autem Iouis,qui erat ante ciuitatem illo-
rum,tauros & coronas ad veſtibula afferēs ,cum turbis vole
C bat ſacrificare.Quod vbi audierūt apoſtoli Barnabas,et Pau
lus,conſciſſis veſtibus ſuis,inſilierunt in turbam,clamantes,ac
Pſalmo.143. dicentes:Viri,cur iſta facitis?Nos quoꝙ iiſdem quibus vos,
Apoc.14.b. Pſalmo.80. obnoxij malis,ſumus homines,annunciātes vobis,vt ab iſtis
conuertamini ad deum viuum,qui fecit cœlum,& terrā,&
mare,& omnia quæ in eis ſunt:qui in præteritis ætatibus ſine
bat omnes gentes ingredi viis ſuis.Quanquam nō expertem
teſtimonij ſeipſum eſſe ſinebat,dum beneficia conferret de cæ
lo vobis,dans pluuias ac tempora fructifera,implens cibo,&
lætitia corda noſtra.Et hæc dicentes,vix compeſcuerunt tur-
bas,ne ſibi immolarēt.Superuenerūt autem quidam ab An-
tiochia,& Iconio Iehudæi:qui cū perſuaſiſſent turbis,ac Pau
lū lapidaſſent,extraxerunt eum è ciuitate,exiſtimantes illum
D mortuum eſſe.Circundātibus autem eum diſcipulis,ſurrexit,
2.Cor.11.f. & intrauit ciuitatem.Ac poſtero die profectus eſt cum Bar-
naba Derben.Cumꝙ euāgelizaſſent ciuitati illi,ac docuiſſent
multos reuerſi ſunt Lyſtram,& Iconium,& Antiochiam,de-
nuo cōfirmantes animas diſcipulorum,exhortanteſꝙ vt per-
ſeuerarent in fide,& quòd per multas afflictiones oporteat
nos intrare in regnum dei.Et cum ſuffragiis delegiſſent illis ꝑ
ſingulas eccleſias presbyteros,oraſſentꝙ cum ieiunijs,cōmen
dauerunt eos domino,in quē crediderant.Et quum pertran
Supra.13.a. ſiſſent Piſidiam,venerunt in Pamphyliam:& quum locuti eſ
ſent ſermonem Pergæ,deſcenderunt in vrbem Attaliam:&
inde ſoluerūt Antiochiā,vnde erāt traditi gratiæ dei,in opus
E quod compleuerunt.Quum autem veniſſent,& congregaſ-
ſent eccleſiam,retulerunt quæcunꝙ feciſſet deus ſecum,& ꝙ
aperuiſſet gentibus oſtium fidei.Commorati ſunt autem illic
multum temporis cum diſcipulis.

¶De diſceptatione apoſtolorum ſuper circunciſione gentium,de
Barnabæ & Silæ geſtis. CAP. XV.

A ET quidam qui deſcenderant à Iehudæa,docebāt fratres,
Galat.5.a. niſi circuncidamini ſecundum morem Moſeh non po-
teſtis eſſe ſalui.Quum orta ergo ſeditio & diſceptatio eſſet nō
exigua Paulo,ac Barnabæ aduerſus illos,ſtatuerunt vt aſcen-
derent Paulus,& Barnabas,& quidam alij ex illis,ad apoſto-
los,ac presbyteros Ieruſalaim,ſuꝑ hac quęſtione.Illi ergo de-
ducti ab eccleſia pertranſibant Phœnicen,& Samariah,narrā
tes conuerſionem gentium,& afferebant gaudium magnum
omnibus fratribus.Cum autem veniſſent Ieruſalaim,ſuſcepti
ſunt ab eccleſia,& ab apoſtolis,ac p̄sbyteris,annunciauerūtꝙ
B quæcunque deus feciſſet cum ipſis.Surrexerūt autem quidā
de ſecta Phariſæorum,qui crediderant,dicentes quòd opor-
teret circuncidere eos,ac præcipere vt ſeruarēt legem Moſeh,
conuenerūtꝙ apoſtoli,ac preſbyteri,& diſpicerūt de hoc ne-
Supra.10. gotio.Cum autem magna diſceptatio fuiſſet:ſurgēs Petrus,
dixit ad eos:Viri fratres,vos ſcitis quòd ab antiquis diebus
deus inter nos elegit,vt per os meum audirent gentes verbū
euangelij,crederentꝙ.Et qui nouit corda deus,teſtimonium
præbuit illis,dans illis ſpiritum ſanctum ſicut & nobis,nihilꝙ
diſcreuit inter nos,& illos,quum fide purificauerit corda illo
rum.Nunc ergo quid tētatis deum,vt imponatur iugum ſu-
C per ceruices diſcipulorum,quod neꝙ patres noſtri,neꝙ nos
portare potuimus?Sed per gratiā domini Ieſuah Chriſti cre-
dimus nos ſaluos futuros,quemadmodum & illi.Tacuit au-
tem tota multitudo,& audiebant Barnabam ac Paulū nar-
rātes quæ deus edidiſſet ſigna,& prodigia inter gētes ꝑ ipſos.
Et poſtquam conticuiſſent reſpondit Iacobus,dicēs:Viri fra
tres audite me:Simon narrauit quemadmodum primū deus
viſitauerit,vt ſumeret ex gētibus populum in nomine ſuo:&
huic conſonant verba prophetarum,ſicut ſcriptum eſt:Poſt Amos.9.a.
hęc reuertar,ac rurſus ædificabo tabernaculum Dauid,quod
collapſum eſt,& diruta eius inſtaurabo,& erigam illud:vt re-
quirant qui reliqui ſunt homines,dominum,& omnes gētes
ſuper quas inuocatum eſt nomen meum:dicit dominus,qui
facit hęc omnia.Nota à ſeculo ſunt deo omnia hęc opera ſua.
D Propter quod ego cenſeo non obturbandum eſſe illis,qui ex
gentibus conuertuntur ad deum:ſed ſcribendum ad eos,vt
abſtineant ſe ab inquinamentis ſimulacrorum,& fornicatiōe,
& ſuffocato,& ſanguine.Moſeh enim ab ætatibus antiquis in
ſingulis ciuitatibus habet,qui ipſum prædicent in ſynagogis,
vbi per omne ſabbatum legitur.Tūc placuit apoſtolis & ſe-
nioribus cum tota eccleſia,vt delectos ex ſeſe viros mitterent
Antiochiam cū Paulo,& barnaba,Iehudā,cognomento Bar
ſaban,& Silam,viros primarios inter fratres,quū ſcripſiſſent
per manum eorum hęc:Apoſtoli,& presbyteri,& fratres,his
E qui ſunt Antiochiæ,& in Syria,& in Cilicia fratribus,ꝗ ſunt
ex gētibꝰ,ſalutē:Qm̄ audiuimꝰ,ꝙ qdā è nobis egreſſi,turba-
uerūt vos verbis labefactantes animas veſtras,dicentes,vt cir
cuncidamini,& ſeruetis legem,quibus non mandaueramus:
viſum eſt nobis vnanimiter cōgregatis,delectos viros mitte-
re ad vos,cum dilectis noſtris Barnaba,& Paulo,hominibus
qui expoſuerunt animas ſuas pro nomine dn̄i noſtri Ieſuah
Chriſti.Miſimus ergo Iehudam,& Silam,ꝗ & ipſi vobis ver-
bis referēt eadem:Viſum eſt enim ſpiritui ſancto ac nobis,ne
quid amplius imponeremus vobis oneris,quàm hæc neceſſa
ria:videlicet,vt abſtineatis ab his quæ ſunt immolata ſimula-
cris,& ſanguine & ſuffocato,& fornicatione.A quibus ſi con
F ſeruaueritis voſipſos,bene facietis.Valete.Illi ergo dimiſſi ve-
nerunt Antiochiam,& congregata multitudine reddiderunt
epiſtolam.Quam quum legiſſent,gauiſi ſunt ſuper conſolatio
ne.Iehudah autem,& Silas,quum eſſent & ipſi prophetæ,ſer
mone copioſo adhortati ſunt fratres,cōfirmaueruntꝙ.Com
morati autem illic aliquantum temporis,dimiſſi ſunt cum pa
ce à fratribus ad apoſtolos.Viſum eſt autem Silæ,permane-
re ibidē:Paulus verò & Barnabas demorabantur Antiochię,
docentes,& annunciantes cum alijs etiā compluribus ſermo-
nem domini.Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam
G Paulus:Reuertētes iam viſitemus fratres noſtros ꝑ omnes ci-
uitates,in quibus annunciauimus ſermonem domini quomo
do ſe habeant.Barnabas autem conſulebat,vt aſſumerent &
Iohannem,cognomento Marcum.Paulus autem volebat,vt
is qui defeciſſet ab ipſis ex Pamphylia,nec iſſet cū eis in opus,
adiugeretur.Facta eſt autem exacerbatio inter eos,vt alter ab
altero ſeiungeretur,& Barnabas quidā aſſumpto Marco na-
uigaret in Cyprum.Paulus verò electo Sila profectus eſt,tra
ditus gratiæ dei à fratribus.Perambulabat autem Syriam,ac
Ciliciam confirmans eccleſias.

¶Pauli & Timothei in macedonia prædicatio & ob Pythoniſſam a dæ-
monio liberatam,perſecutio. CAP. XVI.

A PEruenit autem & Derben,& Lyſtram:& ecce diſcipulus
quidam erat ibi,nomine Timotheus,filius mulieris cu-
iuſdam Iehudææ fidelis,cæterū patre Græco.Huic teſtimo-
niū bonum reddebant qui Lyſtris erāt,& Iconij fratres.Hūc
voluit Paulus ſecum proficiſci,& aſſumptum circuncidit eū
propter Iehudæos,qui erant in illis locis.Sciebant em̄ omnes
ꝙ pater eius erat Græcus.Quum autem pertranſirent ciuita-
tes,tradebant eis ſeruanda,decreta q̄ erāt ordinata ab apoſto
lis,& presbyteris,qui erant Ieruſalaim.Itaque eccleſiæ confir-
mabantur fide,& abundabant numero quotidie.Cum pera-
graſſent autem Phrygiam,& Galaticam regionem,vetitiꝙ eſ
ſent à ſpiritu ſancto loqui ſermonem in Aſia,profecti in My-
ſiam,tentabant ire in Bithyniam,& non permiſit eos ſpiritꝰ.
B Cum autem pertranſiſſent Myſiam,deſcenderunt Troadem:
& viſio



& viſo per noctem Paulo viſa eſt.Vir Macedo quidam erat
ſtans,& deprecans eum,ac dicens:Profectus in macedoniam
ſuccurre nobis.Vt autem viſum vidit,ſtatim quæſiuimus
proficiſci in Macedoniā:certi facti quod vocaſſet nos domi-
nus ad euangelizandū eis.Cum ſoluiſſemus igitur à Troade,
recto curſu venimus Samothracē,& poſtero die Neapolim,
& inde Philippos,quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas,
colonia.Eramus autem in eadem vrbe diebus aliquot com-
C morantes:& die ſabbatorum egreſſi ſumus è ciuitate iuxta flu
men,vbi ſolebat eſſe oratio,& ſedentes loquebamur mulie-
ribus quæ cōuenerāt.Et quædā mulier nomine,Lydia purpu
rarum venditrix,ciuitatis Thyatirorum,colēs deum,audiuit
cuius dominus aperuit cor,vt intenderet his quæ dicebātur
à Paulo.Cum autem baptizata eſſet,& domus eius,depreca-
ta eſt,dicens:Si iudicaſtis me fidelem domino eſſe,introite in
domum meam,& manete,& coegit nos.Factum eſt autē eun
tibus nobis ad orationem,vt puella quædam habens ſpiritū
Pythonis,occurreret nobis,quæ quæſtum magnum præſta-
bat dominus ſuis diuinando.Hæc ſubſecuta Paulum,ac nos,
clamabat dicens:Iſti homines ſerui dei altiſſimi ſunt,qui annū
ciāt nobis viā ſalutis.Hoc aūt faciebat multos dies.Sed ægre
D ferens Paulus,& conuerſus ſpiritui dixit:Præcipio tibi per no
men Ieſuah Chriſti,vt exeas ab ea.Et exiit eadem hora.Vidē-
tes autem domini eius,quòd abiiſſet ſpes quæſtus ſui,appre-
henſum Paulum,ac Silam traxerunt in forum ad principes,
& offerentes eos magiſtratibus,dixerunt:Hi homines contur
bant ciuitatem noſtrā,cum ſint Iehudæi,& annunciāt mores,
quos non licet nobis ſuſcipere,neque ſeruare,cum ſimus Ro-
mani.Et concurrit turba aduerſus eos,ac magiſtratus,ſciſſis
2.Cor.11.f. veſtibus ſuis iuſſerunt eos virgis cædi.Cumꝙ multas plagas
eis impoſuiſſent,coniecerunt eos in carcerem,præcipiētes cu
E ſtodi carceris,vt diligēter cuſtodiret eos.Qui cum tale pręce
ptum accepiſſet,cōiecit eos in interiorem carcerem:& pedes
eorum ſtrinxit ligno.Media autem nocte Paulus,& Silas orā
tes laudabant deum.Audiebant autem eos qui vincti erant.
Subitò verò terræmotus factus eſt magnus,ita vt concuterē
tur fundamenta carceris.Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia,&
omnium vincula ſoluta ſunt.Experrectus autem cuſtos carce
E ris,cum videret ianuas apertas carceris,euaginato gladio erat
ſeipſum interfecturꝰ,exiſtimās aufugiſſe vinctos.Clamauit au
tē Paulus voce magna,dicens:Ne ꝗd feceris tibiipſi mali,vni
uerſi enim hic ſumus.Poſtulatoꝙ lumine irrupit,ac tremefa-
ctus procidit Paulo & Silæ ad pedes,& productis illis foras,
ait:Domini quid me oportet facere vt ſaluus fiam?At illi di-
G xerunt:Crede in dominum Ieſuah,& ſaluus eris tu & domus
tua.Et locuti ſunt ei ſermonem domini,& omnibus qui erāt
in domo eiꝰ.Et aſſumptis illis in illa hora noctis,abluit pla-
gas,& baptizatꝰ eſt ipſe,& oēs domeſtici illius cōtinuo.Cūꝙ
perduxiſſet eos in domum ſuam,appoſuit eis menſam,& ex-
ultauit,quòd cum vniuerſa domo ſua crediſſet deo.Et cū
G dies ortus eſſet,miſerunt magiſtratus lictores,dicentes:Dimit
te homines illos.Nunciauit autem cuſtos carceris ſermones
hos Paulo:miſerunt magiſtratꝰ vt dimittamini.Nūc igit̄ exeū
tes,ite in pace.Paulus aūt dixit eis:Cæſos nos publicè,indicta
cauſa,cū ſimus Romani,coniecerunt in carcerem,& nūc oc-
cultè nos eiiciunt?Non profecto,ſed veniant ipſi,ac nos edu-
cant.Nunciauerunt autem magiſtratibus lictores verba hęc.
Timueruntꝙ audito quòd Romani eſſent,& veniētes dep̄ca-
ti ſunt eos,& eductos rogabāt vt egrederētur è ciuitate.Egreſ
ſi autem è carcere,introierunt ad Lydiā:& viſis fratribus,con
ſolati ſunt eos:& profecti ſunt.

¶De Pauli prædicatione in Theſſalonica,& Berrhoea,interim quo modo
perſecutus,Athenis quoque Chriſtum prædicat.
CAP. XVII.

A CVm autem iter feciſſent per Amphipolim,& Apollo-
niam,venerunt Theſſalonicam,vbi erat ſynagoga Iehu
dæorum.Secundum conſuetudinem autem Paulus introiuit
ad eos,& per ſabbata tria diſſerebat eis è ſcripturis adaperiēs,
& allegās quod Chriſtū oportuiſſet pati,& reſurgere à mor-
tuis,& quòd hic eſſet Chriſtus Ieſuah,quē ego(inquit)annun
cio vobis.Et quidam ex eis crediderunt,& adiuncti ſunt Pau
B lo,& Silæ,& religioſorum Græcorū multitudo magna,mu-
lieresꝙ primariæ non paucæ.Zelo autem commoti Iehudæi
increduli,& aſſumptis quibuſdam forenſibus viris malis,ac
turba coacta concitauerūt,& vrgentes domum Iaſonis,quæ
rebāt eos producere ad populū.Et cum non inueniſſent eos,
trahebāt Iaſonē,& quoſdā fratres ad principes ciuitatis cla-
mātes:hi ꝗ terrarū orbē cōturbarūt,huc quoꝙ venerūt,quos
clanculum excepit Iaſon,& hi omnes contra decreta Cæſaris
faciunt,regem alium dicentes eſſe Ieſuah.Concitauerunt autē
C turbam,magiſtratus ciuitatis audientes hæc.Et accepta ſatiſ-
factione ab Iaſone,& à cæteris,dimiſerunt eos.Fratres verò
confeſtim per noctē emiſerunt Paulum ſimul,& Silam in Ber
rhœam.Qui cum adueniſſent,abierunt in ſynagogā Iehudæo
rum.Hi autem erant ſummo genere nati inter eos qui erant
Theſſalonicæ,qui receperant ſermonē cū omni animi prom-
ptitudine,quotidie ſcrutantes ſcripturas,an hęc ita ſe haberēt.
Et multi quidem crediderunt ex eis,& Græcæ mulieres hone
ſtæ,& viri non pauci.Cum autem cognouiſſent Theſſaloni-
cenſes Iehudæi,quòd & Berrhœæ annunciatus eſſet à Paulo
ſermo dei,venerunt,& illic quoque cōmouebant turbas.Sta
timꝙ tunc Paulum emiſerunt fratres,vt iret velut ad mare.Si
D las autem & Timotheus remanſerūt ibi.Porrò qui proſeque
bantur Paulum deduxerunt eum Atheneas vſꝙ:& accepto
mandato ad Silam,ac Timotheū,vt quā celerrime venirent
ad ſe,profecti ſunt.Paulus autem cū Athenis eos expectaret,
incandeſcebat ſpiritus eius in ipſo,cum videret ſimulacrorū
cultui deditam ciuitatem.Diſputabat igitur in ſynagoga cū
Iehudæis & religioſis,& in foro quotidie cum iis qui ipſum
forte audiſſent.Quidam autē Epicurei,& Stoici philoſophi
conflictabant cum eo,& quidam dicebant:Quid vult verbi-
ſator hic dicere?Alij verò,nouorum,inquiebant,dæmonio-
rum videtur annunciator eſſe,quòd Ieſuah,& reſurrectionē
E annunciaret eis.Et apprehenſum eum ad Martium vicum
duxerunt,dicentes:Poſſumus ne ſcire,quæ ſit iſta noua,quæ à
te refertur,doctrina?Noua enim quædam ingeris auribꝰ no-
ſtris.Volumus ergo ſcire,quidnā velint hæc eſſe.Athenienſes
autem omnes,& qui illic verſabantur hoſpites,ad nihil aliud
vacabant,niſi ad dicendum,aut audiendū aliquid noui.Stās
autem Paulus in medio Martij vici,ait:Viri Athenienſes,per
omnia fere ſupſtitioſiores vos video.Præteriens enim,& con
templans culturas veſtras inueni & aram in qua inſcriptum
F erat:Ignoto deo.Quem ergo ignorantes colitis,hunc ego an
nuncio vobis.Deus qui fecit mundum,& oīa quæ in eo ſunt
hic cœli,& terræ cum ſit dominus,non in manu factis tēplis
habitat,nec manibus humanis colitur indigēs aliquo,cū ipſe
det omnibus vitam,& halitum per omnia:fecitꝙ ex vno ſan-
guine omne genus hominum,vt inhabitaret ſupꝰ vniuerſam
faciē terræ:præfiniitꝙ præſtituta tempora,præfixitꝙ termi-
nos habitationis eorum,vt quærerent deum,ſi fortè palpent
eum,& inueniant,quamuis non longè abſit ab vnoquoque
G noſtrorū.Per ipſum enim viuimꝰ,& mouemur,& ſumus,[a]
ſicut & quidam veſtratium poetarum dixerunt:Nam huius
progenies etiam ſumus.Genus ergo cum ſimus dei,non de-
bemus exiſtimare auro,& argento,aut lapidi arte ſculpto,
& inuento hominis numen eſſe ſimile.Et tempora quidē hu-
ius ignorātiæ quum hactenus diſſimulauerit deus,nunc annū
ciat hominibus,vt omnes vbiꝙ pœnitētiam agant,eo quòd
ſtatuit diē,in quo iudicaturꝰ eſt orbē terrarū cū iuſtitia,ꝑ eū vi
rū ꝑ quē decreuerat fide p̄ſtita oībꝰ,cum excitarit illū ex mor-
tuis.Cū audiſſent aūt reſurrectionē mortuorū,alij ꝗdē irride
bāt,alij verò dixerūt:Audiemꝰ de te hoc iterū.Sic Paulꝰ exiuit
è medio eorū.Quidā verò viri adhęrētes ei crediderūt,in qbꝰ
& Dionyſiꝰ Areopagita,& mulier noīe Damaris aliiꝙ cū eis.
H

a Et ſicut. Sequēs enim hemiſtichiū.(Nam huius progenies etiam ſumus) citat ex Arato de Ione loquēte:qui & Iouis dixit eſſe omnia plena.Iouē uero illi eum uocant,quē Iudæi Iehouah .i.uerū deum.

¶Paulus uenit Corinthum,prædicansq; ſuo ſe alit labore,perſecutores euadit dñi auxilio,per Syriam,Epheſum,Cæſaream & Antiochiam peruenit Ieruſalaim,de Apollo.

CAP. XVIII.

A POſt hæc paulus digreſſus Athenis,venit Corinthũ,&
nactus quendam Iehudæum,nomine Aquilam,Ponti-
cum genere,qui nuper venerat ab Italia,& Priſcillam vxorem
eius,eò quòd præcepiſſet Claudius omnes Iehudæos Roma
decedere,aſſeſsit ad eos:& quia eiuſdẽ erat artificij,manebat
apud eos,& operabatur.Erat autem ars illorum,texere taber
nacula.Diſputabat autẽ in ſynagoga ꝑ omne ſabbatum,ſua-
B debatq; Iehudæis pariter,& Græcis.Cũ veniſſent autem è Ma
cedonia Silas,& Timotheꝰ,coartabatur ſpiritu Paulus,teſti-
ficans Iehudæis Chriſtum eſſe Ieſuah.Contradicentibus autẽ
eis,ac blaſphema loquẽtibus,excuſsis veſtimẽtis,dixit ad eos:
Sanguis veſter ſuper caput veſtrum.Mũdus ego poſt hac ad
gentes vadã.Et migrãs inde,intrauit in domũ cuiuſdã,noĩe
C Iuſti,colentis deũ,cuius domus erat contigua ſynagogæ.Cri-
ſpus aũt archiſynagogus credidit domino cũ tota domo ſua,
multiq; Corinthiorum audientes credebant,ac baptizaban-
tur.Dixit autẽ dominus nocte per viſionẽ Paulo:Noli time-
re:ſed loquere,& ne taceas,propterea ꝙ ego ſim tecum,& ne
mo adorietur te,vt affligat te,quoniã populus eſt mihi mul-
tus in hac ciuitate.Sedit autem ibi annum,& ſex mẽſes,docẽs
D eos ſermonem dei.Cæterum quum Gallio ageret proconſu-
lem Achaiæ,inſurrexerunt vno animo Iehudæi in Paulum,&
adduxerũt eum ad tribunal,dicẽtes:Contra legem hic ſuadet
hominibus colere deum.Cum autem Paulus iã pararet ape-
rire os,dixit Gallio ad Iehudæos:Si qua iniuria eſſet,aut faci-
nus malum,ô Iehudæi,merito vos ſuſtinerem:ſi verò quæſtio
eſt de ſermone ac nominibus,& lege veſtra te,voſipſi videri-
tis.Iudex enim ego horum nolo eſſe.Et abegit eos à tribuna-
li.Apprehenſum autem omnes Græci Soſthenem principem
ſynagogæ,percutiebant ante tribunal,neq; quicquam eorum
E Gallioni curæ erat.Paulus verò deinde cõmoratus dies mul-
tos,vale dicto fratribus,abnauigauit in Syriam,comitanti-
bus eũ Priſcillia, & Aquila,poſtea quã raſerat caput in Cen-
chreis,habebat enim votum.Deuenitq; Epheſum,& illos ibi
reliquit.Ipſe verò ingreſſus ſynagogam,diſputabat cũ Iehu-
dæis.Rogantibus autem eis vt tempore ampliori maneret
apud ſe,non annuit,ſed valedixit illis,dicens:Oportet omni-
no me feſtum quod inſtat,agere Ieruſalaim:ſed iterum reuer-
F tar ad vos,deo volente.Et ſoluit Epheſo.Cumq; perueniſſet
Cæſaream,aſcendiſſetq; & ſalutaſſet eccleſiam,deſcendit An-
tiochiam.Et commoratus illic aliquãtũ temporis,profectus
eſt,perambulans ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiã,
confirmans oẽs diſcipulos.Iehudæus autem quidam Apol-
los nomine Alexãdrinꝰ genere,vir eloquẽs,deuenit Epheſum
potens in ſcripturis.Hic erat inſtitutus in via domini,& fer
uens ſpirtu loquebantur,& docebat diligẽter ea quæ ſunt do
mini,ſciens tantum baptiſma Iohannis.Et hic cœpit libere lo
qui in ſynagoga.Quem cum audiſſent Priſcilla,& Aquila,aſ-
ſumpſerunt eum,atq; exactius expoſuerunt ei viam dei.Cum
aũt vellet ire Achaiam,exhortati fratres ſcripſerunt diſcipulis,
vt ſuſciperent eum.Qui cum veniſſent,contulit multum his
qui crediderunt per gratiam.Vehemẽter enim Iehudæos re-
uincebat publicè,oſtẽdẽs ꝑ ſcripturas,ꝙ Ieſuah eſſet Chriſtꝰ.

¶ Paulus rediens Epheſum prædicat baptiſmum & euangelium,& quomodo cœlitus admonitus,ut rediret Ieruſalaim,de tumultu ab Epheſiis excitato & ſedato.

CAP. XIX.

A FActum eſt autem cum Apollos eſſet Corinthi,vt Pau-
lus peragrãtis ſuperioribus partibus,veniret Epheſum,
& repertis quibuſdã diſcipulis,dixit ad eos:Num ſpiritũ ſan-
ctum accepiſtis poſteaquã credidiſtis?At illi dixerunt ad eũ:
imo neq;,ſit ne ſpiritus ſanctus,audiuimꝰ.Et ait ad illos:Quo
ergo baptizati eſtis?At illi dixerunt:Iohannis baptiſmate.Di
xit autẽ Paulus:Iohannes quidem baptizauit baptiſmo pœni
tentiæ,populo loquens de eo,qui venturus eſſet poſt ipſum
B vt crederent:hoc eſt,de Chriſto Ieſuah.His auditis baptizati,
ſunt in nomine domini Ieſuah.Et cum impoſuiſſet illis manꝰ
Paulus, venit ſpiritus ſanctus ſuper eos:& loquebant̃ linguis,
& prophetabant.Erãt autem omnes viri ferè duocedim.In-
trogreſſus autem ſynagogam liberè loquebatur ad tres men-
ſes diſputans,& ſuadens de regno dei.Cum aũt quidã indura
rentur,nec crederent, male loquentes de via domini coram
multitudine,digreſſus ab illis,ſegregauit diſcipulos quotidie
diſputans in ſchola Tyranni cuiuſdã.Hoc autẽ factum eſt per
biennium,ita vt oẽs qui habitabãt in Aſia,audirent ſermonẽ
domini Ieſuah,Iehudæi ſimul & Græci.Virtuteſq; non vul-
C gares ædebat deus per manus Pauli:ita vt etiam ſuper infir-
mos defferrẽtur à corpore eius ſudaria,& ſemicincta,& rece-
derent ab eis morbi,& ſpiritus mali egrederentur.Tẽtauerũt
autem quidam è circumeũtibus Iehudæis exorciſtis,inuoca-
re ſup eos qui habebãt ſpiritus malos,nomen domini Ieſuah,
dicentes:Adiuramus vos per Ieſuah,quẽ Paulus prædicat.
Erant aũt ꝗdã filij Sceuæ Iehudęi principis ſacerdotũ ſeptẽ,ꝗ
hoc faciebant.Reſpondens aũt ſpiritus malus dixit:Ieſuah no
ui,& Paulum ſcio,vos autẽ qui eſtis?Et inſiliens in eos homo
in quo erat dæmonium malum,& dominatus eis,inualuit
contra eos,ita vt nudi,& vulnerati effugerent de domo illa.
D Hoc autem innotuit omnibus Iehudæis ſimul,& Græcis qui
habitabãt Epheſi,& incidit timor ſup omnes illos,& magni-
ficabatur nomen domini Ieſuah.Multiq; credentiũ veniebãt
confitentes,& annunciantes facta ſua.Multi aũt ex eis,qui cu-
rioſas artes exercuerant,comportatos libros exuſſerunt corã
omnibus:& ſupputatis preciis illorum,repererunt,pecuniæ
quinquaginta milia nummũ.Ita fortiter creſcebat ſermo dei,
& cõfirmabatur.His autẽ expletis,propoſuit Paulus in ſpiri-
tu,trãſita Macedonia,& Achaia,ire Ieruſalaim,dicẽs:poſtquã
fuero ibi,oportet me & Romã videre.Miſſis autem in Mace
doniam duobus ex his,qui miniſtrabant ſibi videlicet Timo-
E theo,& Eraſto,ipſe remãſit ad tempus in Aſia.Ortus eſt au-
tem illo tempore tumultus non exiguus de illa via.Nam qui
dam nomine Demetrius,faber argentarius,qui faciebat delu-
bra argentea Dianæ,præſtabat artificibus nõ exiguũ quæſtũ,
quibus conuocatis,& iis qui ſimilium rerum erant opifices,
dixit:Viri,ſcitis quod ex hoc opificio quæſtus nobis eſt & vi
detis,& auditis,ꝙ nõ ſolũ Epheſi,ſed in tota penè Aſia Paulꝰ
hic perſuaſit,& auertit multã turbam,dicens ꝙ nõ ſint dij,qui
manibus fiunt.Non ſolum aũt hęc pars nobis in periculum
venit,ne reprobetur:verumetiam ne magnæ deæ Dianæ tem
plum pro nihilo habeatur:futurumq; ſit vt etiam deſtrua-
tur maieſtas eius,quã tota Aſia,& orbis colit.His auditis,re-
F pleti ſunt ira,& exclamauerunt,dicentes:Magna Diana Ephe
ſiorum.Et impleta eſt ciuitas tota confuſione,& impetum fe-
cerũt vno animo in theatrum,correpto Gaio,& Ariſtarcho
Macedonibus,comitibus Pauli.Paulo aũt volente intrare ad
populum,nõ permiſerunt diſcipuli.Quidam aũt,& ex Aſiæ
primoribus,qui erant amici eius,miſerunt ad eũ,rogantes,ne
ſe daret in theatrũ.Alij quidẽ igitur aliud clamabãt.Erat em̃
concio confuſa,& pleriq; neſciebãt qua ex cauſa cõueniſſent.
De turba aũt protraxerunt Alexandrũ,propellentibus eũ Ie-
hudæis:Alexãder autem manu ſilentio poſtulato,volebat ra
G tionem reddere populo.Quem vt cognouerunt Iehudæum
eſſe,vox orta eſt vna oĩm,fermè ad horas duas clamãtiũ.Ma
gna Diana Epheſiorũ.Cũ aũt ſedaſſet ſcriba turbã,dixit:Viri
Epheſij,ꝗs em̃ eſt hoĩm,ꝗ neſciat Epheſiorũ ciuitatẽ cultricẽ
eſſe magnæ deæ Dianæ,& à Ioue delapſi ſimulacri?Cũ igitur
his nemo cõtradicat,oportet vos ſedatos eſſe,& nihil præci-
pitãter agere.Adduxiſtis em̃ viros iſtos,neq; ſacrilegos, neq;
cõtumelioſos in deã veſtrã.Quod ſi Demetriꝰ,et ꝗ cũ eo ſunt
artifices,hñt aduerſus aliquẽ cauſam,conuentus forenſes agũ
tur,& proconſules ſunt,accuſent inuicem.Si quid aũt de re-
bus aliis quæritis,in legitima concione dirimetur.Nam peri-
culum



culum eſt,ne ſeditionis hodiernæ fiamus rei:cum nulla ſubſit
cauſa,vnde poterimus reddere rationem concurſus iſtius.Et
cum hæc dixiſſet,dimiſit concionem.

¶Repuſis Iehudæorum inſidiis,per quæ loca Paulus prædicando peruenerit Ieruſalaim.

CAP. XX.

A POſtquam autem ceſſauit tumultus,vocatis ad ſe Paulus
diſcipulis,cõplexuſq; illos profectus eſt,vt iret in Mace-
doniã.Cũ aũt perãbulaſſet partes illas,& exhortatus eos fuiſ-
ſet multo ſermone,venit in Græciã:& ibi peractis mẽſibꝰ tri-
bus,cũ eſſent illi ſtructæ inſidiæ à Iehudæis ſoluturo in Syriã,
& habebat in animo vt reuerteretur ꝑ Macedoniã.Comita-
tus eſt aũt eũ vſq; ad Aſiam Sopater Berrhœenſis.Theſſalo-
nicenſiũ verò Ariſtarchus,& Secundus,& Gaiꝰ Derbæus ac
Timotheus,Aſiani verò Tychicus,& Trophimus.Hi cũ præ
B ceſsiſſent,expectarunt nos Troade:nos verò abnauigauimus
poſt dies infermẽtatorũ à Philippis,& venimus ad eos Troa
dẽ intra dies quinq;,vbi demorati ſumus diebus ſeptẽ.Vno
aũt die ſabbatorũ,cũ cõueniſſent diſcipuli ad frangẽdũ panẽ,
Paulus diſſerebat eis,profecturꝰ poſtridie,protraxitq; ſermo
nem vſq; in mediã noctẽ.Erãt aũt lucernæ multæ in cœnacu-
lo,vbi eramus cõgregati.Sedẽs aũt quidẽ adoleſcẽs nomine
Eutychus in feneſtra,cũ degrauaretur ſomno profundo,diſſe
rente diu Paulo,magis depreſſus ſomno,decidit ex tertio cœ
naculo deorſum,& ſublatus eſt mortuus.Cũ deſcendiſſet aũt
Paulus,incubuit ſup eũ,& cõplexus dixit:Nolite turbari,ani-
C ma em̃ eius in ipſo eſt.Cũ aſcendiſſet aũt,fregiſſetq; panem,ac
deguſtaſſet,diu collocutus vſq; ad diluculũ,ita demũ ꝓfectus
eſt.Adduxerũt aũt puerũ viuẽtẽ,& refocillati ſunt nõ medio
criter.Nos aũt cõſcenſa naui ſoluimus Aſſon,inde excepturi
Paulũ.Sic em̃ ordinauerat ipſe ꝑ terrã iter facturus.Cũ autẽ
conueniſſemus Aſſon,recepto eo venimꝰ in Mitylenẽ.Et in-
de nauigãtes,ſequẽti die venimus cõtra Chiũ.Poſtridie vero
appulimus Samũ,& cõmorati Trogyllij,proximo die veni-
mus in Miletũ:ꝓpoſuerat em̃ Paulus præternauigare Ephe-
ſum,ne tempus tereret in Aſia.Feſtinabat em̃,ſi poſſibile ſibi
D eſſet,vt diẽ pentecoſtes ageret Ieruſalaim.A Mileto aũt miſſis
Epheſum nũciis,accerſiuit presbyteros eccleſiæ:qui cũ perue
niſſent ad ipſum,dixit eis:Vos ſcitis à primo die quo ingreſ-
ſus ſum Aſiã,qũo vobiſcũ ꝑ omne tẽpus fuerim,ſeruiẽs dño
cũ omni animi humilitate,cumq; multis lachrymis,& tenta-
tionibus,quæ mihi acciderũt ex inſidiis Iehudęorum:vt nihil
ſuffugerim eorũ quæ eſſent in rem veſtrã,quin annunciarem
vobis,& docerem vos publice,ac per ſingulas domos teſti-
E ficans Iehudæis ſimul & Græcis eã quæ erga deum eſt pœni-
tentiã,ac fidẽ,que eſt erga dominũ noſtrũ Ieſuah.Et nunc ecce
ego alligatus ſpiritu,proficiſcor Ieruſalaim,quæ in ea õbuen
tura ſint mihi ignorãs,niſi ꝙ ſpiritus ſanctus per ſingulas ciui
tates teſtificatur,dicẽs:quod vincula,& afflictiões me manẽt.
Verũ nihil me mouet:neq; vita mea chara eſt mihiipſi,vt cõ-
ſummem curſum meum cum gaudio,& miniſterium,quod
accepi à domino Ieſuah ad teſtificandũ Euangeliũ gratię dei.
Et nũc ecce ego ſcio,ꝙ poſthac nõ videbitis faciem meã vos
F omnes,per quos trãſiui prædicãs regnũ dei.Quapropter cõ
teſtor vos hodierno die,quod mũdus ego ſum à ſanguine
omnium.Non em̃ ſubterfugi,quo minꝰ annunciarim omne
cõſiliũ dei vobis.Attẽdite igitur vobis,& cũcto gregi,in quo
vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad regendũ eccleſiã dei
quã acquiſiuit ſanguine ſuo.Ego enim noui hoc,ꝙ ingreſſu-
ri ſint poſt diſceſſum meum lupi graues in vos,nõ parcentes
gregi.Et ex vobiſipſis exorientur viri,loquẽtes ꝑuerſa vt ab-
ducãt diſcipulos poſt ſe:propter quod vigilate,memores,ꝙ
per triẽniũ nocte,& die nõ ceſſauerim cum lachrymis mone-
re vnumquẽq;.Et nunc cõmẽdo vos fratres deo,& ſermoni
gratiæ ipſius,qui potens eſt ſupſtruere,& dare vobis hæredi
tatẽ inter ſanctificatos oẽs.Argentũ & aurũ,aut veſtẽ nullius
cõcupiui:imo ipſi ſcitis,ꝙ neceſſitatibus meis,& his qui mecũ
G ſunt,ſuppeditauerunt manus hæ.Omnia oſtendi vobis,ꝙ ſic
laborãtes oportet ſuſcipere infirmos,ac meminiſſe verborũ 1.Cor.4.c.
dñi Ieſuah,quoniã ipſe dixit:Beatũ eſt darę potius quã acci- 1.Theſ.2.b. 2.Theſ.5.b.
pere.Et cũ hæc dixiſſet,poſitis genibꝰ ſuis orauit cum omni-
bus illis.Magnus aũt fletus coortus eſt omnium,& ruẽtes in
collum Pauli,oſculabantur eũ dolentes:maxime ob ſermonẽ
quem dixerat,ꝙ amplius faciẽ eius non eſſent viſuri.Et dedu-
cebant eum ad nauem.

¶Iter Pauli per Tyrum & Cæſaream in Ieruſalaim,ubi beneuole a ſuis acceptus,a Iehudæis uero perſecutus,euaſit tamen.

CAP. XXI.

A CVm autem factum eſſet,vt ſoluiſſemus auulſi ab eis,re-
cto curſu venimus Coum:& ſequẽti die,Rhodũ:& in-
de,Pataram.Et nacti nauem,quæ traiiceret in Phœnicẽ,ea cõ
ſcenſa ſoluimus:Cum aũt cœpiſſet nobis apparere Cyprus,
relicta ea,ad ſiniſtrã nauigauimus in Syriam,ac venimus Ty-
rum.Nam huc nauis exponebat onus.Repertiſq; diſcipulis,
manſimus ibidem diebus ſeptẽ,qui Paulo dicebant per ſpiri
ritum,ne aſcenderet Ieruſalaim.Et expletis diebus profecti iba
mus,deducentibus nos omnibus vnà cũ vxoribus,& filiis,
B donec exiſſemus ciuitatẽ,& poſitis genibus in littore,oraui-
mus.Et conſalutatis nobis inuicem,conſcendimus nauim,illi
autem redierũt ad ſua.Nos vero nauigatione explicita à Ty-
ro,deſcendimus Ptolemaidam:& ſalutatis fratribus,mãſimꝰ
diem vnum cum illis.Proſtridie vero nos qui eramus cũ Pau
lo,venimus Cæſaream.Et ingreſſi domum Philippi euangeli Supra.6.b.
ſtæ, qui erat vnus è ſeptem,manſimus apud eum.Huic autẽ
erant quatuor filiæ virgines prophetantes.Et cum permane
remus dies complures,aduenit ꝗdã à Iehudæa propheta,no-
mine Agabus.Is cum veniſſet ad nos tulit cingulum Pauli,&
C alligans ſibi pedes,ac manus,dixit:Hæc dicit ſpiritus ſanctus:
Virum cuius eſt cingulum hoc,ſic alligabunt in Ieruſalaim Ie
hudæi,tradentq; in manus Gentiũ.Cum autem audiſſemus
hæc rogabamus & nos,& cæteri qui loci illius erant,ne aſcẽ-
deret Ieruſalaim.Tunc reſpõdit Paulus,ac dixit:Quid facitis
flentes,& affligẽtes cor meũ?Ego vero non ſolum vinciri,ſed
& mori paratus ſum Ieruſalaim pro nomine domini Ieſuah.
Cum vero illi non perſuaderetur,acquieuimus,dicentes:Do-
mini voluntas fiat.Poſt dies autem iſtos ſublatis ſarcinis,con
ſcendebamus Ieruſalaim.Venerunt autem vna quidam ex di
ſcipulis à Cæſarea nobiſcum,adducentes ſecum,apud quem
hoſpitaremur,Mnaſonem quendam Cyprium,antiquũ diſci
pulum.Et cum veniſſemus Ieruſalaim,libenter exceperũt nos
D fratres.Poſtero autem die introibat Paulus nobiſcum ad Ia-
cobum,omneſq; conuenerunt presbyteri.Quos conſalutaſ-
ſet,narrabat per ſingula quæ deus feciſſet inter Gentes ꝑ mini
ſterium ipſius.At illi cum audiſſent,glorificabant dominum,
dixeruntq; ei:Vides frater quot milia ſunt Iehudæorum qui
crediderunt, & omnes ſtudioſi ſectatores ſunt legis. Au-
dierunt autem de te,ꝙ defectionem doceas à Moſeh omnes,
qui inter gentes ſunt Iehudæos,dicens non debere eos circũ-
cidere filios,neq; ſecũdum conſuetudines ambulare.Quid eſt
ergo?omnino oportet conuenire multitudinem.Audiẽt em̃
te veniſſe.Hoc ergo fac quod tibi dicimꝰ:Sũt nobis viri qua-
tuor votum habentes ſuper ſe.His aſſumptis,purifica te cum
illis,& impende ſuper illis,vt radant capita:& ſcient omnes
E quod quæ de te audierunt nihil ſunt,ſed ambulas & ipſe cu-
ſtodiens legem.De his autem qui crediderunt ex Gentibꝰ nos
miſimus:decernentes,ne quid huiuſmodi obſeruent,niſi vt ca
ueãt & ab his quæ ſunt immolata ſimulacris,& à ſanguine,&
ſuffocato,& fornicatione.Tunc Paulus aſſumptis viris poſte
ro die purificatus cum illis intrauit in templum,annuncians
expletionem dierum purificationis,donec offerretur ꝓ vno-
quoq; eorũ oblatio.Dum aũt ſeptem dies iam pene eſſent ex-
pleti,hi qui ab Aſia erant Iehudæi,cũ vidiſſent eũ in templo,
conturbauerunt totum populum,& iniecerunt ei manus,cla
mantes:Viri Iſraelitæ,ſuccurrite.Hic eſt ille homo,qui aduer-
ſus populum,& legem,& locum hũc omnes vbiq; docet in-

ſuper & Græcos induxit in tēplū, & profanauit ſanctum locū
hūc. Viderāt enim Trophimū Epheſiū in ciuitate cū ipſo, quē
F exiſtimauerūt ꝙ in tēplū introduxiſſet Paulus. Cōmotaq; eſt
ciuitas tota, & factus eſt concurſus populi. Et apprehenſum
Paulum protrahebāt è tēplo, ſtatimq; clauſæ ſunt fores. Quę-
rentibus autem illis eum occidere, nunciatum eſt tribuno co-
hortis, ꝙ tota conturbata eſſet Ieruſalaim. Qui ſtatim aſſum-
ptis militibus, ac centurionibus decurrit ad illos. At illi cū vi-
diſſent tribunū, ac milites, ceſſauerūt percutere Paulum. Tūc
accedens tribunus apprehendit eum: & iuſſit alligari catenis
duabus: & interrogabat, quiſnam eſſet, & quid feciſſet. Alij au
tem aliud clamabāt in turba. Et cum nō poſſet certū cogno-
G ſcere pręe tumultu, iuſſit duci eū in caſtra. Et cū veniſſet ad gra
dus, contigit vt portaretur à militibus propter violentiam
turbæ. Sequebatur eñ multitudo populi clamās, tolle eum.
Et cum cœpiſſet induci in caſtra Paulꝰ, dicit tribuno: Licet ne
mihi loqui ad te? Qui dixit: Grecè noſti? Nōne tu es ille Aegy
ptius, qui ante hos dies tumultum cōcitaſti, & eduxiſti in de-
ſertū quatuor milia virorū ſicariorū? Dixit autē Paulus: Ego
ſum homo quidem Iehudæus Tharſenſis, Ciliciæ non obſcu-
ræ ciuitatis ciuis. Rogo aūt te, permitte mihi loq ad populū.
Et cum ille permiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit ma-
nu ad plebem, & magno ſilentio facto, allocutꝰ eſt lingua He-
bręa dicens.

¶ Paulus refert Iehudæis conuerſationem ſuam ac uiſionem apud Damme
ſec cōuerſionis ſuæ, & cæſus ciuem Romanum ſe aſſerit.

CAP. XXII.

A VIri fratres, & patres, audite meā qua nunc apud vos
vtor excuſationē. Cū audiſſent autē quod Hebręa lin
gua ſibi loquerēt, magis ꝓſtiterūt ſilentium. Et dicit: Ego qui-
dem ſum vir Iehudæus, natus in Tharſo Ciliciæ, cæterū edu-
catus in hac ciuitate ad pedes Gamliel, inſtitutus accurate in
patria lege, ſectator dei, ſicut & vos omnes eſtis hodie, qui
hanc viam perſecutus ſum vſq; ad mortem, alligās, ac tradēs
in carceres viros pariter, ac mulieres: ſicut & princeps ſacer-
B dotum mihi teſtis eſt, & totꝰ ſeniorum ordo, à quibus etiam
Supra 9.a. epiſtolis ad fratres acceptis, Dammeſec pergebam, adducturꝰ
& illos qui eſſent vinctos Ieruſalaim, vt punirentur. Accidit
autem mihi iter facienti, & appropinquanti Dammeſec circi-
ter meridiē, vt ſubito de cœlo circūfulguraret me lux multa,
cecidiq; in ſolū, & audiui vocem dicentē mihi: Saul, Saul, qd
me perſequeris? Ego verò reſpondi: Quis es domine? Dixitq;
ad me: Ego ſum Ieſuah ille Nazarenus, quem tu perſequeris.
Et qui mecum erāt, lumen quidem viderunt, & exterriti ſunt:
vocem autem nō audierunt eius, qui loquebatur mecū. Dice-
C bam autem: Quid faciam domine? Dominus autem dixit mi-
hi: Surge, ac vade Dammeſec, & ibi tibi dicetur de omnibus
quæ ordinata ſunt tibi vt facias. Et cum non viderē præ glo-
ria luminis illius, per manum deductus à comitibus qui erāt
mecum, veni Dammeſec. Chananiah autē quidam, vir piꝰ ſe-
cundum legem, teſtimonio probatus omnium illic habitan-
tium Iehudæorum, veniens ad me, & aſtans, dixit mihi: Saul
frater, recipe viſum. Et ego eadem hora recepto viſu, vidi illū.
D At ille dixit: Deus patrum noſtrorū: præparauit te, vt cogno
ſceres voluntatem ſuam, & videres id quod iuſtū eſt, & audi-
res vocē ex ore eius, quia eris teſtis illi apud omnes homines,
eorum quæ vidiſti, & audiſti. Et nunc quid contaris? Exurge
& baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine dñi. Fa-
Supra.7.g. ctum eſt autem, cum eſſem reuerſus Ieruſalaim, & orarem in
templo, vt raperer extra me, viderem eum dicentem mihi: Fe
ſtina, & exi velociter Ieruſalaim, quoniā nō recipiēt teſtimōiū
E tuum de me. Et ego dixi: Domine, ipſi ſciunt, ꝙ ego pertrahe
bā in carcerē, & cædebam in ſingulis ſynagogis eos qui cre-
debant in te. Et cū funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ego
quoq; aſsiſtebam, & aſſentiebar morti illius, & cuſtodiebam
veſtimenta interficientiū illū. Et dixit ad me: Vade, quoniam
ego ad gentes procul mittā te Audiebant autem eum vſq; ad
hoc verbū: atq; ſublata voce, dicebant: Tolle de terra homi-
F nē iſtiuſmodi, nō enim fas eſt eum viuere. Vociferantibus au-
tem eis, & proiicientibus veſtimenta, & puluerem iactantibꝰ
in aerē, iuſſit tribunus induci eū in caſtra, & imperauit eū fla-
gris examinari, vt ſciret propter quā cauſam ſic acclamarent
ei. Et cum aſtrinxiſſet eū loris, dicit aſtanti ſibi centurioni Pau
lus: Num hominem Romanū, & indēnatū licet vobis flagel-
lare? Quo audito, centurio acceſſit ad tribunum, & nunciauit
G ei, dicens: Quid facturus es? hic enim hō Romanus eſt. Acce-
dens autem tribunus dixit illi: Dic mihi, num tu Romanus es?
At ille dixit: Etiam. Et reſpondit tribunus: Ego multa ſumma
ciuilitatem iſtam compraui. At paulus ait: Ego verò & natus
ſum. Protinus ergo diſceſſerunt ab illo, qui eum fuerant exa-
minaturi. Tribunꝰ quoque timuit poſtquā reſciuit ꝙ Roma
nus eſſet, & ꝙ vinxiſſet eū. Poſtero aūt die volens ſcire certū,
qua ex cauſa accuſaretur à Iehudæis, ſoluit eū à vinculis, & iuſ
ſit principes ſacerdotū conuenire, totumq; concilium, ac de-
ductum Paulum ſiſtebat coram illis.

¶ Paulus ante Chananiah uapulat, accuſatores diſſentiunt, Felix intellectis
inſidiis tranſmittit eū Cæſaream. CAP. XXIII.

A INtentis aūt oculis in cōcilium, Paulus ait: Viri fratres, ego
omni conſcientia bona conuerſatus ſum corā deo vſq; in
hodiernum diē. Princeps aūt ſacerdotū Chananiah præcepit
aſtantibus ſibi, vt percuterēt os eius. Tūc Paulus dixit ad eū:
Percuſſurus eſt te deus paries dealbate. Et tu ſedes iudicās me
ſecundū legē, & cōtra legē iubes me percuti? Et q aſtabant, di-
xerunt: Summo ſacerdoti dei maledicis? Dixit aūt Paulus: Ne Exodi.22.d.
B ſciebam fratres, ꝙ ſummus pontifex eſſet. Scriptū eſt eñ: Prin
cipi populi tui, non maledices. Sciens aūt Paulus, ꝙ vna pars
eſſet Sadducæorū, & altera Phariſæorū, exclamauit in conci-
lio: Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi: de ſpe & re
ſurrectione mortuorum ego iudicor. Et cū hoc dixiſſet, facta Philip.3.b.
eſt diſſenſio inter Phariſæos, ac Sadduçęos, & diſſecta eſt mul Matth.22.c.
titudo. Nā Sadducæi qdē dicunt, non eſſe reſurrectionē, neq;
C angelum, neq; ſpiritum: Phariſæi autem vtraq; cōfitent. Factꝰ
eſt autem clamor magnus, & cum ſurrexiſſent ſcribæ de ſecta
Phariſæorum, depugnabāt, dicētes: Nihil mali inuenimus in
homine iſto. Quod ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut angelus, ne re
pugnemus deo. Et cū magna ſeditio coorta eſſet, veritus tri-
bunus ne diſcerperet Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcendere,
& rapere eū de medio eorū, ac deducere eū in caſtra. Sequēti
aūt nocte aſsiſtens ei dñs, ait bono animo eſto Paule. Vt eñ
teſtificatus es de me Ieruſalaim, ſic te oportet & Romæ teſtifi
cari. Facto aūt die, collegerunt ſe qdā Iehudæi, & deuouerūt
ſe dicentes: neq; eſuros ſe, neq; bibituros, donec occiderēt Pau
D lum. Erāt aūt plures quā quadraginta viri q hāc cōiurationē
fecerāt. Qui acceſſerūt ad principes ſacerdotū ac ſeniores, &
dixerūt: Deuotione deuouimꝰ noſipſos, nihil guſtaturos, do
nec occidamꝰ Paulū. Nūc ergo vos ſignificate tribuno, & cō
cilio, vt cras producat illū ad nos, tanquā aliquid certius co-
gnituros de eo. Nos verò priuſquā appropinquet: parati ſu-
mus interficere illum. Cū aūt audiſſet filius ſororis Pauli inſi-
dias, venit & intrauit in caſtra, nunciauitq; Paulo. Accerſito
autem Paulus ad ſe vno ex centurionibus, ait: Adoleſcētulum
E hunc abduc ad tribunum. Habet & quod renunciet illi. Et
ille quidem aſſumens eū, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus
Paulus accerſitum me rogauit, vt hunc adoleſcentulum ꝓdu-
cerem ad te, habētē aliquid quod loquatur tibi. Apprehenſa
aūt tribunus manu illius, ſeceſſit cū eo ſeorſum, & ꝑcōtatꝰ eſt
illum: Quid eſt quod habes ſignificandū mihi? Ille aūt dixit:
Iehudæi conſpirarūt vt rogarent te, vti craſtino die educeres
Paulum in concilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de
illo: tu verò ne morē geſſeris illis. Inſidiantur eñ ei ex eis viri
plures quadraginta, qui ſeipſos deuouerunt, ne vel edant vel
F bibāt, donec interficiāt eū: & nunc parati ſunt expectantes, vt
promittas. Tribunus igit̃ dimiſit adoleſcētulū, præcepitq; ei,
ne cui eloqueretur, inquiēs, quod hæc indicaueris mihi. Et ac-
ceſitis



ceſitis duobus quibuſdam centurionibus, dixit: Parate mili-
tes ducentos, vt eāt Cæſareā, & equites ſeptuaginta, & lācea-
rios ducētos, à tertia hora noctis: et iumēta ꝓbete, vt impoſi-
tū Paulū, ſaluū perducāt ad Felicem præſidem, ſcriptis literis
in hāc formā. Claudius Lyſias potētiſsimo præſidi Felici, ſalu
tem: Virū hūc cōprehenſum à Iehudæis, cū iā eſſet interficien
dus ab eis ſuperueniens cū exercitu, eripui, cognito ꝙ Roma-
nus eſſet: volenſq; ſcire cauſam ob quā accuſarent illum, dedu
xi eum in concilium eorum. Quē cōperi accuſari de quæſtio-
nibus legis ipſorū, nullū dignū morte, aut vinculis habētē cri
mē. Et cū indicatū eēt mihi de inſidijs, quas parauerāt illi Iehu
dæi protinus miſi eū ad te, præcepto dato etiā accuſatoribꝰ,
G vt quæ habēt aduerſus eū, dicāt apud te, Vale. Milites verò,
iuxta quod ſibi iniunctū erat receptū Paulū duxerūt ꝑ noctē
Antipatridē. Poſtero aūt die dimiſſis equitibus vt cū eo irēt,
reuerſi ſunt in caſtra. Qui cū veniſſent Cæſaream, ac tradidiſ
ſent epiſtolā pręſidi, ſtatuerūt corā eo & Paulū. Cū legiſſet au
tē præſes, & interrogaſſet ex qua prouincia eſſet, & cognouiſ
ſet quod ex Cilicia: Audiā te, inquit, cū accuſatores quoque
tui aduenerint. Iuſſitq; in prætorio Herodis cuſtodiri eum.

¶ Cæſareæ Paulus rurſus accuſatur, ſed expurgat ſe ideoq; ſentētia
differtur. CAP. XXIIII.

A POſt quinq; aūt dies deſcēdit princeps ſacerdotū Chana
niah, cū ſenioribus & Tertullo quodā oratore, qui adie
rūt præſidē cōtra Paulū. Et citato Paulo, cœpit accuſare Ter-
tullus, dicēs: Cū in multa pace agamus ꝑ te, & multa recte ge-
rātur in populo hoc ꝑ tuā prouidētiā, & ſemper, & vbiq; cō
probamus, præſtātiſſime Felix, cū omni gratiarū actione. Sed
ne diutius te detineā, oro te vt audias nos paucis, pro tua hu
B manitate. Nacti eñ ſumus virū hūc peſtiferū, & cōcitātem ſe-
ditionē oībꝰ Iehudæis in vniuerſo orbe, & authorē ſectæ Na
zarenorū, q etiā templū profanare conatus eſt, quē & appre-
henſum voluimus ſecūdū legē noſtrā iudicare. Sed ſuꝑueniēs
tribunus Lyſias, cū magna vi eripuit eū è manibꝰ noſtris, iu-
bēs accuſatores eius ad te venire, ex quo poteris ipſe inqſitio
ne facta de oībus iſtis cognoſcere, de qbus nos accuſamus eū.
C Adiecerūt aūt & Iehudæi, dicētes hæc ita ſe habere. Reſpōdit
aūt Paulus, cū annuiſſet ipſe præſes, vt diceret: Aequiore aīo
pro meipſo cauſam dico, cū ſciā te multis iā annis iudicē fuiſſe
genti huic, qui poſſis cognoſcere, quod nō plures ſunt mihi
dies quā duodecim, ex quo aſcendi adoraturꝰ Ieruſalaim, &
neq; in tēplo cōpererūt me cū aliquo diſputātem, aut cōcur-
ſum faciētem turbæ, neq; in ſynagogis, neq; in ciuitate, neque
D probare poſſunt ea, de qbꝰ me accuſant. Cōfiteor aūt hoc ti-
bi, quod iuxta viā, quā vocāt ſectā, ſic colo patrē deū, credēs
oībus quæ in lege, & prophetis ſcripta ſunt, ſpē habēs in deū
fore, quā hi ipſi expectāt, reſurrectionē mortuorū iuſtorū ſi-
Supra.21.c. mul, & iniuſtorū. Quin in hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo
E cōſciētiā habere erga deū, & erga oēs ſemp. Poſt annos autem
plures acceſſi, eleemoſynas exhibiturꝰ in gētē meā, & oblatio
nes: in qbus cōpererūt me purificatū in tēplo, haud cū turba,
neq; cū tumultu. Quidā aūt ex Aſia Iehudęi, quos oportebat
apud te pręſto eſſe, & accuſare, ſi quid haberēt aduerſum me:
aut hi ipſi dicāt, ſi qd deprehēderūt in me iniqtatis, cū ſtem in
cōcilio: niſi de vna hac voce, qua clamaui inter eos ſtās, de re-
F ſurrectiōe mortuorū ego iudicor hodie à vobis. Auditis aūt
Supra.23.b. his. Felix diſtulit illos, certo ſciēs quę ad eā viā attinebāt, dicēs:
Cū tribunus Lyſias deſcēderit, ꝑnoſcā cauſam veſtrā. Iuſſitq;
cēturioni, vt cuſtodiret Paulū, ſineretq; eū relaxari, & ne quē
ex illius familiaribus vetaret ſubminiſtrare ei, aut adire eum.
Poſt aliquot aūt dies cū aduenīſſet Felix cum Druſilla vxore
G ſua, q̃ erat Iehudæa, accerſiuit Paulū, & audiuit ab eo fidē, q̃
eſt in Chriſtū. Diſputante aūt illo de iuſtitia & tēperātia, & de
iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit: In præſentia abi,
cæterū opportunitatē nactꝰ accerſam te, ſimul & illud ſperās
fore vt pecunia ſibi daret à paulo vt ſolueret ipſum, propter
quod & frequēter accerſens eū, loquebatur cū eo. Biennio au
tem expleto, accepit ſucceſſorem Felix, Portiū Feſtum. Volēs
autem gratiā præſtare Iehudæis Felix, reliquit Paulū vinctū.

¶ Paulus cum Feſto Cæſareæ ſiſtitur, qui eū appellantem Romam
miſſurus, Agrippę refert eius cauſam. CAP. XXV.

A FEſtus ergo ſuſcepta prouincia, poſt triduum aſcendit Ie-
ruſalaim ab vrbe Cæſarea. Significaruntq; illi principes
ſacerdotū, ac primores Iehudæorū de Paulo: & rogabāt eū
poſtulātes fauorem aduerſus eū, vt accerſeret eū Ieruſalaim,
inſidias tendentes, vt interficerēt eum in via. Feſtus aūt reſpō
dit vt ſeruaret̃ qdē Paulꝰ Cæſareæ, ſe verò breui illo profectu
rū. Qui ergo inter vos inquit, potētes ſunt, vna nobiſcū deſcē
B dāt: & ſi quod eſt in hoc viro crimen, accuſent eum. Demora
tus aūt inter eos diebꝰ amplius quā octo, deſcendit Cæſareā:
& poſtero die ſedit pro tribunali, iuſſitq; Paulū adduci. Qui
cum ꝑductus eſſet, circunſteterunt eum q ab Ieruſalaim deſcē
derāt Iehudæi, multa & grauia crimina intendentes aduerſus
Paulum, quæ nō poterāt probare: Paulo pro ſe reſpōdēte, ꝙ
neq; in legem Iehudæorū, neq; in templum, neq; in Cæſarem
quicq; peccaſſet. Feſtꝰ aūt volēs gratificari Iehudæis, reſpon
C dens Paulo dixit: Vis Ieruſalaim aſcendere, & ibi de his iudi-
cari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæſaris ſto,
vbi me oportet iudicari. Iehudęis nullā iniuriā feci, ſicut & tu
melius noſti. Si eñ nocui, aut dignum morte aliquid feci, nō
recuſo mori. Si verò nihil eſt eorū, de qbus hi accuſant me,
nemo poteſt me illis donare: Cæſarem appello. Tunc Feſtus
cum cōcilio collocutꝰ reſpōdit: Cæſarem appellaſti? ad Cæſa
rem ibis. Et cum dies aliquot trāſacti eſſent, Agrippa rex, &
D Bernice deſcenderunt Cæſareā ſalutaturi Feſtum. Et cū dies
cōplures ibi cōmorarent̃, Feſtus regi retulit cauſam Pauli di-
cens: Vir quidā eſt relictꝰ à Felice vinctꝰ, de quo cū veniſſem
Ieruſalaim ſignificarunt mihi principes ſacerdotum, & ſe-
niores Iehudæorum, poſtulātes aduerſus illum ſentētiā. Qui-
bus reſpōdi: Nō eſt romanis cōſuetudo ob gratiā donare ali
quē hoīem vt pereat, priuſquā is qui accuſatur præſentes ha-
beat accuſatores, locumq; defendēdi accipiat de crimine. Cū
E ergo huc cōueniſſent, ſine vlla dilatiōe, ſequēti die ſedens pro
tribunali, iuſsi adduci virum. De quo, cum ſtetiſſent accuſato
res, nullum crimen intendebant ſuꝑ hiſce rebꝰ, de quibꝰ ego
ſuſpicabar, ſed quæſtiōes quaſdā de ſua ſuperſtitione habebāt
aduerſus eū, & de quodā Ieſuah defuncto, quē affirmabat Pau
lus viuere. Hæſitās autem ego de huiuſmodi quæſtione, dice-
bam: num vellet ire Ieruſalaim, & ibi iudicari ſuꝑ iſtis. Paulus
autem cum appellaſſet vt ſeruaretur Auguſti cognitioni, iuſ-
F ſi ſeruari eū, donec mitterem eum ad Cæſarem. Agrippa aūt
dixit ad feſtum: Volebā & ipſe hominem audire. Cras, inquit
audies eum. Poſtero autem die cum veniſſet Agrippa, & Ber
nice cum multo apparatu, & introiſſent in auditorium cum
tribunis, & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto, addu-
ctus eſt Paulus. Et dicit Feſtus: Agrippa rex, & omnes qui ſi-
G mul adeſtis nobiſcum viri, videtis hūc hoīem, de quo omnis
multitudo Iehudæorū interpellauit me, & Ieruſalaim & hic,
acclamantes non oportere eum viuere amplius. Ego verò cō
peri nihil dignū morte eū admiſiſſe. Cæterum cum is ipſe ap-
pellaſſet Auguſtum, ſtatui mittere eum. De quo quid certum
ſcribā domino, non habeo. Quapropter produxi eū ad vos,
& maxime ad te rex Agrippa, vt examinatione facta, habeā
quod ſcribā. Iniquū enim mihi videtur mittere vinctum, &
crimina de quibus accuſatur, non ſignificare.

¶ Reſponſio Pauli ad Agrippam & Feſtum, ubi aperit ſuam conuerſionem
apud Dammeſec. CAP. XXVI.

A AGrippa verò ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui ꝓ
temetipſo. Tunc Paulus extenta manu pro ſe dicebat:
Super omnibus de quibus accuſor à Iehudæis, rex Agrippa,
exiſtimo me beatum, qui cauſam dicturus ſim apud te hodie,
cum tu maxime ſis gnarus earum quæ apud Iehudæos ſunt,
& conſuetudinum, & quæſtionum. Quapropter obſecro, vt
patienter me audias. Itaq; vitā quidem meā, quā egi ab ado-

leſcentia,quæ ab initio fuit in gente mea Ieruſalaim,nouerunt
omnes Iehudæi:qui prius nouerãt me ab initio,ſi velint teſti-
B moniũ ferre,quod ſecũdum exqſitiſsimã ſectã noſtræ religio-
nis vixerim Phariſæus.Et nunc fretus ſpe repromiſſionis,quę
ad patres noſtros facta eſt à deo,ſto iudicio ſubiectus,ad quã
duodecim tribus noſtræ inſtanter nocte,& die colentes deũ,
ſperant ſe peruenturas.De qua ſpe accuſor,rex Agrippa à Ie-
hudæis.Cur incredibile iudicatur apud vos,ſi deus mortuos
ſuſcitat?Et ego quidẽ exiſtimabam me aduerſus nomẽ Ieſuah
Nazareni multa repugnãdo facturũ,quod & feci Ieruſalaim.
C Et multos ſanctorũ ergo carceribus incluſis à principibus ſa-
cerdotum poteſtate accepta:& cum occiderentur,detuli ſen-
Supra.8.a. tentiam.Et per omnes ſynagogas frequẽter puniẽs eos,com-
pellebam blaſphemare:& amplius inſaniens in eos perſeque-
bar etiam in exteras vſq; ciuitates.Quarum rerum ſtudio cũ
irem Dammeſec cum authoritate,& permiſſu principum ſa-
cerdotum,die medio,rex,in via vidi è cœlo ſupra ſplendorẽ
D ſolis circũfulſiſſe me lumen,& eos qui mecum faciebant iter.
Cum autem omnes nos decidiſſemus in terrã,audiui vocem
loquẽtẽ ad me,ac dicẽtẽ Hebraica lingua:Saul,Saul,qd me p-
ſequeris?Durũ eſt tibi cõtra ſtimulos calcitrare.Ego aũt dixi:
Qui es domine:At ille dixit:Ego ſum Ieſuah,quem tu perſe-
queris.Sed exurge & ſta ſuper pedes tuos.Ad hoc ẽm appa-
rui tibi,vt cõſtituam te miniſtrũ,ac teſtem,& eorum quæ vi-
diſti,& eorum in quibus apparebo tibi,eripiẽs te à populo,
& gentibus in quas nunc te mitto:vt apperias oculos eorũ,
vt conuertant à tenebris ad lucem,& à poteſtate ſathanæ ad
deum:vt accipiant remiſſionem peccatorũ,& ſortẽ inter eos
E qui ſanctificati ſunt per fidẽ q̃ eſt erga me.Vnde rex Agrip-
pa,non fui inobediens cœleſti viſioni,ſed his qui ſunt Dãme-
ſec primũ & Ieruſalaim,& per oẽm regionẽ Iehudeæ,deinde
& gentibus annunciabã vt pœnitentiam agerent,& conuer-
Sup.13.et.14. terentur ad deum,opera facientes digna his qui pœnitentiam
egiſſent.Hac ex cauſa Iehudæi me in tẽplo comprehenſum tẽ-
F tauerũt interficere.Auxilium igitur nactus dei,vſq; in hodier
Supra.22.e. num diẽ ſto,teſtificans tum paruo,tum magno:nihil aliud
dicẽs,q̃ ea quæ pphetę prædixerãt futura eſſe,& Moſeh:an
paſſurꝰ fuerit Chriſtꝰ,an primꝰ ex reſurrectiõe mortuorũ lu
mẽ annũciaturꝰ ſit populo,& gentibus.Hæc aũt cum pro ſe
diceret,Feſtus magna voce ait:Inſanis Paule.Multæ te literæ
ad inſaniam conuertunt.Et paulus,non inſanio,inquit,opti-
me Feſte:ſed veritatis,& ſobrietatis verba eloquor.Scit enim
G de his rex apud quem,& libere loquor:Latere ẽm eum nihil
horum arbitror.Neq; ẽm hoc in angulo geſtũ eſt.Credis rex
Agrippa prophetis?Scio quòd credis.Agrippa autẽ ad Pau
lum ait:Modica ex parte perſuades mihi,vt fiam Chriſtianus.
Et Paulus ait:Optarim à deo,non ſolum modica ex parte,ve
rumetiã magna,nõ te modò,ſed oẽs etiã,qui me audiũt hodie
eſſe tales,qualis ego ſum exceptis vinculis his.Et hæc eo locu-
to,ſurrexit rex,ac præſes,& Bernice,& qui aſſidebãt eis.Et cũ
receſſiſſent,loquebantur inter ſe,dicẽtes:Nihil morte,aut vin-
culis dignum facit homo iſte.Agrippa autem Feſto dixit:Di
mitti poterat homo hic,ſi non appellaſſet Cæſarem.

¶ Pauli Romam nauigatio,quid docuerit,deq; naufragio ſuo.
CAP. XXVII.

A POſtquam autẽ decretum eſt,vt nos nauigaremꝰ in Ita-
liam,tradiderunt & Paulum,& quoſdam alios vinctos
2.Cor.11.f. centurioni,nomine Iulio,cohortis Auguſtæ.Conſcenſa autẽ
naue Adramyttina,nauigaturi iuxta loca Aſiæ,ſoluimus,p-
ſeuerante nobiſcum Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi.
Sequenti antem die appulimus Sidonem.Et Iulius humani-
ter tractato Paulo permiſit vt ad amicos pfectus,ab illis cu-
raretur.Et inde cum ſoluiſſemus,ſubnauigauimus iuxta Cy-
prum,propterea q̃ eſſent venti cõtrarij.Et pelagus quod eſt
B contra Ciliciã,& Pamphiliã emenſi,peruenimus Myrã,quæ
eſt Lyciæ:& ibi nactus centurio nauem Alexãdrinã nauigan-
tem in Italiam,impoſuit nos in eam.Et cum multis diebꝰ tar-
de nauigaremus,vixq; deueniſſemus contra Gnidum,prohi-
bente nos vento,adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem.Et
vix præterlegentes illam,peruenimus in locum quẽdam,qui
vocatur pulchri portus,cui vicina erat ciuitas Laſæa,Multo
autem tempore peracto,& cum eſſet iam periculoſa nauiga-
tio,ob id quoq; quod iã vltra tempus ſuſtinuiſſent inediã,ad-
monebat eos Paulus,dicẽs eis:Viri video quod cum iniuria
C multoq; damno,nõ ſolum oneris,& nauis,ſed etiã animarũ
noſtrarum futura ſit nauigatio.Centurio autem gubernato-
ri,& nauclero magis credebat,quàm his quæ à Paulo dicebã-
tur.Et cum aptus portus non eſſet ad hybernandum,cõplu-
res ceperunt conſilium ſoluẽdi illinc,ſi quomodo poſſent p-
uecti Phœnicen illic hybernare.Is eſt portus Cretæ ſpectans
ad Africum,& ad Corum.Aſpirante autẽ Auſtro,rati ſe p-
poſiti compotes,cum ſoluiſſent Aſſon,præterlegebant Cre-
tam.Verum haud multo poſt coortus eſt contra ipſam ven
tus Typhonicus,qui vocatur Euroaquilo.Cumq; correpta
eſſet nauis,nec poſſet obniti vento data naue flatibus,fereba-
mur.In inſulam autem quandam deuecti,quæ vocatur Clau
da,vix potuimus obtinere ſcapham.Qua ſublata adiutorijs
D vtebantur,ſubcingentes nauem,timentes ne in Syrtim incide
rent,demiſſo vaſe,ſic ferebantur.Cum autem vehementi tẽ-
peſtate iactaremur ſequenti die iactum fecerunt,ac tertio die
noſtris manibus armamenta nauis proiecimus.Porrò neq;
ſole,neq; ſyderibus apparentibus ad complures dies,& tem
peſtate non exigua imminente,iam ablata erat ſpes omnis ſa-
lutis noſtræ.Dum autem multa iam eſſet inedia,tunc ſtãs Pau
lus in medio eorum:dixit:Oportebat quidem ô viri audito
me non ſoluere à Creta,nec accerſere vobis iniuriam hanc &
iacturam.Et nunc hortor,vt bono animo ſitis.Iactura enim
animæ nulla erit ex vobis,ſed tantum nauis.Aſtitit enim mihi
E hac nocte angelus dei,cuius ſum ego,quem & colo,dicẽs:Ne
timeas Paule,Cæſari te oportet ſiſti.Et ecce donauit tibi deus
oẽs qui nauigãt tecũ.Propter quod bono animo eſtote viri.
Credo enim deo,quod ſic erit,quemadmodum dictũ eſt mi
hi.In inſulam autem quãdam oportet nos eiici.Sed poſteaq;
quartadecima nox ſuperuenit:nauigantibus nobis in Adria
circa medium noctis,ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi ali-
quam regionem. Qui & demiſſa bolide,repererunt paſſus
viginti,ac puſillum inde digreſſi,rurſumq;,demiſſa bolide,re
pererunt paſſus quindecim.Timenteſq; ne in aſpera loca inci
derent,de puppi iactis ancoris quatuor,optabãt diem oriri.
F Nautis verò quærentibus fugere è naui,cum demiſiſſent ſca-
pham in mare,ſub prætextu velut è prora ancoras extenſu-
ri,dixit Paulus centurioni & militibus:Niſi hi in naui manſe-
rint,vos ſalui fieri non poteſtis.Tunc abſciderunt milites fu-
nes ſcaphæ,& paſſi ſunt eam excidere.Et cũ dies inciperet ap
parere hortabat paulꝰ oẽs ſumere cibũ,dicens:Dies hic deci-
muſquartꝰ eſt,q̃ expectãtes ieiuni pmanetis,nihil accipiẽtes:
ppter quod hortor vos,vt ſumatis cibũ:hoc ẽm ad ſalutem
veſtrã ptinet,quia nullius veſtrũ capillꝰ de capite cadet.Et cũ
hæc dixiſſet,ſumpto pane,gratias egit deo in cõſpectu oĩm:
& cũ fregiſſet,cœpit edere.Porrò animis iam recreatis oĩm,
ſumpſerũt & ipſi cibum.Eramus verò vniuerſæ animæ in na
G ui ducentæ ſeptuaginta ſex.Et ſatiati cibo,alleuiabant nauem,
eiicientes triticum in mare.Dum autem dies eſſet,terram nõ
agnoſcebant:ſinum verò quendam animaduerterunt,haben
tem littus,in quod cogitabãt,ſi poſſent,impingere nauem.
Et cum ancoras ſuſtuliſſent,committebant ſe mari,ſimul la-
xatis iuncturis gubernaculorum,& ſublato artemone ad
auræ flatum,tendebant ad littus. Et cum incidiſſent in
locum bimarem,impegerunt nauem.Ac prora quidem in-
fixa manebat immobilis:puppis verò ſoluebatur à vi vn-
darum.Militum autem conſilium erat,vt vinctos occiderẽt,
ne quis cũ enataſſet,effugeret.At centurio volẽs ſeruare Pau-
lum,compeſcuit eos à conſilio:iuſſitq;,vt qui poſſent natare,
abiicerent ſe primos,& in terram euaderent,cæteriq; partim
in ta-



bulis partim in quibuſdam nauis fragmentis.Et ſic factũ
eſt,vt omnes incolumes euaderent in terram.

¶ Quid Paulo acciderit, quidue ipſe geſſerit in Melite inſula, & cum
hinc romam nauigare. CAP. XXVIII.

A ET cũ euaſiſſent tũc cognouerunt quod melite inſula vo-
caret.Barbari verò præſtabãt non vulgarẽ humanitatẽ
nobis.Accẽſa ẽm pyra,recipiebãt nos oẽs propter imbrẽ qui
imminebat,& propter frigus.Cũ cõgregaſſet aũt Paulus ſar-
mentorũ multitudinẽ,& impoſuiſſet in ignem,vipera è calo-
re prorepens,inuaſit manũ eius.Vt verò viderũt Barbari pẽ
B dentẽ beſtiã de manu eius,inter ſeſe dicebãt:Omnino homici
da eſt homo hic,quẽ ſeruatũ è mari vltio nõ ſinit viuere.Et il-
le qdẽ excuſſa vipera in ignem,mali nihil paſſus eſt.At illi exi-
ſtimabant futurũ vt incenderet,aut concideret repente mor-
tuus.Diu autẽ illis expectantibus,& intuentibus nihil mali illi
accidere,mutata mẽte,dicebãt eũ eſſe deũ.In locis aũt illis erãt
prædia primati inſulæ,nomine Publio,qui nos exceptos,tri-
duo benigne tractauit hoſpitio.Contigit aũt patrẽ Publij fe-
bribus,ac dyſenteria vexatum decũbere.Ad quẽ Paulus in-
C trauit:& cũ oraſſet,impoſuiſſetq; ei manus,ſanauit eum.Hoc
igit facto,cæteri quoq; qui habebant infirmitates in inſula,ac
cedebãt & ſanabant,qui etiã multis honoribus nos honora-
uerũt,& ſoluentibus impoſuerunt,quæ neceſſaria erant.Poſt
menſes aũt tres nauigauimus in naui Alexandrina,quæ in in-
ſula hyemauerat,cui erat inſigne Caſtor & Pollux,& cũ veniſ
ſemus Syracuſas,manſimus triduo.Inde circumlegentes deue
nimus Rhegium:& Poſt vnum diem afflante Auſtro,poſtri-
die venimus Puteolos:vbi repertis fratribꝰ,rogati ſumus ma
D nere apud eos dies ſeptem,& ſic venimꝰ Romam.Et inde cũ
audiſſent fratres de nobis,prodierũt in occurſum nobis vſq;
ad Appij forum ac tres tabernas.Quos cũ vidiſſet Paulus,gra
tiis actis deo,ſumpſit fiduciam.Cum autem veniſſemus Ro-
mam,cẽturio tradidit vinctos principi exercitus.Permiſſum
eſt autem Paulo,vt maneret ſolus cum cuſtodiente ſe milite.
Poſt tertium aũt diẽ conuocauit Paulus Iehudæorũ primo-
res.Cumq; veniſſent,dicebat eis:Ego viri fratres cum nihil fe
cerim aduerſus plebem,aut inſtituta maiorum,vinctus ab Ie-
ruſalaim traditus ſum in manus Romanorum,qui cũ exami-
E naſſent voluerũt me dimittere,eò q̃ nulla eſſet cauſa mortis
in me.Sed contradicentibus Iehudæis coactus ſum appellare
Cæſarem,non quaſi habeam de quo gentem meã accuſem.
Propter hãc igit cauſam aduocaui vos,vt viderẽ,& alloque-
rer,propter ſpem enim Iſraelis catena hac circundatus ſum.
At illi dixerunt ad eum:Nos neq; literas accepimus de te à Ie-
hudæa,neque aduenĩens aliquis fratrum nunciauit,aut locu
tus eſt aliquid de te mali.Volumus autẽ ex te audire quæ ſen-
tias.Nam de ſecta iſta notum eſt nobis,q̃ vbiq; ei contradici
F tur.Cum conſtituiſſent autem illi diem,venerunt ad eum in
hoſpitium complures,quibus exponebat teſtificans regnum
dei,ſuadenſq; eis de Ieſuah ex lege Moſeh,& prophetis,à ma-
ne vſq; ad veſperã.Et quidam credebant his quæ dicebantur,
quidam verò non credebant.Cumq; inter ſe non eſſent con-
Iſaiæ.6.c. cordes,diſcedebant vbi dixiſſet Paulus vnũ verbũ:Bene ſpi-
Mat.13.b. ritus ſanctus locutus eſt per Ieſaiah prophetam ad patres no-
Marc.4.c. ſtros,dicens:Vade ad populum iſtum,& dic:Auribus audie
Lucæ.8.f. tis,& non intelligetis:& videntes videbitis,& nõ perſpicietis
Iohan.12.f. Incraſſatum eſt enim cor populi eius,& auribus grauiter au
Roma.11.b. dierunt,& oculos ſuos compreſſerunt:ne quãdo videãt ocu
lis,& auribus audiant,& corde intelligãt,& conuertantur &
ſanem eos.Notum ergo ſit vobis,quòd gentibus miſſum eſt
G hoc ſalutare dei,& ipſi audient.Et cum hæc dixiſſet,exierunt
ab eo Iehudæi,multam habentes inter ſe diſceptationem.Mã
ſit autem Paulus biennio toto in ſuo cõducto:& ſuſcipiebat
omnes qui ingrediebantur ad ipſum,prædicãs regnum dei,
ac docens quæ ſunt de domino Ieſuah cum omni fiducia,ne-
mine prohibente.

¶ Actorum Apoſtolorum
FINIS.



# Epiſtola Pauli apoſtoli ad Romanos: Interprete Sante Pagnino,Lucenſi.

¶ Paulus ſeſe,munuſq; ſuum commendans,incredulitatem gentium,hincq; peccata craſſiora execratur.
CAP. I.

A PAVLVS SERVVS IE-
ſuah Chriſti,vocatus apoſtolus,ſegre-
gatus in euangelium dei,quod ante p-
miſerat per prophetas ſuos in ſcriptu-
ris ſanctis de filio ſuo,qui factus eſt ex
ſemine Dauid ſecundum carnem,qui
definitus eſt filius dei per potẽtiam,per
ſpiritum ſanctificantẽ ex reſurrectione à mortuis Ieſuah Chri
ſti domini noſtri,per quem accepimus gratiam & apoſtola-
tum ad obedientiam fidei inter omnes gentes propter nomẽ
eius inter quas eſtis & vos,vocati Ieſuah Chriſti.Omnibus
q Romæ eſtis dilectis dei,vocatis ſanctis,gratia vobis,& pax
B à deo patre noſtro,& domino Ieſuah Chriſto.Primũ quidẽ
gratias ago deo meo per Ieſuah Chriſtum,pro omnibus vo
bis,quod fides veſtra annunciatur in toto mũdo.Teſtis enim
mihi eſt deus,quem colo ſpiritu meo,in euangelio filij ipſius,
quod indeſinenter mentionẽ veſtri faciam,ſemper in oratio-
nibus meis orans,ſi quomodo iam aliquando proſperet per
volũtatem dei,vt veniam ad vos.Deſidero enim videre vos,
vt aliquod impertiar donum vobis ſpirituale ad confirman-
dum vos,hoc eſt,vt ſimul capiam conſolationem in vobis,p
mutuam fidẽ veſtram,ſimul,& meam.Nolo autẽ vos igno-
rare fratres,quod ſæpe propoſuerim venire ad vos,licet pre-
peditus fuerim ad hunc vſq; diem,vt fructum aliquẽ haberẽ
etiam inter vos,quemadmodũ & inter reliquas gentes.Græ-
ciſq;:ac Barbaris,ſapientibuſq; ac rudibus,debitor ſum:ita
quantum in me eſt,paratꝰ ſum vobis quoq; qui Romæ eſtis,
euangelizare.Non enim me pudet euangelij Chriſti.Potẽtia
ſiquidem eſt dei,ad ſalutem omni credenti,Iehudæoq; primũ Abac.2.a. Hebr.11.g.
& Græco.Iuſtitia enim dei per illud reuelatur ex fide in fi- Galat.3.b.
C dem.Sicuti ſcriptum eſt:Iuſtus autem ex fide viuet.Reuela-
tur enim ira dei de cœlo,aduerſus omnem impietatem,& in- a .ſ.poteſtas ut ſubdit.
iuſtitiam hominũ,qui veritatẽ in iniuſtitia detinẽt:propter- b in eo. Ephe.4.c.
ea quod id quod[a] cognoſcibile eſt dei,manifeſtum eſt inter il c in ipſis rebus factis apparentia cõſpiciunt, nẽpe æternitas, poteſtas & numen. Hæc enim tria in deo gentes noſſe potuerunt.
los.Deus enim illis manifeſtauit.Siquidẽ quæ ſunt inuiſibilia[b]
illius,ex creatione mundi[c],dum per opera intelliguntur,per-
uidẽtur,ipſaq; æterna eius potẽtia,ac diuinitas,in hoc,vt ſint
inexcuſabiles:propterea q̃ cũ deum cognouerint,nõ vt deũ
glorificauerunt,aut gratias egerunt,ſed vani facti ſunt in co-
gitationibus ſuis,& obtenebratum eſt inſipiens cor eorum.
Qui cũ putarent ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt,mutauerũtq;
gloriã incorruptibilis dei,in ſimilitudine imaginis corruptibi
lis hoĩs,& volatiliũ,& quadrupedũ,& reptiliũ. Quapropter
tradidit illos deus in cõcupiſcentiis cordiũ ſuorũ in immũdi-
tiã,vt ignominia afficiãt corpora ſua inter ſeſe,q cõmutarũt
veritatem dei in mendacio:& venerati ſunt colluerũtq; crea-
turã,ſupra eũ qui condidit,qui eſt benedictus in ſecula,amen.
D Quãobrem tradidit eos deus in affectus ignominioſos.Nã
& fœminæ illorũ mutauerũt naturalem vſum,in eum qui eſt
præter naturã.Similiterq; & maſculi,relicto naturali vſu fœ-
minæ,exarſerunt per appetentiam ſui,alius in alium,maſcu-
li in maſculos fœditatem perpetrantes,& præmium(quod
oportuit)erroris ſui in ſeſe recipientes.Et quemadmodũ nõ
probauerunt deum habere in agnitione:ita tradidit eos deus
in reprobam mentem,vt facerent quæ non conueniebant,re
pleros omni iniuſtitia,fornicatiõe,prauitate,auaritia,malitia

plenos inuidia,cæde,contentione,dolo,malis moribus,ſuſur-
rones,obtrectatores,dei oſores,contumelioſos,elatos,glorio- B
ſos,adinuentores malorum parentibus inobedientes,exper-
tes intelligentiæ,pactorum haud quaq; tenaces,alienos à cha-
ritatis affectu,fœdifragos,immiſericordes.Qui cũ dei iuſtitiã
nouerint(quod ij qui talia faciunt,digni ſunt morte)non ſolũ
ea faciunt,verum etiam aſſentiuntur iis qui faciunt.

❡Iehudæos paribus cum gentibus uitiis obnoxios eſſe,licet literæ legis ſatisfacere
uiderentur,[redacted] CAP. II.

A QVapropter inexcuſabilis es ô homo quiſq; es qui iu-
dicas.Nam hoc ipſo quo iudicas alterũ,teipſum con-
Matth.7.a. demnas.Eadem enim facis,tu qui iudicas.Scimus aũt ꝙ iudi-
ciũ dei eſt ſecũdũ veritatẽ,aduerſus eos ꝗ talia agũt.Cogitas
aũt hoc ô homo,ꝗ iudicas eos ꝗ talia faciũt,& facis eadẽ,ꝙ
tu effugies iudiciũ dei?Aut diuitias benignitatis illius ac tolle-
rãtiæ,longanimitatisq; cõtẽnis,ignorãs ꝙ benignitas dei ad
pœnitẽtiã te ducit?Sed iuxta duritiã tuã,& cor impœnitibile,
Matth.25.d. recõdis tibiipſi irã in die iræ & reuelatiõis,& iuſti iudicij dei,
B qui reddet vnicuiq; iuxta opera ſua:his quidẽ ꝗ ſecũdum ꝑ-
ſeuerãtiã boni operis gloriã,& honorẽ,& incorruptionẽ quę-
Deut.10.d. 2.Par.19.c. Iob.37.b. Actuũ.10.c. runt,vitã æternã:iis verò ꝗ ſunt cõtẽtioſi,& ꝗ veritati quidẽ
nõ obtẽperãt ſed iniuſtitiæ,erit furor,& ira,afflictio,& anxie-
tas,aduerſus omnẽ animã hoĩs perpetrantis malũ,Iehudæiq;
primũ,& Gręci.Gloria verò,& honor & pax oĩ operãti bo-
nũ,Iehudæoq; primũ & Græco.Nõ em̃ eſt ꝑſonarũ acceptio
Matth.7.d. Iacobi.1.d. apud deũ.Quicũq; em̃ ſine lege peccauerũt,ſine lege peribũt:
& quicũq; in lege peccauerũt,ꝑ legẽ iudicabunt.Nõ em̃ ꝗ au-
diunt legẽ,iuſti ſunt apud deũ,ſed factores legis,iuſtificabunt.
Nã cũ gentes quæ legẽ nõ habẽt,natura quæ legis ſunt fece-
C runt,eæ legẽ nõ habẽtes,ſibiipſis ſunt lex,ꝗ oſtẽdũt opus legis
ſcriptũ in cordibꝰ ſuis,ſimul atteſtãte illorũ cõſciẽtia,et cogita-
tionibꝰ inter ſe accuſantibꝰ,aut etiã excuſantibus,in eo die,cũ
iudicabit dñs occulta hominũ,iuxta Euangeliũ meũ ꝑ Ieſuah
Chriſtũ.Ecce tu Iehudæus cognominaris,& requieſcis in lege,
& gloriaris in deo,& noſti volũtatẽ,ac cõprobas eximia,in-
ſtitutus ex lege:cõfidisq; teipſum ducẽ eſſe cæcorũ,lumẽ in te-
D nebris verſantiũ,eruditorẽ inſipientiũ,doctorẽ imperitorũ,
habẽtẽ formã cognitionis,ac veritatis ꝑ legẽ.Qui igit̃ doces
aliũ,teipſum nõ doces:ꝗ prædicas nõ furãdũ,furaris:ꝗ dicis
non adulterãdũ,adulteriũ cõmittis:ꝗ execraris ſimulacra,ſa-
crilegiũ admittis:ꝗ in lege gloriaris,ꝑ legis trãſgreſſionẽ deũ
dehoneſtas.Nã nomẽ dei propter vos blaſphemiis afficitur
Iſaiæ.52.b. Ezec.36.c. inter gentes:quẽadmodũ ſcriptũ eſt.Nã circũciſio quidẽ pro-
deſt ſi legẽ ſeruaris.Quòd ſi trãgreſſor legis fueris,circunci-
E ſio tua in præputium verſa eſt.Ergo ſi præputiũ iuſtificatiões
legis ſeruauerit,nõne præputium illius pro circũciſiõe impu-
tabitur:& iudicabit quod eſt ex natura præputium,ſi legem
ſeruauerit,te qui per literam,& circunciſionẽ tranſgreſſor es
legis?Nõ em̃ is qui in manifeſto Iehudęus eſt,Iehudæꝰ eſt:nec
ea quę in manifeſto eſt in carne circunciſio,circunciſio eſt:ſed
qui in occulto Iehudæus fuerit,is Iehudæus eſt:& circũciſio
cordis circunciſio eſt,quæ ſpiritu conſtat,non litera:cui laus
non ex hominibus eſt,ſed ex deo.

❡Iehudæos perinde ut gentes peccatores eſſe in quo uitia præſtent,legem
non iuſtificare,ſed peccatum indicare,unde ſalus petenda.
CAP. III.

A QVæ igitur excellentia Iehudæi,aut quæ vtilitas circũ-
2.Timo.2.c. ciſionis?Multũ per omnem modum.Nam primum
quidem illud,quod illis cõmiſſa ſunt oracula dei.Quid em̃,ſi
quidam fuerunt increduli?Num incredulitas illorũ,fidẽ dei
Iohan.3.d. Pſalm.115.& 50. faciet irritam?Abſit.Sit aũt deus verax,omnis aũt homo mẽ-
dax.Quẽadmodum ſcriptũ eſt:Vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis,& vincas cum iudicaris.Quòd ſi iniuſtitia noſtra dei iu-
ſtitiam cõmendat,quid dicemus?Nũ iniuſtus deus,qui indu-
cit iram?(Secũdum hominem dico)abſit.Nam quomodo
iudicabit deus mundũ?Etem̃ ſi veritas dei,per meũ mẽdaciũ
excelluit in gloriam ipſius,quid poſthac & ego veluti pecca-
tor iudicor?Ac nõ potius(quemadmodum conuiciis affici-
B mur,& ſicut quidam aiunt nos dicere)faciamus mala,vt ve-
niant bona,quorũ damnatio iuſta eſt.Quid igitur?Præcelli-
mus?Nullo modo.Nã ante cauſam reddidimus,& Iehudęos
& Græcos omnes ſub peccato eſſe,ſicut ſcriptũ eſt:Non eſt
iuſtus,ne vnus quidem:non eſt qui intelligat,non eſt qui exqui- Galat.3.d.
rat deum:omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt:non Pſalm.13.& 139.
eſt qui faciat bonitatem,nõ eſt vſq; ad vnum.Sepulchrũ aper- Iſaiæ.59.b.
tum guttur eorũ,linguis ſuis doloſe agebant,venenum aſpi- Prou.1.b. Pſalmo.35.
C dum ſub labiis eorum.Quorum os execratione,& amaritudi- Galat.2.d.
ne plenum eſt,veloces pedes illorũ ad effundẽdum ſanguinẽ.
Contritio,& miſeria in viis eorum,& viam pacis nõ cogno-
uerunt.Non eſt timor dei corã oculis eorũ.Scimꝰ aũt quòd
quæcunq; lex dicit,his qui in lege ſunt,loquat̃,vt om̃e os ob-
turetur,& obnoxius fiat totus mũdus deo,propterea quòd
ex operibꝰ legis nõ iuſtificabitur omnis caro in cõſpectu eiꝰ.
Per legem enim agnitio peccati.Nunc verò abſq; lege iuſtitia
dei manifeſtata eſt,dum comprobatur teſtimonio legis,ac ꝓ-
phetarum.Iuſtitia verò dei per fidem Ieſuah Chriſtũ in oẽs,
& ſuꝑ omnes eos ꝗ credũt.Non enim eſt diſtinctio.Omnes
D enim peccauerunt,ac egent gloria dei.Iuſtificantur autẽ gra-
tis per illius gratiã,per redẽptionẽ quæ eſt in Chriſto Ieſuah,
quem propoſuit deus propitiatorium,per fidem in ſangui-
ne ipſius,ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ,propter remiſſionẽ prę-
teritorum peccatorũ quæ deus tolerauit,ad oſtendẽdã iuſti-
tiam ſuã,in præſenti tẽpore:in hoc,vt ipſe ſit iuſtus,& iuſtifi-
cans eum qui eſt ex fide Ieſuah.Vbi igitur gloriatio?Excluſa
eſt.Per quã legẽ?Operum?Non,imo per legem fidei.Arbitra-
mur igitur fide iuſtificari hominem abſq; operibus legis.An
Iehudæorũ deus tantum?An non & Gentium?Certe,& Gẽ-
tium.Quandoquidem vnus deus,qui iuſtificabit circũciſio-
nem ex fide,& præputiuum per fidem.Legem igitur irritã
facimus per fidem?Abſit,imo legem ſtabilimus.

❡Exemplũ Abrahæ obiicitur iis,qui excluſa fide,ſolis operibꝰ nituntur,Iehudæos
non niſi fide hæredes fore Abraham. CAP. IIII.

A QVid igitur dicemus inueniſſe Abraham patrem no-
ſtrum ſecundum carnem?Nam ſi Abraham ex operi-
bus iuſtificatus fuit,habet quod glorietur,at non apud deũ. Gene.15.b.
Quid enim ſcriptura dicit?Credidit autem Abraham deo,& Gala.3.a.
imputatum eſt ei ad iuſtitiam.Ei verò qui operatur,merces Iacobi.2.d.
non imputatur ſecundum gratiam,ſed ſecundum debitum.
Porrò ei qui non operatur,ſed credit in eum qui iuſtificat im-
pium,imputatur fides ſua ad iuſtitiam.Quemadmodum &
Dauid dicit beatificationem hominis,cui deus imputat iuſti-
tiam abſq; operibus:Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, Pſalmo.31.
& quorum obtecta ſunt peccata.Beatus vir cui non imputa-
bit dominus peccatum.Beatificatio igitur hæc,in circunciſio-
nem,an & in præputium deuenit?Dicimus enim quòd im- Gene.17.b.
putata fuerit Abrahæ fides ad iuſtitiam.Quomodo ergo im-
putata eſt?Quum eſſet in circunciſione,an cum eſſet in præ-
putio?Non in circunciſione,ſed in præputio.Et ſignum acce-
pit circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei,quæ fuerat in prę-
putio,vt eſſet pater omnium credẽtiũ per præputium,vt im-
putaretur,& illis iuſtitia,& pater circunciſionis,iis qui nõ ſo-
lũ ſunt ex circunciſione,verumetiam iis qui incedunt per ve-
ſtigia fidei,quæ fuit in præputio patris noſtri Abrahæ.Nõ
em̃ per legẽ promiſſio fuit Abrahæ,aut ſemini eius,illum hæ-
C redem fore mundi,ſed per iuſtitiam fidei.Etenim ſi ij qui ex le-
ge ſunt,heredes ſunt,inanis facta eſt fides:& irrita facta eſt pro-
miſſio.Nam lex iram operatur.Siquidẽ vbi nõ eſt lex,ibi nec
tranſgreſſio eſt.Idcirco ex fide eſt,vt ſecũdũ gratiam,vt firma
ſit promiſſio vniuerſo ſemini:non ei,quod eſt ex lege tãtum,
verumetiam ei,quod eſt ex fide Abrahæ,qui eſt pater oĩm
noſtrum.Sicut ſcriptum eſt:Patrem multarum gẽtium po- Gene.17.a.et 15.b.
ſui te coram deo cui credidit,qui viuere facit mortuos,ac vo-
cat ea quæ non ſunt tanquã ſint,qui præter ſpem in ſpe credi-
dit ſe fore patrem multarũ gentiũ,iuxta id quod dictum eſt:
Sic erit



Sic erit ſemen tuum.Ac non infirmatus fide,haud conſydera-
uit ſuum ipſius corpus iam emortuum,cum centum ferè na-
tus eſſet annos,nec emortuam vuluã Sarę:verũ ad promiſsio-
nem dei non hæſitauit incredulitate,ſed robuſtus factus eſt fi-
de,quum tribuiſſet gloriã deo:& certior effectus,ꝙ id quod
promiſſum eſt potens ſit,& facere.Quapropter etiam impu-
tatum eſt illi ad iuſtitiam.Non ſcriptum eſt autem propter il-
lum tantum,imputatum fuiſſe illi,ſed etiam propter nos,qui-
bus imputabitur,credentibus in eum,qui ſuſcitauit Ieſuah do-
minum noſtrum à mortuis,qui traditus fuit propter peccata
noſtra,& ſuſcitatus eſt propter iuſtificationem noſtri.

❡De uere bonis operibus,& fidei fructibus,nempe interno gaudio,pace,charita-
te,fiducia,&c.ad quæ accendamur immenſis beneficijs dei per Chriſtum
collatio Chriſti cum Adam. CAP. V.

A IVſtificati igitur ex fide,pacem habemꝰ erga deum,per do-
minum noſtrum Ieſuah Chriſtum,per quem & acceſſum
habuimus fide in gratiam hanc,in qua ſtetimus,& gloriamur
Ephe.2.d. Iacob.1.a. in ſpe gloriæ dei.Nec id ſolum,verumetiam gloriamur in af-
flictionibus,ſcientes,ꝙ afflictio patientiam operatur,patien-
tia verò probationem,probatio autem ſpem.Porrò ſpes nõ
pudefacit,ꝙ dilectio dei effuſa ſit in cordibus noſtris per ſpiri-
Hebr.9.d. 1.Petri.3.c. tum ſanctum,qui datus eſt nobis.Chriſtus enim cum adhuc
eſſemus infirmi iuxta tẽpus,pro impiis mortuus eſt.Nam vix
B pro iuſto quiſquam morietur.Si quidem pro bono forſitan
aliquis etiam mori audet.Cõmendat aũt ſuam charitatem er-
ga nos deus,ꝙ cum adhuc eſſemus peccatores,Chriſtus pro
nobis mortuus fuit.Multo igitur magis iuſtificati nũc ſangui-
ne eius,ſeruabimur per eum ab ira.Nam ſi cum inimici eſſe-
mus,reconciliati fuimus deo per mortẽ filij eius,multo ma-
gis reconciliati ſeruabimur per vitam ipſius.Non ſolum aũt
hoc,verumetiã gloriantes in deo per dominum noſtrum Ie-
ſuah Chriſtum,per quem nunc reconciliationem aſſecuti ſu-
mus.Propterea quẽadmodum propter vnum hominũ pec-
catum in mundum introiit,ac per peccatum mors,et ſic in o-
mnes homines mors pertranſiit in quo omnes peccauerunt.
C Vſq; ad legem enim peccatum erat in mundo,porrò peccatũ
non imputatur,cum non eſt lex.Imo regnauit mors ab Adã
vſq; ad Moſeh,in eos quoq; qui non peccauerunt ad ſimilitu-
dinem tranſgreſsionis Adam qui eſt figura illius futuri.At nõ
vt peccatũ,ita et donũ.Nã ſi vnius delicto multi mortui ſunt,
multo magis gratia dei,et donũ ꝑ gratiã q̃ fuit vnius hominis
Ieſuah Chriſti,in multos exuberauit.Et non ſicut per vnũ qui
peccauit ita fuit donum.Nam condẽnatio quidem ex vno de-
D licto ad condemnationem,donum aũt ex multis delictis ad iu-
ſtificationẽ.Etenim ſi per vnius delictum mors regnauit per
vnum:multo magis ij,qui exuberantiam gratiæ,& doni iuſti-
tiæ accipiunt,per vitam regnabũt per vnum Ieſuah Chriſtũ.
Itaq; ſicut per vnius delictum in omnes homines ad condem-
nationem,ita & per vnius iuſtificationem in omnes homines
ad iuſtificationem vitæ.Quemadmodum enim per inobediẽ-
tiam vnius hominis,peccatores conſtituti ſunt multi:ita per
obedientiã vnius,iuſti cõſtituẽtur multi.Cęterũ lex obiter ſub-
intrauit,vt abundaret delictum.Vbi verò abundauit pecca-
tum,admodum ſuperabundauit gratia,vt quemadmodum
regnauit peccatum in mortem,ſic & gratia regnaret per iuſti-
tiam ad vitam æternam,per Ieſuah Chriſtum dñm noſtrum.

❡De lucta ſpiritus & carnis,de reliquiis peccati in nobis remanẽtibus,quid ba-
ptiſmus,& uera libertas Chriſtiana. CAP. VI.

A QVid igitur dicemus?Manebimꝰ in peccato vt gratia
abundet?Abſit.Qui mortui ſumus peccato,quomo-
do poſthac viuemus in eodem?An ignoratis,ꝙ quicunque
baptizati ſumus in Chriſtum Ieſuah,in mortem eius baptiza-
ti ſumus?Sepulti igitur ſumus vnà cum illo per baptiſmum in
Galat.3.d. mortem,vt quemadmodum ſurrexit Chriſtꝰ ex mortuis per
Hebr.12.a. gloriam patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.Nam
1.Petri.2.a. ſi cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius,nimirum &
Ephe.4.c. Coloſſ.3.b. reſurrectiõis erimus,illud ſciẽtes,ꝙ vetus ille noſter homo ſi-
mul crucifixus eſt,vt aboleretur corpꝰ peccati,vt poſthac nõ
ſeruiamus peccato.Etem̃ ꝗ mortuus eſt[a],iuſtificatus eſt à pec- a ſcilicet per baptiſmum. Iuſtificati igitur ſunt qui baptizati ſũt.
B cato.Quod ſi mortui ſumus cũ Chriſto,credimus ꝙ & viue-
mus cũ illo.Scientes ꝙ Chriſtus excitatus à mortuis,non am-
plius moritur,mors illi nõ amplius dominatur.Nam ꝙ mor-
tuus fuit,peccato mortuꝰ fuit ſemel,ꝙ autem viuit,viuit deo.
Ita & vos exiſtimate voſipſos mortuos quidem eſſe peccato,
viuẽtes autem deo per Chriſtum Ieſuah dñm noſtrum.Ne re-
gnet igitur peccatum in mortali veſtro corpore,vt obediatis
illi per cupiditates eius.Neq; exhibete membra veſtra,arma iu-
ſtitiæ peccato:ſed exhibete voſmetipſos deo,velut ex mortuis
viuentes,& membra veſtra,arma iuſtitiæ deo.Peccatum em̃
C vobis non dominabitur.Non enim eſtis ſub lege,ſed ſub gra-
tia.Quid igitur?Peccabimus,ꝙ non ſimꝰ ſub lege,ſed ſub gra-
tia?Abſit.An neſcitis ꝙ cui exhibetis voſipſos ſeruos ad obe- Iohan.8.d.
diendum,eius ſerui eſtis cui obeditis,ſiue peccati ad mortem, 2.Petri.2.d.
ſiue obedientiæ ad iuſtitiam?Gratia autem deo,ꝙ fuiſtis qui-
dem ſerui peccati,ſed obediſtis ex corde,in eam in quam tra-
ducti eſtis formam doctrinæ.Cæterum liberi facti à peccato,
ſerui facti eſtis iuſtitiæ.Humanum quiddam dico,propter in-
D firmitatem carnis veſtræ.Quemadmodum enim exhibuiſtis
membra veſtra ſerua ipſi immunditiæ,& iniquitati,ad iniqui-
tatem:ſic & nunc exhibete membra veſtra ſerua ipſi iuſtitiæ,
ad ſanctificationem.Cum enim ſerui eſſetis peccati,liberi era-
tis ipſi iuſtitiæ.Quem igitur fructum habebatis tunc in his,de
quibus nunc erubeſcitis?Nam finis illorum mors.Nunc ve-
rò liberi facti à peccato,ſerui autem facti deo,habetis fructum
veſtrum in ſanctificationem,finem autem vitam æternã.Etem̃
ſtipendia peccati mors:donum autem dei,vita æterna,ꝑ Chri-
ſtum Ieſuah dominum noſtrum.

❡Non niſi mortificatis concupiſcentiis nos liberari a lege,de peccati & le-
gis natura,&c. CAP. VII.

A AN ignoratis fratres(ſcientibus em̃ legem loquor)ꝙ lex 1.Cor.7.b.
dominetur homini,quoad vixerit?Nã viro obnoxia
mulier,viuenti viro alligata eſt per legẽ.Quod ſi mortuus fue-
rit vir,liberata eſt à lege viri.Proinde viuente viro,adultera
iudicabitur,ſi ſe iunxerit alteri viro.Sin autem mortuus fuerit
vir,libera eſt à iure viri,vt non ſit adultera,ſi iuncta fuerit alte-
ri viro.Itaq; fratres mei,vos quoq; mortificati eſtis legi ꝑ cor-
pus Chriſti,vt eſſetis alteri,nimirũ ei qui ex mortuis ſurrexit,
vt fructificemus deo.Cum enim eſſemus in carne,affectꝰ pec-
catorum,qui ſunt per legem,vigebant in membris noſtris ad
fructificandum morti.Nunc aũt liberati ſumus à lege,mortui
ei in qua detinebamur,vt ſeruiamus per nouitatẽ ſpiritus,&
B non per vetuſtatem literæ.Quid ergo dicemus?Lex peccatũ
eſt?Abſit.Sed peccatum non cognoui,niſi per legem.Nam et
cõcupiſcentiã nõ nouiſſem,niſi lex dixiſſet:nõ cõcupiſces.Sed
occaſione accepta,peccatũ per præceptũ genuit in me omnẽ Exodi.20.c. Deut.5.b.
cõcupiſcentiã.Siquidẽ abſque lege,peccatũ erat mortuũ.Ego
autẽ viuebam ſine lege quõdã.Porrò quum veniſſet manda-
tum,peccatum reuixit,ego vero mortuus ſum.Et repertũ eſt
mandatum quod inſtitutum erat ad vitã,mihi cedere ad mor-
tem.Nam peccatum occaſione accepta per præceptum dece- 1.Timo.1.b.
pit me:& per illud occidit.Itaq; lex ipſa quidem ſancta,et prę-
ceptum ſanctum,ac iuſtum,& bonũ.Ergo quod bonũ erat,
C mihi factum eſt mors?Abſit.Sed peccatum,vt appareret pec-
catum,per bonum mihi operatur mortem,vt fieret maiorem
in modum ſceleſtius peccatum per præceptum.Scimus enim
quòd lex ſpiritualis eſt.At ego carnalis ſum,venditus ſub pec-
catum.Quod enim ago,non cognoſco.Non enim quod vo-
lo,hoc facio,ſed quod odi,hoc ago.Si vero qđ nõ volo,hoc
facio,cõſentio legi,qđ bona ſit.Nũc aũt iã non ego perpetro
illud,ſed inhabitans in me peccatum.Noui enim,quod nõ ha-
bitet in me,hoc eſt,in carne mea bonũ.Nam velle adeſt mihi.
At vt faciam bonũ nõ reperio.Nõ enim quod volo,facio bo-
D nũ:ſed quod nõ volo malũ,hoc ago.Si vero qđ nõ volo ego,
hoc facio:non iam ego perpetro illud,ſed inhabitans in me

peccatum.Reperio igitur per legem volenti mihi facere bo-
num,ꝙ mihi malum adiacet.Delectat enim me lex dei ſecun-
dum internum hominem.Sed video aliam legem in mẽbris
meis,rebellantem legi mentis meæ,& captiuum reddentẽ me
legi peccati,quæ eſt in mẽbris meis.Miſer ego homo, quis me
eripiet ex hoc corpore morti obnoxio?Gratias ago deo ꝑ Ie-
ſuah Chriſtum dominum noſtrum.Itaq; idem ego mente qui
dem ſeruio legi dei,carne verò legi peccati.

¶Solamen his luctantium,de natura carnis & ſpiritus,ſpiritũ a Chriſto conferri, carnem non officere iis qui cum Chriſto per charitatem connexi, non ſecundũ carnẽ ambulant.

CAP. VIII.

A NVlla igitur nũc eſt condẽnatio his,qui ſunt in Chriſto
Ieſuah:qui nõ iuxta carnẽ ambulãt,ſed iuxta ſpiritum.
Nam lex ſpiritus vitæ per Chriſtũ Ieſuah,liberũ me reddidit à
lege peccati & mortis.Etenim ꝙ impoſſibile erat legi in eo in
quo imbecillis erat per carnẽ,deus proprio filio,miſſo in ſimi
litudine carnis peccato obnoxiæ,de peccato condẽnauit pec-
catum per carnem,vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, ꝗ
non ſecundum carnem ambulamus,ſed ſecundum ſpiritum.
Nam qui carnales ſunt,quæ carnis ſunt ſentiunt: at qui ſpiri-
B tuales,quæ ſpũs ſunt.Nã affectus carnis,mors eſt:Affectus ve
rò ſpũs,vita & pax. Propterea quod affectus carnis,inimici-
tia eſt aduerſus deum:nam legi dei non ſubditur,ſiquidem ne
poteſt quidẽ.Qui vero in carne ſunt,deo placere nõ poſſunt.
Vos autem non eſtis in carne,ſed in ſpiritu:Siquidem ſpiritus
dei habitat in vobis.Quod ſi quis ſpiritũ Chriſti non habet,
hic non eſt eius.Cæterũ ſi Chriſtus in vobis eſt,corpus quidẽ
mortuum eſt propter peccatum,ſpiritus aũt vita eſt propter
iuſtificationem.Quod ſi ſpiritus eiꝰ qui excitauit Ieſuah à mor
C tuis,habitat in vobis,is qui excitauit Chriſtũ ex mortuis,viui-
ficabit & mortalia corpora veſtra ꝓpter ipſius ſpm̃ inhabi-
tantẽ in vobis.Proinde fratres debitores ſumꝰ,nõ carni,vt ſe-
2.Timo.1.b. cũdum carnẽ viuamus:Nam ſi ſecundũ carnem vixeritis, mo
Gala.4.a. riemini.Quòd ſi ſpiritu facta corporis mortificetis, viuetis.
Etenim quicunq; ſpiritu dei ducuntur,hi ſunt filij dei. Nõ em̃
accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum ad timorem, ſed accepi-
ſtis ſpiritum adoptionis:per quem clamamus,abba pater.Idẽ
ſpiritus teſtatur vnã cũ ſpiritu noſtro,ꝙ ſimus filij dei. Quòd
ſi filij,igitur & hæredes.Hæredes quidem dei,cohæredes autẽ
Chriſti.Siquidem ſimul cum eo patimur, vt & vna cũ illo glo
rificemur.Nam reputo non eſſe dignas afflictiones præſentis
D temporis ad gloriam quæ reuelabitur erga nos.Etenim anxia
expectatio creaturæ reuelationem filiorũ dei expectat.Quippe
vanitati creatura ſubiecta eſt,non volens,ſed propter eum ꝗ
ſubiecit illam in ſpe,quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſer
uitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorum dei.Scimus
enim,ꝙ omnis creatura congemiſcit,ſimulq; nobiſcum partu
rit vſq; ad hoc tempus.Non ſolum autem illa,ſed & noſipſi ꝗ
primitias ſpiritus habemus,& noſipſi in nobiſipſis gemimus,
adoptionẽ expectantes,redemptionem corporis noſtri.Siq-
E dem ſpe ſeruati ſumus:porrò ſpes quæ videtur, non eſt ſpes.
Quod enim quis cernit,quid etiam ſperat?Si vero ꝙ nõ vi-
demus,ſperamus,id per patientiã expectamus. Similiter autẽ
& ſpiritus vna auxiliatur infirmitatibꝰ noſtris. Siquidem hoc
ipſum,quid oraturi ſimus,vt oportet,non nouimus: verum
ipſe ſpiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.
At ille qui ſcrutatur corda,nouit quis ſit affectus ſpiritus:quo
niam ſecundum deum intercedit pro ſanctis. Scimus autẽ ꝙ
his qui diligunt deum:omnia ſimul operantur in bonum(vi-
delicet(his qui ſecundum propoſitum,vocati ſunt, quoniam
quos præſciuit,eoſdẽ & prædefiniuit,conformes imaginis fi-
F lij ſui,vt ipſe ſit primogenitꝰ inter multos fratres.Porro quos
prædefiniuit,eoſdem & vocauit.Et quos vocauit, eos & iuſti
ficauit.Quos autẽ iuſtificauit,hos & glorificauit.Quid igitur
dicemꝰ ad hæc?Si deus ꝓ nobis,quis cõtra nos?Qui ꝓprio fi-
lio nõ pepcit,ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. Quopacto
non etiã cum eodẽ omnia nobis donabit?Quis accuſabit ad-
uerſus electos dei?Deus eſt qui iuſtificat.Quis ille ꝗ condẽnet?
Chriſtꝰ eſt ꝗ mortuꝰ eſt,imo,ꝗ & ſuſcitatꝰ eſt,ꝗ etiã eſt ad de-
G xterã dei,ꝗ & intercedit ꝓ nobis.Quis nos ſeparabit à dilecti-
one dei?Nũ afflictio?nũ anguſtia?nũ perſecutio?nũ fames? nũ
nuditas,num periculũ,num gladius?Quẽadmodũ ſcriptũ eſt: Pſalmo.43.
Propter te morti tradimur tota die,reputati ſumus velut o-
ues mactãdæ.Verũ in his omnibꝰ ſuꝑuincimus ꝑ eũ qui dile-
xit nos.Nã confido,ꝙ neq; mors,neq; vita,neq; angeli, neque
principatus,neq; poteſtates,neq; inſtãtia,neq; futura,neq; alti-
tudo,neq; ꝓfunditas,neq; vlla creatura alia poterit nos ſepa-
rare à dilectione dei,quæ eſt in Chriſto Ieſuah dño noſtro.

¶De prædeſtinatione dicturus deprecatur inuidiam,qui filij Abrahã aut nõ, confutatio hic uariarũ quæſtionũ,Iehudæi quare reiecti, & gentiles recepti.

CAP. IX.

A VEritatem dico in Chriſto,non mẽtior,atteſtãte mihi ſi-
mul conſcientia mea per ſpiritum ſanctũ,ꝙ triſtitia mi-
hi ſit,magna,& aſsiduus dolor cordi meo. Optaui enim ego
ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribꝰ meis,cognatis meis
ſecundum carnem,qui ſunt Iſraelitæ:quorũ eſt adoptio,& glo
ria,& teſtamenta,& legis cõſtitutio,& cultus,& promiſsiões,
quorum ſunt patres & ij ex quibꝰ eſt Chriſtus,ſecundũ carnẽ
B qui eſt in omnibus deus benedictus in ſecula.Amen.Non aũt
velut exciderit ſermo dei.Nõ enim omnes qui ſunt ex Iſrael, Gene.21.b.
ſunt Iſrael:neq; quia ſunt ſemen Abrahæ,oẽs ſunt filij, ſed per Galat.4.d. Gene.18.b.
Iſchac vocabit tibi ſemẽ:hoc eſt, nõ ꝗ filij carnis ij filij dei:ſed ꝗ Gene.25.c.
ſunt filij ꝓmiſsiõis,reputãtur in ſemẽ.Promiſsionis em̃ ſermo
hic eſt:In tꝑe hoc veniã,& erit Sarah filius.Non ſolum autẽ,
ſed & Ribchac ex vno,cõtubernium quum habuiſſet Iſchac,
patre noſtro:nondũ enim natis,quũ neq; boni quippiam feciſ
ſent neq; mali,vt ſecundum electionẽ propoſitũ dei maneret:
C non ex operibus,ſed ex vocante dictum eſt illi, ꝙ maior ſer-
uiturus eſſet minori.Quemadmodũ ſcriptum eſt:Iahacob di- Gene 25.c. Mala.1.a.
lexi,Heſau vero odio habui.Quid igitur dicemus?Num iniu- Exod.33.d.
ſtitia eſt apud deum?Abſit.Nam ipſi Moſeh,dicit:Miſerebor,
cuiuſcunq; miſereor:& miſerabor,quẽcunq; miſereor. Itaque Exodi.9.d.
non volentis eſt,neq; currentis,ſed miſerantis dei.Dicit em̃ ſcri
ptura Parhoni:in hoc ipſum excitaui te,vt oſtendam in te po
tentiam meam,& vt annuncietur nomen meum in tota terra.
D Itaque cui vult miſeretur:quem autem vult,indurat.Dices er-
go mihi:Quid adhuc cõqueritur?Nã voluntati illius ꝗs reſti- Iſaiæ.45.b. Iere.18.a.
tit?Verè ô homo,tu quis es qui ex aduerſo reſpõdes deo? Nũ Sapiẽ.15.a.
dicet figmẽtum ei qui finxit:cur me finxiſti hoc pacto? An nõ
habet poteſtatẽ figulus luti,vt ex eadem maſſa faciat aliud qui
dem vas in honorem,aliud vero in ignominiã?Quod ſi deus
E volens oſtẽdere iram,& notam facere potentiam ſuam, tulit
multa longanimitate vaſa iræ,apparata in interitum,& vt no
tas faceret diuitias gloriæ ſuæ erga vaſa miſericordiæ,quæ prę
parauit in gloriam.Quos & vocauit, nimirum nos, non ſo- Oſee.2.d. 1.Petri.2.b.
lum ex Iehudæis,verumetiam ex gentibus. Quemadmodum Oſeæ.1.d.
& in Hoſeah dicit: Vocabo populum qui meus non erat, Iſaiæ.10.c.
F populum meum: & eam quæ dilecta non erat, dilectam.
Et erit in loco, vbi dictum fuerat eis: Non populus meus
vos, ibi vocabuntur filij dei viuentis.Ieſahiah autem clamat
Iſrael: Si fuerit numerus filiorum Iſrael, vt arena maris, reli-
quiæ ſaluæ erunt.Sermonem enim perficiens, & abbreuians
cum iuſtitia, quoniam ſermonem abbreuiatum faciet domi- Iſaiæ.1.c.
G nus in terra. Et quemadmodum prædixit Ieſahiah: Niſi do
minus Sebaoth reliquiſſet nobis ſemen, vt Sedom facti fuiſ-
ſemus, Hamorah aſsimilati fuiſſemus. Quid igitur dicemus?
Quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehende-
runt iuſtitiam, iuſtitiam autem eam quæ eſt ex fide? At Iſrael
qui ſectabatur legem iuſtitiæ, ad legem iuſtitiæ non perue-
nit. Propter quid? Quia non ex fide, ſed tanquam ex ope- Iſaiæ.8.c.28. d.1.Pet.2.b.
ribus legis.Offenderunt enim in lapidem offendiculi.Quem-
admodum ſcriptum eſt: ecce ego pono in Siion lapidem of-
fendiculi, & petram offenſionis:& omnis qui credit in eo,nõ
pudore afficietur.

De voca-



¶De uocatiõe utriuſq; populi,atq; adeo ex [redacted]

CAP. X.

A FRatres bona quidem voluntas cordis mei,& deprecatio
quæ fit ad deum,pro Iſrael eſt ad ſalutem. Teſtimonium
enim illis perhibeo,ꝙ æmulationem dei habent,ſed non ſecũ-
dum cognitionem.Nam ignorantes dei iuſtitiam,& propriã
iuſtitiam quærentes conſtituere,iuſtitiæ dei non fuerunt ſub-
Leuit.17.a. diti.Nam finis legis Chriſtus,ad iuſtitiam omni credenti. Mo
Eze.20.d. Deut.30.c. ſeh enim ſcribit iuſtitiã quæ eſt ex lege,ꝙ qui fecerit ea homo,
B viuet per illa.Cæterum quæ ex fide eſt iuſtitia,ea ſic dicit: Ne
dixeris in corde tuo:Quis aſcendet in cœlũ?Hoc eſt Chriſtum
deducere.Aut quis deſcẽdẽt in abyſſum?Hoc eſt Chriſtum ex
mortuis reducere.Sed quid dicit?Prope te verbum eſt in ore
Deute.30.c. tuo,& in corde tuo.Hoc eſt,verbum fidei,quod prædicamꝰ:
Nempe ſi confeſſus fueris ore tuo dominum Ieſuah,& credi-
deris in corde tuo,ꝙ deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus e-
ris.Corde enim creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſsio fit
Iſaiæ.28.d. ad ſalutem.Dicit autem ſcriptura:Omnis qui credit in eo,non
C pudefiet.Non enim eſt diſtinctio Iehudæi & Græci.Nam idẽ
dominꝰ omniũ diuitiis affluens in omnes inuocantes ſe.Quiſ-
Ioel.2.g. Actuũ.2.c. quis enim inuocauerit nomen dñi,ſaluus erit.Quomodo igi-
tur inuocabunt eum,in quem non crediderunt? Quomodo
autem credent ei quem non audierunt?Quomodo autem au
Iſaię.52.b. dient abſq; prædicante?Quomodo aũt p̃dicabunt, niſi miſsi
Nume.1.d. Iſaiæ.53.a. fuerint?Sicut ſcriptũ eſt:Quàm ſpecioſi pedes annũciantiũ pa
Iohan.12.f. Pſalm.18. cẽ,annũciantiũ bona.At nõ oẽs obedierunt euãgelio.Ieſahiah
enim dicit:Domine,quis credidit auditui noſtro? Ergo fides
D ex auditu eſt:auditus autem per verbum dei.Sed dico,an non
audierunt?Atqui in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in
fines orbis terrarum verba illorum.Sed dico: Nunquid non
cognouit Iſrael?Primus Moſeh dicit:Ego ad æmulationẽ pro
Deut.32.c. Iſaię.65.a. uocabo vos in non gente,in gente inſipiente ad iram commo
uebo vos.Ieſahiah autem audet,ac dicit:Inuentus fui his, qui
me non quærebant:manifeſtus factus ſum his,qui de me nõ in
terrogabant.Aduerſus Iſrael autem dicit:Totũ diẽ expãdi ma
nus meas ad populũ non credentem, & contradicẽtem.

¶Iehudæos nõ tam repulſos a gratia,quã gentiũ fide prouocatos fuiſſe,de terret gentes ne efferantur ſi prælati ſint,cõcluſio de cõſiliis diuinis.

CAP. XI.

A DIco igitur:Num repulit deus populum ſuum? Abſit.
Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahæ,tribus
Biniamin.Non repulit deus populum ſuum,quẽ ante agno-
3.Reg.19.d. uerat.An neſcitis de Eliiah,quid dicat ſcriptura? Quomodo
interpellat apud deum aduerſus Iſrael,dicẽs:Domine prophe-
tas tuos occiderunt,& altaria tua ſubuerterunt,& ego relictus
fui ſolus,& quærunt animam meam.Sed quid dicit ei oracu-
lum?Reliqui mihiipſi ſeptem milia virorum,qui non curuaue
runt genu ipſi Bahal.Sic igitur & in hoc tempore,reliquiæ ſe-
cundum electionem gratiæ factæ ſunt.Quod ſi gratia,nõ iam
ex operibus.Quandoquidem gratia,iam nõ eſt gratia.Sin ex
operibus,non iam eſt gratia.Quandoquidem opus,iam non
B eſt opus.Quid igitur?Quod inquirit Iſrael,hoc non aſſecutus
Iſaiæ.6.c. eſt,ſed electio conſecuta eſt;reliqui verò,excæcati ſunt. Quẽad
Matt.13.c. Iohan.12.f. modum ſcriptum eſt:Dedit eis deus ſpiritum compunctiõis:
Actuũ.28.f. oculos,vt non videant:& aures,vt non audiant, vſq; ad ho-
Pſalmo.68. diernum diem. Et Dauid dicit:fiat menſa illorum in laqueũ,
& in captionẽ,et in offendiculũ,et in retributionẽ ipſis.Obte
nebrẽtur oculi eorũ,vt nõ videant,& tergũ illorũ ſemꝑ incur
ua.Dico igit̃:Nũ impegerunt,vt caderẽt?Abſit.Sed ꝑ lapſum
illorũ ſalus contigit gẽtibus,vt ad ęmulandum ꝓuocaret eos.
Quòd ſi lapſus illorũ diuitiæ ſunt mũdi:et diminutio illorũ di
uitiæ gentiũ,quãto magis plenitudo illorũ?Vobis enim dico
gentibus,quatenus ego quidem ſum apoſtolus gentium: mi-
niſterium meum glorifico,ſi quomodo ad ęmulandum pro-
uocem,carnem meam,& ſaluos reddam nonnullos ex illis.Nã
C ſi reiectio illorum,eſt recõciliatio mundi:quæ erit aſſumptio,
niſi vita ex mortuis?Quod ſi primitiæ ſanctæ,ſancta eſt & cõ-
ſperſio.Et ſi radix ſancta,ſancti erunt & rami.Quod ſi nonnul
li rami defracti ſunt,tu verò cum eſſes oleaſter,inſitus fuiſti il-
lis,& conſors radicis,& pinguedinis oleæ factus es,ne glorieris
aduerſus ramos:ꝙ ſi gloriaris,non tu radicem portas,ſed ra-
dix te.Dices igitur:defracti ſunt rami, vt ego insererer. Bene
propter incredulitatẽ defracti ſunt,tu verò fide ſtetiſti. Ne al-
tum ſentias,ſed time.Nam ſi deus naturalibus ramis non pe-
percit,ne quomodo,vt nec tibi parcat.Vide igitur bonitatẽ
ac ſeueritatem dei:in eos quidem qui ceciderunt,ſeueritatem:
in te vero bonitatem,ſi permanſeris in bonitate.Quoniam et
tu excideris:& illi rurſum,ſi non permanſerint in incredulita-
te,inſerentur.Potens eſt enim deus denuo inſerere illos. Etem̃
ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & præter naturam inſitus
es in bonam oleam:quanto magis hi,qui ſecundum naturam
D ſunt,inſerentur propriæ oleæ?Non enim volo vos ignorare
fratres myſterium hoc,vt ne ſitis apud voſmetipſos ſuperbi,
ꝙ excæcatio ex parte Iſraeli accidit,donec plenitudo gẽtium
intrauerit,& ſic totus Iſrael ſaluus erit.Sicut ſcriptum eſt: Ve-
niet ex Siion ille qui liberat,& auertet impietates à Iahacob.Et Iſaiæ.59.d.
hoc illis à me teſtamẽtum cum abſtulero peccata ipſorum. Se
cundum euangelium quidem,inimici propter vos:ſecundum
electionem autem,dilecti propter patres.Nam non pœniten
da ſunt dona,& vocatio dei.Quemadmodum enim & vos
aliquando increduli fuiſtis deo,nunc autem miſericordiã eſtis
conſecuti per illorum incredulitatem,ſic & iſti nunc increduli
facti ſunt per veſtri miſericordiam,vt & ipſi miſericordiã con
ſequantur.Concluſit enim deus omnes in incredulitatẽ,vt o-
mnium miſereretur.O profunditatem diuitiarum & ſapiẽtiæ
& cognitionis dei,ꝗ; inſcrutabilia ſunt iudicia eius,& inperue
ſtigabiles viæ eius.Quis em̃ cognouit mentem dñi: Aut quis Sapiẽ.9.c.
conſiliarius illi fuit?Aut ꝗs prior dedit illi:& reddetur ei. Qm̃ Iſaiæ.40.d. 2.Cor.2.d.
ex illo,per illũ,& in illum omnia,ipſi gloria in ſecula. Amen.

¶Exhortatio ad bona opera,quæ oblatiões deo gratæ,de moribus uitæ Chriſtianæ eiuſq; officio.

CAP. XII.

A OBſecro igitur vos fratres ꝑ miſeratiões dei,vt exhibea-
tis corpora veſtra hoſtiam viuẽtem,ſanctã, acceptam Phili.4.d. Ephe.5.d.
deo,rationalẽ cultum veſtrũ.Et ne configuretis vos ad figurã 1.Theſ.4.a.
ſeculi huius,ſed transformemini per renouationem mẽtis ve-
ſtræ,vt probetis quæ ſit voluntas dei,quod bonum eſt,acce-
ptumq; & perfectum.Dico enim per gratiam,quę data eſt mi 1.Cor.12.e. Ephe.4.b.
hi,cuilibet exiſtenti inter vos,ne quis altiꝰ de ſe ſentiat,ꝗ; opor
tet de ſe ſentire:ſed vt ſentiat ad modeſtiã,vt cuiq; deus parti-
B tus eſt mẽſurã fidei.Quẽadmodum enim in vno corpore mẽ
bra multa habemus,membra verò omnia non eundẽ habent
actum:ſic multi vnum corpus ſumus in Chriſto,ſinguli autẽ
alij aliorum membra,ſed tamẽ habentes dona iuxta gratiam
datam nobis diuerſa, ſiue prophetiam iuxta proportionem
fidei,ſiue miniſterium in adminiſtratione,ſiue qui docet in do
ctrina,ſiue qui exhortatur in exhortatiõe,qui impartit in ſim-
plicitate,qui præeſt in diligentia,qui miſeretur in hilaritate.Di
C lectio ſit non ſimulata,ſitis odio habentes quod malum eſt,ad Amos.5.d. Ephe.4.a.
hærentes ei,quod bonũ eſt.Fraterna charitate,ad mutuo vos 1.Petri.2.c.
diligendum propenſi,honore alius alium pręcedentes, ſtudio 1.Petri.5.b. Hebr.13.a.
non pigri,ſpiritu feruentes,domino ſeruientes,ſpe gaudentes, 1.Petri.4.c.
in afflictione patientes,orationi inſtantes,neceſsitatibꝰ ſancto-
rum communicantes,hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite iis
qui vos inſectantur:benedicite,& ne maledicatis.Gaudete cũ Prou.3.a. Iſaiæ.5.c.
gaudentibus,& flete cum flentibus:idem alij in alios ſentiẽtes, 1.Petri.3.d. 2.Cor.8.d.
non alta ſentientes,ſed humilibus vos accommodãtes. Ne ſi- Hebr.12.d.
tis ſuperbi apud voſmetipſos,neq; cuiq; malũ pro malo red-
D datis.Prouidentes honeſta in cõſpectu omniũ hominũ: ſi fieri
poteſt,quantũ in nobis eſt cũ omnibus hominibus in pace vi
uentes:nõ voſipſos vlciſcẽtes dilecti,quin potius date locum
iræ.Scriptum eſt enim:Mihi vltio,ego rependam,dicit dñs.Si Eccl.28.a. Matt.5.g.
igitur eſurit inimicus tuus,paſce illum:ſi ſitit,da illi potũ.Hoc Deut.32.e.
enim ſi feceris,carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne Hebr.10.e. Prou.25.c.
vincaris à malo,imo vince bono malum.

¶ Præpoſitis ſeculi multis de cauſis obediendum, charitatẽ in primis amplectendam, ut pote ſine qua nullũ opus quálibet bonũ ſit deo acceptũ.

CAP. XIII.

A OMnis anima poteſtatibus præcellentibus ſubdita ſit.
1.Petri.2.c. Sap.6.a. Non enim eſt poteſtas, niſi à deo: quæ verò ſunt poteſtates, à deo ordinatæ ſunt. Itaq; quiſquis reſiſtit poteſtati, dei
ordinationi reſiſtit. Qui autem reſtiterunt, ſibiipſis iudicium
accipient. Nam principes non ſunt timor bonorũ operum,
ſed malorum. Vis aũt non timere poteſtatem? Quod bonum
eſt facito: & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in
bonum. Quod ſi feceris id quod malum eſt, time. Non enim
fruſtrà gladium geſtat. Nam dei miniſter eſt, vltor ad iram, ei
B qui quod malũ eſt fecerit. Quapropter neceſſe eſt vt ſubiiciamini, non ſolum propter iram: verũetiã propter conſcientiã.
Propter hoc enim & tributa ſoluitis. Siquidem miniſtri dei
Matth.22.c. ſunt, in hoc ipſum inſeruientes. Reddite igitur omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ,
C timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicqnam debea-
Exodi.20.c. tis: niſi hoc, vt inuicẽ diligatis. Nam qui diligit alterum, legem
Deut.5.b. impleuit. Siquidem illud. Non adulterium cõmittes, nõ occi-
Leui.19.c. Galat.5.c. des, non furaberis, non falſum teſtimoniũ dices, nõ cõcupiſces,
Iacobi.2.b. & ſi quod aliud pręceptum in hoc verbo recapitulatur: videlicet, diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo itaq; legis, eſt dilectio. Et hoc cũ
ſciam⁹ tempus, ꝙ hora ſit, nos iam à ſomno expergiſci. Num
enim magis prope nos eſt ſalus, q̃ tum, cũ credebamus? Nox
Luc.21.f. D proceſsit, dies autẽ appropinquauit: Abiiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis: tanq̃ in die honeſtè
Gala.5.c. ambulemus, non commeſſationibus, & ebrietatibus, non cu-
1.Petri.2.c. bilibus ac laſciuiis, non contentione & emulatione, ſed induamini dominum Ieſuah Chriſtum. Et carnis curam ne faciatis
ad concupiſcentias.

¶ Imbecilliores patienter tolerandos, quomodo libertate Chriſtiana rite utendum.

CAP. XIIII.

A EVm autem qui infirmatur fide aſſumite, non ad diiudicationes diſceptationum. Alius quidem credit edenda
eſſe quæuis, Alius autẽ qui infirmus eſt, holera edit. Qui edit,
Iacob.4.d. non edentem ne deſpiciat. Et qui non edit, edẽtem ne iudicet.
Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es, qui iudicas alienum famulum? Proprio domino ſtat, aut cadit, ſtabiliet autem. Potens enim eſt deus ad ſtabiliendum eum. Hic quidem iudicat,
diem iuxta diem. Ille autem diem iudicat omnem diem. Vnuſquiſq; propriæ menti ſatiſfaciat. Qui ſapit diem, domino ſa-
B pit. Et qui non ſapit diem, dño non ſapit. Qui veſcitur, domino veſcitur, gratias enim agit deo: & qui nõ veſcitur, dño non
veſcitur, & gratias agit deo. Nullus enim noſtrum ſibiipſi viuit: & nullus ſibiipſi moritur. Nã ſiue viuimus, dño viuimus:
ſiue morimur, domino morimur. Siue igitur viuam⁹, ſiue moriamur, dñi ſumus. In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, & reuixit, vt mortuis ac viuentibus dominetur. Tu
2.Cor.5.b. verò cur iudicas fratrem tuum? Aut etiã tu cur deſpicis fratrẽ
Iſaiæ.45.d. Philip.2.b. tuum? Omes enim ſtatuemur apud tribunal Chriſti. Scriptũ
C eſt enim: Viuo ego dicit domin⁹: Mihi ſeſe flectet omne genu,
& omnis lingua cõfitebitur deo. Igitur vnuſqſq; noſtrum de
ſeipſo rationem reddet deo. Ne poſthac igitur alius alium iudirem⁹: verum illud iudicate magis, ne ponatur offenſio fratri, aut offendiculum. Scio quidem, & perſuaſum habeo per
dominum Ieſuah, nihil cõmune eſſe per ſe, niſi ei qui exiſtimat
1.Cor.8.d. aliquid eſſe commune, illi cõmune eſt. Verum ſi propter cibũ
frater tuus contriſtatur, non iam ſecundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Chriſtus mortuus eſt.
D Ne igitur blaſphemiis afficiatur veſtrum bonum. Non enim
eſt regnũ dei cibus ac potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in
ſpiritu ſancto. Etenim q in his ſeruit Chriſto, acceptus eſt deo,
& probatus hominibus. Itaq; quæ pacis ſunt, ſectemur: et quę
Tit.1.d.d. ædificationis, alius erga aliũ. Ne cibi cauſa deſtruas opus dei.
1.Cor.8.d. Omnia quidẽ pura, ſed malũ eſt homini q per offendiculũ veſcitur. Bonum eſt non edere carnes, neque bibere vinũ, neque
quicquam, per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut
infirmatur. Tu fidem habes? Apud temetipſum habe coram
deo. Beatus q non iudicat ſeipſum in eo quod probat. Atqui
diiudicat, ſi ederit condemnatus eſt, quoniam non edit ex fide
Porrò quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt.

¶ Exemplo Chriſti neminẽ ſpernendũ, imo quoſlibet inuitãdos, precatio ꝓ ſuis, ſeſe cõmẽdato prouocat eos exẽplo aliorũ ad eleemoſynã.

CAP. XV.

A DEbemus aũt nos qui potẽtes ſumus, infirmitates impotentiũ portare, ac non nobiſipſis placere. Nã vnuſqſq;
noſtrũ proximo placeat in bonũ ad ædificationẽ. Etem̃ Chriſtus nõ placuit ſibiipſi, ſed quẽadmodũ ſcriptũ eſt: probra probris afficientium te, inciderũt in me. Nã quæcũq; præſcripta Pſalmo.68.
ſunt, in noſtrã doctrina præſcripta ſunt: vt per patientiã, et cõ
B ſolationẽ ſcripturarũ ſpem habeamus. Deus aũt patiẽtiæ, et cõ
ſolationis det vobis idẽ mutuo inter vos ſentire ſecũdum Ieſuah Chriſtũ, vt vnanimiter vno ore glorificetis deum, ac pa- 1.Cor.1.b.
trem dñi noſtri Ieſuah Chriſti. Quapropter aſſumite vos inuicem, quẽadmodum, & Chriſtus aſſumpſit nos in gloriã dei.
Dico aũt Ieſuah Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe circuncilionis pro veritate dei, ad confirmãdas promiſsiones patrũ. Cæterum vt
gentes pro miſericordia glorificent deum. Sicut ſcriptum eſt:
C Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canã:
Et rurſum dicit: Gaudete gẽtes cũ populo ei⁹. Et rurſum: Laudate dñm oẽs gentes, & collaudate eũ omnes populi. Et rur- Pſalmo.17.
ſum Ieſahiah dicit: Erit radix Iſai, & qui exurget ad imperãdũ 2.Reg.12.d. Pſalmo.117.
gentibus, in eo gẽtes ſperabũt. Deus aũt ſpei impleat vos omni Iſaiæ.11.c.
gaudio, & pace, in credendo in hoc, vt exubereus in ſpe per
potentiã ſpiritus ſancti. Perſuaſus aũt ſum fratres mei, & ipſe
ego de vobis, ꝙ & ipſi pleni eſtis bonitate, impleti omni ſcië-
D tia, valentes etiã inuicem alius alium admonere. Verum audacius ſcripſi vobis fratres ex parte, veluti commonefaciẽs vos,
propter gratiam quæ data eſt mihi à deo, in hoc vt ſim miniſter Ieſuah Chriſti in gentes, adminiſtrans euangelium dei, vt
fiat oblatio gentium acceptabilis, ſanctificata per ſpiritum ſanctum. Habeo igitur gloriationem per Chriſtum Ieſuah, in iis
quæ ad deum ſunt. Nõ enim auſim loqui quicquam eorum,
quæ non effecit Chriſtus per me, in obedientiam gentium, verbo & facto per potentiam ſignorum, ac prodigiorum, ꝑ potentiam ſpiritus dei, vt ab Ieruſalaim, & circumiacentibus regionibus vſq; ad Illyricum impleuerim euangeliũ Chriſti: ita
E porrò annitens annunciare euangelium, non vbi nominatus
erat Chriſtus, vt ne ſuper alienum fundamentum ędificarẽ, ſed
quẽadmodum ſcriptũ eſt: Quibus nõ eſt annunciatum de eo,
videbunt: & qui nõ audierãt, intelligẽt. Quapropter etiã impe- Iſaiæ.52.d.
diebar ſæpe, quo minus venirem ad vos. Nunc verò cum nõ
amplius habeam locũ in regionibus, deſiderium aũt habeam
veniẽdi ad vos multis iam annis, vt ſi proficiſcar in Hiſpaniã,
F veniam ad vos. Spero enim fore, vt iſtac iter faciẽs videã vos,
& à vobis deducar illuc, ſi tamẽ veſtra conſuetudine prius ex
parte fuero expletus. Nunc autem proficiſcor Ieruſalaim miniſtrans ſanctis. Viſum eſt enim Macedoniæ, & Achaiæ cõmunicationẽ aliquã facere in pauperes ſanctos, qui ſunt Ieruſalaim.
Nam placuit ipſis, & debitores illorũ ſunt. Etenim ſi ſpiritua- 1.Cor.2.d.
lia ſua communicauerunt gentibus, debent & hæ in carnalib⁹
miniſtrare illis. Hoc igitur vbi perfecero, & obſignauero illis
fructum hũc, reuertar per vos in Hiſpaniam. Scio nanq; qđ
G vbi venero ad vos, cum plenitudine benedictionis euangelij
Chriſti vẽturus ſim. Obſecro autem vos fratres per dñm noſtrũ Ieſuah Chriſtũ, & per dilectionẽ ſpiritus, vt me laborantẽ
adiuuetis orationibus pro me ad deũ: vt liberer ab incredulis
in Iehúdæa, vtq; miniſterium hoc meũ Ieruſalaim, acceptũ ſit
ſanctis: vt cũ gaudio veniã ad vos, ꝑ voluntatẽ dei, vnaq; vobiſcũ refociller. Deus aũt pacis ſit cũ omnibus vobis. Amen.

¶ Variæ ad uarios ſalutatiões, admonens tandẽ ut caueant a pſeudapoſtolis, & ſeductoribus.

¶ Cap.



CAP. XVI.

A COmmendo autem vobis Phœben, ſororem noſtram,
quæ eſt miniſtra eccleſiæ Cenchreenſis, vt illam ſuſcipiatis in Chriſto, ita vt decet ſanctos: & adſitis ei, in quocũq; vo-
Actuũ.8.a.g. bis eguerit negotio. Nã hæc cum multis adfuit, tum mihi etiã
ipſi. Salutate Priſcã, & aquilam, adiutores meos in Chriſto Ieſuah, qui pro anima mea ſuã ipſorũ ceruicẽ ſuppoſuerũt. Quibus nõ ego ſolus gratias ago, ſed & omnes eccleſiæ gentium.
Item quæ in domo illorũ eſt, congregationẽ. Salutate Epænetum dilectũ meum, qui eſt primiuæ Achaiæ in Chriſto. Salutate Miriã, quæ multũ laborauit erga nos. Salutate Andronicũ,
& Iuniam, cognatos meos & cõcaptiuos meos, qui ſunt inſignes inter apoſtolos, qui etiam ante me fuerũt in Chriſto. Sa-
B lutate Ampliã dilectũ meũ in dño. Salutate vrbanum, adiutorem noſtrum in Chriſto, & Stachyn dilectũ meũ. Salutate Apellem, probatum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli familiaribus. Salutate Herodionem cognatum meum.
Salutate eos qui ſunt ex Narciſsi familiaribus, hos qui ſunt
in domino. Salutate Triphenam & Triphoſam, quæ laborãt
in domino. Salutate Perſidem dilectam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rurſum, electum in domino, & matrem illius ac meam. Salutate Aſyncritũ, Phlegontẽ, Hermam,
Phil.4.d. C Patrobam, Mercurium, & qui cũ his ſunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympam: et
qui cum his ſunt, omes ſanctos. Salutate vos inuicem cum oſculo ſancto. Salutant vos eccleſiæ Chriſti. Obſecro autẽ vos
fratres, vt conſyderetis eos qui diſsidia & offendicula contra
doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinetis ab illis.
Nam qui eiuſmodi ſunt, domino Ieſuah Chriſto non ſeruiũt,
ſed ſuo ventri: & per blandiloquentiam, & aſſentationẽ decipiunt corda ſimplicium. Nã veſtra obedientia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur ſanè de vobis. Sed volo vos ſapiẽtes
quidem eſſe ad bonum, ſynceros autem ad malum. Deus autẽ
Actuũ.16.a. pacis conteret ſathanam ſub pedes veſtros breui. Gratia do-
D mini noſtri Ieſuah Chriſti ſit vobiſcum. Salutant vos Timotheus cooperarius meus, & Luciũs & Iaſon & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam in domino. Salutat vos Gaius hoſpes meus & eccleſiæ totius. Salutat vos Eraſtus, quæſtor ærarius ciuitatis, & Quartus frater.
Gratia domini noſtri Ieſuah Chriſti ſit cum omnibus vobis,
Amen. Ei autem qui potens eſt vos confirmare ſecundum euãgelium meum, & præconium Ieſuah Chriſti iuxta reuelationẽ
myſterij, temporibus æternis taciti, manifeſtati verò nunc, &
per ſcripturas propheticas iuxta delegationẽ æterni dei
in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, ſo
li ſapienti deo, per Ieſuah Chriſtum, cui gloria in ſecula, Amen.

FINIS.

¶ Miſſa fuit a Corintho per Phœben miniſtram Cenchreenſis eccleſiæ.

# Epiſtola Pauli ad Corinthios prima: Interprete Sãte Pagnino, Lucenſi.

¶ Corinthios Paulus ſeueriuſobiurgat, ſic tamẽ ut nõ deſperet de eorum in fide perſeuerantia, indicans non in hominibus, ſed in ſolo Chriſto gloriandum, auocans etiam ab inani philoſophiæ ſupercilio.

CAPVT I.

A PAVLVS vocat⁹ apoſtol⁹ Ieſuah Chriſti, ꝑ voluntatẽ dei, & Soſthenes frater, eccleſiæ dei q̃ eſt Corinthi, ſanctificatis per Chriſtũ Ieſuah, vocatis ſanctis vna cũ omnibus q inuocãt nomen
dñi noſtri Ieſuah Chriſti, ĩ quouis loco,
ſuoq; & noſtro. Gratia vobis, & pax à
B deo patre noſtro, & domino Ieſuah Chriſto. Gratias ago, deo
meo ſemp pro vobis de gratia dei, q̃ data eſt vobis per Chri-
ſtum Ieſuah, ꝙ in omni re ditati eſtis per ipſum, in omi ſermo- 1.Theſ.5.d.
ne, & omni cognitiõe, (quẽadmodũ teſtimoniũ Chriſti cõfirmatum fuit in vobis) adeo, vt nõ deſtituamini in vllo dono, Roma.15.b.
expectãtes reuelationẽ dñi noſtri Ieſuah Chriſti, q & cõfirmabit vos vſq; ad finẽ, inculpatos in die dñi noſtri Ieſuah Chriſti.
Fidelis deus per quẽ vocati eſtis in conſortium filij ipſius Ieſuah Chriſti domini noſtri. Obſecro autẽ vos fratres, ꝑ nomẽ
dñi noſtri Ieſuah Chriſti, vt idem dicatis omnes, & nõ ſint inter vos diſsidia: ſed ſitis integrum corpus, eadem mente, & ea Actu.12.a.
dem ſententia. Significatũ eſt enim mihi de vobis fratres mei,
C à familiaribus Chloe, ꝙ cõtentiones ſint inter vos. Dico autẽ
illud, ꝙ vnuſqſq; veſtrũ dicit: Ego qdẽ ſum Pauli, et ego verò
Apollo, ego Cephę, ego verò Chriſti. Nũ diuiſus eſt Chriſt⁹?
Num Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli
baptizati fuiſtis? Gratias ago deo, ꝙ neminem veſtrum baptizauerim, niſi Criſpum, & Gaium: ne quis dicat, ꝙ in nomine
meo baptizauerim. Baptizaui autem, & Stephanæ familiam.
Cæterum haud ſcio, ſi quem alium baptizarim. Nõ enim mi- Iſaiæ.29.c.
ſit me Chriſtus, vt baptizarem, ſed vt euangelizarem non in Abac.1.c.
ſapientia ſermonis, ne inanis fiat crux Chriſti. Nam ſermo cru-
cis, iis qui pereunt, ſtultitia eſt: at nobis qui ſalutem conſeqmur Iſaiæ.33.c.
potentia dei eſt. Scriptum eſt enim: Perdã ſapiẽtiam ſapientũ,
D & intelligentiam intelligentium reiiciã. Vbi ſapiẽs? vbi ſcriba?
vbi diſputator ſeculi huius? Nõnne infatuauit deus ſapientiã
mundi huius? Nam poſtq; in ſapientia dei, non cognouit mũdus per ſapientiam deum, viſum eſt deo, per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quandoquidem & Iehudæi
ſignum poſtulant, & Græci ſapientiam quærunt. Nos autem
prædicamus Chriſtum crucifixum, Iehudæis quidem offendiculum, Græcis verò ſtultitiam, ſed iiſdem vocatis Iehudæiſq;
& Græcis Chriſtum dei potentiam, ac dei ſapientiã. Quoniã
ſtultitia dei ſapientior eſt, q̃ homines, & imbecillitas dei robuſtior eſt, q̃ homines. Videtis enim vocationem veſtram fratres, ꝙ non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potẽtes, non multi claro genere nati, verũ quæ ſtulta erant mundo delegit deus, vt pudore ſuffundat ea quæ ſunt robuſta: &
quæ ignobilia erant mundi, contemptaq;, delegit deus: & ea
quæ non erant, vt ea quæ ſunt obliteraret, vt ne glorietur Ierem.6.g.
vlla caro coram ipſo. Ex eodẽ aũt vos eſtis in Chriſto Ieſuah, 1.Cor.10.d.
qui factus fuit nobis ſapiẽtia à deo, iuſtitiaq;, & ſanctificatio,
& redemptio. Vt quemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in domino glorietur.

¶ Apoſtolum nõ uſum fuiſſe, licet potuiſſet, ſermonis eminẽtia, aut phalerata oratione ſecundum ſeculi faſtum & ſapientiam.

CAP. II.

A ET ego cum venirem ad vos fratres, veniebã non iuxta
eminentiam ſermonis, aut ſapiẽtiæ, annunciãs vobis teſtimoniũ dei. Non enim me iudicaui quicquã ſcire inter vos,
niſi Ieſuah Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & in timore, ac in tremore multo fui apud vos: & ſermo
meus, & prædicatio mea non erat in perſuaſoriis humanę ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, ac potentiæ, vt fides
B veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in potentia dei. Porro ſapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam autẽ non
ſeculi huius, neq; principum ſeculi huius qui abolentur, ſed loquimur ſapientiam dei in myſterio quæ eſt recondita, quam
præfinierat deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo
principum ſeculi huius cognouit. Nam ſi cognouiſſent, haud Iſaiæ.64.b.
quaquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sed quemadmo-
C dum ſcriptum eſt: Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit deus
diligentibus ſe. Nobis autem deus reuelauit per ſpiritũ ſuum,
Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunditates dei. Quis
enim hominum nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpirit⁹ hominis, qui eſt in eo? Sic & ea quæ ſunt dei, nemo nouit, niſi ſpiritus dei. Nos verò non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritũ
qui eſt ex deo, vt ſciam⁹ quæ à Chriſto donata ſint nobis, q̃ et 1.Petri.1.d.

loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis,ſed in do-
D ctis ſpiritus ſancti,ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.Ani-
malis autem homo,non accipiet ea quæ ſunt ſpiritus dei,ſtul-
titia ſiquidem illi ſunt: nec poteſt cognoſcere quod ſpirituali-
Iſaiæ.40.d. ter diiudicantur.At ſpiritualis diiudicat quidem omnia, ipſe
Sapien.9.c. verò à nemine diiudicatur.Quis enim cognouit mẽtem dñi,
Roma.11.d. qui conſilium daturus ſit illi?Nos aũt mentẽ Chriſti tenemꝰ.

¶Correctio tumoris,a uocantiũ dignitate concepti,ſeq; rectũ iecisse fundamentũ, deterrens hinc pſeudapoſtolos. CAP. III.

A ET ego fratres,non potui loqui vobis,vt ſpiritualibꝰ:ſed
loquendum fuit vt infantibus in Chriſto. Lactis potu
vos alui,& non cibo.Nondum enim poteratis,imo ne nunc
quidem adhuc poteſtis:nam adhuc carnales eſtis. Si quidem
cum in vobis ſit æmulatio,& contentio, & factiones, nõnne
carnales eſtis,& ſecundum hominem ambulatis?Etenim cum
dicat aliquis:ego quidem ſum Pauli:alter verò, ego Apollo:
nõnne carnales eſtis?Quis igitur eſt Paulꝰ,qs Apollo?niſi mi-
B niſtri,per quos credidiſtis,& vt cuique dominus dedit. Ego
plantaui,Apollo rigauit,ſed deus dedit incrementum.Itaque
neque qui plantat eſt aliquid,neq; qui rigat:ſed qui dat incre-
Pſalmo.61. mentum,deus.Cæterum is qui plantat,& is qui rigat,vnum
Galat.6.b. ſunt.Vnuſquiſq; tamen ſuam mercedẽ accipiet iuxta ſuum la
borem.Etenim dei ſumus cooperarij:dei agricolatio,dei ædi-
ficatio eſtis,iuxta gratiam dei quæ data eſt mihi.Vt ſapiens ar
chitectus fundamentum poſui,alius autem ſuper illud ædifi-
cat.Porrò quiſq; videat quomodo ſuperſtruat.Nam funda-
mentum aliud nemo poteſt ponere,præter hoc quod poſitũ
C eſt,qđ eſt Ieſuah Chriſtus.Quod ſi quis ſuperſtruit ſuper fun-
damentum hoc,aurum,argẽtum,lapides precioſos,ligna,fœ-
num,ſtipulam,cuiuſq; opus manifeſtum fiet.Dies enim decla-
rabit,quod in igne reuelatur:& cuiuſq; opus quale ſit, ignis
probabit.Si cuius opus manſerit quod ſuperſtruxit,mercedẽ
accipiet:ſi cuius opus exuſtum fuerit,damnum patietur: ipſe
Infra.6.d. verò ſaluus fiet,ſed ſic tanquã per ignem.An neſcitis ꝙ tẽplũ
2.Cor.6.e. dei eſtis & ſpiritus dei habitat in vobis?Si quis templum dei
corrumpit,hunc perdet deus.Nam templum dei ſanctũ eſt,
quod eſtis vos.Ne quis ſeipſum fallat.Si quis ſibi videtur ſa-
D piens eſſe inter vos,in ſeculo hoc ſtultus fiat,vt fiat ſapiens.Et-
Iob.5.c. enim ſapientia mundi huiꝰ,ſtultitia eſt apud deum. Scriptum
Pſalmo.93. eſt enim:Qui comprehendit ſapientes in aſtutia ipſorum. Et
rurſum:Dominus nouit cogitationes ſapientium ꝙ ſint vanę.
Itaque ne quis glorietur in hominibus. Omnia nanq; veſtra
ſunt,ſiue Paulꝰ,ſiue Apollos, ſiue Cephas,ſiue mũdus,ſiue vi-
ta,ſiue mors,ſiue præſentia,ſiue futura:omnia inquam veſtra
ſunt,vos autem Chriſti,Chriſtus verò dei.

¶De officio epiſcopi ſeu adminiſtrantis uerbũ,quod quidẽ nõ inflare ſed potius deprimere ſe debet. CAP. IIII.

SIc nos exiſtimet homo,vt miſtros Chriſti, & diſpenſato-
A res myſteriorum dei.Quod ſupereſt autem,illud requiri-
2.Cor.6.a. tur inter diſpenſatores,vt fidelis aliquis reperiatur.Mihi vero
minimo eſt,vt à vobis diiudicer, aut ab humano die: imo,
nec meipſum diiudico.Nullius enim rei mihi conſcius ſum,ſed
non per hoc iuſtificatus ſum.Cæterum qui me iudicat,domi-
nus eſt.Proinde ne ante tempꝰ quicquam iudicetis,donec ve-
nerit dominus,qui & illuſtrabit occulta tenebrarum,& pate-
faciet conſilia cordium,ac tunc laus erit vnicuiq; à deo. Hæc
B autem fratres transfiguraui in meipſum & in Apollo, ꝓpter
vos:vt in nobis diſceretis,ne quid ſupra id quod ſcriptum eſt
ſentiretis:vt ne vnus aduerſus alterũ viciſsim inflemini. Quis
enim te diiudicat?Quid aũt habes,quod non accepiſti. Quod
ſi etiam accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Iam
ſaturati eſtis, iam ditati eſtis, abſque nobis regnum adepti
eſtis: atque vtinam adepti ſitis, vt & nos ſimul vobiſcum
regnemus.Arbitror enim quòd deus nos, qui ſumus apo-
ſtoli poſtremi,oſtenderit tanquam morti addictos,quoniam
ſpectaculũ facti ſumus mundo,& angelis,& hominibus. Nos
ſtulti propter Chriſtum,vos autem prudentes per Chriſtũ:
C nos imbecilles,vos autem validi:vos clari,nos contempti.Ad
hoc vſque tempus & eſurimus & ſitimus,& nudi ſumus,et co Actuũ.20.g.
laphis cædimur,& certas non habemus ſedes,& laboramꝰ o- 1.Theſ.2.b.
perantes propriis manibus:dum conuiciis afficimur,benedi- 2.Theſ.3.b.
cimus:dum perſecutionem patimur,ſuſtinemus:dum blaſphe
mamur,obſecramus:veluti excrementa mundi facti ſumus,o-
mnium ſterquilinium ad hunc vſque diem. Non vt vos pu-
dore efficiam hæc ſcribo,ſed vt filios meos dilectos, admo-
neo.Nam etiã ſi innumeros pædagogos habeatis in Chriſto,
non multos tamen habetis patres.Siquidẽ in Chriſto Ieſuah,
per euãgelium ego vos genui.Adhortor itaque vos,vt imita
tores mei ſitis. Hac de cauſa miſi vobis Timotheũ, qui eſt fi-
lius meus dilectus,& fidelis in domino:qui vobis in memo-
riam reducet vias meas,qui ſunt in Chriſto, quemadmodum
vbique in omni eccleſia doceo.Perinde quaſi non ſim ventu
rus ad vos,inflati ſunt qdã.Sed veniã breui ad vos,ſi dñs vo-
luerit:& cognoſcam non ſermonem iſtorum qui inflati ſunt,
ſed virtutẽ.Non enim in ſermone regnũ eſt dei,ſed in virtute.
Quid vultis?Cũ virga veniã ad vos,an cum charitate & ſpiri
tu lenitatis?

¶Obiurgatio quod cuiuſdã inceſtũ tã patienter ferrẽt,monens talia patrã-tium conſuetudinẽ ſumme uitandã. CAP. V.

A OMnino auditur inter vos fornicatio,& huiuſmodi for Coloſſ.2.a.
nicatio quæ nec inter gentes nominatur,vt aliquis v-
xorem patris habeat.Et vos inflati eſtis,ac nõ potius luxiſtis,
vt tolleretur de medio veſtrum qui opꝰ hoc feciſſet. Nã ego
quidem,vt abſens corpore,pręſens autem ſpiritu,iam decre-
ui tanquam præſens,vt is qui ſic hoc patrauit,in nomine do-
mini noſtri Ieſuah Chriſti,congregatis vobis,& meo ſpiritu,
B vna cum poteſtate domini noſtri Ieſuah Chriſti, tradatur ſa-
thanę ad interitum carnis,quo ſpiritus ſaluus ſit in die domi-
ni noſtri Ieſuah.Non eſt bona gloriatio veſtra.An neſcitis, ꝙ
paululum fermenti totam conſperſionem fermentat? Expur-
gate itaque vetus fermentum,vt ſitis noua conſperſio,ſicut e-
ſtis infermentati.Nam peſach noſtrũ pro nobis immolatus
C eſt Chriſtus.Itaque feſtum celebremus non in fermento vete-
ri,nec in fermento malitiæ,& verſutiæ,ſed in panibus inferme-
tatis:hoc eſt,ſynceritate,& veritate. Scripſi vobis ꝑ epiſtolã:
Ne commiſceremini fornicariis, ac non omnino fornicariis
mundi huius,aut auaris,aut rapacibus,aut ſimulacrorum cul
D toribus,quandoquidem debetis ex hoc mundo exire. Nunc
autem ſcripſi vobis,ne commiſceamini.Si quis cum frater ap-
pelletur,fuerit aut fornicator,aut auarus, aut ſimulacrorum
cultor,aut conuiciator,aut ebrioſus,aut rapax, quũ eiuſmo-
di ne cibum quidem capiatis.Quid enim ad me attinet etiam
de his qui foris ſunt iudicare? Nõnne de his qui intus ſunt iu-
dicatis?Eos verò qui foris ſunt,deus iudicat.Etiã auferte iſtũ
qui malus eſt,ex vobiſipſis.

¶Si omnino ob res fluxas litigare pergãt,id Chriſtianis nõ ethnicis arbitris aut iudicibus ſi t,itẽ de ſcortatiõe & id genus uitiis. CAP. VI.

A AVdet aliqs veſtrũ,negotiũ habens cum altero iudicari
ſub iniuſtis,& nõ magis ſub ſanctis?An neſcitis ꝙ ſan-
cti mundũ iudicabũt?Et ſi per vos iudicatur mũdꝰ,indigni e-
ſtis minimis iudiciis.An neſcitis ꝙ angelos iudicabimus,nõ tã
tum quæ ad vitæ vſum ꝑtinẽt?Proinde iudicia ſiquidẽ habue
ritis de iis,quæ ad vitæ vſum attinẽt,qui cõtẽpti ſunt in eccle-
B ſia,eos conſtituite.Ad erubeſcentiã veſtrã dico.Adeo non eſt
inter vos ſapiẽs,ne vnus quidẽ,qui poſsit diiudicare inter fra-
trẽ ſuum & fratrem.Sed frater cum fratre litigat.Idq; ſub infi Matt.5.f.
delibus?Itaque iam quidem omnino delictum in vobis eſt. ꝙ Lucæ.6.e.
lites habetis inter vos inuicem.Cur non potius iniuriam pati Roma.12.d.
mini?cur non potius damnum accipitis?imo vos iniuriam fa
citis, & dãno afficitis,idq; fratres?An neſcitis ꝙ iniuſti regnũ
dei hæreditate nõ conſequentur?Ne erretis. Neq; fornicarij,
neq; cultores ſimulacrorũ,neq; adulteri,neq; molles,neq; qui
concumbunt cum maſculis,neq; fures,neq; auari,neq; ebrioſi,
neq; cõuiciatores,neq; rapaces,regnũ dei hæreditate accipiẽt.
Atq;



C Atq; hæc eratis quidem,ſed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,ſed
iuſtificati eſtis,per nomen dñi Ieſuah,& per ſpiritũ dei noſtri.
Omnia mihi licent,at non omnia conducunt.Omnium mihi
poteſtas eſt,at ego non redigar ſub vllius poteſtatem.Eſcæ vẽ
tri ſunt,& venter eſcis:deus aũt & hunc & illas abolebit. Cor-
pus vero non fornicationi,ſed domino,& dñs corpori.Deus
D autem & dominum ſuſcitauit,& nos ſuſcitabit per potẽtiam
ſuam.An necitis ꝙ corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Nũ
igitur quum tulerim membra Chriſti, faciam meretricis mẽ-
bra?Abſit.An neſcitis ꝙ qui adglutinatur meretrici,vnũ cor-
pus eſt?Erunt enim,inquit,duo in carne vna.At qui adgluti-
natur dño,vnus ſpiritus eſt.Fugite fornicationem.Omne pec
catum,quodcunq; fecerit homo,extra corpus eſt.Sed qui for
nicatur,in proprium corpus peccat.An neſcitis ꝙ corpus ve
ſtrũ tẽplum eſt habitãtis in vobis ſpiritus ſancti,quẽ habetis à
deo,& non eſtis veſtri ipſius?Nã empti eſtis p̃cio. Glorificate
iam deum in corpore veſtro,& in ſpiritu veſtro quæ ſunt dei.

¶De matrimonio,uiduitate,diuortio & uirginitate,itẽ ob Chriſtianiſmũ non immutandum neceſſario uitæ ſtatum. CAP. VII.

A CAeterum de quibus ſcripſiſtis mihi. Bonum eſt homini
vxorem non tangere. Attamen propter fornicationes
1.Petri.3.b. ſuam quiſq; vxorem habeat:& ſuum quęq; virum habeat.V-
xori vir debitam beneuolentiam reddat:ſimiliter autem & v-
xor viro.Vxor proprij corporis poteſtatẽ non habet,ſed ma
ritus.Similiter & maritus proprij corporis poteſtatem nõ ha
bet,ſed vxor.Ne fraudetis vos inuicem,niſi ſi quid ex cõſenſu,
pro tempore,vt vacetis ieiunio,& orationi:& rurſum in vnũ
conueniatis,ne tentet vos ſathanas propter intemperantiam
veſtram.Hoc autem dico iuxta indulgentiam,non iuxta præ-
B ceptum.Nam velim omnes homines eſſe,vt & ipſe ſum. Sed
vnuſquiſq; proprium donum habet ex deo,alius quidem ſic,
alius autem ſic.Dico autem inconiugatis,et viduis,bonum eis
eſt,ſi manſerint,vt & ego.Quod ſi ſe non continent, cõtrahãt
matrimonium.Nam ſatius eſt matrimonium cõtrahere, quã
Matt.5.c. vri. Et coniugatis præcipio,non ego,imo dominus: Vxor à
14.c. Marc.10.b. viro ne ſeparetur:ꝙ ſi ſeparata fuerit,maneat innupta, aut ma
Lucæ.16.d. rito reconcilietur:& maritus vxorem ne dimittat.Reliquis au
tem ego dico,non dominus:Si quis frater vxorem habet infi-
delem,& hæc aſſentitur vt habitet cum illo,ne dimittat eũ: &
mulier quæ habet maritum infidelem,& is aſſentitur vt habi-
C tet cũ ea,ne dimittat illũ.Sãctificatus eſt enĩ maritꝰ incredulus,
per vxorem:& ſanctificata eſt vxor incredula ꝑ maritũ.Alio-
qui filij veſtri immundi eſſent,nunc autem ſancti ſunt.Quod ſi
incredulus diſcedit,diſcedat.Non eſt ſeruituti ſubiectus frater
aut ſoror in huiuſmodi,ſed in pace vocauit nos deꝰ.Quid ſcis
mulier,an maritum ſeruabis?Aut quid ſcis vir,an vxorem ſer
uabis?niſi vnuſquiſq; vt ipſi partitus eſt deus,vnuſquiſq; vt il-
lum vocauit dominus,ita ambulet:& ſic in eccleſiis omnibus
ordino.Circũciſus aliquis vocatus eſt,ne accerſat pręputiũ.In
Ephe.4.a. p̃putio aliqs vocatꝰ eſt,ne circũcidatur.Circũciſio nihil eſt,&
præputiũ nihil eſt, ſed obſeruatio mãdatorũ dei. Vnuſquiſq;
D in ea vocatiõe in qua vocatꝰ fuit,maneat. Seruꝰ vocatꝰ es,ne
ſit tibi curæ: qn etiã ſi potes liber fieri,potius vtere. Etenim q
in domino vocatus eſt ſeruus,libertus domini eſt.Similiter &
Supra.6.d. qui liber vocatus fuit,ſeruus eſt Chriſti. Precio empti fuiſtis:
1.Petri.1.d. nolite fieri ſerui hominum.Vnuſquiſq; in eo,in quo vocatus
fuit,fratres,maneat apud deum.De virginibus autem præce-
ptum domini non habeo:conſilium tamen do,tanquam mi-
ſericordiam conſecutus à domino,in hoc vt ſim fidelis.Arbi-
E tror igitur hoc bonum eſſe propter præſentem neceſsitatem.
Nam bonum eſt homini ſic eſſe.Alligatus es vxori, ne quære
diuortium.Solutus es ab vxore,ne quæras vxorem. Quod ſi
duxeris vxorem,non peccaſti.Et ſi nupſerit virgo,non pecca-
uit.Attamen afflictionem in carne habituri ſunt huiuſmodi.
Ego vero vobis parco.Cæterum illud dico fratres,tempꝰ bre
uiatum eſt:ſupereſt,vt qui habent vxores,ſint tãquam qui nõ
habeant:& qui plorant,tanquã qui nõ plorãt:& qui gaudent,
tanquam qui non gaudent:& qui emunt,tanquã qui nõ poſſi
dent:& qui vtuntur mundo hoc,tãquàm qui non vtuntur.
F Præterit enim figura huius mũdi.Velim autẽ vos abſq; ſolici-
tudine eſſe.Qui cœlebs eſt,curat ea quæ ſunt domini, quomo
do placiturus ſit dño.Atqui duxerit vxorem, ſolicitus eſt de
his quæ ſunt mundi,quomodo placiturus ſit vxori.Diuiſa eſt
mulier,& virgo.Innupta curat ea quæ ſunt domini,vt ſit ſan-
cta cum corpore tum ſpiritu.Contra quæ nupta eſt,curat ea
quæ ſunt mundi,quomodo placitura ſit marito. Hoc autem
ad id quod vobis conducibile eſt,dico:non vti laqueum vo-
bis iniiciam,ſed vt quod honeſtum ac decorum eſt,ſequami-
ni,& adhæreatis domino abſq; vlla diſtractione.Quod ſi quis
G indecorum, virgini ſuæ putat,ſi prætereat nubẽdi tempus, &
ſic oportet fieri:quod vult faciat,non peccat,iungatur matri-
monio.Cæterum qui ſtat firmus in corde,non habens neceſsi Roma.7.a.
tatem,ſed poteſtatem habet propriæ voluntatis, & decreuit
hoc in corde ſuo,vt ſeruet ſuam virginem,benefacit. Itaq; qui
dat nuptui,bene facit.Attamẽ qui non dat nuptui,meliꝰ facit.
Vxor alligata eſt legi quandiu viuit maritꝰ eius.Quod ſi dor-
mierit maritus illius,libera eſt ad cui velit nubendũ, modo in
domino.Attamẽ beatior eſt,ſi ſic maneat,iuxta meam ſenten-
tiam,opinor autem quod & ipſe ſpiritum dei habeam.

¶Idolothytis non uescendum,infirmioribus non obiiciendum offendiculum. CAP. VIII.

A CAeterum de his quæ ſimulacris immolantur,ſcimꝰ qđ
omnes ſcientiam habemus.Scientia inflat, charitas ve-
ro ædificat.Quod ſi quis ſibi videtur aliquid ſcire,nondũ qc-
quam nouit quemadmodum oporteat ſcire. At ſi quis dili-
git deum,hic cognitus eſt ab illo.De eſu igitur eorum quæ ſi-
mulacris immolantur,ſcimus quod nullum eſt ſimulacrum in
B mundo:& quod nullus ſit deus alius,niſi vnus.Nam etiam ſi
ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra,quemadmodũ
ſunt dij multi,& domini multi:nobis tamen vnus eſt deus,qui
eſt pater ille,ex quo omnia,& nos in illum: & vnus dominus
Ieſuah Chriſtus,per quem omnia,& nos per illum,ſed non in
omnibus eſt ſcientia:Nonnulli vero cum conſcientia ſimula-
cri vſque ad hoc tempus tanquam ſimulacris immolatum,e-
C dunt:& conſcientia illorum infirma cum ſit, polluitur.Atqui
eſca nos non cõmẽdat deo,neque ſi comedamus,aliqd nobis
ſupeſt:neq; ſi nõ comedamꝰ quicquã nobis deeſt. Sed videte,
ne quo modo poteſtas iſta veſtra,offendiculo ſit iis qui infir-
mi ſunt.Etenim ſi quis conſpexerit te,qui habes ſcientiam,in e-
pulo ſimulacrorum accumbentem:nõnne conſcientia eius q
infirmus eſt,ædificabitur ad edendum ea quæ ſunt ſimulacris
D immolata?Et peribit frater qui infirmus eſt in tua ſcientia,pro Roma.14.c.
pter quem Chriſtus fuit mortuus.Sic autem peccantes in fra-
tres,& vulnerantes illorum conſcientiam infirmam in Chriſtũ
peccatis.Quapropter ſi eſca offendit fratrem meũ,haud qua-
quam veſcar carnibꝰ in æternũ,ne fratri meo ſim offendiculo. Roma.14.d.

¶Paulus ſeſe cõmendãs tacite ſe æquat,ac p̃fert aliis apoſtolis, tametipſi nõ utatur pari libertate,interim nõnulla de officio uerbi. CAP. IX.

A AN non ſum apoſtolus?An non ſum liber?An non Ie-
ſuah Chriſtũ dñm noſtrũ vidi?an non opus meũ vos
eſtis in domino?Si cæteris non ſum apoſtolus, at ſane vobis
ſum.Siquidem ſigillum apoſtolatus mei,vos eſtis in domino.
Mea reſponſio apud eos qui me interrogant,hæc eſt.An non
habemus poteſtatem edendi,ac bibendi.An nõ habemus po-
teſtatem,ſororem mulierem circunducendi,quemadmodum
& cæteri apoſtoli,& fratres domini,& Cephas?Aut ſolꝰ ego,
& Barnabas nõ habemus poteſtatẽ hoc faciẽdi? Quis militat
ſuis ſtipendiis vnq;.Quis plãtat vineã & de fructu eius non e-
B dit?Aut quis paſcit gregẽ,& de lacte gregis nõ edit?Nũ ſecun
dũ hominem hæc dico?An nõ & lex eadẽ dicit?Etenim in Mo
ſeh lege ſcriptum eſt:Nõ obligabis os boui trituranti.Nũ bo- Deut.25.a.
ues curæ ſunt deo?An hoc ꝓpter nos omnino dicit?Propter 1.Timo.5.c.
nos enim hoc ſcriptum eſt:quòd ſub ſpe debeat is qui arat ara Roma.15.f.
re:& qui triturat ſub ſpe,ſpei ſuæ particeps eſſe debeat. Si nos

vobis ſpiritualia ſeminauimus magnũ eſt,ſi nos veſtra carna
lia meſſuerimus.Si cæteri poteſtatis erga vos participes ſunt,
cur non potius nos?Atqui non vſi fuimus poteſtate iſta, ſed
Deut.18.a. omnia ſufferimus,ne quod offendiculũ demus euãgelio Chri
ſti.An neſcitis ꝙ ij qui ſacra operantur,ex ſacro edunt?Qui al
tari aſsident,vna cum altari partem accipiunt?Sic & dominꝰ
ordinauit,vt qui euangelium annunciant,ex euangelio viuãt.
C Ego tamen nullo horum vſus fui.Quanquam non ſcripſi hęc,
vt ita fiat in me.Nam bonum eſt mihi mori potius,q̃ vt glo-
riationem meam aliquis inanem reddat.Etenim ſi euangelizẽ,
non eſt quod glorier.Neceſsitas enim mihi incumbit.Væ au-
tem mihi eſt,niſi euangelizem.Nam ſi volens hoc faciam,pre-
mium habeo:ſin inuitus,diſpenſatio commiſſa eſt mihi. Quæ
igitur mihi eſt merces?Vt euangelium annuncians,gratuitum
efficiam Euangelium Chriſti,in hoc,ne abutar poteſtate mea
D in Euangelio.Etenim cum liber ſim ab omnibus,omnibꝰ me-
ipſum ſeruum feci,quo plureis lucrifaciam:& factus ſum Iehu
dæis quaſi Iehudæus,vt Iehudæos lucrifaciam:iis qui ſub lege
ſunt,quaſi ſim ſub lege,vt eos qui ſub lege ſunt lucrifaciam:his
qui ſine lege ſunt,tanquam ſim ſine lege:cum non ſim ſine lege
deo,ſed obnoxius legi Chriſti,vt lucrifaciam eos qui ſunt ſine
lege.Factus ſum infirmis quaſi infirmꝰ,vt infirmos lucrifaciã.
Omnibus factus ſum omnia,vt omnino aliquos ſeruem.Hoc
autem facio propter euangelium,vt particeps illius fiam. An
neſcitis ꝙ qui in ſtadio currunt,oẽs quidem currunt, ſed v-
nus accipit præmium?Sic currite vt comprehendatis.Omnis
autem qui certat,omnia ſuſtinet:illi quidem igitur vt corrupti
bilem coronam accipiant,nos autem incorruptibilem.Ego i-
taque ſic curro vt non in incertum:ſic pugilum certamẽ exer-
ceo,non velut aerem feriens:verum ſubiicio corpus meum,et
in ſeruitutem redigo,ne quomodo cum aliis prædicarim,ipſe
reprobus efficiar.

¶Patrũ olim afflictiõe deterret a luxu,fornicatione,&
idololatria &c.rurſus de libertate ſua.

CAP. X.

A NOlim autem vos ignorare fratres,ꝙ patres noſtri oẽs
Nume.9.d. ſub nube erant,& omnes per mare tranſierunt, & oẽs
Exodi.13.d. Exodi.14.e. in Moſeh baptizati ſunt in nube,& in mari,& omnes eandem
Exodi.16.d. eſcam ſpiritualem comedebant:& omnes eundẽ potum ſpiri-
Exodi.17.b. tualem bibebant:bibebant enim de ſpirituali,ſequente illos pe
Nume.20.g. Nume.26.g. tra.Petra verò fuit Chriſtus.Sed plures illorum, non appro-
B bauit deus:proſtrati ſunt enim in deſerto.Hæc aũt figuræ no-
ſtri fuerunt,ne nos ſimus cõcupiſcentes rerum malarum, quẽ-
Exodi.32.b. admodum & illi concupierunt.Neq; ſimulacrorum ſitis cul-
tores,ſicuti quidam illorum,quemadmodum ſcriptum eſt:Se
dit populus vt ederet ac biberet,et ſurrexerunt ad ludendum.
Neque fornicemur,ſicuti quidam illorum fornicati ſunt,& ce
Nume.25.b. Nume.21.b. ciderunt vno die viginti tria milia.Neque tentemus Chriſtũ,
Nume.14.f. ſicut & quidam illorum tentauerunt,& à ſerpẽtibus perierũt.
Iudic.8.c. C Neque murmuretis quemadmodum & quidã illorum mur-
murauerunt,& perierunt ab exterminatore.Hæc omnia autẽ
figuræ contigerunt illis.Scripta verò ſunt ad admonitionem
noſtri,in quos termini ſeculorum inciderunt.Proinde qui ſibi
videtur ſtare,videat ne cadat.Tentatio vos non apprehendit
niſi humana.Sed fidelis eſt deus,qui non ſinet vos tẽtari ſupra
D id quod poteſtis:imo faciet vna cum tentatione euẽtum, quò
poſsitis ſufferre.Quapropter dilecti mei,fugite ab ſimulacro-
rum cultu.Vt prudentibus loquor,iudicate vos quod dico.
Poculum benedictionis,cui benedicimus,nõnne communica
tio ſanguinis Chriſti eſt?Panis quem frangimus,nõnne cõmu
nicatio corporis Chriſti eſt?Quoniam vnus panis,vnum cor
pus multi ſumus.Nam omnes ex eodem pane participamus.
Videte Iſraelem iuxta carnem.Nõnne qui edũt victimas,par-
E ticipes altaris ſunt?Quid ergo dico,ꝙ ſimulacrum aliquid ſit?
aut ꝙ ſimulacris immolatũ aliqd ſit?Non,verũ illud dico , ꝙ
q̃ immolãt gentes,dæmoniis immolãt & nõ deo.Nolim autẽ
vos cõſortes dæmoniorũ eſſe.Nõ poteſtis poculũ dñi bibere,
& poculũ dæmoniorũ.Nõ poteſtis mẽſæ domini participes
eſſe,& menſæ dæmoniorum.An prouocamus dominũ? Nũ Supra.6.c.
F fortiores illo ſumus?Omnia mihi licent,at non omnia condu Ecci.37.d.
cunt.Omnia mihi licent,ſed non omnia ædificant.Nemo qdꝰ Pſalmo.23.
ſuum eſt quærat,ſed quiſque quod alterius eſt.Omne quod in
macello venditur,edite,nihil interrogantes propter conſcien-
tiam.Domini ſiquidem eſt terra,& plenitudo eius.Quod ſi qs
vocat vos infideliũ,& vultis ire,qcquid apponitur vobis,edi
te:nihil interrogantes propter conſcientiam.Quod ſi quis vo
bis dixerit: hoc ſimulacris immolatum eſt,ne edatis,propter il
lum qui indicauit,& propter conſcientiam.Domini ſiquidem
G eſt terra,& plenitudo eius.Porro conſcientiam dico,non tuã,
ſed illius alterius.Cur enim libertas mea iudicatur ab alia con-
ſcientia?Quod ſi ego cum gratia participo,cur ob id blaſphe Coloſſ.3.c.
mis afficior,pro quo ego gratias ago?Siue igitur editis, ſiue
bibitis,ſiue quid facitis,om̃ia in gloriam dei facite. Tales eſto-
te,vt nullum præbeatis offendiculum,neque Iehudæis, neque
Græcis,neq; eccleſiæ dei:quemadmodum ego per omnia o-
mnibus placeo,non quærens meam ipſius vtilitatem,ſed mul
torum,vt ſalui fiant.

¶Quid obſeruandũ in cõuentu publico,& in celebratione ſacræ Sy-
naxeos,taxata inibi quorundam gula.

CAP. XI.

A IMitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti.Laudo autẽ vos
fratres,& omnia mea meminiſtis:& quemadmodum tra-
didi vobis,inſtituta tenetis.Sed volo vos ſcire, ꝙ omnis viri Ephe.5.e.
caput,Chriſtus eſt:caput autem mulieris,vir:caput verò Chri
ſti,deus.Omnis vir orans,aut prophetans,quicquam habens
in capite,probro afficit caput ſuũ.Omnis verò mulier,orans,
B aut prophetans non velato capite,dehoneſtat caput ſuũ.Nã
id perinde eſt prorſus,acſi raſa eſſet.Etenim ſi non velatur mu
lier,etiam tondeatur.Quod ſi fœdum eſt mulieri tonderi, aut
radi,veletur.Vir quidem non debet velare caput,cum is ima
go ſit,& gloria dei.At mulier gloria viri eſt.Non enim eſt vir Gene.2.d.
ex muliere,ſed mulier ex viro.Neq; enim conditus eſt vir pro
pter mulierem,ſed mulier propter virum,propter hoc debet
mulier poteſtatem habere in capite,propter angelos : alioqui
neque vir abſque muliere,neque mulier abſque viro in domi-
no.Nam quẽadmodum mulier ex viro eſt,ita & vir per mu-
C lierem,omnia vero ex deo.Inter voſipſos iudicate. Num de-
corum eſt,mulierem non velatam deum orare?An ne natura
quidem ipſa hoc docet vos,ꝙ viro quidem ſi comatus fuerit,
probro ſit:contrà,mulieri ſi comata fuerit,gloriæ ſit?eo ꝙ co
ma pro velamine data ſit.Cæterum ſi quis videtur contentio
ſus eſſe,nos huiuſmodi conſuetudinem non habemus, neque
eccleſiæ dei.Illud tamen præcipiens non laudo,ꝙ non melius,
D ſed in deterius conuenitis.Nam primum quidem,cum conue
nitis in eccleſia,audio diſsidia in vobis eſſe,& aliqua ex parte
credo.Oportet enim & ſectas in vobis eſſe,ꝙ qui ꝓbati ſunt,
manifeſti fiant inter vos.Igitur cum conuenitis in eundem lo-
cum,non licet dominicam cœnam edere,ꝙ vnuſquiſque pro
priam cœnam occupat in edendo.Et hic quidem eſurit,ille ve
E rò ebrius eſt.Num ſane domos non habetis ad edendum, &
bibendum?An eccleſiam dei contemnitis, & pudefacitis eos
qui non habent?Quid vobis dicam?Laudabo vos?In hoc nõ
laudo.Ego enim accepi à domino,quod & tradidi vobis, ꝙ
dominus Ieſuah in ea nocte qua tradebatur accepit panem:et Matth.26.c.
poſtquam gratias egiſſet,fregit,ac dixit: Accipite, edite : Hoc Mar.14.c.
F meum eſt corpus,quod pro vobis frãgitur, hoc facite in mei Lucæ.22.b.
cõmemorationem.Itidem,& poculum peracta cœna,dicens:
Hoc poculum nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: hoc
facite quotieſcunque biberitis in meam commemorationẽ.
Quotieſcunque enim comederitis panem hunc,& de poculo Iohã.6.f.
hoc biberitis,mortem domini annunciatis,donec venerit. I- 2.Cor.13.b.
taque quiſquis ederit panem hunc,aut biberit de poculo do-
G mini indigne,reus erit corporis,& ſanguinis domini. Probet
autem homo ſeipſum,& ſic de pane illo edat,& de poculo illo
bibat.



bibat.Nam qui edit,aut bibit indignè,iudicium ſibiipſi edit,
& bibit nõ diiudicans corpus dñi.Propter hoc inter vos mul
ti imbecilles,& inualidi,& dormiũt multi.Etenim ſi noſipſos
diiudicaſſemus,haudquaquam iudicari fuiſſemus. At quum
iudicamur,à domino corripimur,ne cum mundo condemne
mur.Itaq; fratres mei,cum conuenitis ad comedendum,alius
alium expectate.Quod ſi quis eſurit,domi edat ne ad cõdem-
nationem conueniatis.Cætera verò,cum venero,diſponam.

¶De diuerſis ſpiritualibus dotibus,ob quas nõ ſuperbiendũ,uerũ is magis proxi-
mo inſeruiẽdũ docet ſimilitudine humani corporis. CAP. XII.

A POrrò de ſpiritualibus fratres,nolo vos ignorare. Scitis
ꝙ gẽtes fuiſtis,& ad ſimulacra muta vtcunq; ducebami
Matth.9.f. ni abducti.Quapropter notũ vobis facio,ꝙ nullus per ſpiri-
tum dei loquens dicit anathema Ieſuah:& nemo poteſt dicere
dñm Ieſuah niſi per ſpiritum ſanctũ.Diuiſiones aũt donorum
ſunt,ſed idem ſpiritus:& diuiſiões miniſteriorũ ſunt, ſed idem
dominus:& diuiſiones operationum ſunt,ſed idem eſt deus,
efficiens omnia in omnibus.Vnicuiq; vero datur manifeſta-
tio ſpiritus ad id quod expedit.Nam huic quidem per ſpiri-
tum datur ſermo ſapientiæ:alij verò ſermo ſcientiæ, ſecũdum
eundem ſpiritum:alij verò,dona ſanationum per eundem ſpi
ritum:alij verò,efficaciæ potentiarũ:alij verò,prophetia : alij
B verò,diſcretiones ſpirituum:alij verò,genera linguarũ: alij ve
rò,interpretatio linguarũ:ſed om̃ia hæc efficit vnus ille & idẽ
ſpiritus,diuidens particulatim vnicuiq; ſicuti vult.Quemad-
Roma.12.a Ephe.4.b. modum enim corpus vnum eſt,& membra habet multa:oĩa
verò membra corporis vnius,multa cum ſint,vnum ſunt cor
pus,ſic & Chriſtus.Etenim per vnum ſpiritum nos omnes in
vnum corpus baptizati ſumus,ſiue Iehudæi, ſiue Græci, ſiue
ſerui,ſiue liberi,& omnes vno ſpiritu propinati ſumꝰ.Et enim
corpus nõ eſt vnum mẽbrum,ſed multa. Si dicat pes,nõ ſum
manus,non ſum de corpore,num idcirco nõ eſt de corpore?
Et ſi dicat auris,non ſum oculus, non ſum de corpore, num
ideo non eſt de corpore?Si totum corpus oculus,vbi auditꝰ?
Si totum auditus,vbi olfactus?Nunc autem deus poſuit mẽ-
C bra,vnumquodq; ſingulatim in corpore,quemadmodũ vo-
luit.Quod ſi eſſent omnia vnum membrum,vbi corpus?Nũ
autẽ multa quidem membra,vnum vero corpus.At nõ põt
oculus dicere manui,non eſt mihi opus te: aut rurſum caput
pedibus,non eſt mihi opus vobis:imo multo potius,quę vi-
dentur membra corporis imbeciliora eſſe,neceſſaria ſunt : &
quæ putamus minus honeſta eſſe corporis,his honorem vbe
riorem apponimus: & indecora noſtri,copioſiorem decorẽ
habent.Cæterũ quæ decora ſunt noſtri,non opus habent:ſed
deus ſimul temperauit corpus:ei cui deerat,copioſiorem ad-
D dens honorem,ne ſit diſsidium in corpore,ſed inuicem alia ꝓ
aliis eandem ſolicitudinem gerant mẽbra.Et ſiue patitur vnũ
membrum,ſimul patiuntur omnia membra:ſiue glorificatur
vnum membrum,ſimul gaudent omnia membra.Vos autẽ
Ephe.4.c. eſtis corpus Chriſti,& membra ex parte.Et alios quidem po-
ſuit deus in eccleſia:primum apoſtolos,deinde prophetas,ter
tio doctores,deinde poteſtates,deinde dona ſanationum,ſub
ſidia,gubernationes,genera linguarum.Num omnes apoſto-
li?num omnes prophetæ?num omnes doctores?num omnes
poteſtates?num omnes dona habent ſanationum?num om̃es
linguis loquuntur?num omnes interpretantur?Sectemini ve
ro dona potiora.Et adhuc his excellẽtiorẽ viã vobis oſtẽdo.

¶Charitatẽ præcipuũ quiddã eſſe inter omnia dona,qua non habita cæte-
ra fruſtra habeantur. CAP. XIII.

A SI linguis hominum loquar,& angelorum,charitatem au
tem non habeam,factus ſum æs reſonans,aut cymbalum
tinniens.Et ſi habeam prophetiam,& nouerim myſteria oĩa,
omnemq; ſcientiam:& ſi habeam omnem fidem,adeo vt mõ-
tes loco dimoueam,charitatem autem nõ habeam,nihil ſum.
Et ſi conſumam in alimoniam omnes facultates meas,& ſi tra
B dam corpus meũ vt comburar:charitatem aũt non habeam,
nihil vtilitatis capio.Charitas longanimis eſt,benigna eſt, cha
ritas non inuidet,charitas non eſt procax,non inflatur,non a-
git inhoneſte,non quærit quæ ſua ſunt,non irritatur,non co-
C gitat malũ,non gaudet ſuper iniuſtitia,ſed congaudet verita-
ti:omnia ſuffert,omnia credit, omnia ſperat , omnia ſuſtinet.
Charitas nunq̃ excidit:ſiue prophetiæ abolebuntur, ſiue lin-
guæ ceſſabunt,ſiue ſcientia abolebitur.Ex parte enim cogno-
ſcimus,ex parte prophetamus.Aſt vbi venerit quod perfectũ
D eſt,tunc quod ex parte eſt abolebitur.Cũ eſſem puer,vt puer
loquebar,vt puer ſentiebam,vt puer cogitabam:At vbi factꝰ
ſum vir,aboleui puerilia.Videmꝰ enim nunc per ſpeculum in
ænigmate,tunc autem facie ad faciem:nunc cognoſco ex par-
te,tunc verò cognoſcam quẽadmodũ & cognitus ſum.Nunc
autẽ manet fides,ſpes,charitas:tria hæc,ſed maior his charitas.

¶Prophetię commendatio,atq; ea quomodo rectè utendum.Itẽ ab ea re-
pellendas eſſe mulieres. CAP. XIIII.

A SEctemini charitatẽ,ęmulemini ſpiritualia,magis tamẽ, vt
prophetis.Nam qui loquitur lingua,non hominibus lo-
quitur,ſed deo:nullus enim audit,ſpiritui verò loquitur my-
ſteria.Cæterũ qui prophetat,hominibus loquitur ædificatio-
nem,& exhortationẽ,& cõſolationẽ.Qui loquitur lingua, ſe-
ipſum ædificat:at q prophetat,cõgregationẽ ædificat. Volo
aũt oẽs vos loqui,magis tñ vt ꝓphetetis.Maior em̃ q ꝓphe-
B tat,q̃ q loqtur linguis:niſi interpretetur, vt eccleſia ædifica-
tionẽ accipiat.Nũc aũt fratres ſi veniã ad vos linguis loquẽs,
quid vobis prodero?niſi vobis loquar, aut per reuelationẽ,
aut per ſcientiã,aut ꝑ prophetiã,aut per doctrinam? Quin &
inanima,vocẽ reddentia,ſiue tibia,ſiue cithara,niſi diſtinctio-
nem ſonis dederint:quomodo cognoſcetur ꝙ tibia canitur,
aut cithara?Etenim ſi incertã vocem tuba dederit, quis appa-
rabitur ad bellũ?Sic & vox per linguã niſi ſignificantẽ ſermo-
C nem dederitis,quomodo intelligetur quod dicitur?eritis em̃
in aerẽ loquentes.Tam multa(verbi gratia)genera vocũ ſunt
in mundo,& nihil horũ mutũ.Itaq; ſi neſciero vim vocis, ero
ei qui loquitur barbarus:& q loquitur apud me,barbarꝰ.Ita-
que & vos qñquidem ſectatores eſtis ſpirituũ, ad ædificatio-
nem eccleſię quęrite vt excellatis.Quapropter q loquitur lin-
gua,oret vt interpretetur.Nam ſi orem lingua,ſpiritus meus
D orat,at mens mea infructuoſa eſt.Quid igitur eſt? Orabo ſpũ,
ſed orabo & mente.Canam ſpu,ſed canã & mente. Alioqui ſi
benedixeris ſpu,is qui ſupplet locũ indocti:quomodo dictu-
rus eſt:Amen,ſuper tuã gratiarũ actionẽ?qñquidem qd dicas
neſcit.Nam tu quidẽ bene gratias agis, verũ alius nõ ædifica-
tur.Gratias ago deo meo,ꝙ magis q̃ oẽs vos linguis loquor.
Sed in eccleſia volo qnq; verba mente mea loqui , vt & alios
inſtituã potius q̃ decẽ milia verborũ lingua. Fratres,ne ſitis
pueri ſenſibus,ſed malitia pueri ſitis:ſenſibus verò perfecti ſi- Iſaiæ.28.e.
tis.In lege ſcriptũ eſt:Variis linguis & labiis variis loquar po-
pulo huic,& ne ſic quidem audient me,dicit dñs.Itaq; linguæ
ſigni vice ſunt,nõ iis qui credunt, ſed incredulis,contra ꝓphe
E tia,non incredulis,ſed credentibus.Ergo ſi conuenerit eccle-
ſia tota ſimul,& oẽs linguis loquantur:ingrediantur aũt indo
cti,aut increduli,nõnne dicent vos inſanire?Quod ſi om̃es ꝓ-
phetetis,ingrediatur aũt incredulꝰ,aut indoctꝰ,coarguitur ab
omnibus,diiudicatur ab omnibus,& ſic occulta cordis eius
manifeſta fiunt,atq; ita procidens in faciẽ,adorabit deũ renun
cians quod deus reuera in vobis ſit. Quid igitur eſt fratres?
F Quoties conuenitis,vnuſquiſq; veſtrum canticũ habet,doctri
nã habet,linguã habet,reuelationẽ habet, interpretationẽ ha-
bet:oĩa ad ædificationem fiãt.Siue lingua quis loquitur,ſtat ꝑ
binos aut ad ſummũ ternos,idq; viciſsim,& vnus interprete-
tur.Quod ſi nõ ſit interpres,taceat in eccleſia , cæterũ ſibiipſi
loquatur & deo.Prophetæ verò duo aut tres loquantur , &
cæteri diiudicent.Porro ſi alij fuerit reuelatũ aſsidenti , prior
taceat.Poteſtis enim ſingulatim oẽs ꝓphetare,vt oẽs diſcãt,et
G oẽs cõſolationẽ accipiant,& ſpiritus ꝓphetarũ ꝓphetis ſubii- 1.Tim.2.d.
ciuntur.Nõ enim eſt cõfuſionis author deus,ſed pacis,vt in o- Gene.3.c.
mnibus cõgregationibus ſanctorũ.Mulieres veſtræ in eccle-

ſiis ſileant:nec eñ permiſſum eſt illis vt loquãtur, ſed vt ſubdi-
tæ ſint:quemadmodum & lex dicit:Quòd ſi quid diſcere vo-
lunt,domi ſuos viros interrogent.Nam turpe eſt mulieribus
in cœtum loqui.An à vobis ſermo dei profect⁹ eſt?An in vos
ſolos incidit?Siqs videtur ꝓpheta eſſe,aut ſpũalis,agnoſcat q̃
ſcribo vobis,ꝙ dñi ſint p̃cepta:cæterũ ſi qs ignorat, ignoret.
Proinde fratres,æmulamini vt ꝓpheretis,& loqui linguis ne
vetueritis. Omnia decenter,& ſecundum ordinem fiant.

¶Aſſertio reſurrectionis mortuorum,& quomodo ea ſit futura.
CAP. XV.

A NOtum aũt vobis facio fratres Euangeliũ quod euange
lizaui vobis,quod & accepiſtis,in quo ſtatis, ꝑ quod
Galat.1.b. & ſeruamini,qua ratiõe annunciarim vobis ſi tenetis,niſi fru-
ſtra credidiſtis.Tradidi enim vobis in primis,quod et accepi:
ꝙ Chriſtus mortuus fuerit ꝓ peccatis noſtris,ſecũdũ ſcriptu-
ras,& ꝙ ſepultus ſit,et ꝙ reſurrexit tertio die ſecũdũ ſcripturas
Eſaie.53.b. & ꝙ viſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis:poſtea viſus eſt
Ionę.2.a. pluſq̃ quingentis fratribus ſimul,ex quibus plures manent ad
Oſee.9.a. Iohan.20.e. hunc vſq; diẽ:quidã aũt & obdormierũt.Deinde viſus eſt Ia-
Actuũ.9.a. Ephe.3.b. cobo,poſt apoſtolis omnibus.Poſtremò verò omnium, ve-
B lut abortiuo viſus eſt & mihi.Ego eñ ſum minimus apoſto-
lorum,qui non ſum idoneus vt dicar apoſtolus:propterea ꝙ
perſecutus ſim eccleſiam dei:ſed gratia dei,ſum id qđ ſum. Et
gratia eius quæ ꝑfecta eſt in me,non fuit inanis,ſed copioſius
q̃ illi oẽs,laboraui:non ego tñ,ſed gratia dei q̃ mihi adeſt.Siue
igitur ego,ſiue illi,ſic prædicamus,& ſic credidiſtis. Quod ſi
Chriſtus prædicatur à mortuis reſurrexiſſe,quomodo dicunt
quidam inter vos,non eſſe reſurrectionem mortuorum?Por
rò ſi reſurrectio mortuorũ nõ eſt,ne Chriſtus quidem reſurre-
xit.Quòd ſi Chriſtus nõ reſurrexit,inanis videlicet eſt prędica-
tio noſtra,inanis aũt eſt & fides veſtra.Reperimur aũt & falſi
C teſtes dei,qm̃ teſtificati ſum⁹ de deo,ꝙ ſuſcitauerit Chriſtum:
quem non ſuſcitauit ſi videlicet mortui nõ reſurgunt. Etem̃ ſi
mortui non reſurgunt,ne Chriſtus quidem reſurrexit. Quòd
ſi Chriſtus non reſurrexit,ſuperuacanea eſt fides veſtra,adhuc
Coloſ.1.c. eſtis in peccatis veſtris.Igitur & qui obdormierũt in Chriſto
Apoc.1.b. perierunt.Si in vita hac ſpem in Chriſto tm̃ habemus,maxime
miſerabiles omnium hominum ſumus.Nunc aũt Chriſtus ſur
rexit ex mortuis,primitiæ eorum qui dormierant,fuit.Poſtq̃
1.Theſſa.4. enim per hominẽ mors,etiã per hominẽ reſurrectio mortuo-
rum.Quemadmodũ enim per Adã,omnes moriuntur, ita &
per Chriſtum omnes viuificabuntur:vnuſquiſq; aũt in ꝓprio
D ordine:primitiæ Chriſtus,deinde ij qui ſunt Chriſti in aduẽtu
Pſalmo.109. ipſius mox finis,cum tradiderit regnum,deo,& patri,cũ abo-
Hebr.1.d. 10.c. leuerit om̃em principatum & omnem poteſtatem,ac virtutẽ.
Pſalmo.8.d. Nam oportet eum regnare,donec poſuerit omnes inimicos
Hebr.2.d. ſub pedes ſuos.Nouiſſimus hoſtis deſtruitur mors.Nã om̃ia
ſubiecit ſub pedes illius.Atqui cum dicat,ꝙ omnia ſubiecta
ſint,palàm eſt excipiendum eum qui ſubiecit illi omnia.Cũ au
tem ſubiecta fuerint illi omnia,tunc & ipſe filius ſubijcietur ei,
qui illi ſubiecit omnia,vt ſit deus omnia in omnibus. Alioqui
quid facient ij,qui baptizantur pro mortuis?ſi omnino mor
tui non reſurgunt,cur & baptizãtur pro illis?Quid & nos pe-
riclitamur omni tempore?Indies morior,per noſtram gloria
tiõnẽ quã habeo,in Chriſto Ieſuah dño noſtro. Si ſecundum
hoiem cũ beſtiis depugnaui Epheſi,quæ mihi vtilitas, ſi mor-
E tui nõ reſurgũt?Edamus,& bibamus,cras enim morimur.Ne
decipiamini:Mores bonos colloquia corrumpunt mala. Ex-
pergiſcimini iuſtè,& ne peccetis.Nam ignorationem dei non
nulli habent.Ad pudorẽ vobis loquor.At dicet aliquis:Quo
modo reſurgent mortui?Quali autẽ corpore venient? Stulte
tu quod ſeminas,non viuificatur niſi mortuum fuerit.Et hoc
quod ſeminas,non corpus quod naſcetur ſeminas, ſed nudũ
granum(exempli cauſa)tritici,aut alicuius ex cæteris. Sed de⁹
illi dat corp⁹ vt voluit,vt vnicuiq; ſeminũ ſuum corpus.Non
F omnis caro,eadem caro:ſed alia quidẽ caro hominũ,alia verò
caro pecorum,alia verò piſcium,alia verò volucrium.Et ſunt
corpora cœleſtia,& ſunt corpora terreſtria. Verũ alia qdem
cœleſtium gloria, alia verò terreſtrium,alia gloria ſolis, & alia
gloria lunæ,& alia gloria ſtellarum.Stella ſiquidem à ſtella diſ-
fert in gloria:ſic & reſurrectio mortuorum.Seminatur in cor
ruptione,reſurgit in incorruptibilitate:ſeminatur in ignomi-
nia,reſurgit in gloria:ſeminatur in infirmitate, reſurgit in po-
tẽtia:ſeminatur corpus animale,reſurgit corpus ſpirituale.Eſt
corpus animale,& eſt corpus ſpirituale,quẽadmodum & ſcri Gene.2.b.
ptum eſt:Factus eſt primus homo Adam in animam viuentẽ,
extremus Adam in ſpiritum viuificantem.At nõ primũ qđ
ſpirituale,ſed ꝙ aĩale,deinde ꝙ ſpirituale.Prim⁹ homo de ter-
ra terrenus:ſecũdus homo,ipſe dñs de cœlo. Qualis terrenus
ille,tales & hi qui terreni ſunt.Et qualis ille cœleſtis, tales & hi
G qui cœleſtes ſunt.Et quẽadmodũ geſtauimus imaginem terre
ni,geſtabimus & imaginem cœleſtis.Hoc aũt dico fratres, ꝙ
caro & ſanguis regnũ dei hæreditate conſequi non poſſunt.
Neque corruptio incorruptibilitatẽ hæreditate accipit.Ecce
myſteriũ vobis dico:Omnes ſiquidẽ dormiemus.Sed non o-
mnes immutabimur,in puncto tẽporis,in ictu oculi,per extre
mam tubã. Canet eñ,& mortui reſurgent incorruptibiles,
& nos immutabimur.Oportet enim corruptibile hoc indue
re incorruptibilitatem,& mortale hoc induere immortalita-
tem.Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilita-
tem,& mortale hoc induerit immortalitatẽ,tunc fiet ſermo q Oſeæ.13.d.
ſcriptus eſt:Abſorpta eſt mors in victoriã.Vbi tuus mors a- Hebr.2.d.
culeus?vbi tua Inferne victoria?Aculeus aũt mortis, peccatũ: 1.Iohan.5.a.
potentia verò peccati, lex.Sed deo gratia,qui dedit nobis vi-
ctoriam per dominũ noſtrũ Ieſuah Chriſtũ. Itaq; fratres mei
dilecti,ſtabiles ſitis,immobiles,abundantes in opere dñi ſemꝑ,
cum ſciatis ꝙ labor veſter nõ eſt inanis in domino.

¶De collatione pecuniæ in uſus pauperũ,de reditu ſuo,ac Timothei alio-
rumq; cõmendatione. CAP. XVI.

A CAeterũ de collatiõe in ſanctos,quẽadmodũ ordinaui in
eccleſiis Galatię,ita & vos facite.In vna ſabbatorum v-
nuſquiſq; veſtrũ apud ſe ſeponat, recõdẽs quicquid cõmodũ
fuerit:ne cũ venero,tũc collatiões fiant. Vbi venero aũt,quoſ-
cunq; probaueritis per epiſtolas,hos mittam vt perferant gra
tuitum donum veſtrum Ieruſalaim,ꝙ ſi fuerit dignũ,vt et ipſe
proficiſcar,mecum proficiſcentur. Veniam aũt ad vos cũ Ma
B cedoniã tranſiero:Macedoniam eñ pertrãſiturus ſum.Apud
vos aũt forte permanebo,aut etiã hyemẽ trãſigã vt vos me de
ducatis quocũq; proficiſcar. Nolo eñ vos nũc in trãſcurſu vi
dere,ſed ſpero tẽpus aliquantũ manſurũ me apud vos,ſi do-
minus ꝑmiſerit.Cõmorabor aũt Epheſi vſq; ad diẽ quinqua-
geſimũ.Nã oſtiũ mihi apertũ eſt magnũ,& efficax,& aduerſa-
rij multi.Quod ſi venerit Timothe⁹,videte vt abſq; metu ſit
apud vos.Opus eñ dñi opatur,quẽadmodũ & ego. Ne quis
C igitur eũ ſpnat,ſed ꝓſequamini eũ cũ pace,vt veniat ad me.Ex
pecto eñ illũ cũ fratribus.Porrò de Apollo fratre,multũ hor
tatus ſum illũ,vt iret ad vos cũ fratribus,& omnino non erat
voluntas nũc eundi. Vẽturus eſt aũt cũ opportunitatẽ erit na
ctus. Vigilate,ſtate in fide,viriliter agite,eſtote fortes: oĩa vo-
bis cũ charitate fiãt.Obſecro aũt vos fratres:Noſtis familiam
Stephanæ eſſe primitias Achaiæ,& ꝙ in miniſteriũ ſanctis or-
dinauerũt ſeipſos,vt & vos ſubditi ſitis talibus,& omni adiu-
uãti,& laborãti.Gaudeo verò de aduẽtu Stephanæ,& Fortu
nati,& Achaici:qm̃ id quod mihi deerat veſtri, hi ſuppleue-
runt.Refocillauerũt eñ ſpm̃ meũ,ac veſtrũ.Agnoſcite itaque
D huiuſmodi.Salutãt vos eccleſiæ Aſiæ:ſalutãt vos in dño mul-
tũ,Aquila,& Priſcilla cũ ea quę in domo eſt ipſorũ eccleſia.Sa
lutãt vos fratres oẽs:ſalutate inuicem oſculo ſancto, ſalutatio
mea manu Pauli.Si qs nõ diligit dñm Ieſuah Chriſtũ, ſit ana-
thema.Dominus noſter venit.Gratia domini Ieſuah Chriſti
ſit vobiſcum.Dilectio mea cum omnibus vobis in Chriſto Ie
ſuah,Amen.

¶ Primæ Epiſtolæ Pauli ad Corinthios, FINIS.

¶Miſſa e Philippis ꝑ Stephanã & Fortunatũ,& Achaicũ,& Timotheum.

Epiſtola



# Epiſtola Pauli ad CORINTHIOS II.

Interprete Sãte Pagnino, Lucenſi.

¶Reddit cauſas quare nõ reuiſerit illos,ut erat pollicitus,interim de ſuis af-
flictionibus ob Euangelium. CAPVT I.

A PAVLVS apoſtolus Ieſuah
Chriſti per volũtatem dei,ac Timo-
theus frater,cõgregationi dei quę eſt
Corinthi,vna cũ ſanctis omnibus q
1.Petri.1.a. ſunt in tota Achaia. Gratia vobis, &
Ephe.1.a. pax à deo patre noſtro,& domino Ie
ſuah Chriſto.Benedictus deus, & pa
ter dñi noſtri Ieſuah Chriſti, qui eſt
pater miſericordiarũ,& deus omnis conſolationis,conſolans
nos in omni afflictione noſtra in hoc, vt poſſimus conſolari
eos qui ſunt in quauis afflictione,per conſolationem qua con
ſolamur ipſi à deo.Qm̃ ſicut abundant afflictiones Chriſti in
B nobis ita ꝑ Chriſtũ abundat & cõſolatio noſtra.Siue autẽ af-
fligimur pro veſtri cõſolatiõe ac ſalute,q̃ operatur in tolerã-
tia earũdem afflictionũ,quas & nos patimur,ſiue cõſolationẽ
accipimus pro veſtri conſolatione,ac ſalute:ſpes etiã noſtra fir
ma eſt pro vobis,cũ ſciamus ꝙ quẽadmodum participes eſtis
afflictionum,ſic futuri ſitis & cõſolationis.Non eñ volumus
vos ignorare fratres de afflictione noſtra, quæ nobis accidit
in Aſia:quoniam ſupra modum grauati fuimus ſupra vires,
adeò vt deſperauerimus etiam de vita. Quin ipſi in nobiſ-
ipſis ſententiam mortis acceperamus,ne confideremus in no
biſipſis,ſed in deo,qui ad vitam ſuſcitat mortuos:qui ex tanta
morte eripuit nos,& eripit:in quo ſpem fixam habemus, ꝙ
etiam poſthac erepturus ſit,ſimul adiuuantibus & vobis,per
C deprecationem pro nobis,vt ex multis perſonis,pro dono in
nos collato per multos gratiæ agantur pro nobis.Nam glo-
riatio noſtra hæc eſt,teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ,ꝙ cũ ſim
plicitate,& ſynceritate dei,non ſapientia carnali,ſed per gra-
tiam dei conuerſati fuerimus in mundo: abundantius autem
erga vos.Non enim alia ſcribimus vobis,q̃ quæ legitis, aut
etiam agnoſcitis.Spero aũt ꝙ vſq; ad finẽ quoq; agnoſcetis,
quemadmodum & agnouiſtis nos ex parte:quoniam gloria
veſtra ſumus,quẽadmodum & vos noſtra,in die dñi Ieſuah.
Et hac fiducia volebã ad vos venire prius,vt geminam apud
vos inirẽ gratiã,& per vos pertrãſire in Macedoniam:& rur-
ſum à Macedonia venire ad vos,ac à vobis deduci in Iehu-
D dæã.Hoc igitur cum in animo verſarẽ,nuncubi leuitate ſum
vſus?aut nũ quæ cogito,ſecundum carnẽ cogito?Vt ſit apud
me,quod eſt etiã,etiã:& quod eſt nõ,non.Imo fidelis deus, ꝙ
ſermo noſter erga vos,non fuit etiã,& nõ.Nã dei filius Ieſuah
Chriſtus qui inter vos per nos prædicatus eſt,per me Sylua-
num,ac Timotheũ,non fuit etiã,& nõ:ſed etiã per ipſum fuit.
Quotquot eñ ſunt ꝓmiſſiões dei,ꝑ ipſum ſunt etiam,& per
ipſum,amẽ,deo ad gloriã per nos.Porrò q cõfirmat nos vnà
vobiſcũ in Chriſtũ,& q vnxit nos,deus eſt:qui etiam obſigna
uit nos,deditq; arrã ſpiritus in cordib⁹ noſtris. Ego verò te-
ſtẽ deũ inuoco in animam meã,ꝙ parcens vobis,nõdum ve-
nerim Corinthũ:non ꝙ dominemur vobis nomine fidei, ſed
adiutores ſumus gaudij veſtri:nam fide ſtetiſtis.

¶Rogat ꝓ illo,quẽ in priore epiſtola dãnauerat. CAP. II.

A SEd decreui apud memetipſum hoc,nõ iterũ cum dolore
ad vos venire.Nã ſi ego mœrore vos afficiã,& quis eſt q
exhilaret me,niſi is q mœrore afficitur ex me?Et ſcripſi vobis
hoc ipſum,ne ſi veniſſem ad vos,dolorẽ caperẽ ex his, ex qb⁹
oportebat me gaudere fiduciã hãc habẽs erga vos oẽs, quòd
meũ gaudium oim veſtrum ſit.Nã ex multa afflictiõe,& anxie
tate cordis ſcripſi vobis,ꝑ multas lachrymas,nõ vt mœrore
B afficeremini,ſed vt cognoſceretis charitatẽ quã habeo abũdã
tius erga vos.Quòd ſi qs dolore affecit,non me dolore affe-
cit,ſed ex parte,ne aggrauẽ oẽs vos.Sufficit iſtiuſmodi homi-
ni increpatio hæc q̃ facta eſt à pluribus:adeò vt ediuerſo ma-
gis cõdonare debeatis & cõſolari,ne quo modo fiat,vt abun
dantiori dolore abſorbeatur huiuſmodi. Quapropter obſe-
cro vos,efficite vt valeat in illum charitas.Nã & in hoc ſcri-
C pſerã,vt cognoſcerẽ probationẽ veſtri,an ad omnia obedien
tes ſitis.Cui verò condonatis aliquid & ego condono. Nam
& ego ſi quid condonaui,cui condonaui,propter vos cõdo
naui in conſpectu Chriſti,ne occuparemur à ſathana. Nõ eñ
illius cogitationes ignoramus.Cæterum cum veniſſem Troa
dem in Euãgelium Chriſti,& oſtiũ mihi eſſet aptum per dñm,
nõ habui relaxationẽ ſpiritu meo,eo ꝙ nõ inueniſſem. Titum
fratrẽ meum:ſed dimiſſis illis,abij in Macedoniã.Deo aũt gra-
D tia,qui ſemper triumphat per nos in Chriſto,& odorẽ noti-
tiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.Quoniã Chriſti bo-
na fragrantia ſumus deo,in his qui ſalui fiunt,& in his q per-
eunt:his quidẽ odor mortis ad mortem,illis verò odor vitæ
ad vitam.Et ad hæc quis idoneus?Nõ enim ſumus vt pleriq;
cauponantes ſermonem dei,ſed velut ex ſynceritate,ſed velut
ex deo in conſpectu dei,per Chriſtum loquimur.

¶Se cõmendationẽ hominũ nõ requirere,cõmendat miniſtros eccleſiæ,in-
terim de Moſeh & Chriſto. CAP. III.

A INcipimus rurſus noſipſos commendare.Num egem⁹ vt
nonnulli cõmendaticiis epiſtolis apud vos,aut à vobis cõ
mendaticiis?Epiſtola noſtra vos eſtis,inſcripta in cordib⁹ no
ſtris:quæ intelligitur & legitur ab oĩbus hominibus,dum de-
claratis ꝙ eſtis epiſtola Chriſti,ſubminiſtrata, à nobis inſcri-
pta:non atramento,ſed ſpiritu dei viuentis:nõ in tabulis lapi-
B deis,ſed in tabulis cordis carneis.Fiduciã aũt huiuſmodi habe Hebr.4.d.
mus ꝑ Chriſtũ erga deũ,nõ ꝙ idonei ſim⁹ ex nobiſipſis cogi-
tare qcq̃,tanq̃ ex nobiſipſis:ſed ſi ad aliqd idonei ſumus,id ex
deo eſt, q & idoneos fecit nos miniſtros noui teſtamẽti:nõ lite
rę,ſed ſpũs.Nã litera occidit,ſpirit⁹ aũt viuificat.Quod ſi ad-
miniſtratio mortis in literis,deformata in lapidib⁹,fuit in glo
ria:adeo vt non poſſent oculos intendere filij Iſrael in faciem
Moſeh propter gloriã vultus eius,quę aboletur:cur nõ pot⁹
C adminiſtratio ſpiritus erit in gloria?Nam ſi adminiſtratio cõ-
demnationis gloria,multò magis excellit adminiſtratio iuſti-
tiæ in gloria.Quandoquidẽ ne glorificatũ quidẽ fuit,qđ glo-
rificatum eſt in hac parte,ꝓpter eminẽtẽ gloriã.Etenim ſi qđ
aboletur,fuit in gloria:multo magis id quod manet,eſt in glo
ria. Itaq; cũ habeam⁹ huiuſmodi ſpẽ,multa libertate vtamur: Exod.34.b.
& nõ quẽadmodũ Moſeh ponebat velamen in facie ſua,ne in
tenderent filij Iſrael in finem eius quod abolebatur,ſed obcæ-
D cati ſunt ſenſus illorum.Nã vſq; ad diem hodiernum, idẽ ve-
lamen in lectione veteris teſtamenti manet,nec tollitur velũ,
quod per Chriſtũ aboletur.Sed ad hunc vſq; diem cũ legitur
Moſeh,velamen cordibus illorum impoſitũ eſt.At vbi con-
uerſi fuerint ad dominum,tolletur velamen.Dominus autem Iohan.4.c.
ſpiritus eſt.Porrò vbi ſpiritus domini,ibi libertas. Nos autẽ
omnes reuelata facie gloriam domini inſpeculantes,ad eandẽ
imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquàm à
domini ſpiritu.

¶Præfert Euangelium legi ueteri,adhortans ad conſcientiam uitamq; Chriſto
dignam. CAP. IIII.

A PRopterea cum miniſterium hoc habeam⁹,vt noſtri mi-
ſertus eſt deus,haud degeneramus,ſed reiecimus occul-
tamenta dedecoris,non verſantes per aſtutiã,neq; dolo tractã
tes verbum dei,ſed manifeſtatione veritatis commendantes
noſipſos,apud omnem conſcientiam hominum in conſpectu
dei.Quòd ſi adhuc velatum eſt Euangelium noſtrum,in his q
pereunt velatum eſt:in quibus deus huius ſeculi excæcauit ſen

ſus incredulorum, ne illuceſceret illis lumen Euangelij gloriæ
Chriſti,qui eſt imago dei.Nō enim noſipſos prædicamus,ſed
Chriſtum Ieſuah dominū,nos aūt ſeruos veſtros propter Ie-
ſuah.Quoniam deus eſt,qui iuſsit è tenebris lucem illuceſcere,
qui luxit in cordibus noſtris ad illuminationem cognitionis
B gloriæ dei,in facie Ieſuah Chriſti.Habemus autem theſaurum
hunc in teſtaceis vaſculis,vt virtutis eminentia ſit dei,& nō ex
nobis,dum in omnibus affligimur,at non anxij reddimur:la-
boramus,at non deſtituimur:perſecutionem patimur,at nō
in ea deſerimur:deiicimur,at non perimus,ſemper mortifica-
tionem domini Ieſuah in corpore circumferentes, vt & vita
C Ieſuah in corpore noſtro manifeſtetur.Semper enim nos qui
viuimus,in mortem tradimur propter Ieſuah, vt & vita Ie- Pſalmo,115.
ſuah manifeſtetur in mortali carne noſtra.Itaqꝫ mors quidem
in nobis agit,vita verò in vobis.Cæterum cum habeamus eū
dem ſpiritum fidei,iuxta illud quod ſcriptum eſt: Credidi, &
ideo locutus ſum,& nos credimus,quapropter & loquimur,
ſcientes ꝙ qui ſuſcitauit dominum Ieſuah,nos quoqꝫ per Ie-
D ſuah ſuſcitabit & conſtituet vobiſcum.Nā omnia ꝓpter vos,
vt gratuitum beneficium quod exundauit,pluribus gratias a-
gentibꝰ,exuberet in gloriam dei.Propterea nō defatigamur,
ſed quamuis externus homo noſter corrumpitur, internus ta
men renouatur in dies ſingulos.Nā momētanea leuitas affli-
ctiōis noſtræ,mirè ſupra modū æternū pōdus gloriȩ parit no
bis,dū non ſpectamus ea q̃ videntur,ſed ea q̃ non vidētur.Nā
quæ videntur,temporaria ſunt:at quæ nō vidētur,æterna.

¶Quamuis corpus noſtrū fragile ſit ac caducū,animam tamē cœleſtē eſſe ac immortalem. CAP. V.

A SCimus enim ꝙ ſi terrenum noſtrum domicilium huiꝰ ta-
bernaculi deſtructum fuerit,ædificationem ex deo habe-
mus,domicilium non manu factum,æternum in cœlis. Nam Apoc.16.c.
in hoc gemimus,domicilio noſtro quod è cœlo eſt ſupindui
deſyderantes,ſi tamen induti,non nudi reperiemur.Etenim q
ſumus in hoc tabernaculo,gemimus grauati:propterea ꝙ no
limus exui,ſed ſuperindui,vt abſorbeatur mortalitas à vita.
B Porrò qui parauit nos in hoc ipſum,deus eſt, qui idem dedit
nobis arram ſpiritus.Itaqꝫ bono animo ſumus ſemper,& ſci-
mus ꝙ cum domi ſumꝰ in corpore peregrinamur à deo.Per
fidem enim ambulamus,non per ſpeciem.Confidimꝰ autem
& probamꝰ magis,peregre abeſſe à corpore,& præſentes ad-
eſſe apud deum.Quapropter contendimus,ſiue domi præ-
ſentes,ſiue foris peregre agentes,vt illi placeamus. Omnes em̄ Roma.14.b.
nos manifeſtari oportet coram tribunali Chriſti,vt reportet
vnuſquiſqꝫ ea quȩ fiunt per corpus,iuxta id quod fecit,ſiue bo
num,ſiue malum.Scientes igitur terrorē illum dñi,ſuademus
C hominibus,deo autem manifeſti ſumus.Cæterum ſpero nos
& in conſcientiis noſtris manifeſtos eſſe.Non enim iterū noſ-
ipſos cōmedamus vobis,ſed occaſionē damus vobis glorian
di de nobis,vt aliquid habeatis aduerſus eos qui in facie glo-
riantur,& non in corde.Nam ſiue inſanimus,deo inſanimus:
ſiue ſani ſumus,vobis ſani ſumus.Charitas enim Chriſti con-
ſtringit nos,iudicantes illud,ꝙ ſi vnus pro omnibꝰ mortuus
fuit,ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus
eſt,vt qui viuunt,poſthac non ſibi viuant,ſed ei qui pro ipſis
D mortuus eſt,& reſurrexit.Itaqꝫ nos poſthac neminem nouimꝰ
ſecundū carnē.Porrò etiam ſi cognouimus Chriſtum ſecun- Iſaiæ.43.c.
dum carnem,nunc tamen non amplius nouimus. Proinde ſi Apoc.2.b.
quis in Chriſto,noua creatura eſt.Vetera præterierūt,ecce no
ua facta ſunt omnia.Omnia autē ex deo,qui reconciliauit nos
ſibi per Ieſuah Chriſtum, deditqꝫ nobis miniſterium recon-
ciliationis:quandoquidem deus erat in Chriſto,mundum re-
concilians ſibi,non imputans eis peccata eorum,& poſuit in
nobis ſermonem reconciliationis.Itaque pro Chriſto,legatio
ne fungimur,tanquam deo vos obſecrante per nos rogamus
pro Chriſto,reconciliemini deo:eum enim qui non nouit pec
catum,pro nobis hoſtiam pro peccato fecit,vt nos efficere-
mur iuſtitia dei per illum.

¶Vtramqꝫ fortunā perferendā,& quibus in rebus pietas Chriſtiana ſita ſit, dehortatur a conſuetudine ethnicorum. CAP. VI.

A COoperantes autem obſecramus,ne in vacuū gratiam
dei receperitis.Dicit enim:In tēpore accepto exaudiui Iſaiæ.49.c. 1.Cor.4.a.
te,& in die ſalutis ſuccurri tibi.Ecce nunc tempus acceptum,
ecce nunc dies ſalutis.Neqꝫ vllam in aliquo dātes offenſionē,
ne vituperetur miniſterium:ſed in omnibus commendantes
B noſipſos vt dei miniſtri,in tolerantia multa,in afflictionibus,
in neceſsitatibus,in anxietatibus,in plagis,in carceribus, in ſe-
ditionibꝰ,in laboribus,in vigiliis,in ieiuniis,in puritate, in ſciē
tia,in longanimitate,in benignitate,in ſpiritu ſancto,in chari-
tate non ſimulata,in ſermone veritatis,in potentia dei,per ar-
ma iuſtitiæ dextera ac ſiniſtra,per gloriam & ignominiam, ꝑ
infamiam,bonam famam & quaſi ſeductores,& veraces: qua
ſi ignoti,& noti:quaſi morientes,& ecce viuimus:quaſi corre
pti,& non occiſi,quaſi dolentes,ſemper aūt gaudentes: quaſi
C pauperes,multos aūt ditātes:vt nihil habētes,& omnia poſsi-
dentes.Os noſtrum apertum eſt erga vos Corinthij.Cor no
ſtrum dilatatū eſt.Non eſtis anguſti in nobis, ſed anguſti eſtis
in viſceribus veſtris.Eandē aūt remunerationem in filiis dico.
Dilatemini & vos,ne ſitis iuncti eodem iugo cum infidelibus.
Quæ eſt participatio iuſtitiæ,& iniuſtitiæ?aut quæ cōmunio
D luci cum tenebris?aut quæ concordia Chriſto cum Belijahal?
aut quæ pars fideli cum infideli?aut quæ cōpoſitio tēplo dei 1.Co.3.d.&
cum ſimulacris?Nam vos templum eſtis dei viuentis,quem- 6.d.
admodum dixit deus:Inhabitabo in illis,& inambulabo:& e- Iſa.52.c.
ro illorum deus,& ipſi erunt mihi populus.Quapropter exi- Iere.33.a.
te de medio illorum & ſeparemini,dicit dominus:& immun-
dum ne tetigeritis,& ego ſuſcipiam vos,& ero vobis in pa-
trem,& vos eritis mihi in filios ac filias,dicit dñs omipotens.

¶Ab ethnicorū inquinamētis abſtinēdū,ſuperiorē reprehenſionē leuit, cōmendans eorū obedientiā cōgratulatur eis. CAP. VII.

A HAs igitur promiſsiones cum habeamus dilecti,munde
mus noſipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritꝰ,
perficientes ſanctimoniam cum timore dei.Capaces eſtote no
ſtri:neminem læſimus,neminem corrupimus,neminem frau-
dauimus.Non ad condemnationem dico.Siquidem iam an-
te dixi vobis ꝙ in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum,
& conuiuendum. Multa mihi fiducia erga vos, multa mihi
B gloriatio de vobis,impletus ſum conſolatione,vehemēter ex-
undo gaudio in omni afflictione noſtra.Etenim cum veniſſe-
mus in Macedoniam,nullam habuit relaxationē caro noſtra,
ſed in omnibus afflicti eramus.Foris pugnæ, intus terrores.
Verum qui conſolatur humiles,conſolatus eſt nos deus per
aduentum Titi.Non ſolum autem per aduentum illius,verū-
etiam per conſolationem quam ille accepit de vobis,cum an-
nunciaret nobis veſtrum deſyderium,veſtrum fletum, veſtrū
pro me zelū,adeò vt magis gauiſus fuerim.Nam etiam ſi con
triſtaui vos per epiſtolam,non me pœnitet,tametſi pœnitue-
rat.Video nanqꝫ ꝙ epiſtola illa,tametſi ad tempus contriſta-
C uit vos:nunc gaudeo,non ꝙ contriſtati fueritis,ſed ꝙ contri-
ſtati ſitis ad pœnitentiam.Nā contriſtati eſtis ſecundū deū,ſic 1.Petri.2.e.
vt nulla in re detrimēto ſitis affecti ꝑ nos.Nā qui ſecūdū deū
eſt dolor,is pœnitentiam ad ſalutem haud pœnitendam ope-
ratur:contra,mundi dolor,mortem operatur.Ecce em̄ hoc i-
pſum,ꝙ ſecundum deum contriſtati fuiſtis, quātam in vobis
operatum eſt ſolicitudinē,imo ſatisfactionem, imo indigna-
tionem,imo timorem,imo deſyderium,imo vindictam.Siqui-
D dem vbiqꝫ cōmendaſtis voſipſos,ꝙ puri ſitis in eo negotio.
Proinde tametſi ſcripſi vobis,non id feci eius cauſa qui læſe-
rat,nec eius cauſa qui læſus fuerat:ſed ob id vt palàm fieret ſtu
dium veſtrum pro nobis apud vos in conſpectu dei.Idcirco
conſolationem accepimus ex conſolatione veſtri,quin hube-
rius inſuper gauiſi fuimus ob gaudium Titi,ꝙ refocillatus ſit
ſpiritus illius ab omnibus vobis:quòd ſi quid apud illum, de
vobis gloriatus ſum,non fuerim pudefactus,ſed vt omnia cū
veritate locuti ſumus vobis,ita & gloriatio noſtra, qua vſus
eram



eram apud Titum,veritas facta eſt.Et viſcera illius maiorem
in modum erga vos affecta ſunt,dum recolit omnium veſtrū
obedientiam,quemadmodum cum timore ac tremore exce-
peritis ipſum.Gaudeo ꝙ in omnibus confidam in vobis.

¶Exemplo Macedonū & ſcripturis prouocat ad eleemoſynā dandā fratribus qui agerent Ieruſalaim. CAP. VIII.

A CErtiores autem vos facio fratres de gratia dei quæ da-
ta fuit in eccleſiis Macedoniȩ:quoniam per multā pro-
bationem afflictionis exuberauit gaudiū illorum, & profun-
da paupertas illorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſo-
rum.Nam pro viribus(teſtor)etiam ſupra vires prōpti fue-
runt,multa cum obteſtatione rogantes nos,vt beneficium &
ſocietatem miniſterij ſuſciperemus in ſanctos,ac nō quatenus
ſperabamus,quinetiam ſemetipſos dediderunt primum dño,
B deinde & nobis per voluntatem dei,in hoc vt adhortaremur
Titum:vt quemadmodum ante cœpiſſet,ita & cōſummaret
hanc quoqꝫ erga vos beneficentiam.Imo quemadmodū vbi-
que abundatis fide,& ſermone,& ſcientia,& omni diligentia,
& in ea q̃ ex vobis erga nos eſt charitate,facite vt in hac quoqꝫ
beneficentia abundetis.Non ſecundum imperiū loquor, ſed
per ſolicitudinem,erga alios etiam veſtræ dilectionis ſyncerita
tem approbans.Noſtis enim gratiam domini noſtri Ieſuah
Chriſti,ꝙ propter vos pauper factus ſit,cum eſſet diues, vt
vos illius paupertate diteſceretis.Et conſilium in hoc donam
hoc vobis conducit,qui quidem non ſolum facere, verūetiā
C velle iam cœpiſtis anno ſuperiore.Nunc autem & illud quod
facere cœpiſtis,perficite:vt quemadmodum voluntas prom-
pta fuit,ita & perficiatis ex eo ꝙ poteſtis.Etenim ſi prius adſit
animi prōptitudo,ea iuxta quicquid illud eſt quod poſsidet
aliquis,accepta eſt,non iuxta id quod non poſsidet.Non em̄,
vt aliis relaxatio ſit,vobis autem anguſtia:ſed vt ex æquabilita
te in præſenti tempore veſtra copia illorū ſuccurrat inopiȩ:&
illorū copia veſtræ ſuccurrat inopiæ,vt fiat æquabilitas,quē-
admodum ſcriptum eſt:Qui multum habebat,huic nihil ſup-
fuit:& qui paululū habebat,is nihilominus habuit.Gratia aūt Exodi.16.d.
deo,qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Ti-
D ti,qui exhortationem acceperit,quin potius cum eſſet diligen
tior,ſuapte ſponte ad vos venerit.Miſimus autem vnà cum
illo fratrem eum,cuius laus eſt in Euangelio per omnes eccle-
ſias:nec id ſolum,verumetiam dilectus eſt ab eccleſiis, comes
peregrinationis noſtræ,cum hac beneficientia quȩ adminiſtra
tur à nobis ad eiuſdem domini gloriā,& animi veſtri prōpti-
tudinem declinantes hoc,ne quis nos carpat in hac exuberan-
tia,quæ adminiſtratur à nobis,procurantes honeſta,non tan-
tum coram domino,ſed etiam coram hominibus. Miſimus
autem vnà cum illis fratrem noſtrum,quem probaueramꝰ in
multis ſæpenumero diligentem:nunc autem multò diligentio
rem,ob multam fiduciam,quam habeo erga vos:ſiue Titi no
mine qui ſocius meus eſt,& erga vos adiutor: ſiue aliorū qui
fratres noſtri ſunt & apoſtoli eccleſiarum,gloria Chriſti.Pro-
inde documentum charitatis veſtræ,& noſtræ de vobis glo-
riationis,in eos demonſtretis etiam in conſpectu eccleſiarū.

¶Paulus excludens ſuſpicionē ſui,docet quomodo danda ſit eleemoſyna.
CAP. IX.

A NAm de ſubminiſtratione quidem quæ fiat in ſanctos,
ſuperuacuum eſt mihi ſcribere vobis.Noui em̄ prom
ptitudinem animi veſtri,quam de vobis iacto apud Macedo
nes,ꝙ Achaia parata eſt ab anno ſuperiore:& veſter zelus ꝓ-
uocauit complures.Miſi tamen hos fratres, ne gloria noſtra
qua glorior de vobis,inanis fiat in hac parte:vt quemadmo-
dum dicebam,parati ſitis:ne quo pacto fiat,vt ſi mecum ve-
nerint Macedones,& repererint vos imparatos,nos pudore
ſuffundamur,vt ne dicam vos in hoc argumento gloriatiōis.
B Proinde neceſſarium arbitratus ſum,adhortari fratres,vt priꝰ
accederent ad vos,& prȩpararent iam ante promiſſam bene-
dictionem veſtram,vt ea ſit in promptu ſic tanquàm benedi-
ctio,& non tanqꝫ auaritia.Illud autem dico:Qui ſeminat par
cè,parcè & metet.Et qui ſeminat in benedictionibus,in bene-
dictionibus & metet,vnuſquiſqꝫ ſecūdum ꝙ proponit in cor
de,non ex triſtitia,aut ex neceſsitate. Nam hilarem datorem
diligit deus.Potens eſt autem deus vt omnem gratiam abun Eccl.35.b.
C dare faciat in vos:vt in omnibus om̄em ſufficientiam habētes,
exuberetis in omne opus bonum,quemadmodum ſcriptum Pſalmo.111.
eſt:Diſperſit dedit pauperibus,iuſtitia eius manet in ſeculum.
Porrò qui ſuppeditat ſemen ſeminanti, is & panem in cibum
ſuppeditet,& multiplicet ſementem veſtram,& augeat ꝓuen
tus iuſtitiæ veſtræ,vt in omnibus locupletemini,in omnē ſim
D plicitatem,quæ per nos efficit gratiarum actionem deo. Nā
adminiſtratio huius miniſterij non ſolum ſupplet ea quæ de-
ſunt ſanctis,verumetiam exuberat in hoc, quod per multos
agantur gratiæ deo,qui per probationem miniſterij huiꝰ glo
rificant deum ſuper obedientia conſenſus veſtri in Euangeliū
Chriſti,& de ſimplicitate communicationis in ipſos, & in o-
mneis,& in illorum oratione pro vobis,qui deſyderant vos
propter eminentem gratiam dei in vobis.Gratiam autē deo
ſuper inenarrabili ſuo munere.

¶Excuſat ſe aduerſus pſeudapoſtolos,qui faſtu quodam ſeſe ei prætulerāt.
CAP. X.

A CAeterum ipſe ego Paulus obſecro vos per manſuetu-
dinem,& humanitatem Chriſti,qui iuxta faciem quidē
humilis ſum inter vos,abſens tamen audax ſum erga vos.Ro-
go autem vos,ne præſens audeam ea fiducia qua exiſtimor au
dax fuiſſe in quoſdam,qui putant nos veluti ſecundum carnē
ambulare,nam in carne ambulantes,non ſecundum carnē mi
B litamus.Siquidem arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt: ſed
potentia deo ad deſtructionem munitionum,quibus cogita-
tiones deſtruimus,& omnem celſitudinem quæ extollitur ad-
uerſus cognitionem dei:& captiuam ducimus omnem cogi-
tationem ad obediendum Chriſto:& in promptu habemus
vindictam aduerſus omnem inobedientiam,cum impleta fue
rit veſtra obedientia.Quæ in conſpectu ſunt videtis?Si qs de
C ſeipſo confidit ꝙ Chriſti ſit,illud rurſum cogitet ex ſeipſo, ꝙ
quemadmodum ipſe Chriſti eſt,ita & nos Chriſti ſumus. Nā
ſi & amplius quippiam glorier de poteſtate noſtra quam de
dit dñs nobis in ædificationem,& non in deſtructionē veſtri,
non pudefiam,ne videar ceu perterrefacere vos per epiſtolas.
Nam epiſtolæ quidem,inquit,graues ſunt,& robuſtæ,at prȩ
ſentia corporis infirma,& ſermo contemptus.Hoc reputet q
iſtiuſmodi eſt,ꝙ quales ſumus ſermone per epiſtolas cum ab-
ſumus,tales ſumus,& cum adſumus facto.Non enim ſuſtine-
mus inſerere,aut conſerere noſipſos cum quibuſdam, qui ſei-
pſos commendant.Sed iſti non intelligunt,ꝙ ipſi inter ſeſe ſe-
D ipſos metiuntur,& comparant ſemet ſibi.At nos nō in immē
ſum gloriabimur,verum iuxta menſuram regulæ qua partitꝰ Ephe.4.d.
eſt nobis deus,menſura pertingendi etiam vſqꝫ vos. Non em̄
quaſi non pertingamus vſqꝫ ad vos,extendimus noſipſos ſu-
pra modum.Nam vſqꝫ ad vos quoqꝫ peruenimus in Euange
lio Chriſti,non in immenſum gloriantes ſuper alienis labori-
bus,ſpem habentes eius quæ ſubcreſcit fidei veſtræ in vobis,
magnificemur iuxta regulam noſtram in exuberantiam:vt iis 1.Cor.1.d. Ierem.9.g.
quoqꝫ regionibus quæ vltra vos ſunt euangelizē,non per alie
nam regulam,vt de his quæ parata ſunt gloriemur,ſed q glo-
riatur,in dño glorietur.Non enim qui ſeipſum commēdat,il-
le probatus eſt,ſed is quem dominus commendat.

¶Aequat ſe etiam pręcipuis apoſtolis,tum ob donū miraculorū,tū ob uarios aduerſos caſus & pericula, quorum ueluti catalogū ſubnectit.
CAP. XI.

A VTinam ſuſtinuiſſetis me pauliſper in inſipientia,imo &
ſuſtineretis me:Nam zelotypus ſum erga vos dei zelo.
Adiunxi enim vos vni viro, vt virginem caſtam exhiberetis Gene.3.a.
Chriſto:ſed metuo,ne quemadmodum Chauuam ſerpens de
cepit verſutia ſua,ita corrumpantur ſenſus veſtri à ſimplicita-
te,q̃ erat in Chriſtū.Nam ſi is qui venit,alium Ieſuah prædi-
I iij.

cat,quem non prædicauimus:aut ſi ſpiritum alium accipitis,
quem non accepiſtis:aut Euangelium aliud,quod non accepi
B ſtis,recte ſuſtinuiſſetis. Arbitror enim me nihilo inferiorẽ fuiſſe
eximiis apoſtolis. Cæterum licet imperitus ſim ſermone,non
tamen ſcientia.Verum vbiq; manifeſti fuimus in omnibus er
ga vos.Num peccatum feci meipſum humilians,vt vos exal-
taremini?ꝙ gratuito Euangelium dei prædicauerim vobis?
Cæteras eccleſias deprædatus ſum,accepto ab illis ſtipendio,
ad veſtri miniſterium.Et cum apud vos eſſem,& egerem,non
oneroſus fui cuiq;.Nam qđ mihi deerat,ſuppleuerũt fratres
qui venerãt à Macedonia,& in omnibꝰ ſic me ſeruabã,ne cui
C eſſem oneroſus,atq; ita ſeruabo.Eſt veritas Chriſti in me,qđ
hæc gloriatio nõ interrũpetur contra me in regionibꝰ Acha-
iæ.Quapropter?an qđ nõ diligam vos?Deus nouit.Verũ qđ
facio,idem & faciam,vt amputem occaſionem iis qui cupiũt
occaſionem:vt in eo de quo gloriantur,reperiantur,quẽad-
modum & nos.Siquidem iſtiuſmodi pſeudapoſtoli operarij
doloſi ſunt ſumpta perſona apoſtolorum Chriſti atque haud
mirum,quandoquidem ipſe ſathanas trãſfiguratur in angelũ
D lucis.Non magnum eſt igitur,ſi & miniſtri illius perſonam in
ſe transferunt,quaſi ſint miniſtri iuſtitiæ,quorum finis erit iu-
xta opera eorum.Iterum dico,ne quis me putet inſipientem
eſſe:alioquin & iam vt inſipientem accipite me,vt paululum
quiddam & ego glorier. Quod loquor,non loquor ſecun-
dum dominum,ſed velut per inſipiẽtiã,in hoc argumẽto glo-
riationis.Quandoquidem multi gloriantur ſecundum carnẽ,
E & ego gloriabor.Libenter enim ſuffertis inſipientes,cum ſitis
ſapientes.Suffertis enim,ſi quis vos in ſeruitutem adigit,ſi ꝗs
expedit,ſi quis accipit,ſi quis attollitur,ſi quis vos in faciẽ cæ-
dit iuxta contumeliam loquor.Perinde quaſi nos infirmi fue-
rimꝰ,imo in quocunq; audet aliquis(per inſipientiã loquor)
audeo & ego.Hebræi ſunt,& ego:Iſraelitæ ſunt,& ego:Semẽ
Abrahæ ſunt,& ego:Miniſtri Chriſti ſunt(deſipiens loquor)
excellentius ſum ego,in laboribus copioſius,in verberibus ſu
Actuũ.16.a. pra modum,in carceribus abundãtius,in mortibus frequen-
14.c.27.a. ter.A Iehudæis quinquies quadragenas vna minꝰ accepi.Ter
F virgis cæſus fui:ſemel fui lapidatꝰ:ter naufragium feci:noctem
ac diem in profundo egi:in itineribus ſæpe,in periculis flumi-
num,periculis latronum,periculis ex genere,periculis ex gen-
tibus,periculis in ciuitate,periculis in deſerto,periculis in ma-
ri,periculis inter falſos fratres,in labore & moleſtia,in vigiliis
ſæpe,in fame & ſiti:in ieiuniis ſæpe,in frigore,& nuditate:præ-
ter ea quæ extrinſecus ſunt,incumbens mihi quotidiana cura
G omnium eccleſiarum.Quis infirmatur,& ego non infirmor?
Quis offenditur,& ego non vror?Si gloriari oporteat,de his
quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.

¶Adducit inſignem uiſionẽ hominis uidelicet in tertiũ cœlum rapti,cauendũ a
pſeudapoſtolis. CAP. XII.

A DEus & pater domini noſtri Ieſuah Chriſti,qui eſt bene
dictus in ſecula,nouit ꝙ nõ mẽtiar.In Dãmeſec gentis
Actuũ.9.d. præfectus,Aretæ regis obſeruabat Dammaſcenorum vrbẽ,
volens me comprehendere,ac per feneſtram in ſporta demiſ-
ſus fui per mœnia,effugiq; manus eius.Gloriari ſane non ex-
pedit mihi,veniam enim ad viſiones,& reuelationes domini.
Actuũ.9.a. Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim:(an in
corpore,neſcio:an extra corpus,neſcio:deus nouit:)raptũ hu-
iuſmodi in tertium vſq; cœlum.Et ſcio huiuſmodi hominem:
(an in corpore,an extra corpus,neſcio,deus nouit:)raptũ fuiſ
ſe in paradiſum,& audiſſe arcana verba,quæ fas non ſit homi
B ni loqui.Pro huiuſmodi gloriabor:de meipſo verò non glo-
riabor niſi ſuper infirmitatibus meis.Nam ſi voluero gloria-
ri,non ero inſipiens:veritatẽ enim dicam:ſed parco,ne ꝗs de
me cogitet,ſupra id quod videt eſſe me.Et ne excellentia reue
lationum ſupra modũ efferrer,datus fuit mihi ſtimulus ꝑ car-
nem,nũcius ſathanæ,vt me colaphis cæderet,ne ſupra modũ
C efferrer. Super hoc ter dñm rogaui,vt diſcederet à me,& di-
xit mihi:ſufficit tibi gratia mea,nã virtꝰ mea ꝑ infirmitatẽ ꝑfi-
citur.Libẽtiſsime igitur gloriabor ſup infirmitatibus meis,vt
inhabitet in me virtus Chriſti.Quãobrẽ placeo mihi in infir-
mitatibus,in contumeliis,in neceſsitatibus,in perſecutionibꝰ,
in anxietatibus pro Chriſto.Cum enim infirmus ſum,tũc po
tens ſum.Factus ſum inſipiens glorians.Vos me coegiſtis,nã
D ego debueram à vobis commẽdari.Nulla enim in re inferior
fui ſummis apoſtolis,tametſi nihil ſum.Signa quidem apoſto
li peracta fuerunt inter vos cum omni patientia,& ſignis,&
prodigiis,& potentiis.Nam quid eſt in quo fuiſtis inferiores
cæteris eccleſiis,niſi ꝙ ipſe ego non fuerim vobis oneroſus?
E Condonate mihi hanc iniuriam.Ecce tertiò paratꝰ ſum,vt ve
niam ad vos,nec ero vobis oneroſus.Non enim quæro quæ
veſtra ſunt:ſed vos.Non enim debent filij parentibus recon-
dere,ſed filiis parentes.Ego verò libentiſsime impẽdam,& ex-
pendar pro animabus veſtris:licet vberius vos diligens,minꝰ
diligar.Sed eſto,ipſe non grauaui vos:verum cum eſſem aſtu
F tus,dolo vos cœpi.Num per quenquam eorum quos miſi
ad vos,circũueni vos?Rogaui Titum,& vna cum illo miſi fra
trem.Nunquid vos fraudauit Titus?An non eodem ſpiritu
ambulauimus,an non iiſdem veſtigiis?Rurſum arbitramini
ꝙ nos vobis excuſemus?In conſpectu dei,in Chriſto loquimur,
G ſed omnia dilecti pro veſtri ædificatione.Nam metuo,ne vbi
venero,non quales velim,reperiam vos,& ego reperiar vo-
bis qualem nolitis:ne quo modo ſint contentiones,æmulatio
nes iræ,cõcertationes,obtrectationes,ſuſurri,tumores,ſeditio
nes,ne iterum vbi venero,humilem faciat me deus meꝰ apud
vos,& lugeam multos eorum qui ante peccauerunt,nec eos
pœnituit immunditiæ,fornicationisq; & impudicitiæ quam
patrarunt.

¶Interminatur ne eos tales inueniat,ut ſui diſſimilis eſſe cogatur, neue ſuo
in eos iure uti cogatur. CAP. XIII.

A ECce hac tertia vice venio ad vos:In ore duorum te-
ſtium aut trium conſtituetur omne verbum. Prædi- Deut.19.b.
xi & prædico,vt præſens cum eſſem,iterum ita & abſens nũc Mat.18.b.
ſcribo iis qui ante peccauerunt,& reliquis omnibus,ꝙ ſi vene Iohan.8.c.
ro denuò,non parcam.Quandoquidem experimentum quæ Hebr.10.e.
ritis in me loquentis Chriſti,qui erga vos non eſt infirmꝰ,ſed
B potens eſt in vobis:nam quis crucifixus fuit ex infirmitate,vi 1.Cor.11.f.
uit tamen ex potentia dei.Siquidem & nos infirmi ſumus in
illo,ſed viuemus cum illo ex potentia dei erga vos. Vosipſos
tentate,num ſitis in fide.Vosipſos probate.An non cognoſci
tis voſmetipſos,ꝙ Ieſuah Chriſtus in vobis eſt?Niſi ſicubi re-
probi eſtis.At ſpero vos cogniturus,ꝙ nos non ſimus repro
C bi:Opto autem apud deum,ne quid mali faciatis,non quò
nos probati appareamus,ſed vt vos quod honeſtum eſt facia
tis:nos verò veluti reprobi ſimus.Non enim poſſumus quic
quam aduerſus veritatem,ſed pro veritate.Gaudemus enim
cum nos infirmi fuerimus:vos autem validi fueritis.Hoc autẽ
inſuper optamus,veſtram integritatẽ.Propterea hæc abſens
ſcribo,ne cum præſens fuero,rigide vtar poteſtate,quam de-
D dit mihi dominus in extructionem,& non in deſtructionem.
Quod ſupereſt fratres,valete,integri eſtote,conſolationẽ habe
te,vnanimes ſitis,in pace agite,& deꝰ charitatis ac pacis
erit vobiſcum.Salutate vos mutuo ſancto oſcu-
lo.Salutant vos ſancti omnes.Gratia dñi
Ieſuah Chriſti,et charitas dei,et cõ
municatio ſpiritus ſancti ſit
cum omnibus vo
bis. Amen.

¶Secundæ Epiſtolæ Pauli ad Corinthios,
FINIS.

¶Miſſa fuit a Philippis Macedoniæ per Titum,& Lucam.

Epiſtola



# Epiſtola Pauli ad GALATAS: INterprete Sãte Pagnino, Lucenſi.

¶Galatis ab errore reuocatis ingerit ſuam authoritatẽ,aperitq; pſeudapoſto
lorum fraudem,ſeq; uel ſummis apoſtolis parem,imo ſuperiorem.

CAPVT I.

A PAVLVS apoſtolus,non
ab hominibꝰ,neq; per hominem,ſed
per Ieſuah Chriſtũ,ac deũ patrẽ qui
ſuſcitauit illum ex mortuis,quiq; me
cum ſunt omnes fratres,eccleſiis Ga-
latiæ.Gratia vobis,& pax à deo pa-
tre,& domino noſtro Ieſuah Chri-
ſto,q dedit ſeipſum pro peccatis no-
ſtris,vt eriperet nos ex præſenti ſeculo malo,iuxta voluntatẽ
B dei,& patris noſtri:cui gloria in ſecula ſeculorum,Amen.Mi-
ror ꝙ adeo cito transferamini ab eo qui vocauit vos Chriſto
in aliud Euangelium,quod non eſt aliud niſi ꝙ quidam ſunt
qui turbant vos,& volunt inuertere Euangelium Chriſti.Cæ
terum etiam ſi nos,aut angelus è cœlo euangelizauerit vobis,
præter id quod euangelizauimus vobis,anathema ſit.Quẽ-
admodum ante diximus,& nunc iterum dico:ſi quis vobis e-
uangelizauerit præter id quod accepiſtis,anathema ſit.Nunc
enim vtrum homines ſuadeo,an deum?aut quæro hominibꝰ
placere?Nam ſi adhuc hominibus placuiſſem,Chriſti ſeruus
C nequaquam eſſem.Notum autem vobis facio fratres,euange
lium quod euangelizatum eſt à me,non eſſe ſecundum homi-
nem.Neq; enim ego ab hoie accepi illud,neq; doctꝰ fui,ſed ꝑ re
1.Cor.15.a. uelationẽ Ieſuah Chriſti.Audiſtis enim meam conuerſationem
quondam in Iehudaiſmo,ꝙ ſupra modum perſequebar eccle
ſiã dei,ac depopulabar illã,& proficiebã in Iehudaiſmo ſupra
multos coætaneos in genere meo,exuberanter zelans meas
paternas traditiones.Aſt vbi bene placuit deo(qui ſegregaue
rat me ab vtero matris meæ,& vocauit per gratiam ſuam in
hoc,vt reuelaret filiũ ſuum per me)vt euangelizarẽ ipſum in-
ter Gentes cõtinuo non cõtuli cum carne,& ſanguine,neq; re
dij Ieruſalaim,ad eos qui ante me fuerant apoſtoli:ſed abij in
D Arabiam,ac denuo reuerſus ſum Dammeſec.Deinde poſt an
nos treis redij Ieruſalaim,vt viderẽ Petrũ,& manſi apud illũ
dies quindecim.Aliũ aũt ex apoſtolis non vidi quenq;,niſi Ia
cobum fratrẽ dñi.Porrò quæ ſcribo vobis,ecce corã deo nõ
mentior.Deinde veni in regiones Syriæ,Ciliciæq;.Eram autẽ
ignotus iuxta faciem eccleſiis Iehudææ,quæ erant in Chriſto.
Sed tãtum hic tremor apud illos erat:qui perſequebatur nos
aliquando,nunc prædicat fidem,quam quondam expugna-
bat:& glorificabant in me deum.

¶Circunciſionem non requiri,Petro reprehenſo oſtendit [redacted]
CAP. II.

A DEinde poſt annos quatuordecim rurſum aſcendi Ieru
ſalaim vnà cum Barnaba,aſſumpto ſimul & Tito. A-
ſcendi autem iuxta reuelationem,& contuli cum illis Euange-
lium,quod prædico inter Gentes,ſed priuatim cum his qui
exiſtimabantur,ne quomodo in vanum currerem,aut cucur-
riſſem.Sed neq; Titus qui mecum erat,cum eſſet Græcus,cõ-
pulſus fuit circũcidi,propter obiter ingreſſos falſos fratres,ꝗ
ſubintroierant ad explorandum libertatem noſtram quã ha-
B bemus in Chriſto Ieſuah,quo nos in ſeruitutẽ adigerent.Qui
bus ne ad horã quidẽ ceſsimus per ſubiectionẽ,vt veritas Euã
Deut.10.d. gelij ꝑmaneret apud vos.Ab his aũt qui exiſtimabãtur aliqd
2.Par.19. eſſe,quales aliquando fuerint,nihil mea refert.Perſonã homi-
Iob.4.b. nis deus nõ accipit.Nã mihi qui exiſtimabãtur,nihil contule-
Sapi.6.b.
Eccl.35.b.
runt.Imo cõtrà,cum vidiſſent mihi cõcreditum fuiſſe Euãge- Roma.2.b.
lium præputij,quẽadmodũ Petro circũciſionis(Nam ꝗ ope- Ephe.6.b.
ratus eſt in Petro ad Apoſtolatũ circũciſionis,operatus eſt & Coloſ.3.d.
in me erga Gẽtes)cũq; cognouiſſent gratiã mihi datã Iacobꝰ Actuũ.10.e.
et Cephas & Iohãnes,qui exiſtimabãtur eſſe columnæ,dextras 1.Petri.1.c.
C dederunt mihi ac Barnabæ ſocietatis:vt nos in Gentes:ipſi ve
rò in circũciſionẽ,tantũ vt pauperũ memores eſſemus:in quo
& diligens fui,vt hoc ipſum facerẽ.Cũ aũt veniſſet Petrꝰ An-
tiochiã,in facie illi reſtiti,eo ꝙ reprehenſus eſſet. Nam antequã
veniſſent quidam à Iacobo,vnà cũ Gentibus ſumebat cibũ:
cum aũt veniſſent,ſubduxit,ac ſeparauit ſe ab illis metuẽs eos
qui erant ex circunciſione,ac ſimulabant vnà cum illo cæteri
quoq; Iehudæi,adeò vt Barnabas ſimul abduceretur in illo-
rum ſimulationẽ.Verum vbi vidiſſem,ꝙ nõ recto pede ince
derent ad veritatẽ Euangelij,dixi Petro corã omnibus:Si tu,
cum ſis Iehudæus,gentiliter viuis,ac non Iehudaicè,cur Gen-
tes cogis Iehudaiſſare?nos natura Iehudæi,& nõ ex Gentibus
D peccatores:quoniam ſcimus non iuſtificari hominẽ ex operi-
bus legis,niſi per fidem Ieſuah Chriſti,& nos in Chriſtum Ie-
ſuah credidimus,vt iuſtificaremur ex fide Chriſti,& nõ ex ope
ribus legis:propterea ꝙ non iuſtificatur ex operibꝰ legis oim
caro.Quod ſi dum quærimus iuſtificari per Chriſtum,reperi Roma.3.c.
mur & ipſi peccatores:num ergo Chriſtꝰ peccati miniſter eſt?
Abſit.Nam ſi quæ deſtruxi ea rurſum ædifico,tranſgreſſorẽ
meipſum conſtituo.Ego enim per legem legi mortuus fui,vt
Chriſto viuerem,vnà cum Chriſto crucifixus ſum. Viuo ta-
men,non iã ego,ſed viuit in me Chriſtus.Vitam autem,quã
nunc viuo in carne,per fidem viuo filij dei,qui dilexit me,&
tradidit ſemetipſum pro me.Non reiicio gratiam dei.Nam ſi
per legem eſt iuſtitia,igitur Chriſtus fruſtra mortuus eſt.

¶Cum increpatione docet nõ ex operibus legis iam antiquatæ,[redacted],idq; exemplo Abrahæ cõfirmans,legis utilitatem
oſtendit. CAP. III.

A O Stulti Galatæ,quis vos faſcinauit,vt non crederetis ve
ritati?quibus præ oculis Ieſuah Chriſtus præſcriptus
fuit,inter vos crucifixꝰ.Hoc ſolũ volo diſcere à vobis,vtrum
ex operibus legis ſpm̃ accepiſtis,an ex audita fide?Adeo ſtul-
ti eſtis,cũ ſpiritu cœperitis,nunc carne cõſumamini?Tã multa
paſsi eſtis fruſtra,ſi tamen & fruſtra. Qui igitur ſubminiſtrat
vobis ſpiritum,& operatur virtutes in vobis,vtrum ex ope-
ribus legis,an ex audita fide id facit,quemadmodum Abrahã Gene.15.b.
credidit deo,& imputatum eſt illi ad iuſtitiã?Scitis igitur,ꝙ Roma.4.a.
qui ex fide ſunt:hi ſint filij Abrahæ.Præuidẽs aũt ſcriptura,ꝙ Iacob.2.d.
B ex fide iuſtificet Gentes deus,prius Euangelizauit Abrahæ:Be Gene.22.a.
nedicentur,inquiens,in te omnes Gẽtes.Itaq; qui ex fide ſunt, Eccl.44.d.
benedicuntur cũ fideli Abrahã.Nã quotquot ex operibus le
gis ſunt,ſub maledictione ſunt.Scriptum eſt enim:Maledictꝰ Deut.26.d.
omnis,qui non manſerit in omnibus,quæ ſcripta ſunt in libro Abac.2.a.
legis,vt faciat ea.Quòd autem in lege nullus iuſtificetur apud Leuit.18.a.
deum,palàm eſt.Siquidẽ iuſtus ex fide viuet,lex aũt non eſt ex
fide,ſed ꝗ fecerit ea homo,viuet in ipſis.Chriſtus vos redemit
à maledictiõe legis,dum pro nobis factus eſt maledictio.Scri- Deut.21.d.
ptum eſt enim:Maledictꝰ omnis qui pendet in ligno:vt in Gẽ Hebr.9.d.
C tes benedictio Abrahæ fieret per Chriſtũ Ieſuah,vt promiſsio-
nẽ ſpiritꝰ acciperemꝰ per fidem.Fratres,ſecũdũ hominẽ dico:
Hominis licet teſtamẽtũ,tamen ſi ſit cõprobatũ,nemo reiicit,
aut addit aliquid.Porrò Abrahæ dictæ ſunt ꝓmiſsiones,&
ſemini eius.Non dicit,& ſeminibus tanq; de multis,ſed tanq;
de vno:& in ſemine tuo,qui eſt Chriſtus.Hoc autẽ dico,teſta-
mentũ ante comprobatum à deo erga Chriſtũ,lex quæ poſt
annos quadringẽtos,& triginta cœpit,nõ facit irritũ,vt abro
D get ꝓmiſsionẽ.Nã ſi ex lege eſt hæreditas,nõ iã eſt ex ꝓmiſsiõe.
Atq; Abrahæ ꝑ ꝓmiſsionẽ donauit deꝰ. Quid igitur lex?Pro
pter tranſgreſsiões addita fuit,donec veniret ſemẽ,cui ꝓmiſ-
ſum fuerat ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris.Mediator
aũt vnius nõ eſt,at deꝰ vnꝰ eſt. Lex igitur nũ eſt aduerſus pro-
miſsiones dei?Abſit.Etenim ſi data fuiſſet lex quæ poſsit viui-

ficare,vere ex lege eſſet iuſtitia.Sed concluſit ſcriptura omnia
ſub peccatum,vt promiſſio ex fide Ieſuah Chriſti daretur cre-
Roma.9.b. dentibus.Cæterum anteꝗ̃ veniſſet fides,ſub lege cuſtodieba-
mur,concluſi in eam fidem quæ erat reuelanda. Itaqꝫ lex pæ-
dagogus noſter fuit ad Chriſtum,vt ex fide iuſtificaremur.At
poſtquam venit fides,non amplius ſub pædagogo ſumꝰ. O-
mnes enim filij dei eſtis,per fidem in Chriſto Ieſuah.Nam qui
cunque baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Non eſt Iehudęus,
neque Græcus:non eſt ſeruus,neque liber:non eſt maſculus,ac
Roma.6.a. fœmina.Om̃es enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſuah.Quòd
ſi vos eſtis Chriſti,igitur ſemen Abrahæ eſtis,& iuxta promiſ-
ſionem hæredes.

¶ Chriſtum legis ſeruitutem ſuſtuliſſe,collaudatos confirmat ad perſeuerantiam,credentes eſſe filios Iſchac,non Iiſmahelis. CAP. IIII.

A Dico autẽ,quandiu hæres puer eſt, nihil differt à ſeruo,
quum ſit dominus omnium,ſed ſub curatoribus,et di
ſpenſatoribus eſt,vſqꝫ ad tẽpus præfinitum à patre.Sic & nos
quum eſſemus pueri,ſub elementis mundi eramus,in ſeruitu
tem redacti.At vbi venit plenitudo temporis,emiſit deꝰ filiũ
ſuum natum ex muliere,factum ſub lege,vt eos qui ſub lege e-
rant redimeret,vt adoptionem filiorum acciperemus. Quo-
niam autem eſtis filij,emiſit deus ſpiritum filij ſui in corda ve-
B ſtra clamantem,abba,pater.Itaque iam non es ſeruus,ſed filiꝰ:
ꝙ ſi filius,& hæres dei per Chriſtũ.Sed tum quidẽ quũ igno-
raretis deum,ſeruiuiſtis iis,qui natura non ſunt dij. At nunc
poſteaquàm cognouiſtis deũ,quin potius cogniti eſtis à deo,
quomodo conuertimini denuo ad infirma,& egena elemen-
ta,quibus iterum ab initio ſeruire vultis? Dies obſeruatis, &
menſes,& tempora,& annos.Metuo de vobis,ne fruſtra labo
rauerim erga vos.Eſtote vt ego ſum,quandoquidem & ego
ſum vt vos.Fratres rogo vos:Nihil me læſiſtis.Noſtis,ꝙ per
infirmitatem carnis euangelizauerim vobis prius, & experi-
mentum mei,quod erat in carne,non eſtis aſpernati,neque re-
ſpuiſtis,ſed me velut angelũ dei ſuſcepiſtis,velut Chriſtum Ie-
ſuah.Quæ igitur erat beatitudo veſtra? Teſtimoniũ enim red
do vobis:quod ſi fieri potuiſſet oculos veſtros effoſos dediſſe
C tis mihi.Igitur inimicus ſum vobis,vera loquẽdo vobis? Ae-
mulantur vos non bene imo excludere vos volũt,vt ipſos æ-
mulemini.Bonum autem eſt ęmulari in re bona ſemper,et nõ
ſolum cum præſens ſum apud vos.Filioli mei,quos iterũ par
turio,donec formetur Chriſtus in vobis:vellem autem adeſſe
apud vos nunc,& mutare vocem meam,quoniam perplexus
ſum in vobis:Dicite mihi,qui ſub lege vultis eſſe,legem ipſam
Gene.16.c. non auditis? Scriptum eſt enim,ꝙ Abraham duos filios ha-
Gene.21.a. buit,vnum ex ancilla,& alterum ex libera.Verum is qui ex an
cilla natus eſt,ſecundum carnem natus eſt:qui verò ex libera,
per repromiſſionẽ,quæ per allegoriã dicuntur.Nã hæc ſunt
duo teſtamenta,vnum quidem à monte Sinai in ſeruitutẽ ge-
nerans,qui eſt Hagar:nam Hagar Sinai mõs eſt in Arabia:cõ-
D finis eſt autem ei quæ nunc vocatur Ieruſalaim, ſeruit autem
cũ filiis ſuis.At q̃ ſurſum eſt Ieruſalaim,libera eſt:quæ eſt ma-
ter omnium noſtrum,Scriptum eſt enim:Lætare ſterilis, quæ
Iſaiæ.54.a. Lucæ.23.d. non paris:erumpe,& clama,quæ non parturis:quoniam mul
Roma.9.b. ti liberi deſertæ,magis ꝗ̃ eius quæ habet virum.Nos autẽ fra
tres ſecundum Iſchac promiſſionis filij ſumus:ſed quemadmo
dum tunc is qui ſecundum carnem natus erat,perſequebatur
Gene.21. eum qui natus erat ſecundum ſpiritum,ita & nunc. At quid
dicit ſcriptura? Eiice ancillam,& filium illius:non enim hæres
erit filius ancillæ cum filio liberæ.Itaque fratres non ſumꝰ an-
cillæ filij,ſed liberæ.

¶ Qui inducit circunciſionem, perdit Chriſtum,deqꝫ ſpiritus cũ carne perpetua pugna. CAP. V.

A In libertate igitur qua Chriſtꝰ nos liberauit,ſtate,& ne rur
Actuũ 23.b. ſus iugo ſeruitutis implicemini.Ecce ego Paulus dico vo-
bis,ꝙ ſi circundamini,Chriſtus nihil vobis proderit. Conte-
ſtor aũt oẽm hominẽ qui circũciditur,ꝙ debitor eſt totius le-
gis ſeruandæ.Aboliti eſtis à Chriſto.Quicunque per legem iu
ſtificamini à gratia excidiſtis.Nos enim ſpiritu ex fide,ſpem iu
ſtitię expectamus:nam in Chriſto Ieſuah,neqꝫ circũciſio ꝗcꝗ̃
B valet,neqꝫ præputium,ſed fides per dilectionem operans.Cur
rebatis bene, quis vos impediuit vt non crederetis veritati?
Nempe perſuaſiò,non ex eo profecta qui vocat vos:Paulum 1.Cor.5.b.
fermenti totam conſperſionem fermentat.Ego cõfido de vo-
bis in domino,ꝙ nihil aliud ſentietis.Cæterum qui cõturbat
vos,portabit iudicium,quiſquis fuerit.Ego autem fratres, ſi
circunciſionem adhuc prædico,quid adhuc perſecutionẽ pa-
tior? Abolitũ eſt igitur offendiculum crucis. Vtinã et abſcin-
dantur qui vos à ſtatu dimouent.Vos enim in libertatem vo
cati fuiſtis fratres,tantum ne libertatem in occaſionẽ detis car
ni,ſed per charitatem ſeruite vobis inuicem. Nam tota lex in
C vno verbo completur,nempe hoc:Diliges proximum tuum Leuit.19.d.
vt teipſum.Quod ſi alius alium viciſſim mordetis,& deuora Matt.22.d. Marci.12.c.
tis,videte ne viciſſim alius ab alio conſumamini.Dico autem Roma.13.c.
ſpiritu ambulate,& concupiſcentiã carnis non perficietis.Nã Iacob.2.b. Rom.13.d.
caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,ſpiritus autem aduerſus 1.Petri.2.b.
carnem.Hæc autem inter ſe mutuo aduerſantur,vt non quę-
cũque volueritis,eadem faciatis.Quòd ſi ſpiritu ducimini,nõ
eſtis ſub lege.Porrò manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt hęc:
adulterium,fornicatio,immundicia,laſciuia,ſimulacrorũ cul-
tus,veneficium,inimicitiæ,lites,æmulationes,iræ,concertatio
D nes,ſeditiones,ſectæ,inuidiæ,cædes,ebrietates,comeſſationes,
& his ſimilia:de quibus prædico vobis, quemadmodum &
prædixi:ꝙ qui talia agunt,regnum dei hęreditate nõ accipiẽt.
Contra fructns ſpiritus eſt,charitas,gaudium,pax,longanimi
tas,benignitas,bonitas,fides,manſuetudo, temperantia. Ad-
uerſus huiuſmodi non eſt lex.Qui verò ſunt Chriſti,carnẽ cru
cifixerunt cum affectibus,& concupiſcentiis.Si viuimus ſpiri-
tu,ſpiritu & incedamus.Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi,
inuicem nos prouocantes,inuicem inuidentes.

¶ Cauendũ ab impoſtoribus,& uerborũ fucis,nunc id elaborandũ quo poſtea fruamur. CAP. VI.

A Fratres,etiam ſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto
vos qui ſpirituales eſtis,inſtaurate huiuſmodi ſpiritu mã
ſuetudinis:conſyderans temetipſum,ne & tu tenteretis.Inui-
cem alij aliorum onera portate,& ſic adimplete legem Chri-
ſti.Nam ſi ꝗs ſibi videtur aliquid eſſe,cum nihil ſit, ſuum ipſe
fallit animum.Opus autem ſuum probet vnuſquiſqꝫ,& tunc
B in ſemetipſo tantum gloriationẽ habebit,& nõ in alio.Vnuſ- 1.Cor.3.b.
quiſqꝫ enim propriam ſarcinam baiulabit. Communicet aũt
qui eruditur in ſacris ſermone,ei qui ſe erudit in ſacris in omi-
bus bonis.Ne erretis,deus non irridetur.Quicquid enim ſe-
minauerit homo,hoc & metet.Nã ꝗ ſeminat ꝑ carnẽ ſuã, de
carne metet corruptionẽ:ſed ꝗ ſeminat ꝑ ſpm̃,de ſpiritu me- 1.Theſ.3.c.
tet vitã æternam.Bonũ aũt faciendo ne defatigemur.Tp̃e em̃
ſuo metemus non defatigati.Itaqꝫ dum tempus habemus,o-
peremur bonum:cum erga omnes, tum verò maxime erga
C domeſticos fidei.Videtis ꝗ̃ta vobis,epiſtola, ſcripſerim mea
manu.Quicunqꝫ volunt iuxta faciem placere in carne, hi co-
gunt vos circuncidi,tantum ne ob crucem Chriſti perſecutio
nem patiantur.Nam qui circuncidũtur,ne ipſi quidẽ legem
ſeruant,ſed volunt vos circuncidi,vt in veſtra carne glorien-
tur. Ego verò, abſit vt glorier,niſi in cruce dñi noſtri Ieſuah
Chriſti:per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo.
Nam in Chriſto Ieſuah,neqꝫ circunciſio quicquam valet,neqꝫ
D præputium,ſed noua creatura.Et quicunqꝫ iuxta regulã hanc
incedũt,pax ſuper eos,& miſericordia,& ſuper Iſraelẽ dei.De
cętero ne quis mihi moleſtias exhibeat.Ego enim ſtigmata do
mini Ieſuah in corpore meo porto.Gratia domini noſtri Ie-
ſuah Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres.Amen.

¶ Epiſtolæ Pauli ad Galatas,
FINIS.

¶ Ad Galatas miſſa fuit e Roma.

Epiſtola



# Epiſtola Pauli ad EPHESIOS: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Quomodo nonnulli ab æterno prædeſtinentur, quæ beneficia apoſtoli & Epheſij a deo acceperint. CAP. I.

A PAVLVS APOSTO
lus Ieſuah Chriſti per voluntatem dei,
ſanctis ꝗ ſunt Epheſi,& fidelibꝰ in Chri
1.Cor.1.a. 1.Pet.1.a. ſto Ieſuah.Gratias vobis & pax à deo
patre nr̃o,& Domino Ieſuah Chriſto.
Benedictꝰ deus,& pater dñi nr̃i Ieſuah
Chriſti,ꝗ benedixit nos oĩ bñdictiõe ſpi
tuali, inſuꝑ cœleſtibꝰ Chriſto.Quẽadmodũ elegit nos in ipſo,
& ante cõſtitutionẽ mũdi,vt eſſemus ſancti,& irrepr̃henſibiles
corã illo per charitatẽ:ꝗ prædeſtinauit nos in adoptionẽ filio
B rũ,ꝑ Ieſuah Chriſtũ,in ſeſe,iuxta bñplacitũ volũtatis ſuę,in lau
dẽ gloriæ gratię ſuæ,qua charos reddidit nos ꝑ dilectũ,ꝑ quẽ
habemus redẽptionẽ ꝑ ſanguinẽ ipſiꝰ,remiſſionẽ peccatorũ,
iuxta diuitias gratiæ ſuæ,de qua vbertim nobis impartiuit,in
omni ſapientia,& prudentia,patefacto nobis arcano volunta
tis ſuæ,iuxta beneplacitum ſuum quod propoſuerat in ſeip̃o,
C vſqꝫ ad diſpẽſationẽ plenitudinis tẽporũ,vt ſummatim inſtau
raret oĩa ꝑ Chriſtũ,& q̃ in cœlis ſunt,& quæ in terra ꝑ eũdẽ ꝑ
quẽ & in ſortẽ aſciti ſumꝰ,prædeſtinati ſecũdũ propoſitũ ipſiꝰ
qui operatur vniuerſa,iuxta decretum voluntatis ipſius:vt ſi
mus nos in laudẽ gloriæ illius,qui priores ſperauimꝰ in Chri-
ſto,in quo & vos audito verbo veritatis,Euãgelio ſalutis ve
ſtræ:in quo etiam poſteaquam crediditis,obſignati eſtis ſpi-
ritu promiſſionis ſancto,qui eſt arra hęreditatis noſtræ,in re-
D dẽptionẽ acquiſitæ poſſeſſionis,in laudem gloriæ ipſiꝰ.Qua-
propter & ego cum audiſſem eã quæ in vobis eſt fidẽ in do-
mino Ieſuah,& charitatem in omnes ſanctos,non deſino gra
tias agere pro vobis,mentionẽ veſtri faciẽs in precibus meis:
vt deus dñi noſtri Ieſuah Chriſti,pater gloriæ,det vobis ſpiri
tum ſapientiæ & reuelationis,per agnitionem ſui,illumina-
tos oculos mentis veſtræ:vt ſciatis,quæ ſit ſpes ad quam ille
vocauit,& quàm opulenta gloria hæreditatis illius in ſanctis,
& quæ ſit excellens magnitudo potentiæ illius in nos,qui cre-
dimus ſecundum efficaciam roboris fortitudinis eius,quam
exercuit in Chriſto,cum ſuſcitaret eum ex mortuis,& ſedere fe
cit ad dexterã ſuã in cœleſtibus ſupra omnẽ principatum,ac
poteſtatem,& virtutẽ,& dominationem,& oẽ nomẽ quod
nominatur non ſolum in ſeculo hoc,verumetiam in futuro,
& omnia ſubiecit ſub pedes illius,& eum dedit caput ſuꝑ oĩa
ipſi eccleſiæ,quæ eſt corpus illius,complementum eius qui
omnia in omnibus adimplet.

Pſalmo.8. ¶ Prouocat eos ad gratiarum actionẽ,et quod præ aliis gentibus a peccatis ſint liberati. CAP: II.

A Et vos cum eſſetis mortui delictis,ac peccatis,in qbꝰ ali-
Coloſ.2.d. quãdo ambulaſtis iuxta ſeculũ mũdi huius,iuxta princi-
pẽ cui poteſtas eſt aeris,ꝗ eſt ſpiritus,nũc agens in filijs contu
macibus,inter quos & nos omnes conuerſabamur aliqñ in
cõcupiſcẽtiis carnis noſtræ,faciẽtes quæ carni,ac mẽti libebãt:
& eramus natura filij iræ,quẽadmodũ & cęteri.Sed deus qui
diues eſt in miſericordia,propter multã charitatẽ ſuã,qua di-
lexit nos,etiã cũ eſſemus mortui per delicta,cõuiuificauit nos
B vnà cũ Chriſto(per gratiã eſtis ſeruati)ſimulqꝫ cũ eo reſuſcita
uit,& ſimul cũ eo ſedere fecit inter cœleſtes,in Chriſto Ieſuah:
vt oſtẽderit in ſeculis ſuperueniẽtibus eminentes diuitias gra-
tiæ ſuæ,benignitate erga nos per Chriſtum Ieſuah.Gratia
enim eſtis ſeruati per fidem,idqꝫ non ex vobis.Dei donũ eſt,
nõ ex operibꝰ,ne quis glorietur:nã ipſius ſumus opus conditi
in Chriſto Ieſuah ad opera bona,q̃ præparauit deus,vt in eis
C ambularemus.Quapropter memẽtote,ꝙ vos quondã gen-
tes in carne,vocabamini præputiuum,ab ea quæ vocat̃ cir-
cunciſio in carne,quæ circunciſio manibus fit:ꝙ in quã eratis
in tempore illo,ſine Chriſto:abalienati à republica Iſraelis,&
peregrini à teſtamentis promiſſiõis,ſpem nõ habẽtes,deoqꝫ
carẽtes in mundo.Nunc aũt per Chriſtũ Ieſuah vos,qui quõ
dã eratis longinqui,propinqui facti eſtis per ſanguinem Chri
ſti:ip̃e em̃ eſt pax noſtra,ꝗ fecit ex vtriſqꝫ vnũ,& interſtitiũ ma
ceriæ diruit: inimicitiã ꝑ carnẽ ſuam,legem mandatorum in
decretis ſitam cum abrogaſſet,vt duos conderet in ſemeipſo
in vnum nouum hominẽ,faciens pacẽ,& vt reconciliaret am
bos in vno corpore deo per crucem,perẽpta inimicitia ꝑ eã:
& veniens euangelizauit pacẽ vobis,qui procul aberatis,& Roma.5.a.
D iis qui propè.Quoniã aũt per illum habemꝰ aditum vtiqꝫ in
vno ſpiritu ad patrem iam igitur non eſtis hoſpites,& incolę,
ſed conciues ſanctorum,ac domeſtici dei:ſuperædificati ſuꝑ
fundamentum apoſtolorum,ac prophetarum,ſummo angu
lari lapide ipſo Ieſuah Chriſto:in quo quæcũqꝫ ſtructura quæ
coaptatur,ea creſcit in templũ ſanctũ in domino:in quo vos
coædificabimini in habitaculum dei per ſpiritum.

¶ Præmittit ad orandum pro Epheſiis diſpoſitionẽ,& pro eis orat totum bonum eorum deo attribuendo. CAP. III.

A Hvius rei gratia ego Paulus vinctus ſum Chriſti Ieſuah
pro vobis gentibus:ſiquidẽ audiſtis diſpenſationẽ gra
tiæ dei quæ data eſt mihi in vos,ꝙ ſecundum reuelationẽ no-
tum mihi fecit myſterium,quemadmodũ ante ſcripſi paucis,
ex quibus poteſtis legentes intelligere cognitionem meam in
myſterio Chriſti,ꝙ in aliis ætatibus non innotuit filiis homi-
num,quemadmodum nũc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius,
B & prophetis per ſpiritum ſanctũ,vt ſint gentes coheredes,&
eiuſdẽ corporis,cõſorteſqꝫ promiſſiõis eius in Chriſto,ꝑ Euã 1.Cor.15.a.
gelium,cuius factus ſum miniſter ſecundum donũ gratiæ dei
quod datũ eſt mihi ſecũdum efficaciã potẽtiæ illius.Mihi mi-
nimo omnium ſanctorũ data eſt gratia hæc,vt inter gẽtes euã
gelizem imperueſtigabiles diuitias Chriſti,& in lucẽ proferã
omnibus quæ ſit diſpenſatio myſterij,quod erat abſcõditũ à
ſeculis in deo,qui vniuerſa condidit per Ieſuah Chriſtũ,vt no
tũ fiat nunc principatibus,ac poteſtatibus in cœleſtibus per
eccleſiã vehementer varia ſapientia dei,ſecũdũ præfinitionem
ſeculorũ,quã fecit in Chriſto Ieſuah dño noſtro:per quẽ habe
C mus audaciam loquendi,& aditũ cum fiducia quæ eſt per fi
dem illius.Quapropter peto,ne deficiatis ob afflictiões meas
quas pro vobis tolero,quæ eſt gloria veſtra.Huius rei gra-
tia flecto genua mea ad patrẽ domini noſtri Ieſuah Chriſti,ex
quo oĩs familia in cœlis & in terra nominatur,vt det vobis
iuxta diuitias gloriæ ſuæ,vt fortitudine corroboremini per
D ſpiritum ſuum in internum hominẽ:vt inhabitet Chriſtus ꝑ
fidẽ in cordibus veſtris,fixis in charitate radicibus fundamẽ-
to iacto:vt valeatis aſſeꝗ cũ oĩbus ſanctis,quæ ſit latitudo,&
longitudo:& ꝓfunditas,& ſublimitas:cognoſcereqꝫ pręemi-
nentẽ cognitiõis dilectionẽ Chriſti,vt impleamini in oẽm ple
nitudinẽ dei.Ei verò qui poteſt vltra oĩa quę petimus,aut co
gitamus iuxta potentiã agẽtẽ in nobis,ſit gloria in eccleſia per
Chriſtum Ieſuah in omnes ætates ſeculi ſeculorum.Amen.

Seruandam unitatẽ ecclaſiaſticam in cõnexione et diſtinctione membrorũ. CAP. IIII.

A Hortor itaqꝫ vos ego vinctus in dño,vt dignè ambu- 1.Cor.17.c.
letis vocatiõe,qua vocati eſtis,cũ oĩ humilitate,ac man Roma.12.c. 1.Cor.12.b.
ſuetudine,cũ lõganimitate,tolerãtes vos inuicẽ ꝑ charitatẽ,ſtu
dẽtes ſeruare vnitatẽ ſpũs ꝑ vinculũ pacis.Vnũ corpꝰ,& vnꝰ Mala.2.b.
ſpiritus quẽadmodũ & vocati eſtis in vna ſpe vocatiõis ve-
ſtræ.Vnus dominꝰ,vna fides,vnũ baptiſma,vnus deus,& pr̃
oĩm,qui eſt ſuꝑ oĩa,& per omnia,& in omnibus nobis.Verũ
vnicuiqꝫ noſtrum data eſt gratia iuxta menſuram donatiõis
B Chriſti.Quapropter dicit:Quum aſcendiſſet in altum,capti Pſalmo.7.
uam duxit captiuitatem,& dedit dona hominibus.Cæterũ Roma.12.a.

1.Cor.12.b. 2.Cor.10.d. 1.Cor.12. illud aſcendit,quid eſt,niſi quod etiã deſcendit prius,in infi-
mas partes terræ?Qui deſcendit,idẽ ille eſt qui etiã aſcendit
ſupra omnes cœlos,vt impleret oĩa.Et idẽ dedit,alios q̃dem
apoſtolos,alios autẽ prophetas,alios autẽ Euangeliſtas,alios
autem paſtores ac doctores,ad inſtaurationẽ ſanctorum in
C opus adminiſtrationis,in ædificationem corporis Chriſti,do
nec perueniamus oẽs in vnitatẽ fidei,& agnitionis filij dei,in
virum perfectum,in mẽſurã ætatis plenitudinis Chriſti,vt nõ
amplius ſimus pueri,qui fluctuemus,& circunferamur quo
uis vento doctrinæ,per fallaciã hominũ,ꝑ aſtutiã,ad circũuẽ
tionem impoſturæ,ſed veritatẽ ſectantes in charitate augeſca
D mus in illum ꝑ oĩa,qui eſt caput nẽpe Chriſtus:ex quo totũ
corpus dũ coaptatur,& cõpingitur per oẽm cõmiſſurã ſub-
miniſtrationis iuxta actũ in mẽſura vniuſcuiuſqꝫ partis,incre
mentũ corporis facit in ædificationem ſuiipſiꝰ per charitatẽ.
Hoc itaqꝫ dico,& teſtor per dñm,ne poſthac ambuletis quẽ-
admodũ,& reliquæ gẽtes ambulãt in vanitate mẽtis ſuæ,dũ
mentẽ habent obtenebratam,abalienati à vita dei,propter
ignorantiam quæ eſt in illis,& excæcationẽ cordis eorũ:qui
poſteaquam dolere deſiérint,ſemetipſos dediderunt laſciuię,
E ad patrationẽ immundiciæ oĩs cum auaritia.Vos autem nõ
ſic didiciſtis Chriſtum:ſiquidem illum audiſtis,& in eo docti
Coloſ.3.b. Rom.6.a. Coloſ.3.b. Hebr.12.a. 1.Pe.2.4.a. Zach.8.c. Pſalmo.4.b. Iacob.4.b. fuiſtis,quemadmodum eſt veritas in Ieſuah,deponere iuxta
priorem conuerſationem veterem hominem,qui corrũpitur
iuxta concupiſcẽtias erroris:renouari verò ſpiritu mentis ve
ſtræ,& induere nouum hominem,qui iuxta deum conditus
eſt per iuſtitiam,& ſanctitatem veritatis. Quapropter de-
F poſito mendacio,loquamini veritatẽ quiſqꝫ proximo ſuo,
quoniam ſumus inuicem membra.Iraſcimini,& nõ peccetis:
ſol ne occidat ſuꝑ irã veſtrã,neqꝫ detis locũ diabolo.Qui fura
G batur,non amplius furetur:magis autem laboret operando
manibus quod bonum eſt,vt poſſit impartiri ei qui opus
habuerit.Omnis ſermo vitioſus,ex ore veſtro ne procedat:
ſed ſi quis eſt bonus ad ædificationẽ vtilitatis,vt det gratiam
audientibus:& ne contriſtetis ſpiritum ſanctum dei,per quẽ
obſignati eſtis in diem redemptionis.Omnis amarulentia,&
tumor,& ira,& vociferatio,& blaſphemia tollatur à vobis
Coloſ.3.g. cum omni malitia.Sitis autem inuicẽ alius in alium benigni,
miſericordes,gratis donantes vobis inuicem quemadmodũ
& deus per Chriſtum gratis donauit vobis.

¶Hortatur ad imitationem Chriſti,idqꝫ feruore quodam charitatis ac ſanctitatis deco
re uitandam immunditiam ac ſtultiloquium,in matrimonio quæ ſint ſeruanda
officia. CAP. V.

A SItis igitur imitatores dei tãquã filij dilecti,& ambuletis in
Iohan.13.d. 15.b.1.Io.4.d Colo.3.a. dilectione,quẽadmodum & Chriſtus dilexit nos,& tra-
didit ſemetipſum pro nobis oblationem,ac victimam deo
in odorem bonæ fragrantiæ.Cæterum fornicatio,& oĩs im-
munditia,aut auaritia ne nominetur quidem inter vos,ſicut
2.Theſ.2.a. Matth.24.a Marc.13.a. Luc.1.b. decet ſanctos,aut obſcœnitas,aut ſtultiloquium,aut facetia,
quæ non conueniunt,ſed magis gratiarum actio.Nam hoc
ſcitis,ꝙ oĩs fornicator,aut immũdus,aut auarus,qui eſt ſimu
B lacrorũ cultor,nõ habet hæreditatem in regno Chriſti,& dei
Ne quiſquã vos decipiat inanibus ſermonibus.Propter hæc
em̃ venit ira dei in filios inobedientes.Neqꝫ ſitis igitur cõpar
ticipes illorum.Eratis enim quondã tenebræ,nũc autem lux
in dño:vt filij lucis ambulate(nã fructꝰ ſpiritꝰ eſt in oĩ bonita-
C te,& iuſtitia,& veritate)probãtes,quid ſit acceptũ domino:
& ne commercium habueritis cũ operibus infrugiferis tene-
Coloſ.4.a. brarũ,quin ea potius etiã arguite.Nam quæ ſecreto fiunt ab
iſtis turpe eſt etiã dicere.Sed oĩa dũ produnt à luce,manifeſta
fiunt.Nam quicquid manifeſtum redditur lumen eſt.Qua-
propter dicit expergiſcere qui dormis,& ſurge à mortuis,&
D elucéſcet tibi Chriſtus.Videte igitur q̃ũo accurate ambuletis
nõ vt inſipientes,ſed vt ſapiẽtes redimẽtes opportunitatẽ,ꝙ
dies mali ſint.Propterea ne ſitis imprudentes,ſed vt intelligẽ-
Roma.12.a. 2.Theſ.4.a. tes quę ſit voluntas dñi.Et ne inebriemini vino,in quo luxus
eſt,ſed impleamini ſpiritu,loquẽtes vobiſmetipſis ꝑ pſalmos,

E & hymnos,& cantiones ſpirituales,canentes ac pſallentes in
corde veſtro dño,gratias agentes ſemper de omnibus,in no-
mine dñi noſtri Ieſuah Chriſti,deo,& patri.Subditi viciſſim
alius alij cũ timore dei.Vxores propriis viris ſubditæ ſitis,ve 1.Cor.12.a. Coloſ.3.c.
luti dño:qm̃ vir eſt caput vxoris,quemadmodũ & Chriſtus 1.Petri.3.a.
F eſt caput eccleſiæ:& idem eſt qui ſalutem dat corpori.Itaqꝫ Coloſ.3.c.
quemadmodũ eccleſia ſubdita eſt Chriſto,ſic & vxores ſuis
viris ſubditæ ſint in omnibus.Viri diligite vxores veſtras,ſi-
cut & Chriſtus dilexit eccleſiam,& ſemetipſum tradidit pro
ea,vt illam ſanctificaret,mundatam lauacro aquæ per ver-
bum, vt adhiberet eam ſibiipſi glorioſam,eccleſiam, non
habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiuſmo-
ſed vt eſſet ſancta,& irreprehenſibilis.Sic debent viri diligere
vxores,vt ſua ipſorum corpora.Qui diligit ſuam vxorẽ,ſei-
G ipſum diligit.Nullus em̃ vnquã ſuam ipſius carnem odio ha
buit,imo enutrit ac fouet eam,ſicut & dominus eccleſiam. Gene.2.d.
Quoniam membra ſumus corporis eiuſdẽ,ex carne eiꝰ,& ex Matth.19.a.
oſſibus eius.Huiꝰ rei gratia,relinquet homo patrẽ ſuũ,ac ma- Marc.10.a. 1.Cor.6.d.
trẽ ſuã,& agglutinabitur vxori ſuæ,& erũt in carnem vnam. a id eſt,eccl'a
Myſteriũ hoc magnum eſt,verum ego dico in Chriſto & in[a] cõſtat ex car
eccleſia.Veruntamen & poſt ſingulatim vnuſquiſqꝫ ſuã ipius ne & oſsibꝰ
vxorem diligat vt ſemetipſum,vxor autem vt timeat virum. Chriſti, ſicut Eua ex car- et oſſibus A- dæ idqꝫ ma- gno euchari- ſtiæ myſte- rio.

¶Quæ ſunt officia parentum in liberos,& liberorum in parentes dominorum
in ſeruos,& ſeruorum in dominos,deinde hortatur ut fiducia Chriſti freti
fortiter reſiſtamus diabolo. CAP. VI.

A FIlij,obedite parentibus veſtris in dño,nam id eſt iuſtũ.
Honora patrẽ tuũ,& matrẽ,quod eſt præceptũ primũ Coloſ.3.d.
in promiſſione,vt bene tibi ſit,& ſis lõgæuus in terra.Patres, Exod.20.c. Deut.5.c.
ne prouocetis ad iram liberos veſtros:ſed educetis eos ꝑ eru- Ecci.3.b.
ditionẽ,& correctionem domini.Serui obedire iis,qui domi Matth.15.a. Marci.7.d.
ni ſunt iuxta carnem,cum timore ac tremore,cum ſimplicita Coloſ.3.d. Tit.2.c.
te cordis veſtri,tanquam Chriſto:nõ ad oculũ ſeruientes,ve- 1.Petr.2.e.
lut hoĩbus placere ſtudentes,ſed tanquã ſerui Chriſti,faciẽtes
quod velut deus,ex aĩo cũ beniuolẽtia,ſeruientes domino &
nõ hoĩbus:illud ſciẽtes,ꝙ vnuſquiſque quod fecerit boni,hoc
reportabit à deo,ſiue ſeruus fuerit ſiue liber.Et vos domini
B eadem facite erga illos,remittentes minas,ſciẽtes ꝙ & veſter
ipſorum dominus eſt in cœlis,nec perſonæ reſpectꝰ eſt apud
illum.Quod ſupereſt fratres mei,ſitis fortes per dominum, Deut.10.d.
perqꝫ potentiam roboris illius.Induite vniuerſitatem armo- 2.Par.19.c. Iob.34.b.
rũ dei,vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.Qm̃ non eſt Sapi.6.b.
nobis lucta aduerſus ſanguinẽ & carnẽ,ſed aduerſus principa Ecci.35.b. Roma 2.b.
tus,aduerſus poteſtates,aduerſus mundi dominos,rectores Galat.2.b.
tenebrarum ſeculi huius,aduerſus ſpirituales aſtutias in cœle Coloſ.3.d. Actuũ.10.e.
C ſtibus.Quapropter aſſumite vniuerſitẽ armorũ dei,vt poſ- 1.Petri.1.c.
ſitis reſiſtere in die malo,& omnibus perfectis ſtare.State igĩt
lumbis circuncinctis baltheo per veritatem,& induti thora-
cem iuſtitiæ,& calceati pedibus,vt parati ſitis ad euãgeliũ pa
cis,ſuper oĩa aſſumpto ſcuto fidei,quo poſſitis omnia iacula
mali illius ignita extinguere.Galeamqꝫ ſalutaris accipite,et gla
diũ ſpiritus,q̃ eſt verbũ dei,in oĩ deprecatiõe,& obſecratiõe,
orantes in oĩ tẽpore,in ſpiritu,& ad hoc ipſum vigilantes cũ
oĩ ſedulitate,& deprecatiõe ꝓ oĩbus ſanctis,& ꝓ me vt mihi 1.Theſſ.5.b.
detur ſermo in apertione oris mei cũ libertate,vt notũ faciã Iſaiæ.59.c.
myſteriũ euãgelij mei:ſuper quo legatione fungor in catena, Coloſ.4.a. 1.Theſſa.3.a.
vt in eo libere loquar ſicut oportet me loqui.Vt autem ſcia-
tis & vos quæ ad me pertinent,quid agam,de oĩbus vos cer
tiores reddet Tychicus dilectus frater,& fidus miniſter in do
mino,quẽ miſi ad vos in hoc ipſum,vt cognoſceretis de re-
bus noſtris,& cõſolaretur corda veſtra.Pax fratribus & cha-
ritas cum fide,à deo patre & domino Ieſuah Chriſto.Gratia
ſit cum omnibus diligentibus dominum noſtrũ Ieſuah Chri
ſtum cum ſynceritate.Amen.

¶Epiſtolæ Pauli ad Epheſios,
FINIS.

¶Miſſa fuit e Roma ad Epheſios per Tychicum.

EPI



# Epiſtola Pauli ad PHILIPPENSES:

Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶Collaudans eos hortatur ad perſeuerantiam,glo
riandum etiam in afflictionibus.

CAP. I.

A PAVLVS AC TIMO
theus ſerui Ieſuah Chriſti,omnibus ſan-
ctis in Chriſto Ieſuah qui ſunt Philippis,
vnà cum epiſcopis,ac diaconis: Gratia
vobis,& pax à deo patre noſtro,& do-
mino Ieſuah Chriſto.Gratias ago Deo
meo in omni memoria veſtri,ſemper in
omni oratione mea pro omnibus vobis,cum gaudio ora-
tionem faciens,quòd veneritis in communionem Euangelij,
à primo die vſqꝫ ad hoc tempus,perſuaſum habens hoc ipm̃,
quòd is qui cœpit in vobis opus bonũ,perficiet vſqꝫ ad diẽ
Ieſuah Chriſti:ſicut iuſtum eſt mihi,vt hoc ſentiam de omni-
bus vobis,propterea ꝙ habeam vos in corde,& in vinculis
meis,& in defenſione,& confirmatione euãgelij,cum ſitis oẽs
mihi conſortes gratiæ.Teſtis enim mihi eſt deus,quàm deſi-
B derẽ vos oẽs in viſceribus Ieſuah Chriſti.Et illud oro vt cha-
ritas veſtra adhuc magis ac magis exuberet ĩ agnitiõe,omniqꝫ
intelligentia,vt probetis quæ ſunt præſtãtia,vt ſitis ſynceri,
& inoffenſi in diem Chriſti,impleti fructu iuſtitiæ,qui contin
git per Ieſuah Chriſtum ad gloriam,& laudem dei.Scire autẽ
vos volo fratres,ꝙ quæ mihi acciderunt,magis ad profectũ
Euangelij euenerunt,ita vt vincula mea manifeſta facta ſint in
Chriſto in toto prętorio,ac cæteris oĩbꝰ:vtqꝫ plures ex fratri
bus in domino,freti vinculis meis,vberius auderent impaui-
dè ſermonem loqui:Nonnulli quidem per inuidiã & contẽ-
tionẽ,nonnulli verò,& propter bonam voluntatem Chri-
ſtum prædicant,alij quidẽ ex contentione Chriſtũ annũciant
C nõ pure exiſtimãtes ſeſe afflictionem addere vinculis meis:alij
rurſus ex charitate,ſcientes ꝙ in defenſionẽ Euangelij conſti-
tutus ſim.Quid em̃?Attamẽ quouis modo,ſiue per occaſio-
nẽ,ſiue ꝑ veritatẽ,Chriſtus tñ annũciatꝰ,& in hoc gaudeo,q̃n-
etiam gaudebo.Noui enim ꝙ hoc mihi cedit in ſalutem per
veſtram orationẽ,& ſubminiſtrationẽ ſpiritus Ieſuah Chriſti,
ſecundum expectationẽ,& ſpem meã,quòd nulla in re pude-
fiam:ſed cum omni libertate,vt ſemper,ita nũc quoqꝫ magnifi
cabitur Chriſtus in corpore meo,ſiue per vitã,ſiue per mor-
tem.Nam mihi viuere Chriſtus eſt,& mori lucrum.Quòd ſi
contingat viuere in carne,ea res mihi fructus eſt operis:& q̃d
eligam,ignoro.Coartor enim ex his duobus,deſiderãs diſſol
D ui,& eſſe cum Chriſto multò longeqꝫ melius eſt.Cæterũ ma-
nere in carne magis neceſſariũ propter vos.Et hoc certò ſcio
ꝙ manſurus ſim,& cum omnibus vobis permanſurus ſim.
in veſtrum profectum,& gaudium fidei:vt gloriatio veſtra
exuberet per Chriſtum Ieſuah in me per meũ ad vos reditũ:
tantum vt dignum eſt Euangelio Chriſti,conuerſemini:vt ſi-
ue cum venero & videro vos,ſiue abiẽns ſim,audiã de rebus
veſtris,quod ſtetis in vno ſpiritu,vna anima,concertãdo ad-
iuuãtes fidem euangelicam:nec in vllo terreamini ab aduerſa
riis:quæ illis quidẽ eſt cauſa perditionis,vobis autem ſalutis:
& hoc à deo:quia vobis donatum eſt pro Chriſto,non ſolũ
vt in eum credatis,verumetiam vt pro illo patiamini,idẽ cer-
tamen habentes,quale vidiſtis in me,& nunc auditis in me.

¶Hortatur ad unitatem,pollicetur ſe miſſurum Timo-
theum,ſeqꝫ breui illo uenturum.

CAP. II.

A SI qua igitur conſolatio in Chriſto,ſi quod ſolatium dile-
ctionis,ſi qua communio ſpiritus,ſi qua viſcera ac miſe-
rationes,complete meum gaudium,vt idẽ ſentiatis eandẽ cha
ritatem habentes,vnanimes,idem ſentientes:ne quid fiat ꝑ cõ
tentionẽ,aut per inanem gloriam,ſed humilitate alij alios exi
ſtimantes ſuperiores ſeipſis:ne ſua quiſqꝫ ſpectetis ſed vnuſq̃ſqꝫ
B quæ ſunt aliorũ.Hoc em̃ ſentiat vnuſq̃ſqꝫ in vobis,quod fuit
& in Chriſto Ieſuah,qui cũ eſſet in forma dei,nõ rapinã arbi-
tratus eſt,vt eſſet æqualis deo:ſed ſemetipſum inaniuit,forma
ſerui ſumpta,in ſimilitudine hominũ factus & figura repertꝰ
vt homo,humiliauit ſemetipſum,factus obediẽs vſqꝫ ad mor Roma.14.b.
tẽ,mortẽ aũt crucis.Quapropter & deꝰ illũ vehemẽter exalta Iſaię.45.d.
uit,ac dõauit illi nomẽ,qđ eſt ſupra oẽ nomẽ:vt in noĩe Ieſu-
ah oẽ genu ſe flectat,cœleſtiũ,ac terreſtriũ,& ſubterraneorũ,
omniſqꝫ lingua cõfiteatur,ꝙ dñs ſit Ieſuah Chriſtus ad gloriã
dei patris.Proinde dilecti mei,quemadmodum ſemper obe-
diſtis,nõ tanqꝫ in præſentia mea ſolum,ſed nũc multò magis
in abſentia cum timore,ac tremore veſtram ipſorũ ſalutem
C operemini.Nã deus eſt qui agit in vobis,& vt velitis,& vt ef
ficiatis pro bona voluntate.Omnia facite ſine murmuratio- 1.Petri.4.e.
nibꝰ,ac diſceptationibꝰ vt nemo de vobis cõqueri poſſit,ſyn
ceriqꝫ,filij dei irreprehenſibiles in medio natiõis prauę,ac tor
tuoſæ:inter quos lucete tanqꝫ luminaria in mundo,ſermonẽ
vitæ continentes ad gloriam mihi in diem Chriſti,ꝙ nõ in va
nũ cucurrerim,nec in vanũ laborauerim.Quinetiã ſi immo-
lor ſuper hoſtia,ſacrificioqꝫ fidei veſtrę gaudeo,& cõgaudeo
oĩbus vobis.Ob idipm̃ aũt & vos gaudete,& cõgaudete mi
hi.Spero aũt in dño Ieſuah,me Timotheum breui miſſurum
vobis,vt & ego læto ſim animo,vbi cognouero ea quæ cir-
ca vos ſunt.Neminẽ enim habeo æqualis animi,qui ſyncerẽ Actuũ.16.a.
D res veſtras curaturus ſit.Nam oẽs quæ ſua ipſorum ſunt,quę 1.Cor.15.b.
runt,non quæ Chriſti Ieſuah.Porrò probationẽ eius cogno-
ſcitis,quòd veluti patri filius mecũ ſeruierit in Euangelium.
Hũc igitur ſpero me miſſurum,mox vbi videro ea quæ circa
me ſunt.Cõfido autẽ in dño,quod & ipẽ breui venturus ſim.
Sed operępretium arbitratus ſum,Epaphroditum fratrem,
& collegam,& cõmilitonem meum,veſtrum aũt apoſtolum,
quiqꝫ mihi ſubminiſtrat in neceſſitate mea,mittere ad vos.
Quando quidẽ deſiderabat oẽs vos anxius animi,ꝓpterea ꝙ
audiſſetis eũ infirmatũ fuiſſe.Et certe fuit infirmus,ita vt eſſet
vicinus morti,ſed deꝰ miſertꝰ eſt illiꝰ:at nõ illiꝰ tãtũ,ſed & mei
ne dolorẽ haberẽ ſuꝑ dolorẽ.Studioſiꝰ itaqꝫ miſi illum,vt cũ
videritis illũ,denuo gaudeatis,& ego magis vacẽ dolore.Ex-
cipite igĩt illũ in dño,cũ oĩ gaudio,& qui huiuſmodi ſunt,eos
in precio habete:qm̃ ꝓpter opus Chriſti eo acceſſit,vt mor-
ti proximꝰ fuerit:nõ habita ratiõe vitę,vt ſuppleret id quod
diminutum eſt veſtri erga me officij.

¶Legem eſſe euacuatam exemplo ſui aſtruit,ſe excuſans eos ad ſui imita
tionem inuitat. CAP. III.

A QVod ſupereſt fratres,gaudete in domino:eadẽ ſcribe
re vobis me quidẽ haud piget,vobis aũt tutũ eſt.Ca
uete canes,cauete malos oparios,cauete cõciſionẽ.Nos enim
ſumꝰ circũciſio,q̃ ſpiritu ſpritui deo ſeruimꝰ,& gloriamur in
Chriſto Ieſuah,& nõ in carne cõfiſi,quãquã ego cõfidã etiã in
carne.Si q̃ſquã alius videt fiduciã habuiſſe in carne,ego ma-
gis habeo,circũciſus octauo die,ex genere Iſrael,tribꝰ Binia-
min,Hebręus ex Hebręis,iuxta legẽ Phariſæus,iuxta æmulatio
nẽ ꝑſequẽs eccleſiã,ſecundũ iuſtitiã quæ eſt in lege,factus irre-
ꝑhẽſibilis.Sed q̃ mihi erãt lucra,ea arbitratꝰ ſum ꝓpter Chri Actuũ.23.b.
B ſtũ dãnũ eſſe.Quinetiã arbitror oĩa dãnũ eſſe,ꝓpter excellẽtiã
cognitionis Chriſti Ieſuah dñi mei,ꝓpter quẽ oĩa ꝓ dãnis du
xi,arbitrorqꝫ ſtercora eſſe,vt Chriſtũ lucrifaciã,vtqꝫ reperiar
in illo,non habẽs meã iuſtitiã ex lege,ſed eã quæ per fidem eſt
Chriſti,quæ eſt ex deo iuſtitiã ſuper fide:vt cognoſcã illum,&
potentiam reſurrectionis illius,& communionem afflictionũ
illius,dum conformis fio morti eius,ſi quo modo pertingam
ad reſurrectionem mortuorum:non quod iam apprehende-

rim,aut iam perfectus ſim,ſed ſector,ſi etiã apprehendã,qua-
C tenus & apprehenſus ſum à Chriſto Ieſuah.Fratres,ego mei-
pſum nondũ arbitror aſſequutũ eſſe.Vnũ aũt illud ago,ea q-
dem quæ à tergo ſunt obliuiſcens ad ea vero quæ à fronte
ſunt extendens meipſum,iuxta præfixũ ſignum inſequor ad
palmã ſupernæ vocationis dei,per Chriſtum Ieſuah.Quot-
quot itaqꝫ perfecti ſumus,hoc ſentiamus:& ſi quid aliter ſen-
titis,hoc quoqꝫ vobis deus reuelabit.Attamẽ ad id quod aſſe
D quuti ſumus,eadem procedamꝰ regula,vt ſimus concordes.
Roma.16.c. Pariter eſtote imitatores mei fratres,& conſiderate eos q ſic
ambulant,quemadmodum habetis nos pro exemplari.Nam
complures ambulant,de quibus ſæpe dixi vobis,nunc autem
& flẽs dico,inimici crucis Chriſti,quorum finis perditio eſt,
quorum deus venter,& gloria in dedecore ipſorũ,qui terre-
ſtria curant.Nam noſtra cõuerſatio in cœlis eſt,ex quo & ſer-
uatorem expectamus dominum Ieſuah Chriſtum,qui tranſ-
figurabit corpus noſtrum humile,vt cõforme reddat corpi.
ſuo glorioſo ſecundũ efficaciã,qua põt etiã ſubiicere ſibi oĩa

¶Stabilit eorum tolerantiam,cohortans eos ad ſpiritalem lætitiam,& in bonis perſeuerantiam:collaudat eorum liberalitatem.

CAP. IIII.

A PRoinde fratres mei dilecti,ac deſiderati gaudium & co-
rona mea,ſic ſtate in domino dilecti.Euodiã obſecro,&
Syntichen obſecro,vt ſint concordes in domino.Sane ro-
go & te compar germana,adiuua eas,quæ in Euãgelio decer
tarunt mecũ vna cũ Clemente quoqꝫ & reliquis cooperariis
meis,quorum nomina ſunt in libro vitæ.Gaudete in domi-
no ſemper,& iterum dico gaudete.Modeſtia veſtra nota ſit
omnibus hominibus.Dominus prope eſt.De nulla re ſo-
B liciti ſitis,ſed in omnibus oratione & obſecratione,cum gra-
tiarum actione petitiones veſtræ innoteſcãt apud deum.Et
pax dei,quæ ſuperat oẽm intellectum,cuſtodiet corda veſtra,
& ſenſus veſtros per Chriſtum Ieſuah.Quod reliquum eſt fra
tres,quæcunqꝫ ſunt vera,quæcũque honeſta,quęcunqꝫ iuſta,
quæcunqꝫ pura,quęcunqꝫ accõmoda,quæcunqꝫ boni nomi-
nis:ſi qua virtus,& ſi qua laus,hæc cogitate,quæ & didiciſtis,
& accepiſtis,& audiſtis,& vidiſtis in me:hæc facite & deus pa
cis erit vobiſcũ.Gauiſus ſum autem in domino magnopere,
ꝙ iam aliquando reuiguiſtis,vt pro me ſentiretis in eo quod
D ſentiebatis,verum non habuiſtis opportunitatem.Nõ ꝙ iu-
xta penuriam dicam.Nam ego didici,in quibus ſum,his con
tentus eſſe.Noui & humilis eſſe,noui & excellere vbiqꝫ,& in
oĩbus inſtitutus ſum,& ſaturari,& eſurire,& abũdare,& pe-
nuriam pati.Omnia poſſum per Chriſtum,qui me corrobo
rat.Attamẽ rectè feciſtis,quòd ſimul communicaſtis meæ af-
flictioni.Noſtis autẽ & vos Philippenſes,ꝙ in principio Euã
gelij,cum proficiſcerer à Macedonia,nulla mihi eccleſia com-
municauerit in rationẽ dandi,& accipiendi,niſi vos ſoli.Nã
& in Theſſalonica cũ eſſem,ſemel & iterum quod opus erat,
mihi miſiſtis:non ꝙ requiram munus,ſed requiro fructũ exu-
berantem in rationem veſtram,recipio tamẽ oĩa,& abundo,
D expletus ſum,poſteaquam accepi ab Epaphrodito,quæ à vo
Roma.12.a. bis miſſa fuerant,odorem bonæ fragrantiæ,hoſtiam acceptã
gratamqꝫ deo.Deus autem meus ſupplebit quicquid opus
fuerit vobis,ſecundum diuitias ſuas cum gloria,per Chriſtũ
Ieſuah.Deo autem & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum,
Amen.Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſuah.Salutant
vos qui mecum ſunt fratres.Salutant vos omnes
ſancti,maxime verò qui ſunt ex Cæſaris fa
milia.Gratia domini noſtri Ieſuah Chri
ſti cum omnibus vobis.
Amen.

¶Epiſtolæ Pauli ad Philippenſes,
FINIS.

¶Scripta eſt e Roma per Epaphroditum.

# Epiſtola Pauli ad COLOSSENSES:

Interprete Sante Pagni-
no,Lucenſi.

¶Captata beneuolentia,uerbi authoritatem commendat,patrem per Chriſtum,caput noſtrum,nos e tenebris liberaſſe.

CAP. I.

A PAVLVS APOSTOLVS
Ieſuah Chriſti per voluntatẽ dei,& Ti-
motheꝰ frater,his qui ſunt Coloſſis ſan
ctis,ac fidelibus fratribꝰ in Chriſto:Gra
tia vobis & pax à deo patre noſtro,&
domino Ieſuah Chriſto.Gratias agimꝰ
deo,et patri domini noſtri Ieſuah Chri
ſti,ſemper de vobis cũ oramus:quoniam audiuimus fidẽ ve-
ſtram in Chriſto Ieſuah,& charitatẽ erga omnes ſanctos,pro-
pter ſpem repoſitam vobis in cœlis,de qua prius audieratis ꝑ
ſermonem veracem Euangelij,quod peruenit ad vos,quem-
admodum,& in toto mundo etiam fructificat,ſicut & in vo
B bis,ex eo die quo audiſtis,& cognouiſtis gratiam dei per ve-
ritatem.Quemadmodum & didiciſtis ex Epaphra dilecto cõ
ſeruo noſtro,qui eſt fidus pro vobis miniſter Chriſti,qui &
expoſuit nobis veſtrã dilectionẽ in ſpiritu.Propterea & nos
ex quo die audiuimus,non deſiuimus pro vobis orare,& po
ſcere,vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapiẽ-
tia,& prudẽtia ſpũali,vt ambuletis dignè dño,vt per oĩa pla
ceatis,in omni opere bono fructificantes,& creſcentes in agni
tionem dei,omni robore corroborati,iuxta potentiam glo-
C riæ illius,ad omnem tolerãtiam,ac longanimitatem cum gau
dio gratias agentes patri,qui idoneos nos fecit ad participa-
tionem ſortis ſanctorum in lumine:qui eripuit nos à poteſta
te tenebrarum,ac tranſtulit in regnum filij ſibi dilecti:ꝑ quem
habemus redemptionẽ per ſanguinem ipſius,remiſſionẽ pec-
catorum,qui eſt imago dei inuiſibilis,primogenitus vniuerſę
creaturæ,quòd per illum creata ſint omnia quæ in cœlis ſunt,
& quæ in terra,viſibilia,& inuiſibilia ſiue throni,ſiue domina
tiones,ſiue principatus,ſiue poteſtates.Omnia per illum,& in 1.Cor.15.e. Apoc.1.b.
illum creata ſunt,& ipſe eſt ante omnia,& omnia per illum cõ
ſiſtunt:& ipſe eſt caput corporis eccleſiæ qui eſt principiũ pri
mogenitus ex mortuis,vt ſit in omnibus ipſe primas tenens:
quoniam in illo complacuit vt vniuerſa plenitudo inhabita-
ret,& per eum reconciliarentur cuncta erga ſe,pacificatis per
D ſanguinem crucis eius per eundem,ſiue quę in terra ſunt,ſiue
quæ in cœlis.Et vos qui quondam eratis abalienati,& inimi-
ci mente in operibus malis,nunc tamen reconciliauit in cor-
pore carnis ſuæ per mortem,vt exhiberet vos ſanctos,& irre
prehenſibiles,& inculpatos in conſpectu ſuo.Siquidem ꝑma-
netis in fide fundati,ac ſtabiles,ne dimoueamini à ſpe Euange
lij,quod audiſtis,quod prædicatum eſt apud vniuerſam crea
turam quæ ſub cœlo eſt:cuius factus ſum ego Paulꝰ miniſter.
Nunc gaudeo ſuꝑ afflictionibus meis pro vobis,& ſuppleo
quod deerat afflictionũ[a] Chriſti in carne mea ꝑ corpe ipſius
quod eſt eccleſia:cuius eccleſiæ factus ſum ego miniſter,iuxta
diſpenſationem dei,quæ data eſt mihi in vos,vt impleam ſer-
monẽ dei:myſteriũ quod recõditũ fuit à ſeculis,& generatio
nibus,nunc autem patefactum eſt ſanctis illius,quibus voluit
deus notum facere,quæ ſint diuitiæ gloriæ myſterij huius in-
ter gentes,qui eſt Chriſtus in vobis,ſpes gloriæ quem nos an-
nunciamus,admonentes omnem hominem,& docẽtes oẽm
hominem in omni ſapientia,vt exhibeamus omnem hominẽ
perfectum in Chriſto Ieſuah,ad quod etiam laboro,decertãs
ſecundum efficaciam eius agentem in me per potentiam.

a .ſ.pro nomine Chriſti a me ſumendarum. quædam enim afflictiones adhuc Paulo deerant,ſeu ei tolerandæ ſuperer it:idqꝫ ut Chriſti eccleſiã tueret,& propagaret.

¶Falſo-



¶Falſorum prophetarum legem per hypocriſim inculcantium,impoſturas cauendas,unum Chriſtum omni ſapientia præditum.

CAP. II.

A NAm volo vos ſcire quantam ſolicitudinem habeã de
vobis,& his qui ſunt Laodiceæ,& quotquot non vi-
derunt faciem meam in carne,vt conſolationem accipiãt cor
da illorum,cum fuerint compacti in charitate,& in omnes di
uitias certæ perſuaſionis intelligentiæ,in agnitionem myſterij
dei,& patris,& Chriſti:in quo ſunt omnes theſauri,ſapientiæ,
1.Cor.1.b. ac ſcientiæ abſconditi.Hoc autem dico,ne quis vos ſeducat
falſis rationibus perſuaſibili oratione.Etenim quamuis car-
ne ſim abſens,tamen ſpiritu vobiſcũ ſum,gaudens,ac vidẽs
B veſtrum ordinem,& ſoliditatem veſtræ in Chriſtũ fidei.Quẽ
admodum igitur accepiſtis Chriſtum Ieſuah dominum:ita
in eo ambulate,ſic vt radices habeatis in illo fixas:& in illo ſu-
perſtruamini,confirmeminiqꝫ per fidem,ſicut edocti eſtis,exu
berantes in ea cum gratiarum actione.Videte ne quis ſit,qui
vos in prædam abducat per philoſophiam,& inanem dece-
ptionem iuxta conſtitutionem hominum,iuxta elementa mũ
di,& non iuxta Chriſtum.Quoniam in illo inhabitat omnis
plenitudo deitatis corporaliter,& eſtis in illo completi,qui
eſt caput omnis principatus,ac poteſtatis,per quẽ & circun-
ciſi eſtis circunciſione quæ fit ſine manibus,dum exuiſtis cor-
pus peccatorum carnis per circunciſionem Chriſti,conſepul-
C ti ſimul cum illo per baptiſmum,in quo ſimul etiam cum illo
reſurrexiſtis per fidem operationis dei,qui reſuſcitauit illum
ex mortuis.Et vos cũ eſſetis mortui per delicta,& per præpu
tium carnis veſtræ,ſimul cum illo viuificauit,condonans no-
bis omnia delicta,deleto quod aduerſus nos erat chirogra-
pho,quod erat contrariũ nobis per decreta,& illud ſuſtulit è
Matt.24.c. medio,affixum cruci:expoliatoſqꝫ principatus,ac poteſtates
oſtentauit palam,quum triũphaſſet de illis per ſemetipſũ.Ne
quis igitur vos iudicet in cibo,aut potu,aut in parte diei fe-
ſti,aut nouilunij,aut ſabbatorum,quæ ſunt vmbra rerum fu-
turarum,corpus autem Chriſti,ne quis vobis præmium in-
D tercipiat volens per humilitatem,& ſuperſtitionẽ angelorũ,
in his quæ non vidit ingrediens,fruſtra inflatus à mẽte carnis
ſuæ,nec tenens caput,ex quo totum corpus per cõmiſſuras,
& cõpagines ſubminiſtratum,& cõpactum,augeſcit augmen
to dei.Itaque ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mun-
di,quid quaſi viuentes in mundo,decretis tenemini?Ne tetige
ris,neque guſtaueris,neque contrectaueris,quæ omnia ſunt
ad interitum ipſo abuſu,iuxta præcepta,& doctrinas homi-
num quæ ſermonem quidem habent ſapientiæ per ſuperſti-
tionem,ac humilitatem animi,& læſionem corporis,non per
honorem aliquem ad ſatietatem carnis.

¶Informet apoſtolus de moribus generaliter in depoſitione uitiorum,atque acquiſitione uirtutum,& ſpecialiter quantum ad coniugatos,parentes,filios,& ſeruos.

CAP. III.

A ITaque ſi reſurrexitis vnà cũ Chriſto,ſuperna quærite,vbi
Chriſtus eſt ad dexterã dei ſedens.Superna curate,non ter-
reſtria.Siquidem emortui eſtis,& vita veſtra abſcõdita eſt cũ
Chriſto in deo.Quandocunque Chriſtus manifeſtatus fuerit
vita noſtra,tunc & vos cum illo manifeſtabimini in gloria.
Ephe.5.a. Mortificate igitur membra veſtra terreſtria fornicationem,
immunditiam,moliciem,concupiſcẽtiam malam,& auariciã,
quæ eſt ſimulacrorũ cultus:ob quæ venit ira dei in filios ino-
bedientes inter quos & vos ambulauiſtis quondam,cum vi-
B ueretis in his.Nunc autem deponite & vos omnia,iram,indi
Rom.6.a. gnationem,malitiã,blaſphemiam,turpiloquiũ ab ore veſtro:
Ephe.4.c. Hebr.12.a. Ne mentiamini alius aduerſus alium,poſteaquam exuiſtis ve
1.Pe.2.4.a. terem hominem cum factis ſuis,& induiſtis nouum qui reno-
uatur ad agnitionem,& imaginem eius,qui condidit illum:
vbi non eſt Græcus,& Iehudæus,circunciſio,& præputium,
Barbarus,ac Scytha,ſeruus,liber,ſed oĩa in oĩbꝰ Chriſtꝰ.Si-
Ephe.6.b. tis igiť induti tãquã electi,dei,ſancti,ac dilecti,viſcera miſera
C tionũ benignitatẽ,modeſtiã,mãſuetudinem,longanimitatẽ,
ſufferẽtes vos inuicem,& condonantes vobis mutuo ſi quis
aduerſus aliquem habuerit querelam,quemadmodum Chri-
ſtus condonauit vobis,ita & vos.Super omnia autẽ hæc cha
ritatem,quæ eſt vinculum perfectionis:& pax dei palmam fe-
rat in cordibus veſtris:in quam & vocati eſtis in vno corpo-
re,& grati ſitis.Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulente cũ
omni ſapientia.Docenteſqꝫ,& commonentes vos inuicẽ pſal
mis,& hymnis,& canticis ſpiritualibus,cũ gratia canentes in
corde veſtro domino.Et quicquid egeritis ſermone,aut fa-
cto omnia in nomine domini Ieſuah facite gratias agẽtes deo,
D & patri per illum.Vxores,ſubditæ eſtote propriis viris,ſicu- 1.Cor.10.g. Ephe.5.e.
ti conuenit,in domino.Viri diligite vxores,& ne ſitis amaru 1.Petri.3.a.
lenti aduerſus illas.Filij obedite parentibus in omnibus,hoc Ephe.6.a. Tit.2.c.
enim bene placet domino Patres,ne prouocetis liberos ve- 1.Pet.2.c.
ſtros,ne triſtitia afficiantur.Serui obedite per omnia iis,qui
domini ſunt ſecundum carnem,non obſequiis ad oculũ exhi
bitis,tanquam hominibus placere ſtudentes,ſed cum ſimpli-
citate cordis timentes deum.Et quicquid feceritis,ex animo
facite,tanquam domino,& non hominibus ſcientes quòd, à Sapiẽ.6.b. Roma.2.b.
domino recipietis mercedem hæreditatis,nã domino Chri-
ſto ſeruitis.Cæterum qui iniuſtè agit,reportabit id quod in-
iuſtè fecit,& non eſt perſonarum reſpectus.

¶Dominos inſtruit,atque orationibus Coloſſenſium ſe recommendat,oſtendens quomodo ſe ad fideles habere debeant.& ponitur epiſtolæ cõcluſio,& confirmatio per ſalutem.

CAP. IIII.

A DOmini quod iuſtum eſt & æquabilitatem ſeruis ex- Lucæ.18.a.
hibete,ſcientes quòd & vos habeatis dominum in cœ 1.Theſſ.5.d.
lis.Orationi inſtate,vigilantes in ea cum gratiarum actione, Ephe.6.c. 2.Theſ.3.a.
orantes ſimul,& pro nobis,vt deus aperiat nobis oſtium ſer
monis,vt loquamur myſteriũ Chriſti,propter quod & vin-
ctus ſum,vt manifeſtem illud,ſicut oportet me loqui.In ſapiẽ
tia ambulate erga extraneos,opportunitatẽ redimentes.Ser-
mo veſter ſemper cum gratia,ſit ſale conditus,vt ſciatis quo
modo oporteat vos vnicuique reſpondere.De omnibus re-
B bus meis certiores vos faciat Tychicus dilectus frater,& fidꝰ
miniſter,& conſeruus in domino,quem miſi ad vos in hoc
ipſum,vt cognoſcat quæ circa vos ſunt,& conſoletur corda
veſtra:vnà cum Oneſimo fido & dilecto fratre,qui eſt ex vo-
bis omnia vobis nota facient,quæ hic ſunt.Salutat vos Ari
ſtarchus concaptiuus meus,& Marcus conſobrinus Barna-
C bæ,de quo accepiſtis mandata:ſi venerit ad vos,excipite eũ:
& Ieſuah qui vocatur iuſtus:qui ſunt ex circunciſione.Hi ſoli
cooperarij ſunt ad regnum dei,qui fuere mihi ſolatio.Salutat
vos Epaphras,qui ex vobis eſt ſeruus Chriſti,ſemper anxiè la
borans pro vobis in oratiõibus,vt ſtetis perfecti,& comple
ti in omni voluntate dei.Teſtimoniũ enim illi perhibeo,quòd
D habeat multum ſtudiũ pro vobis,& his qui ſunt Laodiceæ, 1.Timo.4.e.
& his qui Hierapoli.Salutat vos Lucas medicus dilectus,&
Demas.Salutate fratres,qui ſunt Laodiceæ,& Nymphã,&
quæ in domino illiꝰ eſt congregationem:& cum recitata fue
rit à vobis epiſtola,facite vt & in Laodicẽſium eccleſia recite
tur:& ea quæ ſcripta eſt ex Laodicea,vt vos quoque
legatis:et dicite Archippo:Vide miniſteriũ quod
accepiſti in domino,vt illud impleas.Saluta-
tio mea manu Pauli.Memores ſitis vin-
culorum meorum.Gratia vo-
biſcum.Amen.

¶Epiſtolæ Pauli ad Coloſſenſes,
FINIS.

¶Miſſa fuit e Roma per Tychicum & Oneſimum.

# Epiſtola Pauli ad THESSALONICENſes I. Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶Cum ex Timotheo audiſſet eorum conſtantiam, collaudat eos, gratias agens deo. CAP. I.

A PAVLVS, ET SYLVA-
nus, ac Timotheus, eccleſiæ Theſſaloni-
cenſium in deo patre, & domino Ieſuah
Chriſto: Gratia vobis, & pax à deo pa-
tre noſtro, & dn̄o Ieſuah Chriſto. Gra-
tias agimus deo ſemper de omnibus vo
bis, mentionem veſtri faciẽtes in oratio-
B nibus noſtris, indeſinenter memores veſtri propter opus fi-
dei, ac laborẽ charitatis: & quod permãſiſtis in ſpe dn̄i noſtri
Ieſuah Chriſti, corã deo, & patre nr̄o, ſcientes fratres dilecti à
deo, electionẽ veſtrã, qm̄ euangeliū noſtrū fuit erga vos, nõ ꝑ
ſermonẽ ſolum, verumetiam per potentiam, & per ſpiritum
C ſanctum, perꝗ certitudinẽ multã: quẽadmodū noſtis, quales
fuerimus inter vos, propter vos. Et vos imitatores noſtri fa
cti fuiſtis, & domini, recipientes ſermonem cum aflictiõe mul-
ta, cū gaudio ſpiritus ſancti, adeo vt fueritis exemplo omni-
bus credentibus in macedonia, & Achaia. A vobis enim
D perſonuit ſermo domini: non ſolum in Macedonia, & Acha-
ia, verūetiã in oī loco fides veſtra quæ eſt in deum dimanauit,
vt nõ ſit nobis neceſſe loqui quicquam. Siquidem ipſi de vo-
bis annunciãt, qualem ingreſſum habuerimus ad vos, & qūo
conuerſi fueritis ad deum à ſimulacris, vt ſeruiretis deo viuẽ-
ti, & veraci, & expectaretis filium eius de cœlis, quẽ ſuſcitauit
à mortuis Ieſuah, qui liberat nos ab ira ventura.

¶De ſuo apud eos labore ac conſuetudine quam ſine fraude ac dolo fue-rit, rurſum gratias agit. CAP. II.

A NAm ipſi noſtis fratres introitum noſtrum ad vos, ꝙ
nõ fuerit inanis: ſed quòd ante malis afflicti, & cõtume-
liis affecti, quẽadmodū ſcitis, Philippis, audacter egerimus in
domino noſtro ad loquendū apud vos Euãgeliū dei, in mul-
to certamine. Siquidem exhortatio noſtra non fuit ex impo-
ſtura neque ex immunditia, necꝫ cum dolo: ſed quẽadmodū
probati fueramꝰ à deo, vt nobis committeretur Euãgelium:
ita loquimur, non vt hominibus placentes, ſed deo, qui pro-
bat corda noſtra. Necꝫ em̄ vnquã ꝑ ſermonem adulationis
verſati ſumus, quẽadmodū noſtis: nec per occaſionẽ auari-
tiæ, (deus eſt teſtis) necꝫ quærentes ex hominibus gloriã, nec
B à vobis, nec ab aliis, cum poſſemꝰ in autoritate eſſe, tanquã
apoſtoli Chriſti: ſed fuimꝰ placidi in medio veſtri, perinde ac
ſi nutrix foueat ſuos filios: ſic affectu propenſi in vos, animo
cupiebamus impartire vobis: nõ ſolū Euangeliū dei, verūetiã
noſtras ipſorum aīas, propterea ꝙ chari nobis facti eſtis. Me-
Actuū.20.g. miniſtis em̄ fratres laboris noſtri, ac ſudoris. Nocte em̄ ac
2.Cor.4.c. die opus faciẽtes ob id ne cui veſtrū eſſemꝰ oneri, prædicaui-
2.Theſ.3.b. mus apud vos Euãgeliū dei. Vos aūt teſtes eſtis & deus, quã
ſanctè, & iuſtè, & inculpatè vobiſcum, qui credebatis, verſati
fuerimus, quẽadmodū noſtis, vt erga vnumquenꝫ veſtrum,
tãquã pater erga filios ſuos, fuerimus affecti: obſecrãtes vos
& cõſolãtes, obſtãtes, vt ambularetis digne deo qui vocaſſet
vos in ſuū regnū ac gloriã. Quapropter & nos gratias agimꝰ
deo indeſinenter: ꝙ cū acceperitis ſermonẽ auditus de deo à
nobis accepiſtis non ſermonẽ hominū, ſed ſicut erat verè ſer-
monem dei, qui & agit in vobis credẽtibus. Vos em̄ imitato
res facti eſtis fratres eccleſiarū dei, quæ ſunt in Iehudæa. in Chri
ſto Ieſuah: ꝙ eadẽ paſſi ſitis & vos à propriis contribulibus,
quẽadmodum & ipſi nos à Iehudæis: q vt & dominū occide
runt Ieſuah, & proprios prophetas, ita & nos perſecuti ſunt,
& deo non placẽt, & oībus hoībus aduerſantur, qui obſiſtūt
D nobis, ne loquamur gẽtibꝰ, vt ſeruent, vt expleãt ſua pctã ſem
per: ꝑuenit aūt in illos ira in finẽ. Cæterum nos fratres, orbati
vobis ad ſpacium tẽporis aſpectu, non corde, vehemẽtius ſtu
duimus videre faciem veſtrã, cum multo deſiderio. Quapro
pter voluimus venire ad vos, ego quidẽ Paulꝰ, & ſemel & ite
rū, & obſtitit nobis ſathan. Nã quę eſt veſtra ſpes, aut gaudiū
aut corona gloriationis, an nõ & vos, in cõſpectu dn̄i nr̄i Ie-
ſuah Chriſti in eiꝰ aduẽtu? Vos em̄ eſtis gloria nr̄a, & gaudiū.

¶Inſtituit eos in uariis pietatis officiis, ſubindicans etiam tum eſſe inter eos qui nondum abſtineant omnino ab omni libidine. CAP. III.

A PRoinde cum non amplius ferremus viſum eſt nobis, vt
Athenis reſideremus ſoli, ac miſimus Timotheum fratrẽ Actuū.16.a.
noſtrum, & miniſtrū dei, & adiutorem operis noſtri in Euã-
gelio Chriſti, vt confirmaret vos & cõſolarẽt vos de fide no-
ſtra, ne quiſquam turbaretur in afflictionibus his. Nã ipſi no-
ſtis, ꝙ in hoc poſiti ſumus. Et em̄ cū apud vos eſſemus, prædi
cebamus vobis fore, vt afflictionem pateremur, quẽadmodū
B & euenit, & noſtis. Quapropter & ego non amplius ferens,
miſi ad hoc, vt cognoſcerẽ fidẽ veſtrã: ne quo pacto tentaſſet
vos ille qui tentat, & inanis factus eſſet labor noſter. Nuper
aūt cū veniſſet Timotheus ad nos à vobis, & annunciaſſet no
bis fidem, ac dilectionẽ veſtrã, & ꝙ habeatis memoriã noſtri
bonã ſemper, deſiderantes nos videre, quemadmodum nos
quoꝫ vos, Idcirco cõſolationẽ accepimꝰ fratres ꝑ vos ſuper
C omni affiictione, & neceſſitate noſtra, ꝑ veſtrã fidẽ. Quoniam
nunc viuimus, ſi vos ſtatis in dn̄o. Quã em̄ gratiarū actionem
poſſumꝰ deo repẽdere de vobis ſuꝑ oī gaudio qdꝰ gaudemꝰ
propter vos in conſpectu dei noſtri, nocte, ac die ſupra mo-
dū orantes vt videamus veſtrã faciem, & ſuppleamꝰ quę de-
ſunt fidei veſtræ. Ipſe verò deus & pater noſter, & dominꝰ no
D ſter Ieſuah Chriſtus dirigat viã noſtrã ad vos: vos aūt domi-
nus abūdantes, & exuberantes faciat mutua inter nos charita
te, & in omnes, quemadmodū & nos in vos, vt cõfirmet cor
da veſtra, irrep̄heſibilia in ſanctimoīa corã deo, & patre nr̄o,
in aduẽtu domini noſtri Ieſuah Chriſti, cū oībus ſanctis eius.

¶Rogat ut in ſua doctrina perſeuerẽt, immunditiam reiiciant, charitatem amplectantur, de mortuis in fide non ſuperſtitioſe ac immoderate triſtandum. CAP. IIII.

A QVod ſupereſt igitur fratres, rogamus vos, & adhorta
mur ꝑ dn̄m Ieſuah, quemadmodū accepiſtis à nobis,
qūo oporteat vos verſari, & placere deo, vt abūdetis magis. Ephe.5.d. Roma.1.a.
Noſtis em̄ quæ præcepta dederimus vobis per dn̄m noſtrū
Ieſuah. Hæc em̄ eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra, vt abſtinea
tis à fornicatione, et ſciat vnuſquiſꝫ veſtrū ſuū vas poſſidere,
cū ſanctificatione, & honore, nõ cū affectu concupiſcẽtię quẽ-
admodū & gẽtes, que non nouerūt deum, ne quis opprimat
ac fraudet in negotio fratrẽ ſuū, propterea ꝙ vltor eſt dn̄s de
omnibus his, quemadmodū & ante diximus vobis, ac teſtati
B ſumus. Nõ em̄ vocauit vos deus ad immunditiã ſed ad ſancti
ficationem. Proinde q reiicit, nõ reiicit hominẽ, ſed deum, qui Io.13.d.15.b.
dedit ſpiritū ſuum ſanctum in vos. Cæterū de fraterna chari- 1.Iohan.2.b. 4.d.
tate nõ neceſſe habetis vt ſcribã vobis. Ipſi nãꝫ diuinitus do
cti eſtis, vt diligatis vos inuicem. Nã & facitis hoc erga cun-
C ctos fratres, qui ſunt in tota Macedonia. Obſecramꝰ aūt vos
fratres, vt abundetis magis, & in hoc incūbatis, vt quieti ſitis:
& agatis res proprias, & operemini propriis manibꝰ veſtris,
ſicuti vobis præcepimus, vt vos geratis honeſte erga extra-
neos, & nulla re vobis ſit opus. Cæterum nolo vos ignorare
fratres de iis, qui obdormierūt, ne doleatis, quemadmodum
& cæteri non habentes ſpem. Nam ſi credimus, quòd Ieſuah
mortuus eſt & reſurrexit: ſic & deus eos qui dormierunt per
D Ieſuah, adducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo
domini, quòd nos qui viuimus, & reliqui ſumus in aduentū 1.Cor.15.d.
domini, nequaquam præueniemꝰ eos qui dormierūt. Quo-
niam



niam ipſe dominus iuſſu, & voce archãgeli, ac tuba dei deſcẽ-
det de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgẽt primū: deinde nos
qui viuimus, qui reliqui ſumus, ſimul cū illis rapiemur in nu-
bibus in occurſum domini in aera, & ſic ſemper cum domi-
no erimus. Proinde cõſolemini vos mutuo ſermonibus his.

¶Diem aduentus domini ſubite & præter omnium expectationem adfuturum, quo magis ſemper parati ſimus, necꝫ hunc præſciri poſſe. CAP. V.

A POrrò de temporibus: & opportunitatibꝰ fratres, nõ eſt
1.Petri.3.c. Apoc.3.a. 16.c. opus vt vobis ſcribã. Ipſi enim exacte ſcitis, quod dies
ille domini, vt fur in nocte, ita venturus ſit. Cum enim dixe-
rint, pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis inſtat interitus, ſicu-
ti dolor partus in vtero habenti, nec effugient. At vos fratres
nõ eſtis in tenebris, vt dies ille vos tanꝗ fur occupet. Omnes
vos filij lucis eſtis, ac filij diei: nõ ſumus noctis, necꝫ tenebrarū.
Proinde ne dormiamus, ſicut & cæteri, ſed vigilemꝰ, & ſobrij
B ſimus. Nam qui dormiūt, nocte dormiunt: & qui inebriantˀ,
noctu ſunt ebrij. At nos qui ſumꝰ diei, ſobrij ſimꝰ, induti tho-
racem fidei, & charitatis, & pro galea ſpem ſalutis. Quoniam
Iſaiæ.59.c. Ephe.6.c. non conſtituit nos deus ad iram, ſed in acquiſitionem ſalu-
tis per dominum noſtrum Ieſuah Chriſtum, qui mortuus eſt
pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo
C viuamꝰ. Quapropter adhortemini vos mutuo, & ædificetis
ſinguli ſingulos, ſicut & facitis. Rogamus autem vos fratres,
vt agnoſcatis eos, qui laborant inter vos, & qui præſunt vo-
bis in domino, & admonent vos vt habeatis illos in exiſtima
tione per charitates propter opus illorum, pacem habete cū
illis. Obſecramus autem vos fratres, monete incompoſitos,
conſolamini puſillanimes, ſubleuate infirmos, longanimes
Prou.17.c. Roma.12.d. 1.Petri.3.b. Eccl.18.c. eſtote erga omneis. Videte, ne quis malum pro malo cuipiã
reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectemini, tum erga vos
D inuicem, tum erga omneis. Semper gaudete, indeſinenter ora
Lucæ.18.a. Coloſ.4.a. te, in omnibus gratias agite. Hæc enim eſt volūtas Dei ꝑ Chri
ſtum Ieſuah erga vos. Spiritum ne extinguatis: prophetias ne
aſpernemini. Omnia probate, quod bonū fuerit, tenete. Ab
omni ſpecie mali, abſtinete. Ipſe aūt Deus pacis ſanctificet vos
per omnia perfectos. Et integer veſter ſpiritus, & anima, &
1.Cor.1.b. corpus irreprehenſibiliter, in aduentu Domini noſtri Ie-
ſuah Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt qui vocat vos, qui & efficiet.
Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omneis cum oſculo
ſancto. Adiuro vos per dominum, vt recitetur hæc epiſtola
omnibus ſanctis fratribus. Gratia domini noſtri Ieſuah Chri
ſti ſit vobiſcum, Amen.

¶Primæ Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes, FINIS.

¶Scripta fuit ex Athenis.

# Epiſtola Pauli ad THESSALO. II. Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶Fortiter ferendas ob Chriſtum afflictiones, non enim defuturam adueniente Chriſto tam patienti præmium, quam ſupplicium inferenti.

CAP. I.

A PAVLVS ET SYLVA-
nus, ac Thimotheus, eccleſiæ Theſſalo
nicenſium in deo patre noſtro, & do-
mino Ieſuah Chriſto. Gratia vobis, &
pax à deo patre noſtro, & domino Ie-
ſuah Chriſto. Gratias agere debemus
deo ſemper de vobis fratres vt dignū
eſt, quod vehementer augeſcit fides veſtra, & exuberat mu-
B tua veſtra omniū charitas, cuiuſque in alterū, adeo vt noſipſi
de vobis gloriemur in eccleſiis dei, de tolerantia veſtra & fi-
de, ſuper oībus perſecutionibꝰ veſtris, & afflictionibus, quas
ſuſtinetis, documentū iuſti iudicij dei, in hoc vt digni habea-
mini regno dei, pro quo & patimini. Siquidẽ iuſtū eſt apud
deum, reddere iis qui affligunt vos affliictionem, & vobis qui
C affligimini relaxationẽ nobiſcum, cum reuelabitur dominus
Ieſuah de cœlo, cum angelis potentiæ ſuæ, cum incendio flã-
mæ, qui dat vltionem iis, qui non nouerunt deum, & qui nõ
obediunt Euangelio domini noſtri Ieſuah Chriſti, qui pœnã
luent, interitum æternum, à facie domini, & à gloria fortitudi
nis illius, cum venerit vt glorificetur in ſanctis ſuis, & admirã
dus fiat in oībus credentibus, quòd fides habita ſit teſtimo-
D nio noſtro erga vos in die illo: ad quod etiam oramus ſemꝑ
pro vobis, vt vos dignos habeat iſta vocatione deus noſter,
& compleat omnem bonam voluntatem bonitatis, & opus
fidei cum potentia, vt illuſtretur nomẽ domini noſtri Ieſuah
Chriſti per vos, & vos per illum, iuxta gratiam dei noſtri, &
domini Ieſuah Chriſti.

¶Diem aduentus domini neminem debere commouere, non enim futurum niſi aboleatur prius Romanum imperium. CAP. II.

A ROgamus autem vos fratres per aduentū domini no-
ſtri Ieſuah Chriſti, & noſtri aggregationẽ in illū, ne ci-
to dimoueamini à mente, neque turbemini, neque per ſpiritū
necꝫ per ſermonem, necꝫ per epiſtolam, tanquã per nos quaſi Ephe.5.b.
inſtet dies Chriſti, ne quis vos decipiat vllo modo quoniã
non aduenit dominus, niſi venerit defectio prius, & reuelatꝰ
fuerit hõ ille peccator, filius perditus, qui eſt aduerſarius, & ef-
B fertur aduerſus oẽm, qui dicitˀ Deus, aut numen, adeo vt in tẽ-
plo Dei ſedeat, oſtentans ſeipſum eſſe Deum. An non memi-
niſtis, ꝙ cū adhuc eſſem apud vos, hęc dixerim vobis? Et nūc
quid detineat ſcitis, nempe, vt ille reueletur in ſuo tempore.
Nam myſterium nunc agit iniquitatis, tantū qui tenet, in pręſentia teneat, donec è medio tollatur: & tunc reuelabitur ini- Iſaiç.11.a.
quus ille, quem dominus conſumet ſpiritu oris ſui, & abole-
bit apparitione aduentus ſui: cuius eſt aduentus ſecundū ope
rationẽ ſathanæ, cū oī potẽtia & ſignis, ac prodigiis mendaci-
C bus, & cū oī deceptione iniuſtitiæ, in iis, qui pereunt, pro eo
ꝙ dilectionem veritatis non receperunt in hoc, vt ſalui fierẽt.
Et ꝓpterea mittet illis deus efficaciam illuſionis, vt credãt mẽ
dacio, vt iudicentur oẽs qui non crediderūt veritati, ſed ap-
probauerunt iniuſtitiam. Nos autem debemus gratias agere
deo ſemper de vobis fratres dilecti à domino, ꝙ elegerit vos
deus ab initio in ſalutem, per ſanctificationẽ ſpiritus, ac fidẽ
D veritatis, ad quod vocauit vos ꝑ Euãgelium noſtrum, in ac-
quiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſuah Chriſti. Itaque fra-
tres ſtate, & tenete traditiones quas didicitis, ſiue per ſermo-
nem ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe verò dominus noſter Ie
ſuah Chriſtus, & deus ac pater noſter, qui dilexit nos, & dedit
conſolationem æternam, & ſpem bonam per gratiam, conſo
letˀ veſtra corda, & ſtabiliat vos in oī ſermone, & ope bono.

¶[redacted]. CAP. III.

A QVod ſupereſt, orate fratres ꝓ nobis, vt ſermo domi-
ni currat, & glorificetˀ ſicut & apud vos, & vt eripia- Ephe.6.c. Coloſ.4.a.
mur ab abſurdis, ac malis hominibus. Non em̄ oīm eſt fides,
ſed fidelis eſt dominus qui ſtabiliet vos, & cuſtodiet à malo.
Confidimus aūt per dominum de vobis, quòd quæ præcipi
mus vobis, & faciatis, & facturi ſitis. Porrò dominus dirigat
B veſtra corda in dilectionem dei, & in expectationem Chriſti.
Præcipimus autem vobis fratres, per nomen domini noſtri
Ieſuah Chriſti, vt ſubducatis vos ab oī fratre qui incompoſi-
te ſe gerit, & non iuxta traditionem quã accepit à nobis. Nã
Actuū.20.g. 1.Cor.4.c. 1.Theſ.2.b. ipſi ſitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam non incõ
poſitè geſſimus nos inter vos: necꝫ gratis panẽ accepimus à
quoquã, ſed cū labore, & ſudore, nocte, dieꝫ facientes opus,
ad hoc, ne cui veſtrum eſſemus oneri. Non, quòd id nobis
non liceat, ſed vt noſmetipſos formam exhiberemus vobis,

ad imitandum nos.Etenim cum eſſemus apud vos,hoc præ-
C cipiebamus vobis,vt ſi quis nollet operari,is nec ederet.Au-
diuimus enim quoſdam verſantes inter vos incompoſite,
Galat.6.c. nihil operis facientes,ſed curioſe agentes.His aũt ꝗ ſunt iſtiuſ-
modi,præcipimus,& obſecramus per dominum noſtrũ Ie-
ſuah Chriſtum,vt cum quiete operantes,ſuum ipſorum panẽ
edant.Vos autem fratres,ne defatigemini in benefaciendo.
D Quòd ſi quis non obedit ſermoni noſtro,per epiſtolam hũc
indicate,& ne commercium habeatis cum illo,vt pudore ſuf
fundatur:neque velut inimicũ habeatis,ſed admonete vt fra-
trem:Ipſe aũt dominus pacis,det vobis pacẽ ſemper omni-
bus modis.Dominus ſit cum omnibus vobis.Salutatio mea
manu Pauli,quod eſt ſignũ in omni epiſtola.Ita ſcribo:Gra-
tia domini noſtri Ieſuah Chriſti ſit cũ omnibꝰ vobis.Amen.

¶ Secundæ epiſtolæ Pauli ad Theſſalonicenſes,
FINIS.

¶ Miſſa fuit ex Athenis.

# Epiſtola Pauli ad TIMOTHEVM I.
## Interprete Sante Pagnino Lucenſi.

¶ Reiiciendos qui Iehudaizare docent,docenda uero quæ fidei ſunt & charitatis,gratias agit deo ob accepta beneficia

CAP. I.

A PAVLVS APOSTOLVS
Ieſuah Chriſti,iuxta iniũctionem dei ſer
uatoris noſtri:& domini Ieſuah Chriſti,
Act.16.a. ſpei noſtræ.Timotheõ filio in fide.Gra-
tia, miſericordia, pax à deo patre no-
ſtro,& domino Ieſuah Chriſto domi-
no noſtro.Quemadmodum rogaui te,
vt remaneres Epheſi,cũ ꝓficiſcerer in macedoniã ita facito,
vt denũties quibuſdã,ne diuerſam ſequantur doctrinã,nec
attendant fabulis,& genealogiis nũquam finiẽdis,quæ quæ-
ſtiones præbent magis quã ædificationem dei,quæ eſt per fi-
B dem.Porrò finis præcepti,eſt charitas ex puro corde,& con-
ſcientia bona,& fide non ſimulata:à quibus quidam quum
aberraſſent,deflexerunt ad vaniloquium,volentes eſſe legis
doctores,non intelligentes quæ loquuntur,neque de quibus
aſſeuerant.Scimus autẽ,ꝙ bona ſit lex,ſi quis ea legitime vta-
Rom.7.c. tur:ſciens illud ꝙ iuſto lex non ſit poſita,ſed iniuſtis & inob-
C ſequentibus,impiis,& peccatoribus,irreuerẽtibus,& ꝓfanis,
patricidis, & matricidis,homicidis,fornicariis,maſculorum
concubitoribus,plagiariis,mendacibꝰ,periuris,& ſi ꝗd aliud
eſt,quod ſanæ doctrinæ aduerſetur ſecundum Euangeliũ glo
riæ beati dei,quod concreditum eſt mihi.Et gratiam habeo,
qui me potẽtem reddidit Chriſto Ieſuah domino noſtro:ꝗa
fidelem me iudicauit ponendo in miniſterium,qui prius erã
blaſphemus,& perſecutor,& violentus:ſed & miſeridiã ade-
ptus ſum,ꝙ ignorãs fecerim per incredulitatem.Exuberauit
autem ſuprà modum gratia domini noſtri cum fide,& dile-
Mat.9.b. Marc.2.c. ctione,quæ eſt per Chriſtum Ieſuah.Fidelis ſermo,& omni
D approbatione dignus,ꝙ Chriſtus Ieſuah venit in mundum,
vt peccatores ſaluos faceret,quorum primus ſum ego.Verũ
ideò miſericordiam ſum adeptus,vt in me primo oſtenderet
Ieſuah Chriſtus omnem clementiam,ad exprimendum exem-
plar his,qui credituri eſſent in ipſo in vitã æternam.Regi aũt
ſeculorum immortali,inuiſibili,ſoli ſapienti deo honor,glo-
ria,in ſecula ſeculorum,Amen.Hoc pæceptum commendo
tibi fili Timothee,iuxta prophetias quæ de te præceſſerunt,
vt milites in eis bonam militiam,habens fidem,& bonam cõ
ſcientiam,qua repulſa nonnulli circa fidem naufragium fece-
runt:ex quibus eſt Hymenæus,& Alexander,quos tradidi ſa
thanæ,vt diſcant non blaſphemare.

¶ Principum authoritatem non ſpernendam,imo pro eis orandum,quis ornatus tum uiros,tum mulieres in eccleſia deceat. CAP. II.

A ADhortor igiť vt ante omnia fiant dep̄catiões oratiões
interceſſiones,gratiarũ actiones pro oĩbus homini-
bus,pro regibus,& omnibus in eminentia conſtitutis:vt pla
cidam,vt quietam vitam degamus cum omni pietate,& ho-
neſtate.Nam hoc bonũ eſt,& acceptum coram ſeruatore no
ſtro deo:qui cunctos homines vult ſaluos fieri,& ad agnitio- 2.Tim.1.a.
B nem veritatis venire.Vnus enim deus,vnus etiam mediator
dei & hominum,homo Chriſtus Ieſuah,qui dedit ſemetipm̃
precium redemptionis pro omnibꝰ,vt eſſet teſtimonium tẽ-
poribus ſuis:in quod poſitus ſum ego præco,& apoſtolꝰ,ve
ritatem dico in Chriſto,non mentior,doctor gentiũ cũ fide,
C & veritate.Volo igitur orare viros in omni loco,ſuſtollẽtes
puras manus abſqꝫ ira,& diſceptatione.Conſimiliter,& mu- 1.Petri.3.a.
lieres in amictu modeſto,cum verecũdia,& caſtitate ornare
ſemetipſas,non tortis crinibꝰ,aut auro,aut margaritis,aut ve
ſtitu ſumptuoſo:ſed quod decet mulieres,profitentes pietatẽ
D per opera bona.Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectio
ne.Cæterum mulieri docere nõ permitto,neqꝫ authoritatem
vſurpare in viros,ſed eſſe in ſilẽtio.Adam enim prior forma- 1.Cor.14.f. Gen.1.d.3.b.
tus eſt,deinde Chauuah,& Adam nõ fuit deceptꝰ,ſed mulier
ſeducta,obnoxia facta eſt trãſgreſſioni:ſalua tamẽ fiet per ge-
neratione liberorũ ſi mãſerint in fide,ac dilectione & ſanctifi-
tione cum caſtitate.

¶ Quod ueri epiſcopi munus qualiſue eſſe debeat,deqꝫ diaconorum officio ſimiliter & mulierum. CAP. III.

A FIdelis ſermo.Si quis epiſcopatum appetit,honeſtũ opꝰ
deſiderat.Oportet igitur epiſcopum irreprehenſibilem
eſſe vnius vxoris maritum,vigilantem, ſobrium,modeſtum, Tit.1.b.
hoſpitalem,aptum ad docendum,non vinolentum,nõ per-
cuſſorem,non turpiter lucri cupidum:ſed æquum,alienum à
B pugna,alienum ab auaritia:qui ſuæ domui bene præſit:qui li
beros habeat in ſubiectione cum omni reuerẽtia.Quòd ſi ꝗs
propriæ domui præeſſe non nouit,quomodo eccleſiam dei
curabit?Non nouitium,ne inflatus in condemnationem inci
dat calumniatoris.Oportet aũt illum & bonum habere teſti
monium ab extraneis,ne in probrum incidat,& laqueũ dia-
boli.Miniſtros itidem compoſitos,non bilingues,non multo
vino deditos,non turpiter lucri auidos,tenentes myſterium
fidei cum pura conſcientia:atqꝫ hi probenť prius,deinde mi-
niſtrẽt ſic,vt nemo poſſit illos criminari.Vxores ſimiliter mo
C deſtas,non calumnioſas,ſobrias,fidas in omnibꝰ.Diaconi ſint
vnius vxoris mariti,qui liberis rectè præſint,& propriis fami
liis.Nam qui bene miniſtrauerint,gradũ ſibi bonũ acquirũt:
& multam libertatem in fide quæ eſt in Chriſto Ieſuah.Hæc
tibi ſcribo,ſperans fore,vt veniam ad te cito:ꝙ ſi tardius ve-
D nero vt noueris,quomodo oporteat in domo dei verſari:ꝗ
eſt eccleſia dei viuentis,columna,& ſtabilimentum veritatis.
Et citra controuerſiam magnum eſt pietatis myſteriũ.Deus
manifeſtatus eſt in carne,iuſtificatus eſt in ſpiritu,viſus eſt an-
gelis,prædicatus eſt gentibus:fides illi habita eſt in mundo,re-
ceptus eſt in gloria.

¶ Quid poſtremis temporibus futurũ,ſpiritum Paulo prædixiſſe inanes fabulas maximopere uitandas.

CAP. IIII.

A SPiritus autem certò loquitur,ꝙ in poſterioribus tẽpori 2.Timo.3.a.
bus deficiẽt quidam à fide,attendẽtes ſpiritibus,ſeductoribꝰ,ac doctrinis dæmoniorũ,per ſimulationem falſiloquo-
rum, cauterio notatã habẽtium propriam cõſcientiam,pro
hibentium contrahentium contrahere matrimonium,iuben
tiũ abſtinere à cibis,quos deus creauit ad ſumendum cũ gra-
tiarum actione fidelibus,& his qui cognouerunt veritatem:
quod



quod quicquid creauit deus,bonũ ſit,& nihil reiiciendum,ſi
cum gratiarum actione ſumatur.Sanctificatur enim per ſer-
monem dei,ac p̄cationem.De his,ſi commonefeceris fratres,
B bonus eris miniſter Ieſuah Chriſti,enutritꝰ in ſermonibꝰ fidei,
bonæqꝫ doctrinę, quã aſſecutꝰ es.Cæterũ ꝓfanas,& aniles fa-
2.Timo.3.b Tit.3.c. bulas reiice,quin potius exerce temetipſum ad pietatem.Nã
corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis,at pietas ad
omnia vtilis eſt,vt quæ promiſſiones habeat vitæ præſentis
C ac futuræ.Fidelis ſermo,& omni approbatione dignus.Nã
in hoc & laboramꝰ,& probris afficimur,ꝙ ſpem fixam habe
mus in deo viuente,qui eſt ſeruator omnium hominum,ma-
xime fidelium.Præcipe hæc,& doce.Nemo tuam iuuentutẽ
deſpiciat,ſed eſto forma fidelium in ſermone,in conuerſatiõe,
in dilectiõe,in ſpũ,in fide,in puritate.donec venero,attẽde le-
ctioni , exhortationi , doctrinæ.Ne neglexeris quod in te eſt
quod datum eſt tibi per prophetiam cũ impoſitiõe manuũ
presbyterij.Hæc exerce,in his eſto,vt tuus profectus manife-
ſtus ſit in omnibꝰ.Attende tibi ipſi & doctinæ,perſiſte in his.
Nam id ſi feceris,teipſum ſeruabis,& eos qui te audierint.

¶ Quemadmodum ſe gerere erga ſingulos epiſcopus debeat.

CAP. V.

A SEniorem ne ſæuius obiurges,ſed adhortare vt patrẽ: iu-
niores , vt fratres : mulieres natu grandiores vt matres:
iuniores vt ſorores cum omni caſtitate.Viduas honora,quę
verè viduæ ſunt.Quòd ſi qua vidua liberos,aut nepotes ha-
bet,diſcant primum propriam domum piè tractare,& vicẽ
rependere maioribus.Hoc enim eſt honeſtum,& acceptum
coram deo.Porrò quæ verè vidua eſt,ac deſolata,ſperauit in
deo,& perſeuerauit in obſecrationibus,ac precationibus no-
B ctu dieqꝫ. Porrò quæ in deliciis verſatur,ea viuens mortua
eſt.Et hæc præcipe,vt irreprehenſibiles ſint.Quòd ſi qua ſuis,
& maximè familiaribus non prouidet,fidem abnegauit,& eſt
infideli deterior.Vidua deligatur non minor annis ſexaginta,
quæ fuerit vnius viri vxor,in operibus bonis hominum teſti-
monio comprobata,ſi filios educauit,ſi fuit hoſpitalis ſi ſan-
ctorum pedes lauit,ſi afflictis ſubminiſtrauit,ſi in omni ope-
re bono fuit aſſidua.Porrò iuniores viduas reiice:cum enim
laſciuire cœperint aduerſus Chriſtum,nubere volunt,haben-
tes condemnationẽ,quod primam fidem reiecerint,ſimul au
tem & otioſæ diſcunt circumire domos.Imo non ſolũ otio-
ſæ,verumetiam garrulæ,& curioſæ,loquentes quæ nõ opor-
C tet.Volo igitur iuniores nubere,liberos gignere,domũ ad-
miniſtrare,nullam occaſionem dare aduerſario,vt habeat ma
ledicendi cauſam.Iam enim nonnullæ defluxerunt,ſecutæ,ſa-
thanam.Quòd ſi ꝗs fidelis:aut ſi qua fidelis habet viduas ſup
peditet illis,& non oneretur eccleſia:vt his quæ verè viduæ
ſunt ſuppetat.Qui bene præſunt presbyteri,duplici honore
Deut.25.a. 1.Cor.9.a. Mat.10.b. Luc.10.b. digni habeantur:maximè hi, qui laborant in ſermone,& do-
ctrina.Dicit enim ſcriptura:Boui trituranti nõ obligabis os:
& dignus eſt operarius mercede ſua.Aduerſus presbyterum
accuſationem ne admiſeris,niſi ſub duobus,aut tribus teſti-
bus.Eos qui peccant,coram omnibus argue:vt & cæteri ti-
morem habeãt.Obteſtor in conſpectu Dei,& domini Ieſuah
Chriſti,& electorum angelorum,vt hæc ſerues ſine præcipita
tione iudicij,nihil faciens iuxta propenſionem animi.Manus
cito ne cui imponas,neqꝫ communices peccatis alienis.Te-
metipſum purum ſerua.Ne poſt hac bibas aquam,ſed vino
paululo vtere propter ſtomachum tuum,& crebras tuas in-
firmitates.Quorundam hominũ peccata ante manifeſta ſunt,
præcedentia ad iudicium,quoſdam vero & ſubſequuntur.
Conſimiliter & bona opera ante manifeſta ſunt:& ea quæ ſe-
cus habent,occultari non poſſunt.

¶ De officio ſeruorum in dominos,quid diuitibus præcipiendum.

CAP. VI.

A QVicunqꝫ ſub iugo ſunt ſerui,ſuos dominos omni ho
nore dignos ducant,ne nomen dei,& doctrina blaſ-
phemus afficiatur.Qui verò fideles habẽt dominos,ne contẽ
nant ꝙ fratres ſint,ſed magis inſeruiant, quòd fideles ſint:ac
dilecti, qui beneficentiæ participes ſunt.Hæc doce,& exhor-
tare.Si quis diuerſam ſequitur doctrinam,& nõ accedit ſanis
ſermonibus domini noſtri Ieſuah Chriſti,& ei quæ ſecundũ
pietatem eſt doctrinæ,is inflatus eſt,nihil ſciens,ſed inſaniens
circa quæſtiones,ac diſputationum pugnas,ex quibus naſciť
B inuidia,cõtentio,blaſphemiæ,ſuſpiciones malæ,ſuperuacaneę
conflictationes hominum mente coruptorũ,& quibus adẽ-
pta eſt veritas,qui exiſtimant quæſtum eſſe pietatem.Seiũge- Iob.1.d.
re ab his qui eiuſmodi ſunt.Eſt autem quæſtus magnꝰ,pietas Eccle.5.c.
cum ſufficientia.Nihil em̃ intulimus in mũdum,videlicet nec
efferre quicquam poſſumus:ſed habentes alimenta,& quibꝰ
tegamur,his contenti erimus.Cæterum qui volũt diſcere,in-
cidunt in tentationem,& laqueum,& cupiditates multas,ſtul
tas,ac noxias,quæ demergunt homines in exitium,& interi-
tum.Siquidem radix omnium malorum eſt auaritia,quã qui-
dam dum appetunt,abberrauerunt à fide,& ſeipſos implicue
runt doloribus multis:Tu verò homo dei,iſta fuge:ſectare au
tẽ iuſtitiã,pietatẽ,fidẽ,charitatẽ,patientiã,mãſuetudinem:cer-
C ta bonũ certamẽ fidei,apprehẽde vitã æternã,ad quã & vo-
catꝰ es,& confeſſus es bonã cõfeſſionẽ coram multis teſtibus.
Præcipio tibi in conſpectu dei,qui viuificat omnia,& Ieſuah Iohã.18.g.
Chriſti,qui teſtatam fecit ſub Pontio Pilato bonam confeſſio
nem,vt ſerues præceptũ,immaculatus,irreprehenſibilis vſqꝫ Apoc.17.d.
ad apparitionẽ dñi noſtri Ieſuah Chriſti:quã temporibꝰ ſuis 19.c.
oſtenſurus eſt ille beatus,& ſolus princeps,rex regnãtium:& Iohan.1.b. 1.Iohan.1.c.
dominus dominantium:qui ſolus habet immortalitatem,lu Lucæ.12.b.
cem habitans inacceſſam,quem vidit nemo hominum,neqꝫ Iohan.1.b.
videre poteſt:cui honor,& imperium ſempiternum,Amen.
D His qui diuites ſunt in præſenti ſeculo præcipe,ne elato ſint
animo,neqꝫ ſpem ponant in diuitiis incertis,ſed in deo viuen
te,qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum,vt benefa-
ciant,vt diuites ſint operibus bonis,vt faciles ſint ad impertiẽ
dum:libenter communicãtes,reconden tes ſibiipſis fundamẽ
tum bonum in poſterum,vt apprehendant æternam vitam.
O Timothee,depoſitum ſerua,deuitans profanas vocũ inani
tates,& oppoſitiones falſo nominatæ ſciẽtiæ,quam nonnulli
profitentes,circa fidem aberrauerunt,Gratia ſit tecum.

¶ Primæ Epiſtolæ Pauli ad Timotheum,
FINIS.

¶ Miſſa fuit ex Laodicea,que eſt Metropolis Phrigiæ Pacatianæ.

# Epiſtola Pauli ad TIMOTHEVM II.
## Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Monet Paulus Timotheum ut pater filium.

CAP. I.

A PAVLVS APOSTOLVS
Ieſuah Chriſti per voluntatẽ dei,ſecun
dũ promiſſionem vitæ:quæ eſt in Chri
ſto Ieſuah,Timotheo dilecto filio:Gra-
tia miſericordia,pax à deo p̄re & Chri-
ſto Ieſuah domino noſtro.Gratiam ha
beo deo,cui ſeruio à maioribus cũ pu-
B ra conſcientia,quod citra vllam intermiſſionem faciam de te
mentionem in precationibus meis noctu dieqꝫ,deſiderans te
videre,memor tuarũ lachrymarũ,vt gaudio replear,vbi cõ-
monefactus fuero eius,quæ eſt in te non ſimulatæ fidei,quæ
habitauit primum in auia tua Loide,& matre tua Eunica:cer
tum autem ſcio,quòd in te quoqꝫ.Quam ob cauſam commo
nefacio te,vt ſuſcites donum dei quod eſt in te per impoſi- Roma.8.c.

tionẽ manuũ mearum. Nõ enim dedit nobis deus ſpiritũ ti-
miditatis, ſed potentiæ ac dilectionis, & ſobrietatis. Ne igitur
te pudeat teſtimonij domini noſtri, neqꝫ te pudeat mei, q ſum
vinctus illius, ſed eſto particeps afflictionum euangelij iuxta
potentiam dei, qui ſaluos fecit nos, & vocauit vocatione ſan
Tit.3.b. cta & non ſecundũ opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propo
ſitum, & gratiam, quæ data quidẽ eſt nobis ꝑ Chriſtũ Ieſuah
1.Timo.2.b. ante tempora æterna, ſed palàm facta eſt nunc ꝑ apparitionẽ
G ſeruatoris noſtri Ieſuah Chriſti, qui mortem quidẽ aboleuit,
vitam autem in lucem produxit, ac immortalitatẽ per Euan-
gelium. in quod poſitus ſum ego præco, & apoſtolus, ac do
ctor Gentium, quam ob cauſam & hæc patior, attamen non
erubeſco. Noui enim, certuſqꝫ ſum quod is cui credidi, potẽs
ſit depoſitũ meũ cuſtodire in illum diem. Formam habeto ſa
norum ſermonum, quos à me audiſti cum fide, & charitate,
quæ eſt in Chriſto Ieſuah. Bonum depoſitum ſeruato ꝑ ſpiri-
tum ſanctum, qui inhabitat in nobis. Noſti hoc ꝙ aſpernati
fuerint me oẽs qui ſunt in Aſia: quorũ eſt Phygelꝰ, & Hermo
genes. Det miſericordiam dominus Oneſiphori familiæ, quo
niam ſæpe me refocillauit, & catenam meã nõ erubuit, ſed cũ
eſſet Romæ, ſtudioſius quæſiuit me, & inuenit. Det ei dominꝰ
vt inueniat miſericordiam apud dominum in die illo. Et quæ
cunqꝫ Epheſi miniſtrauerit: melius tu noſti.

¶ Adhortatur Timotheum ut ſtrenuus ſit in uerbi adminiſtratione, uariiſqꝫ erudit ac præmunit inſtructionibus.

CAP. II.

A TV igitur fili mi, fortis eſto in gratia, quæ eſt per Chriſtũ
Ieſuah: & in his, quæ audiſti à me per multos teſtes. Hęc
cõmenda fidelibus hominibꝰ, qui erũt idonei, vt alios quoqꝫ
doceãt. Tu igitur feras afflictionẽ, vt bonus miles Ieſuah Chri
ſti. Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, vt ei qui ſe in
militiam delegit, placeat. Quòd ſi certet etiã aliquis, nõ coro-
natur niſi legitimè certauerit. Laborãtem aggricolã oportet
primum de fructibꝰ percipere. Cogita quæ dico. Det eñ ti-
bi dominus in omnibus intellectum. Memento Ieſuah Chri-
B ſtũ reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundũ Euangeliũ
Matth.10.d. Marc.8.c. Rom.3.a. meũ in quo malis affligor, quaſi facinoroſus vſqꝫ ad vincula.
At ſermo dei non fuit vinctus. Propterea oĩa ſuffero ꝓpter
electos, vt & ipſi ſalutẽ cõſequanẽ, quæ eſt in chriſto Ieſuah, cũ
gloria æterna. Fidelis ſermo. Nam ſi cõmortui ſumus, & con-
uiuemus: ſi ſufferimus, & cõgregnabimꝰ: ſi negamus, & ille ne
gabit nos: ſi increduli ſumꝰ, ille fidelis manet, negare ſeip̃m nõ
poteſt. Hęc admone, cõteſtãs corã dño, ne verborũ pugnas ſe
quanẽ, ad nullã vtilitatẽ, ad ſubuerſionẽ audiẽtiũ. Stude teip̃m
C probatũ exhibere deo, operariũ nõ erubeſcẽdũ, rectè ſecantẽ
ſermonẽ veritatis. Cæterũ profanas prætermitto, ad maio-
rẽ eñ proficient impietatẽ: & ſermo illorum vt cancer mor-
bus, paſtionẽ habebit: quorũ de numero eſt Hymenęꝰ & Phy
letus, q circa veritatẽ aberrarũt dicẽtes, reſurrectionẽ iã eſſe fa
ctã, & ſubuertũt quorũdã fidẽ. Solidũ tamẽ fundamẽtum dei
ſtat, habẽs ſignaculũ hoc: Nouit dominus qui ſint ſui, & dice-
dat ab iniquitate oĩs q nominat nomẽ Chriſti. Cæterũ in ma
gna domo nõ tantũ ſunt vaſa aurea & argentea, verumetiã
lignea, ac teſtacea, & alia quidẽ in honorẽ, alia verò in contu-
meliã. Siquis igitur expurgarit ſeipſum ab his, erit vas in ho-
D norẽ ſanctificatum, accõmodũ vſibus dñi, ad oẽ opus præpa
ratum. Iuueniles autem concupuſcẽtias fuge, ſectare verò iu-
ſtitiã, fidẽ charitatẽ, pacẽ, cũ his q iuocãt dñm ex puro corde.
Stultas aũt, & ineruditas quæſtiões reſpue, ſciẽs, eas parere pu
1.Timo.1.c. Tit.3.c. gnas. Porrò ſeruũ dñi nõ oportet pugnare, ſed placidũ eſſe er
ga oẽs, propẽſum ad docendũ, tolerãtẽ malos cum manſuetu
dine, erudientem eos qui obſiſtũt, ſi quando det illis deus pœ
nitentiam ad agnoſcendum veritatem, & reſipiſcant è diabo-
li laqueo, capti ab eo ad ipſius voluntatem.

¶ Inſtare periculoſa tempora, ob quorundam ſcilicet hypocriſim, qui peſti-feris mendaciis ueram pietatem ſubuerſuri ſint.

CAP. III.

A ILlud autem ſcito quòd in extremis diebus inſtabũt tẽpo-
ra periculoſa. Erunt eñ hoĩes ſui amãtes, auari, faſtuoſi, ſu- 1.Tim.4.
perbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, impij, 2.Petri.3.a. Iudæ.1.f.
carẽtes affectu, neſcij fœderis, calũniatores, intẽperãtes, immi
tes, negligẽtes, bonorũ ꝓditores, pręcipites, inflati, volupta-
B tũ amãtes potius q̃ amãtes dei, habẽtes formã pietatis, ſed q
vim eiꝰ abnegarint. Et iſtos aduerſare: ex his eñ ſunt q ſubeũt
familias, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quę
ducunẽ cõcupiſcentiis variis, ſemper diſcẽtes, nec vnquam ad
cognitionẽ veritatis venire valentes. Quẽadmodũ aũt Iãnes
& Iambres reſtiterũt Moſeh, ita & hi reſiſtunt veritati, hoĩes Exodi.7.b.
C mente corrupti, reprobi circa fidẽ, ſed nõ ꝓficiẽt amplius. Si-
quidẽ amentia iſtorũ euidẽs erit oĩbus, quẽadmodũ & illorũ
fuit. Tu verò aſſectatꝰ es doctrinã meã, inſtitutionẽ, propoſi
tũ, fidẽ, longanimitatẽ, charitatẽ, patiẽtiã, perſecutiones, affli-
ctiones: quæ mihi acciderũt Antiochiæ, Iconij, Lyſtris, quas
perſecutiones ſuſtinuerim. Et ex omnibus eripuit me dñs: ſed
& oẽs, qui volũt piè viuere in Chriſto Ieſuah, perſecutionem
D patienẽ. Porrò mali hoĩes, & impoſtores proficiẽt in peiꝰ, dũ
& in errorẽ adducunt, & errãt ipſi. At tu perſiſtito in his q̃ di
diciſti, & quæ tibi cõcredita ſunt: ſciẽs à quo didiceris, & ꝙ à
puero ſacras literas noueris, quæ te poſſunt eruditũ reddere
ad ſalutẽ ꝑ fidẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſuah. Omnis ſcriptura di
uinitus inſpirata, et vtilis ad doctrinã, ad redargutionẽ, ad cor 2.Petri.1.d.
rectionem, ad inſtitutionẽ, quæ eſt in iuſtitia: vt integer ſit dei
homo, ad omne opus bonum apparatus.

¶ Imminere diem obitus ſui, cumqꝫ a pleriſqꝫ deſtitutus eſſet, rogat ut Timotheus una cum Marco feſtinanter ad ſe ueniant.

CAP. IIII.

A OBteſtor igiẽ ego corã deo, & dño Ieſuah Chriſto, q iu-
dicaturus eſt viuos, & mortuos in apparitione ſua, &
in regno ſuo. Prædica ſermonẽ, inſta tẽpeſtiuè, intẽpeſtiuè, ar-
gue, increpa, exhortare cũ oĩ longanimitate & doctrina. Nã
erit tẽpus cũ ſanã doctrinã non ſuſtinebunt: ſed iuxta cõcupi-
ſcentias ſuas coaceruabunt ſibi doctores, hi quibus pruriunt
B aures, & à veritate quidẽ auditũ auertent, ad fabulas verò cõ
uerterenẽ. At tu vigila in oĩbus, feras afflictiões, opus fac Euã-
geliſtæ, miniſteriũ tuũ plenũ reddito. Nam ipſe iã immolor,
& tempus meæ reſolutionis inſtat. Certamẽ bonum decerta-
ui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Quod ſupereſt, repo-
ſita eſt mihi iuſtitię corona, quã reddet mihi dominus in illo
die, qui eſt iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & omni-
bus qui diligunt aduentum ipſius. Da operam vt venias ad
C me cito. Nã Demas me reliquit, quum dilexerit præſens ſecu-
lum, & profectus eſt Theſſalonicam, Creſcens in Galatiã, Titꝰ Coloſ.4.d.
in Dalmaciã, Lucas mecũ eſt ſolus. Marcũ aſſumptum addu-
cito vnà tecũ, eſt eñ mihi perutilis ad miniſteriũ. Porrò Ty-
chicum miſi Epheſum. Penulam quã reliq Troade apud Car
pum, cũ venies, apporta, & libros, maximè autem membra-
nas. Alexander faber ærarius multis malis me affecit, reddat il
li dominus iuxta facta ipſius, quẽ & tu caue. Vehemẽter eñ
reſtitit ſermonibus noſtris. In prima mea defenſiõe nemo mi
hi adfuit, ſed omnes me deſeruerũt, ne illis imputetur, ſed do-
D minus mihi adfuit, & corroborauit me: vt per me præconiũ
expleretur, & audirent omnes Gentes: & ereptus fui ex ore le- Supra.1.d.
onis, & eripiet me dominꝰ ab oĩ facto malo, ſeruabitqꝫ in re-
gnum ſuũ cœleſte: cui gloria in ſecula ſeculorum, Amẽ. Saluta
Priſcã & Aqlã, & Oneſiphori familiã. Eraſtꝰ mãſit Corinthi,
Torphimũ aũt reliq in Mileto languentẽ. Da operã vt venias
ante hyemem. Salutat te Eubulus, & Pudẽs, & Lynus, et Clau
dia, & fratres omnes. Dominꝰ Ieſuah Chriſtus cũ ſpiritu tuo.
Gratia vobiſcum, Amen.

FINIS.

¶ Miſſa fuit e Roma ad Timotheum, cum Paulus iterũ ſiſteretur Cæſari Neroni.





# Epiſtola Pauli ad TITVM: INTER prete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Iubet ut opus a ſe inceptum ipſe conſumet, epiſcopoſqꝫ idoneos conſtituat, ac Iehudaizantes refutet.

CAP. I.

A PAVLVS SERVVS
Dei, Apoſtolꝰ aũt Ieſuah Chriſti iuxta
fidẽ electorũ dei, & agnitionem verita
tis, quæ eſt ſecundum pietatem in ſpe-
vitæ æternæ, quam promiſit is, qui mẽ
tiri neſcit deꝰ ante tempora æterna. Ma
nifeſtauit aũt temporibus ſuis ſermonẽ
ſuum per prædicationẽ cui præfectus
ſum ego ſecundum iniunctionem ſeruatoris noſtri dei. Tito
vero filio iuxta communem fidem. Gratia, miſericordia, pax à
B deo patre, & domino Ieſuah Chriſto ſeruatore noſtro. Huiꝰ
rei gratia reliqui te in Creta: vt quæ deſunt ſuper corrigas, &
conſtituas per ciuitates p̃sbyteros ſicut ego tibi ordinaram.
Si quis eſt inculpatus vnius vxoris vir liberos habens fide-
1.Timo.3.a. les, non in accuſatione luxus, aut proteruum. Oportet enim
C epiſcopum inculpatum eſſe, tanquam dei diſpenſatorem:
non proteruum, non iracundum, non vinoſum, non percuſ-
ſorem, nõ turpiter lucro deditum, ſed hoſpitalẽ, amantem bo
nos, ſobrium, iuſtum, pium, temperantem, tenacem eius qui
ſecundum doctrinam eſt, fidelis ſermonis: vt potens ſit etiam
exhortari per doctrinã ſanam, & contradicentes conuincere.
Sunt enim multi incompoſiti, & vaniloqui, & mẽtiũ ſeducto
res, maximè hi qui ſunt ex circuncisione, quibus oportet ob-
turare os, qui totas domos ſubuertũt, docentes quæ non o-
a uates.f.E. pimenides. portet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex iſtis propriꝰ ipſo-
rum [a] propheta: Cretenſes ſemper mẽdaces, malę beſtię, ven-
D tres pigri: teſtimonium hoc eſt verum. Quam ob cauſam re-
darguito illos ſeueriter, vt ſani ſint in fide: non attendentes Ie-
hudaicis fabulis, & præceptis hominum, auerſantium verita-
tem. Omnia quidem pura puris. Porrò pollutis, et infidelibꝰ,
Rom.14.d. nihil eſt purum, ſed polluta eſt illorũ & mens, & conſcientia.
Deum profitentur ſe ſcire, cæterum factis negant: cũ ſint abo-
minales, & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.

¶ Quemadmodum cũ officij decore erga cuiuſqꝫ ordinis homines ſe gerere, eoſqꝫ docere deceat.

CAP. II.

A TV verò loquere quæ decẽt, ſanam doctrinam. Senes, vt
ſobrij ſint, graues, modeſti, ſani fide, charitate, patientia.
Anus itidem, vt in habitu ſint qui religionẽ deceat: non calu-
mniatrices, nõ vino multo ſeruientes: vt honeſta doceãt, quo
poſſint modeſtas reddere adoleſcentulas, vt maritos ſuos di
ligant, vt liberos amẽt, vt ſobriæ ſint, puræ, domꝰ cuſtodes,
bonæ, ſubditæ ſuis viris, ne ſermo dei blaſphemiis afficiatur.
B Adoleſcẽtes conſimiliter adhortare, vt ſobrij ſint, per omnia
temetipſum præbens formã bonorum operum in doctrina,
integritatem, grauitatem, ſermonem ſanum, irreprehenſibilẽ:
vt is qui repugnat, rubore ſuffundatur, nihil habẽs quod de
vobis dicat mali. Seruos hortare, vt ſuis dominis pareant, in
Ephe.6.a. Coloſ.3.d. 1.Petri.20.d. omnibus illis placeant: non contradicentes, non ſuffurantes,
ſed fidem omnem oſtendentes bonam, vt doctrinam ſeruato
C ris noſtri dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia dei,
ſalutifera omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegatis im
pietate, & mundanis concupiſcentiis, ſobrie, & iuſte, & pie vi
uamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam illam ſpem, &
apparitionẽ gloriæ magni dei, ſeruatoris noſtri Ieſuah Chri-
ſti: q dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni
iniquitate, & purificaret ſibiipſi populum peculiarẽ æmula-
D torem bonorum operum. Hæc loquere, & hortare, & argue
cum omni imperio. Nemo te deſpiciat.

¶ Principibus aut magiſtratibus non reſiſtendum, neqꝫ eos prouocandos, uerum leniter ferendos, ſi forte aliquando reſipiſcant.

CAP. III.

A ADmoneto illos, vt principatibus, ac poteſtatibus, ſub-
diti ſint, vt magiſtratibus pareant, vt ad omne opus
bonũ ſint parati, ne de quoquã male dicant, ne ſint pugnaces,
ſed humani, oẽm exhibentes manſuetudinẽ erga omnes homi
nes. Nam eramus quondam, & nos ſtulti, inobedientes, erran
tes, ſeruientes deſiderijs, ac voluptatibus variis, in malitia, &
B inuidia degentes, odioſi, inuicem odio proſequẽtes. At poſt-
quam bonitas, & erga homines amor apparuit ſeruatoris no
ſtri dei, non ex operibus quæ ſunt in iuſtitia, quæ faciebamus
nos, ſed ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit per la-
uacrum regenerationis, ac renouationis ſpiritus ſancti, quem
effudit in nos opulentè, per Ieſuah Chriſtũ ſeruatorẽ noſtrũ,
vt iuſtificati illius gratia, hæredes efficeremur iuxta ſpem vitæ 1.Timo.1.
æternæ. Fidelis ſermo. De his volo vt confirmes, quò ſoliciti
ſint, vt bonis operibus præſint qui crediderunt deo. Hæc eñ
ſunt honeſta, & vtilia hoĩbus. Stultas autẽ quæſtiones, & ge- 1.Timo.1.b. 1.Timo.2.d.
nealogias, & contentiones, ac pugnas legales omitte: ſunt eñ
inutiles, & ſuperuacaneæ. Hæreticũ hominem poſt vnam, &
alteram admonitionem deuita: ſciẽſqꝫ euerſus ſit, qui eiuſmo
C di eſt, & peccet per ſe damnatus. Cum autem miſero Artemã
ad te, aut Tychicum, da operã vt venias ad me Nicopolim:
nam illic decreui hybernare. Zenam legiſperitum, & Apollo
ſtudioſe deducito, ne quid illis deſit. Diſcant autem & noſtri
bonis operibus præeſſe, ad neceſſarios vſus, vt non ſint infru
giferi. Salutant te, qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui dili
gunt nos in fide. Gratia cum omnibus vobis, Amen.

¶ Epiſtolæ Pauli ad Titum,

FINIS.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

# Epiſtola Pauli ad PHILEMONEM: Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Oneſimum fugitiuum & compilatorem ſeruum domino reconciliat, ac reſtituit, interim ſpondens de probitate eius.

CAP. I.

A PAVLVS VINCTVS
Chriſti Ieſuah, & Timotheus frater, Phi-
lemoni dilecto, & collegæ noſtro, & Ap
phiæ dilectæ, & Archippo commilitoni
noſtro, & quæ domi tuæ eſt cõgregatio
ni: Gratia vobis, & pax à deo patre no-
ſtro, & domino Ieſuah Chriſto. Gratias
B ago deo meo, ſemper mentionem tui faciens in orationibus
meis, cum audiam tuam charitatem, ac fidem, quã habes erga
dominum Ieſuah, & erga omnes ſanctos: vt cõmunicatio fi-
dei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod eſt in vo-
bis erga Chriſtum Ieſuah. Gaudium eñ habemꝰ multum, &
conſolationem in dilectione tua, ꝙ viſcera ſanctorum refocil-
lata ſunt per te frater. Quapropter quamuis multam in Chri
ſto fiduciam habeam iniungendi tibi, id quod officij tui erat:
tamen propter charitatem potius rogo, cum talis ſim, nem-
pe Paulus ſenex, nunc autem etiã vinctus Ieſuah Chriſti, Ro-
C go te pro filio meo, quem genui in vinculis meis Oneſimo,
quõdã tibi inutili, nũc verò tibi, & mihi perutili quẽ remiſi.
Tu autem eũ, hoc eſt, viſcera mea ſuſcipe, quẽ ego cupiebam
apud me tenere, vt ꝓ te miniſtraret mihi in vinculis Euãge-

ſŋ,ſed abſq; tua ſentẽtia nihil volui facere,ne velut ex neceſſita-
te bonũ tuũ eſſet,ſed ſpontaneũ.Nã propterea forſitã ſeceſſit
ad tẽp⁹,vt æternũ eũ reciperes:nõ iã vt ſeruũ,ſed ſupra ſeruũ,
nempe fratrẽ dilectũ,maxime mihi:quãto aũt magis tibi,& in
D carne,& in dño?Si igitur me habes conſortẽ,ſuſcipe illũ tan-
quã me.Quòd ſi quid læſit te,aut debet,hoc mihi imputato.
Ego Paulus ſcripſi mea manu.Ego dependam,vt ne dicam
tibi,quòd etiam teipſum mihi inſuper debes.Etiam frater.
Ego te fruar in domino.Refocilla mea viſcera in domino.
Confiſus de obedientia tua ſcripſi tibi,ſciens,quòd etiam
vltra quã dico,factur⁹ ſis.Simul aũt etiã præpara mihi hoſpi
tiũ.Spero enim,ꝙ auxilio orationũ veſtrarũ donabor vobis.
Salutãt te Epaphras cõcaptiuus meus in Chriſto Ieſuah,Mar
cus,Ariſtarchus,Demas,Lucas,adiutores mei.Gratia domi-
ni noſtri Ieſuah ſit cum ſpiritu veſtro,Amen.

¶ Epiſtolæ Pauli ad Philemonem,
FINIS.

¶ Miſſa fuit e Roma per Oneſimum ſeruum.

# Epiſtola Pauli ad HEBRAEOS: INterprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ De præcellentia Chriſti nouæ legis latoris ad omnes uel homines, uel angelos.item quod ſit patri æqualis.

CAPVT I.

A MVLTIFARIAM, MVL-
a multoties et uaria præceptorum ratione. tiſq; modis olim deus locutus patribus
per prophetas,extremis diebus hiſce lo
cutus eſt nobis per filium,quem conſti
tuit hæredem omnium:per quẽ etiam
Sapi.7.d. ſecula fecit,quiſcum ſit ſplendor gloriæ,
& impreſſa imago ſubſtantiæ illius,fe-
rensq; oĩa verbo potẽtię ſuę,ꝑ ſemetipſum purgatione facta
peccatorum noſtrorũ,cõſedit in dextera maieſtatis in excelſis:
tantò præſtantior factus angelis,quantò excellẽtius præ illis
B hæreditate ſortius eſt nomẽ.Nã cui dixit vnquã angelorũ:Fi-
Pſalmo.2. lius meus es tu,ego hodie genui te?Ac rurſum:Ego ero ei in
2.Reg.7.b. Pſalmo.96. patrem,& ipſe erit mihi in filium.Rurſum autem cum indu-
103.44. cit primogenitum in orbem terrarum,dicit:Et adorent eum
C oẽs angeli dei.Et ad angelos quidem dicit:Qui facit angelos
ſuos ſpirit⁹,& miniſtros ſuos ignis flammam.Ad filium aũt:
Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi,virga rectitudinis,virga
regni tui.Dilexiſti iuſtitiam,& odiſti iniquitatem,propter-
ea vnxit te deus tuus,oleo exultationis vltra conſortes tuos.
D Et tu in initio domine terram fundaſti,& opera manuũ tua-
Pſalmo.101. rũ ſunt cœli:ipſi peribunt,tu autẽ ꝑmanes,& oẽs vt veſtimen
tum veteraſcẽt,ac velut amictũ circũuolues eos,& mutabun
tur tu aũt idẽ es,& anni tui non deficient.Ad quẽ aũt angelo-
Pſalmo.109. 1.Cor.15.d. rũ dixit vnquã:Sede à dextris meis,donec poſuero inimicos
tuos ſcabellum pedũ tuorũ?Nonne oẽs ſunt adminiſtratorŋ
ſpũs,qi miniſteriũ emittunt̃ ꝑpter eos,q heredes erũt ſalutis.

¶ Nouæ legi acquieſcendum docet a minori,nec Chriſtum ob paſſionis humiliationem ſpernendum. CAP. II.

A PRopterea oportet nos vehemẽti⁹ attẽdere his quę dicta
ſunt nobis,ne quãdo ꝑfluamus.Etem̃ ſi is q per angelos
dictus fuerat ſermo,fuit firmus,& oĩs trãſgreſsio,& inobediẽ
tia iuſtã præmŋ repẽſationẽ accepit,quõ nos effugiemus,ſi tã
tam neglexerimus ſalutem:quæ cũ primũ enarrari cœperit ꝑ
ipſum dñm,ab his q audierãt,in nos cõfirmata fuit,atteſtãte
deo,& ſignis,& prodigŋs ſimul,variiſq; virtutibus,& ſpirit⁹
B ſancti diſtributionibus,iuxta ipſius voluntatẽ.Nõ em̃ angelis
ſubiecit orbem terræ futurũ,de quo loquimur.Teſtat⁹ eſt aũt
alicubi quidã,dicẽs:Quid eſt hõ ꝙ memor es eius:aut fili⁹ ho- Pſalmo.8.
minis,ꝙ viſitas illũ?Minuiſti eũ puſillũ quid infra angelos,glĩa,
et honore coronaſti eũ,et cõſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuarũ. 1.Cor.15.d. Philip.2.b.
Oĩa ſubieciſti ſub pedib⁹ ei⁹.In hoc em̃ ꝙ ei ſubiecit oĩa,nihil
omiſit illi nõ ſubiectũ.At nõdũ videmus illi oĩa eſſe ſubiecta.
Eũ verò qui puſillũ qd infra angelos diminutus,cernimus Ie
C ſuah propter cruciatum mortis,gloria,& honore coronatũ,
vt per gratiã dei,pro omni guſtaret mortem.Decebat enim
eum,propter quẽ ſunt oĩa,& per quẽ ſunt oĩa,vt multis filiis
in gloriã adductis,principẽ ſalutis illorũ ꝑ afflictiões perfectũ
redderet,qñquidem & q ſanctificat,& qui ſanctificant̃,ex vno Pſalmo.21.
ſunt oẽs.Quã ob cauſam nõ erubeſcit fratres illos vocare,di
cẽs:Annunciabo nomen tuũ fratribus meis,in medio eccleſię Pſalmo.17. Iſaiæ.8.d.
D laudabo te.Et rurſum ego ero fidens in illo.Et iterum:Ecce
ego & pueri,quos mihi dedit deus.Poſteaquã igitur pueri cõ
merciũ habẽt cũ carne,& ſanguine,& ipſe ſimiliter particeps Oſeæ.13.d.
factus eſt eorundẽ,vt ꝑ mortẽ aboleret eũ q mortis habebat 1.Cor.15.
imperiũ,hoc eſt diabolũ,& liberos redderet eos,quicũq; me
tu mortis per oẽm vitã obnoxŋ erãt ſeruituti.Nõ em̃ videli-
cet angelos aſſumit,ſed ſemen Abrahæ aſſumit.Vnde debuit
per oĩa fratribus aſſimilari,vt miſericors eſſet,& fidelis pon-
tifex,in his ad deum forent,ad expiandum peccata populi.
Nã in quo paſſus eſt ipẽ tẽtat⁹,põt & iis q tẽtantur auxiliari.

¶ A uoce & doctrina Chriſti non deflectendum,ne per incredulitatem excludantur regno,ſicuti multi patrum. CAP. III.

A VNde fratres ſancti vocationis cœleſtis participes,conſi
derate apoſtolũ,& principẽ ſacerdotũ cõfeſſiõis noſtrę Nume.12.b.
Chriſtũ Ieſuah,ꝙ fidelis ſit ei q ipſum cõſtituit,quẽadmodũ
& Moſeh in tota domo ipſius.Tantò nanq; maiore gloria,
quàm Moſeh hic dignus eſt habitus,quãtò maiorẽ habet ho
norem is q cõſtruxit domũ,quã ipſa domus.Omnis em̃ do-
mus conſtruitur ab aliquo.Porrò q cõdidit oĩa,deus eſt.Et
B Moſeh quidẽ fidelis fuit in tota domo illius veluti miniſter,
in teſtimoniũ eorũ,quæ poſt dicẽda erãt.At Chriſtus tanquã
fili⁹ fuit in domo ipſi⁹ cui⁹ dom⁹ ſum⁹ nos,ſi audaciã,& glo
riationẽ ſpei,ad finẽ vſq; firmã tenuerim⁹.Quapropter ſicut
dicit ſpirit⁹ ille ſanct⁹.(Hodie ſi vocẽ ei⁹ audieritis,ne obdu-
retis corda veſtra,ſicut in exacerbatiõe,in die tẽtatiõis in de- Pſalmo.94.
ſerto,vbi tentauerũt me patres veſtri,probauerũt me,& vi-
derunt opera mea quadraginta annis.Quapropter infenſus
fui generationi illi,& dixi:Semper erant corde,ipſi verò non
cognouerunt vias meas,ſicut iuraui in ira mea,ſi ingreſſuri
C ſunt in requiem meã.)Videte fratres ne quãdo ſit in vllo ve-
ſtrũ cor prauũ,incredulitate,vt deſciſcat à deo viuẽte,ſed ex-
hortemini vos inuicem quotidie,quoad dies hodiern⁹ vo-
catur,ne qs vobis induret̃ ſeductione peccati,participes enim
facti ſumus Chriſti,ſi ſanè initium ſubſtantiæ,vſque ad finem
D firmum tenuerimus.In hoc quòd dicitur:hodie ſi vocem
eius audieritis,ne obduretis corda veſtra,ſicut in exacerba-
tione.Nam quidam cum audiſſent,exacerbauerunt at nõ
omnes qui profecti fuerant ex Aegypto per Moſeh.Qui-
bus autem infenſus fuit quadraginta annis,nonne iis,qui pec Nume.14.f.
cauerant,quorum membra conciderunt in deſerto?Quibus
autem iurauit,nõ ingreſſuros in reqẽ ſuã,niſi iis q nõ obedie
rãt?Et videm⁹,ꝙ nõ potuerint ingredi ꝑpter incredulitatẽ.

¶ Adhortatur credentes in ſabbati requiem intrare.

CAP. IIII.

A MEtuamus igit̃,ne quãdo derelicta promiſſione intro-
eundi in requiẽ eius,videatur aliquis ex vobis fuiſſe
fruſtratus.Et em̃ nobis annunciatum eſt quẽadmodũ & illis.
At nõ profuit illis ſermo auditionis,ꝙ is non eſſet cũ fide cõ-
mixtus,iis qui audierant.Introimus enim in requiem,nos qui
credimus quẽadmodum dixit:Sicut iurauit in ira mea,ſi in-
B greſſuri ſint in requiem meã,ſcilicet operibus à cõſtitutione
mundi factis.Dixit enim quodam in loco de ſeptĩo die ſic:Et Pſal.94.



Gene.2.a. Supra.3.b. requieuit deus die ſeptimo ab ominibus operibus ſuis.Et in
hoc rurſum:Si introibunt in requiem meam.Poſteaq; igitur
illud reliquum eſt,aliquos introire in eam,& quibus prius an
nunciatum fuit,non introierunt propter incredulitatẽ,rur-
ſum quendam præfinit diem hodie,in Dauid dicens:poſt tã-
tum temporis quẽadmodum dictum eſt:Hodie ſi vocem ei⁹
audieritis,ne obduretis corda veſtra.Nam ſi eis Ieſuah requiẽ
præſtitiſſet,nequaquã de alio poſt hæc die locutus fuiſſet.Ita-
que relinquitur ſabbatiſmus populo dei.Nã qui ingreſſus eſt
in requiem illius,& ipſe requieuit ab operibus ſuis,quemad-
modum à ſuis deus.Studeam⁹ igitur ingredi in illam requiẽ,
ne quis eodem cõcidat incredulitatis exemplo.Viuus eſt em̃
ſermo dei,& efficax,& penetrãtior quouis gladio bicipiti,ac
pertingens vſq; ad diuiſionem animæ,ſimul ac ſpiritus,com-
pagumq;,& medullarũ,& diſcretor cogitationũ,& intẽtio-
num cordis:nec eſt vlla creatura,& quæ non manifeſta ſit in
conſpectu illius.Sed omnia nuda,& reſupinata oculis eius,ad
Eccl.15.d. quem nobis eſt ſermo.Habentes igitur pontificem magnum
Pſalmo.33. qui penetrauit cœlos,Ieſuah filium dei,teneamus cõfeſſionẽ.
2.Co.3.b. Non enim habemus pontificem,qui non poſſit compati in-
D firmitatibus noſtris,ſed tentatum per omnia,iuxta ſimilitu-
dinem abſq; peccato.Accedamus igitur cum fiducia ad thro
num gratiæ,vt conſequamur miſericordiam,& gratiam in-
ueniamus ad oportunum auxilium.

¶ Iubet ne fiduciam noſtram niſi in unum Chriſtum Ieſuah conſiciamus, cui & pontificis nomen adaptat. CAP. V.

A NAm omnis princeps ſacerdotum q ex hominib⁹ aſſu
mitur,pro hominibus conſtituitur,in his quæ ad deũ
ſunt,vt offerat donaria & victimas ꝑ peccatis,moderatè fer-
re valens ignorantes,& errantes,quandoquidem & ipſe circũ
datus eſt infirmitate.Et propter hanc debet,quemadmodum
B pro populo,ita & ſeipſo immolare pro peccatis.Nemo ſibi-
ipſi vſurpat honorem,ſed qui vocatur à deo,quemadmodũ
& Aharõ.Ita & Chriſtus non ſemetipſum glorificauit,vt fie-
ret princeps ſacerdotum,ſed is qui dixerat illi:Filius meus es
tu,ego hodie genui te.Sicut & alibi dicit:Tu es ſacerdos in
æternum ſecundum ordinem Malchiſedec.Qui in dieb⁹ car
C nis ſuæ,cum & precationes & ſupplicationes apud illum,qui
1.Par.23.b. Pſalmo.2. poterat ipſum à morte ſeruare,cũ clamore valido & lachry-
Pſal.109. mis obtuliſſet,& exauditus eſſet à pietate,tametſi filius erat,ta
men didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam,ac perfect⁹ red
ditus omnibus qui ſibi obedierunt,fuit cauſa ſalutis æternæ,
cognominat⁹ à deo prĩceps ſacerdotũ ſecũdũ ordinẽ Merchi
ſedec,de quo multus nobis ſermo,& interpretatu difficilis ad
D dicendum,quandoquidem ſegnes facti eſtis auditiõibus.Et-
enim cum debeatis propter tẽp⁹ doctores eſſe,rurſum opus
habeatis,vt doceamus vos quæ ſint elementa initŋ eloquiorũ
dei:factiq; eſtis ŋ,quibus lacte ſit opus,& non ſolido cibo.Nã
quiſquis lactis eſt particeps,is inexpertus eſt ſermonis iuſtitię,
infans enim eſt.Porrò perfectorum eſt ſolidus cibus,nempe
horum,qui propter aſſuetudinem,ſenſus habent exercitatos
ad diſcretionem boniq; ac mali.

¶ Rudimentis Chriſtianæ fidei ſemel inſtructi non relabamur ad priſtina uitia,uerum indies ad meliora tentamus.

CAP. VI.

A QVapropter omiſſo exordŋ Chriſti ſermone,ad perfe
2.Petr.3.d. ctionem feramur,non rurſum fundamẽtum iacentes
pœnitentiæ ab operibus mortuis,& fidei in deum,baptiſma
tum,doctrinæ,ac manuũ impoſitionis,& reſurrectiõis mor-
tuorum,& iudicŋ æterni.Atq; id faciemus,ſiquidem permiſe
rit deus.Nam fieri non poteſt,vt qui ſemel fuerint illumina-
ti guſtauerintq; donũ cœleſtæ,& participes facti fuerint ſpiri-
tus ſancti,guſtauerintq; bonum dei verbum ac potẽtias fu-
turi ſeculi,ſi prolabantur,denuo renouentur per pœnitẽtiã,
recrucifigentes ſibimet ipſis filium dei,& diffamantes.Siqui-
B dem terra quæ biberit imbrem ſæpius in ſe venientem,& ꝑ-
genuerit herbam accomodam eis,per quos & colitur,recipit
benedictionem à deo.At quæ produxerit ſpinas,& tribulos,
reproba eſt,maledictioni confinis,cuius finis eſt in combu-
ſtionem.Cæterum perſuaſimus nobis de vobis delecti,quæ
his ſint meliora,& adhęrẽtia ſaluti,tametſi ita loquamur.Nõ
enim iniuſtus eſt deus,vt obliuiſcatur operis veſtri,& laboris
ex charitate ſuſcepti,quam exhibuiſtis erga nomẽ illius q mi-
C niſtraſtis ſanctis,& miniſtratis.Cupimus autem,vt vnuſquiſq;
veſtrum idem præſtet ſtudium ad plenam ſpei certitudinem Gene.22.c.
vſq; ad perfectionem,ne ſitis imbecilles,ſed imitatores eorum
qui per fidem,ac longanimitatem hæreditate accipiunt ꝑmiſ
ſiones.Deus enim pollicitus Abrahæ,cum non poſſet ꝑ quẽ-
quam maiorem iurare,iurauit per ſeipſum,dicens:Niſi bene
dicens bñdixero tibi,& multiplicans multiplicauero te.Atq;
ita cum longanimiter expectaſſet,conſecutus eſt promiſſum.
D Nam homines quidem per eum iurãt qui ſit maior,atq; iiſdẽ
controuerſiæ finis in confirmationem eſt iuſiurandum.Qua
in re exuberantius volẽs deus oſtendere hęredibus ꝑmiſſiõis
firmitatem conſilŋ ſui,interpoſuit iuſiurandum,vt per duas
res immutabiler,in quibus impoſſibile eſt mentiri deum,va-
lidam conſolationem haberemus,qui confugimus,vt tene-
remus propoſitam ſpem,quam velut anchorã tenemus ani-
mæ cum tutam,tum firmam,& introeuntem vſq; ad ea,quę
ſunt intra velum,vbi præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ie-
ſuah iuxta ordinem Malchiſedec princeps ſacerdotum fact⁹
in æternum.

¶ Quanto præſtantius ſacerdotium Chriſti,ad ſacerdotium uetus,a perſona et miniſterio,admonẽs ut Chriſto ſacerdoti obtẽperemus.

CAP. VII.

A NAm hic erat Malchiſedec rex Salem,pontifex dei altiſ- Gene.14.d.
ſimi,qui occurrit Abrahæ,reuertenti à cæde regum,
& bñdixit illi,cui decimas ex omnibus impartitus eſt Abra-
ham,qui primum quidẽ interpretatur rex iuſtitiæ,deinde ve-
rò etiam rex Selem,quod eſt rex pacis,ſine patre,ſine matre,ſi
ne genealogia,nec initium dierum,neque vitæ finem habens,
ſed aſsimilatus filio dei,manet ſacerdos in perpetuum.Specu
lamini verò quãt⁹ hic fuerit,cui etiam decimas dederit Abra
ham patriarcha de primitiis frugum.Atq; ŋ quidem,qui ꝙ
ſint de numero filiorum Leui ſacerdotŋ functionem ſumunt
B præceptum habent vt decimas accipiant à populo iuxta le-
gem,hoc eſt,& fratribus ſuis,licet egreſſis ex lumbis Abrahę.
At is cuius genus non recẽſet̃ ex illis decimas accepit ab Abra
ham.& habenti promiſſiones benedixit.Porrò ſine omni cõ
trouerſia quod min⁹ eſt,ab eo quod magis eſt bñdicitur.At-
que hic quidem homines,qui moriuntur,decimas accipiũt.
illic autem is de quo teſtatum eſt,quod viuat:& vt ita dixe-
rim,in Abraham etiam ipẽ Leui,qui decimas accipit,decima
tus eſt.Nam is adhuc in lumbis patris erat,cum occurreret
Abrahæ Malchiſedec.Proinde ſi conſummatio per Leuiticũ
ſacerdotium erat,ſiquidem per hoc populus legem accepe-
rat,quid prætereafuit opus alium exoriri ſacerdotem,qui ſe-
C cundum ordinationẽ Malchiſedec,& non ſecundum ordinẽ
Aharon diceret̃?Quãdo quidem tranſlato ſacerdotio,neceſ-
ſe eſt,vt legis quoq; tranſlatio fiat.Nam is de quo dicunt̃ hęc,
ad aliam tribum pertinet,de qua nullus altari aſtitit.Palã eſt
em̃,ꝙ è tribu Iehudah exhortus ſit dominus noſter.At nihil
locutus eſt de ſacerdotio Moſeh,quod ad hanc tribum perti
neat.Idq; magis etiam liquet,ſiquidem ad ſimilitudinem Mal
chiſedec exoritur ſacerdos alius,qui non iuxta legem manda-
ti cardinalis factus ſit,ſed iuxta potentiam vitæ indiſſolubilis.
Teſtificatur enim:quod tu es ſacerdos in æternum ſecundũ
ordinẽ Malchiſedec.Abrogatio ſiquidem fit præcedentis ꝑ-
cepti propter eius imbecilitatem,& inutilitatem.Nam nihil
ad perfectionem adduxit lex:introductio autẽ erat melioris
ſpei per quam appropinquamus deo,atque hoc inquantũ
non abſq; iureiurando fuit.Nam illi quidem citra iuſiurãdũ
D ſacerdotes facti ſunt:hic verò cũ iureiurando,per eũ qui dixit Pſalmo.109.
ad illum:Iurauit domin⁹,& non pœnitebit eum,tu ſacerdos

in æternum ſecundum ordinationem Malchiſedec. Tanto po
tioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſuah, & illi quidẽ plures
facti fuerunt ſacerdotes, propterea quòd per mortem non ſi-
nerentur permanere. At hic quod idem maneat in æternum,
perpetuum ſacerdotium, vnde & ſaluos facere ad plenũ po-
teſt qui per ipſum adeunt deum ſemper viuens, ad hoc vt in-
terpellet pro illis. Talis enim decebat vt eſſet nobis princeps,
ſacerdotum pius, innocens, impollutus, ſegregatus à peccato-
ribus, & ſublimior cœlis factus: cui non ſit quotidie neceſſe,
quẽadmodum illis principibus ſacerdotum, prius pro pro-
priis peccatis victimas offerre, deinde ꝓ peccatis populi. Nã
id fecit ſemel, cum ſemetipſum obtulit. Siquidem lex homines
conſtituit principes ſacerdotum habentes infirmitatem. Por
rò ſermo iuriſiurandi, qui poſt legem fuit, filium conſtituit in
æternum conſummatum.

¶ Colligit dicta, quibus diſcernit ſacerdotium Chriſti a Leuitico, & quæ diffe-
rentia ex officio & oblationibus & tabernaculo.

CAP. VIII.

A SVmma verò in his quæ dicuntur hæc eſt: Talem habemꝰ
principem ſacerdotũ qui conſedit ad dexterã throni ma-
ieſtatis, in cœlis ſanctorum adminiſtrator, ac veri tabernaculi,
quod fixit dñs, & non homo. Omnis enim princeps ſacerdo-
tum ad offerendum, donariaq; & victimas cõſtituit, vnde ne-
B ceſſe eſt, vt hic etiam habeat aliquid quod offerat. Nã ſi eſſet
Exodi 15. d. Actuũ.7.f. in terra, ne ſacerdos quidem eſſet, vbi ſunt ſacerdotes qui offe
runt iuxta legem donaria, qui quidem exemplari, & vmbræ
deſeruiunt cœleſtium, quemadmodum oraculo reſponſum
eſt ipſi Moſeh cum eſſet abſoluturus tabernaculũ. Nam, vide
(inquit), vt facias omnia ſecundum exemplar, quod oſtẽſum
eſt tibi in monte. Nunc verò hoc excellentius ſortitus eſt ſacer
dotium, ꝙ prę̃ſtantioris eſt teſtamẽti mediator, quod in præ-
C ſtantioribus promiſſis ſancitum eſt. Etenim ſi prius illud fuiſ-
Ierem.31.e. ſet irreprehenſibile haudquaquam fuiſſet alterius quæſitus lo
cus. Nã incuſans eos loquitur illis: Ecce dies venient dicit dñs,
& conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iehu-
dah, teſtamentum nouũ, non iuxta teſtamentum quod feci pa
tribus illorum, in die cum apprehenderem manum illorum,
vt educerem eos ex Aegypto, quoniam ipſi non perſtiterunt
D in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Nã hoc
eſt teſtamentum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos,
dicit dominus: dans leges meas in mẽtem illorum, & in corde
illorum inſcribam illas, & ero illis in deum, & ipſi erũt mihi in
populum. Et non docebunt quiſq; proximum ſuum, & vnuſ-
quiſq; fratrem ſuum, dicentes: Cognoſce dominum, ꝙ omnes
cognituri ſint me, ab eo qui puſillus fuerit inter eos, vſq; ad eũ
qui magnus eſt inter illos, quoniam placatus ero ſuper iniuſti
tiis illorum, & peccatis eorum, & iniquitatum illorum non re
cordabor amplius. Per hoc quod dicit nouũ, antiquauit priꝰ.
Porrò qđ antiquat, ac ſeneſcit, in ꝓpinquo eſt vt euaneſcat.

¶ Comparatio ueteris teſtamenti cum nouo, in quo potior Chriſtus Moſeh.

CAP. IX.

A IGitur habebat quidẽ etiã prius illud, iuſtificationes, cultꝰ,
Exodi.26.a. 39.a. ac ſanctum mundanum. Siquidem tabernaculum factum
fuit primum, in quo erant lucernæ, & mẽſa, & propoſitio pa-
num quæ dicitur ſancta. Poſt ſecundum autem velum erat ta
bernaculum, quod dicitur ſancta ſanctorum, aureum habens
thuribulum, & arcam teſtamenti, vndiq; circuntectam auro,
in qua vrna aurea habens manna, & virga Aharon, quæ ger-
B minauerat, & tabulæ teſtamenti. Supra hanc autẽ Cherubim
gloriæ, obumbrantia propiciatoriũ, de quibus non eſt nũc di
cendum ſingulatim. His autem ad hunc ordinatis modum, in
primis quidem tabernaculum ſemper ingrediuntur ſacerdo-
tes, qui ſacrorum ritus peragant, in ſecũdum autẽ ſemel quo-
tãnis ſolus princeps ſacerdotum, non ſine ſanguine, quem of-
fert pro ſeipſo, & pro populi ignorantiis. Illud ſignificante ſpi
ritu ſancto, nondum manifeſtatam eſſe ſanctorum viam, ad-
huc priore tabernaculo conſiſtente, quæ erat ſimilitudo pro

C tempore tum præſente, in quo dona, ſacrificiaq; offerunt̃, quę
non poſſint iuxta conſcientiam perfectum reddere cultorem,
in cibis dumtaxat, & portionibus, & diuerſis ablutionibꝰ, ac
iuſtificationibus carnis, vſq; ad tempus correctionis impoſi-
ta. At Chriſtus accedens princeps ſacerdotum futurorum bo
norum, per maius, & perfectius tabernaculum, non manu fa-
ctum, hoc eſt, non huius ſtructuræ, neq; per ſanguinem hirco-
rum, ac vitulorum, ſed per proprium ſanguinem ingreſſus eſt Leuit.16.e.
D ſemel in ſancta, æterna redemptione reperta. Nam ſi ſanguis 1.Petri.1.d. 1.Iohan.1.b.
taurorũ, & hircorum, & cinis iuuẽcę, aſpergẽs inquinatos, ſan Apoc.1.b.
ctificat ad carnis purificationem, quantò magis ſanguis Chri- 1.Petri.31.g. Roma.5.b.
ſti, qui per ſpiritum æternum ſeipſum obtulit immaculatum
deo, purgabit conſcientiam veſtrã a mortuis operibus, ad ſer
E uiendum deo viuenti? Et ob id noui teſtamenti mediator eſt
vt morte intercedente, ad redemptionem earum præuarica-
tionum, quæ fuerant ſub priori teſtamẽto, iĳ qui vocati ſunt
promiſſionem accipiant æternæ hæreditatis. Siquidẽ vbi te-
ſtamentum eſt, mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris. Nam te-
ſtamentum in mortuis ratum eſt, quandoquidẽ nondum va-
let cum viuit teſtator. Vnde ne prius quidem illud abſq; ſan-
F guine dedicatum fuit. Cum enim Moſeh, omne præceptum Exodi.24.c
iuxta legem expoſuiſſet omni populo, ſumpto ſanguine vitu-
lorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccina, & hyſſopo, ſi-
mul & ipſum librum, & totum populum aſperſit, dicens: Hic
eſt ſanguis teſtamenti, quod mandauit nobis deus. Inſuper au
tem & tabernaculum, & omnia vaſa miniſterĳ, ſanguine con-
ſimiliter aſperſit. Et omnia ferè ſecundum legem ſanguine pu-
rificantur, & abſq; ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Itaque
neceſſe eſt vt exemplaria quidem eorum quæ ſunt in cœlis, hi-
ſce rebus purificentur. Cæterum ipſa cœleſtia potioribꝰ quã
hę ſint, victimis mũdẽtur. Nõ em̃ in manu facta ſctã ingreſſus
G eſt Chriſtus, exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum, vt ap-
pareat nunc in conſpectu dei pro nobis, vt ſæpius offerat ſe-
metipſum, quemadmodum ſummus pontifex ingredit̃ in ſan
cta ſingulis annis per ſanguinem alienum. Alioqui oportuiſ-
ſet illum ſæpius paſſum fuiſſe a conſtitutione mundi. Nunc
autem ſemel, ſub conſummationem ſeculorum, ad profliga-
tionem peccati, per immolationem ſuiipſius apparuit. Et qua
tenꝰ illud manet omnes homines, vt ſemel moriant̃, poſt hoc
autem iudicium, ita & Chriſtus ſemel oblatus, vt multorum Roma.5.b.
peccata tolleret, rurſus abſq; peccato conſpicietur, iis qui illũ 1.Petri.3.c.
expectant in ſalutem.

¶ Chriſtum eſſe uerum & ſacerdotem, & ſacrificium qui nos ſemper deo reconci-
liare ac ſaluare poſſit.

CAP. X.

A NAm lex vmbram obtinens futurorum bonorum, nõ
ipſam imaginẽ rerũ, his hoſtiis, quas ſingulis annis eaſ- Leuit.17.c.
dẽ cõtinẽter offerũt, nunquã põt accẽdẽtes pfectos reddere.
Alioqui nõne deſiiſſent offerri? Porpterea ꝙ nullã iã habuiſ-
ſent conſcientiam peccatorum qui ſacrificaſſent, ac ſemel pur
gati eſſent. Atqui in iſtis commemoratio fit peccatorũ quotã
nis, Non em̃ põt ſanguis taurorũ, & hircorũ auferre peccata.
Quapropter cum ingreſſurus eſt mũdum, dicit: Sacrificiũ, &
oblationẽ noluiſti, corpꝰ aũt aptaſti mihi, holocautomata & Pſalmo.39.
B pro peccato nõ cõprobaſti: Tũc dixit: Ecce adſum (in capite li Pſalmo.1.
bri ſcriptũ eſt de me) vt faciã deꝰ volũtatẽ tuã. Superius cũ di-
cit, ſacrificium: & oblationem, & holocautomata, & pro pec-
cato noluiſti, neq; cõprobaſti, quæ iuxta legẽ offerunt̃, tunc di
xit: Ecce adſum, vt faciam deus volũtatem tuam: tollit prius,
vt poſterius ſtatuat: per quam voluntatem ſanctificati ſumus
per oblationẽ corporis Ieſuah Chriſti ſemel peractam. Et oĩs
qdẽ ſacerdos aſſiſtit quotidie, ſacra peragẽs & eaſdẽ ſæpiꝰ of-
ferens hoſtias, q̃ nũquã poſſint auferre peccata. Hic verò, vna
ꝓ peccatis oblata victima, ꝑpetuò ſedet ad dexterã dei, id qđ
ſupereſt expectãs, donec ponant̃ inimici ipſius, ſcabellũ pedũ
C eius. Vnica enim oblatione perfectos effecit in perpetuum, Pſalm. 609. 1.Cor.15.d.
eos qui ſanctificant̃ teſtificat̃ autẽ nobis & ipſe ſpiritꝰ ſanctꝰ,
nimirum cum prædixerit, hoc eſt teſtamentum, quod cõdam
erga



erga illos poſt dies illos, dicit dominus, dans leges meas in cor
de illorum, & in mentibus illorum inſcribam eas, & peccato-
Ierem.31.f. Supra.8.e. rum atq; iniquitatem illorum non recordabor amplius. Por
D rò vbi horum eſt remiſſio, non eſt amplius oblatio pro pec-
cato. Cum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi in ſan
cta, per ſanguinem Ieſuah, ea via quam dedicauit nobis recen
tem, ac viuentem, per velamentum, hoc eſt per carnem ſuam,
cumq; habeamus ſacerdotem magnum præfectũ domui dei,
accedamus cum vero corde, in certitudine fidei, aſperſi cordi-
bus, ac depulſa conſcientia mala, & abluti corpore, aqua pu-
ra teneamus confeſſionẽ ſpei, non vacillantem (fidelis enim q
promiſit) & conſideremus nos inuicẽ, in hoc vt prouocemꝰ
ad charitatem & bona opera, non deſerentes aggregationem
noſtri mutuam, ſicuti mos eſt nonnullis, ſed adhortantes inui
E cem, idq; hoc magis ꝙ videtis appropinquantem diem. Nã
Supra.6.a. ſi volentes peccauerimus poſt acceptã cognitionem verita-
tis, non vltra pro peccatis reliqua eſt hoſtia, ſed formidabilis
quædam expectatio iudicĳ, & ignis vehementia, qui deuora
Deut.17.b. Matth.18.d. turus eſt aduerſarios. Qui aſpernatus fuerit Moſeh legẽ, abſq;
Iohan.8.c. 1.Cor.13 a. miſericordia ſub duobus, aut tribus teſtibus moritur. Quan-
to putatis peioribus afficietur ſuppliciis, qui filium dei cõcul-
carit, & ſanguinem teſtamenti profanum duxerit, per quẽ fue
F rat ſanctificatus, & ſpiritum gratiæ contumelia affecerit? No-
Deute.32.e. uimus enim eum qui dixit: Mihi vindicta, ego retribuam, di-
Roma.12.d. cit, dñs. Et rurſum: Dominus iudicabit populum ſuum. Hor
rendum eſt incidere in maus dei viuentis. Redeant autẽ vo-
bis in memoriam ſuperiores dies, in quibus illuminati, ingẽs
certamen ſuſtinuiſtis afflictionũ partim quidem, dum & pro-
bris, & preſſuris affecti, ſpectaculo fuiſtis omnibus: partim dũ
conſortes ita conuerſantium facti eſtis. Siquidẽ & afflictionũ,
quæ ex vinculis meis contigerũt participes fuiſtis, & direptio
nem facultatum veſtrarum cum gaudio accepis, ſcientes vos
habere in vobis potiorem ſubſtantiam in cœlis, ac manen-
tem. Ne abieceritis igitur fiduciam veſtram, quæ magnam ha
G bet præmĳ retributionem. Nam patiẽtia vobis eſt opus, vt
Abac.2.a. vbi voluntatem dei peregeritis, reportetis promiſſionẽ. Ad-
Rom.1.a. huc enim perpuſillum temporis, & qui venturus eſt veniet,
Galat.3.b. & non tardabit. Iuſtus aũt ex fide viuet: & ſi ſe ſubduxerit, nõ
cõplacebit anima mea in illo. At nos non ſumus ſeductionis
in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

¶ Fidei deſinitio, eiuſq; per uaria exempla ſcripturarum commendatio, co
hortatio ad patientiam, moreſq; Chriſto dignos. CAP. XI.

A EST autem fides earum rerum quæ ſperantur [a] ſubſtantia,
Gene.1.a. argumentũ eorũ quæ nõ vidẽtur. Per hãc enim teſtimo
a eſſentiale fundamẽtum. niũ meruerunt ſeniores. Per fidem intelligimus pfecta fuiſſe ſe
cula verbo dei, vt ex his quæ nõ apparebãt, ea q̃ videntur, fie-
rent. Per fidem vberiorẽ hoſtiam Hebel obtulit deo, quã Ca-
in, per quã teſtimoniũ meruit ꝙ eſſet iuſtus, teſtimonium per-
Gene.4.a. hibente de donariis illius deo, & per hanc mortuus adhuc lo-
Matt.23.d. Gene.5.c. quitur. Per fidem Chanoch fuit trãslatus ne videret mortem,
Ecci.44.c. nec fuit inuentus, propterea ꝙ tranſtulerat illum deus: Nam
ante tranſlationẽ eius teſtimonio comprobatus eſt placuiſſe
deo. At ſine fide impoſſibile eſt illi placere. Credere em̃ opor-
B tet illum qui accedit ad deum, ꝙ deus ſit: & quod iis qui exq-
runt eũ, mercedis retributor ſit per fidem Admonitus oracu
lo Noach, ea quæ nondum videbantur, veritus, apparauit ar
Gene.16.c Ecci.44.c. cam ad ſalutem domus ſuæ, per quam arcã condemnauit mũ
dum, & eius quæ ſecundum fidem eſt, iuſtitię factus eſt hæres.
Per fidem appellatus Abraham obediit, vt exiret in locũ quẽ
Gene.22.a. accepturus erat in hæreditatẽ, & exiuit, neſciens quo eſſet ven
turus. Per fidem cõmigrauit in terrã promiſſionis veluti pere
Gene.18.a. grinã, cũ in tabernaculis habitaſſet cũ Iſchach & Iahacob, co-
hæredibus eiuſdem promiſſionis. Expectabat em̃ habentem
fundamenta ciuitatem, cuius opifex, & cõditor eſt deus. Per fi
dem & ipſa Sarah vim ad concupiſcendum, ac retinendum
Gene.17.c. ſemen accepit, ac præter ætatis rationem peperit, ꝙ fidelẽ iu-
C dicaret eũ qui promiſerat. Quapropter & ex vno nati ſunt

& id iam ferme emortuo ſicut ſunt ſtellæ cœli in multitudine,
& velut arena quæ eſt iuxta littus maris innumerabilis. Iuxta
fidem mortui ſunt hi oẽs, cũ non accepiſſent promiſſiões, ſed
procul eas vidiſſent, & credidiſſent, ſalutaſſentq;, & cõfeſſi fuiſ
ſent, ſe hoſpites, atq; aduenas eſſe in terra. Nam hæc qui dicũt,
declarãt ſe patriam inquirere. Et ſi illius quidẽ memores fuiſ-
ſent vnde fuerant profecti, habebãt opportunitatem reuertẽ
di. Nunc autem meliorem expetunt, hoc eſt cœleſtem. Qua-
D propter non erubeſcit ipſe deus, vocari deus illorum, paraue
rat enim illis ciuitatem. Per fidẽ obtulit Abraham Iſchac, cũ Gene.12.a. Ecci.44.d.
tentaretur, & vnigenitum obtulit, in quo promiſſiones acce- Gene.12.b. Roma.9.g.
pit, ad quem dictum fuit: in Iſchac vocabitur tibi ſemẽ, cum Gen.27.d.
perpendiſſet, ꝙ & à mortuis ſuſcitare poſſet deus, vnde ipm Gene.48.c. Exodi.2.a.
in ſimilitudine accepit. Per fidẽ de futuris benedixit Iſchac ipſi Exodi.1.c.
Iahacob & Heſau. Per fidem, Iahacob moriens, ſingulis filiis Exodi.1.c.
Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ illius. Per fidẽ,
Ioſeph moriens, de egreſſione filiorum Iſrael meminit, deq;
oſſibus ſuis mandauit. Per fidem, quum natus eſſet Moſeh oc
E cultatus eſt menſes treis, à parentibus ſuis propterea ꝙ vide-
rent elegantem puellum, nec veriti ſunt edictum regis. Per fi-
dem, Moſeh iam grandis, renuit vocari filius filiæ Parhonis,
potius eligens ſimul malis affici cum populo dei, quàm tem-
porariam habere peccati fruitionem, maiores arbitratus di-
uitias probrum Chriſti, quam Aegyptorum theſauros. Re-
ſpiciebat enim in mercedis remuneratione. Per fidem reliq̃t Exodi.12.b Exodi.14.c.
Aegyptum, haud veritus furorem regis. Eum qui inuiſibilis
eſt perinde ac ſi videret, tolerauit. Per fidem fecit peſach, & ef-
fuſionem ſanguinis: ne is qui perimebat primogenita, tange-
ret ipſos. Per fidem, tranſierunt rubrum mare, veluti per ſic- Ioſue.6.c.
cam terram, quod quum tentaſſent Aegyptĳ, abſorpti ſunt. Ioſue.6.d. Ioſue.2.d.
Per fidem mœnia Ierecho ceciderunt, circundata ad dies ſe-
ptem. Per fidem Rachab meretrix non periit vna cum iis qui
non obedierant, cum excepiſſet hoſpitio exploratores paci-
F fice. Et quid præterea loquor? Deficiet enim me tempus
commemorantem de [a] Ghidhon, de Barac, & Simſom, &
Iphtach, necnõ Dauid & Semuele, ac prophetis, qui per fidẽ
expugnauerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, aſſecuti ſunt ꝓ-
miſſiones, occluſerunt ora leonum, extinxerunt vim ignis, fu-
gerunt acies gladĳ, potentes facti ſunt ex imbecillitate, effecti
ſunt robuſti in bello, caſtra inclinarunt exterorum. Accepe
runt mulieres ex reſurrectione mortuos ſuos. Alĳ verò di-
ſtenti ſunt, quum non ſuſcepiſſent redemptionem, vt potio-
G rem aſſequerentur reſurrectionem. Alĳ verò ludibriis, & fla-
gris experimentum acceperũt inſuper & vinculis, & carcere,
lapidati ſunt, diſſecti ſunt, tentati ſunt, occiſione gladĳ occu-
buerunt, oberrarunt in pellibus ouillis, & caprinis pellibus,
deſtituti: preſſi, afflicti, quibus indignus erat mundus, in deſer
tis errãtes, & montibus, ac ſpeluncis, & cauernis terræ. Atque
omnes hi teſtimonio comprobati per fidem, non acceperũt
promiſſionem, quod de nobis melius quiddam prouiderat,
ne ſine nobis conſummarentur.

[a] ad carnalẽ Hebræorum populũ ſcribẽs apoſtolꝰ carnaliũ etiã hominũ, nec omniuo probatorũ fidem cõmendat: eo qđ pie aliqñ uixerint, & mundanæ fidei teſtimonia ediderit, ut uel hinc cœleſtis noſtra in Chriſtũ fides commendabilior euadat.

¶ Abiiciendum quicquid nos a uia Chriſti remorari poſſit, exemplo Chri
ſti, qui ſpretis omnibus mundi illecebris etiam crucem ſubiuit.

CAP. XII.

A PRoinde & nos tantam habentes circumpoſitam nubẽ
teſtium, depoſito onere omni, & facile circunſtante pec- Roma.6.a. Coloſ.3.b.
cato, per tolerantiam curramus in propoſito nobis certami Ephe.4.e. 1.Pe.2.&4.a.
ne, reſpicientes ad fidei principem, & conſummatorem Ieſu- Prouer.3.b.
ah, qui propoſito ſibi gaudio, pertulit crucem pudore cõtem Apoc.3.d.
pto, & ad dexteram throni dei ſedit. Reputate em̃ quod is ta-
lem ſuſtinuerit à peccatoribꝰ aduerſus ſe contradictionem, ne
defatigaremini animis veſtris deficientes. Nondũ vſq; ad ſan-
B guinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes, & obliti
eſtis conſolationis, quæ vobis tãquã filiis loquitur: Fili mi, ne
neglexeris correptionem domini, neq; deficias, quũ ab eo ar-
gueris. Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem
omnem filium, quem recipit. Si caſtigationẽ ſuſtinetis, veluti

C filiis vobis offert ſe deus.Quis enim eſt filius quem non caſti-
gat pater?Quòd ſi alieni eſtis à caſtigatione,cuius participes
facti ſunt omnes,igitur ſpurij eſtis,non filij.Itaq; cũ carnis no-
ſtræ patres habuerimus caſtigatores,& reueriti ſimus illos,an
nõ multo magis ſubiiciemur patri ſpirituũ,& viuemus? Atq;
illi quidem ad paucos dies,pro arbitratu ſuo nos erudiebãt,
hic autem ad commodũ,vt participes nos efficeret ſanctimo
niæ ſuæ.Omnis autem caſtigatio in præſens quidem,nõ vide
tur eſſe gaudij,ſed mœreris.At poſtea fructum pacatum iu-
ſtitiæ reddit iis,qui per illam fuerint exercitati.Quapropter
manus remiſſas,& genua ſoluta ſurrigite,& greſſus rectos fa-
D cite pedibus veſtris,ne id quod claudum eſt,aberret,imo ſa-
Roma.12.d. netur potius.Pacem ſectemini cum omnib⁹,& ſanctimoniã,
ſine qua nemo videbit dominum,conſiderantes,ne quis ſit q
deficiat à gratia dei,ne qua radix amarulẽtiæ,ſuppullulãs ob-
Gene.25.d. turbet,& per hanc inquinentur multi:ne quis fornicator aut
Gene.26.f. profanus,velut Heſau,qui vnico edulio permutauit ius pri-
E mogeniti.Scitis em̃ q & poſtea quum vellet hęreditario iure
Exodi.20.c. benedictionem aſſequi,reprobatus ſit.Non enim reperit pœ
nitentiæ locum,tametſi cum lachrymis queſiuiſſet eam.Non
em̃ acceſſitis ad contactum montem,& incenſum ignem,ac
turbinem,& caliginem,procellam,tubæq; ſonitum,& vocẽ
Exod.19.c. verborum,quam qui audierãt,deprecati ſunt,ne ſibi addere-
tur ſermo.Non enim ferebant quod iubebatur:Si beſtia teti-
gerit montẽ,lapidabitur,aut iaculo configetur,& adeo terri-
F bile erat viſum quod apparebat,Moſeh dixit,Expauefactus
ſum,ac tremebundus,ſed acceſſitis ad montem Siion,& ad ci
uitatem dei viuentis,Ieruſalaim cœleſtem,& ad innumerabi-
lium angelorum cœtum,& ad concionẽ primogenitorum,
qui conſcripti ſunt in cœlis,& ad iudicem vniuerſorũ deum,
& ad ſpiritus iuſtorum perfectorũ,& ad noui teſtamenti me-
diatorem Ieſuah,& ad ſanguinem aſperſionis,meliora loquẽ
tem,quàm Hebel.Videte ne aſpernemini eum qui loquitur,
nam ſi illi non effugerunt,qui auerſabantur eum qui oracu-
la loquebatur in terra,multo magis nos,ſi eũ qui de cœlis eſt,
auerſemur,cuius vox tum concuſſit terram,ac nunc denũcia-
G uit dicens:Adhuc ſemel ego concutio,non modo terram ve-
Aggei.2.b. rumetiam cœlum.Porrò illud,adhuc ſemel,ſignificat eorum
quæ concutiuntur translationẽ,vt pote quæ facta ſint,vt ma
neant ea quæ non cõcutiuntur.Quatropter regnum aſſumẽ-
tes quod concuti non poſſit,gratiam habem⁹ per quã ita co-
lamus deum,vt illi placeamus cum reuerentia,& religione.

❡ Adhortatio ad uaria piaq; officia inuicẽ pręſtanda,auaritiam & doctrinas exoticas fugiendas,quibus hoſtiis deum p Chriſtum demereamur. CAP. XIII.

A Etenim deus noſter ignis conſumens eſt.Fraterna chari-
Deut.4.d. tas maneat.Hoſpitalitatis ne ſitis immemores.Per hanc
Roma.12.c. enim latuerunt quidam hoſpitio excipientes angelos.Memo
1.Petri.4.c. res eſtote vinctorum,tanquã vnà cum illis vincti,eorum qui
affliguntur,tanquã & ipſi ſitis in corpore.Honorabile eſt in-
ter omnes coniugium,& cubile impollutũ.Fornicatores aũt
& adulteros iudicabit deus.Sint mores alieni ab auaritia,con
Ioſue.1.a. tenti iis quæ adſunt.Siquidem ipſe dixit:Non te deſero,neq;
Pſal.no.117. B derelinquo,vt fidẽtes dicamus,dñs mihi auxiliator,nec time
bo quid faciat mihi homo.Memores eſtote eorũ q præſunt
vobis,qui locuti ſunt vobis ſermonem dei,quorum imitemi
ni fidem,conſiderantes qui fuerit exitus cõuerſationis illorũ.
Ieſuah Chriſtus heri,& hodie,ipſe in ſecula.Doctrinis variis,
ac peregrinis ne circunferamini.bonum eſt enim gratia ſtabili
ri cor,non eſcis quæ non profuerunt iis qui verſati ſunt in il-
Nume.19.a. lis.Habemus altare,de quo nõ eſt fas edere,iis qui tabernacu-
lo deſeruiunt.Animalium enim quorum ſanguis infertur p
peccato,in ſancta per ſummum pontificem,horum corpora
cremantur extra caſtra.Quapropter & Ieſuah vt ſanctificaret
per proprium ſanguinem populum,extra portã paſſus eſt.
C Exeamus igitur ad eum extra caſtra,opprobrium eius portã
tes.Non enim habemus hic manentem ciuitatẽ,ſed futuram
inquirimus.Per ipſum igitur offeramus hoſtiã laudis ſemper
deo hoc eſt fructum labiorum,confitentium nomini ei⁹.Cæ
terum beneficientiæ,& communicationis ne obliuiſcamini.
Talibus enim victimis conciliatur.Parete iis qui præſunt vo
bis,& ſubditi eſtote,ſiquidem illi vigillant pro animabus ve-
ſtris,tãquam rationem reddituri,vt cum gaudio hoc faciãt,
& non gementes,nam id eſt inutile vobis.Orate pro nobis:
cõfidimus em̃,q bonã habemus cõſciẽtiã inter oẽs cupientes
honeſtè cõuerſari.Magis autẽ obſecro vos,vt id faciatis,quo
D celerius reſtituat vobis.Deus aũt pacis,qui reduxit à mortuis
paſtorem ouiũ illum magnum per ſanguinẽ teſtamẽti æterni,
dñm noſtrũ Ieſuah,perficiat vos in omni opere bono,ad fa-
ciendũ voluntatem ipſius,efficiens,vt quod agitis,acceptum
ſit in conſpectu ſuo per Ieſuah Chriſtum,cui gloria in ſecula
ſeculorum.Amen.Obſecro vos fratres,ſufferte ſermonẽ ex-
hortiationis.Etem̃ paucis ſcripſi vobis.Scitis fratrem noſtrũ
Timotheũ ſolutũ eſſe,cum quo,ſi celerius venerit,viſam vos.
Salutate oẽs qui pſunt vobis,& omnes ſanctos.Salutãt vos
Itali.Gratia cum omnibus vobis.Amen.

❡ Finis Epiſtolæ Pauli ad hebręos.

❡ Miſſa fuit ab Italia per Timotheum.

# Epiſtola Beati Iaco-
# BI. INTER-
## prete Sante Pagnino, Lucenſi.

A ❡ A ſolo deo petendam ſapientiam,qui in ſe credentibus,modo ſalubriter & perſeueranter petant,nihil negat. CAPVT. I.

IACOBVS DEI AC
Domini Ieſuah Chriſti ſeruus,duode
cim tribubus,quæ ſunt in diſperſiõe,
ſalutem.Omne gaudiũ exiſtimate fra
tres mei quum in tentationes incide-
ritis varias,ſciẽtes q pbatio fidei ve-
ſtræ operatur patientiam.Patientia
verò opus perfectũ habeat,vt ſitis p-
fecti & integri,nullaq; re deficiẽtes.Quòd ſi qs veſtrũ deficit
B ſapientia poſtulet ab eo qui dat:videlicet deo,omnib⁹ ſimpli
citer,nec exprobrat,& dabitur ei.Sed poſtulet cũ fide,nihil[a] a dubitans
diiudicans.Nam qui diiudicat ſimilis eſt fructui maris,q vẽ Matth.7.a. 21.c.
tis agitatᷣ & iactatᷣ.Neq; em̃ exiſtimet hõ ille,q accipiet qcquã Mar.11.c.
à dño.Vir aĩo duplex,incõſtãs eſt in omnibus viis ſuis.Glo- Lucæ.11.b.
rietᷣ aũt frater humilis,in altitudine ſua:diues verò in humilia- Io.16.b.e.f. Ecci.14.c.
tione ſui:qm̃ veluti flos herbæ præteribit.Exortus eſt em̃ ſol Iſaiæ.40.b. 1.Petri.1.d.
cum æſtu,& exaruit herba,& flos illius decidit,& decor aſpe Iob.5.c.
ctus illius periit.Sic & diues in itineribus ſuis marceſcet Bea-
tus vir qui ſuffert tẽtationem:quoniam quum probat⁹ erit,
accipiet coronam vitæ:quam promiſit dominus his,qui dili
gunt eum.Ne quis cum tentatur,dicat à deo tentor.Nam
deus tentari non poteſt malis,teneat autem ipſe neminem.
Vnuſquiſque verò tentatur à propria concupiſcentia dum
abſtrahitur,& ineſcatur,Deinde cõcupiſcentia poſteaquàm
C concepit,parit peccatum:peccatum verò perfectum,progi
gnit mortẽ.Ne erretis fratres mei dilecti.Om̃is donatio bo-
na,& omne donum perfectum,è ſupernis eſt,deſcendens à pa
tre luminum:apud quem non eſt tranſmutatio,aut cõuerſio-
nis obumbratio.Quum voluiſſet progenuit nos verbo ve-
ritatis,vt eſſemus primitiæ quędam ſuarum creaturarũ.Itaq;
fratres mei dilecti ſit omnis homo velox ad audiendũ,tardus
ad loquẽdũ,tard⁹ ad iram.Nã ira viri iuſtitiã dei nõ operatᷣ. Prou.17.d.
D Quapropter depoſita omni immundicia,& exuberantia ma
licię,cũ manſuetudine recipite inſitum verbum quod poteſt Matth.7.d.
ſeruare animas veſtras.Sitis autem effectores verbi,& non Roma.2.b.
auditores tantum,fallentes voſmetipſos.Quoniam ſi quis
au-



auditor verbi eſt,& non factor,hic ſimilis eſt viro cõſyderan-
ti faciẽ natiuitatis ſuæ in ſpeculo.Cõſyderauit em̃ ſeipſum,&
abiit,& continuo oblitus eſt qualis eſſet.At qui proſpexit in
legem perfectã,quæ eſt libertatis,& permanſerit:hic cũ ſit non
auditor obliuioſus,ſed effector operis,beatus facto ſuo erit.
Si qs videtur religioſus eſſe inter vos,qui nõ frenat linguam
ſuã,ſed ſeducit cor ſuũ,hui⁹ vana eſt religio.Religio pura,&
immaculata apud deũ & patrẽ hæc eſt,inuiſere orphanos,&
viduas in afflictiõe ſua,immaculatũ ſeipſum ſeruare à mũdo.

❡ Non habendã perſonarũ acceptionẽ,ſed pauperes perinde tractandos ut diuites,modo dei præcepta trãſgredi nolimus.

CAP. II.

A FRatres mei,ne cum acceptione perſonarum habeatis fi-
Leuit.19.c. dem domini noſtri Ieſuah Chriſti glorioſi.Nam ſi ingre-
Deut.1.c. 10.d. diatur in cœtum veſtrum vir aureum geſtans anulum in ve-
Prou.24.c. ſte ſplendida:ingrediatur autem & pauper in ſordida veſte,et
Ecci.42.a. reſpexeritis ad illum qui veſtẽ geſtat ſplendidã,& dixeritis illi:
Tu ſede hic bene,& pauperi dicatis,tu ſta illic.aut ſede hic ſub
ter ſcabellũ meum:& nõ diiudicati eſtis in vobiſipſis,& facti
eſtis iudices cogitationum malarũ?Audite fratres mei dilecti,
nónne deus elegit pauperes mundi hui⁹,diuites in fide,& hęre
des regni qd promiſit his qui diligũt eũ?Vos aũt ignominia
B affeciſtis pauperẽ.Nónne diuites opprimunt vos,& iidẽ tra-
dunt vos ad tribunalia?Nónne ipſi blaſphemant bonum no
Leuit.19.d. men,quod innocatum eſt ſuper vos?Si legem quidẽ regiam
Matt.22.d. Marc.12.c. perficitis iuxta ſcripturã:Diliges proximũ tuum ſicut teipſum,
Roma.13.c. bene facitis:ſin verò perſonam accipitis,peccatum operami-
Galat.5.c. ni,& redarguimini à lege velut tranſgreſſores.Quiſquis enim
Leuit.19.c. Deut.1.c. totam legem ſeruauerit,offenderit autem in vno,factus eſt o-
16.d. Matth.5.c. mnium reus.Nam qui dixit:Ne adulterium commiſeris,dixit
C etiã:nõ occides.Quod ſi nõ cõmiſeris adulteriũ,occideris aũt,
factus es tranſgreſſor legis.Ita loquimini,& ita facite veluti p
legem libertatis iudicandi.Siquidẽ iudicium abſq; miſericor-
dia erit ei,qui nõ fecerit miſericordiã.Gloriatur miſericordia
aduerſus iudiciũ.Quæ vtilitas fratres mei,ſi fidem dicat aliqs
ſe habere,facta verè nõ habeat?Num poteſt fides ſeruare illũ?
1.Iohan.3.c. Quod ſi frater aut ſoror nudi fuerint,& deficiant quotidiano
victu:dicat autem aliquis ex vobis illis:abite cum pace,calefa-
ciatis,& ſaturamini:non tamen dederitis illis quæ ſunt neceſſa
ria corpori,quæ erit vtilitas?Sic & fides,ſi facta nõ habuerit,
mortua eſt per ſe.Sed dicet aliquis:tu fidem habes,& ego fa-
cta habeo.Oſtende mihi fidẽ tuã ex factis tuis,& ego oſtendã
D tibi ex factis meis fidem meã.Tu credis quod deus vn⁹ eſt,be-
ne facis:Et dæmonia credunt,& cõtremiſcunt.Vis verò ſci-
re ô homo inanis,quòd fides abſque factis mortua ſit? A-
braham pater noſter,nónne ex factis [a] iuſtificatus eſt,cum ob-
tuliſſet Iſchac filium ſuum ſuper altare?Vides q fides coope-
rata fuerit factis illius,& ex factis fides perfecta fuerit?Et imple
ta eſt ſcriptura quæ dicit:Credidit Abrahã deo,& imputatũ
eſt illi ad iuſtitiam,& amicus dei vocatus eſt.Videtis igitur q
ex factis iuſtificetur homo,& non ex fide tantum?Similiter au
tẽ & Rachab meretrix,an nõ ex factis iuſtificata eſt,cũ excepiſ-
ſet nũcios,& alia via emiſiſſet?Nã queadmodũ corp⁹ abſque
ſpiritu mortuum eſt,ita & fides abſq; factis mortua eſt.

[a] acceſſione ſcilet ad priorem fidei iuſtitiam facta ut qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Sequentia opa priorẽ fidei iuſtitiam cõfirmãt. et cõplent,ut hic; et.2.Pet.1.et 2.Cor.9. Propter facta eſt Abrahæ iuſtitia dei iureiurãdo firmata:quia feciſti, inquit, rẽ hãc,p memetipm̃. A iuraui,ge.22. Bonis operibus et glorię merces in futuro,et iuſtitiæ incremẽtũ in hoc ſæculo reſpõdet ſine quibus etiam emorit parata per fidem iuſtitia.

❡ Non affectandũ temere magiſteriũ,linguæ intemperantiam frenandam, contentiones fugiendas.

CAP. III.

NOlite plures magiſtri fieri fratres mei,ſcientes q maius
iudiciũ accipiemus.In multis enim labimur oẽs.Si qs
in ſermone nõ labitur,hic perfect⁹ eſt vir,qui poſſit freno mo
derari totum etiam corpus.Ecce equis frena in ora immitti-
mus,vt obediant nobis,& totum corpus illorum circũagi-
mus.Ecce naues quoq; cum tantæ ſint,& à duris ventis vehã-
tur,circumaguntur à minimo gubernaculo,quocunq; impe-
tus dirigentis voluerit.Ita & lingua puſillum membrum eſt,et
B magna iactat,Ecce exiguus ignis quãtam materiã incendit.Et
lingua ignis eſt,mũdus iniuſtitiæ:ſic lingua cõſtituitur in mẽ-
bris noſtris,quæ maculat totum corpus,& inflãmat rotam
natiuitatis,& inflãmatur à gehinnon.Omnis enim natura,&
ferarũ,& volucrũ,ſerpentiumq;,& marinorũ domatur,et do
mita eſt à natura humana.Linguam autem hominum nullus
C domare poteſt,incoercibile malum,plena veneno mortifero.
Per ipſam benedicimus deo,& patri:& per ipſam maledici-
mus hominibus,qui ad ſimilitudinẽ dei cõditi ſunt.Ex eodẽ
ore procedit benedictio & maledictio.Non oportet fratres
mei,hæc ita fieri.Nunquid fons ex eodem foramine ſcatabrę,
emittit dulcẽ,& amaram aquã?Nũquid poteſt fratres mei fi-
cus oleas gignere,aut vitis ficus?Sic nullus fons ſalſam ac dul-
cem poteſt facere aquã.Quis ſapiens,& ſciens inter vos?Oſtẽ-
D dat ex bona cõuerſatione,opera ſua cũ manſuetudine ſapien-
tiæ.Quòd ſi æmulationã amarã habetis,& cõtentionẽ in cor-
de veſtro,nolite gloriari,& mendaces eſſe aduerſus veritatẽ.
Non eſt enim iſta ſapientia è ſupernis deſcendens,ſed terrena
animalis,dæmoniaca.Vbi enim æmulatio,& contẽtio,ibi in-
conſtantia & omne opus prauum.Quæ autem è ſupernis eſt
ſapientia,primum quidem caſta eſt,deinde pacifica,modeſta,
morigera,plena mĩa,& fruct⁹ bonis nihil diiudicãs,nihil ſimu
lans.Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur,faciẽtib⁹ pacẽ.

❡ Caſtigat mores peruerſos quorundã,nõ iudicandũ proximũ,uetat ſolicitudine rerũ fluxarũ ac craſtini. CAP. IIII.

A VNde bella,& pugnæ in vobis?Nónne hinc,nimirũ ex
voluptatibus veſtris quæ militant in membris veſtris?
Concupiſcitis & non habetis:inuidetis,& æmulamini,& non
poteſtis adipiſci:pugnatis,& bellatis,non habetis propterea
quod non poſtulaſtis.Petitis,& non accipitis,eo quòd malè
petatis,vt in voluptatibus veſtris conſummatis.Adulteri,&
B adulteræ neſcitis,quòd amicitia mundi,inimicitia dei eſt?Qui
cunque ergo voluerit amicus eſſe mundi,inimicus dei conſti-
tuitur.An putatis quòd inaniter ſcriptura dicat:Ad inuidiam
cõcupiſcit ſpiritus qui habitauit in nobis?Maiorem autẽ dat
gratiam.Subditi ergo eſtote deo,reſiſtite autem diabolo,& 1.Petri.5.b.
fugiet à vobis.Appropinquate deo,& appropinquabit vo- Ephe.4.f.
bis.Emundate man⁹ peccatores,& purificate corda duplices
animo.Affligite vos,& lugete,& plorate.Riſus veſter in luctũ 1.Petri.5.b.
C conuertatur,& gaudium in mœrorem.Humiles vos reddite
in conſpectu domini,& exaltabit vos.Nolite detrahere vobis
inuicem fratres.Qui detrahit fratri,quiq; iudicat fratrem ſuũ,
detrahit legi,& iudicat legem.Quòd ſi iudicas legem,nõ es ef-
fector legis,ſed iudex.Vnus eſt legiſlator,qui poteſt ſeruare,& Roma.14.a.
perdere.Tu quis es qui iudicas alium?Agite nunc qui dicitis:
Hodie & cras eamus in hanc ciuitatem,& faciamus ibi annũ
vnum,& mercemur,& lucrum faciamus:qui ignoratis quid
D futurum ſit poſtero die.Quæ eſt enim vita veſtra?Vapor em̃
eſt ad exiguum tempus apparens,& deinde euaneſcens pro
eo quòd dicere debuiſtis:ſi dominus voluerit,& ſi vixerimus
faciamus hoc,aut illud.Nunc autem gloriamini in ſuperbiis
veſtris.Omnis gloriatio talis mala eſt.Igitur qui ſcit beneface-
re,nec facit peccatum illi eſt.

❡ Corripit diuites,hortatur ad patientiam,proponens exemplum Iob,non iurandum,infirmis unctione ſubueniendum & oratiõe,quomodo cõfitẽdũ.

CAP. V.

A AGite nunc diuites plorate,vlulantes ſuper miſeriis ve-
ſtris quæ aduenient vobis.Diuitiæ veſtræ putrefactæ
ſunt,veſtimenta veſtra tinearum cibi facta ſunt,aurum et ar
gentum veſtrum æruginæ vitiatum eſt,& ærugo eorum in
teſtimonium vobis erit,& comedit carnes veſtras ſicut ignis.
Theſaurum recondidiſtis in extremis diebus.Ecce merces ope
rationum qui meſſuerunt regiones veſtras quæ ablata eſt à
B vobis,clamat,& clamores eorum qui meſſuerant,in aures do
mini Sebaoth introierũt.In delitiis vixiſtis ſuper terram,& la
ſciuiſtis,enutriſtis corda veſtra,vt in die mactationis.Cõdẽna
ſtis,& occidiſtis iuſtum,& non reſiſtit vobis.Longanimes

igitur eſtote fratres vſq; ad aduentum domini. Ecce agricola
expectat precioſum fructum terræ longanimiter expectans il-
lum, donec accipiat pluuiam tempeſtiuam, & ſerotinam. Lō-
ganimes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quo
C niam aduentus domini appropinquauit. Nolite ingemiſcere
alius aduerſus alium fratres, vt ne iudicemini. Ecce iudex an-
te ianuam aſtitit. Exemplum accipite fratres mei afflictionis,
ac longanimitatis prophetas, qui locuti ſunt in nomine domi
ni. Ecce beatos iudicamus eos qui ſuſtinent. Patientiam Iiob
audiſtis, & finem domini vidiſtis, q valde miſericors ſit domi
nus, ac miſerator. Ante omnia autem fratres mei, nolite iura-
Matth.5.f. re, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcū-
que iuſiurandum. Sit autem veſtrum etiam, etiam, non, non:
D vt ne in ſimulationē incidatis. Affligitur aliquis inter vos? o-
ret. Aequo animo eſt aliquis? pſallat. Infirmatur qs inter vos?
accerſat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eū, vngentes eum
oleo in nomine domini. Et oratio fidei ſeruabit laborantem,
& eriget eum dominus: & ſi peccata fuerit operatus, remitten
tur ei. Confitemini inuicem alius alij delicta, & orate pro vo-
3.Reg.17.a. b. Luc.4.d. bis inuicē, vt ſanemini: Multum enim valet deprecatio iuſti in
tenta. Eliiah homo erat ſimiliter malis obnoxius, vt nos: & o-
ratione orauit ne plueret, & nō pluit ſuper terram annos tres
Matt,18.b. & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, &
terra produxit fructū ſuum. Fratres ſi quis inter vos erraue-
rit à veritate, & conuerterit quis eū, ſciat q qui conuerti fece-
rit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſeruabit animam à morte,
& operiet multitudinem peccatorum.

¶ Beati Iacobi epiſtolæ, FINIS.

# Epiſtola beati Petri APOSTOLI PRIma: Interprete Sāte Pagnino, Lucenſi.

¶ Corroborat nos in fide per diuinas promiſsiones, utq; depoſito ueteri Adam, renati ambulemus per Euāgelium in nouitate uitæ.

## CAPVT I.

A PETRVS apoſtolus Ieſuah
Chriſti, electis aduenis diſperſis Ponti,
Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithy-
niæ iuxta præſcientiam dei patris per
ſanctificationem ſpiritus in obediētiā,
& aſperſionem ſanguinis Ieſuah Chri-
ſti. Gratia vobis, & pax multiplicetur.
1.Cor.1.a. Ephe.1.a. Benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſuah Chriſti: q iu-
xta copioſam ſuam miſericordiam regenuit nos in ſpē viuā,
per reſurrectionē Ieſuah Chriſti, ex mortuis, in hæreditatem
incorruptibilem, & incontaminabilem, atq; immarceſsibilē,
conſeruatam in cœlis erga vos: qui virtute dei cuſtodimini p
fidem ad ſalutem: quæ in hoc parata eſt, vt reueletur in tēpo-
re nouiſsimo, in quo exultatis, nunc ad breue tēpus afflicti va
riis tentationibus, ſi opus ſit, vt probatio fidei veſtræ multò
B precioſior auro, quod perdetur, & tamen per ignem proba-
tur, reperiatur in laudem, & gloriam, & honorem, tum per re
uelationem Ieſuah Chriſti, quem cum non videatis, diligitis:
in quem nunc cum non videritis, credētes tamē, exultatis gau
dio ineffabili, & glorificato, reportantes finem fidei veſtræ, ſa
lutem animarum: de qua ſalute exquiſierunt, & ſcrutati ſunt
prophetæ, qui de ventura in vos gratia vaticinati ſunt, ſcru-
tantes ad quam aut cuiuſmodi temporis opportunitatem ſi-
gnificaret, qui in illis erat ſpirit⁹ Chriſti: qui præteſtabatur vē
turas in Chriſtū afflictiones, & q̄ poſt has forēt glorias: qbus
reuelatū eſt qđ nō ſibiipſis, imò nobis miniſtrarēt hæc q̄ nunc
annunciata ſunt vobis, per eos q̄ vobis euangelizauerunt, per
C ſpm̄ ſanctū emiſſum è cœlo, in quæ deſyderant angeli proſpi-
cere. Quapropter ſuccincti lumbis mētis veſtræ, ſobrij, perfe-
ctè ſperate in eā quæ ad vos defertur gratiam, per reuelationē
Ieſuah Chriſti, tanquam filij obedientes, non accōmodantes
vos his, quibus primū in ignorantia veſtra eratis concupiſcē-
tiis: ſed quēadmodum is qui vos vocauit, ſanctus eſt, ita ipſi
quoq; ſancti in omni conuerſatione ſitis, propterea q ſcriptū
eſt: Sancti eſtote, nam ego ſanctus ſum. Et ſi patrē cognomina Leuiti.2.g. 10.a.20.b.
tis citra perſonarum acceptionē iudicantem iuxta cuiuſq; o- Deut.10.d.
pus: cum timore, incolatus veſtri tempore conuerſamini ſciē- Roma.2.b. Galat.2.b.
tes q non corruptibilibus argento & auro redempti eſtis à
vana veſtra conuerſatione à patribus tradita, ſed precioſo ſan
guine, velut agni immaculati, & incontaminati Chriſti: q præ- 1.Cor.6.d. 7.d. He.9.d.
D cognitus quidē fuerat, ante conſtitutionē mundi: ſed manife- 1.Iohan.1.d.
ſtatus fuit extremis temporibus propter vos qui per illū cre- Apoc.1.d.
ditis in deū, qui illū ſuſcitauit è mortuis, & gloriam ei dedit: vt
fides veſtra, ac ſpes eſſet in deū, qui animas veſtras purificaſtis
per obedientiam veritatis, per ſpiritū cum charitate fraterna,
non ſimulata: ex puro corde vos inuicē diligite impenſe, rena-
ti non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbū vi
uētis dei, & manentis in æternū. Propterea q omnis caro her Iſaiæ.40.b. Ecci.14.c.
ba ſit, & omnis gloria hominis tanquam flos herbæ. Exaruit Iob.1.b.
herba, & flos decidit: Sed verbum domini manet in æternū.
Hoc autem eſt verbū, quod euangelizatum eſt apud vos.

¶ Cognoſcēdus Chriſtus caput noſtrū, ut ſicut ſe ipſe, ita & nos deo offeramus, principibus obtemperandum, ſerui dominis morigeri ſint.

## CAP. II.

A PRoinde depoſita omni malitia, & omni dolo, & ſimula Roma.6.a.
tionibus, & inuidentiis, & omnibus obtrectationibus, Ephe.4.a. Coloſ.3.b.
vt modo nati infantes, rationale, doli expers lac, appetite, vt p Hebr.28.d.
illud creſcatis. Siquidem guſtaſtis, q benignus ſit dominus: ad
quem accedentes nimirū lapidē viuentē, ab hominibus qdem
reprobatum, apud deū verò electū, ac precioſum: ipſi quoq;
veluti viuētes lapides ædificemini, domus ſpiritualis, ſacerdo-
tium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias, acceptabiles
deo per Ieſuah Chriſtū. Quapropter & continet ſcriptura: Ec
ce pono in Siion lapidem, ſummum angularem, electum pre-
B cioſum. Et qui crediderit in illo, non pudore afficietur. Vo- Iſaiæ.28.d. Roma.9.g.
bis igitur honor eſt, qui creditis. Cæterum iis qui non credūt Pſalmo.117.
lapis quē reprobauerūt ædificantes, hic factus caput anguli: Matth.12.d. Actuū.4.b.
& lapis offenſionis, & petra obſtaculi nēpe his qui impingunt Iſaiæ.8.d.
in verbum, neq; credunt in id ad quod inſtituti fuerant. Vos Exodi.19.a. Oſee.2.d.
autem genus electum, regale ſacerdotiū, gens ſancta, populus Roma.9.c.
acquiſitus, vt virtutes annuncietis illius, qui è tenebris vos vo
cauit in admirabilem ſuam lucem. Qui quōdam eratis nō po
pulus, nunc populus dei: qui quōdam inconſecuti miſeric or-
diam, nunc eſtis miſericordiam conſecuti. Dilecti, obſecro vt Galat.5.c. Roma.13.d.
tanquam aduenæ, ac peregrini, abſtineatis à carnalibus cōcu-
piſcentiis, quæ militant aduerſus animā conuerſationē veſtrā
habētes honeſtā inter gētes: vt in hoc qđ detrahūt vobis qua-
C ſi maleficis, ex bonis operibus æſtimantes vos, glorificent deū
in die viſitatiōis. Proinde, ſubditi eſtote cuiuis humanæ crea-
turæ propter dominum: ſiue regi, tanquā præcellenti, ſiue præ Roma.13.a.
ſidibus, tanquam per eum miſsis ad vindictam quidē nocen-
tium, laudem verò benefacientium, quoniam ſic eſt voluntas
dei, vt benefaciētes faciatis freno occludere os hominib⁹ ſtul-
tis, & ignorantibns, tanquam liberi, & non veluti prætextum Roma.12.c.
habentes malitiæ libertatē, ſed tanquam ſerui dei. Omnes ho- Ephe.6.a.
norate, fraternitatē diligite, deum timete, regem honorate. Fa Coloſ.5.d. Tit.2.c.
D muli ſubditi ſint cum timore dominis, nō ſolum bonis, ac hu 2.Cor.1.c.
manis, verumetiā peruerſis. Nā hæc eſt gratia, ſi quis propter
conſcientiā dei ſuffert mœrores malos perpeſſus iniuſtè. Quæ
eſt enim laus, ſi cum peccantes alapis cædimini, ſuffertis? At ſi
cum bene facitis, & tamen malis afficimini, ſuffertis. Hæc em
eſt gratia apud deū. Siquidē in hoc vocati eſtis, quoniam &
Chriſtus malis affectus eſt pro nobis relinquens vobis exem-
plum



plum, vt inſequeremini veſtigia ipſius, qui peccatum non fe-
Iſaiæ.53.e. 1.Iohan.3.a. cit, nec inuentus eſt dolus in ore illius, qui cum conuiciis affice
Iſaiæ.53.b. retur, non viciſsim conuiciabatur, cum malis afficeretur, non
minabatur. Sed tradebat vindictam ei qui iudicat iuſtè: q pec
cata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignū, vt pecca-
tis mortui, iuſtitiæ viueremus. Cuius liuore ſanati fuiſtis. Nā
eratis velut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorē,
& epiſcopum animarum veſtrarum.

¶ De mulierum caſto ac non fucato ornatu, & qua modeſtia uiros uti oporteat erga mulieres, Item de bonis operibus grauiter perficiendis, ac aduerſis fortiter perferēdis, quodq; per baptiſma ſalui facti ſimus, ſimilitudine adducta, de arca quæ iuſtum Noach cū paucis animabus ſeruauit.

## CAP. III.

A SImiliter vxores ſubditæ ſitis propriis viris, vt etiam qui
Coloſ.3.e. Ephe.5.c. non obtemperant ſermoni, per vxorū conuerſationem
1.Timo.2.c. abſque ſermone lucrifiant, dum conſyderant cum reuerentia
caſtam conuerſationem veſtram: quarum ornatus ſit, non ex-
terna criſpatura capillorum, & circumpoſitio auri, aut ami-
ctus palliorum. Sed occult⁹ cordis homo incorruptibili par-
te manſueti, & quieti ſpiritus qui eſt coram deo ſumptuoſus.
Gene.18.b. Nam ſic olim & ſanctæ illæ mulieres ſperantes in deo, orna-
bant ſeſe, & ſubditæ erant ſuis viris: quemadmodum Sarah o-
1.Cor.7.a. bediuit Abrahæ, dominum illum appellans: cuius factæ eſtis
filiæ, dum benefacitis, & non terremini vllo pauore. Viri ſimi
liter cohabitent ſecundum ſcientiam, velut infirmiori vaſi mu
B liebri impartientes honorem, tanquam etiam cohæredes gra
Prou.17.e. 21.d. tiæ vitæ, ne interrumpantur orationes veſtræ. Demum fratrū
Roma.12.d. amatores, omnes ſitis vnanimes, iiſdem afflictionibus affecti,
1.Theſ.5.d. miſericordes, affabiles, non reddentes malum malo, aut conui
Pſalmo.33. cium conuicio: ſed contra, benedicentes, ſcientes in hoc voca
tos eſſe, vt benedictionē hæreditate poſsideatis. Nam q vult
vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam ſuam à
malo, & labia ſua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & fa-
ciat bonum: quærat pacem, & perſequatur eam, quoniam o-
culi domini ſuper iuſtos, & aures eius ad deprecationem illo-
rum. Aſpectus domini ſuper eos qui faciunt mala. Et quis eſt
C qui ſit afflicturus vos, ſi bonarum rerum æmulatores fueritis?
Matt.5.a. Sed ſi quid ppeſsi fueritis mali propter iuſtitiam, beati eritis.
Cæterū terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini: ſed do-
minum deum ſanctificate in cordibus veſtris. Sitis autem pa-
rati ſemper ad reſponſionem cuilibet petenti, vt loquamini de
ea quæ in vobis eſt ſpe, cum manſuetudine, & reuerentia, con-
ſcientiam habentes bonam: vt in hoc q vobis detrahunt, tan-
Supra.2.c. quam malefactoribus, pudefiant hi qui calumniantur veſtrā
D bonam in Chriſto conuerſationem. Melius enim, vt bene agē
Hebr.9.d. tes, ſi velit dei voluntas, malis afficiamini, quàm malè facientes.
Roma.5.b. Quandoquidem & Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus fuit, iu
ſtus pro iniuſtis, vt nos adduceret deo, mortificatus quidē car
ne, ſed viuificatus ſpiritu: in quo etiam ſpiritibus qui erant in
Gene.6.b. carcere profectus prædicauit, qui inobedientes fuerant quon
Matt.24.d Lucæ.17.f. dā. Cū ſemel expectabatur dei longanimitas in dieb⁹ Noach,
cum apparabatur arca, in qua paucæ, hoc eſt, octo animæ ſer-
uatæ fuerunt per aquam: cuius figuræ nunc reſpondēs baptiſ-
mus, nos quoque ſaluos reddit: quo non carnis ſordes abiiciū
tur, ſed quo fit, vt bona conſcientia benè reſpōdeat apud deū
per reſurrectionem Ieſuah Chriſti, qui eſt ad dexterā dei, profe
ctus in cœlū, ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus, ac virtutib⁹.

¶ Caro quomodo domanda, de ſpirituali adminiſtratione, deq; mutua inter nos beneficentia gloriādum potius quā triſtandū in afflictionibus.

## CAP. IIII.

A CVm igitur Chriſtus paſſus ſit p nobis carne, vos quo-
que iuxta eandē cognationē armemini: quòd qui patie
batur in carne, deſtitit à peccato: in hoc vt iam non concupi-
ſcentiis hominum, ſed voluntati dei, quod ſupereſt in carne tē
Ephe.4.c. pus viuat. Sat enim eſt nobis q anteacto vitæ tempore volū-
tatem gentium patrauerimus, quum verſati fuiſſemus in laſci-
uiis, concupiſcentiis, vinolentiis, comeſſationibus, compota-
tionibus, & nefariis ſimulacrorum cultibus. Atq; id abſurdū
illis videtur, quòd non accuratis vnà cum ipſis in eandem lu-
B xus refuſionem blaſphemiis afficientes. Qui reddituri ſunt ra-
tionem ei, qui paratus eſt ad iudicandum viuos, & mortuos.
Nam in hoc mortuis quoq; prædicatum eſt Euangelium, vt
iudicarentur qdē ſecūdū homines carne: viuāt autē iuxta deū
ſpiritu. Porrò rerum omnium finis appropinquauit. Sitis igi-
tur ſobrij, & vigilantes ad orandū. Ante omnia verò charita- Prou.10.b.
tem inter voſmetipſos vehementem habentes. Nam charitas Roma.12.c.
operiet multitudinem peccatorum. Hoſpitales eſtote erga Hebr.13.a. Philip.2.b.
vos inuicem, ſine murmurationibus: vt quiſq; accepit donū,
ita alius in aliū illud miniſtrantes, vt boni diſpenſatores variæ
C gratiæ dei. Si quis loquitur, loquatur vt eloquia dei: ſi qs mi-
niſtret tanquam ex virtute, quam ſuppeditat deus, vt in omni
bus glorificetur deus per Ieſuah Chriſtum, cui eſt gloria, & im
perium in ſecula ſeculorum. Amen. Dilecti, ne miremini de ve-
ſtra per ignem examinatione: quæ ad experimentum veſtri fit,
perinde quaſi nouum aliquid vobis contingat: Sed in hoc, q
conſortes eſtis afflictionum Chriſti gaudete: vt in reuelatione
quoq; gloriæ eiuſdem gaudeatis exultantes. Si probris affici-
mini in nomine Chriſti, beati eſtis. quoniam gloria: & ſpiritus
D dei ſuper vos requieſcit. Per ipſos quidem blaſphemiis affici-
tur, per vos autem glorificetur. Ne quis enim veſtrum malis
afficiatur, vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut velut inſpe-
ctor alienarum rerum. Porrò ſi vt Chriſtian⁹ affligitur, ne pu
defiat, imo glorificet deum in parte hac. Quandoquidē et tem
pus eſt, vt incipiat iudicium à domo dei. Quòd ſi primum in
cipit à nobis, quis erit finis eorum qui non credunt dei Euan- Prou.11.d.
gelio? Et ſi iuſtus vix ſaluus efficitur, impi⁹ & peccator vbi cō-
parebit? Proinde qui mala perpetiuntur ſecundum volunta-
tem dei, tanquam apud fidelem conditorem deponant aīas
ſuas in beneficentia.

¶ Exemplar epiſcoporum & ſacerdotū, quomodo gregē ſuum paſcere debeant, cauendū ne diaboli technis circūueniamur.

## CAP. V.

A PResbyteros qui inter vos ſunt obſecro, vna & ipſe præ-
ſbyter, ac teſtis afflictionū Chriſti, & gloriæ reuelādæ cō
ſors, paſcite quantum in vobis eſt gregem Chriſti, curam illius
agentes non coactè, ſed ſpontè: non turpiter affectantes lucrū,
ſed promptè, neq; ceu dominium exercentes aduerſus cleros,
ſed vt ſitis exemplaria gregis. Et cum apparuerit ille paſtorum
B princeps, reportabitis immarceſsibilem gloriæ coronam. Si- Iacobi.4.c.
militer iuniores ſubditi eſtote ſenioribus, ſic vt omnes ali⁹ alij Matth.6.c. Lucæ.12.c.
viciſsim ſubiiciamini. Humilitatem animi vobis illigatam ha- Roma.12.
bete, propterea q deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat
gratiam. Humiliemini igitur ſub potenti manu dei, vt vos ex-
altet, in tempore oportuno, omnem curam veſtram cum inie
C ceritis in illum. Nam illi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, vigila Pſalmo.54.
te: quoniam aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiēs
vndique ambulat, quærens quem deuoret. Cui reſiſtite ſolidi
fide: ſcientes eaſdem afflictiones, veſtræ, quæ in mundo eſt, fra-
ternitati pfici. Sed deus omnis gratiæ, qui vocauit vos ad æter
nam ſuā gloriam per Chriſtum Ieſuah, parūper afflictos: idē
D perficiat, roboret: ſtabiliat. Ipſi gloria & imperium in ſecula ſe
culorum, Amen. Per Syluanum vobis fidelem fratrem, vt ar-
bitror, paucis ſcripſi adhortans, ac teſtificās, hanc eſſe veram
gratiam dei in qua ſtatis. Salutat vos ea, quæ eſt in Ba-
bel, veſtræ conſors electionis eccleſia, & Marcus
fili⁹ meus. Salutate vos mutuo charitatis
oſculo. Pax vobis omnibus, qui
eſtis in Chriſto Ieſuah,
Amen.

FINIS.

# Epiſtola Petri apo-
# STOLI II. IN-
## terprete Sante Pagni-
## no, Lucenſi.

❡Fidem dignis moribus honeſtandam, quid & quomodo docẽdum, & id genus alia. CAPVT I.

A SIMON Petrus ſeruus, & apo-
ſtolus Ieſuah Chriſti, his qui æquè pre-
cioſam nobiſcum ſortiti ſunt fidem, ꝑ
iuſtitiam dei noſtri, & ſeruatoris Ieſuah
Chriſti. Gratia vobis & pax multiplice
tur per agnitionem dei, & Ieſuah domi
ni noſtri: ſic vt eius diuina virtus om̃ia
nobis largita eſt, quæ ad vitam, ac pietatem pertinent, ꝑ agni-
tionem eius qui vocauit nos per gloriam, & virtutem, ꝑ quæ
precioſa nobis, ac maxima promiſſa donata ſunt, vt per hæc
B efficeremini diuinæ cõſortes naturæ, ſi refugeritis à corruptio
ne quæ eſt in mundo ꝑ concupiſcentiam. Sed & in hoc ipſum
ſtudium omne conferentes ſubminiſtrate in fide veſtra virtu-
tem, in virtute verò ſcientiam, in ſcientia verò temperantiam,
in temperantia verò patientiam: rurſus in patientia pietatem,
in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna verò chari-
tate dilectionem. Hęc enim cũ vobis adſint, & exuberẽt, haud
ocioſos, nec infructuoſos efficiunt ad dñi noſtri Ieſuah Chriſti
cognitionem. Nam cui non adſunt hæc, is cæcus eſt, & manu
viam tentans, oblitus ſeſe à veteribus peccatis ſuis fuiſſe pur-
C gatum. Quapropter fratres potius operam date, vt vocatio-
nem, & electionem veſtram firmam efficiatis. Hæc enim ſi fece
ritis, non labemini vnquam. Siquidem ad hunc modum, abũ
dè ſubminiſtrabitur vobis introitus in æternum regnum do-
mini noſtri, & ſeruatoris Ieſuah Chriſti. Quapropter hoc ne-
gligam vos ſemper commonere de his, tametſi ſciatis, & cõfir
mati ſitis in præſenti veritate. Attamen iuſtum arbitror, quã-
diu ſum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonitionẽ:
cum ſciuerim velocem eſſe depoſitionẽ tabernaculi mei, quẽ-
admodum & dominus noſter Ieſuah Chriſtus ſignificauit mi
Iohan.21.f. 1.Cor.2.c. hi. Quin & dabo ſemper operam, vt vos poſt exitum meum,
horum mentionem facere poſsitis. Non enim fallaces fabulas
ſecuti, notam vobis fecimus domini noſtri Ieſuah Chriſti po-
D tentiam, & aduentum: ſed qui oculis noſtris aſpeximꝰ illiꝰ ma-
Mat.17.a. ieſtatem. Acceperat enim à deo patre honorem, & gloriã, vo
ce ad illum delata huiuſmodi à magnifica gloria: Hic eſt ille fi-
lius meus dilectus, in quo complacui. Et hanc vocẽ nos audi-
uimus è cœlo delatam, cum eſſemus vnà cum illo in mõte ſan
cto. Et habemus firmiorem ſermonem propheticum: cui dũ
attenditis, ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco, rectè faci-
tis, donec dies illuceſcat, & Lucifer exoriat in cordibꝰ veſtris.
2.Timo.3.d. Hoc prius ſcientes, quòd omnis prophetia ſcripturæ propria
interpretatione non fit: Non enim voluntate hominis allata
eſt olim prophetia: ſed à ſpiritu ſancto impulſi, locuti ſunt ſan
cti dei homines.

❡Sicut iam olim fuerũt ſemper pſeudoprophetæ, ſic et futuri ſunt. quibus ut non deerit ultio, ita piis non deerit cõſolatio.

CAP. II.

A FVerunt autem & pſeudoprophetæ in populo, queãd-
modum & inter vos erunt falſi doctores, qui clàm indu-
cẽt ſectas pernicioſas, etiam dominum qui illos mercatus eſt,
abnegantes: accerſentes ſibiipſis celerem interitum: & pleriq;
ſequentur illorum exitia, per quos via veritatis blaſphemiis af
ficietur, & per auaritiam factitiis ſermonibus de vobis nego-
tiabuntur: quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio
Iob.4.d. illorum non dormitat. Nam ſi deus angelis qui peccauerant,
B nõ pepercit, ſed catenis caliginis in Tartarum præcipitatos,
tradidit ſeruatos in iudiciũ: & priſco mundo nõ pepercit, ſed Gene.7.a.
octauum iuſtitiæ præconem Noach ſeruauit, diluuio in mun Gene.19.b.
dum impiorũ inducto: & ciuitates Sedom, & Hamorah, in ci
nerem redactas, ſubuerſione condemnauit, eoſq; fecit exem-
plum his qui impiè forẽt acturi. Et iuſtum Loth, qui opprime
batur à nefariis per libidinoſam conuerſationem, eripuit. A-
ſpectu enim & auditu iuſtus inhabitans inter illos, quotidie a-
nimam iuſtam iniquis illorum operibus excruciabat. Nouit
dominus pios è tentatione eripere. iniuſtos autem in diem iu
dicij puniendos ſeruare: maximè verò illos qui carnem ſequen
tes in concupiſcentia pollutionis ambulant, ac dominationẽ
contemnunt, audaces, contumaces, qui gloria præcellentes nõ
verentur blaſphemiis afficere. Cum ipſi angeli qui ſunt robo-
C re, ac potentia maiores, non ferunt aduerſus ſeſe apud domi-
num, blaſphemum iudicium. At iſti veluti bruta animãtia, na
tura genita in capturam, & in perniciem, in his quæ non intel-
ligunt blaſphemantes, in pernicie ſua ꝑibunt, reportantes mer
cedem iniuſtitiæ voluptatem putantes, eas quæ in diem ſunt
delicias, labes, ac maculæ: qui cõuiuantes in erroribus ſuis, in-
ſultant vobis, oculos habẽtes plenos adulteræ, & q nõ ceſſant
à peccato, ineſcantes animas inſtabiles, cor habentes exercita-
tum rapinis, execrabiles filij, qui relicta recta via, aberrauerũt,
ſecuti viam Bilham, filij Behor, qui mercedem iniquitatis dile Nume.22.d.
xit, ſed redargutus fuit de ſua iniquitate. Animal ſubiugale mu
tum humana voce loquens, prohibuit prophetæ demẽtiam.
Iſti ſunt fontes aqua carentes, nebulæ quæ à procella agitãtur, Iudæ.1.d.
D quibus caligo tenebrarum in æternũ ſeruata eſt. Supba enim
verba vanitatis quũ locuti fuerint, ineſcant homines per con-
cupiſcentias carnis voluptatibus, eos qui puſillũ aufugerant,
eos qui in errore conuerſantur, dum illis libertatem pollicen- Iohã.8.d.
tur, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. Siquidem à quo quis ſu- Roma.6.c.
peratus eſt, huic etiam ſeruus effectus eſt. Nam ſi poſteaquàm Hebr.6.a.
refugerũt ab inquinamẽtis mũdi, per agnitionẽ domini, & ſer
uatoris Ieſuah Chriſti: tamen his rurſum inuoluti ſuperantur:
facta ſunt illis poſtrema peiora primis. Meliꝰ enim fuiſſet illis,
nõ cognouiſſe viã iuſtitiæ, ꝙ̃ vbi cognouerũt, cõuerti ab eo, Prou.26.b.
quod illis traditũ fuit, ſancto ꝑcepto. Verũ accidit illis id qđ
vero prouerbio dici ſolet: Canis reuerſus ad ſuum ipſius vo-
mitũ: & ſus lota, reuerſa ad volutabrum cœni.

❡Reducit in memoriam, quæ prius docuerat, de illuſoribus uenturis, deq; aduentu domini, ad quem nos præparemus.

CAP. III.

A HAnc iam dilecti alteram vobis ſcribo epiſtolam, in qui
bus extimulo veſtram per commonitionem ſynceram
mentem: vt memores ſitis verborũ, quæ prædicta ſunt à ſan-
ctis prophetis, & mandati noſtri qui ſumus apoſtoli domini:
& ſeruatoris, illud primum ſcientes, venturos in extremis die-
bus illuſores, qui iuxta proprias concupiſcentias ambulent, et 2.Timo.4.a.
dicant: Vbi eſt pollicitatio aduentus eius? Siquidem ex quo 3.a.
B die patres dormierunt, ſic omnia permanẽt ab initio creatio- Iudæ.1.f. Ezech.12.f.
nis. Nam illud volentes neſciunt, quòd cœli iam olim fuerint,
ac terra, ex aqua, & per aquam conſiſtentes dei ſermone, per
quæ is qui tum erat mundus aqua inundatus periit. At qui
nunc ſunt cœli ac terra eiuſdem ſermone repoſiti ſunt, & ſer-
uantur igni, in diem iudicij, & perditionis impiorum homi-
num. Vnum autem hoc ne lateat vos dilecti, quòd vnus dies
apud dominum perinde eſt, vt mille anni, & mille anni vt
dies vnus. Haud tardet domiuus qui promiſit, quemadmo-
dum nonnulli tarditatem exiſtimant. Verum longanimis eſt
erga nos, dum non vult vllos perire, ſed omnes ad pœni-
tentiam recipere. Veniet autem dies domini ſicut fur in no-
cte, quo cœli cum magno impetu tranſibunt: elementa ve-
rò æſtuantia ſoluentur, terraq; & quæ in ea ſunt opera exuren 1.Theſſ.5.a.
C tur. Cum igitur hæc omnia ſoluãtur, quales oportet eſſe vos Apoc.3.a.
in ſanctis conuerſationibus, ac pietatibus: expectãtes, & acce- 16.c.
lerantes aduentum diei dei: per quẽ cœli incẽſi ſoluẽtur, & ele-
menta æſtuantia liqueſcent. Sed cœlos nouos, ac terrã nouam
iuxta



iuxta promiſſum illius, expectamus, in quibus iuſtitia inhabi-
Apoc.21.a. Iſaiæ.65.c. & 66.g. Roma.2.a. tat. Quapropter dilecti, hęc expectantes, date operam, vt im-
maculati, & incontaminati ab illo reperiamini in pace, domi-
niq; noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini: quemadmo
D dum & dilectus frater noſter Paulus, iuxta ſibi datam ſapientiã
ſcripſit vobis: etiam in omnibus ferè epiſtolis loquens de his,
inter quæ ſunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti, pa-
rumq; firmi detorquent, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam
ipſorum perniciem. Vos igitur dilecti, poſteaquàm præmo-
niti eſtis, cauete, ne ſimul cum aliis nefariorũ errore abducti,
excidatis à ꝓpria ſtabilitate, ſed creſcite in gratia, & cognitio-
ne dñi noſtri, & ſeruatoris Ieſuah Chriſti: Ipſi gloria, & nunc,
& in diem æternitatis, Amen.

FINIS.

# Epiſtola Iohãnis apo-
# STOLI PRIMA:
## interprete Sante Pagni-
## no, Lucenſi.

❡Verum Euangelium ſe tractare, in luce ambulantes dei eſſe, & contra. De uera confeſsione. CAPVT I.

A QVOD fuit ab initio, quod audi-
uimus, quod vidimꝰ oculis noſtris, qđ
perſpeximus, & manus noſtræ cõtrecta
uerũt de verbo vitæ, & vita manifeſta-
ta eſt, & vidimus, etiã teſtamur, & annũ
ciamus vobis vitam æternam, quę erat
apud patrem, & manifeſtata eſt nobis.
B Quod vidimus, & audiuimus, annunciamus vobis: vt & vos
ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cũ patre,
& filio eius Ieſuah Chriſto. Et hæc ſcribimꝰ vobis, vt gaudiũ
veſtrum ſit plenum: Et hæc eſt annunciatio quam audiuimus
ex ipſo, & annunciamus vobis, ꝙ deus lux eſt, & tenebræ in
C eo non ſunt vllæ. Si dixerimus, ꝙ ſocietatem habemus cũ eo,
& in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non faci-
Hebr.9.d. mus. Quòd ſi in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce, ſocieta-
1.Petri.1.d. tem habemus inter nos mutuam, & ſanguis Ieſuah Chriſti filij
Apoc.1.b. 3.Regũ.8.c. eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus, peccatum
2.Par.6.g. Prou.20.b. non habemus: noſipſos fallimus, & veritas in nobis nõ eſt. Si
Ec.1.7.c. confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus: vt remitat no-
D bis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si di-
xerimus, non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbũ
eius non eſt in nobis.

❡Chriſtũ eſſe aduocatum & propitiatorem peccantium apud patrẽ, de uera charitate, annunciat Euangelium, mundum ſpernẽdum, Antichriſtos iam tum fuiſſe. CAP. II.

A FIlioli mei: hæc ſcribo vobis, ne peccetis: & ſi quis pecca-
uerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſuah Chri-
ſtum iuſtum. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: nõ ꝓ
noſtris autem tantum, ſed etiã pro totius mundi. Et per hoc
ſcimus ꝙ cognouimus eũ, ſi mandata illius obſeruamus. Qui
dicit noui eũ, & præcepta eius nõ ſeruat, mẽdax eſt, & in eo ve
ritas nõ eſt. Qui aũt ſeruat ſermonẽ eius, verè in hoc charitas
dei perfecta eſt. Per hoc ſcimus, ꝙ in ipſo ſumus. Qui dicit ſe
in eo manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Fra-
tres, non præceptum nouum ſcribo vobis, ſed pręceptum ve
tus, quod habuiſtis ab initio. Præceptũ vetus eſt ſermo quem
audiſtis ab initio. Rurſum præceptũ nouũ ſcribo vobis, qđ
B verũ eſt in ipſo, idem verũ eſt & in vobis: quia tenebræ præ-
tereunt, & verũ lumẽ iam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fra-
trem ſuũ odit, in tenebris eſt vſq; adhuc. Qui diligit fratrem
Iohan.13.d. 14.b. ſuũ, in lumine manet, & offendiculũ in eo nõ eſt. Qui aũt odit
Infra.3.d. fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat: & neſcit
quo eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vo-
bis filioli, quòd remittuntur vobis peccata propter nomen
eius. Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab
initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis illum
malum. Scribo vobis filioli, quoniam cognouiſtis patrem.
Scripſi vobis patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio
eſt. Scripſi vobis adoleſcentes, quoniam fortes eſtis, & verbũ
dei manet in vobis, & viciſtis illum malum. Ne diligatis mun
C dum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum
non eſt charitas patris in eo. Quoniam omne quod eſt in
mundo, videlicet cõcupiſcentia carnis, concupiſcentia oculo-
rum, & ſupbia vitæ, nõ eſt ex patre, ſed ex mundo eſt: Et mun
dus tranſit, et concupiſcentia eius. Qui aũt facit voluntatem
dei, manet in æternũ. Filioli, nouiſsimũ tẽpus eſt, & ſicut audi-
ſtis, ꝙ antichriſtus venit: etiã nũc antichriſti multi facti ſunt.
Vñ ſcimus nouiſsimũ tẽpus eſſe. Eẽ è nobis ꝓfecti ſunt, ſed nõ
erãt ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permãſiſſent vtiq; no
biſcũ. Sed vt manifeſti fierẽt, qđ nõ ſint oẽs ex nobis. Sed vos
vnctionẽ habetis à ſancto illo, & noſtis oĩa. Nõ ſcripſi vobis,
quaſi ignorantibus veritatẽ, ſed tanq; ſcientibus eã. Et qm̃ o-
mne mendaciũ ex veritate non eſt. Quis eſt mẽdax, niſi is q ne
D gat Ieſuah eſſe Chriſtũ? Hic eſt antichriſtus, qui negat patrem,
& filium. Quiſquis negat filium, is ne patrem quidem ha-
bet. Vos igitur quod audiſtis ab initio, in vobis perma-
neat. Si in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio, &
vos in filio, & patre manebitis. Et hæc eſt repromiſsio, quam
ipſe pollicitus eſt nobis, vitã æternã. Hæc ſcripſi vobis de his
qui ſeducunt vos, & vnctio quam vos accepiſtis ab eo, ma-
net in vobis. Et non neceſſe habetis, vt quiſquam doceat vos,
ſed ſicut ipſa vnctio docet vos de omnibus, & verax eſt, et nõ
eſt mendaciũ. Et ſicut docuit vos, manete in ea. Et nunc filioli
manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciã, & nõ pu-
defiamus ab eo in aduentu eius. Si ſcitis ꝙ iuſtus eſt, ſcitote ꝙ
omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

❡Quomodo filij dei efficiamur & ſancti, de iuſtis & peccatoribus; quod diſcrimẽ filiorũ dei & diaboli de charitate & fide.

CAP. III.

A VIdete qualem charitatẽ dedit nobis pater, vt filij dei vo
cemur. Propter hoc mundus nõ nouit vos, quia nõ no
uit eum. Dilecti nunc filij dei ſumus, & nondũ apparuit quod
futuri ſumus. Scimus autem quoniam ſi apparuerit, ſimiles ei
erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui ha-
bet hãc ſpẽ in eo, purificat ſe, ſicut & ille purus eſt. Omnis qui Iſaiæ.53.a.
facit peccatũ, idẽ & iniquitatẽ facit: & peccatũ eſt iniquitas. Et 1.Petri.2.d.
ſcitis ꝙ ille apparuit, vt peccata noſtra tolleret, & peccatũ in
eo non eſt. Omnis q in eo manet, nõ peccat: oĩs qui peccat, nõ
vidit eũ, nec cognouit eũ. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit
B iuſtitiã, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ ex dia Iohan.8.f.
bolo eſt: qm̃ ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit filiꝰ
dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natꝰ eſt ex deo, pec
catũ nõ facit: qm̃ ſemen ipſius in eo manet & nõ poteſt pecca-
re, ꝙ ex deo natꝰ ſit: In hoc manifeſti ſunt filij dei, & filij diabo
li. Omnis q nõ facit iuſtitiã, nõ eſt ex deo, & qui nõ diligit fra-
trem ſuũ. Qm̃ hæc eſt annũciatio, quã audiſtis ab initio, vt di- Iohã.13.d. 15.b.
ligatis vos inuicẽ. Non ſicut Cain ex illo malo erat, & occidit Gene.4.b.
fratrẽ ſuũ. Et ꝓpter quid occidit eũ? Quia opera eius mala e-
rãt, fratris aũt eius iuſta. Ne miremini fratres mei, ſi odit vos
C mũdus. Nos ſcimꝰ ꝙ trãslati ſumꝰ de morte ad vitã, qa diligi
mus fratres. Qui nõ diligit fratrẽ, manet in morte. Oĩs q odit Supra.2.b. Leuit.19.d.
fratrẽ ſuũ, homicida eſt, & ſcitis ꝙ oĩs homicida nõ habet vitã Ioã.15.b.
æternam in ſe manentem. Per hoc cognouimus charitatem Iacob.2.c.
dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos de-
bemus pro fratribus animas ponere. Qui verò habuerit ſub-
ſtantiam mũdi, & viderit fratrem ſuũ egerem, & clauſerit vi-
ſcera ſua ab eo, qũo charitas dei manet in eo? Filioli mei, ne di
ligamus verbo: neq; lingua, ſed opere, & veritate. Per hoc co-
gnoſcimus quòd ex veritate ſumus, & in conſpectu eius

D ſuadebimus cordibus noſtris. Quoniam ſi cōdemnet nos cor
Iohan.15.a. 16.e. noſtrum, maior eſt deus corde noſtro, & nouit omnia. Dilecti
Matt.21.c. ſi cor noſtrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga deum: & quicquid petierimus, accipimus ab eo: quoniã præcepta eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus. Et hoc eſt præceptum eius, vt credamus nomini filij ei⁹ Ieſuah Chriſti, & diligamus nos mutuo, ſicut dedit pręceptũ.
1.Iohan.6.d. Iohan.13.d. 15.b. Et qui ſeruat præcepta eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et per hoc ſcimus, quod manet in nobis è ſpiritu, quẽ nobis dedit.

¶ Qui ſpiritus ex deo ſint aut non, de Antichriſto: Rurſuſq; de charitate, ea que uera & perfecta.

CAP. IIII.

A Dilecti, nec cuiuis ſpiritui credatis, ſed probate ſpirit⁹ an ex deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundũ. Per hoc cognoſcite ſpiritũ dei. Oĩs ſpiritus q confitetur Ieſuah Chriſtũ in carne veniſſe, ex deo eſt. Et oĩs ſpũs, q non cõfitetur Ieſuah Chriſtũ in carne veniſſe ex deo nõ eſt. Et
Iohan.8.f. hic eſt ille ſpiritus antichriſti, de quo audiſtis, q̄ veniat, & nũc
B iam in mundo eſt. Vos ex deo eſtis filioli, & viciſtis eos: quoniam maior eſt q in vobis eſt, quam qui in mundo. Ipſi è mũdo ſunt, ideo è mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo ſumus. Qui nouit deũ, audit nos: qui non eſt ex deo, nõ audit nos. Per hoc cognoſcimus ſpm̃ veritatis, & ſpiritum erroris. Dilecti, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo eſt. Et omnis qui diligit ex deo natus eſt, & cognoſcit deum. Qui
Iohan.3.b. non diligit, non nouit deum: quoniã deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis, q̄ filium ſuum vnigenitum miſit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas,
Iohan.1.b. 1.Timo.6.b. non q̄ nos dilexerim⁹ deũ, ſed quòd ipſe dilexerit nos: & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.
C Dilecti, ſi ſic deus dilexerit nos, & nos debem⁹ nos mutuo diligere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligamus nos inuicem, de⁹ in nobis manet, & charitas eius eſt perfecta in nobis. Ex hoc cognoſcimus, q̄ in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtamur, q̄ pater miſit filium ſeruatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, q̄ Ieſuah eſt filius dei, deus in eo manet, & ipſe in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitatem quã habet deus in nobis. De⁹
D charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas nobiſcũ, vt fiduciã habeamus in die iudicij, q̄ ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo hoc. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras eiicit timorem, quoniam timor cruciatum habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos diligim⁹ eum, quoniã ipſe
Io.13.d.15.b. Ephe.5.a. prior dilexit nos. Si quis dixerit, diligo deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem vidit, deũ quẽ nõ vidit, quomodo poteſt diligere? Et hoc præceptũ habemus ab eo; qui diligit deũ diligat & fratrẽ ſuum.

¶ [redacted], quinam uere diligant deum, aſſertio trinitatis, pro quibus peccatis precandum aut non.

CAP. V.

A Omnis qui credit q̄ Ieſuah eſt Chriſtus ex deo nat⁹ eſt. Et om̃is qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui
Matth.11.d. natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus q̄ diligamus filios dei, cũ deum diligimus, & præcepta eius ſeruamus. Hęc eſt enim charitas dei, vt præcepta eius ſeruemus, & præcepta eius grauia
1.Cor.15.g. non ſunt. Quoniam om̃e quod natũ eſt ex deo, vincit mũdũ: Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides veſtra. Quis eſt qui vincit mundum, niſi qui credit q̄ Ieſuah eſt filius dei? Hic
B eſt qui venit per aquam, & ſanguinem Ieſuah Chriſtus, nõ per aquam ſolum, ſed per aquam, & ſanguinem. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur, quoniam ſpiritus eſt veritas. Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritusſanctus: & hi tres vnum ſunt. & tres ſunt qui teſtimonium dãt in terra, ſpiritus, & aqua, & ſanguis: & hi tres vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accepimus, teſtimonium dei mai⁹ eſt: qm̃
C hoc eſt teſtimonium dei, quo teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui
Iohan.3.d. credit in filium dei, habet teſtimoniũ in ſeipſo. Qui non credit deo: mendacem fecit eum: quia non credit in teſtimoniũ, qd teſtificatus eſt deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, q̄ vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio ei⁹ eſt. Qui habet filium, habet vitam: qui non habet filium dei, vitam nõ habet. Hæc ſcripſi vobis, qui creditis in nomine filij dei, vt ſciatis, q̄ vitam habetis æternã, & vt credatis in nomine filij dei. Et hæc eſt fiducia quam habemus apud eum, q̄ ſi quid petie-
D rimus ſecundũ voluntatem eius, audit nos. Et ſi ſcimus q̄ audit nos quicquid petierimus, ſcimus quod habemus petitiones quas poſtulauimus ab eo. Si quis viderit fratrem ſuũ peccare peccatum non ad mortem, petet & dabit ei vitam, peccãtibus non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roges. Omnis iniquitas peccatum eſt. Et eſt peccatum non ad mortem. Scimus q̄ omnis qui natus eſt ex deo, non peccat, ſed qui genitus eſt ex deo, ſeruat ſeipſum, & malus ille non tangit eum. Scimus q̄ ex deo ſumus, & mundus totus in malo conſtitutus eſt. Scimus autem q̄ filius dei venit, & dedit nobis mentem vt cognoſcamus illum verum deum & ſimus in vero, in filio eius Ieſuah Chriſto. Hic eſt verus deus, & vita æterna. Filioli cauete vobis à ſimulacris, Amen.

FINIS.

# Beati Iohannis preſbyteri epiſtola II. Interprete Sante Pagnino, Lucenſi.

¶ Vſq; adeo ad ſanctam fœminam ſcribit, ut eandem dominam non dubitet literis appellare, eiuſdemq; filiis teſtimonium quod ambulent in ueritate perhibet.

A SENIOR electæ dominæ, & filiis eius, quos ego diligo in veritate, et non ego ſolus, ſed et omnes qui cognouerunt veritatem, propter veritatem, quæ permanet in nobis, & nobiſcũ erit in æternum. Erit nobiſcũ gratia, miſericordia, pax à deo patre, & à domino
B Ieſuah Chriſto filio patris in veritate, et charitate. Gauiſus ſum valdè, q̄ inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, ſicut præceptum accepimus à patre. Et nunc rogo te domina: non tanquam mandatum nouum ſcribo tibi, ſed quod habuim⁹ ab initio, vt diligamus vos mutuo. Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundũ præceptum eius. Hoc eſt præceptũ, quemadmodum audiſtis ab initio, vt in eo ambuletis: quoniam multi ſeductores ingreſsi ſunt in mundum, qui non confitẽtur Ieſuah Chriſtum venturũ in carne. Hic eſt ſeductor, & antichri-
C ſtus. Intuemini voſipſos, ne perdamus quæ operati ſumus, ſed vt mercedem plenam recipiamus. Omnis qui tranſgreditur, & non manet in doctrina Chriſti, deum non habet. Qui manet in doctrina Chriſti, hic & patrem, & filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui em̃ dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malis. Cum multa haberem vobis ſcribẽda, nolui per chartam, & atramentum. Sed ſpero me venturum ad vos, & ore ad os locuturum, vt gaudium noſtrum ſit completum. Salutant te filij ſororis tuæ electæ, Amen.

FINIS.

Beati



# Beati Iohannis Theologi Catholica epiſtola III. Interprete Sãte Pagnino, Lucenſi.

¶ Caium pietatis cauſa extollit, atque ut in ipſa pietate maneat, exhortatur. Diotrephen impietatis, & ſuperbiæ cauſa obiurgat, Demetrio autem bonum teſtimonium perhibet cum fratribus uniuerſis.

A SENIOR Gaio dilecto, quẽ ego diligo in veritate dilecte, de omnibus opto, vt proſperè agant, & rectè valeãt, ſicut proſperè agit anima tua. Gauiſus ſum enim valde venientibus fratribus, & teſtimonium reddẽtibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. Maius his non habeo gaudium, q̃ vt audiam filios meos
B in veritate ambulare. Dilecte fideliter facis quicquid operaris in fratres, et in hoſpites, q teſtimoniũ reddiderũt charitati tuæ in cõſpectu eccleſię: quos, benefacies, ſi deduxeris dignè deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus. Nos ergo debemus recipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritati. Scripſi eccleſiæ: ſed is qui amat primatũ ge-
C rere in eis Diotrephes nõ recipit nos. Propter hoc ſi venero, indicabo facta illius quæ facit, verbis malitioſis garriẽs in nos, & nec his contentus, non ſolum non recipit fratres, verũetiam volentes recipere prohibet, & è congregatione eiicit. Dilecte, ne imiteris quod malum eſt, ſed quod bonum eſt. Qui bene fa-
D cit, ex deo eſt: qui autem male facit, non vidit deum. Demetrio teſtimonium redditum eſt ab omnibus, & ab ipſa veritate, ſed & nos teſtimonium perhibemus & noſtis q̄ teſtimonium noſtrum verum eſt. Multa habebam quę ſcriberem, ſed nolo per atramẽtum, & calamum ſcribere tibi. Spero autem protinus me viſurum te, & ore ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

FINIS.

# Beati Iehudæ apoſtoli epiſtola Catholica: Interprete Sãte Pagnino, Lucenſi.

¶ Iehudas apoſtolus fratres de corruptoribus uiæ ueritatis ita informat, ut illicitum eſſe diſſerat, de ſubiugo ſeruitutis, ſemel exutos, denuo operam ſuam officiis nauare ſeruilibus.

A IEHVDAS Ieſuah Chriſti ſeruus. Frater Iacobi, his qui in deo patre ſanctificati ſunt, gq; Ieſuah Chriſto ſeruati ſunt, vocatis: Miſericordia vobis, & pax, & charitas multiplicetur. Dilecti tantũ mihi ſtudiũ fuit ſcribendi ad vos de cõmuni ſalute, vt nõ potuerim non ſcribere vobis: obſecrãs vt veſtris laboribus adiumẽto ſitis fidei, q̃ ſemel data eſt ſanctis. Obiter em̃ ſubierũt quidã hoĩes impij, q prius deſcripti fuerãt in hoc iudiciũ: q dei noſtri gratiã trãsferunt ad laſciuiã: ac deum, qui ſolus eſt dñs, ac dominum
B noſtrũ Ieſuah Chriſtũ negãt. Volo aũt vos, commonefacere, cum ſciatis ſemel illud, q̄ dñs poſteaq; populum ex Aegypto ſaluũ eduxerat, rurſus eos qui non credebãt, perdidit: quodq;
Nume.14.f. angelos qui non ſeruauerant ſuã originẽ, ſed reliquerant ſuum
Gene.19.c. domicilium ad iudiciũ magni illius diei, vinculis æternis ſub caligine ſeruauit. Sicut Sedom, & Hamorah, & his finitimę ciuitates, quæ ad conſimilẽ modũ cum illis fornicatæ fuerant, ac ſecutæ fuerant carnem alienã, propoſitæ ſunt exemplo, ignis æterni pœnã ſuſtinentes. Similiter ſanè & hi deluſi in ſomniis, carnẽ quidem polluunt, dominos verò ſpernũt gloria prædi-
tos blaſphemiis afficiunt. At Michael archangelus, cũ aduer- Zach.3.c. Eccl.21.d.
ſus diabolũ certans diſceptaret de corpore Moſeh, non auſus eſt illi iudiciũ impingere blaſphemiæ, ſed dixit: Increpet te dominus. At iſti qui non nouerunt, ea blaſphemiis afficiunt: quę Gene.4.b.
C verò natura ceu animantia ratiõis expertia ſciũt, in his corrũpũtur. Væ illis, qm̃ viã Cain ingreſsi ſunt: & deceptione mer- Nume.22.d. 16.a. 1.Petri.2.d.
cedis, qua deceptus fuit Bilham effuſi ſunt, & contradictione Corach perierunt. Hi ſunt inter charitates veſtras maculæ inter ſe cõuiuantes, abſque vll⁹ timore, ſuopte ductu, arbitrioq; viuentes: nubes aquam non habentes, quæ à ventis circumaguntur: arbores autumno marceſcẽtes, infrugiferæ, bis emortuæ, & eradicatæ: vndæ feræ maris, diſpumantes ſua ipſorum dedecora: ſtellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in ęternũ ſeruata eſt. Prius aũt his vaticinatus eſt ſeptimus ad Adã Chanoch, dicens: Ecce venit dominus in ſanctis milibus ſuis, vt fa- Apoc.1.b.
ciat iudicium aduerſus omneis & redargutiones ex eis q ſunt impij, de factis omnibus quæ impiæ patrarunt, deq; omni-
D bus duris, quæ locuti ſunt aduerſus eum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores, queruli, iuxta concupiſcentias ſuas ambulantes, & os illorum loquitur tumida, admirãtes perſonas, vtilitatis gratia. Vos aũt dilecti, memores eſtis verborũ quæ 1.Timo.4. 2.Timo.3.a.
antehac dicta fuerũt ab apoſtolis dñi noſtri Ieſuah Chriſti: q̄ 2.Petri.3.a.
dixerunt vobis in extremo tempore futuros illuſores, q iuxta ſuas impias cupiditates ambularent. Hi ſunt qui ſegregant animales, ſpiritum non habentes. Vos aũt dilecti, ſanctiſsimæ veſtræ fidei ſuperſtruentes voſipſos, per ſpiritũ ſanctum orãtes, vos iuuicem in charitate dei ſeruate, expectãtes miſericordiam domini noſtri Ieſuah Chriſti in vitam æternã. Et hos quidem cõmiſeremini, dum diiudicamini: illos aũt per timorem ſaluos facite, ex incendio rapientes, odio proſequentes, & eam quæ ex carne eſt maculatam tunicam. Ei verò qui poteſt illos ſeruare à peccato immunes, & ſtatuere in conſpectu glorię ſuę incontaminatos cum exultatione: ſoli ſapienti deo ſeruatori noſtro, gloria, & magnificentia, & imperium, & poteſtas, nũc et in omnia ſecula, Amen.

FINIS.

# Apocalypſis beati Iohannis Theologi: Interprete Sãte Pagnino Lucenſi.

¶ Quibus ſcribere debeat. De ſeptẽ candelabris aureis in quorũ medio ſimilis filio hominis.

CAPVT I.

A REVELATIO Ieſuah Chriſti quã dedit illi deus, vt oſtẽderet ſeruis ſuis quę oporteat fieri citò, & ſignificauit, cũ miſiſſet ſeruo ſuo Iohanni, q teſtificat⁹ eſt verbũ dei, & teſtimoniũ Ieſuah Chriſti, & q̃cunq; vidit. Beatus q legerit, et q audierit verba pphetiæ, & ſeruauerit ea q̃ in ea ſcripta ſunt. Tp̃s em̃ ppe eſt. Iohannes ſeptẽ eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis, & pax ab eo
qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus, q Coloſ.1.c.
in conſpectu throni eius ſunt, & à Ieſuah Chriſto, qui eſt teſtis 2.Cor.15.c.
B fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ,
ei qui dilexit nos: & lauit nos à peccatis noſtris per ſanguinem Hebr.9.d.
ipſius: & fecit nos reges, & ſacerdotes deo, & patri ſuo: ipſi 1.Petr.3.d.
gloria, & imperium, & in ſecula ſeculorum, Amen. Ecce venit Iſaiæ.3.c. Matt.24.c.
cum nubibus & videbit eum omnis oculus & qui eum com- Iudæ.1.e.
punxerunt. Et plangent ſe omnes tribus terræ etiam, Amen. Infra.31.b 22.c.

Ego ſum alpha,et ω,(o mega)principium,& finis,dicit dominus:qui eſt,& qui erat,& qui venturus eſt omnipotens. Ego Iohannes frater veſter,& particeps in afflictione,& regno,&
C patientia in Chriſto Ieſuah,fui in inſula, quæ appellatur Patmos,propter ſermonem dei, & teſtimonium Ieſuah Chriſti. Fui in ſpiritu in dominico die,& audiui poſt me vocē magnā tanquā tubę,dicentis:Ego ſum alpha,& Ω, (o mega) primus & nouiſsimus.Quod vides ſcribe in libro:& mitte ſeptem eccleſiis,q̃ ſunt in Aſia,Epheſo,& Smyrnæ Pergamo,& Thyatirę & Sardis,& Philadelphiæ,& Laodiceæ.Et conuerſus ſum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum.Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea,& in medio candelabrorum aureorum ſimilē filio hominis,veſtitum veſte ad pedes vſq; demiſſa,& præcinctum ad mamillas zona aurea.Caput autem eius,& capilli erant candidi,velut lana alba, & tanquam nix. Et oculi eius tanquam flamma ignis;& pedes eius ſimiles chalcolibano, velut in camino ardentes, & vox illius tanquam vox aquarum multarum;& habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem.Et de ore eius gladi⁹ vtraq; parte acut⁹ exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in potentia ſua.Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanq; mortuus.Et poſuit dexterā ſuam ſuper
D me,dicens mihi:Noli timere.Ego ſum primus,& nouiſsimus, & viuus,& fui mortuus,& ecce ſum viuens in ſecula ſeculorū:
Iſaiæ.41.b. 44.a. & habeo claues mortis,& inferni.Scribæ ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt,& quæ oportet fieri poſt hæc: Sacramentum ſeptē ſtellarum quas vidiſti in dextera mea,& ſeptem candelabra aurea,Septem ſtellæ angeli ſunt ſeptem eccleſiarum, & candelabra ſeptem quæ vidiſti,ſeptem eccleſiæ ſunt.

¶ Iuſtruit eccleſiam Epheſiorum,Smyrnenſium, & Thyaritenſium.

CAP. II.

A ANgelo Epheſinæ eccleſiæ ſcribe:Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua:qui ambulat in medio ſeptē candelabrorum aureorum.Scio opera tua,& laborem,& patientiam tuam,& ꝙ non potes ſuſtinere malos:& tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos eſſe,& non ſunt:& inueniſti eos mēdaces,& tuliſti.Et patientiam habes,& ſuſtinuiſti propter nomē meum,& non defeciſti.Sed habeo aduerſum te,ꝙ charitatem
B tuam primam reliquiſti.Memor eſto itaq; vnde excideris,et age pœnitentiam,& prima opera fac.Sin minus,veniam tibi cito,& moucbo candelabrum tuum de loco ſuo,niſi pœnitentiam egeris.ſed hoc habes,quia odio habes facta Nicolaitarū, quæ & ego odio habeo.Qui habet aurem audiat,quid ſpirit⁹ dicat eccleſiis.Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in
C medio paradiſi dei mei.Et angelo Smyrnæorum eccleſiæ ſcribe:Hæc dicit primus,& nouiſsimus,qui fuit mortu⁹,& vixit: Scio opera tua,& afflictionem,& paupertatem,ſed diues es: & blaſphemiam eorum qui ſe dicūt Iehudæos eſſe & nō ſunt, ſed ſunt ſynagoga Sathanæ.Nihil horū timeas q̃ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt diab lus aliquos ex vobis in carcerē vt tentemini,& habebitis afflictionem dierum decem. Eſto fidelis vſque ad mortem,& dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem audiat,quid ſpiritus dicat eccleſiis:Qui vicerit,non læde-
D tur à morte ſecūda.Et angelo Pergamēſis eccleſiæ ſcribe:Hæc dicit,qui habet gladiū vtraq; parte acutum.Scio opera tua,et vbi habitas,vbi ſedes eſt ſathanæ:& tenes nomen meū,& non negaſti fidem meam.Et in diebus meis Antipas teſtis meus fidelis,q occiſus eſt apud vos vbi ſathanas habitat. Sed habeo
Nume.24.c. aduerſus te pauca,quia habes illic tenentes doctrinā Balham, qui docebat Balac,vt mitteret offendiculum coram filiis Iſrael,vt ederent ex his quę ſimulacris imolabantur, & fornicarentur,ita habes,& tu tenentes doctrinam Nicolaitarum,qđ
E odi.Similiter pœnitentiam age,alioqui veniam tibi cito,et pugnabo cum illis gladio oris mei.Qui habet aurem audiat, qđ ſpiritus dicat eccleſiis.Vincenti dabo edere ex manna abſcondito,& dabo ei calculum candidum,et in calculo nomē nouū ſcriptum,quod nemo ſcit,niſi qui accipit.Et angelo Thyatirēſis eccleſiæ ſcribe:Hæc dicit filius dei,qui habet oculos tanq; flammam ignis,& pedes eius ſimiles chalcolibano.Noui opera tua,& charitatem,& miniſterium,& fidem, & patientiam tuam,& opera tua,& nouiſsima plura prioribus. Sed habeo
F aduerſus tę pauca,quia permittis mulierem Zebel,quæ ſe dicit ꝓphetas docere,& ſeducere ſeruos meos,fornicari,et edere ex his quæ ſimulacris immolantur.Et dedi illi tēpus,vt pœnitentiam ageret à fornicatione ſua,nec pœnitentiam egit.Ecce ego mitto eam in lectum,& qui adulterium cōmittunt cū ea,in afflictionem maximam,niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis,& filios eius interficiam morte,& ſciēt omnes eccle- 1.Reg.16. Pſalmo.7. Ieremi.17.b.
G ſiæ,ꝙ ego ſum ille ſcrutans renes,& corda,& dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera ſua.Vobis autem dico,& cæteris q Thyatiræ eſtis,quicunque non habent doctrinam hanc, & q non cognouerunt profunditates ſathanæ, quēmadmodum dicunt:non mittam ſuper vos aliud pondus,tamen id quod habetis,tenete,donec veniam.Et qui vicerit,& cuſtodierit vſque in finem,opera mea,dabo illi poteſtatem ſuper Gentes,et Pſalmo.1. reget eas virga ferrea,& tanquam vaſa figulina confringētur: ſicut & ego accepi à patre meo,& dabo illi ſtellam matutinā. Qui habet aurem audiat,quid ſpiritus dicat eccleſiis.

¶ Quid Angelo Sardenſis eccleſiæ præcipere debeat. Itē angelo Philadelphiæ,& Laodicenſis eccleſiæ quid ſignificandum.

CAP. III.

A ET angelo eccleſiæ quæ eſt Sardis ſcribe:Hæc dicit q habet ſeptem ſpiritus dei,& ſeptem ſtellas.Scio opera tua: Infra.16.c. quia nomē habes,ꝙ viuas,& mortuus es.Eſto vigilans,& cō- 1.Theſ.5.a. firma cætera quę moritura erant.Non enim inueni opa tua 1.Petri.3.c. plena coram deo meo.In mēte ergo habe, qualiter acceperis, & audieris,& ſerua,& pœnitentiam age.Si ergo non vigilaueris,veniam ad te tanq; fur,& neſcies qua hora veniam ad te. Habes pauca nomina in Sardis,qui non inquinauerunt veſtimenta ſua,& ambulabunt in albis,quia digni ſunt. Qui vicerit,ſic veſtietur veſtimentis albis,& non delebo nomen ei⁹ de libro vitæ,& confitebor nomen eius coram patre meo,& co
B ram angelis eius.Qui habet aurem audiat,quid ſpiritus dicat eccleſiis. Et angelo Philadelphienſis eccleſiæ Scribe:Hæc dicit ſanctus,& verax,qui habet clauem Dauid,qui aperit,& nemo claudit:claudit,& nemo aperit.Scio opera tua.Ecce dedi Iſaiæ.22.f. Iob.12.b. coram te oſtium apertum quod nemo poteſt claudere, quia exiguam habes potentiam.Et ſeruaſti ſermonem meum,et nō negaſti nomen meū.Ecce do de ſynagoga ſathanæ,qui dicūt ſe Iehudæos eſſe,& non ſunt,ſed mentiuntur.Ecce faciā illos, vt veniant,& adorēt ante pedes tuos,& ſciant ꝙ dilexi te, qm̄ ſeruaſti ſermonem patientiæ meæ,& ego ſeruabo te ab hora tentationis quę ventura eſt in orbem vniuerſum, vt tentet ha
C bitantes in terra:Ecce venio cito,tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.Qui vicerit,faciam illum columnam in templo dei mei,& foras non egredietur amplius. Et ſcribā ſuper eum nomen dei mei,& nomen ciuitatis dei mei nouę Ieruſalaim,qui deſcendit de cœlo à deo meo,& nomen meum nouum.Qui habet aurem audiat,quid ſpiritus dicat eccleſiis. Et angelo Laodicenſium eccleſiæ ſcribe:Hæc dicit,Amen teſtis fidelis,& verus principium creaturæ dei:Scio opera tua: quia neq; frigidus es,neq; feruidus: vtinam frigidus eſſes, aut feruidus.Itaq; qm̄ tepidus es,& nec frigidus, nec feruidus, incipiam te emouere ex ore meo,quia dicis,diues ſum,& ditat⁹ ſum,& nullius egeo,& neſcis ꝙ tu es miſer, & miſerabilis, &
D pauper,& cæcus,ac nudus.Suadeo tibi emere à me aurū ignitum ex igni,vt locuples fias,& veſtimentis albis induaris, vt non appareat dedecus nuditatis tuæ,& collyrio inunge oculos tuos,vt videas:Ego quoſcunque amo,arguo, & caſtigo. Aemulare ergo ac pœnitentiam age,ecce ſto ad oſtium et pulſo.Si quis audierit vocem meam,& aperuerit ianuā, intrabo Prouer.3.b. Hebr.12.b. ad illum,& cœnabo cum illo,& ipſe mecum.Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo:ſicut & ego vici,& conſedi cūm patre meo in throno eius.Qui habet aurē audiat,qđ ſpiritus dicat eccleſiis.

¶ De ſedēte



¶ De ſedente in throno,deq; uigintiquatuor ſenioribus,& quatuor animalibus.

CAP. IIII.

A POſt hæc vidi,& ecce oſtium apertum in cœlo,& vox prima quā audiui tāq; tubæ loquētis mecū,dicēs: Aſcēde huc,& oſtendā tibi,quæ oportet fieri poſt hæc. Et ſtatim fui in ſpiritu.Et ecce ſedes poſita erat in cœlo,& ſupra ſedē ſedēs.Et q ſedebat,ſimilis erat aſpectu lapidi Iaſpidi & Sardio, & iris erat in circuitu ſedis ſimilis aſpectu Smaragdino. Et in
B circuitu ſedis ſedilia vigintiq̃tuor & ſup thronos vigintiquatuor ſeniores ſedētes,circūamicti ſtolis albis,& habebāt in capitib⁹ ſuis coronas aureas.Et de throno ꝓcedebāt fulgura,& tonitrua,& voces,& ſeptē lāpades ignis ardētes ante thronū,q̃ ſunt ſeptē ſpūs dei.Et in cōſpectu ſedis tanquā mare vitreū ſimile cryſtallo,& in medio ſedis,& in circuitu ſedis quatuor
C animalia plena oculis antē,& retrò.Et animal primum ſimile leoni,& ſecundū animal ſimile vitulo, & tertiū animal habens faciē velut homo,& quartū animal ſimile aquilæ volanti.Et quatuor animalia ſingula eorū habebāt alas ſenas in circuitu,& intus plena erāt oculis.Et requiē nō habēt die ac nocte,dicētia:Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus oīpotens,
Iſaiæ.6.a D qui erat,& qui eſt,& qui vēturus eſt.Et cū darēt illa animalia gloriā,honorē,& benedictionē ſedēti ſuper thronū, viuēti in ſecula ſeculorum,procidunt vigintiquatuor ſeniores ante ſedentē in throno,& adorant viuentē in ſecula ſeculorū,& abiiciunt coronas ſuas ante thronū,dicentes:Dignus es domine de⁹ noſter accipere gloriā,& honorē,& potētiā;quia tu creaſti omnia,& propter voluntatem tuam ſunt,& creata ſunt.

¶ De libro ſeptem ſigillis obſignato,& quis eum aperuerit. CAP. V.

A ET vidi in dextera ſedentis ſuper thronū librū ſcriptū intus & in tergo,ſignatū ſigillis ſeptē.Et vidi angelum fortem,prædicātem voce magna:Quis eſt dignus aperire librū, & ſoluere ſignacula eius?Et nemo poterat,neq; in cœlo, neq; in terra,neq; ſubter terrā aperire librū neq; aſpicere illum.Et ego flebā multū,quòd nemo dignus inuētus eſſet aperire, &
B legere librū,nec videre eū.Et vnus de ſeniorib⁹ dicit mihi: Ne fleueris.Ecce vicit leo de tribu Iehudah radix Dauid, vt aperiat librū,& ſoluat ſeptē ſignacula eius.Et vidi:& ecce in medio throni,& quatuor animaliū,& in medio ſeniorum agnus ſtans tanquā occiſus habēs cornua ſeptē,& oculos ſeptē, qui ſunt ſeptē ſpūs dei,miſſi in omnē terrā.Et venit, & accepit de dextra ſedentis in throno librum.Et cum accepiſſet librum quatuor animalia,& vigintiquatuor ſeniores ceciderunt co-
C ram agno,habentes ſinguli citharas,& phialas aureas,plenas odoramentorum,quæ ſunt orationes ſanctorum,& canunt canticum nouum,dicentes:Dignus es accipere librū,& aperire ſignacula eius,quoniam occiſus es,& redemiſti nos per ſanguinem tuum,ex omni tribu,et lingua,& populo, & natione,& feciſti nos deo noſtro reges,& ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.Et vidi,& audiui vocē angelorū multorum in circuitu throni,& animalium,& ſeniorum,& erat numerus eorum milia miliium,dicentia voce magna : Dignus
D eſt agnus,qui occiſus eſt,accipere potentiā,& diuitias, & ſapientiam,& fortitudinem,& honorem,et gloriam,et benedictionem.Et omnem creaturam,quæ in cœlo eſt,& quæ ſuper terram,et ſub terra,& in mari,et quæ in eis ſunt omnia: audiui dicentes,ſedenti in throno,et agno,benedictio,& honor,et gloria,& imperium in ſecula ſeculorum. Et quatuor animalia dicebāt,Amen.Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas:& adorauerunt viuentē in ſecula ſeculorū.

A ¶ Apertiones ſex ſigillorum quid portendant;deq; anxietatibus futuris.CAP. VI.

ET vidi,cum aperuiſſet agnus vnum de ſeptem ſigillis,& audiui vnum de quatuor animalibus dicens tanquam vocem tonitrui.Veni,& vide.Et vidi:Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eū habebat arcū & data eſt ei corona, & exiuit vincens,& vt vinceret.Et cū aperuiſſet ſigillū ſecundū,
B audiui ſecundū aīal, dicēs:Veni,& vide.Et exiuit alius equus rufus,& qui ſedebat ſuper illum datū eſt ei,vt tolleret pacem de terra,& vt inuicē ſe interficiant,& datus eſt ei gladius magnus.Et cum aperuiſſet ſigillū tertium, audiui tertiū animal dicens:Veni,& vide.Et vidi,& ecce equus niger,& qui ſedebat ſuper illum habebat ſtateram in manu ſua,& audiui vocem in medio quatuor animalium dicentem.Chœnix tritici denario,& tres chœnices hordei denario,& vinum,& oleum ne læſeris.Et cum aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocē quarti animalis,dicentem:Veni,& vide.Et vidi,& ecce equ⁹ pallidus;& qui ſedebat ſuper eum,nomen illi Mors,& infernus ſequitur eum,& data eſt ei poteſtas interficiendi ſuper
C quartam partem terræ,& gladio,& fame,& morte,& à beſtiis terræ.Et cum aperuiſſent ſigillum quintum, vidi ſubter altare animas interfectorum propter verbū dei, & propter teſtimoniū,quod habebant.Et clamabant voce magna,dicētes:Vſquequo tu qui es dominus,qui es ſanctus,& verax,nō iudicas,ac vindicas ſanguinem noſtrum de his,qui habitant in terra?Et datæ ſunt ſingulis ſtolæ albæ,& dictum eſt illis,vt requieſcerent adhuc tempus exiguum, donec complerentur conſerui eorum,& fratres eorum,qui interficiēdi eſſent,ſicut
D & illi.Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextū,et ecce terræmotus magnus factus eſt.Et ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus,& luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtellæ de cœlo ceciderūt ſuper terram,ſicut ficus abiicit groſſos ſuos,cum à vento magno mouetur. Et cœlum receſſit ſicut liber, qui circūuoluitur,& omnis mōs,& inſulæ de locis ſuis motę ſunt, & reges terræ,& principes,& diuites,& tribuni,& fortes, & omnis ſeruus,& liber abſconderunt ſe in ſpeluncis,& in petris mōtium.Et dicunt mōtibus,& petris:Cadite ſuper nos Luc.23.d. Iſa.2.d. Oſee. & abſcōdite nos à facie ſedentis ſuper thronū,& ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ illius,Et quis poteſt ſtare?

¶ De ſignatis, ſigno dei ex omnibus populis,quos poſt afflictiones conſolatur agnus.

CAP. VII.

A POſt hęc vidi quatuor angelos ſtātes ſuper quatuor angulos terræ,tenētes quatuor ventos terræ,ne flaret ventus ſuper terrā neq; ſup mare,neq; in vllā arborē.Et vidi alterū angelū aſcendentem ab ortu ſolis,habētem ſigillum dei viuentis,& clamauit voce magna quatuor angelis,quibus datū eſt nocere terrę,& mari,dicēs:Nolite nocere terrę,neq; mari, neq; arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos dei noſtri in
B frōtibus ſuis.Et audiui numerū ſignatorū,centū quadragintaquatuor milia ſignati ex omni tribu filiorum Iſraēl. Ex tribu Iehudah,duodecim milia ſignati.Ex tribu Reuben, duodecim milia ſignati,Ex tribu Ghad, duodecim milia ſignati. Ex tribu Aſer,duodecim milia ſignati. Ex tribu Nephthali, duodecim milia ſignati.Ex tribu Menaſſeh, duodecim milia ſignati. Ex tribu Simhō,duodecim milia ſignati.Ex tribu Leui, duodecim milia ſignati.Ex tribu Iſaſchar,duodecim milia ſignati. Ex tribu zebulum, duodecim milia ſignati.Ex tribu
C Ioſeph,duodecim milia ſignati. Ex tribu Biniamin, duodecim milia ſignati.Poſthęc vidi,& ecce turba multa,quā dinumerare nemo poterat,ex oībus gentibus,& tribubus, & populis,& linguis ſtātes ante thronū,& in cōſpectu agni, amicti ſtolis albis & palmæ in manibus eorū,& clamabāt voce magna,dicētes:Saluatio ei,qui ſedet ſup thronū dei noſtri, & agno. Et omnes angeli ſtabāt in circuitu throni,& ſeniorū,& quatuor animalium,& proſtrauerunt ſe in conſpectu throni in facies ſuas,& adorauerunt deum,dicentes: Amen.Benedictio,& gloria,& ſapiētia,& gratiarum actio,honor,& potentia,& fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen. Et reſpondit vnus de ſenioribus,& dixit mihi:Hi qui amicti
D ſunt ſtolis albis,qui ſunt,& vnde venerunt?Et dixi illi:Domine mi,tu ſcis.Et dixit mihi:Hi ſunt,qui venerūt ex afflictione magna,& lauerunt ſtolas ſuas,& dealbauerūt eas in ſanguine agni.Ideo ſunt ante thronum dei, & ſeruiunt ei die,ac nocte in templo eius,& qui ſedet in throno habitabit ſuper illos. Non eſurient,neq; ſitiēt amplius,nec cadet ſuper illos ſol,ne- Iſa.46.c. Iſa.25.e. Infra.21.b. que vllus æſtus,quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget illos,& deducet eos ad viuos fontes aquarum,& abſtera

L i.

get deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Aperto per ſilentium ſeptimo ſigillo recipit angelus ſuffimenta, de ſeptem angelis, quorum quatuor tuba canunt. CAP. VIII.

A ET cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factū eſt ſilentium in cœlo media ferme hora. Et vidi angelos ſtantes in conſpectu dei,& datæ ſunt illis ſeptē tubæ. Et alius angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data ſunt illi ſuffimenta multa, vt daret de orationibus ſanctorum omniū ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum. At aſcendit fumus ſuffimentorum de orationibus ſanctorum è manu angeli coram deo. Et accepit angelus thuribulum,& impleuit illud de igne altaris,& miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, B &voces,& fulgura,& terræmotus,& ſeptem angeli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe vt tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit,& facta eſt grando, & ignis mixta ſanguine,& miſſa ſunt in terram,& tertia pars arborum concremata eſt,& omnis herba viridis combuſta eſt. Et ſecundus angelus tuba cecinit,& tanquam mons magnus igne ardens proiectus eſt in mare. Et facta eſt tertia pars maris ſanguis,& mortua eſt tertia pars creaturarum, quæ erant in mari, quæ C habebant animas, & tertia pars nauium interijt. Et tertius angelus tuba cecinit,& cecidit è cœlo ſtella magna ardens tanquam facula,& cecidit in tertiam partem fluminum,& in fontes aquarum, & nomen ſtellæ dicitur abſinthyum. Et verſa eſt tertia pars in abſinthyum, & multi homines mortui ſunt ex aquis, quia amaræ factæ ſunt. Et quartus angelus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis,& tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum; ita vt obſcuraretur tertia pars D eorum,& diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter. Et vidi, & audiui vnum angelum volantem per medium cœli, dicentem voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra, è cæteris vocibus tubæ trium angelorum, qui erant tuba canturi.

Cantāte quinto angelo, prodeunt de fumo putei locuſtæ pernicioſæ,& cantante angelo ſexto ſoluuntur quatuor angeli antea ligati in flumine magno Euphrate. CAP. IX.

A ET quintus angelus tuba cecinit,& vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei voraginis. Et aperuit puteum voraginis, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ;& obſcuratus eſt ſol, & aer â fumo putei. Et de fumo exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ. Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neq̧ omne viride, neq̧ omnem arborem: niſi tantum homines, qui non habent ſignum in frontibus ſuis. Et datum eſt illis, ne occiderent eos, B ſed vt cruciarentur menſibus quinque. Et cruciatus eorum, vt cruciatus ſcorpij quum percuſſerit hominem. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & deſiderabunt mori,& fugiet mors ab eis. Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earum tanquam coronæ, ſimiles auro, & facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos, ſicut capillos mulierum,& dentes earum, quaſi leonum erant. Et habebant loricas, ſicut loricas ferreas,& ſonitus alarum earum, ſicut ſonitus curruum equis multis currentibus ad bellum. Et habent caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum:& poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque. Et habent ſuper ſe regem angelum voraginis, cui no- C men Hebraicè Abadon, Græcè autem Apollyon, (id eſt perdens). Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc. Et ſextus angelus tuba cecinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei, dicentem ſexto angelo qui habebat tubam: Solue quatuor angelos, qui alligati ſūt in flumine magno Euphrate.

Iſai.2.d. Oſee.10 b. Luc.23.d. Sapient.16.b.

Et ſoluti ſunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, & diem,& menſem, & annum: vt occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equeſtris exercitus, vicies milies decem milia. Et audiui numerum eorum. Et ita vidi equos in viſione; & qui ſedebant ſuper eos, habebant thoraces igneos, & hyacinthinos, & ſulphureos, & capita equorum erant tanquam capita leonum,& de ore ipſorum procedebat ignis,& fumus, & ſulphur. Ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne,& de fumo, & ſulphure, quæ procedebant ex ore ipſorum. Poteſtas enim equorum D in ore eorum eſt, & in caudis eorum. Nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita, & per hæc nocent. Et cæteri homines, qui non ſunt occiſi his plagis, neq̧ pœnitentiam egerunt ab operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia,& ſimulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare:& non egerunt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque à veneficijs ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

De angelo habente librum apertum,& de ſeptem tonitruis, Ioannes deuorat librum. CAP. X.

A ET vidi alium angelum fortem deſcendentem de cœlo amictum nube,& iris in capite eius:& facies eius erat vt ſol,& pedes eius tanquam colūnæ ignis. Et habebat in manu ſua libellum apertum:& poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terrā. Et clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas. Et cum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram. Et audiui B vocem de cœlo. dicentem mihi: Obſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua,& ne ea ſcribas. Et angelus quem vidi ſtantem ſuper mare,& ſuper terram, leuauit manū ſuam dextram ad cœlum, & iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui Danielis 12.e. creauit cœlum ,& ea quæ in illo ſunt, & terram ,& ea quæ in C ea ſunt,& mare,& ea quæ in eo ſunt: tēpus non fore amplius: ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba canere, conſummandum eſſe myſterium dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Et vox quam audiui de cœlo iterum loquebatur ad me,& dicebat: Vade,& accipe libellum apertum in manu angeli, ſtantis ſuper mare & ſuper terrā. Et abij ad angelum, dicens ei, vt daret mihi libellum. Et dixit mihi. Accipe libellum, & deuora illum, & faciet amaricari ven- Ezec.3.a. trem tuum: ſed in ore tuo erit dulcis tanquam mel. Et acce- D pi libellum de manu angeli,& deuoraui illum & erat in ore meo, tanquam mel, dulcis. Et cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus. Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare in gentibus, & linguis, & populis, & regibus multis.

De duobus teſtibus, deq̧ multitudine interficiēdorū a beſtia: CAP. XI.

A ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi: Surge, & metire templum dei,& altare,& adorantes in eo. Et atrium, quod intra templum eſt, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus,& ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus:& dabo duobus teſtibus meis,& prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis. Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu dei terræ ſtantia. Et ſi quis voluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum, & deuorat inimicos eorum. B Et ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi. Hi habent poteſtatē claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorū.& poteſtatē habent ſuper aquas cōuertendi eas in ſanguinē & percutiēdi terrā omni plaga, quotieſcūq̧ voluerint. Et quum finierint teſtimonium ſuum, beſtia, quæ aſcendit de abyſſo

Duo hi teſtes ſunt lex & prophetæ q̄ et cū Chriſto loquūt: cū eo cōcordātes, Matt.17. idq; in mōte thabor, ubi et iuuante Michaele angelo pugnatum eſt cōtra hoſtes, Iuſ.c.16.

de abyſſo, faciet aduerſus eos bellum,& vincet illos, et occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, q̄ vocatur ſpiritualiter Sedom,& Aegyptus, vbi dominus noſter crucifixus eſt. Et videbunt de tribubus,& populis, & linguis,& gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium, & corpora eorum non ſinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram, gaudebunt ſuper illis & lætabuntur,& munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant ſuper terram. Et poſt dies tres & dimidium, C ſpiritus vitæ â deo intrauit in eos. Et ſteterūt ſuper pedes ſuos: & timor magnus cecidit ſuper eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem ipſis: Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cœlum in nube,& viderūt illos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit:& occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem milia:& reliqui territi ſunt,& dederunt gloriā deo cœli. Væ ſecundum abiit,& ecce væ tertium veniet citò. Et ſeptimus angelus tuba cecinit,& factæ ſunt voces magnæ in cœlo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi domini no- D ſtri,& Chriſti eius,& regnabit in ſecula ſeculorum, Amen. Et vigintiquatuor ſeniores qui in conſpectu dei ſedent in ſedib⁹ ſuis, ceciderunt in facies ſuas,& adorauerunt deum dicentes: Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, qui es, & qui eras,& qui venturus es, quia accepiſti potētiam tuam magnā, & regnaſti. Et iratæ ſunt gentes,& aduenit ira tua, & tempus mortuorum vt iudicentur: & reddas mercedem ſeruis tuis Prophetis,& ſanctis,& timentibus nomen tuū puſillis & magnis,& perdas eos qui perdunt terram. Et apertum eſt templum dei in cœlo,& viſa eſt arca teſtamenti eius in tēplo eius: & facta ſunt fulgura,& voces,& tonitrua,& terræmotus, & grando magna.

De muliere ornata ſole & luna,& de dracone quem deiecit Michael. CVP. XII.

A ET ſignum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus eius,& in capite eius corona ſtellarum duodecim. Et in vtero habens, clamat parturiēs, et cruciatur vt pariat. Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo:& ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem, et cornua decem, et in capitibus ſuis diademata ſeptem,& cauda eius trahit tertiam partem ſtellarum cœli,& miſit eas in terram:& draco ſtetit an- B te mulierem quæ erat paritura: vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret. Et peperit filium maſculum qui recturus erat oēs gentes in virga ferrea:& raptus eſt filius ei⁹ ad deū,& ad thronum eius:& mulier fugit in ſolitudinē, vbi habet locum paratum à deo, vt ibi paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta. Et factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael,& angeli eius præliabantur cum dracone,& draco pugnabat, & angeli eius,& non valuerunt, neq̧ locus inuentus eſt eorum ampli⁹ in cœlo. Et proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſathanas, qui ſeducit totum terrarū orbem:& proiectus eſt in terram,& angeli eius cum illo pro- C iecti ſunt. Et audiui vocem magnam dicentem: In cœlo nunc facta eſt ſalus,& potentia,& regnū dei noſtri,& poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum qui accuſabat illos ante conſpectum dei noſtri die, ac nocte:& ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni,& propter ſermonem teſtimonij ſui,& non dilexerunt animam ſuam vſque ad mortem. Propterea lætamini cœli,& qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ,& maris, quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quòd exiguum temp⁹ habet. Et poſtquàm vidit draco, quòd proiectus eſt in terram, perſecu- D tus eſt mulierem quæ peperit maſculum. Et datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, in locū ſuū vbi alitur tempus,& tempora,& dimidium temporis à facie ſerpētis. Et eiecit ſerpēs ex ore ſuo poſt mulierē aquā tanq̧ flumen, vt eā faceret rapi à flumine. Et adiuuit terra mulierē, & aperuit terra os ſuū,& abſorbuit flumē qđ eiecerat draco ex ore ſuo. Et iratus eſt draco aduerſus mulierem,& abiit vt faceret prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandata dei,& habent teſtimonium Ieſuah Chriſti. Et ſtetit ſuper arenam maris.

De beſtia decacæra aſcendente e mari, item alia bicorni. CAP. XIII.

A ET vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem,& cornua decem,& ſuper cornua eius decē diademata,& ſuper capita eius nomen blaſphemię. Et beſtia quā vidi, ſimilis erat pardo,& pedes eius ſicut pedes vrſi, & os ei⁹ ſicut os leonis. Et dedit illi draco potentiam ſuam,& ſedē ſuā, & poteſtatem magnam. Et vidi vnum de capitibus eius quaſi occiſum in mortē,& plaga mortis eius curata eſt. Et admiratio fuit in vniuerſa terra poſt beſtiam. Et adorauerunt draco- B nem qui dedit poteſtatem beſtiæ. Et adorauerunt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ,& quis poterit pugnare cum ea? Et datū eſt ei os loquens magna,& blaſphemias,& data eſt ei poteſtas, vt faceret bellum menſes quadraginta duos. Et aperuit os ſuum in blaſphemiam contra deum: vt blaſphemiis afficeret nomē eius,& tabernaculū eius,& eos qui in cœlo habitāt. Et eſt datum illi bellum facere cū ſanctis,& vincere eos. Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum,& linguam,& gentem,& adorabunt eam omnes qui inhabitant terram: quorum non C ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Siquis captiuitatem contraxerit, in captiuitatem vadit. Siquis gladio occiderit, o- Gene.9.a. Matt.26.e. portet eum gladio occidi. Hic eſt patientia,& fides ſanctorū. Et vidi aliam beſtiam aſcendentem è terra,& habebat cornua duo ſimilia agni,& loquebatur ſicut draco. Et poteſtatē prioris beſtiæ omnem facit in conſpectu eius.& facit terram, & inhabitantes in ea, adorare beſtiam primam, cuius curata eſt plaga mortis. Et facit ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeducit habitantes in terra propter ſigna quæ data ſunt illi, vt faceret in conſpectu beſtiæ, dicens habitatibus in terra, vt faciant imagi- D nem beſtiæ, quæ habet plagam gladij,& vixit. Et datum eſt illi, vt daret ſpiritum imagini beſtiæ,& vt loquatur imago beſtiæ,& faciet vt quicunque non adorauerint imaginē beſtiæ, occidantur. Et facit omnes puſillos,& magnos,& diuites, & pauperes,& liberos,& ſeruos accipere characterem in manu ſua dextera, aut in frontibus ſuis. Et ne quis poſſet emere aut vendere, niſi qui habeat characterem, aut nomē beſtiæ, aut numerum nominis eius. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt, & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

De agno ſtante ſuper montem Siion, una cum centum quadraginta quatuor milibus deq̧ caſu Babel. CAP. XIIII.

A ET vidi,& ecce agnus ſtans ſuper montē Siion, & cū eo centū quadragintaquatuor milia habentia nomen eius & nomen patris eius ſcriptum in frōtibus ſuis. Et audiui vocem de cœlo, tanq̧ vocem aquarum multarū,& tanq̧ vocem tonitrui magni,& vocem audiui citharœdorum citharizantium citharis ſuis. Et cantant quaſi canticum nouum ante ſedem,& ante quatuor animalia,& ſeniores: & nemo poterat diſcere canticum, niſi illa centum quadragintaquatuor milia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnū quocūq̧ ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ deo & agno,& in ore eorum nō eſt inuentus dolus. Sine macula enim ſunt ante B thronum dei. Et vidi alterum angelū volantē per medium cœli, habentem Euangelium ęternum, vt euangelizaret habitātibus ſuper terrā,& omni genti & tribui,& linguæ,& populo, Pſal.145.a. dicentē magna voce: Timete deū,& date illi honorē, quia ve- Actuū.14.c. nit hora iudicij ei⁹:& adorate eū, qui fecit cœlū & terrā, mare, & fontes aquarū. Et alius angelus ſecutus eſt dicēs: Cecidit: ce- Iſaiæ.21.d. Ierem.51.a. cidit Babel ciuitas illa magna, quia de vino iræ fornicationis ſuæ propinauit omnibus gētibus. Et tertius angelus ſecut⁹ eſt

illos,dicens voce magna:Si quis adorauerit beſtiam & imagi
nem eius,& acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu
C ſua,& hic bibet de vino iræ dei,quod mixtum eſt mero in ca=
lice iræ ipſius.Et cruciabitur igne,& ſulphure in conſpectu an
gelorum ſanctorum,& ante conſpectum agni. Et fumus tor=
menti eorum aſcendit in ſecula ſeculorum.Nec habent requiem
die ac nocte qui adorant beſtiam,& imaginem eius,& ſi quis
acceperit characterem nominis eius.Hic patientia ſanctorum
eſt.Hic qui cuſtodiunt mandata & fidem Ieſuah.Et audiui vo
cem de cœlo dicentem mihi:Scribe:Beati mortui,qui in do=
mino moriuntur.Amodo:etiam dicit ſpiritus,vt requieſcant
à laboribus ſuis,ſed opera illorum ſequuntur illos.Et vidi , &
ecce nubem candidam,& ſuper nubem ſedentem ſimilem fi=
lio hominis,habentem in capite ſuo coronam auream , & in
D manu ſua falcem acutam.Et alius angelus exiuit de templo,cla
mans voce magna ad ſedentem ſuper nubem.Mitte falcē tuā
Matt.13.a. Ioel.3.c. & mete:quia venit tibi hora vt metas,quoniam aruit meſsis
terræ. Et miſit qui ſedebat ſuper nubem,falcem ſuā in terrā,
& demeſſa eſt terra.Et alius angelus exiuit de templo,quod eſt
in cœlo,habens & ipſe falcem acutam. Et alius angelus exiuit
de altari,qui habebat poteſtatem ſupra ignem,et clamauit vo
ce magna ad eum qui habebat falcem acutam , dicens : Mitte
falcem tuam acutam,& vindemia botros terræ,quoniā matu
ræ ſunt vuæ eius,& miſit angelus falcem ſuam acutam in ter=
ram,& vindemiauit vineam terræ:& miſit in lacū iræ dei ma=
gnum,& calcatus eſt lacus extra ciuitatem,& exiuit ſanguis de
lacu,vſq; ad frenos equorum per ſtadia milleſexcenta.

¶ De ſeptem angelis habentibus ſeptem plagas nouiſſimas,& phi alas totidem iræ dei.

CAP. XV.

A ET vidi aliud ſignū in cœlo magnū,& mirabile , angelos
ſeptem,habentes plagas ſeptē nouiſsimas,quoniam in il
lis conſummata eſt ira dei.Et vidi tanq; mare vitreum mixtū
igni,& eos qui victoriam reportarant de beſtia,& de imagi=
ne eius,& de numero nominis eius,ſtantes ſuper mare vitreū,
B habentes citharas dei,& cantant canticum Moſch ſerui dei,&
canticum agni,dicentes:Magna & mirabilia ſunt opera tua
domine deus omnipotens,iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ rex ſan
Iere.10.a. ctorum.Quis non timebit te domine,& magnificabit nomē
tuū?Quia ſolus pius es,quoniam omnes gentes venient, & a=
dorabunt in conſpectu tuo,quoniam iudicia tua manifeſtata
C ſunt.Et poſt hæc vidi,& ecce apertum eſt templum taberna=
culi teſtimonij in cœlo,& exierunt ſeptem angeli,habentes ſe=
ptem plagas,de templo,veſtiti lino mundo & cādido,& præ=
cincti circa pectora zonis aureis.Et vnum ex quatuor anima=
D libus dedit ſeptem angelis ſeptem phialas aureas,plenas iracū=
diæ dei viuentis in ſecula ſeculorum.Et impletum eſt templū
fumo à maieſtate dei,& de potentia eius,& nemo poterat in=
troire in templum donec conſummarentur ſeptem plagæ ſe=
ptem angelorum.

¶ Septem angeli effundunt phialas iræ, & ſinguli in ſingula loca.

CAP. XVI.

A ET audiui vocem magnam de templo,dicentem ſeptem
angelis:Ite,effundite ſeptem phialas iræ dei in terram.Et
abiit primus angelus & effudit phialam ſuam in terram, & fa
ctum eſt vlcus malum,ac noxium in homines, qui habebant
characterem beſtiæ,& in eos qui adorabant imaginem ei9.Et
ſecundus angelus effudit phialam ſuam in mare , & factus eſt
ſanguis tanq; mortui,& omnis anima viuēs mortua eſt in ma
ri.Et tertius angelus effudit phialā ſuam in flumina,& in fon=
tes aquarum,& factæ ſunt ſanguis.Et audiui angelum dicen=
tem:Iuſtus es domine,qui es,& qui eras,& ſanctus , quia hæc
B iudicaſti,quia ſanguinem ſanctornm , & prophetarum effu=
derunt,& ſanguinem eis dediſti bibere.Digni enim ſunt.Et au
diui alterum dicentem:Etiam domine deus omnipotens, ve=
ra,& iuſta iudicia tua.Et quartus angelus effudit phialā ſuam
in ſolem,& datum eſt illi æſtu affligere homines per ignem.Et
æſtuauerunt homines æſtu magno,& blaſphemauerūt nomē
dei habentis poteſtatē ſuper has plagas,neque egerunt pœni=
tentiam,vt darent illi gloriam.Et quintus angel9 effudit phia
lam ſuam ſuper ſedem beſtiæ,& factum eſt regnum eius tene=
broſum,& mādučauerūt linguas ſuas præ dolore,& blaſphe=
C miis affecerunt deum cœli præ doloribus ſuis , & vlceribus
ſuis,nec pœnitētiam egerunt de operibus ſuis.Et ſextus ange=
lus effudit phialam ſuam in flumen illud magnū Euphraten,
& ſiccata eſt aqua,vt præparetur via regum ab ortu ſolis . Et
vidi ex ore draconis,& ex ore beſtiæ,& ex ore pſeudoprophe
tæ exire,ſpiritus tres immundos in modum ranarum. Sūt em̄
ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna,vt procedant ad reges
totius terræ,ad congregandū illos in prælium diei illius ma=
gni dei omnipotentis.Ecce venio ſicut fur.Beatus qui vigilat,
& cuſtodit veſtimenta ſua,ne nudus ambulet,& videant tur= Supra.3.b. Matt.24.d.
pitudinem eius.Et congregauit illos in locum qui vocatur He Lucæ.12.e. 1.Cor.5.a
D braice Armageddon. ᵃEt ſeptimus angelus effudit phialam a Mons eſt
ſuā in aerē. Et exiuit vox magna de cœlo à throno,dicēs:factū iuxta aquas
eſt. Et facta ſunt fulgura,& voces,& tonitrua, & terræmotus Megiddon,
fact9 eſt magnus,qualis nunquam fuit,ex quo homines fuerūt ubi de cœlo
ſuper terram,talis terræmotus adeò magnus.Et facta eſt ciui= per Michael
tas magna in tres partes,& ciuitates gentium ceciderūt.Et Ba lem angelum
bel magna venit in memoriam ante deum,vt daret illi calicē pugnatū eſt
vini indignationis iræ ſuæ.Omnis inſula fugit,& montes non contra hoſtes
ſunt inuenti.Et grando magna ſicut talentum deſcēdit de cœ= dei. Iudicū.5.
lo in homines,& blaſphamauarunt deū homines propter pla Et interpreta
gam grandinis,quoniam magna plaga eius vehementer. tur Armegid do mōs deli. cat9.Exercit9 uero dei erat in mōte Thabor,Iudic.4. Vbi etiā cō. uenerunt cū Chriſto Moſes et Eliaſan nūciante eodem angelo Ieſū eſſe filiū dei. Mat.17.

¶ De muliere ſedente ſuper beſtiam coccineam habentem ſeptem capita, & decem cornua &c.

CAP. XII.

A ET venit vnus de ſeptem angelis qui habebant ſeptē phia
las,& locutus eſt mecum,dicens mihi:Veni,oſtendam ti
bi damnationem meretricis magnæ,q̄ ſedet ſuper aquas mul=
tas,cum qua fonicrati ſunt reges terræ,& inebriati ſunt q inha
bitant terram de vino fornicationis eius.Et abſtulit me ſpiri=
tu in deſertum.Et vidi mulierem ſedentē ſuper beſtiam cocci=
neam plenam nominis blaſphemiæ,habentem capita ſeptem,
& cornua decē.Et mulier erat circundata purpura, & cocci=
no,& inaurata auro,& lapide precioſo,& margaritis habēs
poculum aureum in manu ſua,plenum abominationibus, &
immunditia fornicationis ſuæ.Et in fronte eius nomē ſcriptū
B myſterium,Babel magna mater fornicationum,& abomina=
tionum terræ.Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorū,
& de ſanguine martyrum Ieſuah:& miratus ſum cum viderē
illam,admiratione magna.Et dixit mihi angelus:Quare mira=
tus es?Ego dicam tibi myſterium mulieris,& beſtiæ quæ ha=
bet capita ſeptem,& cornua decem.Beſtia quam vidiſti, fuit,
& non eſt, & aſcenſura eſt de voragine, & in interitum va=
dit, & mirabuntur inhabitantes terram : quorum nomina
ſcripta non ſunt in libro vitæ , à conſtitutione mundi , vi=
dentes beſtiam , quæ erat , & non eſt.Et hic eſt mens quæ ha=
C bet ſapientiam . Septem capita , ſeptem montes ſunt , ſuper
quos mulier ſedet , & reges ſeptem ſunt . Quinque cecide=
runt,vnus eſt,& alius nondum venit.Et cū venerit,oportet il=
lum exiguum tempus manere . Et beſtia quæ erat non eſt, &
ipſe octauus eſt,& de ſeptem eſt,& in intertitum vadit.Et de=
cem cornua quæ vidiſti,decem reges ſunt,qui regnum non=
dum acceperunt,ſed poteſtatem tāquam reges vna hora acci=
pient cum beſtia,Hi vnum conſilium habent,& potentiam,et 1.Timo.6.c.
poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.Hi cum agno pugnabunt,& Infra.19.c.
D agnus vincet illos,quoniam dominus dominorum eſt, & rex
regū:& qui cū illo ſunt vocati,& electi,& fideles.Et dicit mihi:
Aquæ quas vidiſti,vbi meretrix ſedet,populi ſunt,& gētes,et
linguæ.Et decē cornua quæ vidiſti in beſtia,hi odio proſequē
tur meretricem,& deſolatam facient illam,& nudam,et carnes
eius comedent,& ipſam igne cōcremabūt.Deus enim dedit in
corda eorum , vt faciant voluntatem eius , vt vnam faciant
voluntatē
voluntatem,vt dent regnum ſuum beſtiæ,donec conſummē
tur verba dei.Et mulier quam vidiſti,eſt ciuitas magna quæ
habet regnum ſuper reges terræ.

¶ De caſu Babel,& plagis ſeu luctus eius,exultante interim cœlo.

CAP. XVIII.

A ET poſt hæc vidi alium angelum deſcendentem è cœlo,
habentem poteſtatem magnam,& terra illuminata eſt à
gloria eius.Et exclamauit in fortitudine voce magna,dicens:
Iſaiæ.22.c. Cecidit Babel magna,& facta eſt habitatio dæmoniorum,&
Ierem.31.a. cuſtodia omnis ſpiritus immūdi,& cuſtodia omnis volucris
immundæ & inuiſæ:quia de vino ire fornicationis eius bibe=
runt omnes gentes.Et reges terræ cum illa fornicati ſunt,&
mercatores terræ de potentia deliciarū eius diuites facti ſunt.
Et audiui aliam vocem è cœlo dicentem:Exite de illa populus
B meus,ne participes ſitis peccatorum eius & de plagis ne acci=
piatis.Quoniam peruenerūt peccata eius vſq; ad cœlū,& recor
datus eſt deus iniuſtitiarum eius Reddite illi ſicut & ipſa red=
didit vobis,& duplicate ei duplicia ſecundum opera eius.In
poculo quo miſcuit,miſcete illi duplum.Quantum glorifica=
uit ſe & in deliciis fuit,tantum date illi tormētum,& luctum,
C quia in corde ſuo dicit : Sedeo regina , & vidua non ſum,
Iſaiæ.47.b. & luctum nō videbo.Ideo in vna die veniēt plagæ eius,mors
& luctus & fames,& igne comburetur:quia fortis eſt domi=
nus deus qui iudicat illam.Et flebunt illam,& plangent ſe ſup
illa reges terræ,qui cum illa fornicati ſunt,& in deliciis fuerūt,
D cum viderint fumum incendij eius,longè quum ſteterint pro
pter timorem tormenti eius,dicētes:Væ væ ciuitas illa magna
Babel,ciuitas illa fortis:quoniam in vna hora venit iudicium
tuum.Et negotiatores terræ flent,& lugent ſuper illa:quoniā
merces eorum nemo emit amplius,merces auri & argenti &
lapidis precioſi,neq; margaritæ,& abyſſi,& purpuræ,& coc=
ci,& omne lignum thynū,& omne vas eburneum,& omne
E vas de ligno precioſiſſimo,& ære,& ferro,& cinamomum,&
odoramētum,& vnguentum,& thus,& vinum,& oleum,&
ſimilam,& triticum,& iumenta,& oues,& equorū,& rheda=
rum,& mancipiorum,& animas hominum.Et poma deſide=
rij animæ tuæ diſceſſerunt à te,& omnia pinguia,& præclara
receſſerunt à te,& amplius illa iam non inuenies.Mercatores
horum qui diuites facti ſunt,ab ea longè ſtabunt propter ti=
morem tormenti eius,flentes ac lugētes,& dicētes:Væ væ ci
uitas illa magna,quæ amicta erat byſſo,& purpura,& cocco
& deaurata erat auro,& lapide precioſo & margaritis:quo=
niam vna hora deſolatæ ſunt tantæ diuitiæ,& omnis guber=
nator,& oīs in nauibus turba,& nautæ,& qui in mari ope=
rantur,longè ſteterunt:& clamauerunt videntes fumum incē=
F dij eius,dicentes:Quæ ſimilis ciuitati magnæ?Et miſerūt pul=
uerem ſuper capita ſua,& clamauerunt flentes,& lugentes,di=
centes:Væ væ ciuitas illa magna in qua diuites facti ſunt oēs
qui habebant naues in mari de preciis eius,quoniam vna ho=
ra deſolata eſt. Exulta ſuper eam cœlum,& ſancti apoſtoli,&
prophetæ quoniam iudicauit deus iudicium veſtrum de illa.
G Et ſuſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi molarē magnū,
& miſit in mare,dicens:Sic impetu mittetur Babel ciuitas illa
magna,& vltra iam non inuenietur.Et vox citharœdorum,
& muſicorum,& tibia canentium,& tuba non audietur in te
amplius,& omnis artifex,cuiuſcunque artis non inuenieť ante
te amplius.Et ſonitus molæ non audietur in te amplius,& lux
lucernæ non lucebit in te amplius,& vox ſponſi & ſponſæ nō
audietur poſthac in te:quia mercatores tui erāt principes ter=
ræ:quia in veneficijs tuis errauerunt oēs gētes:& in ea ſanguis
ꝓphetarū,& ſctōrū inuēt9 eſt,et oīm q interfecti ſunt in terra.

¶ Laudatur iudicium dei ſuper meretrice,Iohannes uetatur adorare angelum uidetq; ſedentem in equo albo.

CAP. XIX.

A ET poſt hæc audiui quaſi vocem magnam tubæ multæ
in cœlo dicentis:alleluia.Salus & honor,& gloria,& po
tētia domino deo noſtro eſt, quia vera & iuſta iudicia eius,
quia iudicauit de meretrice magna,quæ corrupit terram for
nicatione ſui,& vindicauit ſanguinem ſeruorū ſuorum de ei9
manu.Et iterum dixerunt, alleluia. Et fumus aſcendit in ſe=
cula ſeculorum . Et ceciderunt vigintiquatuor ſeniores , &
quatuor animalia:& adorauerunt deum ſedentem ſuper thro
num ,dicentes : Amen , alleluia. Et vox è throno exiuit di=
cens:Laudē dicite deo noſtro omnes ſerui eius,& qui time=
tis eum,& puſilli,& magni.Et audiui vocem turbæ multæ,&
ſicut ſonitum aquarum multarum,& ſicut ſonitum tonitruo
rum fortium,dicentium,alleluia.quoniam regnauit dominus
deus noſter omnipotens.Gaudeamus & exultemus & dem9
gloriam ei:quia venerunt nuptiæ agni & vxor eius præpara=
uit ſe.Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino puro & ſplendi
B do.Byſſinum enim iuſtificatiōes ſunt ſanctorum.Et dicit mi=
hi:Scribe:Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Matth.22.a. Lucæ.14.d.
Et dicit mihi:Hæc verba dei vera ſunt.Et cecidi ante pedes ei9
vt adorarem eum.Et dicit mihi:Vide ne feceris.Cōſeruus tu9
ſum & fratrū tuorum habentium teſtimonium Ieſuah Deum
adora.Teſtimonium enim Ieſuah,eſt ſpiritus prophetiæ.Et vi
di cœlum apertum,& ecce equus albus:& qui ſedebat ſup eū
vocabať fidelis & verax,& in iuſtitia iudicat & pugnat.Ocu=
li autē eius ſicut flamma ignis:& in capite eius diademata mul
C ta:habens nomen ſcriptum,quod nemo nouit niſi ipſe.Et veſtit9
erat veſte tincta ſanguine,& vocatur nomē eius verbum dei: Iſaiæ.63.a.
& exercitus qui ſunt in cœlo,ſequebātur eum in equis albis ve
ſtiti byſſino albo & mundo:& ex ore eius procedit gladius ex
vtraq; parte acutus,vt eo percutiat gētes.Et ipſe reget eas vir Pſal.2.
ga ferrea,& ipſe calcat torcular vini furoris & iræ dei omni= Sup.17.d. 1.Timo.6.d.
potentis.Et habet in veſtimento,& in femore ſuo nomē ſcri=
ptum:Rex regum,& dominus dominantium.Et vidi vnum
angelum ſtantem in ſole,& clamauit voce magna,dicēs oīb9
auibus quæ volabaut per medium cœli:Venite,& congrega
mini ad cœnam magni dei,vt edatis carnes regum,& carnes
D tribunorū,& carnes fortium,& carnes equorum,& ſedentiū
in ipſis,& carnes omnium liberorum ac ſeruorum,& puſillo
rum ac magnorum.Et vidi beſtiam & reges terræ,& exercit9
eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo,qui ſe=
debat in equo,& cum exercitu eius.Et apprehenſa eſt beſtia &
cum illa pſeudopropheta,qui fecit ſigna coram ipſo in quib9
ſeduxit eos qui acceperunt characterem beſtiæ,& qui adora=
uerunt imaginem eius.Viui coniecti ſunt hi duo in ſtagnum
ignis ardentis ſulphure:& cæteri occiſi ſunt gladio ſedentis ſu
per equum qui procedit ex ore ipſius,& omnes aues ſaturatæ
ſunt carnibus eorum.

¶ Ligatur draco ſerpens antiquus,qui ſoluetur poſt mille annos in exitium plurimorum.

CAP. XX.

A ET vidi angelum deſcendentem è cœlo habentem clauem
abyſſi,& catenam magnam in manu ſua.Et apprehendit
draconem ſerpentem antiquum,qui eſt diabolus & ſathanas,
& ſignauit eū p annos mille:et miſit eū in voraginē,et clauſit
eum:et ſignauit illū,vt nō ſeducat ampli9 gētes,donec cōſum
mētur mille anni.Et poſt hoc oportet illum ſolui exiguo tem=
pore.Et vidi ſedes,et ſederūt ſuper eas,et iudicium datum eſt
illis:et animas decollatorum propter teſtimonium Ieſuah,et
propter verbū dei:et qui non adorauerunt beſtiam neq; ima
ginem eius,nec acceperunt characterem eius in frōtibus ſuis
aut in manibus ſuis:et vixerunt,et regnauerunt cum Chriſto
mille anni.Cæteri verò mortuorū nō reuixerūt dōec cōſum=
B menť mille annis.Hæc eſt reſurrectio prima.Beat9 et ſanctus
q habet partē in reſurrectiōe prima.In his ſecūda mors nō ha
bet poteſtatem,ſed erunt ſacerdotes dei et Chriſti,et regna=
bunt cū illo mille annis.Et cum conſummati fuerint mille an=
ni,ſoluetur ſathanas de carcere ſuo,et exibit vt ſeducat gen=
tes quæ ſunt ſup quatuor angulos terræ.Gogh et Magog, Ezech.3.c. &.39.a.
vt congreget eos in prælium , quorum numerus eſt ſicut
arena maris:et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ,et cir=

cumierunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectam. Et deſcen-
dit ignis à deo è cœlo, & deuorauit eos, & diabolus qui ſedu-
cebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia
& pſeudophetę cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorũ.
Et vidit tronum magnum candidum & ſedentem ſuper eum
à cuius cõſpectu fuit terra & cœlum, & locꝰ nõ eſt cõuentꝰ eis.
Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu dei
& libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ, & iudi
cati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundũ opa
ipſorum: & dedit mare mortuos qui in eo erãt, & mors & in
fernus dederunt eos, qui in ipſis erãt mortuos, & iudicati ſunt
vnuſquiſque ſecũdũ opera ipſorum. Et infernus, & mors cõie-
cti ſunt in ſtagnum ignis. Hęc eſt mors ſecunda. Et qui non in-
uentus eſt in libro vitæ ſcriptus, coniectus eſt in ſtagnũ ignis.

¶ Deſcriptio nouæ ac ſanctæ ciuitatis Ieruſalaim deſcendentis de cœlo, & de muro eius & portis, de ſponſa agni.

CAP. XXI.

A ET vidi cœlum nouũ, & terrã nouã. Primum em̃ cœlũ
Iſaiæ.65.c. et 66.g. & prima terra abijt, & mare iam non eſt. Et ego Iohan-
2.Petri.3.c. nes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalaim nouã deſcẽdẽtẽ è cœlo
à deo paratam, ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. Et audiui vo-
cem magnam è throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cũ
Iſaiæ.25.c. Supra.7.c. hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populi eius erunt, &
ipſe deus cum eis erit eorum deus. Et abſterget deus omnem
B lachrymam ab oculis eorum. Et mors vltra non erit, neq; lu-
ctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra quia prima abierũt. Et
Iſaiæ.43.c. 2.Cor.5.d. dixit q ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dicit mi-
hi: Scribe, quia hæc verba fidelia ſunt & vera. Et dixit mihi: Fa
ctum eſt. Ego ſum alpha & Ω, initium & finis, ego ſitienti da-
bo è fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit hæreditate accipiet
omnia, & ero illi deus, & erit mihi filius. Timidis autem & in-
credulis, & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & vene-
ficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in
C ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Et ve
nit ad me vnus è ſeptem angelis habentibus ſeptẽ phialas ple-
nas ſeptem plagis nouiſſimis: & locutus eſt mecum, dicẽs: Ve-
ni, & oſtendam tibi ſponſam vxorẽ agni. Et ſuſtulit me ſpiritu
in montem magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ma
gnam ſanctam Ieruſalaim, deſcendentem è cœlo à deo, haben
D tem gloriam dei. Et lumen eius ſimile lapidi precioſiſſimo,
tanquam lapidi Iaſpidi Cryſtallizanti: & habebat murum
magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis
angelos duodecim: & nomina iſcripta, quę ſunt nomina duo-
decim tribuum filiorum Iſrael. Ab oriente portæ tres, ab aq-
lone portæ tres, ab auſtro portæ tres, ab occaſu portæ tres:
E & murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. & in ipſis
duodecim nomina duodecim apoſtolorum agni. Et qui lo-
quebatur mecum habebat menſuram arundineam auream,
vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum eius. Et ciui
tas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt, quanta &
latitudo, & menſus eſt ciuitatem arundine aurea ꝑ ſtadia duo-
decim milia: & longitudo, & altitudo & latitudo eius æqua-
lia ſunt. Et menſus eſt murum eius centum quadragintaqua-
tuor cubitorum, menſura hominis quæ eſt angeli. Et erat ſtru
F ctura muri eius Iaſpis. Ipſa verò ciuitas aurum mũdum, ſimi-
lis vitro mũdo, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide p̃-
cioſo ornata. Fundamentum primum, iaſpis: ſecũdum, ſaphy
rus tertium, calcedonius: quartum, ſmagradus: quintum, ſar-
Iſaiæ.60.d. donyx: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolitus: octauum, beril-
lus: nonum, topazius: decimum, chryſopraſus: vndecimum,
hyacinthus: duodecimũ, ametyſtus. Et duodecim portæ: duo
G decim margaritæ ſunt, per ſingulas, & ſingulæ portæ ſingulis
margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquã vitrũ
perlucidum. Et templum non vidi in ea. Eominus enim deus
omnipotens templum illius eſt, & agnus. & ciuitas non eget
ſole, neq; luna vt luceant in ea. Nam gloria dei illuminauit eã,
& lucerna eius eſt agnus. Ft ambulabunt Gentes quæ ſerua-
tæ fuerunt in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam ſuã
in illam. Et portę eius non claudentur per diem. Nox enim nõ
erit illic. Nõ intrabit in eam aliquid, quod inquinat, aut abo- Iſaiæ.60.c.
minationem facit, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro
vitæ agni.

¶ Qualem fluuium uiderit, commendat prophetiam hanc, quodq; a Ieſuah ſit.

CAP. XXII.

A ET oſtendit mihi purum fluuium aquæ viuæ, ſplendidũ
tanquam cryſtallum egredientem è ſede dei & agni. In
medio plateæ eius, & vtraq; parte fluminis lignum vitæ affe- Iſa.60.d.
rens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum
ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Gentium. Et omne maledictũ
non erit amplius: & ſedes dei, & agni in illa erit, & ſerui eius ſer
uient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus
ſuis. Et nox vltra non erit, & non egent lumine lucernæ, neque
B lumine ſolis: quoniã dominus deus illuminat illos, & regna-
bũt in ſecula ſeculorum. Et dixit mihi: Hæc verba fidelia ſunt,
& vera. Et dominus deus ſanctorum prophetarum miſit an-
gelum ſuum vt oſtenderet ſeruis ſuis, quæ oportet fieri cito.
Et ecce venio velociter. Beatus qui cuſtodit verba prophetię
libri huiꝰ. Et ego Iohãnes q audiui, & vidi hæc. Et poſtq; audiſ
ſem & vidiſſem cecidi, vt adorarẽ añ pedes angeli, q mihi hæc
oſtendebat. Et dicit mihi: Vide ne feceris, cõſeruꝰ em̃ tuus ſum
& fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui ſeruant ver-
ba prophetiæ libri huius. Deũ adora. Et dicit mihi: Ne obſi-
C gnaueris verba prophetiæ libri huius. Tempus em̃ prope eſt.
Qui iniuria afficit, iniuria afficiat: & qui ſordidꝰ eſt, ſordeſcat
adhuc: & qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctifice-
tur adhuc, & ecce venio cito, & merces mea mecũ eſt, vt red- Iſaiæ.41.b.
dam vnicuiq; vt opus illius erit. Ego ſum alpha & Ω, primus 44.a.
nouiſſimus, principium & finis. Beati qui ſeruant mandata il Supra.1.b. 21 b.
lius, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent
in ciuitatem. Foris autem canes & venefici, & impudici, & ho
micidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit menda
cium. Ego Ieſuah miſi angelum meum, vt teſtificaretur vobis
D hæc in eccleſiis. Ego ſum radix, & genus Dauid, ſtella ſplendi-
da, & matutina. Et ſpiritus & ſponſa dicũt veni. Et qui audit,
dicat: veni. Et qui ſitit veniat: & qui vult accipiat aquam vitę
gratis. Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ libri
huius. Si quis appoſuerit ad hæc apponet deus ſuper illũ pla- Iſaiæ.55.e.
gas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri
prophetiæ huius, aufert deus partem eius è libro vitæ, & à ci-
uitate ſancta, & ex his quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Di-
cit qui teſtimonium perhibet iſtorum: Etiam,
venio cito, Amen. Etiam: veni domine
Ieſuah. Gratia domini noſtri Ie-
ſuah Chriſti cũ omnibus
vobis, Amen.

VETERIS AC NOVI INSTRVmenti Finis, Interprete Sante Pagnino Lucenſi, concionatore apoſtolico.

¶ SAN.

# SANTES PAGNINVS Lucenſis Thomæ Sartino FLORENTINO

S. D. P.

QVANQVAM FAMILIARIbus, mundaniſq; negotiis, quæ ſæpius mentem non modo diſtrahunt, ſed & inſtar ſpinarum lacerant, ſuffocantq; dei uerbum, impeditus, ac implicatus es, mi Thoma, ut non eatenus diuinis poſſis eloquiis ſtudium, curamq; impendere, quatenus geſtit, auet, tuusq; peroptat animus, attamen ſummopere gaudeo, quòd ita reddis, quæ ſunt Cæſaris Cæſari: ut quæ ſunt Dei, Deo haud quaquam obliuiſcaris, & quod tibi datur otij, inter tot negotia, arcanis illud lubenter impendis literis, quæ ſolæ, ut diuinus ait apoſtolus, te poſſunt inſtruere ad ſalutem. Siquidem omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Nam ſuppeditant germanum illum paracletum ſpiritum, cuius unctio docet omnia, quæ ad ueram conducunt felicitatem, quicquid ad bene beateq; uiuendum ſpectat. Non enim uoluntate humana, arcanæ æditæ ſunt literæ, ſed ſpiritu ſancto inſpirante, qui docet nos utilia, non poëtarum fabulas, non ſyllogiſmos contorquere, aut conſequentias ſtruere non diuerſa rerum principia: Sed alpha & o mega, qui eſt omnium rerum principium, & finis, per quem omnia, ex quo omnia, in quo omnia, non materiam primam, priuationem, naturam, motum, uacuum, ac infinitum, & id genus, quæ nec cognita felicem, nec ignorata reddunt infelicem, quæ tamen modo pleriq; ediſcunt, imbibunt, amplectuntur, circunferunt, memoriter tenẽt, ſacras, arcanasq; literas floccipendentes, contemnentesq;, ut ne legere quidem eas dignentur, quæ tamen Deum habent authorem, ac doctorem, quæ langueſcenti animo, uiuos, ac efficaces ſuppeditant igniculos. Ignitum, inquit, eloquium tuum uehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. Et nonne uerba mea ſunt ueluti ignis, & tãquam malleus conterens petras, quæ aduerſus animi morbos omnes ſaluberrima exhibẽt pharmaca, ac remedia? Quæ affectu terrenas, perituras, caducasq; docent aſpernari diuitias. Beati, inquiunt, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Quæ non ut noſtras retaliemus iniurias, nec ut illarum recordemur: ſed ut noſtra potius, aliorumq; defleamus peccata, ſuadet, quæ, non ut ducamus in bonis dies noſtros, ut epulemur quotidie ſplendidè, ut epotandis calicibus ſtudium, curám ue impendamus: ſed ut iuſtitiam eſuriamus, ſitiamusq;, iubent, quæ ut in pauperes ſimus miſericordes, ut deo pura exhibeamus corda, uiſuri eum ſicuti eſt, utq; cum omnibus hominibus pacem habeamus, præcipiũt. Hæc, mi Thoma, haudquaquam ignoras. Idcirco diuinas literas (ut par eſt) pia curioſitate diſquiris, diſcutis, rimaris, & uiuam, ſpirantemq; diuinam imaginem in iis uenerariis, & ut quæ in illis ſunt abdita, ac retruſa perueſtigare ualeas, poſt Latinas literas, Hebræas non ſolum amore, uerũetiam quoad uales, omni ſtudio proſequeris, non illarum obliuioſus effectus auditor. Quamobrem non modo ob tuum in me ſyncerum amorem, ob tua in me merita, uerum etiam ut incitamentum hoc habeas ad perdiſcendas literas Hebræas, libuit mihi hunc tibi dedicare librum de interpretatione Hebraicorum nominum, in quo omnia germanæ comperies reſtituta ſcriptioni: & unde ducantur, quid ue ſignificent, citatis ſacrarum literarum locis, comprobantur: & ut omnibus

*inſeruiant non Hebraicis, ſed latinis characteribus Hebræa ipſa excudi fecimus. Verùm non omnes quæ Hebraicum ſequuntur dictiones, interpretationi reſpondent: ſed hæ duntaxat, quæ Hebraicam mox ſequuntur dictionem, cæteris de textu exiſtentibus explicandi loci gratia, quum plures ſubſequuntur dictiones. Vt in nomine Abadon quum dicitur infernus, & Abadon, id eſt, perditio coram eo, perditio reſpondet Hebræo Abadon, & non coram eo, quod tamen eſt de textu, illud etiam animaduerte, non modo diui Hieronymi authoritate, uerumetiam, & libro hoc liquidò declarante, omnia ferme huiuſcemodi nomina perperam in latinis codicibus ſcribi, nonnullis etiam prorſus corruptis, aut immutatis. Quippe collatis duodecim exemplaribus Latinis, multas repperi uarietates. Quamobrem, ut illas annotaremus ſæpius comperies aliàs, aliàs. Eo quoque digeſta ſunt ordine, ut non modo noſtræ, uerumetiam & communi deſeruiant translationi, quæ diui fertur eſſe Hieronymi. Habe itaque mi Thoma, monumentum mei in te amoris has meas lucubrationes, multis laboribus æditas ad Dei noſtri cultum, ſalutemq́; fidelium animarum, & eas ſæpius legito, in quibus omnes ferme dictiones Hebraicæ, quæ arcanis comperiuntur in literis, explicantur, & exponuntur, ut earum tibi commonſtrabit Elenchus, & index.*

*Vale.*

*

**Liber**

# LIBER INTERPRETATIONUM HEBRAICORUM GRÆCORUMQ́; NOMINVM, QVÆ ARCHANIS SACRISQ́; IN LITERIS INUENIUNTUR

*æditus à Sante Pagnino Lucenſi, ordine alphabetico, ut inuentu cuncta ſint perfacilia.*

*De incipientibus à litera, A.*

Aron, quære in Aharon.

Aasbai, in Achasbai.

Aaſtari. in Achaſtari.

Abba Syrum eſt nomen, hoc eſt pater, vt habes. Gene. 19. & 24. in Tharghũ. Hebraicè dicitur ab, id eſt, pater vt habes in Abdeel, & Abiah.

Abbacuc, in Cabbacuc.

Abbadia, ſiue Abadia, in Hobadiah.

Abadon Apocalyp. 9. C. eſt perditio ab Abad, quod eſt, perire, perdere. Ieſahiah. 57. iuſtus abad, id eſt perijt, Pſalmo. 88. Et veritatem tuam in Abadon, id eſt, perditionem. & prouerbiorum. 25. Infernus & Abadon, id eſt, perditio coram eo.

Abala, legendum eſt Bahala. vt eſt in Bahalah.

Abaria, legendum eſt Amanah, vt eſt in Amanah.

Abarim, in Habarim.

Abaron primi Maccabæo. 2. A. ſi deducat ab Habar cũ Hain litera quod eſt trãſire, Geneſis. 32. poſtq́; Habar, id eſt trãſiuit interpretari poteſt trãſitus tranſgreſſio vel iracundia ab eodem verbo ſignificante iraſci, vnde & Hebrah ira: Prouerbiorũ. 11. Expectatio impiorum hebrah, id eſt, ira. Si verò prima ſcribatur per aleph poteſt interpretari Robur, fortitudo, ab Abar, qđ eſt roborare vnde Abbir fortis, potens. Gene. 49. per manum Abbir, id eſt, potentis Iahacob. Abda, in Hambda. Abdai, in Habdi.

Abdan, ſiue Abdam. in Chemdan. Abdehel ſiue Abdeel, in Habdeel. Abdehel, legendum Adbeel, in Adbeel. Abdemelech, in Hebedmelech. Abdenago, in Habednegho. Abdi, in Habdi. Abdia, Abdias, in Hobadiah.

Abdiel, in Habdiel. Abdon, in Chẽdã. Abdon, in Habdõ.

Abel, in Hebel. Abel prima cum aleph. Iudicũ. 11. F. & 3. Reg. 15. D. poteſt interpretari, Luctus, valis, planicies, deſolat⁹, Abal em̃ eſt lugere Hoſeah. 7. Quia abal, id eſt, luxit ſuper eum, Et ebel luct⁹. Eccleſiaſti. 7. Melius eſt ire ad domum ebel, id eſt luctus, & deſolare corrumpere, perdere, Ieſahaiah. 24. Abal. id eſt, deſolatum eſt vinũ. Et Abel planicies, vallis. Iudicum. 7. Ad Abel, id eſt, planiciem, vel vallẽ Mecholah, & ij. Ad abel. i. vallem vinearum.

Abelah, 2. Reg. 20. E. Idẽ quod Abel vel poti⁹ ad luctũ, ad vallẽ ad planicẽ propter accentũ longum. & He finalem literam quæ facit ad in principio. Abelmaim. 2. paralip. 16. B. id eſt luct⁹ aquarum, vallis, aut planicies aquarum. Eſt enim compoſitum nomen ex abel de quo dictum in Abel, & maim, quod eſt, aquæ vt Pſal. primo. Quæ plantata eſt ſecus riuos maim, id eſt aquarum.

Abelmecholah legendum Quanq́; latina exẽplaria habent vel Abelmeola. vel Abelmeula. Iudicum. 7. G. & 3. Regum. 4. B. & interpretatur luctus chori, ſiue ducentis chorũ, luctus infirmitatis. Vallis. aut planicies chori, aut infirmitatis. Eſt enim compoſitum nomẽ ex Abel de quo dictum eſt, & Mecholah è chillel, à quo participium fœmineum Mecholah, Mecholeloth, id eſt, chorum ducens, chorum ducentes, aut tripudians, tripudiantes. Iudicum. 21. De ijs quæ mecholeloth. i. choros ducebãt, aut tripudiabãt. Et Mecholah etiam eſt chorus, & plurale Mecholoth. Iudi. 21. Ad tripudiandum in Mecholoth, id eſt in choris. Si verò deducatur à chalah, quod eſt, ægrotare, infirmari, vnde & Machalah infirmitas vt dictum eſt in Machalah, tunc alias prædictas poſſunt habere interpretationes Sed prior eſt melior.

Abelhaſſitthim. Numer. 33. F. legendum: Quanq́; Latina exemplaria variant. Nam quædam habent Abelſathim, nõnulla Abethſathim, alia Belſathim. Num. 33. & interpretari poſſunt, luctus ſpinarum, luctus declinationum, aut præuaricationum: Vel vallis, aut planicies cedrorum imputribilium. Eſt. n. nomẽ compoſitum ex abel, de quo dictum eſt, & Sitthim, de quo in dictione Sitthim.

Abenboem in Ebenboham. Aber in chebe.

Abes cum aleph. Ieho. 16. B. interpretari poteſt ſtannum. Nam pro ſtanno Targhum. Numeri 31. habet Abſa. Vel ſcrutinium, inueſtigatio, à Beſe, quod eſt, ſcrutari, inueſtigare. Prouer. 20. & 25. in Targhum. Vel ſcaturigo à Bisbas, quod eſt, ſcaturire, vt habes in Semoth rabbah. capite primo. Quædam corrupta Latina exemplaria, habent Haemes. Abeſſan, in Ebſam.

Abgatha Eſter. 1. A. poteſt interpretari, Pater torcularis: cõpoſitum nomen ex Ab, quod eſt, pater, vt habes in Abba, & Abiiah, & ghath, quod eſt torcular, vt habes in Ghath, vel pater viriũ, aut violentiæ, & ſuperbiæ, ex Ab, & Ghitta, quod eſt vis, violentia, ſuperbia, vt habes in Haruch Chaldæo dictionario.

Abi, legendũ eſt Hattai, vt in Hattai. Quanq́; nonnulla Latina exemplaria habent Ethei. Abiaiel, lege Abichail.

Abiaſab. lege Abiaſaph. Abichail. Nume. 3. E. & pri. Para. 2. D. & 15. C. & 2. parali 2. C. Eſter. 2. C. i. pater exercitus, pater diuitiarum; pater fortitudinis, pater antemuralis. Eſt enim compoſitũ ex abi, vt in Abiiah, & chail exercit⁹. 3. Reg. 8. diuitię. Numeri. 31. fortitudo. Pſal. 17. antemurale. Iſa. 26.

Abiiah triſſyllabum cum duplici ij. Quanq́; Latina habent cũ vnico. pri. Paral. 2. & 6. & 24. & Iah eſt vltima ſyllaba. i. pater domini, aut pater meus dominus. Nam Abi eſt pater, in regimine genitiui. Gene. 4. Ipſe eſt abi, in eſt, pater inhabitantis tentorium. Iod etiam eſt pronomen primæ perſonæ. i. pater meus. Gene. 31. Deus Abi. i. patris mei. Iah vero eſt dominus. Pſal. 117. Exaudiuit me in latitudine Iah, id eſt, dominus Et rurſus inuocaui Iah, id eſt, dominum. Vel paternitas: vt Abiiah ſit inſtar Neſiiah, quod eſt obliuio & Abiiah. quod eſt, luctus, & Tuſiiah eſſentia, ſapientia, lex. Poteſt etiam interpretari pater eius, vt tamen pronomen eius, genus referat fœmineũ, vt Deute. 31. flebit Abijah, id eſt, patrẽ ſuum.

Abijam triſſyllabum, vltima ſyllaba exiſtẽte iam 3 Regum. 15. A. Quanq́; Latini codices habẽt Abia, aut Abias. Et interpretat̃ pater maris, pater meus mare, pater occidentis, pater meus occidens. Eſt enim compoſitum ex abi, de quo dictum eſt in Abijah, & iam quod eſt mare, & occidens, id eſt, pars occidentalis, vt eſt in dictione Miriam. Abiaiel, pro Abichail in Abichail.

Abihalbon. 2. Regum. 23. B. Quãq́; plæraq́; Latina exemplaria corruptè habent Albialbon. Poteſt interpretari pater ſuper intelligentis, pater ſuperædificantis, pater meus ſuperintelligens, pater meus ſuperædificã, ex abi de quo dictũ eſt in Abiiah, & hal quod eſt ſuper pſalmum. 2. Hal. i. ſuper Siion montem &c. & ban, quod eſt intelligere, vt eſt in dictione Achban, vel banah quod eſt ædificare, vt in dictione Benaiah. Abiaſaph. Exo. 6. D. Quanq́; nonnulla Latina exemplaria habent, Abiaſab, & quædam Abiazab, & poteſt interpretari pater meus congregauit. pater meus abſtulit pater meus conſumpſit. Eſt enim compoſitum, ex Abi, de quo dictum eſt in Abiiah, & Aſaph, vt in dictione Aſaph. Abiathar in Ebiathar. Abidah. Gene. 25 A. Quanq́; plæraq́; exẽplaria ha-

bẽt Abida,aut Abidahe,id eſt,pater ſcientiæ,pater meus ſcit,pater mi ſcito.Eſt em̃ compoſitũ ex Abi,de quo dictũ eſt in Abiiah, & dah defectiuum à Iadah,quod eſt ſcire cognoſcere,vt habes in dictione Iadah,& dah ſcito Geneſis.20.dah,id eſt,ſcito q̃ moriendo morieris,& Dehah ſcientia.Irme.3.Paſcent vos dehah ſcientia.

Abidã Numeri primo A,id eſt pater meus iudicauit,pater mi iudica pater iudicantis,pater meus iudicans,aut iudicat.Eſt em̃ cõpoſitum,ex Abi,de quo dictum eſt in Abiiah,& Dã,à dun quod eſt iudicare.Geneſis.15.Gentes quibus ſeruient Dan,id eſt iudicãs ſum,ſiue iudico,& Irme.5.Non danu,id eſt,iudicauerunt.

Abiel primi Reg.9.A,id eſt, pater Dei,pater meus Deus pater fortis,pater meus fortis.Eſt em̃ cõpoſitum ex Abi,vt in Abiiah. & el.Deus fortis,pſalmo.49.El.1.Deus deorum.Et.21 Eli eli,id eſt, Deus meus,deus meus,vt quid dereliquiſti me?Et exod.20.Ego ſum dominus Deus tuus el,id eſt,fortis,Ieſahaia.61.Vocabuntur in ea ele,id eſt,fortes iuſtitiæ. Abiezer in Abihezer.& Achihezer. Abigabaon,legendum Abighibhon Abigail in Abighail. Abighail,primi Regum.25 A.Interpretatur patris exultatio,vel patris mei exultatio,aut pater exultationis.Eſt enim compoſitum ex abi,de quo dictũ eſt in Abiiath, & ghail à ghul,quod eſt exultare,vt Pſal.9 aghilah,id eſt,exultabo in ſalute tua,& nomen ghil exultatio.Ieſaiah.16.Sed.2.Regum.17.legitur Abighal, & eandẽ interpretationem habet,propria tamen interpretatio eſt. pater meus exultauit.Nam ghal eſt tertia perſona pręteriti à ghul prædicto.Poteſt etiam interpretari pater cumuli ſiue aceruí Nã ghal ſignificat etiam aceruum,vt habes in Galaad.Et ſi deducat̃ à ghalah,qđ eſt reuelare,diſcooperire,manifeſtare,interpretari põt pater meus reuelauit,ſiue diſcooperuit,aut manifeſtauit.

Abighibhon,primo Paralippo.8.C.Quanquam noſtra exemplaria communiter habent abigabaon,& interpretatur pater collis,cõpoſitũ nomẽ ex abi paulo ſuperi⁹ dicto,a ghibhõ ghibhah,ſiue ghebah,quod eſt,collis vt habes in Gabaa,& Gabaath,vel pater cyathi,aut crateræ.Nam ghabiah eſt cyathus,cratera,vt habes Gene.44.& Exodi.25.in Hebræo.Sed prior eſt melior.

*Abihail,lege Abichail.*

*Abihezer aliâs Abiezer.Sed prius eſt rectum.Ieho.17.A.Iudicũ.6.D.& pri Paralip.27.B.*id eſt.pater auxilij,aut pater me⁹ auxilium.Eſt em̃ compoſitũ ex abi,de quo dictum eſt in Abiiah,& hezer,quod eſt auxilium.Geneſ.pri. Facimus ei hezer,id eſt,adiutoriũ,& aduerte quòd Numeri.1.A.2.&.7.&.10 & primi Paralipome.12.A.legendum eſt Achiezer,& non Abiezer,vt communiter Latina habẽt exemplaria cuius interpretationẽ ſuo habes in loco.

Abiu,ſcribe Abihu.Exod.6.D.&.24.A.hoc eſt pater ipſi⁹,aut pater meus ipſe.Eſt enim compoſitum ex abi,de quo dictum eſt in Abiiah,& Hu,quod eſt ipſe.Pſal.99.Domin⁹ Hu,id eſt,ipſe eſt de⁹,

Abiud,ſcribe Abihud.Numeri.34.D.1.Parali.8.A.id eſt.pater decoris,aut pater decor⁹,ſiue glorioſus,vel pater meus decor,aut gloria,ſeu potentia,aut fortitudo.Eſt em̃ cõpoſitũ ex abi ſæpius memorato,& Hud,quod eſt decor,potentia,fortitudo,ſiue decorus,potens,fortis.Nam eſt idem quod hoc.Pſal.20.Hod.i.potentiam,ſiue decorem &c. Abila,lege Achila,

Acbilam lege Helam. Abilinam, ſiue Abiline, Græcè enim Lucæ.3.A.ſcribitur ἀβιληνῆ,& deductũ putant à verbo Hebręo abal,quod eſt,lugere,deſolare,vt dictum eſt in Abel,& ſic interpretari poteſt luctus,aut deſolatio.Si verò cõponatur ex abi,& lam,quod eſt pernoctare,manere vt in Ethalon,poteſt interpretari pater pernoctationis,aut manſionis.

Abimael.Geneſis.10.D.hoc eſt,pater me⁹ à deo.Eſt enim cõpoſitũ ex abi,de quo dictũ eſt in Abiiah,& mael ꝓmael,qđ eſt a deo, me em̃ eſt a,vel ab,& el quod eſt deus,vel fortis,vt habes in Abiel.

Abimelech.Exo.20.A.Pſal.33.hoc eſt pater regis,aut pater me⁹ rex.Eſt em̃ compoſitum ex abi,de quo iam dictum eſt,& melech quod eſt, rex.Pſal.23.Quis eſt iſte melech,id eſt,rex glorię?Et aduerte quòd pri.Parali.24.&.Pſal.51.pro Achimelech codices Latini communiter habent Abimelech.

Abinadab.prim.Reg.7.A.&.16.B.id eſt,pater ſpontanei,vel principis,aut liberalis,aut pater meus ſpõtaneus,ſeu princeps.Eſt em̃ compoſitum ex abi,& nadab,quod eſt ſpontaneus,volũtari⁹, liberalis,& à liberalitate,hoc nomine appellatur princeps,vt habes in Nadab.Eſt autem hoc in loco aduertendũ,quòd in plæriſq; codicibus Latinis.3 Regum 4.pro Achinadab.corruptè legitur Abinadab. Abiner,in Abner.

Abinoham,pro quo codices Latini communiter habent Abinoen Iudi 4.A.& interpretatur pater decoris,ſeu pulchritudinis, vel pater meus decor,aut pulchritudo,& pater delectationis,ſeu iocunditatis,aut pater meus delectatio.ſeu iocũditas.Eſt em̃ compoſitum ex abi,de quo dictum eſt in Abiiah, & Noham,quod eſt decor,pulchritudo,delectatio,iocunditas.Pſal.26.vt videam benoham.i.in pulchritudine,ſeu delectatione pro pulchritudinem, ſeu delectationem,& Pſal.89.& ſit Nohã,id eſt,decor domini dei noſtri ſuper nos,& Zechari.vndeci.vnam vocaui Noham,id eſt, decorem.

Abiram.Numeri.16.A.& 3.Reg.16.G.Quanq̃ noſtri codices habent Abiron,& interpretatur pater excelſi,vel pater meus excelſus ſiue pater me⁹ exaltauit.Eſt enim compoſitũ ex abi,de quo dictum eſt Abiiah,& ram,quod eſt excelſus Ieſaih.6.ſedentem ſup ſolium ram.i.excelſum poteſt eſſe,& tertia perſona præteriti à rũ, quod eſt,exaltare,& eleuare.Deutero.2.Verã.i.& eleuet ſe cor tuũ. Nam vau coniunctio præteritum vertit in futurum.

Abirom in Abiram. Abiſſa corruptè legitur in pleriſq; codicibus pro Abiiah.

Abiſai,ſiue Abſai.Vtroq; enim modo legitur.2.Re.11.C.&.26. A.& interpretatur Abiſai,pater muneris,ſiue pater meus munus. Eſt enim compoſitum ex abi,de quo dictum eſt in Abiiah, & ſai, quod eſt mun⁹.Ieſaih.18.Deferetur ſai.i.munus,& aduerte,quòd primi Parali.12.corruptè legitur Abiſai pro Hamaſaisquod ſuo habes in loco. Abiſab,in Abiaſaph.

Abiſac in Abiſagh. Abiſagh 3.Reg.1.A.quod in plæriſq; codicibus mendoſe legitur Abiſac,& interpretat̃ pater ignorantiæ,ſiue erroris.ſiue pater meus ignorantia,vel error.Eſt enim compoſitum ex abi,de quo dictum eſt in Abiiah,& ſagh à ſagha, vel ſaghag,quod eſt ignorare,ſiue errare.Leuiti.5.Propter ignorãtiam eius qua ſaghagh,id eſt ignorauit.

Abiſaph in Abiſaph. Abinaph,quãq; noſtri Latini codices habent Abiſue pri.Par.6.&.8.A.& interpretatur pater diuitiarum,aut pater meus diuitiæ,vel pater diuitis:aut pater me⁹ diues,vel pater clamoris,aut ſalutis,ſiue pater meus ſalus.Eſt em̃ cõpoſitum ex abi,de quo dictũ eſt in Abiiah.& Suah,quod eſt,diuitiæ,clamor,ſiue diues,& ſalus,& in hac vltima ſignificatione dicit̃ à iaſah,quod eſt,ſaluũ facere Iiob.36.In contritione eius eis ſuah.i. clamor,vel ſalus,& Ieſahiah 32.& auaro non dicitur Soah.i.diues ſiue honoratus,aut glorioſus,vt alij interpretantur Hebræi & Ieche 36.Nunquid exiſtimabit Suhacha,id eſt,opes tuas.

Abitur.2.Parali.2.D.hoc eſt pater muri.aut pater meus murus, vel pater contemplandi,vel pater mi cõtemplare,aut intuere,vel cane.Eſt enim compoſitum ex abi,de quo dictum in Abiiah,& Sur quod eſt murus.Pſal.17.Tranſgrediatur Sur.i.murum.Sur, etiã eſt intueri,videre,contẽplari & canere põt eſſe tam infinitiui quàm imperatiui modi.Iiob.31.Sur.i.cõtẽplare,ſiue intuere æthera.& Pſal.7.ar.i.cecinit domino &c.cuius præteriti infinitiuus,& imperatiuus modus eſt Sur,id eſt,canere,& cane.

Abithal 2.Reg.3.A.& pri.Parali.3.A.Quanq̃ nõnulli codices corruptè habẽt Abichal,id eſt,pater roris,vel pater meus ros.Eſt em̃ compoſitũ ex abi,de quo dictum eſt in Abiiah,& thal,quod eſt,ros.Gene.27.D.Det tibi deus de thal.i.rore cœli.vel pater me⁹ obtexit,ſiue obũbrauit,& ſic dicitur a thalal quod eſt tegere,obũbrare:vt habes Nechemiah.3.Aedificauit vithalelennu,id eſt,& texit eũ,& Tharghum proſel,id eſt,vnbra fere ſemꝑ transfert thelal.

Abiu,& Abiud quære in Abihu,& Abihud.

Abiud,pri.Par.8.legendũ Achichud.

Abner,ſiue Abiner,vtroq; em̃ modo ſcribitur,pri.Reg.14.G. & interpretatur Abner pater lucernæ,& Abinel pater lucernæ,ſiue pater meus lucerna.Eſt enim cõpoſitum ex ab,vel abi,de quo dictũ eſt in Abiiah.& ner lucerna,Exo.27.vt ardeat ner,id eſt,lucerna



cerna. Abobus,ſiue abobi,vt alij habent codices.pri.Macha. 16.B.Sed neutrũ eſt rectũ,Grçcè em̃ ſcribitur ἀβουβοῖ, Abubi,à nominatiuo, ἀβουβὸς Abubus,& interpretari poteſt ſecundum deriuationem Hebraicam pater pythonis,ſiue incantatoris,& ſic eſt compoſitum ex ab,quod eſt,pater,& ob,quod eſt,pytho,vt habes in Oboth,Secundum verò Græcam deriuationem interpretatur non mutus,ex ἀ,priuatiua particula,& βουβὸς,quod eſt mutus. Abor,quære in Chaaor.

Abra.Iudith.10.D.ſcribitur Græcè ἄβρα,ſed Hebraicè ſcribitur Habrah,& Græcè quidẽ interpretatur ancilla,vt habes Geneſ.24. in Græco vbi ſcribitur,& ἄβραι αὐτῆς,d eſt,& ancillæ eius,ſecundũ verò Hebraicum ſi prima litera ſcribatur Hain,interpretat̃ tranſiuit Nachum.3.ſuper quem non Habrah.i.tranſiuit malitia tua.

Abraham Gene.17.A.i.pater multarum gentium,& hęc interpretatio habetur Gene.17.vbi dicitur.Non vltra vocabitur nomen tuum Abram,ſed Abraham,quia ab hamon ghoim,id eſt, patrem multitudinis gentium conſtituit te,& ſic eſt compoſitum ex, ab,quod eſt, pater,& duobus corruptis,ra videlicet pro rab id eſt,multus,& ham pro hamon,quod eſt,popul⁹,& multitudo.

Abram Gene.12.A.i.pater excelſus.Eſt enim compoſitum ex ab quod eſt,pater,& ram quod eſt,excelſus,vt dictũ eſt in Abirã.

Abſai,q̃re in Abiſai. Abſalom.2.Reg.3.A.i.pater pacis,ſiue pater pacificus,Eſt enim compoſitum ex ab,quod eſt,pater,& ſalom,quod eſt pax.Pſal.121.Loquebar Salom.i.pacẽ de te. Semuel.25.Tu eris.Salom.i.pacificus.

Abſanias,aliâs Abſania,legendum eſt Chabaſaniah.

Abſalomi pri.Maccabeorũ.13.B.interpretari poteſt pater pacis meæ.Eſt enim compoſitum ex ab,quod eſt pater,& ſalomi,vel potius ſelomi quod eſt pax mea,vt habes in Selomi.

Achab.3.Reg.18.A.i.Frater patris.Et eſt enim compoſitũ ex ach,quod eſt frater Irmeiah.9.Omnis ach.i.frater ſupplantãs ſupplantauit,& ab,quod eſt pater:vt habes in Abiiah,vel arula patris.Ach,enim ſignificat etiam aurulam.Irme.36.Ignis qui eſt in Ach.i.arula,ſignificat etiam euge.Iechez.25.Dixiſtis heach.i.euge, & ſic interpretari poteſt euge pater.

Accad Gẽn.10.B.Quanquã nonnulli codices habẽt Achati hydria,& ſic aleph redundat.Nam cad.eſt hydria.Iud.7.Confregerunt caddim.i.hidrias,& aduerte quod Gen.50.legitur corruptè Athad.ꝑ Athad Achaia Ro.15.F.Prouincia Grçciæ,interpretari poteſt triſtis,aut triſtitia ab ἄχος: quod Græcè eſt triſtitia,dolor.

Achalai pri.Para.2.&.ij.corrumptè legitur Oholai,alias Ooli. i.vtinam, vel deprecationes meæ.Pſal.118.Achalai.i.vtinam dirigantur &c. Achaim quære in Haccaim.

Achamoni in Chacmoni. Achan quære in Hachan.

Achar in Hecher,& in Hachar. Accaron,vel Acharõ in Hecrõ.

Achat in Accat. Achaz.4.reg.16.A.id eſt.apprehendit,ſiue tenuit.Exodi.15.Dolor achaz.i.tenuit.ſiue apprehẽdit habitatores Peliſum,poteſt etiam interpretari videbo achaczah, quod eſt,videre quaſi echzeh,ſed prior interpretatio eſt melior.

Achaziah.3.Reg.22.G.&.4.Reg.8.G.Quanq̃ Latini codices corruptè habent Ochozias,hoc eſt,apprehendit:ſiue tenuit dominũ. Eſt.n.compoſitũ ex achaz,de quo dictum eſt in Achaz,& iah,qđ eſt,dñs.vt dictũ eſt in Abiiah. Achazib quęre in Achzib.

Abã.1.Par.2.D.noſtri codices habent Ahobbon,& interpretatur frater intellexit.Eſt enim cõpoſitum ex ach,quod eſt,frater vt in Achab,& ban,quod eſt,intellexit.Pſal.138.Banta.i.intellexiſti,& & cætera. Acharah.pri.Para.8.A.Quãq; ibi ſcribitur Ahara.i.altera,vel nouiſſima.Nam acher eſt alter,& achereth altera,,vel diſtulit,ſeu tardauit:ab echar.Gẽn.34.Non echar.i.diſtulit ſiue tardauit adoleſcens,& achara poteſt eſſe tertia perſona præteriti fœminea propter he quod eſt ſignũ fœmineũ.

Acharchel,& non Aharel legendũ.pri.Prralip.4.A.i.poſt exercitum,poſt diuitias,poſt fortitudinem,poſt antemurale.Eſt enim compoſitum ex achar quod eſt poſt Gen.9.Acha.i.poſt diluuiũ, & chel à chail,quod eſt exercitus,diuitiæ,fortitudo,antemurale, vt diffuſe habes in noſtro Hebraico dictiõario,& in Abichail.Poteſt etiam interpretari,frater,vel arula ouis,ex ach,de quo dictũ in Achab,& rechel pro rachel,quod eſt,ouis,vt habes in Rachel,vel poſtq; incepit,vel ꝓphanauit,aut polluit ex achar.quod eſt poſtq; & chel, a chillel,quod eſt polluit,prophanauit.

